R. P. Fr.

LEANDRI,

DE SS^MO SACRAMENTO,

NAVARRI, OPPIDI DE VILLA-FRANCA;

ORDINIS DISCALCEATORVM SANCTISSIMÆ TRINITATIS Redemptionis Captiuorum, olim Prouincialis Prouinciæ Spiritus-ſancti: Nunc iterum atque iterum Diffinitoris Generalis totius Ordinis, quondam in ſuo Collegio Complutenſi Theologiæ Profeſſoris,

QVÆSTIONES MORALES THEOLOGICÆ

DE

CENSVRIS ECCLESIASTICIS,

TAM IN GENERE, QVAM IN SPECIE.

Cunctis Opus pervtile, duplici Indice locupletatum; Primo Tractatuum, Diſputationum, & Quæſtionum: Altero vero Sententiarum.

PARS QVARTA.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,

Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. Fr.

LEANDRI,

DE SS^MO SACRAMENTO,

NAVARRI, OPPIDI DE VILLA-FRANCA;

ORDINIS DISCALCEATORVM SANCTISSIMÆ TRINITATIS
Redemptionis Captiuorum, olim Prouincialis Prouinciæ Spiritus-ſancti:
Nunc iterum atque iterum Diffinitoris Generalis totius Ordinis,
quondam in ſuo Collegio Complutenſi Theologiæ Profeſſoris,

QVÆSTIONES MORALES THEOLOGICÆ

DE

CENSVRIS ECCLESIASTICIS,

TAM IN GENERE, QVAM IN SPECIE.

Cunctis Opus pervtile, duplici Indice locupletatum; Primo Tractatuum, Diſputationum, & Quæſtionum: Altero vero Sententiarum.

PARS QVARTA.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO,

ET REVERENDISSIMO
DOMINO,

Quem {
CLARITAS GENERIS formauit Cryſtallum.
MAIORITAS TOGÆ meruit Speculum.
CATHEDRA ASTREÆ conſuluit Oraculum.

FIDES vnicè ſupremum veretur Iudicem.
SPES bis reſpicit Catholicæ Majeſtatis Conſiliatorem.
CHARITAS ter Optimum adinuenit Eccleſiæ Principem.

OMNIS VIRTVS gratum firmat Numen.
CVNCTA HISPANIA fauſtum accipit omen.
NOMEN pro fama eſto.

DOMINO DIDACO
ARCE REINOSO.

CVIVS, ni *Cenſoris* debent Cenſuræ cenſeri? Nec apud quem mea cenſiturus ſum fide digna, ni apud quem omnia dignè cenſet fides cenſenda? *Sua quodque in linea ſubiicitur primo.* Cenſionem ergo dum *de Cenſuris* ſuppono, cenſuum *TVVM* accipe, *CENSOR SVPREME.* Sed proh dolor! Cedere cogor viæ, vt impotens ad terminum accedere. Nam etſi ſtimulo amoris cæſus, nequibit ad ſupremum accedere infimus. Diuinum te cenſeo, quia *SVPREMVM.* Ceſſent ergo ad TE ire *Cenſuræ*, vtpotè, *Ceſſatio à diuinis* ipſarum notæ maximæ. Sed ad TE cedant: etenim accedent. Nam hic ſupremus mei labor TVORVM pedum infimum ambit locum. *Supremúmque infimi attingit infimum ſupremi.* Sed recedant. Cur? ò mirabile! Non audeo; nam vocem audio dicentem mihi; *Ne appropries huc.* At quid hoc? *Dominus in flamma ignis*, id eſt, in ſtupendo actu *Sacræ Inquiſitionis*, SVPREMVS IVDEX. Et Dominus, & Iudex quis? *Deus Abraham*, & *Deus Iſaac*, & *Deus Iacob.* Hîc IACOBE Hîc DIDACE. Tui ſpecialiter Deus. Sed hic Deus TRINVS ex hac trina repetitione non ap-

paret manifeſtus? Cur ergo, qui excelſæ Triados Religionem colit alumnus, terram genuum ſulcibus non colat, vt ad Dei triclinium ſic venerator accedat? *Quia* (prorumpit vxor) *locus in quo ſtas terra ſancta eſt.* Sanctificatur quidem ſoli ſolum, ſolùm ſanciendo fidei miniſteriũ. Haud erit medium, aut remedium aderit? Erit. *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Excalceatus ſum, iam ſolui. Soluere ergo liceat cenſualẽ Censitori cenſuram, vt à cenſuris abſoluar. Iam quid tremendum de flamma! *Nónne Deus eſt ignis conſumens*? Sed quid ignis in cineres? Extra eius ſunt dominium; quia extra combuſtibilium terminum. Ergo cum Abraham ob humilitatem ſecurus, *loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis.* Nam amore combuſtus, *terminos naturæ igneæ eſt ſupergreſſus.* Iam nunc ignis non cremat, ſed illuminat; non vrit, ſed irradiat. E quo vertice? E quo culmine? Ex Arce.

Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula Lunæ.

Fax ſit Dominus, ſequar facem. *Leander* ſum; at Erus mea, *Herus* meus: Benignitas tua. *EA* ero: ob hanc, mare verecundię rubrum tranſno, nec vndas aquarum ventis agitatas pertimeo. Nam fax mea Septentrio ſecura. Vis probem? Expecta. Ab Arcadibvs dictæ ſunt Arces, qui minutiſſimos ſub Euandro tenuere colles. Fuit Euander Arcas hoc nomine primus, Iouis ex Caliſto filia Peloponeſi Regis natus, à quo regio *Arcadia* nomen, *Arcadeſque* mutuarunt originem, ex tunc decantatum:

Arcadis Euandri nomen tibi ſæpè refertur.

Caliſto Dianæ facultate in *Vrſam*: ex Vrsa verò in ſtellam pingitur verſa, quæ *Arctos* ab *Arcade*, nunc extat nominata. Hinc Polus *Arcticus*, ſtella fixa. Ergo Tv Arx celſa, & quia ob zelum cæſia, cęlum, fáxque ſapientiæ Tvæ flammans firmabitur Aſtrum, qui Pharus perenne ſydus. Rurſus Arctos ſtella, Grçcè appellatur Vrsa. Sunt autem Vrsæ duæ, quarum quę maior eſt, Helice; quæ minor, Cynoſura appellatur. Vnde dictum,

Eſſe duas Arctos quarum Cynoſura vocatur
Sidonis, Helicen Graia carina notat.

At Tva lux vnica illuſtrior duplici: iſtúdque detegitur Tvo cognomine Reino-ſo-, id eſt, in Regno-ſolus: Generalíſque fidei vindex Maximus. Nec ab Vrsi notamine declinas Rein-o-ſo, id eſt, in Regno Vrſus: hoc eſt, irradians ſydus, vt ſtellantes ſplendore ſuperes *Vrſos*, dum vnicus Tv Polus myſticus clarius fidem firmas. Iam felix Ego, Te duce, non aberrabo. Alteri credito,

Fœlices quibus Vrna dedit expectare Coruſcum,
Solibus Arctois, Syderibúſque Ducem.

Lux ergo tua; lux mea, non ſicut alterius Leandri, erronea, tremula, temulenta, caduca, (è cuius fatali occaſu naufraga eius exitialis ruina) ſed coruſcãs, ſed fixa, ſed ęterna, ſed grata, cuius beneuola directione, non poſſibile eſt deuiare, portúmque eſt neceſſe tenere. Sed qualis Portus? Non pręter *Te* alius. Tv, qua Arctos, qua irradians Vrsvs me dirigis

rigis

rigis ad Te, qua Arcem. Nam ſi Arcticvs Vrsvs eſt lux; Portus vnicus eſt Arx Eloquentis phraſis eſt, *Hic locus eſt igitur vnus, quò perſugiant, hic Portus, hæc ARX.* Sed quid in Arce? Præſidium. Iam diffido; nam Caſtellum ſe denegabit mihi, qui ſe in Præsidentem non admiſit Castellæ. Sed è contra; Fido. Nam Præſidatum recuſare non fuit Se Præsidentem non exhibere. Quid enim eſt Arx? *Hac voce vtimur, cum tutiſſimum, ac validiſſimum Præſidium ſignificamus. Præſidium autem dicuntur cuſtodiæ, vel defenſioni Arcis Præſidentes.* Iam qui admitteret appoſitũ, qui ex natura Nominis, & Numinis, & Præſes eſt, & Præſidium. Vltrà, Quid amplius in Arce? Secretum. Nam *Arcanum poteſt, & ab Arce dici, quæ tutiſſima pars vrbis eſt.* At quid ſi *Arcanum*, ab Arca prouenit, in qua, quę clauſa ſunt ſecreta manent? Itidem: nam ad vtrumque eſt *TIBI* nomen Arce, in qua myſteria fidei reconduntur *Arcana.* Heu! & nunc titubo. Nam quid in penetralibus *Arcæ* opus, quod indiget publica luce? Sed ô bene! *Abyſſus Abyſſum inuocat*, myſterium videlicet, de Sanctiſſimo Sacramento cognomentum eſt mihi, in quo fidei per Antonomaſiam myſterio *Arctatur* Chriſtus, carpitur Immenſus, vulgare pretioſum, publicum ſecretum. O celſum Arcę teſtamenti Arcanum. In Te ergo Arce, vt in *Arcæ* capacitate Arcanum cognomentatur mihi aduocationis, vt plauſibilius fiat publicum, clauditur, velut ſecretum, (me enim ſecernit à quolibet alio.) Id ipſúmque nomen exigit *Arce.* Ab hoc namque *Arcadius* Deus, Deus *Arcadiæ* panis eſt inuocatus. Et quis Deus Panis, ni in tranſſubſtantiationem Chriſtus? Ergo de *Sanctiſſimo Sacramento*, vt de *Arcadio* pane, eſt, domum *Arcadi* petere. Iam *ARX* mea, *ARX* tua. Et ſi ab Arce, Artus deriuantur vertices, *Artuique* membra imperio ſubduntur capitis, qui meos capiti *Artus* ſubiicere non *Arctabor*? Et ſi in capite conſilium, ab Artubúſque *Articuli*, per *TE*, & ad Te, vt à Magni Regis Conſiliis, Supremúmque fidei caput *Articulos* coarctor dirigere quæſtionum: aliàs qualiter ſine capitis cerebro poſſem articulare? Quomodo abſque articulis manus, ſcribere? Specula eſt *Arx*, ab eáque, & ex ea *Speculator maximus* à Græcis appellatur *Epiſcopus.* Hic ter fuiſti ſtrenuè, vt veritatis ſpeculator euaderes optimè. Ergo & ſpeculationes meas teneor iure per *TE* regulare, è Tvaque Arce, & Specvla functiones in Te vt in ſpeculo componere. Bene prius Tvdensis Eccleſiæ Præſul, qui Tvdes, ſeu Mallevs futurus eras Hæreticorum. Abvlensis poſtea, qui Abvlensem imitans ſcientia. Placentinvs inde, vt cunctis placeres. At quomodo ſe *Placitum* tribuet, qui Placentiam renunciauit? Verum ei, qui *Placidus* ex genio, quid *Placentiæ* adderet Placentia ex officio? Nec Paſtorali indiget baculo, ſeu ſceptro, qui in corde Arce vt ſeruet, locum præſtat Dei Agno. Igitur & reſpondeas placet expeto, dum tot titulis, debitum animus offert ex voto. Ad Arcem me vocas; non audax eſt qui *Arctatur.* Potius obedire reperies, ſi expendis Prouerbium Sacrum: *Sapientia* Tva *ædificauit*

 charitate

charitate: nam charitas ædificat. *Domum* nobilitatis Tvæ Arcis, ſeu Arcadis in Regno ſolius. *Excidit columnas,* ignis; & quia amoris, & quia fidei. *Septem,* id eſt Septem-triones. En Arcta, ſydera etiam ab Arce deriuata. *Et propoſuit menſam,* Euchariſticam. *Miſit ancillas,* ſcientias, & facultates Svas, *vt vocarem ad ARCEM.* Ad Te, ſcilicet. *Si quis* (ait) *eſt paruulus*; Ego. *Veniat ad me.* Vado. *Et locuta eſt, comedite panem,* de Sanctiſſimo Sacramento. *Meum*: iam tuum, ò melior: quia panis abſconditus in penetrali Arcæ ſuauior. *Da Sapienti occaſionem*: acceptatione, & Sopho dabis: *Et addetur ei ſapientia*; mihi propter Te eſt addita. Erat enim *principium ſapientiæ,* meæ; *timor Domini,* mei, qui es Tv. Vale in æuum Felix; & de me ſcito,

——— Quod dum lumen ſolare tenebo,
Seruiet officio ſpiritus iſte Tuo.

Dominationis Illuſtriſſimæ Tuæ.

Addictiſſimus, & humillimus ſeruus

Fr. LEANDER DE SANCTISSIMO SACRAMENTO

Appro

Approbatio RR. PP. Fr. ANTONII DE CONCEPTIONE, *& Fr.* IOANNIS DE SANCTISSIMA TRINITATE, *Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis, in Complutenſi Collegio S. Theologiæ Profeſſorum.*

EX Commiſſione noſtri Diffinitorij Generalis voluptate magna, & maxima vtilitate vidimus attentè, & notanter euoluimus. *Quæſtiones Morales de Cenſuris Eccleſiaſticis, tam in Genere, quàm in Specie, à R.A.P. Fr. Leandro de Sanctiſſimo Sacramento, huius noſtri Collegij ſacræ Theologiæ primario Profeſſore, eiuſdem ſemel & iterum meritiſſimo Miniſtro huius Spiritus ſancti Prouinciæ digniſſimo Præſuli, & denique totius noſtræ ſacræ Triados Excalceatorum familiæ Diffinitore Generali* elaboratas. Authoris nomen diximus, & omnia diximus; minora ſunt cætera ad operis commendationem; *Abundè enim cognoſcitur* (aiebat Caſſiodorus) *quiſquis famâ teſte laudatur.* Equidem nomen illius & opus commendat, & exaltat, illud antecedentibus conſonum in firmitate iudicij, in profunditate ſcientiæ, in ſingulari eruditione, in altitudine, perſpicacia, & vbertate doctrinæ, cum breuitate, cum nouitate, cum ſoliditate, cum fideli omnium DD. relatione, cum matura opinionum electione, cum prudenti & efficaci contrariorem refutatione, & (vt alia omittantur) cum toties Eccleſiæ vtilitate maxima, declarat. Dicat quidem opus omnibus numeris conſtans & abſolutum, vndequaque perfectum; non nimia dilatione faſtidioſum, ſed Laconica & proportionata rerum varietate ab omnibus auxiè deſideratum, optatum, concupitum; & denique ſua modeſtia & religione ſecurum. Vnde hic etiam venit aliud eiuſdem Caſſiodori: *Fama tua eſt quod loqueris, conſcientia noſtra, ſine dubitatione, quod ſentis.* Quare cùm nihil ſacræ Scripturæ, Conciliis & Patribus diſſonum, ſed omne animarum profectui, & ingeniorum culturæ conſonum contineat, dignum iudicamus, vt in lucem prodeat. Sic ſentimus, ſic iudicamus, in hoc Religioſiſſimo Collegio Complutenſi Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis, die 2. Ianuarij, anno Domini 1652.

Fr. ANTONIVS DE CONCEPTIONE.

Fr. IOANNES DE SANCTISSIMA TRINITATE.

FACVLTAS ORDINIS.

FR. MARTINVS DE ASSVMPTIONE Maior, ac Generalis Miniſter Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum; de conſenſu noſtri Diffinitorij Generalis, vt *Quarta pars Quæſtionum Moralium Theologiæ, in Cenſuras Eccleſiæ à P. Fr. Leandro de Sanctiſſimo Sacramento, noſtræ Sacræ Religionis Theologiæ Profeſſore*, compoſita, & à grauioribus, & doctioribus eiuſdem Ordinis Theologis recognita, & approbata, typis mandetur, tenore præſentium facultatem concedimus. In quorum fidem, has litteras manu noſtra, & ſigillo, ac Secretarij nomine ſubſcriptas dedimus. Matriti, die vigeſima octaua Martij, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi tertij.

Fr. MARTINVS DE ASSVMPTIONE, *Miniſter Generalis,*

De Mandato P. N. Miniſtri Generalis.

Fr. HIERONYMVS DE SANCTO IOSEPH, *Secretarius,*

Approbatio Sapientiſſimi R. P. MATTHÆI DE MOYA *è Societate* IESV, *in Collegio ſuo Complutenſi Veſpertinæ Cathedræ Anteceſſoris.*

PRÆCLARVM hoc Opus *Quæſtionum Moralium de Cenſuris Eccleſiaſticis à P. F. Leandro de Sanctiſſimo Sacramento, Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis* elaboratum, ex præſcripto Sapientiſſimi Doctoris Domini D. Ioannis de Narbona in hac Toletana Diœceſi Vicarij Generalis non minori admiratione, quam fructu perlegi. In eo enim eruditiſſimus Autor in euoluendis aliorum ſcriptis indefeſſum laborem, in opinionibus eligendis maturum iudicium, in eis probandis ſoliditate, & in ſtylo cum claritate breuitatem amico fœdere coniungit. Quamplures quæſtiones difficiles ea perſpicuitate ſoluens; iudicij trutina pendens; ingenij acumine perſequens, vt nil iam Theologi Morales in tractatu de Cenſuris deſiderare poſſint, quod in hoc Volumine concinnè diſputatum, eruditè tractatum, & maturè reſolutum non reperiant. Quapropter omnibus ſtudioſis grauiſſimum erit ſi in lucem prodeat; nil enim continet quod Theologis, & Canoniſtis vtiliſſimum non ſit; ſicut nec Fidei Catholicæ, aut bonis moribus diſſonet. Ita ſentio, in hoc noſtro Collegio Complutenſi Societatis IESV, die 19. Ianuarij, anno Domini 1652.

MATTHÆVS DE MOYA.

Appro

Digitized by Google

Approbatio R. P. Doctoris GASPARIS DE RIBADENEIRA, *è Societate* IESV, *in Collegio Complutenſi Primarij Theologiæ Profeſſoris.*

EX præcepto Domini Doctoris D. Ioannis de Narbona, Canonici Eccleſiæ Magiſtralis Sanctorum Iuſti, & Paſtoris, Vicariíque Generalis totius Diœceſis Toletanæ, in Archiepiſcopali Curia Complutenſi, legi *Quæſtiones Morales de Cenſuris Eccleſiaſticis, tam in Genere, quam in Specie, Auctore R. admodum P. Leandro de Sanctiſſimo Sacramento, Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum*, vbi nihil contra Fidem, bonóſque mores reprobandum occurrit; ſed plurima, quæ commendentur digniſſima. Elucet in primis in hoc Authore labor indefeſſus in exacta Doctorum lectione, ſuauiſſima, & clariſſima diſponendi methodus, maturum in eligendo iudicium, ſubtile in diſputando ingenium. Diſtinctè, ac compendioſè, quæ moleſtè, & faſtidioſè apud plures alios ſparſa, & indigeſta reperies, hic videbis breuiter congeſta, & digeſta. Neque difficile erit nouas, & vtiliſſimas illationes ſubodorari, vt non ſolum docta iam, ab aliis addiſcantur, ſed nouus campus pateat, vbi denuò excolatur ingenium. Iudico ergo, quod ab omnibus hoc opus euoluentibus iudicandum cenſeo, dignum hunc eſſe laborem, qui communi vtilitati lucem publicam videat. In hoc noſtro Collegio Complutenſi die 19. Ianuarij, Anno 1652.

GASPAR DE RIBADENEIRA.

Approbatio Reuerend. ac Sapientiſſ. P. F. GASPARIS DE LA FVENTE, *olim, & nunc denuò Prouincialis Prouinciæ Caſtellæ Seraphici Ordinis Obſeruantiæ, Sancti Officij Conſultoris, &c.*

SVPREMO mihi iubente Senatu, qua potui diligentia perlegi *Quæſtiones Morales de Cenſuris Eccleſiaſticis, tam in Genere, quàm in Specie, quinque Tractatibus comprehenſam, Opus Reuerendi admodum Patris Fratris Leandri de Sanctiſſimo Sacramento, Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum*, & non modò quidquam in eo reperi, quod vel in minimo Catholicam lædat veritatem, aut quidquam contineat ſacris Canonibus, aut bonis moribus aduerſum, quin potius, ita omnia abundè, clarè, dilucida veritate pertractat, vt nihil amplius de hoc argumentto in tanta rerum varietate, & difficultate poſſit deſiderari. Quapropter dignum exiſtimaui opus, quod typis impreſſum, in omnium manus ſumma cum Authoris gloria (qualem ex aliis operibus iam pridem nactus eſt) & legentium, tum Theologorum, tum Canoniſtarum fructu, deuenire poſſit. Matriti in Conuentu Sancti Franciſci die 14. Aprilis 1652.

GASPAR DE LA FVENTE.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Doctor Don-Iuan. de Narbona Dignidad de Theſorero de la ſancta Ygleſia Magiſtral de ſan Iuſto, y Paſtor de la Villa de Alcala de Henarez, y Vicario General de todo el Arçobiſpado de Toledo, reſidente en la Audiencia Arçobiſpal de la dicha villa de Alcala, Por el Illuſtriſſimo Señor D. Balthaſar de Moſcoſo, y Sandoual, Cardenal Arçobiſpo de Toledo mi Señor, &c. Por la Preſente Damos licencia para que ſe queda imprimir y imprima vn libro intitulado, *De Cenſuris*, compueſto *por el Padre Fr. Leandro del Sanctiſſimo Sacramento, Lector de Theologia del Collegio de la Sanctiſſima Trinidad Deſcalſa deſta Villa*, attento a ſido viſto y examinado por nueſtro mandado, y no ay en el coſa contraria a la ſancta Fé Catholica y buenas coſtumbres. Fecho en Alcala en doze de Março de 1652. años.

Doctor Don IVAN DE NARBONA.

Por ſu mandado

PHELIPE ENRIQVEZ.

Digitized by Google

INDEX TRACTATVVM, DISPVTATIONVM,

Quæſtionum, earúmque Reſponſionum, quæ in hac quarta parte continentur.

TRACTATVS I.

De Cenſuris in Communi.

DISPVTATIO I.

De Quidditate Cenſuræ, eiuſque Speciebus.

Quæſt.1. QVID nomine Cenſuræ veniat ?
R. Quod ſit correctio, ſeu pœna à iudice inflicta. pag. 1
2. Quid ſit cenſura Eccleſiaſtica ?
R. Quod eſt caſtigatio, ſeu correctio Eccleſiaſtica, qua Eccleſia fideles delinquentes punit in bonis ſpiritualibus. 2
3. An cenſura propriè, & ſtrictè ſumpta in tres tantùm ſpecies diuidatur ?
R. In tres tantum diuidi, nempe in excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. ibid.
4. An irregularitas, ſaltem ratione delicti, ſit propriè & in rigore cenſura ?
R. Longè probabilius, quod adhuc non ſit. ibid.
5. An depoſitio ſit propriè, & verè cenſura ?
R. Longè probabilius, quod non. 3
6. An degradatio ſit verè, & propriè cenſura?
R. Longè probabilius, quod non. ibid.
7. An Ceſſatio à diuinis ſit verè & propriè cenſura?
R. Longè probabilius quod non. ibid.
8. An ſaltem quatuor prædicta impedimenta Eccleſiaſtica, poſſint impropriè, aut reductiuè dici, aut denominari cenſuræ ?
R. Poſſe. ibid.
9. An excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum ſint diſtinctæ ſpecies formaliter ?
R. Vt certum: eſſe. ibid.
10. An ex his omnibus cenſuris, & impedimentis grauior ſit excommunicatio ?
R. Vt certum: eſſe grauiorem. ibid.
11. An cenſura rectè diuidatur in cenſuram quæ eſt à iure, & in cenſuram, quæ eſt ab homine ?
R. Affirmatiuè. ibid.
12. An cenſura bene ſubdiuidatur, in eam, quæ eſt *latæ ſententiæ*, & in eam, quæ eſt *ferendæ ſententiæ* ?

R. Bene ſubdiuidi. ibid.
13. Ex quibus verbis cognoſci poſſit, quando cenſura ſit lata ?
R. Ex multis cognoſci. ibid.
14. Ex quibus item verbis cognoſci poſſit quando cenſura eſt ferenda ?
R. Ex multis etiam cognoſci. ibid.
15. An cenſura lata ſub his verbis: *Excommunicationem, aut ſuſpenſionem te noueris incurſurum*, dicatur cenſura latæ ſententiæ, vel ferendæ ?
R. Probabilius eſſe latæ ſententiæ. 5
16. An etiam cenſura lata ſub his verbis, *Qui hoc fecerit, anathema ſit, aut excommunicatus ſit*, ſit item cenſura latæ ſententiæ ?
R. Longè probabilius: eſſe. ibid.
17. An iſtæ particulæ, *ex tunc, mox, omnino, prorſus, incontinenti, illico, continuo, confeſtim, ſtatim*, declarent cenſuram ipſo iure eſſe latam ?
R. Cum diſtinctione declarare iuxta exigentiam verborum quibus adiunguntur. ibid.
10. An hæc verba: *ſub pœna excommunicationis præcipio hoc*, ſignificent cenſuram latam ?
R. Abſolutè non ferri, ſed comminari. ibid.
19. In quo differant, cenſuræ, quæ ſunt à iure, ab his, quæ ſunt ab homine ?
R. Quòd in tribus præcipuè. 6

DISPVTATIO II.

De cauſa efficienti Cenſurarum.

Q.1. AN in Eccleſia ſit poteſtas ferendi cenſuras?
R. De fide: eſſe certum. 6
2. An poteſtas, quam habet Eccleſia ferendi cenſuras ſit de iure diuino ?
R. Tanquam certiſſimum, eſſe. ibid.
3. An non ſolùm poteſtas ferendi cenſuras, ſed etiam ipſamet inſtitutio cenſurarum ſit de iure diuino?
R. Vt quid certum: non eſſe. ibid.
4. An ſaltem detur aliquod crimen, cui iure diuino ſit annexa aliqua cenſura ?
R. Multo longè probabilius; imo, vt ferè certum: nullum dari. 7
4. An obligatio non operandi contra cenſuram impoſitam ſit de iure humano ?
R. Omnino eſſe ſimpliciter & immediatè. ibid
6. An Papa poſſit diſpenſare cum aliquo in actibus ex cenſura vetitis ?

R. omnino: Poſſe. ibid.

7. An ſolùm ſummus Pontifex poſſit inſtituere cenſuras?

R. Vt quid certum: Quòd ſolus poſſit. 8

§. 1. *De perſonis, quæ iuriſdictione ordinaria ferre cenſuras poſſunt.*

Quæſt. 8. Quidnam ſit iuriſdictio Eccleſiaſtica, & an rectè diuidatur, in iuriſdictionem ordinariam, & delegatam?

R. Quòd ſit poteſtas Eccleſiaſtica de publico introducta, cum poteſtate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ, & quod rectè diuidatur. ibid.

9. In quo differant poteſtas, ſeu iuriſdictio ordinaria, & delegata?

R. Quòd in tribus præcipuè. ibid.

10. An poteſtas ferendi cenſuras iure ordinario, conueniat Papæ, Concilio Generali, & Cardinalibus?

R. Vt quid certiſſimum: Conuenire. ibid.

11. An etiam, Patriachæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi habeāt iure ordinario ferendi cenſuras poteſtatem?

R. Tanquam quid certum: Habere. ibid.

12. An legatus à latere, Vicarius Papæ, & aliorum Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Vicarij, habeant poteſtatem ordinario iure ferendi cenſuras?

R. Tanquam quid certum: Etiam habere. 9

13. An etiam Concilium Prouinciale Archiepiſcopi, & diœceſanum Epiſcopi, & Capitulum Eccleſiarum, ſede vacante, habeant etiam iure ordinario poteſtatem ferendi cenſuras?

R. Tanquam certum: Habere. ibid.

14. An inquiſitores ſancti officij habeant etiam iuriſdictionem ordinariam ferendi cenſuras?

R. Etiam habere. ibid.

15. An Religionum Prælati, vt Generales, Prouinciales, Abbates, Miniſtri, Priores, Guardiani, & alij etiam habeant iuriſdictionem ordinariam ferendi cenſuras?

R. Tanquam certum illam habere non ſolum ex priuilegio, ſed de iure communi. ibid.

16. An Archidiaconi, & Archipresbyteri hanc iuriſdictionem ordinariam ferendi cenſuras habeant?

R. Probabiliùs, & diſtinctius: Modo illam non habere, niſi ſolum qui vel in ipſa inſtitutione vel ex conſuetudine hoc ius ſunt conſequuti. ibid.

17. An Parrochi habeant ordinariam iuriſdictionem ad ferendas, ſaltim in aliquibus caſibus cenſuras?

R. Abſolutè; nullo modo habere. 10

18. An vt quis ſit capax ferendi cenſuras iure ordinario requiratur quod ſit ordinis clericalis, ſeu primæ tonſuræ?

R. Vt certum: Requiri. ibid.

19. An vt quis ſit capax cenſuras ferendi iure ordinario, non ſolum debeat eſſe clericus, ſed etiam Præsbyter, aut ſaltem aliquo ſacro ordine initiatus?

R. Vt certiſſimum: Non eſſe neceſſarium. ibid.

20. An clericus etiam coniugatus, ſit iure communi capax ferendi cenſuras?

R. Vt quid certum: Non eſſe. 11

24. An Religioſus, qui non ſit clericus, ſit capax iure ordinario ferendi cenſuras?

R. Tanquam certum: Non eſſe capacem. ibid.

42. An vt quis poſſit ferre cenſuras debeat eſſe homo viator?

R. Debere eſſe viatorem. ibid.

23. An ſaltem ſi certum conſtaſſet Angelum bonum aliquem excommunicaſſe, cenſendum eſſet illam excommunicationem eſſe validam?

R. Vt certum cenſendam validam. ibid.

24. An vt quis ſit capax ferendi cenſuras, debeat eſſe compos rationis, & vſum illius habere?

R. Vt certum: Debere eſſe. ibid.

25. An ſaltem poſſit committi puero carenti vſu rationis poteſtas ferendi cenſuras, vt illam exerceat poſtea factus adultus?

R. Multo probabiliùs: Non poſſe. ibid.

26. An, vt quis ſit capax ferendi cenſuras, debeat eſſe baptizatus?

R. Vt certum: Debere. 12

§. 2. *De perſonis, quæ vi delegationis ferre cenſuras poſſunt.*

27. An viri merè laici poſſint ex commiſſione, ſeu diſpenſatione Papæ, cenſuras ferre?

R. Vt certum: Poſſe. 12

28. An non ſolum ex commiſſione Papæ, ſed etiam Epiſcopi poſſint merè laici cenſuras ferre?

R. Vt certiſſimum: Non poſſe. ibid.

29. An ſaltem ex antiqua conſuetudine poſſit laicus acquirere ſibi ius ad ferendas cenſuras?

R. Vt certum: Non poſſe. ibid.

30. An Collegio conſtanti ex clericis & laicis poſſit non ſolum Papa ſed etiam Epiſcopus committere facultatem cenſuras ferendi?

R. Poſſe: Si ſit Eccleſiaſticum Collegium. 13

31. An fœmina etiam ex commiſſione ſummi Pontificis poſſit ferre cenſuras?

R. Probabiliùs: Poſſe. ibid.

32. An etiam de poteſtate abſoluta Pontificis, eiuſque de commiſſione poſſit infidelis non baptizatus cenſuras ferre?

R. Probabiliùs: Poſſe. ibid.

§. 3. *De conditionibus neceſſarijs, vt quis validè cenſuras ferat.*

33. An Prælatus publicè, & nominatim excommunicatus, aut notorius clerici percuſſor, aut ab officio, ſeu iuriſdictione ſuſpenſus poſſit validè cenſuras ferre?

R. Vt certiſſimum: Non poſſe. 14

35. An Vicarius Epiſcopi publicè, & nominatim excommunicati, &c. validè cenſuras ferre queat?

R. Non poſſe. ibid.

34. An ſaltem delegatus Prælati delegantis, publicè, & nominatim excommunicati, &c. poſſit validè ferre cenſuras iuxta exigentiam alicuius negotij inchoati?

R. Probabiliùs: Poſſe, ſi res non ſit integra. ibid.

36. An Vicarius Epiſcopi, qui captiuus à barbaris detinetur, poſſit validè cenſuras ferre?

R. Tanquam certum: Non Poſſe. ibid.

37. An Prælatus, vel iudex occultè excommunicatus aut impeditus, poſſit validè, licet non licitè cenſuras ferre?

R. Probabiliùs: Poſſe validè non licitè. 15

37. An iudex excommunicatus manifeſtus, toleratus tamen poſſit validè cenſuras ferre?

R. Probabiliùs longè: Poſſe. ibid.

39. An Prælatus, ſeu iudex, qui poteſtatem habet ferendi cenſuras, poſſit illas ferre contra eum, qui antea legitimè appellauerat, aut recuſationem fecerat?

R. Tanquam certum: Non Poſſe. ibid.

20. An poſſit Prælatus in ſe ipſum cenſuras ferre?

R. Tanquam certum: Non Poſſe. ibid.

41. An poſſit iudex, ſeu Prælatus in cauſa propria per modum iudicij ferre?

R. Tanquam certum: Non Poſſe. ibid.

42. An ſaltem poſſit Prælatus ferre cenſuram in propriam defenſionem ad vitandam iniuriam, & violentiam, quam ſubditus illi irrogare vult:

R Tanquam certum: Non Poſſe. ibid.

43. An item poſſit Prælatus ferre cenſuram in cauſa propria,

Digitized by Google

propria, quando hæc eſt tam manifeſta, & publica, vt negari nequeat ?
R. Vt certum : Etiam tunc poſſe. ibid.
44. An poſſit quis in ſupriorem, aut ſaltem in æqualem cenſuras ferre ?
R. Tanquam certum : Non poſſe. ibid.
45. An qui poteſtatem habet cenſuras ferendi debeat neceſſario ad validè illas ferendas, aduertere, & intendere eas infligere ?
R. Tanquam certum : Debere neceſſario. ibid.
46. An ſit neceſſarium ad validè cenſuras ferendas, quòd iudex libera voluntate illas ferat ?
R. Tanquam certum : Eſſe etiam neceſſarium. 17
47. An cenſura lata à iudice, vi, & metu cadente in virum conſtantem valida ſit ?
R. Probabilius : Eſſe omnino validam. ibid.

DISPVTATIO III.

De cauſa materiali remota cenſuræ, de ſubiecto videlicet.

Q. 1. AN creaturæ irrationales, vt locuſtæ, Bruchi, & alia animalia, quæ ſemina depaſcuntur ſint capaces cenſuræ ?
R. Tanquam certiſſimum : Non eſſe capaces. 17
2. An Angeli ſint capaces cenſuræ ?
R. Tanquam certum : Non eſſe. 18
3. An dæmones poſſint cenſuris ligari ?
R. Tanquam certum : Non poſſe. ibid.
5. An qui cenſura aliqua ligatus moritur, permaneat poſt mortem illa ligatus ?
R. Probabilius ; Abſolutè loquendo non permanere. 19
6. An qui mandauit clericum percutere, ſi ante executionem vulneris moriatur, incurrat excommunicationem latam in cap. *Siquis ſuadente* ſuccedente poſtea percuſſione ?
R. Probabilius : Non incurrere. ibid.
7. An Iudæi, & alij infideles non baptizati poſſint ab Eccleſia cenſuris ligari ?
R. Vt quid certum : Non poſſe. ibid.
8. An ſaltem catechumeni ſint cenſuræ Eccleſiaſticæ capaces ?
R. Vt certum : Non eſſe capaces: ibid.
9. An hæretici, vel Apoſtatæ poſſint cenſura Eccleſiaſtica obſtringi ?
R. Vt certiſſimum : Poſſe. ibid.
10. An omnes homines baptizati etiamſi careant vſu rationis ſint cenſuræ capaces ?
R. Quòd non. ibid.
11. An pueri impuberes, ratione tamē vtentes ſint capaces ligari cēſuris, tā à iure, quā ab homine latis?
R. Vt plus quam probabile : Eſſe capaces. 20
12. An non ſolum poſſit Eccleſia, ſed etiam de facto velit ligare pueros impuberes cenſuris à ſe latis?
R. Probabilius: Non velle, niſi ex verbis iuris aut inflictæ cenſuræ id expreſſe innoteſcat, aut neceſſario colligatur. ibid.
13. An amentes, aut inſani, qui ante vſum rationis in amentiam inciderunt, poſſint ligari cenſuris ?
R. Tanquam certum : Non poſſe. ibid.
14. An ſaltem amentes, & inſani, qui in amentiam poſt vſum rationis inciderunt poſſint ligari cenſuris propter contumaciam & inobedientiam commiſſam contra Prælatum, tempore, quo vſu rationis vigebant ?
R. Poſſe ligari, ſaltem, quoad eſſe illius, quorum ſunt capaces, &c.
13. An amentes, & inſani, poſſint incurrere cenſuram à lege latam, propter culpam, ante amentiam commiſſam ?
R. Poſſe. ibid.
16. An ſit neceſſe, vt ſuperiorem habeat in terris, qui cenſuris ligari poteſt ?
R. Vt certum : Eſſe omnino neceſſe. 21
17. An Papa ligari poſſit cenſura, ab homine, aut à iure lata ?
R. Tanquam certum : Non poſſe. ibid.
18. An caſu ſaltem, quo Pontifex inciderit in hæreſim poſſit a Concilio compelli per cenſuras ad comparendum ?
R. Longè multo probabilius : Poſſe à Concilio duntaxat. ibid.
19. An Imperatores, & Reges poſſint à ſummis Pontificibus cenſuris ligari ac puniri ?
R. Tanquam certum : Poſſe. ibid.
20. An ſtando in iure diuino, & etiam iure communi antiquo poſſint Imperatores, & Reges ligari cenſuris latis, non ſolum à Papa, ſed etiā ab Epiſcopis?
R. Vt certum : Etiam poſſe. ibid.
21. An etiam ſtando in iure nouo, aut minus antiquo poſſint Imperatores & Reges à ſuis Epiſcopis puniri cenſuris ?
R. Probabilius : Etiam poſſe. ibid.
22. An ſaltem ex priuilegio particulari ſint Reges, & Imperatores exempti à iuriſdictione Epiſcoporum, ita vt non poſſint Epiſcopi eos authoritate propria cenſuris obſtringere ?
R. Eſſe exemptos ex ſpeciali priuilegio. 22
23. An Vniuerſitas, Communitas, ſeu Collegium, poſſit interdici, aut ſuſpendi ?
R. Tanquam certum : Poſſe. ibid.
24. An etiam ſicut interdici, & ſuſpendi poteſt communitas, ſeu collegium, ſic etiam poſſit immediatè excommunicari dicendo : *excommunico talem communicatem, ſeu collegium?*
R. Tanquam certum : Non ita Poſſe. ibid.
25. An ſi de facto excommunicetur communitas, ſeu Collegium ab aliquo Prælato inferiori Papa; teneat & ſit valida excommunicatio?
R. Probabilius : Non ſolum eſſe illicitam, ſed & inualidam. ibid.
26. An ſaltem ſi totum Collegium aut communitas peccet, excommunicari poſſit à Prælato inferiori Papa ?
R. Probabilius : Adhuc non poſſe. 23
27. An ad minus poſſint excommunicari omnes, & ſinguli Collegij, aut Vniuerſitatis, quemlibet eorum ſigillatim excommunicando, caſu, quo omnes peccauerint ?
R. Tunc poſſe. ibid.
28. An autem, ſi Prælatus ferat legem excommunicationem latæ ſententiæ continentem, vt nemo de Collegio exeat, aut quidpiam aliud agat, incurrant excommunicationem quicunque, etiamſi omnes illam legem violent ?
R. Tanquam certum : Omnes incurrere. ibid.
29. An ſi non inferior Prælatus, ſaltem Rom. Pontifex poſſit excommunicare omnes, & vniuerſos collegij, aut vniuerſitatis collectiuè ſumptos, ſi ſciret omnes eſſe nocētes; omnéſque deliquiſſe?
R. Tanquam certum : Tunc poſſe. ibid.
30. An etiam poſſit Pōtifex validè excōmunicare vniuerſitatis, aut collegij omnes, & ſingulos collectiuè, adhuc caſu, quo ei nō cōſtet omnes deliquiſſe?
R. Probabilius : Poſſe, dummodo notet illos tantum, qui in culpa fuerunt, dicendo. Excommunico omnes mandato meo rebelles, &c. ibid.
31. An cenſura lata in vnam perſonam indeterminatam ex pluribus, quæ patrarunt delictū, ſit valida?
R. Tanquam certum : Non eſſe validam. 24
32. An qui ſemel cenſura aliqua ligatus eſt, poſſit aliis diuerſæ rationis cenſuris ligari ?

R. *Tanquam certum, Poſſe.* ibid.

33. An etiam, poſſit ligari denuò cenſura eiuſdem ſpeciei, & rationis, qui iam ſemel ligatus eſt,&c.

R. *Tanquam certum: Etiam poſſe.* ibid.

34. An etiam propter vnam, & eandem cauſam poſſit quis à diuerſis iudicibus excommunicari ſæpius?

R. *Tanquam certum: Etiam poſſe.* ibid.

35. An non ſolùm à diuerſis à iudicibus, ſed etiam ab eodem poſſit quis, propter idem delictum ſæpius excommunicari?

R. *Clarius: Poſſe, & non expedire.* 25

36. An toties incurrat quis cenſuras, quoties tranſgreditur legem prohibentem aliquid ſub pœna alicuius cenſuræ v.g. excommunicationis?

R. *Tanquam certum: Toties incurrere.* ibid.

37. An ſi quis vnico impetu pluries percutiat clericum plures excommunicationes incurrat?

R. *Tanquam certum: Vnam tantum incurrere.* ibid.

38. An verberans clericum ſucceſſiuè per aliquod tempus; tot cenſuras incurrat, quot ſunt verbera, quibus illam percutit?

R. *Tanquam certum: Non incurrere niſi vnam, dum non ſit interruptio.* ibid.

38. An etiam, qui tota die, excommunicato non tolerato communicat, vnam tantum excommunicationem incurrat?

R. *Vnam tantum incurrere; ſi ſit ſine morali interruptione.* ibid.

40. An qui totam per noctem continuatis aſportationibus plura frumenti rubia ab Eccleſiæ horreo furaretur, nam etiam ſolùm excommunicationem incurreret, ſi tali ſacrilegio ipſo facto eſſet annexa excommunicatio?

R. *Quod vnam ſolum incurreret.* ibid.

41. An iudex, qui duos homines ſimul, vtraque manuper vim extraheret ab Eccleſia, vel etiã qui eodem tempore, ſimul cum duobus excommunicatis, non toleratis loqueretur, vnicam ſolùm incurreret cenſuram?

R. *Probabilius: Vnam ſolum incurrere.* 16

42. An ſaltem, qui vno actu, vel ictu v.g eadem protectione ſagittæ plures clericos percutit, aut interficit plures excommunicationes incurrat?

R. *Æquè Probabiliter: Vnam tantum incurrere.* ibid.

43. An ad minus plures excommunicationes incurrat, qui plures Clericos ſucceſſiuè eadem tamen continuata actione, percutit, aut interficit?

R. *Probabiliter: Non incurrere, niſi vnam tantum* ibid.

44. An etiam, ſiquis plures fornicationes ſucceſſiuè abſque temporis interruptione; vnum poſt alteram committat, vnam ſolum mortale committat, & conſequenter excommunicationem vnam, ſi fornicationi eſt annexa excommunicatio?

R. *Tanquam certum: Non vnam, ſed tot, quot fuerint fornicationes.* 17

45. An ſi plures homines percutiant ſimul eundem clericum, omnes excommunicationem incurrant?

R. *Tanquam certum: Omnes incurrere.* 21

46. An incurrat plures excommunicationes, qui vnica actione, vel actu violat legem habentem plures circumſtantias, pro quibus ſingulis lata eſt excommunicatio?

R. *Quod plures incurrat ſi circumſtantia ſint mutantes ſpeciem actus moralis, &c.* Ibid.

47. An percutiens clericum, qui ſimul ſit Subdiaconus, diaconus, & ſacerdos plures excommunicationes incurrat?

R. *Cum communi: Non incurrere.* ibid.

48. An plures excommunicationes incurrat qui violenter percutit clericum, qui ſimul eſt Monachus?

R. *In duas incidere.* ibid.

49. An qui vno, & eodem actu ſepelit in loco ſacro pulicum vſurarium, qui ſimul ſit excommunicatus, & nominatim interdictus, vnam, treſve excommunicationes incurrat?

R. *Tanquam certum: Tres incurrere.* 19

50. An, qui tempore etiam interdicti ſepelit perſonam nominatim interdictam in loco ſacro, duplicem cenſuram incurrat?

R. *Probabilius: Non incurrere, niſi vnam.* ibid.

51. An ſaltem, qui eadem actione furatur duo (v.g.) vaſa precioſa, diuerſorum Dominorum, duplicem excommunicationem incurrat, quando furtum ſub excommunicatione eſt prohibitum?

R. *Probabilius: Vnam tantum incurrere.* ibid.

DISPVTATIO IV.

De cauſa formali, ſeu de forma ſeruanda in ferendis cenſuris.

Q. 1. An vt quis cenſuras validè imponat, ſufficiat eas ferre per actum interiorem duntaxat dicẽdo v.g. intra ſe; volo, & mando, quòd qui tale peccatum patrauerit, maneat excõmmunicatus?

R. *Tanquam certum: Non ſufficere.* 29

2. An vt valida ſit cenſura, neceſſariò ſit in ſcriptis proferenda?

R. *Non eſſe neſſarium.* ibid.

3. An vt valida ſit cenſura, neceſſariò ſit verbis ferenda, an verò ſufficiat nutibus proferre?

R. *Probabilius, Sufficere illam nutibus, &c.* 30

4. An ad inferendam cenſuram ſint præſcripta aliqua certa & determinata verba?

R. *Tanquam certum: Quòd non.* ibid.

5. An vt valida ſit cenſura debeat ferri per verba definita, quoad ſpeciem cenſuræ, vt: *Excommunico, ſuſpendo, interdico?*

R. *Tanquam certum: Debere.* ibid.

6. An ſit valida cenſura, data ſub hac forma. *Excommunico te?*

R. *Tanquam certum: Eſſe validam.*

7. An etiam ſit valida ſuſpenſionis cenſura data in genere ſub iis verbis: *ſuſpendo te; ſis ſuſpenſus*, &c.

R. *Probabilius: Non eſſe validam.* 31

8. An cenſura lata ſub diſiunctione inter duas cenſuræ ſpecies, vt ſi iudex dicat. *Clericus, qui nutrierit comam, ſit, aut excommunicatus, aut ſuſpenſus ab officio*, ſit valida, & conſequenter liget?

R. *Probabilius: Eſſe validam, & ligare.* ibid.

9. An cenſeatur quis excommunicatus, ex eo ſolum quod Papa nolit communicare cum illo: vel abſolutus, ex eo quod cum illo communicet?

R. *Quòd non; niſi Pontifex ſe ita velle declaret.* 32

10. An vt valida ſit cenſura debeat diſertè exprimi perſona in quam fertur?

R. *Tanquam certum, Affirmatiuè.* ibid.

11. An vt cenſura ipſo facto liget debeat eius forma determinare, quoad præſens tempus?

R. *Tanquam certum: Quòd ſic.* ibid.

12. An forma ferendi cenſuram poſſit eſſe ſub conditione pertinente ad cauſam cenſuræ, vt ſi iudex dicat, *niſi ſolueris intra menſem, excommunico te?*

R. *Tanquam certum: Poſſe.* ibid.

13. An etiam validè poſſit ferri cenſura ſub conditione impertinente ad cenſuram cenſuræ, vt ſi feratur hac forma: *excommunico te, ſi nauis ex India venit, aut venerit?*

R. *Eſſe validam, ſi conditio exiſtat.* ibid.

14. An cenſura lata ab homine ſub cõditione peccati in futurum committendi, *ſiquis commiſerit tale peccatũ excommunicatus ſit*, ſit & iure prohibita, & inualida?

R. *Eſſe validam, & licitam, non ſolum, à iure latam, ſed ab homine.* 33

15. An

15. An cenſura ſub conditione lata non incurratur, donec conditio in cenſura appoſita impleatur?
R. Tanquam certum : Non incurri. ibid.
16. An cenſura lata ſub conditione, ſuſpendatur per legitimam appellationem illius in quem lata eſt?
R. Tanquam certum : Suſpendi, ſi appellatio fiat ante impletam conditionem. ibid.
17. An cenſura lata ſub conditione, ſuſpendatur per appellationem factam, quocumque tempore, antequam conditio impleatur?
R. Probabilius : Suſpendi. ibid.
18. An à cenſura lata ſub conditione, poſſit appellari, conditione etiam impleta?
R. Vt certum : Non poſſe, ſaltem, quoad effectum ſuſpendendi cenſuram. 34
19. An cenſura ſub conditione lata, ſuſpendatur per conſenſum partis, in cuius fauorem lata eſt, adhuc, ſi in id conſentiat, abſque conſenſu iudicis?
R. Tanquam certum : Suſpendi, imo, & tolli ſi pars debitum remittat. ibid.
20. An etiam cõſenſus partis prorogantis terminum ſolutionis à iudice datum, ſuſpendat ad tempus incurſionem cenſuræ; ſi pars prorogationem faciat inconſulto iudice?
R. Probabilius : Adhuc ſuſpendere. ibid.
21. An, ſi debitor non ſoluat in ſecundo termino à creditore prorogato, incurrat dictam cenſuram latam, abſque nouo conſenſu iudicis?
R. Æquè probabiliter : incurri. 35
22. An per mutationem fori, incurrat quis cenſuram latam ſub conditione, ſi illa pendente, forũ muret?
R. Non effugere: Si lata fuit, tempore prioris ſubiectionis, & fori. ibid.
23. An etiam per mortem iudicis effugiat quis cenſuram ſub conditione latam?
R. Non ligare, ſi quando adimpletur conditio mortuus eſt index, &c. ibid.
24. An cenſura impedita, tempore, quo adimpletur conditio, per iudicis ſuſpenſionem, aut excommunicationem, reuiuiſcat; ſi tollatur iudicis impedimentum?
R. Quòd reuiuiſcat, ſi ſit talis natura quod duret poſt tempus præfixum à iudice, &c. ibid.

DISPVTATIO V.

De his, quæ præmitti debent ante prolationem cenſuræ, nempe, de Admonitionibus.

Q. 1. AN neceſſarium ſit ante cenſuræ ſententiã, aliquam admonitionem præmittere?
R. Eſſe omnino neceſſarium. 36
2. Quid, & quotuplex ſit admonitio?
R. Quòd vna Canonica, & altera non Canonica, &c. ib.
3. An ad incurrendam cenſuram latam à iure, vel ab homine pro futuris culpis, neceſſum ſit, vt præcedat monitio Canonica?
R. Quòd non, ſed ſufficere non Canonica monitio. ibid.
4. An ſaltem ad incurrendam cenſuram latam ab homine, pro culpis præteritis, vel præſentibus requiratur monitio Canonica?
R. Tanquam certum : Requiri. ibid.
5. Quæ cauſæ mouêre Pontifices ad inducendum, monitionis, ante lationẽ cenſurarum, præceptum?
R. Quòd variæ. ibid.
6. Quid, & quotuplex ſit contumacia, ad quem in ſubditis reprimendam præmittitur ante cenſuras monitio?
R. Quòd contumacia eſt quædam ſpecies inobedientiæ. &c. & quod diuiditur in duas ſpecies, &c. 37
7. An ex ſola tranſgreſſione præcepti ſimplicis, abſque communicatione cenſuræ cenſeatur homo contumax ita vt contra illum poſſit ferri cenſura abſque monitione?
R. Tanquam certum : Non poſſe. ibid.
8. An de valore, & eſſentia cenſuræ ferendæ ob peccatum commiſſum ſit aliqua monitio præuia?
R. Tanquam certum: Quòd ſit abſolutè loquendo. ibid.
9. An de eſſẽtia cẽſuræ prædictæ ſit trina aut vna pro trina monitio, ita, vt ſine illa cenſura ſit inualida?
R. Tanquam certum, Non eſſe : niſi de illa præmittenda ſit ius ſpeciale. 38
10. An dentur aliqui caſus, in quibus cenſura v. g. excommunicatio, ſit inualida, Canonica monitione omiſſa?
R. Dari aliquos. 39
11. An ſaltem, vt cenſuræ licitè, ac iuſtè ferantur præmittenda ſit trina Canonica monitio?
R. Tanquam certum : Eſſe præmittendam. ibid.
12. An, vt cenſuræ licitè, ac iuſtè ferantur, ſufficiat, vt vnica Canonica pro trina monitio præmittatur?
R. Tanquam certum : Sufficere etiamſi cauſa non vrgeat. &c. ibid.
13. An index, qui cenſuram, non præmiſſa trina monitione, vel vna pro tribus, fert, & incurrat ſuſpenſionem, & peccet mortaliter?
R. Tanquam certum : Incurrere ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, &c. & peccare mortaliter. ibid.
14. An monitio debeat fieri authoritate iudicis, à quo ferendæ cenſuræ?
R. Tanquam certum : Debere fieri. 40
15. An admonitio debeat fieri ad inſtantiam partis, in cuius commodum ferenda eſt cenſura?
R. Affirmatiuè ibid.
16. An admonitio debeat fieri immediatè ipſi reo, qui cenſura ligandus eſt, vel ſat ſit, vt fiat ad domum vbi ſolet frequenter habitare?
R. Tanquam certum : Quòd debeat fieri ipſi reo. ibid.
17. An quando, qui cenſura ligandus eſt, dolo latet, ne perſonaliter moneatur, aut vi, vel fraude id impedit, ſit ſatis, vt monitio fiat in domo ſuo habitationis?
R. Tanquam certum: Tunc eſſe ſatis. ibid.
18. An quando, quis ſemel fuit monitus aut citatus perſonaliter, poſſint reliquæ monitiones in domo eius, aut alio in loco publico fieri?
R. Tanquam certum : Poſſe fieri. ibid.
19. An quando aliqua monitio facta in domo peruenit ſufficienter ad notitiam ipſius Rei? tunc etiã reliquæ monitiones poſſint fieri in eius domo?
R. Tanquan certum : Poſſe tunc fieri. 41
20. An quando quis fuit malè abſolutus à cenſura, & tractatur de reducendo eum ad primam cenſuram, qua fuit ligatus, ſufficiat tunc, quod ad domum citetur vel moneatur;
R. Tanquam certum : Sufficere in dicto caſu. ibid.
21. An tandem, quando cenſuræ feruntur contra reos incognitos, ſatis ſit, quòd monitiones fiant in Eccleſia, aut in alio loco publico coram populo?
R. Tanquam certum: Satis eſſe. ibid.
22. An monitio debeat fieri reo præſentibus idoneis perſonis?
R. Abſolutè ita fieri debere. ibid.
23. An inter vnam, & alteram monitionem debeat aliquod tempus mediare?
R. Tanquam certum : Debere mediare. ibid.
24. An pro ſingulis monitionibus, ſiue ſeparatim, ſiue ſimul fiant, ſint ſaltem duo dies conſtituendi?
R. Probabilius : Duos eſſe conſtituendos. 42
25. An ſaltim ex rationabili cauſa poſſit index dictam pluralitatem dierum, ad vnum etiam diem imò ad certas horas reſtringere?
R. Tanquam certum : Poſſe. ibid.

Digitized by Google

26. An quando delictum eſt publicum, & notorium poſſit licitè Iudex cenſuræ ſententiam ferre, monitione Canonica prætermiſſa?
R. Tanquam certum: Non poſſe. ibid.
27. An ſaltem, quando non ſolum eſt publica & notoria delicti notitia, ſed etiam eſt notoria contumacia delinquentis, poſſit admonitio prætermitti;
R. Probabilius, Adhuc non poſſe. ibid.
28. An ad minùs in præfato caſu poſſit prætermitti ſecunda, & tertia monitio; ſi ad primam delinquens incorrigibilis appareat, veluti, dicendo publicè *ſe non pariturum monitionibus*?
R. Probabilius: Quòd adhuc nec in eo caſu, niſi aliàs aliqua vrgeat neceſſitas, &c. 43
29. An ſi vrgeat periculum in mora, (veluti, ſi ſacerdos à iudice laico ducatur in furcam) poſſit Iudex Eccleſiaſticus, ſine monitione aliqua, cenſuram ipſo facto in talem (ſcilicet laicum iudicem) ferre?
R. Adhuc non poſſe ſine aliqua, &c. ibid.
30. An quando ius aut lex vetat aliquod crimen ſub aliqua cenſura ferenda, v.g qui furtum fecerit excommunicetur, ſuſpendatur, &c. An tunc poſſit Iudex ſine alia monitione cenſuram in Reum conuictum ferre?
R. Probabilius: Non poſſe. ibid.
31. An ſaltem, qui ſemel cenſura aliqua è iure ipſo facto eſt ligatus, v. g. excommunicatus ob percuſſionem clerici, poſſit etiam à iudice alia cenſura ligari, v.g excommunicari propter idem delictum, ſine noua monitione?
R. Probabilius: Negatiuè. 44
32. An quando Prælatus fert cenſuram ad defenſionem proprij iuris, vt v.g. in ſpoliatione Eccleſiæ, ſit etiam neceſſarium præmittere monitionem Canonicam?
R. Probabilius: Adhuc eſſe præmittendam. ibid.
33. An Prælati Regularium teneantur præmittere trinam Canonicam monitionem, in ferendis cenſuris?
R. Probabilius: Teneri ex vi iuris, non ex vi conſuetudinis. ibid.
34. An etiam Summ. Pont. teneatur in cenſuris ferendis monitionem Canonicam præmittere?
R. Clarius: Omnino teneri aliquam præmittere, licèt non Canonicam, &c. 45
35. An poſſit ſubditus cedere iuri monitionis Canonicæ, ita, vt illa non præuia poſſit cenſuris ligari?
R. Tanquam certum. Non poſſe. ibid.
36. An in declaratione, ſeu denunciatione cenſuræ incurſæ, quam iudex facit, requiratur Canonica monitio?
R. Quòd non. ibid.

DISPVTATIO VI.

De Conditionibus comitantibus actum ferendi cenſuras.

Q.1. AN cenſura ſit à iudice in ſcriptis ferenda? *R. Tanquam certum: Quòd ſic.* 46
2. An non ſolùm cenſura lata ab homine per ſententiam, ſed etiam cenſura lata à lege, aut ab homine per modum legis, vel ſtatuti ſit in ſcriptis ferenda?
R. Quod ſolùm cenſura ab homine. ibid.
3. Quam ob cauſam ſtatuit ius cenſuræ ſententiam proferri debere in ſcripto?
R. Quòd ob plures, &c. ibid.
4. An ſcriptura, in qua conſcripta eſt cenſura debeat eſſe authentica, id eſt confecta manu publici Notarij, aut etiam teſtibus munita?
R. Non eſſe neceſſarium. ibid.
5. An index teneatur ſententiam cenſuræ ſic conſcriptam per ſe ipſum, non per alium legere & promulgare?
R. Probabilius: Non teneri, ſed per Notarium ſufficere, &c. ibid.
6. An ſcriptura cenſuræ, ſit de eius ſubſtantia, an verò de eius forma accidentali?
R. Non eſſe. 47
7. An ſit neceſſum, quòd in ſcriptura in qua cenſura fertur, expreſsè apponatur cauſa, propter quam fertur?
R. Tanquam certum: Quòd ſic. ibid.
8. An expreſſio cauſæ propter quam fertur cenſura conſcribi in omni cenſura debeat?
R. Quòd non: Niſi quando contra perſonam determinatam, &c. ibid.
9. An hæc expreſſio cauſæ cenſuræ, ſit de eius valore ita, vt ſi non exprimatur ſit inualida cenſura?
R. Tanquam certum: Non eſſe de eius valore. ibid.
10. An iudex excommunicans teneatur tradere reo, ſi ab hoc intra menſem fuerit requiſitus, exemplum ſcripturæ continentis ſententiam cenſuræ?
R. Tanquam certum: Teneri. ibid.
11. An exemplum ſcripturæ dictæ, quod reo tradendum eſt, debeat eſſe integrum?
R. Tanquam certum: Debere. ibid.
12. An iudex teneatur dare exemplum, ſeu copiam ſententiæ, non ſolùm quando pronuntiat cenſuram contra determinatas perſonas, ſed etiam quando pronunciat in generali, contra quoſcumque, qui hoc vel illud fecerint?
R. Quòd tenetur ſuo modo: maximè ſi cenſura comprehendit aliquem, qui illam petat copiam. ibid.
13. An iudex pronuncians ſententiam cenſuræ, præſcripta iuris forma non ſeruata; pœnam ſuſpenſionis à diuinis officiis per menſem, ipſo iure incurrat?
R. Affirmatiuè. 48
14. An iudex, qui prædictum ordinem in ferendis cenſuris negligit, peccet mortaliter?
R. Tanquam certum: Quòd ſic. ibid.
15. An Prælati Regulares teneantur ex vi iuris, in ſcripto in quo contineatur cauſa, &c.
R. Longè Probabilius: Teneri. ibid.
16. An Prælati Regulares poſſint licitè ſaltem ex vi conſuetudinis ferre cenſuras, ſolo verbo ſine ſcriptura, &c.
R. Quòd poſſint. ibid.
17. An ſaltem ex vi priuilegij poſſint Prælati Regulares abſque pœna peccati & ſuſpenſionis ferre cenſuras verbo tenus, ſine expreſſione cauſæ, &c.
R. Poſſe ſolo verbo, quando cenſura feruntur per modum ſententiæ particularis, &c. 49
18. An Epiſcopi ferentes cenſuras ſolo verbo pecent etiam mortaliter, & incurrant ſuſpenſionem per menſem?
R. Tanquam certum: Peccare mortaliter, niſi aliàs iuſta vrgeat cauſa, ſuſpenſionem verò non incurrere. ibid.
19. An iudex, qui ob vitandum periculum inſtans, ob aliam iuſtam cauſam, ferret cenſuras, ſolo verbo peccaret mort. & incurreret ſuſpenſionem?
R. Tanquam certum: Quòd non. 50
20. An iudex, qui bona fide, aut ignorantia inculpabili, ferret cenſuram ſolo verbo, excuſaretur à dictis pœnis?
R. Tanquam certum: Excuſari. ibid.
21. An etiam ille iudex, qui ex inaduertentia cenſuræ
ferret

Digitized by Google

ferret ſolo verbo cenſuras, excuſaretur à relatis pœnis?
R. Excuſari. ibid.
22. An Iudex, qui ex ignorantia culpabili, ſolo verbo cenſuras ferret, incurreret dictas pœnas?
R. Quod incurreret. ibid.
23. An Prælatus, qui in ferendis cenſuris, non ſeruat formam in c. *Cum Medicinalis* præſcriptam, maneat eo ipſo priuatus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis Officiis in ea celebrandis?
R. Tanquam certum: Affirmatiuè. 51
24. An Prælatus, qui ob non ſeruatam formam præſcriptam in dicto textu in ſuſpenſionem incidit per menſem, tranſacto illo abſque alia relaxatione tollatur ſuſpenſio?
R. Quod tollitur: Si pœnituerit &c. ibid.
25. An ſi Prælatus ob non ſeruatam dictam formam iuris, ſuſpenſus durante menſe celebret in Eccleſia, aut alia diuina officia exequeretur, eo ipſo maneret irregularis?
R. Tanquam certum: Manere irregularem. ibid.
26. An vt iudex incurrat pœnam dictæ ſuſpenſionis ſatis ſit, vt in ferenda cenſura, vnicam conditionem prætermittat, etiam ſi alias adhibeat?
R. Satis eſſe. ibid.
27. An huiuſmodi pœna incurratur à Iudice non ſeruante dictam formam iuris, caſu, quo cenſura careat effectu?
R. Abſolutè ſemper incurri. ibid.
28. An cenſura lata in die feſto, ſit licita & valida?
R. Eſſe validam, quando fertur per modum legis, ſed inualidam quando per modum ſententiæ. 52
29. An cenſura debeat inter diem ferri, ita vt ſi in tenebris feratur, factum non teneat?
R. Quòd factum teneat, ſed debere inter diem ferri. ibidem.

DISPVTATIO VII.

De Conditionibus, quæ ſubſequuntur, poſt latam cenſuram.

Q. 1. AN poſt latam ſententiam cenſuræ debeat neceſſariò ſequi denuntiatio, ſeu publicatio cenſuræ eiuſdem?
R. Tanquam certum: Debere neceſſario publicari. 52
2. Quam ob cauſam fuit inſtituta denunciatio, ſeu publicatio nominis illius, qui cenſuram contraxit?
R. Primò. Propter ruborem: ſecundò, vt ſit ab omnibus notatus: tertiò, vt ceteri fideles vitent excommunicatum, &c. 53
3. An poſt omnem latam cenſuram debeat, fieri denuntiatio?
R. Nullo modo debere, ſed quando contra particularem, & determinatam perſonam. ibid.
4. An denuntiatio ſemper ſit facienda à legitimo ſuperiore, ſeu de eius authoritate?
R. Tanquam certum, quod ſic. ibid.
5. An quando cenſura incurſa fuit lata ab homine; primò & per ſe debeat fieri denunciatio ab eo, qui cenſuram intulit?
R. Tanquam certum: Quod ſic. ibid.
6. An quando cenſura incurſa lata fuit à Iure communi, ſit facienda denuntiatio ab ordinario illius loci, vbi patratum eſt crimen, ob quod cenſura incurſa eſt?
R. Quòd poſſit fieri, vel à proprio delinquentis ordinario, vel ab illo, in cuius Diœceſi patratum eſt delictum. ibid.
7. An ante denuntiationem cenſuræ incurſæ debeat ſemper præcedere ſententia declaratoria criminis commiſſi, ob quod cenſura fuit lata?
R. Probabilius longè; imo moraliter loquendo, certiſſimè: Debere. ibid.
8. An ante denunciationem cenſuræ incurſæ, ſeu quod idem eſt, ante declarationem, quod aliquis incidit in eam debeat neceſſariò præcedere citatio Rei?
R. Tanquam certum: Debere. 54
9. An denuntiatio cenſuræ facta ſine citatione partis, non ſolùm ſit iniuſta, ſed inualida?
R. Tanquam certum: Eſſe iniuſtam, & inualidam. ibid.
10 An ſi quando Reus citatur ad videndum fieri denuntiationem, ſtatim compareat, & delictum ſuum fateatur, & ſatisfactionem offerat, poſſit tunc iudex iuſtè illum denunciare?
R. Tanquam certum: tunc iuſtè non poſſe. ibid.
11. An caſu, quo inflicta ſit à iure cenſura contra committentes aliquod crimen, & ſit notorium illud fuiſſe ab aliquo patratum; poſſit tunc iudex, nulla præmiſſa citatione deuenire ad denuntiationem, & declarare delinquentem cenſuratum?
R. Poſſe tunc. ibid.
12. An ſi quis citatus à Iudice, ad videndam fieri denuntiationem, incurſæ cenſuræ ab homine latæ appellet, tunc poſſit Iudex, adhuc prædictum Reum citatum denuntiare?
R. Probabilius: Poſſe. 55
13. An ſaltem appellatio à cenſura contra ignorantem lata, impediat Iudicem; ne reum denuntiet?
R. Quòd impedit, ſi ignorantia eſt talis, quòd excuſet. ibidem.
14. An ſaltem ignorantia cenſuræ à iure lata, vel alterius, quæ ipſo facto contrahitur, poſſit per appellationem à ſententia declaratoria criminis impediri?
R. Poſſe. Dum aliàs non conſtet reum incidiſſe in cenſuram aliquam, ob tranſgreſſionem legis. ibid.
15. An ſemper quod cenſura lata eſt iuſta, poſſit, & teneatur Iudex denuntiare?
R. Poſſe; non ſemper ſub culpa teneri. ibid:
16. An quando ſententia cenſuræ fuit iniuſta, teneatur Iudex, qui illam tulit ad non denuntiandum.
R. Tanquam certum: teneri ad non denuntiandum reum, ſaltem ſub mortali. ibid.
17. An quando executori certo conſtat, ſententiam cenſuræ eſſe nullam, poſſit illam licitè denuntiare?
R. Tanquam certum: Non poſſe licitè. 56
18. An quando ſententia cenſuræ eſt iuſta, ſecundum allegata, & probata, tamen executori per ſcientiam, aut notitiam priuatam, conſtat in re eſſe iniuſtam, debeat executor ipſe, ſi ſuperior ei præcipiat, dictam ſententiam denuntiare?
R. Tunc teneri executorem exequi Iudicis mandatum. ibid.
19. An idem ſit dicendum, in caſu, quo executor habeat ſcientiam priuatam de iniuſtitia cenſuræ, ignorat autem vel dubitat, an ſit iuſta, ſecundum allegata, & probata?
R. Idem eſſe dicendum. ibid.
20. An item idem ſit dicendum, caſu, quo mero executori conſtet ſententiam eſſe iniuſtam ſecundum allegata, & probata. An videlicet tunc etiam debeat talem cenſuræ ſententiam exequi?

Digitized by Google

R. Non eſſe idem dicendum. ibid.

21. An quando ſententia cenſuræ in ſe,& ſecundum allegata, & probata eſt iuſta, iniuſta verò, quoad modum, teneatur merus executor illam exequi, ſi illi conſtet de tali iniuſtitia?

R. Tanquam verum: teneri. 57

22. Quonam loco, & quomodo ſit facienda cenſuræ denunciatio.

R. Quòd publicè in Eccleſia, & poſtea affigi eius portis, vel iuxta morem, &c. ibid.

23. An denunciatio debeat fieri in die non feriato?

R. Tanquam certum debere. ibid.

DISPVTATIO VIII.

De Cauſa Materiali proxima cenſuræ; nempe de Culpa, propter quam debeat cenſura ferri.

Q. 1. AN cenſura ſolum poſſit ferri validè, propter peccatum, ſeu culpam?

T. Tanquam certum: Quòd ſolum. 57

2. An cenſura imponi poſſit pro peccato omnino interiore, & per ſe occulto, quod quidem ſolo corde committitur, & intus retinetur?

R. longè probabiliùs: Non poſſe. ibid.

3. An ad incurrendam cenſuram ſufficiat aliena culpa?

R. Sufficere ad ſuſpenſionem & interdictum: non verò ad cenſuram excommunicationis. 58

4. An ſaltem poſſit imponi cenſura pro peccato per accidens occulto, hoc eſt pro peccato, quod non ſolum corde committitur, ſed voce aut opere manifeſtatur, teſtem tamen non habet?

R. Tanquam certum validè & rectè poſſe, &c. 59

5. An vt quis incurrat cenſuram impoſitam ab Eccleſia, ſit neceſſarium, vt actus externus, ſit ſignum externum malitiæ, ob quam ab Eccleſia imponitur cenſuræ?

R. Multò Probabiliùs: eſſe neceſſarium. ibid.

6. An quando actus exterior malus prohibitus ſub aliqua cenſura, non procedit ab actu interiori habente eam malitiam, quæ ſub cenſura eſt prohibita; num homo illum actum exteriorum exercens, incidat in illam cenſuram?

R. De facto non incurrere. 60

7. An etiam, quando aliquis ſeruat præcepta Eccleſiæ, ficto animo, aut ſine actu interiori excuſetur à cenſura, ſi quæ ſit, contra non obſeruantes talia præcepta?

R. Cum diſtinctione: Non excuſari, ſi fictio eſt contra ſubſtantiam actus externi; ſecus, ſi eſt contra ſubſtantiam. 61

8. An actus externus, per quem quis ligatur cenſura, debeat eſſe in ſua ſpecie morali completus, & conſummatus?

R. Debere eſſe. ibid.

9. An cenſura maior, ſolum pro mortali culpa legitimè inffigi poſſit?

R. Tanquam certum: Quòd ſolum. 62

10. An cenſura minor inferri ſaltem pro culpa veniali poſſit?

R. Tanquam quid certum. Poſſe. ibid.

11. An quodlibet peccatum mortale externum puniri poſſit iuſtè ac dignè cenſura maiori?

R. Quòd non quodlibet. ibid.

21. An vt cenſura valida, & iuſta ſit, debeat eſſe proportionata culpæ cuius cauſa fertur?

R. Affirmatiuè. ibid.

13. An in imponendis cenſuris debeant iudices aliquem ordinem & diſpoſitionem ſeruare?

R. Debere omnino. ibid.

14. An cenſura impoſita, aduerſus committentem aliquod delictum, comprehendat mandantem, ſeu conſulentem?

R. Longè probabiliùs: Non comprehendi, niſi in lege, ſeu præcepto exprimatur. ibid.

DISPVTATIO IX.

De cauſis excuſantibus ab incurrendis cenſuris, & primò de Ignorantia.

Q. 1. QVid & quotuplex ſit ignorantia, de qua in dubium verti poſſit an excuſet à cenſura?

R. Quod multiplex. 63

2. An ignorantia inuincibilis aut inculpabilis præcepti Epiſcopi aut Ordinarij, cui annexa eſt cenſura ab illa excuſet?

R. Tanquam certum: excuſare, imò tanquam certiſſimum. 64

3. An ignorantia inuincibilis præcepti lati ſub cenſura iure peculiari Pontificis, vt Epiſcopi Romani, excuſet etiam ab incurſione cenſuræ?

R. Excuſare. ibid.

4. An ignorantia inuincibilis alicuius Canonis, ſeu præcepti Pontificis vt Pontificis eſt, prohibentis aliquod delictum ſub cenſura, excuſet à cenſura?

R. Excuſare. ibid.

5. An ignorantia inuincibilis præcepti lati, ſub cenſura iure communi de aliquo actu de ſe non malo, ſed malo, quia prohibito, excuſet à cenſura?

R. Probabiliùs multò: verè excuſare à cenſura. ibid.

6. An ignorantia inuincibilis Eccleſiaſtici præcepti. lati ſub cenſura, etiam iure Pontificio excuſet à cenſura, caſu, quo actus ſit contra ius diuinum & naturale, & homo contra illum peccet?

R. Probabiliùs excuſare ab omni cenſura. 65

7. An etiam ignorantia inuincibilis non Eccleſiaſtici præcepti, ſed ſolius cenſuræ, illi annexæ, adhuc excuſet ne cenſura incurratur?

R. Probabiliùs Adhuc excuſare. 66

8. An ignorantia inuincibilis facti excuſet ignorantem, à cenſura illi facto, per legem ſtatuta, caſu quo ignorans det operam rei licitæ?

R. Tanquam certum: excuſare. ibid.

9. An ignorantia inuincibilis facti excuſet à cenſura ignorantem, etiam caſu quo hic det operam rei illicitæ?

R. Probabiliùs: Etiam eo caſu excuſare. ibid.

10. An item ignorantia inuincibilis circunſtantiæ, aut qualitatis culpæ, ob quam imponitur cenſura, excuſet etiam ab incurſione cenſuræ?

R. Probabiliùs. Adhuc excuſare. 67

11. An qui percutit Petrum Clericum credens inuincibiliter illum non eſſe Petrum, ſed Ioannem, etiam Clericum, cenſuram excommunicationis incurrat?

R. Tanquam certum: Incurrere. ibid.

12. An etiam incideret in cenſuram ille, qui proiiciens lapidem, quo percuteret Petrum Clericum, fortè, caſu, & inculpabiliter percuteret alium Clericum illac tranſeuntem?

R. Tanquam certum: Non incurrere. ibid.

13. An qui percuſſit laïcum exiſtimans eum eſſe Clericum, eo quòd tonſuram deferret, inciderit in cenſuram?

R. Vt

Digitized by Google

R. *Vt certum: Non incidiſſe.* ibid.

14. An ignorantia vincibilis, culpabilis, venialiter tantum, excuſet à cenſura?

R. *Excuſare; ſaltem à tribus ſpeciebus, excommunicatione, interdicto, ſuſpenſione, imò à pœna irregularitatis ob delictum impoſita.* 68

15. An ignorantia vincibilis mortaliter, quæ affectata, craſſa, & ſupina non eſt, etiam cenſuram excuſet?

R. *Affirmatiuam, & negatiuam partem probabilitate non carere, ſed negatiuam in praxi ſequendam eſſe. ibidem.*

16. An ignorantia affectata à cenſuris excuſet?

R. *tanquam quod certum: Non excuſare.* 69

17. An ignorantia craſſa, ſeu ſupina tam facti, quam iuris liberet à cenſura?

R. *Tanquam certum: Non excuſare.* ibid.

18. An ſaltem ignorantia craſſa excuſet à cenſura impoſita facienti aliquid ſcienter?

R. *Tanquam certum: Excuſare.* ibid.

19. An etiam ignorantia ſupina excuſet, ſicut excuſat craſſa à cenſura inflicta contra facientem aliquid ſcienter?

R. *In caſu præſenti: excuſare.* 70

20. An item ignorantia craſſa, & ſupina excuſent à cenſura canonis: lata ſub his verbis: *Si quis præſumpſerit, ſi quis auſus fuerit, vel auſu temerario fecerit?*

R. *Vt certum; Excuſare.* ibid.

21. An deinde ignorantia affectata, vel adeò craſſa; vt moraliter cenſeatur intenſa, ſeu affectata, excuſet à cenſuris, ſcientiam, temeritatem, ſeu præſumptionem exigentibus?

R. *Probabilius: Non excuſare.* 71

22. An ignorantia concomitans excuſet à cenſuris incurrendis.

R. *Probabilius: Semper excuſare.* ibid.

23. An ſaltem ſi quis laborans, ignorantia comitante, putans ſe occidere feram occideret Clericum inimicum, eliciens actualiter hunc actum: *vtinam, quod video eſſet clericus, nam adhuc illum occiderem,* excommunicationis cenſuram incurreret?

R. *Probabilius adhuc non incurrere.* 72

24. An naturalis oblivio, inaduertentia, & inconſideratio excuſent à cenſuris?

R. *Tanquam certum: Excuſare.* ibid.

25. An metus grauis, mortis, infamiæ, exilij, &c. purè & ſimpliciter illatus excuſet à cenſuris?

R. *Tanquam certum: Excuſare, ſi hæc ſint abſque negligentia, &c.* ibid.

26 An metus grauis excuſet etiam à cenſura, caſu quo hæc lata ſit pro crimine, aliàs, lege naturæ prohibito, veluti, ſi lata eſſet contra adulterium, vel inceſtum, cum conſanguinea patrantes?

R. *Probabilius etiam in dicto caſu metum grauem, à cenſura Eccleſiæ excuſare.* 73

27. An item metus grauis incuſſus in contemptum fidei, aut Religionis, aut poteſtatis Eccleſiæ excuſet à peccato & à cenſura?

R. *Probabilius: Tunc metum non excuſare.* ibid.

28. An tandem metus leuis, ſeu non cadens in virum conſtantem excuſet etiam à cenſura?

R. *Tanquam certum. Non excuſare.* 74

29. An impotentia moralis faciendi id quod præcipitur ſub cenſura excuſet ab illa?

R. *Tanquam certum: Excuſare.* ibid.

30. An etiam excuſet à cenſura, graue damnum, ſeu detrimentum famæ, vitæ, & aliorum bonorum ſuperioris ordinis, ſeu illorum vtilitas, aliaue cauſa rationabilis?

R. *Tanquam certum: Etiam excuſare.* ibid.

31. An innocentia à culpa graui, excuſet à cenſura, ita, vt innocens à mortali in quem lata eſt, non ligetur tali cenſura, nec teneatur ei obedire?

R. *Longè Probabilius: Excuſare innocentiam à cenſura; ita vt non ligetur, quoad Deum, etiamſi ſecundum allegata & probata, &c.* ibid.

32. An dentur aliæ cauſæ excuſantes ab incurrendis cenſuris?

R. *Plures dari: vt nullitas cenſuræ, Appellatio legitima conſenſus partis, conſuetudo præſcripta, & alia.* 75

DISPVTATIO X.

De effectibus Cenſuræ in communi.

Q. 1. QVot, & qui ſint effectus cenſuræ in communi?

R. *Quòd eſt duplex, nempè proximus, ſeu intrinſecus, & remotus ſeu extrinſecus, &c.* 75

2. An ſtatim ac Reus cenſuram latam incurrit ſpiritualium rerum vſu priuetur, ante Iudicis ſententiam?

R. *Tanquam certum: Statim priuari.* ibid.

3. An huiuſmodi effectus cenſuræ ſint perpetui?

R. *Tanquam certum: quòd nullo modo.* 76

4. An Reus cenſura non publica, ſed occulta innodatus, etiam maneat priuatus vſu ſpiritualium rerum?

R. *Tanquam certum: Etiam manere.* ibid.

5. An Reus cenſura conſtrictus vbique maneat priuatus vſu ſpiritualium rerum?

R. *Etiam manere (licet ſit reus Prælati inferioris Papa) priuatum vſu ſpiritualium rerum.* ibid.

6. An per appellationem ſuſpendatur effectus cenſuræ, abſolutè iam latæ?

R. *Tanquam certum: Non ſuſpendi, ſeu impediri. ibidem.*

7. An per diſpenſationem Papæ fieri poſſit, vt manente cenſura, eius effectus ſuſpendi, aut impediri poſſint?

R. *Poſſe ſuſpendi.* ibid.

8. An etiam Epiſcopi poſſint diſpenſare in effectibus cenſuræ, quam ipſi tulerunt?

R. *Abſolutè: In nullis effectibus diſpenſare poſſe.* 77

DISPVTATIO XI.

De abſolutione cenſurarum in Communi.

Q. 1. AN cenſura tollatur per mortem eius, qui cenſura ligatus erat?

R. *Tolli abſolutè, & directè, licet aliàs indirectè dici poſſit, non tolli, &c.* 77

2. An cenſura ſemel contracta, etiam tollatur per ſolam emendationem Rei, cenſura dicta ligati?

R. *Tanquam certum: Non tolli.* ibid.

3. An cenſura ſemel contracta, per mortem ferentis illam, extinguatur?

R. *Tanquam certum: Non extingui.* ibid.

4. An cenſura ſemel contracta per ſolam abſolutionem tollatur?

R. *Tanquam certum: Per ſolam abſolutionem tolli. ibid.*

5. An excommunicationis cenſura lata ab homine, ſub hac conditione: *Donec ſatisfecerit*, etiam non tollatur abſque abſolutione, adhuc ſatisfactione ſecuta?

R. Vt

Digitized by Google

R. Vt ferè certum. Neque in dicto caſu tolli abſque abſolutione. 78
6. An ita ſit neceſſaria abſolutio ad tollendam cenſuram iam contractam, vt nullo modo aliter tolli poſſit?
R. Quòd nullo alio modo tolli poſſit iure ordinario: bene tamen de potentia abſoluta Pontificis. ibid.
6. Quotuplex ſit cenſurarum abſolutio?
R. Quòd quadruplex. ibid.
8. Quid ſit abſolutio à iure, & quid ab homine?
R. Quod illa eſt qua datur ab ipſa lege: hac ab homine, &c. ibid.
9. Quid ſit abſoluta, & quid conditionata?
R. Quod illa eſt qua datur abſolutè & ſimpliciter: hac ſub aliqua conditione. ibid.
10. An abſolutio cenſurarum data ſub conditione de præſenti, vel præterito ſit valida?
R. Vt certum. Eſſe validam purificata conditione. ibid.
11. An ſit licitum dare aliquando abſolutionem cenſuræ ſub conditione de præſenti, aut præterito?
R. Vt certum: Affirmatiuè. 79
12. An etiam ſit valida abſolutio à cenſura ſub conditione de futuro data? nempè; *abſoluo te, ſi infra menſem ſatisfeceris.*
R. Probabilius eſſe validam. ibid.
13. An non ſolùm ſit valida, ſed etiam licita abſolutio lata ſub conditione de futuro?
R. Regulariter loquendo non eſſe licitam, niſi aliàs vrgeat neceſſitas, vel vtilitas. ibid.
14. Quid ſit abſolutio ſimplex, quidque ad cautelam?
R. Quòd abſolutio ſimplex eſt illa, qua datur ſimpliciter, & ſine vlla reſtrictione: ad cautelam verò, qua datur ſub conditione, ſi indiges, ſi teneris, &c. ibidem.
15 Quid ſit abſolutio ſimpliciter & quid ad reincidentiam?
R. Quòd abſolutio ſimpliciter eſt illa, per quam tollitur cenſura in perpetuum: abſolutio ad reincidentiam eſt illa, per quam tollitur cenſura non in perpetuum, ſed ita, vt reditura ſit poſt aliquod tempus, &c. ibid.
16 Quotuplex ſit abſolutio ad reincidentiam.
R. Quod duplex, vna impropriè dicta; altera propria. ibid.
17. An qui abſolutus eſt, ad reincidentiam, hoc ſecundo modo (v.g. ad tres dies, ita vt ſi infra eos non ſoluat, reincidat in excommunicationem) & impleto tempore non poteſt ſatisfacere, reincidat in conſcientia, in excommunicationem?
R. Probabilius: Non reincidere, in foro ſaltem conſcientia. 80
18. An excommunicatus ad inſtantiam creditoris, donec debitum ſoluat: ſatis ſit, ad hoc, vt non reincidat in excommunicationem, quod creditor, ſolutionem debiti differat ſine interuentione Iudicis.
R. Probabilius: eſſe ſatis, ſi creditor ſolutionem differat ante lapſum tempus, à Iudice aſſignatum? ibid.
19. An quando excommunicatus à iure, vel ab homine, ob iuſtum impedimentum abſoluitur à caſu Papali, per eum, qui aliàs abſoluere non poſſet; debeat, ne reincidat, ceſſante impedimento ſe præſentare Pontifici.
R. Debere. 81
20. An Reus abſolutus ab inferiori (ob aliquod impedimentum) à cenſura reſeruata Papæ ad reincidentiam; ſi ante terminum reincidentiæ ſatisfaciat parti, teneatur adhuc ſe præſentare Papæ?
R. Probabilius in eo caſu non teneri. ibid.
21. An prædictæ obligationi comparendi Pontifici ſatisfaciat quis, ſi id faciat medio Procuratore?
R. Probabilius: ſatisfacere. ibid.
22. An abſolutio à cenſuris habeat in iure formam præſcriptam, & determinatam?
R. Vt certum: Non habere. ibid.

TRACTATVS II.

De Prima Cenſura in ſpecie; nempe: De Excommunicatione in genere.

DISPVTATIO I.

De Voce, Definitone, & Diuiſione Excommunicationis.

Q. 1. QVid nomine excommunicationis ſignificetur?
R. ſignificari, extra communionem. 81
2. Quibus nominibus fuerit olim appellata excommunicatio?
R. Quòd multis, vt Medicina, Neruus Eccleſia, &c. ibid.
3. Quod nomen ſit *Anathema*, Græcum an Hæbraicum, quidque propriè ſignificet?
R. Quòd hac vox ſit æquiuoca. ibid.
4. An excommunicatio in communi, provt includit maiorem, & minorem, rectè ſic definiatur. *Eſt cenſura, qua homo baptizatus, ab aliqua communione Eccleſiaſtica ſeparatur?*
R. Rectè ſic definiri. 83
5. An excommunicatio, provt abſtrahit à maiori, & minori, priuet fideles, quacunque communione, ſeu communicatione?
R. Non priuare quacumque, ſed tantùm aliqua. ibid.
6. An excommunicatio maior ſit cenſura, *qua priuat fidelem omni Eccleſiaſtica communione?*
R. Affirmatiuè. ibid.
7. An excommunicatio adæquatè diuidatur in maiorem, & minorem?
R. Vt certum: affirmatiuè. ibid.
8. An quando abſolutè à iure vel ab homine imponitur excommunicatio, & non additur *Maior*, vel *Minor*, intelligendum ſit de excommunicatione maiori?
R. Iam nunc eſſe intelligendum de excommunicatione maiori. 84
9. An excommunicatio maior, in aliquas alias ſpecies, ſeu modos excommunicationis diuidatur?
R. Affirmatiuè. ibid.

DISPVTATIO II.

De pœnis, ſeu effectibus, quaſi in communi Excommunicationis maioris.

Q. 1. QVot, & quæ ſint pœnæ, vel effectus, quos infert Excommunicatio maior in excommunicatum?
R. Quòd adæquatus effectus eſt vnus, ſcilicet, totalis priuatio Eccleſiaſticæ communicationis, ſed inadæquati ſunt plures, ſcilicet, duodecim, &c. 85

Digitized by Google

2. An Excommunicatio maior inducat ipſos effectus dictos in Excommunicatum, iure diuino, an canonico?

R. Quod omnes effectus excommunicationis inducuntur ab illa iure humano. ibid.

3. An excommunicatio inualida, etiam inducat in excommunicatum, præfatos effectus?

R Tanquam certum: Quod non. ibid.

4. An excommunicatio iniuſta, ſed valida, habeat ſuos effectus?

R. Tanquam certum: Habere. ibid.

5. An olim iure Antiquo omnes excommunicati, maiori excommunicatione erant vitandi.

R. Tanquam certum: Quòd ſic. 86

6. An nunc, iure nouiori, ſolùm, & neceſſario ſint vitandi omnes notoriè excommunicati, iuxta decretum Baſilienſis Concilij: aut iuxta Conſtantienſe ſolummodo excommunicati nominatim denuntiati, & notoriè Percuſſores Clericorum?

R. Iam, vt certum: ſolum eſſe vitandos eos, qui expreſsè, & nominatim ſunt denuntiati, & eos, qui Clericorum, notoriè fuerint percuſſores. ibid.

7. An qui expreſsè, & nominatim eſt declaratus excommunicatus, ſit neceſſariò vitandus, antequam denuntietur, ſeu vt excommunicatus publicetur?

R. Longè probabilius: Non eſſe vitandum, antequam denuntietur nominatim, excepto caſu percuſſionis notoria clerici. 87

8. An ille, qui de hæreſi, aut de alio crimine, cui conſtat annecti excommunicationem, eſt denuntiatus; ſtatim ſit vitandus, tanquam nominatim excommunicatus?

R. Probabilius. Non eſſe vitandum, donec expreſsè nominetur excommunicatus. ibid.

9. An, vt quis teneatur vitare excommunicatum iam denuntiatum, ſufficiat dubium: aut ſaltem quæuis fama dictæ denuntiationis?

R. Neutrum horum ſufficere, ſed neceſſario requiri, adeò publicam famam, vt conferat notitiam certam moraliter dictæ denunciationis. ibid.

10. An qui notorietate iuris eſt notorius percuſſor clerici, ſit excommunicatus vitandus?

R. Tanquam certum: Non eſſe vitandum, niſi aliàs ſit etiam percuſſor clerici, notorietate facti. 88

11. An, vt percuſſor clerici ſit excommunicatus vitandus, ſit neceſſum, quòd, & percuſſio ſit coram multis teſtibus, & quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut excuſari?

R. Tanquam certum: Vtrunque eſſe neceſſarium. ibid.

12. Quot teſtes requirantur, vt percuſſor clerici dicatur *Notorius, notorietate facti Percuſſor*, & conſequenter ſit vt excommunicatus vitandus?

R. Quòd Plures, &c. ibid.

13. An ſi quis coram me, & aliis paucis teſtibus non ſufficientibus ad faciendum delictum notorium, percutiat Clericum, tenear illum, ſaltem in occulto, tanquam excommunicatum vitare?

R. Probabilius: Non teneri: donec crimen factum ſit Publicum. 89

14. An ipſi excommunicati tolerati, ſeu non neceſſario vitandi, poſſint licitè ex ſe incipere, & ſe ingerere ad communicandum cum aliis fidelibus?

R. Tanquam certum: quod non. ibid.

15. An etiam ipſi fideles peccent communicando cum excommunicatis toleratis, ſeu non vitandis?

R. Vt certum: Non *peccare.* ibid.

DISPVTATIO III.

De Primo effectu excommunicationis maioris, nempè, de priuatione communium ſuffragiorum Eccleſiæ.

Q. 1. QVænam dicantur ſuffragia communia Eccleſiæ: & quid ſuffragium priuatum?

R. Quòd ſuffragium commune Eccleſiæ ſit communis totius Eccleſiæ oratio: ſuffragium verò priuatum, hominis priuati: oratio, ieiunia, &c. 90

2. An Eccleſia poſſit priuare excommunicatum, communibus eiuſdem Eccleſiæ ſuffragiis, & commodis?

R. Vt certum: Poſſe. ibid.

3. An Eccleſia priuet de facto excommunicatum, non toleratum, communibus Eccleſiæ commodis, & ſuffragiis?

R. Vt certum: Affirmatiuè. ibid.

4. An etiam priuet Eccleſia excommunicatum non tolerandum, ſuffragiis priuatis, & particularibus?

R. Vt ferè certum: Non priuare. ibid.

5. An peccet mortaliter, qui ſuffragia communia Eccleſiæ excommunicatis non toleratis, in particulari offert?

R. Vt certum: Peccare, & mortaliter. 91

6. An etiam peccaret mortaliter, qui ſuffragia Eccleſiæ offerret pro excommunicatis, quaſi in communi, eadem intentione, qua ſolent offerri pro ceteris peccatoribus non excommunicatis?

R. Vt certum mihi: peccare etiam mortaliter. ibid.

7. An item peccaret mortaliter, qui offerret ſuffragia communia Eccleſiæ pro excommunicatis omnibus in Vniuerſali, tanquam pro exteris ad impetrandam eis reductionem ad obedientiam Eccleſiæ?

R. Vt ferè certum: etiam peccare mortaliter. ibid.

7. An ſaltem dicere poſſet Sacerdos in aliis diebus in Miſſa, orationem illam pro hæreticis & ſchiſmaticis, quam pro ſolo die Veneris Sancti, & Officio Eccleſia inſtituit?

R. Non poſſe abſque mortali, &c. 92

9. An ad minus, poſſet quis offerre indirectè ſacrificium, & alia ſuffragia communia Eccleſiæ, pro hæreticis, ſchiſmaticis & in communi?

R. Tanquam certum: Quòd ſic. ibid.

10. An liceat offerre ſuffragia Eccleſiæ pro excommunicatis non toleratis, (hoc eſt, pro excommunicatis nominatim denuntiatis, aut publicis Clericorum percuſſoribus) caſu, quo per contritionem ſint iuſtificati ante obtentam excommunicationis abſolutionem?

R. Probabilius: Nullo modo licere. ibid.

11. An ſaltem liceat applicare communia Eccleſiæ ſuffragia pro excommunicato occulto defuncto in gratia?

R. Probabilius: Adhuc non licere. 93

12. An liceat publicè orare, & ſacrificia offerre pro excommunicatis publicè toleratis?

R. Probabilius: Non licere. ibid.

13. An ſaltem poſſit quis licitè & cum fructu orare nomine Eccleſiæ pro dictis excommunicatis toleratis, ſi iam ſint per contritionem iuſtificati, ante obtentam abſolutionem?

R. Probabilius: Non poſſe. 94

14. An fructuosè, & licitè poſſit offerri ſacrificium Miſſæ à Sacerdote nomine Eccleſiæ, pro excommunicato quolibet iam contrito, ante obtentam abſolutionem ab excommunicatione?

R. Probabilius: Non poſſe.

15. An

15. An ſaltem poſſit Sacerdos, nomine, & perſona Chriſti applicare fructuosè ſacrificium Miſſæ cuicumque excommunicato, ſiue exiſtat in peccato, ſiue per contritionem in gratia?
R. *Æquè probabiliter: Adhuc non poſſe.* ibid.
16. An liceat Sacerdoti in Memento Miſſæ orare pro excommunicatis, etiam non toleratis?
R. *Probabiliùs: licere ei orare quatenus eſt perſona priuata, non tamen vt eſt perſona publica, aut nomine Eccleſiæ.* 95
17. An Indulgentiæ obtineri poſſint ab excommunicato contrito ante obtentam excommunicationis abſolutionem?
R. *Æquè probabiliter: Poſſe.* ibid.
18. An orans publicè pro excommunicatis vitandis, peccet mortaliter, & incurrat minorem excommunicationem?
R. *Probabiliùs. Affirmatiuè.* 96

DISPVTATIO IV.

De ſecundo effectu maioris excommunicationis, qui eſt, Priuatio paſſiua participationis Sacramentorum.

Q. 1. AN peccet mortaliter excommunicatus quodlibet ſuſcipiendo Sacramentum,
R. *Tanquam certum: Peccare per ſe loquendo.* 96
2. An non ſolum excommunicatus denuntiatus, & publicus percuſſor clerici, ſed etiam quilibet alius excommunicatus publicus, ſeu occultus peccet mortaliter quodlibet recipiendo ſacramentum?
R. *Vt certum: omnes peccare mortaliter.* 97
3. An duo committat peccata in confeſſione explicanda, excommunicatus, qui ſcienter ſacramentum aliquod ſumit?
R. *Non committere duo peccata, & ideo non teneri, niſi de vnico confiteri.* ibid.
4. An excommunicatus recipiens aliquod ſacramentum, pœnam aliquam, aut cenſuram, ipſo iure incurrat?
R. *Tanquam certum: Non incurrere, niſi in receptione Sacramenti Ordinis quia tunc incurrit irregularitatem.* ibid.
5. An ſaltem excommunicatus poſſit in aliquo caſu recipere Sacramentum ſine peccato?
R. *Vt certum: Poſſe, in tribus caſibus.* ibid.
6. An Sacramenta Confirmationis, Euchariſtiæ, Ordinis, Matrimonij, & Vnctionis extremæ recepta ab excommunicato, ſint valida?
R. *Vt certum: Eſſe valida quantum ad ſubſtantiam.* ibid.
7. An excommunicatus, qui ſic Matrimonium contraxit, poſſit licitè ſolemnem in Eccleſia Benedictionem recipere, ante excommunicationis abſolutionem?
R. *Vt quid certum: Quod non.* 98
8. An excommunicatus ſuſcipiens Sacramentum Ordinis, maneat ſuſpenſus ab vſu Ordinis ſuſcepti?
R. *Vt certum. Manere ſuſpenſum.* ibid.
9. An Pœnitentiæ Sacramentum, bona fide, vel in neceſſitate, aut cum inuincibili ignorantia, ab excommunicato ſuſceptum, ſit ratum, ac validum?
R. *Probabiliùs: Ratum, ac validum eſſe.* ibid.
10. An Sacramentum Pœnitentiæ receptum ab excommunicatio ſit validum, etiam quando hic ad illum acceſſit, volens prius à peccatis, quàm ab excommunicatione abſolui?
R. *Tanquam mihi certum: tunc non eſſe validum.* 99
11. An etiam Sacramentum Pœnitentiæ ſit inualidum, ſi ſuſcipiatur ab excommunicato culpabiliter mortaliter ignorante ſe eſſe excommunicatum, vel, quod eſt mortale ſic accedere?
R. *Multo longè probabilius: etiam eſſe inualidum.* ibib.
12. An Abſolutio data à peccatis, & non ab excommunicatione, ſit per ſe, & directè, ac ex natura rei, valida?
R. *Eſſe validam ex natura rei.* ibid.
13. An, quando excommunicatio in foro interiori eſt nulla, poſſit excommunicatus priùs à peccatis, quàm ab excommunicatione abſolui?
R. *Poſſe.* 100
14. An Miniſtri Eccleſiæ mortaliter, ex vi cenſuræ, peccent, dando ſacramentum aliquod excommunicato euitando, non tolerato ab Eccleſia?
R. *Tanquam quid certum: Affirmatiuè.* ibid.
15. An Miniſter peccet mortaliter, adminiſtrando aliquod ſacramentum excommunicato laboranti ignorantia inuincibili, ſeu obliuione, ſe eſſe excommunicatum?
R. *Vt certum: Peccare mortaliter Miniſtrum, ſi conſcius eſſet talis excommunicationis.* ibid.
16. An quoties Excommunicato eſt licitum recipere ſacramentum, licitum ſit quoque Miniſtro illud ei conferre?
R. *Vt certum. Affirmatiuè.* ibid.
17. An ſi Excommunicatus, ita ſit proximus morti, vt non poſſit prius ab Excommunicatione, quàm à peccatis abſolui, poſſit tunc licitè prius à peccatis abſolui?
R. *Nullam dari poſſe neceſſitatem, vt cogat ſacerdotem abſoluere prius à peccatis quam ab excommunicatione, &c.* 101
18. An Miniſtrans ſacramenta excommunicato vitando, peccet mortaliter, & pœnam aliquam, aut cenſuram incurrat?
R. *Affirmatiuè,* ibid.
19. An etiam peccent mortaliter, ex vi cenſuræ, Miniſtri Eccleſiæ, miniſtrando ſacramenta excommunicatis occultis, ſeu toleratis ab Eccleſia?
R. *Negatiuè.* ibid.
20. An ſaltem peccet Miniſter, contra ius naturæ, & diuinum, conferendo ſacramenta excommunicatis toleratis, quamuis non peccet contra prohibitionem Eccleſiæ?
R. *Vt certum: Peccare, & mortaliter.* ibid.
21. An peccent Miniſtri Eccleſiæ conferentes ſacramenta excommunicato occulto, publicè illa petenti?
R. *Vt certum: Non peccare, caſu quo ſine infamia denegare ſacramenta nequeat.* 102

DISPVTATIO V.

De eodem ſecundo effectu excommunicationis, nempe, de Priuatione actiua adminiſtrandi, & conficiendi Sacramenta.

Q. 1. AN excommunicati non tolerati (quales ſunt nominatim denuntiati, aut publici Clericorum percuſſores) peccent mortaliter, conficiendo, vel miniſtrando ſacramenta?
R. *Vt certum, Peccare mort. contra Religionem, ſi id extra caſum neceſſitatis faciant.* ibid.
2. An ignorantia inuincibilis, aut naturalis obliuio, ſeu inaduertentia, excuſet excommunicatum à peccato adminiſtrandi, aut conficiendi ſacramenta?

R. Vt

R. *Vt certum: Excuſare.* ibid.

3. An licitum ſit excommunicato non tolerato, celebrare, aut miniſtrare alteri Sacramenta, ne ſe infamet, aut occultum delictum ſuum publicum faciat, & ne ſcandalum generet, aut aliud graue incommodum incurrat?

R. *Vt longè probabilius, licitum ei eſſe habita priùs contritione.* ibid.

4. An Excommunicatus non toleratus, aut vitandus poſſit miniſtrare ſacramenta ob mortis periculum vitandum?

R. *Probabilius longè: Poſſe etiam habita prius contritione.* 103

5. An Sacerdos Excommunicatus vitandus poſſit, caſu quo, ſit morti vicinus, & non habeat alium, cui poſſit confiteri, licitè miniſtrare ſibi Euchariſtiam, ſiue celebrando miſſam, ſiue ſumendo formam ex conſecratis?

R. *Vt mihi certum: Poſſe.* ibid.

6. An excommunicatus vitandus poſſit vrgente neceſſitate alterius, licitè miniſtrare ſacramentum Baptiſmi?

R. *Vt certum: Poſſe.* ibid.

7. An dictus excommunicatus, vitandus, non ſolùm poſſit, ſed etiam teneatur ſub mortali miniſtrare baptiſmum paruulo, aut adulto non baptizato animam agenti?

R. *Vt certum: Non ſolùm Poſſe, ſed & teneri.* ibid.

8. An Sacerdos excommunicatus vitandus, Baptizans aliquem in extrema neceſſitate in ſolemnitate, & ceremoniis, peccet mortaliter?

R. *Vt certum: Affirmatiuè.* 104

9. An licitè poſſit Sacerdos excommunicatus miniſtrare baptiſmum, in dicto caſu neceſſitatis, ſi adeſſet laïcus non excommunicatus, qui baptizare poſſet?

R. *Probabilius: licitè poſſe.* ibid.

10. An in eodem mortis articulo liceat excommunicato vitando, miniſtrare ſacramentum pœnitentiæ, quando non eſt alius Miniſter præter ipſum?

R. *Vt longè probabliùs: licere ei, ſi iam ſit contritus. ibid.*

11. An etiam ſi quis Sacerdos ſit excommunicatus propter hæreſim, poſſit licitè adminiſtrare pœnitentiam exiſtenti in articulo mortis?

R. *Longè probabiliùs: licitè poſſe, ſi aliàs interius conuerſus fuerit ad fidem & pænitentiam.* 105

12. An præſente Sacerdote ſimplici non excommunicato, poſſet licitè Sacerdos excommunicatus vitandus abſoluere pœnitentem in articulo mortis?

R. *Probabiliùs Poſſe.* ibid.

13. An licitum ſit excommunicato non tolerato Euchariſtiam in articulo mortis adminiſtrare?

R. *Probabiliùs: licitum illi eſſe, ſi non eſt alius cui competat illam miniſtrare.* 106

14. An etiam ſit licitum excommunicato non tolerato miniſtrare infirmo conſtituto in mortis articulo ſacramentum extremæ vnctionis, etiam caſu quo ſacramentum pœnitentiæ vel Euchariſtiæ receperit?

R. *Tanquam ferè certum: Non eſſe illi licitum, caſu ſaltem, quo infirmus receperit ſacramentum pænitentia vel Euchariſtiæ.* ibid.

15. An ſaltem caſu, quo moribundus non poſſit ſacramentum pœnitentiæ vel Euchariſtiæ recipere, poſſit tunc Paſtor Excommunicatus vitandus ſacramentum Extremæ Vnctionis licitè dicto moribundo tribuere?

R. *Probabiliùs: tunc licitè poſſe.* 107

16. An Epiſcopus excommunicatus vitandus, poſſit in aliquo caſu licitè Sacramentum Ordinis alicui miniſtrare.

R. *Probabiliùs: Poſſe, in aliquo caſu,* ibid.

17. An Parochus Excommunicatus vitandus, validè poſſit aſſiſtere matrimonio eius, qui in mortis articulo ducit vxorem, quam vſque ad illum in concubinam habuerat;

R. *Longè multo probabilius: Poſſe validè.* ibidem.

18. An ſaltem Parochus ille excommunicatus vitandus peccet aſſiſtens Matrimonij Sacramento in caſu aſſignato?

R. *Æquè probabiliter non peccare adhuc venialiter. ibid.*

19. An etiam excommunicatus vitandus validè & licitè poſſit coram Parocho non Excommunicato contrahere matrimonium cum ſua concubina in mortis articulo?

R. *Probabiliùs, Poſſe.* 108

20. An item liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato adminiſtrare Confirmationis Sacramentum alicui homini in aliqua extrema neceſſitate conſtituto.

R. *Poſſe quidem caſu dumtaxat quo non poſſit aliud recipere Sacramentum.* ibid.

DIPVTATIO VI.

De eodem ſecundo effectu Excommunicationis maioris, nempe De validitate & inualiditate Sacramentorum collatorum ab Excommunicatis toleratis, & non toleratis.

Q. 1 AN Sacramenta collata ab excommunicato vitando, ſeu non tolerato ab Eccleſia ſint valida?

R. *Vt fide certiſſimum: Eſſe valida, dummodo omnia neceſſaria ad ſubſtantiam Sacramentorum concurrant.* 108

2. An Baptiſmus collatus ab Excommunicato vitando, ſaltim extra caſum neceſſitatis ſit validus.

R. *De fide: Eſſe validum, ſi neceſſaria concurrant.* 109

3. An etiam Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo excommunicato vitando extra caſum neceſſitatis ſit validum?

R. *Certiſſimè: Eſſe validum, licet conferens peccet mortaliter.* ibid.

4. An deinde Sacramentum Euchariſtiæ ſit ratum, ſi extra caſum neceſſitatis conficiatur ab Excommunicato vitando?

R. *Vt certiſſimum eſſe validum.* ibid.

5. An rurſus Sacramentum Ordinis ſit validum, ſi conferatur ab Epiſcopo excommunicato, hæretico, aut alio quocumque modo præciſo ab Eccleſia extra caſum neceſſitatis?

R. *Vt certiſſimum: Eſſe validum etiam, ſi à degradato Epiſcopo conferatur.* ibid.

6. An Matrimonium inter excommunicatos extra caſum neceſſitatis contractum, ſit validum?

R. *Vt certum: Eſſe validum, quamuis contrahentes peccent.* 110.

7. An Sacramentum Extremæ Vnctionis collatum moribundo à Parrocho excommunicato vitando

R. P. Leand. de Cenſuris. i ſit

ſit validum, ſi illud conferat extra caſum abſolutæ neceſſitatis?

R. Vt certum eſſe validum, quamuis eo caſu Parrochus peccet grauiter. ibid.

8. An Sacramentum pœnitentiæ collatum ab excommunicato Parocho non tolerato, extra articulum neceſſitatis, & circa materiam neceſſariam ſit validum?

R. Vt certiſſimum: Non eſſe validum. ibid.

9. An ſaltem Prælatus Excommunicatus vitandus, eſto, non poſſit per ſe validè extra neceſſitatis caſum abſoluere, poſſit alteri ſuas vices committere?

R. Longè probabiliùs: Non poſſe eo caſu ſuas vices committere. Nec Epiſcopus Confeſſorem approbare, & exponere. 111

10. An ad minus confeſſarius excommunicatus non toleratus poſſit abſoluere validè à venialibus?

R. Vt Probabiliùs: Non poſſe validè. ibid.

11. An Confeſſio peccatorum mortalium, facta cum excommunicato vitando ſit inualida, & neceſſariò iteranda, etiamſi pœnitens inuincibiliter ignoret confeſſorem eſſe excommunicatum?

R. Eſſe inualidam, & iterandam, caſu, quo ignorantia inuincibilis, ex particulari, & priuato errore procedat, ſecus verò ſi ex publico, & communi. ibid.

12. An Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Euchariſtiæ, Matrimonij, & Vnctionis Extremæ collata ab excommunicato tolerato (hoc eſt non nominatim denuntiato, nec publico percuſſore clerici) etiam extra caſum neceſſitatis ſint valida, ac rata?

R. Tanquam quid certum: eſſe omnino valida. 112

13. An etiam Sacramentum pœnitentiæ collatum ab excommunicato tolerato, extra articulum neceſſitatis ſit validum?

R. Vt certiſſimum: eſſe per ſe loquendo, validum, ac ratum. ibid.

14. An huiuſmodi excommunicati tolerati poſſint non ſolùm validè, ſed & licitè conferre ſacramenta quando fideles illa poſtulant ab eis?

R. Vt longè multò probabiliùs; imò vt mihi certum; Non ſolum validè ſed & licitè poſſe. ibid.

15. An ad hoc, vt excommunicatus toleratus, licitè poſſit conferre pœnitentibus ſacramenta, debeant hi aliquam neceſſitatem habere ſaltem communem, aut vtilitatem?

R. Probabiliùs: licitè poſſe, etiam ſi in ſpeciali cauſa, & neceſſitate. 113

16. An licitum ſit his excommunicatis toleratis, ſe ingerere, & inuitare ad Sacramenta fidelibus miniſtranda?

R. Tanquam certum: Non eſſe eis licitum. ibid.

17. An licitum ſit alicui, petere, etiam abſque neceſſitate, ſacramenta à Miniſtro excommunicato tolerato, parato ſua ſponte adminiſtrare, ſi illa adminiſtrando peccaturus ſit?

R. Probabiliùs: Eſſe illi licitum. ibid.

18. An item, liceat petere ſacramenta à Miniſtro, (etiam non paſtore) excommunicato tolerato, extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis, ſi aliàs non ſit ad adminiſtrandum paratus?

R. Probabiliùs: Etiam eſſe licitum. ibid.

19. An etiam ſit licitum, ſacramenta ab excommunicato tolerato petere, caſu, quo ſit alius Miniſter non excommunicatus, à quo, æque vtiliter recipi poſſint?

R. Vt certiſſimum ferè; tunc non eſſe licitum. 114

20. An tandem licitum ſit aliquando petere Sacramenta ab excommunicato non tolerato, ſeu vitando?

R. Vt certum: Non eſſe licitum, extra caſum vrgentis neceſſitatis. ibid.

21. An excommunicatus adminiſtrando ſacramenta illicitè, incurrat aliquam pœnam?

R. Incurrere; nempè irregularitatem. 115

22. An etiam, qui Sacramenta excommunicatis non toleratis largiuntur, incurrant aliquam pœnam?

R. Incurrere interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ. ibid.

DISPVTATIO VII.

De Tertio effectu excommunicationis; qui eſt Priuatio diuinorum officiorum, & aliarum rerum ſacrarum.

Q. 1. AN quicumque excommunicatus priuetur, ex vi cenſuræ, omni communicatione Eccleſiaſtica in rebus diuinis?

R. Vt certum: Priuari. 115

2. An excommunicatis ingredi Eccleſiam liceat ſaltem eo tempore, quo diuina officia non celebrantur?

R. Vt quid verum: licere. ibid.

3. An etiam liceat excommunicatis, ingredi Eccleſiam, eo tempore, quo officia diuina in ea celebrantur?

R. Probabiliùs: Etiam eis licere: dummodo id non faciant cauſa aſſiſtendi diuinis, &c. ibid.

4. An liceat excommunicatis ingredi Eccleſiam, & ibi Deum orare, etiam caſu, quo ſint alij fideles ibi priuatim orantes?

R. Vt longè multò probabiliùs: licere. 116

5. An prohibitum ſit excommmunicatis omnibus Horas Canonicas cum aliis publicè, ſeu nomine Eccleſiæ recitare, & etiam eiſdem horis, quos alij recitant intereſſe?

R. Vt certum: Eſſe probibitum. & ſub mortali. ibid.

6. An ſaltem liceat excommunicato, vt perſona priuata cum alio ſocio horas Canonicas recitare?

R. Vt certum: Non licere. ibid.

7. An ad minus liceat excommunicato, priuatè Officium B. Virginis, vel Defunctorum, aut aliud officium priuatum cum alio recitare?

R. Vt certum: Nec id licere. 117

8. An peccet mort. excommunicatus officium diuinum, cum ſocio, vt priuata perſona recitando?

R. Vt multo probabiliùs: Non peccare mortaliter; ſed ſolùm venialiter. ibid.

9. An etiam excuſetur ab hac culpa veniali, ille, qui antequam excommunicationem incurreret, ratione ſui muneris ſolitus erat recitare cum alio: v.g. Canonicus cum ſuo Capellano, vel famulo?

R. Vt quid probabiliùs: Etiam excuſari. ibid.

10. An Excommunicatus Religioſus profeſſus, aut Clericus inſignitus Ordine ſacro, non ſolum poſſit, verùm etiam teneatur priuatim Horas Canonicas ſoluere?

R. Vt quid certum: Non ſolùm poſſe; ſed teneri. 118

11. An qui non ratione Ordinis Sacri, aut Profeſſionis, ſed tantùm ratione beneficij, tenetur ad Horas Canonicas, ſi eſt excommunicatus, teneatur ad illas recitandas?

R. Vt quid verum: Teneri etiam. ibid.

12. An

Digitized by Google

12. An huiuſmodi excommunicati, priuatim horas dicentes, teneantur ita occultè illas dicere, vt ab aliis audiri non poſſint?

R. Vt quid longè probabilius: Ad id non teneri. ibid.

13 An ſit licitum excommunicatis, quando recitant officium diuinum, dicere, *Dominus vobiſcum?*

R. Vt multo probabilius: Non eſſe eis licitum. ibid.

14. An Sacerdos, aut Diaconus excommunicatus pronuntians in recitatione officij, *Dominus vobiſcum*, peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem?

R. Vt longè probabliùs: Non peccare niſi venialiter, ac proinde, nec incurrere irregularitatem ſi illo verſiculo vtatur in recitatione priuata officij. 119

15. An ſit permiſſum excommunicatis, ire cum aliis in publica proceſſione, aut litaniis publicis, ad quas Populus fidelis cum Sacerdote cantante concurrit?

R. Vt quid certum: Non eſſe illis id permiſſum: ſed potius ſub mortali prohibitum. ibid.

16. An etiam ſit prohibitum excommunicatis, comitari Sacram Euchariſtiam, quando ad infirmos defertur?

R. Eſſe etiam prohibitum. 120

17. An item ſit prohibitum excommunicatis, Aquam Oliuas, aut Candelas ſolemniter benedicere: Epiſtolam, aut Euangelium ſolemniter cantare, aut aliam functionem propriam alicuius Ordinis ſolemniter, & ex officio exercere?

R. Vt certum omnia hæc eſſe illis ſub mortali prohibita. ibid.

18. An deinde excommunicato ſit vetitum, ſacræ concioni intereſſe?

R. Vt certum: Quòd non. ibid.

19. An ſaltem ſit vetitum ipſis excommunicatis concionem audientibus, dicere in principio, & in fine concionis *Aue Maria*, cum aliis ſimul?

R. Quòd Non. ibid.

20. An etiam excommunicati, ſaltem tolerati poſſint abſque mortali, aliis concionari?

R. Nullo modo poſſe abſque labe, mortali, niſi aliàs ad concionandum ab aliis inuitati fuerint. ibid.

21. An ſi excommunicatus, ſolemniter, & quaſi ex officio, prædicet; non ſolum mort. peccet, verùm etiam fiat irregularis?

R. Probabilius: Non fieri irregularem, etiam caſu quo mort. peccet. 121

22. An liceat excommunicato, intereſſe lectioni ſacræ Theologiæ, vel ſcripturæ?

R. Vt longè probabiliùs: Non ei licere. ibid.

23. An lector excommunicatus vitandus, poſſit licitè publicas lectiones ſuis Diſcipulis prælegere?

R. Vt certum: Non poſſe. ibid.

24. An lector excommunicatus poſſit licitè legere publicam lectionem coram multis, caſu quo vnus ex auditoribus ſit excommunicatus vitandus?

R. Æquè probabiliter; Poſſe. ibid.

25. An etiam ſit licitum Doctori reſpondere Diſcipulo excommunicato interroganti circa lectionem?

R. Quòd non; niſi interrogatio eſſet in ordine ad ſuam vtilitatem, & conuerſionem. 122

26. An Magiſter excommunicatus toleratus, poſſit lectionem publicam, ad quam ex officio tenetur, facere?

R. Vt certum: Poſſe, ſi aliàs per alium non poſſet ſuo muneri ſatisfacere? ibid.

27. An omni excommunicato ſit prohibitum ſub mortali, intereſſe Miſſæ, aut Sacerdoti illam dicenti inſeruire?

R. Vt certum, Quòd ſic. ibid.

28. An ſaltem ſit licitum excommunicato occulto, ſeu tolerato, inſeruire Sacerdoti non excommunicato volenti Miſſam ex neceſſitate celebrare, caſu, quo non ſit alius Miniſter, qui inſeruiat?

R. Tunc eſſe ei licitum, ſi ad ſeruiendum à Sacerdote inducatur. ibid.

29. An excommunicatus quilibet peccet mortaliter non audiendo Miſſam in die feſto?

R. Vt certum: Quòd non. ibid.

30. An ſaltem peccet mort. excommunicatus, qui non procurat abſolutionem à cenſura, vt Miſſam in feſto audiat?

R. Probabilius: Adhuc non peccare contra præceptum audiendi Miſſam. 123

31. An excommunicatus audiens Miſſam, incurrat aliquam pœnam?

R. Vt certum: Quòd non. ibid.

32. An ſaltem excommunicatus, qui non ſolùm aſſiſtit Miſſæ, ſed etiam auctor eſt, & cauſa vt Miſſa coram ipſo celebretur, incurrat irregularitatem?

R. Vt longè multo probabilius: incurrere, ſaltem, caſu quo talis excommunicatus ſit Sacerdot. ibid.

33. An non ſolùm Sacerdos, ſed quilibet alius excommunicatus, faciens coram ſe celebrare, incurrat irregularitatem?

R. Mitius: Negatiuè. ibid.

34. An ſi excommunicatus admonitus à celebrante vt ab Eccleſia exeat, nolit exire, incurrat nouam excommunicationem?

R. Vt certum: incurrere, & reſeruatam Papæ. ibid.

35. An ſit licitum Sacerdoti proſequi Miſſam, ſi illi adſit excommunicatus toleratus, ſeu non vitandus?

R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.

36. An etiam ſit licitum Sacerdoti proſequi officium diuinum, Benedictionem oliuarum, & ſimiles ſacras actiones, dum ibi adeſt excommunicatus vitandus, & non toleratus, & non vult de Eccleſia exire; nec ab illa ſine periculo expelli poteſt?

R. Vt certum: Non eſſe ei licitum. ibid.

37. An etiam teneatur Sacerdos relinquere Miſſam inceptam, caſu, quo Canonem non inchoauerit, ſi aduertat ibi adeſſe excommunicatum vitandum, & non poſſit illum expellere de Eccleſia ſine periculo?

R. Vt certum: Etiam teneri Miſſam relinquere, caſu quo Canonem non inchoauerit. ibid.

38. An item debeat Sacerdos relinquere Miſſam inceptam, ſi excommunicatus vitandus intret in Eccleſiam. poſtquam ipſe Sacerdos inchoauit Canonem, non tamen conſecrationem?

R. Probabilius: Teneri relinquere Miſſam ſi nondum peruenit ad illa verba: Qui pridie quam pateretur. ibid.

39. An liceat ſimul cum excommunicato vitando, audire eandem Miſſam?

R. Quòd non. 125

40. An non ſolùm peccet venialiter, ſed etiam mort. qui audit ſimul cum excommunicato vitando Miſſam?

R. Æquè probabiliter: ex ſuo genere ſolùm peccare venialiter, & incurrere excommunicationem minorem, &c. 126

41. An non excommunicatus participet cum excommunicato vitando, & conſequenter peccet, & incurrat excommunicationem minorem, etiam caſu, quo hic in eadem Eccleſia audiat aliam Miſſam, quàm non excommunicatus audit?

R. Vt certum: Quòd nec peccet, nec incurrat excommunicationem, &c. ibid.

42. An ſit licitum non excommunicato ſumere Euchariſtiam in eadem Miſſa ab eodem Sacerdote, ſimul cum excommunicato vitando?

R. Non eſſe licitum. Quia ad minus peccat venialiter, & incurrit excommunicationem minorem. ibid.

43. An Sacerdos non excommunicatus celebrans ſcienter coram excommunicato vitando, non ſolum peccet mort. & incurrat minorem excommunicationem, verùm etiam incurrat irregularitatem?

R. Vt quid certum: ſolum peccare mort. & incurrere minorem excommunicationem: non irregularitatem. 127

44. An vſus Aquæ benedictæ ſit prohibitus omni excommunicato?

R. Probabilius: Eſſe talem vſum illi prohibitum, ſi vtatur aqua benedicta, vt eſt ab Eccleſia inſtituta: non verò ſi alia peculiari ratione illa vtatur. ibid.

45. An excommunicatus poſſit licitè, benedicere menſam; munire ſe ſigno Crucis, adorare Euchariſtiam, vti Imaginibus, & aliis ſimilibus rebus?

R. Vt quid certum: Poſſe. 128

DISPVTATIO VIII.

De eodem tertio effectu, videlicet, De Sepultura ſacra, qua excommunicatus priuatur.

Q. 1. AN excommunicatus Eccleſiaſtica ſepultura priuetur?

R. Vt quid certum: Priuari. 128

2. An licitum ſit excommunicato infirmo, petere, vt in hoc, vel illo loco ſacro ſepeliatur?

R. Vt certum: Quòd non. ibid.

3. An ſepelientes excommunicatum vitandum in loco ſacro, grauiter peccent?

R. Vt certum: grauiter peccare. ibid.

4. An etiam ſepelientes excommunicatum non vitandum, ſeu toleratum, in loco ſacro, grauiter peccent?

R. Iam, nec leuiter peccare, poſt Concil. Conſtanc. ibid.

5. An excommunicatus vitandus ſolùm prohibeatur per iura ſepeliri in cæmeterio; non verò in Eccleſia, ſeu in Templo, id eſt, intra ambitum illorum?

R. Vt certum: Quòd etiam prohibitum ſit illi in Eccleſia, ſeu Templo ſepeliri. 129

6. An ſaltem liceat ſepelire excommunicatum non toleratum in loco non ſacro; etiamſi ſit proximus Eccleſiæ, vel cæmeterio, aut alteri ſacro loco?

R. Vt certum: licere. ibid.

7. An oſſa excommunicati vitandi, ſint è loco ſacro proiicienda, caſu, quo diſcerni poſſint ab oſſibus aliorum fidelium?

R. Eſſe proiicienda, caſu quo diſcerni poſſint: ſecus, ſi aliàs nequeant diſcerni. 130

8. An excommunicatus vitandus priuetur etiam, ex vi cenſuræ omni honore Eccleſiaſtico, qui in tumulatione fidelium fieri ſolet?

R. Vt certum: Priuari etiam. ibid.

9. An Clerici exhibentes excommunicato vitando dictum honorem, ſeu pompam funeris Eccleſiaſticam, fiant irregulares?

R. Vt certum: Non fieri. ibid.

10. An ſepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro, non ſolùm peccet mort. verum etiam incurrat excommunicationem maiorem?

R. Vt certum: affirmatiuè. ibid.

11. An ſepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro, non ſolùm incurrat excommunicationem maiorem latam in d. Clement. ſed etiam minorem latam iure communi, contra communicantes cum excommunicato vitando?

R. Vt Probabilius: etiam maiorem incurrere. 131

12. An etiam hanc pœnam maioris excommunicationis incurrant, qui excommunicatum vitandum cum ſolemni pompa ſepeliunt in loco omnino prophano?

R. Vt ferè certum: Non incurrere. ibid.

13. An dicta Conſtitutio Clem. V. ſit generalis, & comprehendat omnes ſine vllo diſcrimine?

R. Vt quid certum: Omnes comprehendere. ibid.

14. An, vt ſepeliens excommunicatum vitandum incurrat excommunicationem maiorem latam in *d. Clement. 1. de ſepult.* ſit neceſſum, quod id faciat ſcienter, hoc eſt, non ignorans mortuum eſſe excommunicatum?

R. Affirmatiuè. ibid.

15. An ad incurrendam Clem. dictæ excommunicationem, requiratur quod excommunicatus, qui ſepelitur ſit excommunicatus vitandus, ſeu non toleratus?

R. Vt longè probabilius: Requiri iam. 132

16. An huiuſmodi pœnam excommunicationis Clemen. 1. de ſepult latam, contra ſepelientes excommunicatos, ſolùm illi homines, qui propriis manibus cadauer excommunicati in ſepulchrum immittunt, aut in foſſam inferunt, non alij, qui comitantur funus, incurrunt?

R. Quod alij probabiliter affirmant: alij probabiliter negant. Quidam autem probabilius; ex dicendis conſtabit? ibid.

17. An innodentur excommunicationis d. Clement. cenſura, illi qui lauant corpus excommunicati: qui induunt illud veſtibus: & qui pulſant campanas, commonefaciendo populum de precibus pro dicto excommunicato faciendis?

R. Vt certum: Non innodari dicta Cenſura. ibid.

18. An, qui Cruces, Cereos, & alia ad funus excommunicati ſpectantia, ferunt; incurrant cenſuram d. Clemen. latam contra ſepelientes excommunicatos?

R. Probabilius: Non incurrere. ibid.

19. An omnes, qui funus comitantur ad ſepulchrum, cenſura d. Clemen. comprehendantur?

R. Probabilius: Non comprehendi. ibid.

20. An ſaltem, dictam excommunicationem incurrant, qui deferunt corpus excommunicati ad ſepulchrum non tamen ſepeliunt?

R. Probabilius: Non incurrere. 133

21. An ad minus dictam excommunicationem incurrant fodientes, aperientes ſepulchrum; etiamſi poſtea in illud cadauer excommunicati non inferant, nec terra operiant?

Probabilius Reſpondeo, nec hos homines incurrere. ibid.

22. An ſaltem dictam cenſuram incurrant Clerici, aut alij Eccleſiarum Miniſtri, qui (cum teneantur impedire) cor excommunicati ſepelire in ſuis Eccleſiis permittunt?

R. Probabilius, nec adhuc hos incurrere.

23. An ad minus, conſulentes, fautores, vel cooperatores ad collocandum cadauer excommunicati in ſepultura Eccleſiaſtica, innodentur vinculo excommunicationis latæ in dicta Clementina?

R. Pro

Digitized by Google

R. Probabiliùs: Nec has perſonas incurrere. *ibid.*

24. An tandem, ſaltem, qui mandantes, aut Procurantes, vt corpus excommunicati Sepulturæ Sacræ tradatur in dictam excommunicationem incidant.

R. Æquè probabiliter. Nec huiuſmodi perſonas incurrere. *ibid.*

25. An tantummodo incidant in dictam excommunicationem, qui propriis manibus cadauer excommunicati in ſepulchrum inferunt, & terra cooperiunt?

R. Probabiliter. Tantum illos incurrere. 134

DISPVTATIO IX.

De quarto effectu excommunicationis maioris, qui eſt, Priuatio, ſeu inhabilitas ad obtinenda Eccleſiaſtica beneficia, & eorum fructus.

Q. 1. AN excommunicatio maior priuet, ipſo facto, hominem beneficiis ante ipſam, legitimè obtentis?

R. Tanquam certum quod non. *ibid.*

2. An ſaltem priuari poſſit excommunicatus beneficiis, quæ ante excommunicationem legitimè obtinebat?

R. Probabiliùs: aliquando poſſe priuari. 135

3. An collatio beneficij, facta excommunicato, ſit ipſo iure inualida & nulla?

R. Tanquam certum eſſe, & in vtroque foro nullam. *ibid.*

4. An ſaltem, collatio beneficij facta Excommunicato tolerato, & non vitando ſit valida & rata?

R. Probabiliùs etiam eſſe inualidam, & nullam. *ibid.*

5. An Collatio beneficij facta excommunicato inuincibiliter ignoranti ſe eſſe excommunicatione maiori ligatum, ſit etiam inualida, & nulla?

R. Probabiliùs. Adhuc eſſe inualidam, ac nullam. 136

6. An ſaltem ſit valida beneficij collatio facta illi, qui tempore collationis credebatur, ſed falsò, eſſe excommunicatus?

R. Vt certum: Tunc eſſe validam. 137

7. An ſimiliter, valida, ac rata ſit electio, aut collatio beneficij facta ei, qui per ſententiam fuit excommunicatus, ſed reuera nulliter?

R. Vt certum: Etiam eſſe validam. *ibid.*

7. An item ſit valida, ac rata collatio beneficij facta illi, qui per ſententiam iudicis, iniuſtè, validè tamen fuit excommunicatus.

R. Vt certum: In hoc caſu non eſſe validam. *ibid.*

9. An ſit valida collatio beneficij facta alicui, tempore, quo non eſt maiori excommunicatione ligatus; poſtea tamen, dum eſt maiori excommunicatione adſtrictus, collationem acceptat?

R. Æquè probabiliter: Talem collationem eſſe validam. *ibid.*

10. An ſaltem ſic acceptans beneficium in excommunicatione peccet?

R. Probabiliùs: Quòd non.

11. An etiam ſit valida collatio beneficij, facta excommunicato maiori, caſu, quo talem collationem acceptet poſt abſolutionem ab excommunicatione?

R. Longè probabiliùs non eſſe validam (ſaltem non interueniente diſpenſatione Epiſcopi) *ibid.*

12. An ſaltem, poſſit Papa, ſeu Epiſcopus, abſque noua collatione, & expeditione literarum, diſpenſare vt is, qui abſolutus eſt ab excommunicatione, licitè retineat beneficium, quod ei tempore excommunicationis fuit collatum?

R. Probabiliùs: Poſſe; dummodo ad tales Prælatos, collatio beneficij pertineret. 139

13. An, qui obtinuit beneficium eo tempore, quo erat maiori excommunicatione ligatus, teneatur reſignare illud?

R. Teneri, 140

14. An excommunicatus occultus teneatur manifeſtare ſuam excommunicationem, ſi aliter non poſſit ſe retrahere ab acceptatione beneficij ad quod eligitur?

R. Teneri: niſi aliàs ex tali manifeſtatione ſequatur ſcandalum, infamia, aut aliud graue damnum. *ibid.*

15. An collatio penſionis ſpiritualis, quæ fundatur in titulo ſpirituali, & dicitur *præſtimonium*, facta excommunicato maiori, ſit rata, ac valida?

R. Longè probabiliùs: Negatiuè. *ibid.*

16. An ſaltem, collatio penſionis communiter dictæ, quæ, ſcilicet, vacat morte penſionarij, datur tamen Clericis, ob munus aliquod ſpirituale, vt ob dicendum officium B. Mariæ Virginis, facta excommunicato maiori, ſit rata, ac valida?

R. Probabiliùs: Nec hanc collationem eſſe validam, aut ratam. 141

17. An adminus, collatio penſionis temporalis facta excommunicato maiori, ſit rata & valida?

R. Æquè probabiliter: Adhuc non eſſe validam. *ibid.*

18. An, non ſolùm collatio beneficij; verùm etiam, Electio, Poſtulatio, Præſentatio, aut alia quæcumque prouiſio illius, facta excommunicato, ſit nulla, ac inualida?

R. Vt certum: Eſſe nullam, & inualidam. 142

19. An Electio excommunicati ad ſæcularem dignitatem; videlicet; ad Imperialem, Regalem, vel Ducalem, ſit item inualida, ac nulla?

R. Probabiliùs: Etiam eſſe nullam. *ibid.*

20. An Electio excommunicati ad Dignitatem ſummi Pontificatus ſit inualida, ac nulla?

R. Probabiliùs: Non eſſe inualidam, ſed ratam. 143

21. An collatio beneficij, aut alterius Dignitatis Eccleſiaſticæ, aut ſæcularis, facta ei, quem Pontifex ſcit eſſe excommunicatum, ſit valida, & rata?

R. Quòd ſic. *ibid.*

22. An ſaltem, ſi non per Electionem, aut Collationem ex teſtamento, aut ab inteſtato, aut titulo emptionis, acquirat excommunicatus dignitatem aliquam laicalem, aut officium, cui adnexa eſt iuriſdictio, poſſit validè, & licitè eam retinere?

R. Poſſe. *ibid.*

23. An Impetratio literarum ab excommunicato obtenta ad beneficia vacatura, ſit ipſo iure nulla?

R. Vt certum: Quòd ſit. *ibid.*

24. An Commenda, ſeu Commendatio beneficij parochialis, ſeu Eccleſiæ, facta excommunicato, ſit etiam inualida?

R. Affirmatiuè. *ibid.*

25. An Permutatio beneficiorum, facta per excommunicatum, ſit etiam irrita, ac nulla?

R. Eſſe nullam, & irritam. 144

26. An excommunicatus ſit priuatus fructibus ſuorum beneficiorum, quorum collationem accepit tempore excommunicationis?

R. Vt certum: Eſſe priuatum. *ibid.*

27. An excommunicatus quamdiù in excommunicatione perſeuerat, etiam ſit priuatus fructibus illorum beneficiorum, quæ legitimè ante excommunicationem poſſidebat?
R. *Tanquam certum: Etiam eſſe priuatum.* ibid.
28. An excommunicatus, tam toleratus, quàm non toleratus, ſit propter excommunicationem priuatus, ipſo iure, & facto, fructibus beneficiorum, non expectata iudicis ſententia?
R. *Probabilius: Eſſe priuatum, ante ſententiam Iudicis, fructibus beneficij, correſpondentibus ſolùm, durationi excommunicationis.* ibid.
29. An, etiam ex vi iuris, priuetur ipſo facto, fructibus ſui beneficij excommunicatus, quem pœnitet, & non ſtat per ipſum, vt abſoluatur?
R. *Probabilius: Etiam in hoc caſu priuari ipſo facto, ex vi iuris, fructibus beneficij.* 145
30. An, ſuppoſito, quod excommunicatus, ipſo iure, & ante omnem ſententiam, eſt priuatus fructibus ſui beneficij, teneatur in conſcientia ſe ipſum ſpoliare his fructibus, eoſque reſtituere, etiam ante ſententiam declaratoriam Iudicis?
R. *Probabilius: Teneri ex vi iuris: non verò ex vi conſuetudinis, vbi eſt legitimè introducta.* ibid.
31. An etiam, ſtando in rigore iuris, quando excommunicatus eſt pauper, non habens aliàs vnde viuat, poſſit retinere ex fructibus ſui beneficij, quidquid fuerit neceſſarium ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, etſi ſit negligens in procuranda abſolutione?
R. *Longè probabilius: Non poſſe.* 147
32. An ſaltem, caſu quo excommunicatus non ſit in mora petendi abſolutionem à cenſura, ſed potius illam petit; poſſit ipſemet excommunicatus propria authoritate, ex fructibus beneficij ſuæ inopiæ occurrere, ſi aliunde non poteſt ſe alere?
R. *Tunc poſſe.* 147
33. An teneatur ſuperior excommunicatum contumacem de fructibus beneficij eius ſuſtentare, ſi excommunicatus inopia, & egeſtate laboret?
R. *Minime ad id teneri.* ibid.
34. An ſi excommunicatus ignorans inuincibiliter ſuam excommunicationem fructus percipiat, teneatur poſtea certior ſuæ excommunicationis factus, fructus perceptos reſtituere?
R. *Teneri.* ibid.
35. An excommunicatus ſit priuatus omnibus fructibus, qui nomine Eccleſiaſticorum prouentuum comprehenduntur?
R. *Affirmatiuè.* ibid.
36 An fructibus Patrimonij in titulum alicui clerico aſſignati, ſit priuatus excommunicatus?
R. *Tanquam certum: Eſſe priuatum diſtributionibus quotidiana.* 148
37. An excommunicatus ſit priuatus diſtributionibus quotidianis, hoc eſt, illis fructibus, ſeu prouentibus, qui conferri ſolent ſolum aſſiſtentibus in choro?
R. *Tanquam certum: Etiam eſſe priuatum.* ibid.
38. An fructus beneficij, quibus excommunicati priuantur, ſint expendendi in vtilitatem Eccleſiæ ad quam beneficium ſpectat?
R. *Affirmatiuè.* ibid.
39. An etiam diſtributiones quotidianæ, quas excommunicatus amittit, debeant etiam expendi in vtilitatem Eccleſiæ, aut pauperum, an verò in vtilitatem eorum qui choro aſſiſtunt?
R. *In applicatione harum diſtributionum ſtandum eſſe Eccleſiæ conſuetudini.*
40. An iniuſtè excommunicatus, poſſit (poſtquam excommunicatio declarata fuerit iniuſta) repetere fructus beneficij quos amiſit tempore excommunicationis?
R. *Poſſe repetere.* ibid.
41. An ſimiliter poſſit iniuſtè excommunicatus, repetere diſtributiones quotidianas, quas tempore excommunicationis amiſit?
R. *Probabilius cum diſtinctione: Poſſe tales diſtributiones repetere, caſu, quo eſſet in loco præſens vbi beneficium habebat, & item aſſiſteret diuinis Officiis, &c.* ibid.
42. An etiam iuſtè excommunicatus poſſit poſt abſolutionem à cenſura, recuperare fructus, quos perdidit, tempore excommunicationis?
R. *Tanquam certum: Non poſſe.* 146
43. An ſaltem prædictus iuſte excommunicatus, poſſit recipere, ac recuperare poſt abſolutionem diſtributiones quotidianas, quæ dantur aſſiſtentibus choro, ſi per ipſum non ſtet; ne abſoluatur, & ne interſit choro?
R. *Probabilius: Non poſſe, niſi caſu, quo iniuſtè ei denegetur excommunicationis abſolutio.* ibid.
44. An iniuſtè excommunicatus poſſit ab Eccleſia repetere fructus beneficiorum, quos amiſit, tempore excommunicationis iniuſtæ?
R. *Probabilius: Poſſe repetere ſeu debere, non à iudice, qui iniuſte ſententiam tulit, ſed à clericis quibus fuerunt applicata.* ibid.
45. An etiam, iniuſtè excommunicatus debeat repetere diſtributiones, quas amiſit, ab ipſis, quibus applicatæ fuerunt?
R. *Debere repetere.* ibid.

DISPVTATIO X.

De eodem effectu quarto, videlicet, de incapacitate Excommunicati ad conferenda beneficia Eccleſiaſtica.

Q. 1. AN Excommunicatus priuatus ſit poteſtate conferendi beneficia Eccleſiaſtica?
R. *Vt certum eſſe priuatum.* 150
2. An collatio beneficij facta à quolibet excommunicato, tam tolerato, quàm non tolerato, ſit nulla, & inualida?
R. *Quod non; ſed ſolum illa quæ fit ab excommunicato non tolerato.* ibid.
3. An excommunicatus toleratus, ſeu non vitandus, peccet beneficia conferendo?
R. *Peccare, ſi id faciat ſponte, & non ad petitionem alterius: ſecus ſi aliàs.* ibid.
4. An non ſolùm ipſe excommunicatus, ſed etiam qui eius vicem gerit, ſit priuatus iuriſdictione ad conferenda beneficia?
R. *Etiam hunc eſſe priuatum.* ibid.
5. An, ad quæcumque beneficia Eccleſiaſtica conferenda, ſit excommunicatus vitandus priuatus iuriſdictione?
R. *Vt certum: Quòd ſic.* 151
6. An, quando ius conferendi beneficium pertinet ad plures coniunctim, collatio reddatur nulla, ſi ex conferentibus aliquis ſit excommunicatus vitandus?
R. *Vt certum: Reddi nullam.* ibid.
7. An etiam, excommunicatus vitandus, ſit priuatus iuriſdictione eligendi?
R. *Vt certum: Quòd ſic.* ibid.
8. An, ſi excommunicatus vitandus non eligat ſolus,
ſed

Digitized by Google

ſed cum aliis excommunicatis; valida tunc ſit electio, caſu, quo votum excommunicati neceſſarium fuerit ad effectum Electionis?

R. Vt certum: Tunc non eſſe validam. ibid.

9. An etiam, ſit inualida Electio, caſu, quo votum excommunicati, non fuerit neceſſarium ad effectum Electionis, eo quod ad illam legitimè faciendam ſufficiens eſſet numerus ſuffragiorum?

R. Vt certum: Tunc eſſe validam, dummodo coëligentes ignoranter illum eſſe excommunicatum ad ſuffragandum admiſerint. ibid.

10. An etiam ſit valida electio, caſu dato, quod votum excommunicati non ſit neceſſarium ad effectum Electionis, ſi ipſe excommunicatus vitandus ſcienter fuerit admiſſus ab aliis veris, & habilibus Electoribus?

R. Probabilius: In hoc caſu non eſſe validam. 152

11. An ſaltem, caſu quo excommunicati admittantur ad Electionem ab aliis coelectoribus ſcienter, & non eligant vnam perſonam; ſed non excommunicati vnam, aliam verò excommunicati, tunc Electio facta à non excommunicatis ſit valida?

R. Nec in hoc caſu eſſe validam. ibid.

12. An etiam ſit Electio inualida, quando Electores coguntur admittere excommunicatos vitandos ad ſimul eligendum?

R. Eſſe validam, caſu quo electores non poſſint dictos excommunicatos à tali electione expellere. ibid.

13. An ſaltem, Electio ſum. Pontificis facta ab excommunicatis Electoribus, ſit valida?

R. Vt certum: Validam eſſe. 153

14. An Patronus excommunicatus, licitè poſſit ad Eccleſiaſticum beneficium præſentare aliquem?

R. Vt certum: Non poſſe licitè. ibid.

15. An Præſentatio ad beneficium Eccleſiæ, à Patrono clerico excommunicato vitando facta, ſit valida?

R. Tanquam mihi certum: Eſſe inualidam. ibid.

16. An item, præſentatio ad beneficium, facta à Patrono laico excommunicato vitando, ſit etiam inualida?

R. Probabilius: Tunc eſſe validum, abſolutè loquendo. ibidem.

17. An præſentatio huiuſmodi à Patrone laico excommunicato vitando facta, ſit ita valida, vt teneatur Epiſcopus eam admittere, ſi perſona præſentata digna ſit?

R. Non teneri: Imo nec poſſe licitè. 154

18. An, ſi Patronus laicus excommunicatus vitandus in mora ſit præſentandi; poſſit Epiſcopus tunc alteri, cui voluit, collationem beneficij facere?

R. Poſſe. ibid.

19. An ſaltem, caſu quo Patronus laicus, ſit excommunicatus toleratus, poſſit obligare Epiſcopum, vt acceptet præſentationem ab eo factam?

R. Non poſſe obligare Epiſcopum vt acceptet, quamuis hic, ſi velit, poſſit etiam licitè, acceptare. ibid.

20. An, caſu, quo Epiſcopus acceptet præſentationem factam à clerico excommunicato vitando, valida ſit ac rata collatio, & inſtitutio beneficij?

R. Æquè probabiliter: Eſſe validam: quamuis Epiſcopus acceptando illam, peccet. 155

21. An Admiſſio, ſeu, ſumptio poſſeſſionis beneficij legitimè ſibi collati, facta ab excommunicato, ſit valida?

R. Probabilius: Quòd non. ibid.

22. An ſaltem, actus intromittendi aliquem in poſſeſſionem beneficij, ab excommunicato factus, ſit validus?

R. Eſſe validum, ſi fiat ab executore mero, ſecus ſi fiat ab executore mixto excommunicato. ibid.

23. An Reſignatio beneficij ſimpliciter facta ab excommunicato quolibet, in manibus Prælati, à quo confertur beneficium, ſit valida?

R. Vt certum. Eſſe validam: imo & licitam. 156

24. An etiam Reſignatio beneficij ab excommunicato vitando facta, in fauorem tertiæ perſonæ, hoc eſt ſub conditione, vt conferatur perſonæ à ſe aſſignatæ, ſit ac valida?

R. Probabilius Non eſſe ratam. ibid.

25. An itē ſit inualida beneficij reſignatio in fauorem tertiæ perſonæ, ſi fiat ab excommunicato occulto, & non vitando?

R. Probabilius: In hoc caſu, eſſe validam. ibid.

26. An Inſtitutio, aut confirmatio beneficij, facta ab excommunicato vitando ſit nulla?

R. Tanquam certum: Eſſe nullam. ibid.

27. An Poſtulatio ſolemnis facta ab excommunicato vitando, ſit nulla, & inualida?

R. Vt certum: Eſſe inualidam. ibid.

28. An Poſtulatio ſimplex facta ab excommunicato vitando, ſit etiam nulla, & inualida;

R. Quòd non, ſed valida, & rata. 157

DISPVTATIO XI.

De Quinto effectu excommunicationis, qui eſt, Priuatio iuriſdictionis vtriuſque fori, tam Eccleſiaſtici quàm ſecularis?

Q. 1. AN excommunicatus non toleratus omni iudiciaria poteſtate in foro Eccleſiaſtico ſit priuatus?

R. Vt certum: Quòd ſic. 157

2. An Eccleſiaſticus nominatim excommunicatus valeat ferre in aliquem excommunicationis ſententiam?

R. Vt certum: Non valere. ibid.

3. An etiam ſit prohibitum excommunicato denunciato Eccleſiaſtico, indulgentias concedere?

R. Vt certum: Eſſe illi prohibitum, ſicut ſunt omnes alij iuriſdictionis propria actus. ibid.

4. An Acta à iudice Eccleſiaſtico excommunicato non tolerato, non ſolùm ſint illicita, verùm etiam inualida?

R. Vt certum: Etiam eſſe inualida. ibid.

5. An ſubditus teneatur obedire mandatis ſuperioris ſui excommunicati non tolerati?

R. Vt certum: Non teneri: imò, nec poſſe. 158

6. An Epiſcopus excommunicatus non toleratus, validè poſſit approbare aliquem ad confeſſiones audiendas?

R. Probabilius: Non poſſe. ibid.

7. An Parochus nominatim excommunicatus poſſit dare licentiam alicui ſacerdoti ad conferendum Sacramentum extremæ vnctionis?

R. Probabilius: Poſſe. ibid.

8. An etiam, Parochus excommunicatus vitandus poſſit dare licentiam alicui ſacerdoti, vt aſſiſtat Matrimonio?

R. Probabilius: Etiam poſſe. ibid.

9. An item, ipſemet Parochus excommunicatus vitandus poſſit validè aſſiſtere Matrimonio?

R. Vt longe multo probabilius: Poſſe. ibid.

10. An Acta à iudice Eccleſiaſtico excommunicato tolerato, & non vitando, ſint irrita, & inualida?

R. Vt quid verum: Iam eſſe rata, ac valida. ibid.

11. An excommunicatus non toleratus, poſſit licitè exercere officium iudicis in foro ſeculari?

R. Vt certum: Quòd non. 159
12. An ſaltem, ſi non licitè, validè tamen, poſſit exercere officium Iudicis, inforo, ſeu iudicio ſæculari dictus excommunicatus non toleratus, ſi in excommunicatione per annum inſorduerit?
R. Vt certum: Quòd nec validè poſſit. ibid.
13. An etiam ſi iudex ſæcularis non inſorduerit per annum excommunicatus vitandus, actus eius in iudicio exerciti, ſint adhuc inualidi ac nulli?
R. Vt certum: Adhuc tunc eſſe inualidos, & nullos. ibid.
14. An iudex, tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis excommunicatus vitandus, peccet mort. exercendo offiecium iudicis?
R. Vt certum; Quòd ſic. 160
15. An Geſta à iudice ſæculari excommunicato tolerato, & non vitando, ſint valida, & rata?
R. Vt certum: Iam eſſe valida. ibid.
16. An iudex quilibet excommunicatus toleratus, & non vitandus, peccet mort. ſicut peccat non toleratus, ferendo ſententiam, & exercendo alia officia iudicis?
R. Probabilius: Peccare etiam mortaliter, niſi aliàs ignorantia, &c. illum excuſet. ibid.
18. An ſententia, & alij actus iudicis excommunicati tolerati, ſint etiam validi, caſu quo partes illum excipiant, quod ſit excommunicatus?
R. Non eſſie validos, in hoc caſu. ibid.
18. An excommunicatus toleratus poſſit validè excommunicare?
R. Cum diſtinctione: Non poſſe, caſu, quo ante prolatam ſententiam excommunicationis ſubditus exceptionem excommunicationis opponat. Poſſe verò caſu quo iuriſdictio non fuerit declinata. 161

DISPVTATIO XII.

De ſexto effectu excommunicationis, qui eſt inhabilitas exercendi actus legitimos, tam in foro iudiciali, quàm extra?

Q. 1. AN excommunicatus maior poſſit eſſe in iudicio per ſe actor, ſeu agere in foro; Hiſpanè. *Poner demanda, ô acuſar en Iuicio?*
R. Tanquam certum, quo minimè poſſit. 161
2. An non ſolùm per ſe, ſed per Procuratorem qui ab eo authoritatem accipiat, poſſit licitè excommunicatus in iudicio agere?
R. Tanquam certum: Adhuc non poſſe. ibid.
3. An excommunicatus maior poſſit ſeipſum defendere in iudicio?
R. Tanquam certum: Poſſe. ibid.
4. An reus excommunicatus poſſit eſſe Reactor, aut Reconuentor ſui Actoris in iudicio?
R. Tanquam certum: Non poſſe, niſi aliàs in defenſionem propriam. 162
5. An excommunicatus agens in iudicio publico repelli debeat à iudice, quando exceptio excommunicationis non opponitur ab aduerſario?
R. Repelli debere à iudice, ſi excommunicatus ſit vitandus; ſit verò non ſit vitandus; poſſe repelli, ſed non teneri. ibid.
6. An ita ſit prohibitum excommunicato vitando, in iudicio agere, vt tamen ſi agat, & non repellatur à iudice, nec ei exceptio excommunicationis apponatur, geſta per ipſum valida ſint?
R. Vt verum valida eſſe. ibid.
7. An actor excommunicatus peccet, ius ſuum in iudicio petens? antequam à iudice expellatur ab illo?
R. Peccare; Venialiter tantùm, niſi aliàs vrgeat cauſa iuſta. 163
8. An reus excommunicatus vitandus poſſit ad iudicium cogi, & vocari?
R. Vt certum? Poſſe. ibid.
9. An reus excommunicatus vitandus, in ius vocatus, poſſit validè, non per ſeipſum, ſed per Procuratorem à ſe conſtitutum, reſpondere?
R. Vt certum: Poſſe. ibid.
10. An huiuſmodi reus excommunicatus, non ſolùm poſſit, verùm etiam teneatur reſpondere in indicio per ſuum Procuratorem; ita vt nequeat per ſe ipſum reſpondere, caſu, quo inueniat idoneum Procuratorem?
R. Æquè probabiliter: Poſſe per ſe ipſum reſpondere, etiam in dicto caſu. ibid.
11. An reus excommunicatus poſſit in iudicio ad ſuam defenſionem ante abſolutionem admitti; caſu, quo ſi velit, poteſt illam obtinere?
R. Probabilius: Poſſe admitti etiam in dicto caſu, 164
12. An reus excommunicatus, ſi voluntarius ſit, debeat audiri in iudicio?
R. Vt certum: Non debere audiri. ibid.
13. An excommunicatus licitè poſſit officium Notarij, ſeu Tabellionis exercere?
R. Vt certum: Non poſſe. ibid.
14. An grauiter peccet excommunicatus munus Notarij, ſeu Tabellionis exercendo?
R. Mortaliter peccare. ibid.
15. An inſtrumenta, acta, ſeu ſcripta facta à Notario, ſiue ſcriba publico, vel Tabellione, excommunicato non tolerato, ſint valida, & ideo illis adhibenda fides, quæ inſtrumentis authenticis præſtatur?
R. Probabilius: Eſſe irrita, & inualida, in vtroque foro. 165
16. An etiam ſint inualida inſtrumenta, ſeu ſcripta facta à Notario, ſeu Tabellione excommunicato tolerato?
R. Non eſſe inualida. ibid.
17. An ſi quis excommunicatus exiſtens creetur Notarius, ſeu Tabellio, valeat hæc inſtitutio, & acta ab ipſo poſt ablatam cenſuram, facta valida ſint?
R. Longè probabilius, valere Notarij Electionem, & facta ab ipſo, &c. 166
18. An excommunicatus vitandus poſſit in iudicio licitè officium Procuratoris gerere?
R. Vt certum: Non poſſe licitè. ibid.
19. An ſaltem in caſu neceſſitatis, poſſit excommunicatus exercere officium Procuratoris pro reo?
R. Vt certum: Poſſe tunc. ibid.
20. An etiam licitè poſſit excommunicatus gerere officium Procuratoris pro ſocio, & litis conſorte?
R. Vt certum: Quòd non. ibid.
21. An peccet dumtaxat venialiter excommunicatus vitandus, munus Procuratoris exercendo?
R. Probabilius: Peccare, & mortaliter. ibid.
22. An etiam excommunicatus non vitandus, ſeu toleratus, peccet mort. officium Procuratioris agendo?
R. Etiam Peccare mort. ſi ſe non requiſitus ingerat: ſecus ſi requiſitus. ibid.
23. An acta à Procuratore excommunicato, tam tolerato, quàm non tolerato, facta ſint valida, & rata?
R. Eſſe valida, ſi à iudice per exceptionem excommunicationis, non repellantur. ibid.
24. An qui excommunicatus eſt, licitè poſſit in Procuratorem conſtitui?

R. Nec

Digitized by Google

R. Nec poſſe ab aliis conſtitui: nec ipſum tale officium acceptare. ibid.

25. An, non ſolum ſit illicita conſtitutio Procuratoris excommunicati, verum etiam inualida; ita vt ex vi illius, talis perſona, reuera nec accipiat poteſtatem, nec maneat Procurator conſtitutus?

R. Probabilius: eſſe validam ac legitimam, licet illicita ſit. ibid.

26. An Iuriſconſultus excommunicatus vitandus, licitè poſſit eſſe Aduocatus, ſeu aduocare in iudicio, pro reo, vel actore?

R. Vt certum: Non poſſe licitè. 168

27. An Iuriſconſulus excommunicatus vitandus peccet ſolùm venialiter, aduocando pro alio in iudicio?

R. Probabilius: Peccare mortaliter. ibid.

28. An valida ſint ea, quæ ab Aduocato excommunicato vitando fiunt?

R. Vt certum: Valida eſſe. ibid.

29. Ad Aduocatus excommunicatus vitandus, teneatur reſtituere ſtipendium, quod pro aduocatione accepit?

R. Vt longè probabilius. Quòd non. ibid.

30. An excommunicatus non toleratus, licite poſſit eſſe teſtis in iudicio, & extra?

R. Vt certum: Non poſſe licitè. ibid.

31. An excommunicatus non toleratus, peccet ſolum venialiter, ferendo teſtimonium in iudicio, vel extra?

R. Probabilius: Peccare mortaliter. ibid.

32. An ſaltem excommunicatus toleratus, licitè poſſit eſſe in iudicio teſtis?

R. Poſſe, ſi ſit ad id rogatus. ibid.

33. An validum ſit teſtimonium teſtis excommunicati non tolerati, caſu, quo non repellatur à iudice?

R. Probabilius: Nec in tali caſu, eſſe validum. 170

34. An ſaltem teſtimonium teſtis excommunicati non tolerati, ſit validum, caſu, quo non ſolum non repellitur, verùm etiam de conſenſu iudicis, & vtriuſque partis admittitur?

R. Probabilius: Etiam in hoc caſu, eſſe inualidum. 170

35. An etiam ſit inualidum, teſtimonium teſtis excommunicati tolerati, & non vitandi?

R. Non eſſe inualidum: Sed validum. ibid.

36. An excommunicatus poſſit eſſe teſtis, in cauſis fidei?

R. Vt certum: poſſe. ibid.

37. An etiam poſſit excommunicatus eſſe teſtis in contractu Matrimonij?

R. Probabilius: Etiam poſſe. ibid.

38. An item, in aliis caſibus, in quibus admittitur infamis in teſtem, admitti & poſſit excom municatus?

R. Probabiliter: Poſſe. 171

39. An deinde poſſit excommunicatus eſſe teſtis contra excommunicatum?

R. Negatiuè. ibid.

40. An ſaltem poſſit eſſe teſtis, qui eſt excommunicatus, quia non fuit confeſſus ſemel in anno iuxta præceptum. cap. *Omnis vtriuſque ſexus, de Pœnit.*

R. Probabilius: Nec hunc excommunicatum poſſe eſſe teſtem: ſi denunciatus ſit. ibid.

41. An excommunicatus poſſit licitè ferre teſtimonium in contractibus, teſtamentis, & aliis ſcripturis extraiudicialibus?

R. Vt certum: Non poſſe licitè. ibid.

42. An ſaltem ſit validum teſtimonium excommunicati denunciati, ſeu vitandi, in ſcripturis, contractibus, teſtamentis, & aliis inſtrumentis extraiudicialibus?

R. Probabilius: Quòd non. ibid.

43. An excommunicatus poſſit eſſe Tutor, vel Curator?

R. Vt certum; Non poſſe. ibid.

44. An geſta à Tutore, vel Curatore excommunicato vitando, ſint valida, & rata?

R. Probabilius: Eſſe valida, ſi aliàs per exceptionem non expellatur. ibid.

45. An excommunicatus licitè poſſit condere teſtamentum, & Codicillum facere?

R. Vt certum: Non poſſe licitè. ibid.

46. An ſaltem, validum, ac firmum ſit teſtamentum factum ab excommunicato?

R. Probabilius longè, Eſſe validum: niſi in caſu, quo excommunicatus ſit ob hæreſim, aut percuſſionem Cardinalis. ibid.

47. An excommunicatus inſtitui poſſit hæres, ita vt inſtitutio in eum facta, teneat?

R. Probabilius longè: Poſſe, &c. ibid.

48. An licitum ſit excommunicatis inire cum aliis contractus?

R. Tanquam certum: Non eſſe licitum excommunicatis vitandis: imò, nec non vitandis, caſu quo ipſi ſe ingerant. 173

49. An ſaltem, contractus initi cum excommunicatis vitandis, ſint validi, ſi alium defectum non habeat, præter excommunicationem?

R. Probabilius longè: Eſſe validos. ibid.

DISPVTATIO XIII.

De ſeptimo effectu excommunicationis, qui eſt Priuatio ciuilis, politica ſeu humanæ communicationis, aut conuerſationis.

Q. 1. AN omni excommunicato maiori, ſit per ſe loquendo, prohibitum, communicare, ſeu conuerſari cum aliis fidelibus?

R. Tanquam certum; Affirmatiuè. 173

2. An etiam non ſit prohibitum, ſed licitum excommunicato, cum alio excommunicato communicare?

R. Vt quid certum: Eſſe prohibitum. ibid.

3. An ſit prohibitum excommunicatis ex vi cenſuræ cum infidelibus communicare & conuerſare?

R. Vt quid certum: Non eſſe prohibitum. ibid.

4. An item ſit prohibitum fidelibus, communicare cum excommunicatis:

R. Tanquam certum: Eſſe prohibitum cum nominatim denunciatis, aut publicis clericorum percuſſoribus, non verò cum Excommunicatis non vitandis, &c. 174.

5. Quibus in rebus, ſeu actionibus prohibitus ſit fidelis communicare cum excommunicatis vitandis, hoc eſt nominatim denunciatis, & publicis clericorum percuſſoribus?

R. Quòd eſt prohibitus in contentis, in hoc verſu. Os, orare, vale, communio, menſa negatur. ibid.

6. An prohibitum ſit fidelibus oſculari, aut amplexari excommunicatum vitandum?

R. Tanquam certum: Eſſe prohibitum. ibid.

6. An etiam ſit prohibitum cum excommunicato vitando loqui, aut confabulari?

R. Eſſe prohibitum, tanquam certum: Palam, & clam, & licet non reſpondeat excommunicatus, ſeu ab illo prouocemur. ibid.

7. An ſalem ſit licitum fidelibus, loqui cum excommuuicatis, per ſigna, & nutus?

R. Tan

R. Tanquam certum: Nec id eſſe licitum. ibid.

9. An ſit licitum fidelibus loqui cum excommunicato vitando, per ſcripturam vel literas, aut nuntium?

R. Tanquam certum: Nec id eſſe. ibid.

10. An ſaltem ſit licitum reſcribere excommunicato vitando?

R. Probabiliùs: Nec eſſe licitum. 175

11. An ſit licitum munera ex communicato vitando mittere?

R. Vt certum: Non eſſe licitum. ibid.

12. An ſaltem ſit licitum munera ab Excommunicato vitando recipere?

R. Vt certum: Nec id eſſe licitum. ibid.

12. An munera, quæ quis illicitè ab excommunicato recepit, teneatur ea excommunicato reddere, vel dare pauperibus?

R. Longè probabiliùs: Non teneri, licet bene faceret. ibidem.

14. An ſaltem, ſit licitum ab vxore, filio, vel familia excommunicati munera accipere?

R. Vt certum: Nec id eſſe licitum, ſi nomine excommunicati mittantur. 176

15. An per verbum, *vale*, prohibitum ſit fidelibus ſalutare excommunicatum verbis honorificis *Hiſpanè tenga v. m. buenos dias vero a v. m. lumano, &c.*

R. Tanquam certum: Probabilius eſſe. ibid.

16. An ſaltem, ſit licitum ſalutare excommunicatum verbis deprecatoriis, veluti dicendo; *Deus te illuminet, vel Deus te conuertat?*

R. Probabiliùs: Licitum eſſe, non ſolum reſalutare, verum, & ſalutare dictis verbis. ibid.

17. An etiam ſit licitum reſalutare excommunicatum, ſalutantem prius verbis etiam honorificis?

R. Probabiliùs: Non eſſe licitum. ibid.

18. An ſaltem ſit licitum fidelibus reſalutare excommunicatum vitandum abſque verbis v. g. aperiendo caput, ei aſſurgendo, dando ei locum in ſedili, vel ſimilia ſigna præbendo in ſignum vrbanitatis?

R. Probabiliùs: Non eſſe licitum. 177

19. An ſaltem, ſit licitum caput excommunicatis detegere, eis aſſurgere, &c. ſi hæc ſigna non fiant, animo eis honorem præſtandi, ſed ſolum ad euitandum ſcandalum, vel ob vrbanitatis indicia?

R. Probabiliùs: Nec dum eſſe id licitum. ibid.

20. An ad minus ſit licitum aperire caput, Prætori, iudici, aut Magnati excommunicato vitando?

R. Eſſe licitum non ex vi iuris, ſed conſuetudinis. ibidem.

21. Quid intelligatur per particulam *Communio*, quæ eſt quarta vox verſiculi?

R. Intelligi communicationem externam in habitatione, ſocietate &c. 178

22. An licitum ſit fideli non excommunicato, cum excommunicato vitando in eadem domo habitare?

R. Non eſſe licitum, ſi id fiat, pro eodem negotio, non pro diuerſo. ibid.

23. An non ſolum in eadem domo, ſed etiam in eodem cubiculo, vel camera, licitum ſit non excommunicato habitare cum excommunicato vitando?

R. Etiam eſſe licitum, caſu, quo non cohabitet cum illo tanquam ſocius, & pro eodem negotio. ibid.

24. An etiam ſit licitum non excommunicato, non ſolum habitare in eadem camera, verum etiam in eodem lecto cum excommunicato vitando dormire?

R. Non eſſe licitum, niſi caſu neceſſitatis, vtilitatis, & contingentiæ. ibid.

25. An ſit prohibitum fideli, conſedere, coambulare, ſimul iter agere, collaborare, ſeu cooperari cum communicato vitando?

R. Eſſe prohibitum, ſi id fiat per modum communicationis: aliàs non. ibid.

26. An per Particulam, *Menſa*, prohibeatur, comedere & bibere in eadem menſa cum excommunicato vitando?

R. Prohiberi, comedere, & bibere in eadem menſa formaliter, hoc eſt, in Menſa, quæ reputetur, vna. ibid.

27. An ſit licitum, comedere cum excommunicato, in vna, & eadem Menſa, ſi id fiat animo non ſecommunicandi?

R. Probabiliùs: Non eſſe licitum. ibid.

28. An ſaltem ſit licitum, comedere cum excommunicato in vna, & eadem Menſa formaliter, ſi id fiat abſque mutua ſocietate?

R. Probabiliùs: Non eſſe licitum. 180

29. An liceat iter gerenti, ſedere in hoſpitio, in eadem etiam paruula Menſa, cum excommunicato vitando?

R. Licere ei; ob itineris neceſſitatem.

30. An liceat alicui, comedere cum excommunicato in conuiuio alicuius tertij, à quo vterque eſt inuitatus?

R. Probabiliùs: Non licere; niſi aliàs comedat in diuerſo cubiculo. ibid.

31. An Religioſus, qui ſcit in ſuo Refectorio, adeſſe aliquem excommunicatum vitandum; teneatur à Menſa ſurgere, & in alia parte comedere?

R. Teneri. Et videatur quæſtio. 181

DISPVTATIO XIV.

De eodem ſeptimo effectu excommunicationis; nempe, de culpa, quam non excommunicatus incurrit, ex communione cum excommunicato vitando, & è contra

Q. 1. AN fidelis communicans in rebus ciuilibus, & actionibus humanis cum excommunicato vitando, peccet mortaliter?

R. Probabiliùs multo: Solum peccare venialiter, exceptis caſibus mox referendis. 181

2. An ſaltem peccet mortaliter quis, caſu quo frequenter cum excommunicato vitando, in dictis actionibus humanis communicet?

R. Probabiliùs: Adhuc non peccare, niſi venialiter. 182

3. An minus, peccet mort. qui in huiuſmodi humanis actionibus communicat cũ excommunicato vitando, ex contemptu formali excommunicationis, & clauium Eccleſiæ?

R. Vt certum: Tunc peccare mortaliter. ibid.

4. An qui communicat cum excommunicato vitando, contra præceptum ſuperioris interdicentis, ſub pœna excommunicationis, huiuſmodi communicationem, peccet mortaliter?

R. Vt certum: Peccare mort. & excommunicationem incurrere. ibid.

5. An etiam peccet mort. qui communicat cum excommunicato vitando, in crimine criminoſo?

R. Vt certum: Et peccare mort. & incurrere excommunicationem maiorem, vt mox conſtabit. ibid.

6. An requirantur aliquæ conditiones, vt quis participans in crimine cum excommunicato, peccet mort. & incurrat excommunicationem maiorem?

R. Ro

Digitized by Google

R. Requiri, nempe quinque: Legantur 183
7. An huiuſmodi excommunicatio lata in participantes in crimine criminoſo, ſit iuris?
R. Vt longè multo probabiliùs: Eſſe iuris, non hominis. ibid.
8. An huiuſmodi excommunicatio incurratur toties, quoties quis participat cum excommunicato in crimine criminoſo?
R. Quòd ſic, modò participationes ſint moraliter diuerſæ. ibid.
9. Quiſnam poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa, ob communicationem cum excommunicato in crimine criminoſo?
R. Quòd ſolus ille, qui poteſt abſoluere principalem cum quo communicauit. 184
10. An item peccet mort. & incurrat excommunicationem maiorem clericus, qui ſcienter, & ſpontè admittit ad officia diuina excommunicatum nominatim à Papa?
R. Affirmatiuè: Debent tamen ad id concurri aliqua conditiones. ibid.
11. An deinde peccet mort. qui communicat in officiis diuinis ſolemniter celebratis, cum excommunicato vitando?
R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.
12. An, ex paruitate materiæ, poſſit quis excuſari à mortali communicans excommunicato vitando in officiis diuinis ſolemniter celebratis?
R. Poſſe. ibid.
13. An etiam excuſetur à mortali, qui participat cum vitando excommunicato in officiis diuinis, priuata communicatione?
R. Vt probabiliùs: Excuſari à mortali, licèt à veniali non. 185
14. An ſaltem ſit licitum, communicare cum excommunicato non vitando, ſeu tolerato, ac ſi non eſſet excommunicatus?
R. Eſſe illis licitum, &c. ibid.

DISPVTATIO XV.

De eodem ſeptimo effectu, nempe, de cauſis excuſantibus à culpa, & à cenſura in participatione, & communicatione cum excommunicato vitando?

Q. 1. An dentur aliquæ cauſæ, propter quas licitum ſit, participare, & communicare cum excommunicato vitando?
R. Vt certum: Dari quinque, hoc verſiculo contentas: Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe. 185
2. An per particulam, *vtile*, intelligatur vtilitas ſpecialis, tam. ſpiritualis, quàm temporalis: tam ipſius excommunicati vitandi, quàm aliorum participantium cum illo?
R. Vt certum: Id totum intelligi. 186
3. An ob ſpiritualem vtilitatem excommunicati vitandi, licitum ſit confeſſori, audire confeſſionem illius, priuſquam eum abſoluat à cenſura?
R. Vt certum: Licitum illi eſſe. ibid.
4. An etiam, ob vtilitatem ſpiritualem excommunicati, poſſimus illum ad audiendam concionem admittere?
R. Vt certum: Etiam poſſe. ibid.
5. An item ob eandem vtilitatem poſſit quis priuatim admonere excommunicatum, vt recipiat, & ob id etiam interponere aliqua verba vrbana ad captandam beneuolentiam?
R. Vt certum: Etiam poſſe. ibid.
6. An ſi quis admoneat excommunicatum per epiſtolam, poſſit in principio eius ponere ſolitam ſalutationem?
R. Vt ferè certum: poſſe. ibid.
8. An deinde, licitè poſſit quis monere excommunicatum, etiamſi ſciat talem monitionem nihil profuturam?
R. Vt certum: non poſſe. 187
8. An ſit licitum alicui, legere pium librum, aut ſacram ſcripturam coram excommunicato, vt illum ad ſalutem animæ conducat?
R. Vt certum: Eſſe illi licitum. ibid.
9. An licitum ſit nobis eleemoſynam pauperi excommunicato erogare?
R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.
10. An etiam ſit nobis licitum noſtra ope, auxilio, aut defenſione, excommunicato ſubuenire, ne aliquod graue damnum in corpore, aut in fama, aut in aliis bonis temporalibus patiatur?
R. Vt certum: Etiam eſſe licitum. ibid.
11. An item, ob propriam vtilitatem ſpiritualem poſſit quis cum excommunicato communicare?
R. Poſſe: dummodo non adſit alius, à quo talis vtilitas recipi poſſit.
12 An deinde ob vtilitatem corporalem, cuilibet liceat cum excommunicato vitando communicare?
R. Cuilibet licere, modo dicto. ibid.
13. An rurſus ipſiſmet excommunicatis, ob ſuam vtilitatem ſpiritualem aut temporalem, ſit licitum, cum aliis communicare, ſicuti eſt licitum aliis cum ipſis?
R. Vt quid certum: Etiam ipſis eſſe licitum. ibid.
14. An tandem ſit licitum excommunicato, etiam vitando, petere à ſuo debitore ſuum creditum priuatim?
R. Probabiliùs: Licitum illi eſſe. ibid.
15. Quid intelligatur per ſecundam particulam, *Lex*?
R. Intelligi, Legem Matrimonij. 189
16. An vxor poſſit communicare cum marito excommunicato non tolerato, in redditione, & petitione debiti coniugalis?
R. Vt certum: Poſſe. ibid.
17. An vxori liceat communicare cum marito excommunicato non tolerato, non ſolùm in debito coniugali; ſed etiam in colloquiis, menſa, & aliis omnibus, ac ſi excommunicatus non eſſet?
R. Vt ferè certum: Licere. ibid.
18. An etiam, caſu quo mulier ſcienter contraheret matrimonium cum excommunicatò; poſſet eodem modo, quo eſt dictum, cum illò communicare?
R. Probabiliùs: Poſſe eodem modo. ibid.
19. An etiam, ſponſa de præſenti gaudeat priuilegio *d. cap. Quoniam multo*: & ita communicare cum ſponſo excommunicato vitando?
R. Vt probabiliùs longè: Poſſe. 190
20. An ſit licitum vxori, ſimul prandere cum ſuo viro, qui illicitè ad menſam excommunicatum vitandum admittit?
R. Vt certum: Non eſſe illi licitum. ibid.
21. An vxor, non ſolum poſſit, verùm etiam teneatur eſſe, & communicare cum viro excommunicato, eodem modo, quo ad id, ante excommunicationem, aſtricta erat?
R. Vt certum: Teneri etiam. ibid.
22. An licitum ſit viro non excommunicato, communicare cum vxore nominatim excommunicata, in omnibus & eodem modo, quo licitum eſt vxori

vxori cum viro nominatim excommunicato?

R. *Vt multo probabilius: Affirmatiuè.* ibid.

23. An ſi vterque coniux ſit excommunicatus, ſit etiam illis licita communicatio in debito, menſa, colloquio, & aliis omnibus?

R. *Quod ſic.* 191

24. An permiſſio, quam ius tribuit vxori communicandi cum marito excommunicato, extendatur ad diuina?

R. *Vt longè probabilius: Extendi.* ibid.

25. An coniux excommunicatus poſſit licitè debitum petere ab vxore non excommunicata?

R. *Probabilius: poſſe.* ibid.

26. Quæ perſonæ excipiantur per verbum, *Humile?*

R. *Quòd omnes illæ, quæ aliqua legis obligatione ſubijciuntur alteri, vt filij, ſerui, &c.* 192

27. An filij legitimi, & ſub cura Parentum exiſtentes, licitè poſſint communicare cum Patribus excommunicatis vitandis?

R. *Vt certum: Poſſe.* ibid.

28. An etiam filij legitimi, emancipati tamen, poſſint communicare cum ſuis Parentibus excommunicatis vitandis?

R. *Æquè probabiliter poſſe, eodem modo, ac alij filij non emancipati.* ibid.

29. An etiam filij illegitimi poſſint licitè cum Parentibus excommunicatis vitandis communicare?

R. *Poſſe, ſicut alij filij legitimi.* ibid.

30. An item, filij adoptiui poſſint communicare, eodem modo, ac filij legitimi cum Parentibus excommunicatis?

R. *Non poſſe; niſi aliàs tales filij ſint ſub cura Parentum, & cum illis habitent.* 193

31. An nepotes, & Pronepotes comprehendantur etiam ſub nomine filiorum: & ita poſſint cum auo, & Proauo excommunicatis communicare?

R. *Affirmatiuè.* ibid.

32. An nurus, & gener, poſſint communicare cum ſocero, & ſocru excommunicatis: & Priuignus, & Priuigna, cum nouerca, & vitrico?

R. *Æquè probabiliter: Poſſe omnino, etiamſi quaſi emancipati ab illis viuant.* ibid.

33. An pupillus poſſit communicare cum ſuo Tutore excommunicato vitando?

R. *Poſſe abſolutè, ſi ſit ſub eius cura, & comenſalis illi: ſi verò viuat ſeparatus ſolum poterit ei communicare in ijs, quæ ad munus Tutoris pertinent.* 194

34. An filij ſpirituales poſſit communicare cum Patribus ſpiritualibus excommunicatis vitandis?

R. *Quod non.* ibid.

35. An ſuperiores non excommunicati poſſint cum ſuis Inferioribus excommunicatis communicare v.g. Pater vel Mater cum filiis: Auus, aut Proauus cum nepotibus, & pronepotibus, &c.

R. *Probabilius: Poſſe.* ibid.

36. An etiam, quando ſuperiores ſunt excommunicati, poſſint cum ſuis Inferioribus non excommunicatis communicare?

R. *Etiam poſſe.* ibid.

37. An ſerui, vel famuli, quocunque titulo tales ſint, poſſint communicare cum Dominis excommunicatis vitandis?

R. *Vt certum: Poſſe.* ibid.

38. An vt famuli, ſerui, &c. poſſint communicare cum ſuis Dominis excommunicatis, neceſſum ſit, quod ante excommunicationem Dominorum intrauerint ad ſeruiendum illis?

R. *Æquè probabiliter: Non eſſe id neceſſum.* 195

39. An prædicti ſerui, & famuli poſſint generaliter communicare in omnibus rebus, tam humanis quàm diuinis, cum ſuis Dominis excommunicatis vitandis?

R. *Probabilius: Poſſe.* ibid.

40. An etiam, vaſalli poſſint communicare cum Domino ſuo excommunicato vitando; & Dominus cum illis?

R. *Probabilius: Poſſe communicare in ſolutione tantum tributorum: non in alijs rebus humanis.* ibid.

41. An inferiores eiuſdem familiæ, vt fratres, ſorores, ſerui, & ſimiles; ſi vnus horum ſit excommunicatus, poſſint cæteri communicare cum illo?

R. *Nullo modo poſſe directè, & per ſe: bene tamen aliquando indirectè, & per accidens.* 196

42. An ſit licitum clericis, communicare cum ſuo Epiſcopo excommunicato vitando?

R. *Vt certum: Quòd nullo modo: niſi aliàs ſint ſimul de eius familia ac ſeruitio.* ibid.

43. An Religioſi poſſint communicare cum ſuis Prælatis excommunicatis vitandis?

R. *Poſſe: Quidquid alij dicant.* ibid.

44. An milites poſſint communicare in bello cum Duce excommunicato vitando?

R. *Poſſe.* 197

45. Quid intelligatur per illam particulam, *Res ignorata?*

R. *Quod ignorantia inuincibilis excuſet à peccato communicandi cum excommunicato.* ibid.

46. An qui dubitat, an alius excommunicatus denunciatus ſit, illum ſtatim vitare debeat?

R. *non debere.* ibid.

47. An ſaltem, qui certo ſcit alium eſſe excommunicatum; dubitat tamen, an denunciatus ſit, teneatur tunc illum vitare?

R. *Non teneri: Poſſe tamen ſi velit.* ibid.

48. An confeſſarius teneatur vitare illum, quem per confeſſionem ſcit, eſſe excommunicatum non toleratum?

R. *Nec teneri, nec poſſe vitare illum in publico: bene tamen poſſe in ſecreto illum vitare, quamuis ad id non teneatur.* ibid.

49. An ego tenear vitare illum, qui extra confeſſionem mihi dixit; ſe eſſe excommunicatum non toleratum?

R. *Teneri me illum vitare.* ibid.

50. An teneatur quis vitare eum, quem per famam publicam nouit eſſe excommunicatum denunciatum, aut publicum percuſſorem clerici?

R. *Vt certum: Teneri.* 198

51. An etiam ſola fama excommunicationis ſufficiat ad hoc, vt infamatus repellatur à iudicio; aut, vt puniatur ille, qui excommunicatum non vitauerit, &c.

R. *Vt ferè certum: Non ſufficere.* ibid.

52. An ſiquis, non per famam publicam, ſed à paucis audiat, aliquem eſſe excommunicatum vitandum, teneatur eum vitare?

R. *Probabilius: Teneri, ſi illi pauci, ſint viri probi, & fide digni: ſecus, ſi tales non ſint.* ibid.

53. An ſiquis adhuc per vnicum teſtem fide dignum: v.g. Parochum, ſciret Petrum, v.g. eſſe excommunicatum denunciatum, teneatur vitare illum?

R. *Probabilius: Non teneri.* ibid.

54. An ſaltem, teneatur quis vitare illum, quem Epiſcopus, vel Parochus, teſtificatur eſſe nominatim denunciatū, oſtendendo ei literas denunciationis?

R. *Vt certum: Teneri tunc.* 199

55. An quis teneatur euitare illum, quem fama publica conſtat, percuſſiſſe clericum; ſed non conſtat fama publica, quod notoriè percuſſit?

R. *Non teneri.* ibid.

56. An ſiquis ſciat, Petrū v.g. eſſe excommunicatum nomina-

Digitized by Google

nominatim in vna Prouincia, teneatur illum vitare in alia, vbi eſt occultum?

R. Vtrumque eſſe probabile. ibid.

57. An qui ſemel ſciuit, aliquem eſſe excommunicatum non toleratum; ſemper teneatur vitare illum, donec ei conſtet de Abſolutione?

R. Affirmatiuè. ibid.

58. Quando excommunicatus præſumi abſolutus debeat;& ſic qui cum eo licitè communicare valeat?

R. Quod præſumi debet ex varijs ſignis. 200.

59. Quid intelligatur per particulam, *Neceſſe*, quæ eſt vltima cauſa excuſans?

R. Quòd intelligitur, neceſſitas, tam ipſius excommunicati, quam aliorum; ſiue ſit extrema, ſiue grauis, ſpiritualis, vel corporalis, &c. ibid.

60. An poſſit quis excõmunicato vitando equũ gratis, vel pretio tradere; vt proſequatur iter incœptũ?

R. Poſſe, ſi equo opus habeat. ibid.

61. An non excommunicatus poſſit petere eleemoſynam ab excommunicato vitando?

R. Non poſſe; niſi in caſu, quo ſit alius à quo commodè poſſit petere. ibid.

62. An ſaltem, Prædicatores, & Confeſſores poſſint licitè petere eleemoyſnam ab excõmunicato vitando, etiamſi aliàs poſſent aliundè ſibi prouidere?

R. Poſſe: quidquid alij dicant. ibid.

63. An licitum ſit, communicare cum excõmunicato vitando, ratione euitandi aliquod graue damnum?

R. Eſſe licitum. ibid.

64. An ſit licitum, erogari eleemoſynam excommunicato, vt tali iuuamine ſecurius perſiſtat in excommunicatione?

R. Quòd nullo modo. 201

65. An ceteris paribus, prius ſit elargienda elleemoſyna non excommunicato, quàm excommunicato?

R. Affirmatiuè.

66. An in caſibus, quibus permiſſa eſt communicatio cum excommunicatis vitandis, poſſit ſuperior præcipere, vt quacumque neceſſitate occurrente, eorum communicatio euitetur?

R. Poſſe: Niſi alias communicatio ſit talis, quæ naturali, aut diuino iure præcipiatur. ibid.

67. An ſi Pontifex, ſub pœna excommunicationis præciperet; ne quis ſicariis, aut Bannitis ſubueniret, poſſet aliquis in extrema neceſſitate illis exiſtentibus ſubuenire, abſque incurſu Cenſuræ?

R. Non poſſe, abſque incurſione cenſuræ. ibid.

DISPVTATIO XVI.

De alijs Effectibus excommunicationis maioris.

Q. 1. AN Reſcripta quæcumque à Pontifice, per excommunicatum maiorem, impetrata; ſint inualida & nihil ei proſint?

R. Affirmatiuè.

2. An etiam, Reſcripta Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Papa inferiorum, obtenta per excommunicatum, ſit inualida, & nullius efficaciæ?

R. Probabilius: Minimè eſſe inualida, ſed valida. ibid.

3. An item ſint valida reſcripta, priuilegia, ſeu gratiæ, impetrata à ſupremo Principe ſæculari per excommunicatum?

R. Probabilius: etiam hæc eſſe valida. 202

4. An ſi excommunicatus eſt omnino occultus, reſcriptum per eum, impetratum à Papa, ſit etiã nullum?

R. Probabilius: Etiam eſſe nullum. ibid.

5. An Clauſula abſolutionis, quæ in Reſcriptis Apoſtolicis præmittitur ad valorem eorum, ſit adeò vniuerſalis, vt per illam, Impetrantes ab omnibus cenſuris, etiam reſeruatis, abſoluantur?

R. Ab omnibus abſolui. ibid.

6. An reſcriptum Pontificis impetratum ab excõmunicato in fauorem tertiæ perſonæ, ſit etiam nullum?

R. Probabilius: Etiam eſſe nullum. ibid.

7. An Excommunicatus, qui per annum in excommunicatione, obdurato animo, perſiſtit; fiat ſuſpectus de hæreſi, & vt talis puniri poſſit?

R. Affirmatiuè: Legatum. ibid.

8. An qui conuenitur ſuper aliqua crimina, & ob contumaciam in ea cauſa excommunicatur; ſi in ea excommunicatione per annum, perſeueret, cenſeatur conuictus de crimine, de quo fuit accuſatus?

R. Affirmatiuè. 203

9. An Clericus perſiſtens in excommunicatione per annum, priuari poſſit beneficiis, quæ poſſidet?

R. Poſſe priuari. ibid.

10. An excommunicatus reddatur per excommunicationem infamis?

R. Quòd ſic. ibid.

DISPVTATIO XVII.

De Abſolutione ab excommunicatione.

§. I.

De ijs, qui ab excommunicatione maiori abſoluere poſſunt.

Q. 1. QVi ſunt Iudices, qui poteſtate Ordinaria, hoc eſt, iure proprio, abſoluere à cenſuris poſſunt?

R. Quòd omnes illi, qui ſuo iure, non alieno mandato, excommunicare poſſunt: vt Papa, Patriarchæ, &c. 203

2. Qui ſunt Iudices, qui poteſtate delegata abſoluere à cenſuris poſſunt?

R. Quòd omnes illi, quibus commiſſa eſt poteſtas ab ipſis Ordinariis, &c. 204

3. Quibus perſonis poſſit delegari poteſtas abſoluẽdi à cenſuris?

R. Quòd omnibus illis, quibus delegari poteſt poteſtas ferendi cenſuras. ibid.

4. An non ſolũ Sacerdos, ſed etiam Clericus primæ tonſuræ, qui habet iuriſdictionem Eccleſiaſticã in foro exteriori, ac proinde in eodẽ foro poteſt excõmunicare; poſſit etiam, non ſolùm in foro exteriori abſoluere à cẽſuris, verum etiam in foro interiori?

R. Vt quid certum: Non ſolùm Sacerdotem, ſed etiam dictum Clericum primæ tonſuræ poſſe; &c. ibid.

5. An laicus non tonſuratus poſſit abſque ſpeciali commiſſione abſoluere à Cenſuris in articulo mortis, deficiente Sacerdote?

R. Probabiliter: Non eſſe abſque ſpeciali commiſſione. ib.

6. An ſaltem, quilibet Clericus, etiamſi ſolum habeat primam Tonſuram, poſſit, etiam ſine ſpeciali commiſſione, abſoluere ab excommunicatione, & ab aliis cenſuris, exiſtentem in articulo mortis?

R. Probab. Adhuc nõ poſſe ſine ſpeciali commiſſione. 205

7. An ad minus, Iudex Eccleſiaſticus, qui poteſtatem habet excõmunicandi & abſoluendi; poſſit, licet ſacerdos non ſit, abſoluere in articulo mortis à quacumque cenſura, quemcumque etiã non ſubditũ?

R. Probabilius: Adhuc non poſſe, ſi Sacerdos non ſit. ib.

8. An omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta poſſint in articulo mortis, abſoluere ab omnibus peccatis, & Cenſuris, etiam Papæ reſeruatis?

R. Vt certum: Omnes ſine exceptione, poſſe. 206

9. An ſit illicitum, abſolutionem cenſurarum, per errorem, aut dolum, à Iudice extorquere?

R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.

10. An non ſolùm ſit illicita, verũ etiam inualida, abſolutio cẽſurarum, per dolum, aut errorẽ, extorta?

R. Etiam eſſe inualidam, ſi fuit extorta per dolum, aut errorem verſantem circa cauſam finalem: ſecus ve-

Digitized by Google

re ſi per dolum aut errorem verſantem circa cauſam impulſiuam. Legatur. ibid.

11. An etiam, non ſolum ſit illicita ſed etiam inualida cenſurarum abſolutio, extorta per vim, vel metum iniurioſum cadentem in conſtantem verum?

R. Vt quid certum: Etiam eſſe inualidam, ex iure poſitiuo. ibid.

12. An item, ſit inualida abſolutio cenſurarum, extorta à iudice, per vim, vel metum leuem?

R. Probabilius: Tunc non eſſe inualidam. ibid.

13. An qui per metum grauem, ſeu vim, impetrat abſolutionem à cenſura, incurrat nouam excommunicationem?

R. Vt certum: Incurrere ex decreto Gregor. X. 207

14. An huius decreti excommunicationem incurrant iudices Regij, quando ad tollendam vim, rogant, & iure compellunt iudicem Eccleſiaſticum, vt abſoluat excommunicatum ab ipſo, ad tempus?

R. Non incurrere. ibid.

15. An ab excommunicatione ab homine lata, poſſit abſoluere ipſe, qui illam tulit?

R. Poſſe, regulariter loquendo. ibid.

16. In quibus caſibus non poteſt abſoluere ab excommunicatione ipſe, qui excommunicauit?

R. Quòd in quinque. Legantur. ibid.

17. An ab excommunicatione ab homine lata, non tantum poſſit abſoluere, qui illam tulit; verum etiam eius ſucceſſor?

R. Vt certum: Poſſe ſucceſſorem. 208

18. An non ſolum poſſit abſoluere ab excommunicatione, qui per ſententiam illam tulit, aut eius ſucceſſor; verum etiam ſuperior eius?

R. Probabilius: Poſſe etiã ſuperiorẽ in iuriſdictione. ib.

19. An Archiepiſcopus poſſit validè, & licitè abſoluere ab excommunicatione, & alia quauis cenſura lata per ſuffraganeum Epiſcopum, in cauſa appellationis?

R. Vt certum: Poſſe in dicto caſu ibid.

20. An Epiſcopus poſſit abſoluere à cenſuris latis ab Abbatibus quibuſdam, Archidiaconis, & Archipreſbyteris ſibi inferioribus, etiam caſu, quo ad ipſum facta non ſit à parte, appellatio?

R. Probabilius: Poſſe, licitè quidem, ſi id faciat cum conſcientia illius, qui talem cenſuram tulit: illicitè verò, quamuis validè, ſi id abſque conſenſu illius, faciat. ibid.

21. An Prouincialis Ordinis Mendicantium, poſſit abſoluere illum, quem inferior Prælatus v. g. Miniſter, ſeu, Prior conuentualis excommunicauit?

R. Vt certum: Poſſe. ibid.

22. An excommunicatio lata per ſententiam generalem, pro peccatis futuris, poſſit etiam relaxari, & abſolui, non ſolùm à Prælato, qui illam tulit, & ſuperiore; ſed etiam ab aliis, qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione lata ipſo iure?

R. Poſſe etiam ab alijs, qui poſſunt abſoluere à cenſuris iuris, nulli reſeruatis. Legatur. ibid.

23. An qui excommunicatus fuit à ſuo Epiſcopo per ſententiam generalem, & poſtea domicilium in aliam Diœceſim tranſtulit; non ſolum poſſit abſolui ab Epiſcopo, qui illum excommunicauit, ſed etiam ab illo, cuius iam ſubditus eſt?

R. Poſſe etiam abſolui ab illo. ibid.

24. An etiam, qui à ſuo Epiſcopo fuit excommunicatus per ſententiam particularem, poſſit adhuc abſolui ab alio Epiſcopo, in cuius diœceſim domicilium tranſtulit?

R. Tunc non poſſe, niſi à priori Epiſcopo. 210

25. An qui manens in territorio alterius Epiſcopi, incidit in excommunicationem latam ab illo; vel ratione delicti, vel ex alio capite; debeat abſolui ab eodem, vel poſſit etiam abſolui à ſuo Epiſcopo rediens poſteà ad ſuum Epiſcopatum?

R. Poſſe, ſi incidit in excommunicationem non reſeruatam latam pro futuris culpis: ſecus verò ſi in excommunicationem latam per ſententiam particularem. ibid.

26. An qui excommunicatus eſt ad inſtantiam partis ab vno Prælato, poſſit, conſentiente parte, abſolui validè ab alio Prælato?

R. Vt certum. Non poſſe. ibid.

27. An poſt factam & admiſſam appellationem, poſſit Prælatus, à quo appellatum eſt, abſoluere appellantem ab excommunicatione, quam contra ipſum tulerat?

R. Vt certum: Poſſe. Et à fortiori, Prælatum, ad quem appellatum eſt. ibid.

28. An ſiquis excommunicatus per ſententiam generalem ab aliquo iudice, ingrediatur Religionem, poſſit abſolui à Prælato Religionis, ex vi iuris cõmunis, ſecluſoque omni priuilegio Religionis,

R. Poſſe abſolui. ibid.

29. An etiam excommunicatus per ſententiam particularem à ſuo iudice, ingrediens Religionem poſſit abſolui à ſuperiori dictæ Religionis, ſecluſo etiam priuilegio?

R. Non poſſe, ſecluſo priuilegio. ibid.

30. An ſaltem, ex vi priuilegij, ſpecialis Religionis, poſſint Prælati illius abſoluere excommunicatum, ab excommunicatione ab homine per ſententiam particularem lata, & contracta ante ingreſſum Religionis?

R. Æquè probabiliter: Poſſe, dummodo ſatisfacta ſit pars. 211

31. An Epiſcopus poſſit abſoluere ab omni cenſura iuris, nemini reſeruata?

R. Vt certum: Poſſe illum; Imò & Prælatum Epiſcopalem iuriſdictionis habentem, & eius vicem gerentem. ibid.

32. An etiam Vicarius Generalis Epiſcopi, & Capituli, ſede vacante, poſſit abſoluere ab omni cenſura iuris, ſicuti poteſt Epiſcopus; & Capitulum, ſede vacante?

R. Vt certum: Etiam poſſe. ibid.

33. An item, Parochus poſſit abſoluere ab omni cenſura iuris non reſeruata; ſicuti alij Prælati ſup. recenſiti poſſunt?

R. Probabilius: Etiam hunc poſſe. ibid.

34. An deinque, non ſolum Parochi ſed etiam omnes alij ſacerdotes, habentes, quocunque modo, facultatem abſoluendi à peccatis mortalibus; poſſint etiam abſoluere ab omni excommunicatione, & alia quauis cenſura iuris, non reſeruata?

R. Probabilius Adhuc hos omnes poſſe. 212

35. An cap. *Nuper.* concedens Epiſcopis, & Parochis facultatem ad abſoluendum à cenſuris iuris, per contrariam conſuetudinem, abrogatum ſit?

R. Quidquid alij ſentiant; Non conſtare, eſſe abrogatum, ſaltem generaliter loquendo. ibid.

36. Quis poteſt abſoluere ab excommunicatione, & alia quauis cenſura iuris reſeruata?

R. Quod ipſemet Canonis conditor, aut eius ſuperior; vel qui ab eis, poteſtatem delegatam habuerit. ibid.

37. An obtinens facultatem à Papa ad abſoluendum ab omnibus cenſuris; poſſit abſoluere à cenſuris iuris reſeruatis?

R. Probabilius: Poſſe. 213

38. An etiam, obtinens facultatem abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis; poſſit abſoluere à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, quando non eſt facta mentio huius Bullæ?

R. Vt certum: Non poſſe. ibid.

39. An eo ipſo, quod quis obtinet facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ; poſſit abſolue

Digitized by Google

abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim contracta?

R. Quòd (licèt alij affirmant; alij æquè probabiliter negent) in hoc caſu, poſſit ille abſoluere ab excommunicatione, ob hæreſim occultam exteriorem contracta: non verò contracta, ob hæreſim publicam. ibid.

30. An qui à Papa obtinuit facultatem abſoluendi à cenſuris, & caſibus illi reſeruatis; poſſit abſoluere è cenſuris, & caſibus, quos ſibi Epiſcopi reſeruarunt?

R. Vt certum (quidquid alij dicant) Poſſe ex vi conſuetudinis; licèt non ex vi iuris. 214

§. II.

De poteſtate Epiſcoporum & Prælatorum Regularium, circa abſolutionem ab excommunicationibus, & alijs cenſuris reſeruatis Papæ.

41. An Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione reſeruata Papæ, ex delicto occulto contracta?

R. Vt certum: Poſſe, ex decreto Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. tam per ſe, quam per ſuum Vicarium. 214

42. An nomine Epiſcopi, cui in dicto Tridentini decreto, conceditur facultas abſoluendi à reſeruatis Papæ, veniat quicumque Epiſcopus, dummodo ſit conſecratus?

R. Vt certum: Quòd non; ſed ſolum, Epiſcopum electum, & confirmatum (etiamſi conſecratus non ſit) habentem Diœceſim, in qua Tridentinum ſit receptum. ib.

43. An etiam capitulum, ſede Epiſcopali vacante, poſſit, virtute dicti decreti Trid. abſoluere à cenſuris reſeruatis Papæ, ex delicto occulto ortis?

R. Probabilius: Etiam poſſe. 215

44. An deinde, ex vi d. decreti, poſſint etiam Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & diœceſim propriam; vt ſunt Abbas Metinen. & Alcalæ Regiæ, abſoluere ſuos ſubditos à prædictis cenſuris reſeruatis?

R. Probabilius: Etiam hoc Prælatos poſſe. ibid.

45. An Epiſcopi poſſint, ex vi d. decreti Trident. abſoluere, etiam à caſibus Bullæ Cœnæ, & ab excommunicationibus eis annexis (excepta ſaltem hæreſi) ortis ex delictis occultis?

R. Æquè probabiliter: Poſſe. ibid.

46 An etiam, poſſint Epiſcopi abſoluere ſibi ſubditos ab hæreſi externa occulta, vigore d. decreti Trident.?

R. Æquè probabiliter: Etiam poſſe. ibid.

47. Quid intelligatur, per delictum, aut caſum occultum reſeruatum, à quo Epiſcopi poſſunt abſoluere, vigore d. decreti Concilij Trident?

R. Probabilius: Quòd intelligitur, non ſolum illud delictum, quod eſt per accidens occultum; ſed etiam illud quod non eſt publicum, aut notorium, &c. 217

47. An abſolutionem ab occultæ hæreſis cenſura, committere poſſit Epiſcopus alicui?

R. Probabilius: Poſſe, ſi id faciat ſpecialiter. ibid.

49. An Epiſcopi poſſint abſoluere ac hæreſi, & ab aliis caſibus occultis reſeruatis Papæ, extra Sacramentum confeſſionis?

R. Poſſe. 218

50. An poſſit Epiſcopus abſoluere in abſentia à prædicta occultæ hæreſis, aut alterius cuiuſuis criminis, reſeruata excommunicatione?

R. Poſſe ibid.

51. An ſit neceſſe, tam Epiſcopum, quàm ſubditum eſſe intra diœceſim; vt poſſit Epiſcopus illum ab hæreſi, & ab aliis caſibus reſeruatis, in d. Tridentini decreto contentis, abſoluere?

R. P. Leand. de Cenſuris.

R. Vt certum: Non eſſe neceſſe, vt vterque ſit intra diœceſim. ibid.

52. An ſaltem ſit neceſſe, vt Epiſcopus ſit intra ſuam diœceſim, vt poſſit ſuum ſubditum ab occulta hæreſi, & ab aliis reſeruatis abſoluere?

R. Æquè probabiliter: Non eſſe id neceſſe, caſu ſaltem, quò ſubditi intra diœceſim exiſtant. ibid.

53. An ad minus, neceſſe ſit, vt ſubditus ſit intra diœceſim, quando Epiſcopus eſt extra, vt hic poſſit prædicta abſoluendi facultate vti?

R. Probabiliter: Adhuc id non eſſe neceſſe. ibid.

54. An poſſint Epiſcopi abſoluere à prædictis delictis occultis Papæ reſeruatis etiamſi hæc ad forum contentioſum ſint deducta?

R. Vt certum: Tunc non poſſe. 219

55. An ſaltem, ſi delictum fuit deductum ad forum contentioſum, reus tamen non conuictus in eo, poſſit Epiſcopus abſoluere à tali delicto Reum?

R. Poſſe tunc. ibid.

56. An item, poſſit Epiſcopus abſoluere ſuum ſubditum à delicto deducto ad forum contentioſum, caſu, quo, finito iudicio, punitus fuit?

R. probabilius: Etiam poſſe. ibid

57. An Epiſcopus poſſit abſoluere eum, qui in vno loco commiſit delictum publicum, & notorium, Papæ reſeruatum; ſed poſteà ſe tranſtulit ad alium locum, vbi eſt occultum, & ibi abſolutionem à tali delicto petit?

R. Probabiliter: Poſſe. 220

58. An Epiſcopus poſſit, iure ordinario, abſoluere ab excommunicatione publica, etiam reſeruata Papæ, quando excommunicatus eſt impeditus recurrere ad Papam?

R. Vt certum: Poſſe. ibid.

59. Quot, & quænam ſint impedimenta legitima, propter quæ nequeat quis Papam adire; & conſequenter poſſit Epiſcopus, illis interuenientibus, abſoluere à cenſura publica Papæ reſeruata?

R. Eſſe vndecim adminus: Videantur. ibid.

60. An qui propter aliquod ex prærecenſitis impedimentis, non poteſt Romam adire; teneatur mittere Procuratorem, aut epiſtolam, pro abſolutione à caſibus publicis Papæ reſeruatis?

R. Vt longè probabilius: Non teneri. 221

61. An ſi reus, ita impeditus non poſſit adire Pontificem, poſſit tamen adire legatum, aut ad alium habentem priuilegium ad abſoluendum à cenſura reſeruata; tunc poſſit abſolui ab Epiſcopo?

R. Probabilius: Tunc non poſſe. ibid.

62. An ſi reus, non poſſit recurrere ad legatum, nec ad Epiſcopum, poſſit tunc abſolui à Parocho, aut ab alio legitimo confeſſore, à præfatis caſibus publicis Papæ reſeruatis?

R. Probabilius: Non poſſe. ibid.

63. An qui ratione articuli mortis, aut alterius impedimenti legitimi, eſt abſolutus per Epiſcopum ab excommunicatione Papæ reſeruata, teneatur poſtea, ceſſante impedimento, ſe præſentare Pontifici?

R. Teneri ſe præſentare quàm citò commodè poſſit, aliàs reincidet in eandem excommunicationem. 222

64. An hoc onus, ſe præſentandi Papæ, ſit imponendum ſub iuramento omnibus excommunicatis prædictis;

R. Probabilius: Quòd omnibus, exceptis pueris. ibidem.

65. An etiam à mulieribus ſit exigendum, hoc, comparendi Pontifici, iuramentum?

R. Vt longè probabilius: Etiam eſſe exigendum à mulieribus, regulariter loquendo. ibid.

ō 2 66. An

Digitized by Google

66. An huiuſmodi præſentatio, quæ Papæ eſt facienda, ſit ad obtinendam aliam abſolutionē de nouo?
R. Quod non, ſed ad obediendum mandato Pontificis, &c videatur. ibid.
67. An qui tenetur ſe præſentare Papæ, ſufficiat id facere per Procuratorem?
R. Probabilius: Sufficere regulariter loquendo. ibid.
68. Quale cenſeatur tempus commodum, intra quod reus abſolutus ſe præſentare debeat, ne in cenſuram reincidat?
R. Quòd, quoad forum exterius id relinquitur prudentis arbitrio: quoad forum verò interius, conſcientia rei abſoluti. 223
69. An hoc onus ſe præſentandi, iniungendum ſit reo quando abſoluitur virtute Bullæ, aut Iubilei, vel alterius priuilegij, concedentis abſolutionem à reſeruatis?
R. Quod tunc non ſit iniungendum. ibid.
70. An Epiſcopus poſſit abſoluere Religioſos (vel Religioſas) exemptos, ab omnibus caſibus reſeruatis qui conceduntur in Tridentino, ſeſſ. 24. c. 6. Epiſcopis, erga ſubditos ſuos?
R. Probabilius: Poſſe; dummodo Religioſi ſe illi ſubijciant de licentia ſuorum Prælatorum. ibid.
71. An ſi Prælatus negaret licentiam Religioſo ſubijciendi ſe Epiſcopo; poſſet tunc hic eum à reſeruatis abſoluere?
R. Probabilius: poſſe, caſu quo iniuſtè Prælatus regularis Religioſo denegaret licentiam: ſecus verò ſi iuſtè. 224
72. An Prælati regulares poſſint abſoluere ſuos ſubditos, ab omnibus caſibus occultis, etiam Bullæ Cœnæ, Papæ reſeruatis, vigore decreti Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6.*
R. Probabilius: Poſſe; ſi aliàs tale decretum non ſit reuocatum, de quo infrà. ibid.
73. An non ſolùm vigore d. Tridentini decreti, ſed etiam aliorum priuilegiorum, poſſint præfati Prælati regulares abſoluere ſuos ſubditos à recenſitis caſibus occultis Pontifici reſeruatis.
R. Probabilius: Poſſe. 225
74. An adhuc, Prælati regulares poſſint abſoluere quos ſubditos ab hæreſi occulta, tam vigore Concilij Tridentini quam priuilegij Pij V.?
R. Vt quid probabile: Poſſe vigore, tam Concilij quàm dicti priuilegij; ſi aliàs his non derogauerint Pontifices reſpectu regularium, de quo infrà. 226
75. An etiam, virtute aliorum priuilegiorum, poſſint Prælati regulares abſoluere ab hæreſi occulta, non ſolum ſuos Religioſos ſubitos, verùm etiam ſæculares, ad eos, cauſa abſolutionis, recurrentes?
R. Etiam poſſe: dato quod eorum priuilegia non ſint reuocata; de quo infrà. 227
76. An præfata priuilegia, à Tridentino, Pio V. & ab aliis Pontificibus; pro abſolutione à peccatis, & cenſuris Papæ reſeruatis, regularibus conceſſa; ſint iam omnino reuocata, pro promulgatione annua Bullæ Cœnæ?
R. Æquè probabiliter: Non eſſe reuocata per dictam Bullæ promulgationem. ibid.
77. An ſaltem, dicta priuilegia regularibus conceſſa, ſint iam reuocata per decretum Vrbani VIII. Latum die 17. Nouemb anno 1628.
R. Probabiliter: Non per hoc decretum, eſſe dicta priuilegia reuocata. 229
78. An præfata regularium Prælatorum priuilegia, ſint, ſaltem quoad abſolutionem ab hæreſi, reuocata, ſeu ſuſpenſa, per aliquod priuilegium Sanctæ Inquiſitionis Hiſpanienſis Tribunali conceſſum?
R. Vt mihi certum: Affirmatiuè. ibid.
79. An regulares poſſint nunc abſoluere ſæculares, à caſibus Epiſcopis reſeruatis?
R. Probabiliſſime: Poſſe. 232

§. III.

De Facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis, & cenſuris, virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilæi.

80. An virtute Bullæ Cruciatæ, poſſit quis abſolui ab omnibus caſibus, & excommunicationibus Epiſcopis reſeruatis; totieſque, & quoties indiguerit?
R. Vt certum: Poſſe. 233
81. An virtute Bullæ Cruciatæ, poſſit quis abſolui bis, nempe ſemel in vita, & iterum in articulo mortis, ab excommunicatione reſeruata Papæ, etiam in Bulla Cœnæ?
R. Vt certum (quidquid alij negent) Poſſe. ibid.
82. An vigore huius Bullæ, poſſit pœnitens abſolui ab vnoquoque caſu Pontifici reſeruato, quouſque abſoluatur ab omnibus; ab vnoquoque tamen ſemel intra publicationis annum?
R. Probabiliter: Poſſe. 234
83. An virtute Bullarum præteritarum, poſſit quis etiam abſolui ſemel, à caſibus Papalibus; ſi Bullis illis, in ordine ad hunc effectum, non ſit vſus?
R. Probabilius: Non poſſe: quamuis oppoſitum ſit ſatis probabile 235
84. An confeſſarius poſſit abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam, à caſibus Pontifici reſeruatis, non ſolum ſemel, ſed toties, quoties dummodo ſint occulti?
R. Æque probabiliter: Affirmatiuè. ibid.
85. An virtute Bullæ Cruciatæ, in qua conceditur facultas abſoluendi à contentis in Bulla Cœnæ, excepta hæreſi, poſſit adhuc confeſſarius, hæreticum occultum pœnitentem, & emendatum abſoluere?
R. Quòd licèt certum ſit, non poſſe vi Bullæ, abſoluere hæreticum nominatim denunciatum? nec publicum, adhuc non denunciatum: tamen probabile eſt, poſſe vi illius, abſoluere hæreticum occultum pœnitentem, & emendatum. 236
86. An etiam in Regnis, in quibus ſanctum Inquiſitionis tribunal reperitur, poſſit confeſſarius abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam à crimine hæreſis externæ occultæ?
R. Nullo modo poſſe. ibid.
87. An ſaltem, virtute Bullæ Cruciatæ, poſſint abſolui ſemel in vita, & ſemel in morte, qui lapſi ſunt publicè in crimina contenta in primo Canone Bullæ Cœnæ, excepta hæreſi?
R. Æquè probabiliter: Poſſe abſolui, dummodo verè hæretici non ſint. 239
88. An confeſſarius poſſit, virtute Bullæ Cruciatæ, abſoluere toties quoties à caſibus Sanctæ Inquiſitioni reſeruatis: dummodo non ſint ex illis, qui ſunt ſimul ſummo Pontifici, & Inquiſitoribus reſeruati, quales ſunt contenti in primo Canone Bullæ Cœnæ?
Re Poſſe. ibid.
89. An confeſſarius poſſit, vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere eũ, qui culpabiliter omiſit denunciare delicta, quæ ſunt in edicto Inquiſitorum, antequam de facto denunciet?
R. Non poſſe eum abſoluere antequam de facto denunciet: niſi caſu, quo adſit iuſta cauſa differendi denunciationem. ibid.
90. An vi Bullæ Cruciatæ poſſit quis abſolui à cenſuris,

Digitized by Google

ſuris, à iure, vel ab homine impoſitis, antequam ſatisfactio præſtetur parti læſæ, in caſibus, in quibus pars fuit offenſa?

R. Vt certum: Non poſſe. 240

91. An qui de facto fuit abſolutus vi Bullæ, ſine ſatisfactione partis, ſit nulliter abſolutus?

R. Probabilius: Non eſſe nulliter, ſed validè abſolutum. ibidem.

92. An confeſſarius poſſit licitè, vi Bullæ, abſoluere pœnitentem, qui non poteſt parti læſæ, ſatisfacere?

R. Probabilius: Poſſe. ibid.

93. An nomine, *parti læſæ*, in clauſula Bullæ vel in alio ſimili priuilegio, intelligatur, non ſolùm perſona, cui iniuria facta eſt; ſed etiam iudex cui ipſo iure, applicanda eſſet pœna pecuniaria, & Prælatus excommunicans, &c.

R. Vt certum: Solummodò intelligi perſonam, cui immediatè iniuria facta eſt. 241

94. An vi Bullæ Cruciatæ, poſſit abſolui pœnitens, qui ſolùm ſatisfecit clerico, vel Monacho læſo, & offenſo, non item Eccleſiæ, vel Monaſterio;

R. Æquè probabiliter: Poſſe abſolui. ibid.

95. An vi Bullæ Cruciatæ, valide poſſit confeſſarius abſoluere nominatim excommunicatos aut publicos percuſſores clericorum, aut alios, quorum excommunicatio deducta eſt ad forum contentioſum, & lis non eſt finita?

R. Probabilius: Poſſe, ſaltem pro foro interiori. 242

96 An non ſolùm validè, ſed etiam licitè, poſſit confeſſarius abſoluere prædictos excommunicatos, quorum excommunicatio eſt deducta ad forum contenſioſum, & lis non eſt finita?

R. Poſſe, ſatisfacto prius parte. 243

98. An abſolutio ab excommunicatione publica, iam delata ad forum contentioſum externum, facta virtute Bullæ cruciatæ, proſit etiam pro foro externo, ſi collata ſit, parte ſatisfacta?

R. Probabiliter: Prodeſſe. ibid.

98. An abſolutio à præfata excommunicatione, virtute Cruciatæ, valeat item pro foro externo, caſu etiam, quo pars læſa, non ſit realiter, & cum effectu ſatisfacta, aut cum ea concordatum, ob impotentiam pœnitentis?

R. Tunc non pro foro externo, ſed ſolum pro interno valere. 245.

99. An, ſuppoſito quod, iuxta noſtram ſententiam, valida ſit etiam pro foro externo, abſolutio data vi Cruciatæ, ab excommunicatione reſeruata, & delata ad forum contentioſum; non ſolum poſſit, ſed teneatur iudex eam acceptare, & approbare & liberum reputare reum excommunicatum à pœna fori exterioris?

R. Quòd licèt poſſit acceptare, non tamen teneatur ex vi iuris, quamuis benè ex æquitate. ibid.

100. An abſolutio cenſurarum, vi Cruciatæ, neceſſario ſit impertienda in actu confeſſionis Sacramentalis?

R. Probabilius: Quòd non. ibid.

101. An abſens poſſit validè, & licitè à cenſuris abſolui?

R. Tanquam certum: Poſſe validè: imò & licitè ſi interueniat cauſa rationalis; alias non. 246

102. An etiam abſens poſſit abſolui à cenſuris, ſi abſolutio ei conferatur, vigore Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis priuilegij?

R. Probabilius: Etiam poſſe. ibid.

103. An abſolutio à cenſuris, præſcindendo à priuilegio Bullæ, & ab alio ſimili, poſſit validè inuito conferri?

R. Vt certum: Poſſe. 247

104. An etiam vi Bullæ Cruciatæ aut alterius ſimilis priuilegij conceſſi in fauorem pœnitentis, poſſit hic, etiam inuitus, à cenſuris abſolui?

R. Vt quid certiſſimum: Non poſſe. ibid.

105. An quando priuilegium abſoluendi à cenſuris, eſt conceſſum, non in gratiam pœnitentis, ſed ipſius Confeſſarij; tunc ſaltem poſſit hic validè abſoluere inuitum?

R. Tunc poſſe, ſi tale priuilegium ſit confeſſario conceſſum ſine limitatione. ibid.

106. An caſu, quo validè abſoluitur à cenſuris inuitus; etiam abſoluatur licitè?

R. Abſolui etiam licitè, ſi concurrant nonnulla conditiones. Legantur. ibid.

107. An petenti abſolutionem ad cautelam, nocere ea petitio poſſit; ita, vt reputare eum oporteat pro excommunicato?

R. Minimè ei nocere poſſe. 248

108. An ignorans, vel inſcius, poſſit à cenſuris abſolui?

R. Poſſe, abſolutè loquendo, & ſpectata ratione cenſuræ. ibidem.

§. IV.

De requiſitis in Abſolutionis forma.

109. An ſit de eſſentia abſolutionis cenſurarum, vt fiat per verba propriè dicta?

R. Vt certum: Non eſſe. 248

110. An abſolutio cenſurarum, etiam per nutus & ſigna, validè dari poſſit?

R. Non poſſe; niſi ſolum à ſum. Pontifice. ibid.

111. An ad abſolutionem cenſuræ in foro conſcientiæ, requiratur determinata verborum forma?

R. Vt certum: Non requiri; ſed ea ſufficere, quæ indicent abſolutionem à cenſuris dari. 249

112. An in abſolutione cenſurarum, quæ datur, virtute Bullæ Cruc. neceſſario requiratur, vti forma, quæ in ipſa Bulla præſcribitur?

R. Non requiri neceſſariò. ibid.

113. An abſolutio cenſurarum valet, ſi dicatur: *Abſoluo te*: non addendo, *ab excommunicatione, ſuſpenſione*, vel, *interdicto*?

R. Probabilius mihi: Non valere; niſi in caſu, quo reus petat abſolutionem determinando cenſuram à qua abſolui rogat. ibid.

114. An in abſolutione cenſurarum, explicari debeat neceſſariò cauſa, ob quam quis incurrit cenſuram; dicendo: Ego te abſoluo ab excommunicatione, quam ob furtum v. g. incurriſti?

R. Vt certum: Non debere neceſſariò. 250

115. An abſolutio cenſurarum, dari validè poſſit iiſdem verbis, quibus datur abſolutio peccatorum, nempe, *abſoluo te*?

R. Probabilius: Poſſe dari validè. ibid.

116. An non ſolùm validè, ſed & licitè; poſſit ſacerdos abſoluere ſimul à cenſuris, & à peccatis, præfatis verbis: *abſoluo te*?

R. Æquè probabiliter: Non poſſe; niſi in caſu neceſſitatis. ibid.

117. An ante abſolutionem ab excommunicatione, ſint aliquæ ſolemnitates, & ceremoniæ præmittendæ?

R. Affirmatiuè: Legantur. ibid.

118. An reus excommunicatus debeat, ob quodcumque crimen, præſtare iuramentum, de non committendo amplius illud?

R. Quòd non, ob quodcunque, ſed ſolum ob maiora, & enormia crimina. 251

119. An huiuſmodi iuramentum, ſit præſtandum,

ante abſolutionem, ab omnibus, tam à fœminis quàm à viris, & etiam à pueris?
R. *Probabilius: Quòd ab omnibus.* ibid.
11. An abſolutio ab excommunicatione data abſque præſtito iuramento prædicto, ſit irrita, & nulla?
R. *Vt quid certiſſimum: Quòd non, ſed rata & valida.* ibidem.
121. An non ſolum viri, ſed etiam fæminæ, quæ abſoluendæ ſunt, debeant ab abſoluente verberari, ſcapulis nudis?
R. *Tanquam certum: Quòd non.* 252
122. An hæc ſolemnitatum, & ceremoniarum forma, ſit de ſubſtantia abſolutionis, ſaltem publicæ?
R. *Quòd non ſit.* ibid.

TRACTATVS III.

De excōmunicationibus Viginti, quæ in Bulla Cænæ Domini continetur.

DISPVTATIO I.

De Prima excommunicatione Papæ reſeruata in Bulla Cænæ.

Q.1. Contra quot genera perſonarum, prima Bullæ excommunicatio fulminetur?
R. *Quòd contra undecim, nempe hæreticos, Apoſtatas, &c.* 252
2. Quis dicatur hæreticus; & quid requiratur, vt quis tanquam hæreticus, ſit excommunicatione Bullæ Cœnæ adſtrictus?
R. *Quòd multa requirantur: Legantur.* ibid.
3. An ſiquis ductus hinc, & inde rationibus, dubius maneat de veritate alicuius articuli fidei, ſit verè hæreticus, & incurrat hanc excommunicationem Bullæ?
R. *Quòd licèt aliqui abſolutè affirment; alij contra negent: nobis verò diſtinctione aliqua reſpondendum videtur. Legatur.* 253
4. An vt quis ſit hæreticus, & incurrat hanc Bullæ excommunicationem, debeat eſſe pertinax in negando aliquo articulo fidei?
R. *Affirmatiuè.* ibid.
5. An vt quis dicatur pertinax, ſit neceſſaria temporis diuturnitas, qua, authoritati Eccleſiæ contradicens, perſeueret?
R. *Tanquam certum: Non eſſe neceſſariam temporis moram.* 254
6. An vt aliquis ſit hæreticus, & incurrat hanc Bullæ excommunicationem, ſit neceſſe, vt errorem, quem habet in mente contra fidem, exprimat aliquo exteriori ſigno?
R. *Vt longè multo probabilius: Eſſe neceſſe.* ibid.
7. An vt quis hanc Bullæ excommunicationem incurrat, ſufficiat, eſſe hæreticum externum, per accidens occultiſſimum?
R. *Vt certum: (Quidquid quis dicat) ſufficere.* ibid.
8. An qui ſolo verbo profert hæreſim, ita vt in animo nullum aſſenſum talis propoſitionis hæreticæ habeat, incurrat huius Bullæ excommunicationem?
R. *Quòd non incurrat; licèt aliqui contrarium dixerint.* ibid.
9. Quid ſit Apoſtata?
R. *Quod ille, qui totam Religionem Catholicam deſerit.* 255
10. An omnis Apoſtata, hanc cenſurã Bullæ incurrat?
R. *Vt certum: Quòd omnes.* ibid.
11. An etiam Magi, qui aliàs non ſunt Apoſtatæ, vel hæretici, ſint excommunicati per hanc Bullam cœnæ?
R. *Quòd non ſint.* ibid.
12. An omnes credentes hæreticorum erroribus, ſint excommunicati in primo Bullæ Canone?
R. *Vt certum: Eſſe excommunicatos.* ibid.
13. An etiam illi, qui ſolum credunt, hæreticos eſſe viros bonos, & ideo non malè tractandos, ſint per hanc primam Bullæ clauſulam excommunicati, etiamſi erroribus eorum minimè aſſentiant?
R. *Longè multo probabilius: Nullo modo eſſe.* ibid.
14. An qui frequenter hæreticorum concionibus, aut congregationibus interſunt, cenſeantur *credentes hæreticorum*, ac proinde incurrant excommunicationem contentam in hac clauſula?
R. *Affirmatiuè.* ibid.
15. An etiam cenſeantur credentes hæreticorum, qui non frequenter, ſed ſemel ſolùm concionibus hæreticorum, aut congregationibus eorum interſunt?
R. *Cenſeri, ſi id faciat exiſtens in terris Catholicorum: ſecus ſi in hæreticorum terris.* 256

§. II.

De hæreticorum receptatoribus, qui tertio loco in hac clauſula excommunicantur.

16. An qui ſemel, aut bis, hæreticum recipit, in excommunicationem hanc incidat?
R. *Vt longè probabilius: Incidere.* 256
17. An quacunque ratione quis hæreticum in ſuam domum recipiat, ſit excommunicatione ligatus?
R. *Vt longe multo probabilius: Quòd non, vt ſtatim.* ibidem.
18. An ſit receptator hæretici, vt hæretici, qui hæreticum amicum, vel conſanguineum receptat, ne in Inquiſitoris manus deueniat; non quia hæreticus eſt, ſed quia eſt amicus, aut conſanguineus?
R. *Probabilius: Non incurrere.* ibid.
19. An qui Patrem, Matrem, vxorem, filium, aut fratrem hæreticum recipiat, aut defendit, ne in manus Inquiſitorum deueniat, eo preciſè, quia eſt hæreticus; incidat in hanc excommunicationis pœnam?
R. *Vt longè probabilius, Incidere.* 257
20. An qui hæreticum recipiat, aut fauet, metu mortis, excommunicationem, & pœnas iuris incurrat?
R. *Non incurrere.* ibid.
21. An ſiquis hæreticum occultet, animo, ne capiatur, vt ſic poſſit ſuos errores diſſeminare; incurrat hanc Bullæ excommunicationem, ſi re vera hæreticus captus eſt, & ideo non diſſeminauerit?
R. *Probabilius: Nec hanc aliam iuris excommunicationem incurrere.* ibid.
22. An vt hæc excommunicatio à receptatore incurratur; neceſſe ſit, vt hæreticus ab illo receptatus, ſit denunciatus de excommunicatione, ob hæreſim incurſa?
R. *Vt longè multo probabilius: Sufficere quod ſit hæreticus, etiam non denunciatus.* 258
23. An qui neceſſitatis cauſa hæreticum recipit; aut ignorans probabiliter eum eſſe talem; excommunicationem hanc incurrat?
R. *In neutro caſu incurrere.* ibid.

§. III.

Digitized by Google

§. III.

De Fautoribus hæreticorum, qui quarto loco, in hac prima Bullæ clauſula excommunicantur.

24. Qui vocentur, *Fautores hæreticorum*, ad incurrendam hanc Bullæ excommunicationem?

R. Quòd illi, qui fauore, gratia, opibus, verbo, opere, aut omiſſione, &c. hæreticis, vt hæretici ſunt, fauent. 258.

25. An Iudices, Magiſtratus, & aliæ perſonæ publicæ, qui requiſiti ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, negligunt hæreticos capere, vel captos diligenter cuſtodire, hac Bullæ excommunicatione ligentur?

R. Ligari hac, & altera iuris. ibid.

26. An etiam ipſi Inquiſitores, & Prælati, hanc excommunicationem incurrant, ſi cauſa fauendi hæreſi, omittant capere, torquere, aut priuare hæretico, aut fideliter in carcere cuſtodire?

R. Incurrere. ibid.

27. An cenſeatur fautor hæreticorum, & proinde in excommunicationem incidat, qui de hæreſi ſuſpectis fauet?

R. Probabilius: Quòd non. ibid.

28. An Priuatæ perſonæ dicantur etiam fautores hæreticorum ex omiſſione, ſi hæreticos, v.g. non capiant, aut non cuſtodiant, &c.

R. Non dici, regulariter loquendo. 259

29. An Perſonæ priuatæ incurrant ex omiſſione, excommunicationem Bullæ Cœnæ, contra fautores hæreticorum latam, ſi doloſè omittant capere, aut indicare hæreticum?

R. Probabilius: Non incurrere. ibid.

30. An ſi priuata perſona fuerit à Prælato, aut Magiſtro requiſita, ad præſtandum auxilium ad hæreticos capiendos; ipſa verò ſine cauſa id omittat, vt faueat hæreſi illorum, excommunicationem hanc incurrat?

R. Vt quid certum: Incurrere. ibid.

31. An etiam in aliis caſibus, ex ſola omiſſione reputentur priuatæ perſonæ, hæreticorum fautores, ac proinde excommunicationem incurrant?

R. Etiam in aliis caſibus, præcipuè in tribus, reputari. Legantur. ibid.

32. Quando perſonæ, ſiue publicæ, ſiue priuatæ, dicantur, commiſſione fauere hæreticis; & conſequenter excommunicationem incurrere?

R. Quòd in multis caſibus, legantur. 260

§. IV.

De Defenſoribus hæreticorum, qui quinto loco, in hac Bulla clauſula excommunicantur.

33. Qui dicantur Defenſores Hæreticorum: & quanam ratione à Fautoribus diſtent?

R. Illos dici, qui viribus, armis, &c. hæreticos defendunt. 260

34. An qui extra cauſam hæreſis, defendunt hæreticum, eorum defenſores dicantur, & excommunicationem incurrant?

R. Quòd non. ibid.

35. An Defenſor hæreticorum dicatur, qui ſe ipſum, vel alium hominem ſupponit pro aliquo hæretico, qui capiendus erat?

R. Eſſe, & excommunicationem incurrere, ſi id faciat animo fauendi hæretico, vt talis eſt. ibid.

§. V.

De Legentibus, Retinentibus, Imprimentibus, & Defendentibus libros hæreticorum, qui ſexto loco in prima Clauſula Bullæ Cœnæ excommunicantur.

36. An legentes, retinentes, imprimentes & defendentes libros infidelium continentes errores contra fidem, hanc Bullæ excommunicationem incurrant?

R. Non incurrere. 261

37. An ad incurrendum hanc Bullæ excommunicationem ſufficiat, quod auctor libri qui legitur, ſit hæreticus?

R. Non ſufficere. ibid.

38. An vt legentes libros hæreticorum excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrant, requiratur, quod liber, & contineat hæreſim, & ſimul de Religione tractet?

R. Vt certum: Non requiri vtrumque. ibid.

39. An vt incurratur huius Bullæ excommunicatio neceſſe ſaltim ſit, vt liber hæretici ex profeſſo, & inſtituto, de hæreſi, aut religione tractet?

R. Probabilius, cum diſtinctione ſcilicet, vt incurratur; ſufficit quod vnam hæreſim tractet, ſed ſi de religione; quod tractet ex profeſſo requiritur, vt incurratur. ibid.

40. An caſu, quod totus liber hæretici vnicam hæreſim contineat, ſit totus liber prohibitus?

R. Tanquam certum: Non poſſe legi talis liber, vtpote prohibitus. 262

41. An abſque incurſione cenſuræ poſſit quis legere dictum librum, ſi ab illo talis hæreſis deleatur?

R. Tanquam certum: Non poſſe, niſi deletio hæreſis publica fiat authoritate. ibid.

42. An quando liber hæretici in multiplex volumen eſt diuiſus, qui partem libri, in qua, nec hæreſis continetur, nec de religione tractatur, legit, incurrat excommunicationem Bullæ?

R. Non incurrere. ibid.

43. An incurrat excommunicationem Bullæ, qui legit librum hæretici continentem hæreſim nondum tamen typis excuſum?

R. Incurrere. ibid.

44. An etiam incurrat dictam excommunicationem qui legit epiſtolam miſſiuam, concionem, vel aliam papyrum hæretici, continentem hæreſim?

R. Probabilius: Non incurrere. ibid.

45. An ſaltem incurrat hanc Bullæ excommunicationem, qui indicem libri Hæretici continentem hæreſim, ſiue eius præfationem, ſeu proœmium legat?

R. Incurrere. 263

46. An ſi quis legat, teneat aut imprimat libros Catholici Auctoris, in quibus ſunt annotationes, & ſcholia hæreticorum, incurrat Bullæ cœnæ excommunicationem?

R. Probabilius: Non incurrere. ibid.

47. An incurrat excommunicationem Bullæ qui librum hominis Catholici, in quo ad verbum ſunt inſerti hæretici alicuius errores, legat?

R. Non incurrere. ibid.

48. An ſaltem incurrat, qui librum hominis Catholici, in quo ipſe Auctor Catholicus ob ignorantiam hæreſes aliquas ſcripſit?

R. Adhuc non incurrere. ibid.

49. An incurrat excommunicationem cœnæ, qui legit Græcorum, & Armenorum libros qui horum ritus continent?

R. Non incurrere. 264
50. An incurrat dictam Bullæ cenſuram, qui libros Magicæ artis legit, tenet,ſeu imprimit?
R. Non incurrere iam,niſi Magus hæreticus ſit. ibid.
51. An qui legit librum hæreticum in Gallia, Anglia, & aliis Prouinciis, vbi Bulla cœnæ non eſt recepta, incidat in excommunicationem Bullæ?
R. Non incurrere. ibid.
52. An ſi ipſemet hæreticus legat ſuum librum continentem hæreſim, aut de Religione tractantem, hunc Bullæ excommunicationem incurrat?
R. Incurrere. ibid.
53. An incurrat excommunicationem Bullæ qui legit librum hæreticum, non dolo malo, ſed ſolius curioſitatis cauſa?
R. Incurrere. ibid.
54. An etiam datam excommunicationem incurrant, qui librum hæreticum ſolùm viſu percurrendo, & nulla verba proferendo legunt?
R. Etiam incurrere. ibid.
55. An etiam dictam excommunicationem incurrat, qui legit librum hæreticum ſcriptum lingua quam non callet, ſcit tamen illam legere?
R. Probabilius: Non incurrere. 265
56. An hanc Bullæ excommunicationem incurrat, qui per ſolam mentis recordationem, quaſi mentaliter librum hæreticum percurrit, aut legit?
R. Probabilius: Non incurrere. ibid.
57. An famulus, qui iuſſu Domini legit librum hæretinum, vt ipſemet Dominus ſciat, quid in illlo contineatur, excommunicationem Cœnæ incurrat?
R. Tanquam certum: Incurrere. ibid.
58. An etiam ipſemet Dominus, qui vt audiat famulum legere præfatum librum iubet, eandem quoque excommunicationem incurrat?
R. Æquè probabiliter: Incurrere.
59. An item incurrant eandem Bullæ excommunicationem, qui audiunt aliquem librum hæreticum legentem, ſi non iubeant, petant, aut conſulant quod illum legant?
R. Incurrere quoque. 266
60. An ab incurrenda excommunicatione Bullæ Cœnæ in lectione librorum hæreticorum excuſet paruitas materiæ?
R. Probabilius, excuſare. ibid.
61. Quænam ſit paruitas materiæ, quæ legendo libros hæreticos, à mortali & excommunicatione excuſet?
R. Sufficere vnam integram paginam voluminis maioris, hoc eſt de Marca *ad incurrendum,&c.* ibid.
62. An retinentes ſcienter hæreticorum libros qui vel hæreſim continent, vel de Religione tractant, excommunicationem Bullæ incurrant?
R. Tanquam certum: Incurrere. 267
63. An retinens etiam librum hæreticum, ſcriptum lingua, quam non intelligit, incurrat Cœnæ excommunicationem?
R. Etiam incurrere. ibid.
64. An item hanc excommunicationem incurrant, qui retinent libros hæreticos non legendi cauſa, ſed curioſitatis, aut ornatus Bibliothecæ, aut permutandi cum libris Catholicis?
R. Tanquam certum: Etiam incurrere. ibid.
65. An etiam incurrat dictam excommunicationem vir doctus, librum hæreticum apud ſe retinens animo errores hæreticorum confutandi?
R. Tanquam certum: Incurrere.
66. An quoque dictam cenſuram incurrat, qui partem libri hæretici retinet, ſi ea ſaltem pars hæreſim non contineat?
R. Vt certum: Incurrere. ibid.
67. An tandem eandem excommunicationem, qui vnum dumtaxat folium libri hæretici apud ſe retinet incurrat?
R. Nullo modo incurrere. 268
68. An in retentione librorum hæreticorum detur paruitas materiæ?
R. Quòd ſic. ibid.
69. Quænam cenſenda ſit parua temporis retentio, quæ à dicta cenſura incurrenda excuſet?
R. Eſſe retentionem vnius, vel alterius diei. ibid.
70. An habens librum hæreticum, & illum propria authoritate comburit, quin tradat Inquiſitoribus, incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ.
R. Non incurrere. ibid.
71. An ſaltem incurrat excommunicationem latam à Iulio III. qui habens librum hæreticum illum comburit, aut alio modo propria authoritate deſtruit, & non tradidit Dominis Inquiſitoribus?
R. Vt longè probabilius: Quòd ſic, caſu, quo lata ſit talis excommunicatio. 269
72. An ad minus licitum ſit habenti libros hæreticos, eos propria authoritate comburere caſu, quo ſine ſine graui ſuo detrimento, aut periculo nequeat illos Inquiſitoribus tradere?
R. Licitum eſſe. ibid.
73. An Domini Inquiſitores ab hac cenſura excuſentur legendo libros hæreticos?
R. Non excuſari. ibid.
74. An Cardinales, poſſint libros hæreticorum legere abſque incurſione cenſuræ Bullæ?
R. Probabilius: Non poſſe. 270
75. An etiam Epiſcopi, & Archiepiſcopi incurrant Bullæ excommunicationem, legendo hæreticos libros?
R. Incurrere. ibid.
76. An Generales Regularium poſſint legere libros hæreticorum, & alios prohibitos, necnon & præbere licentiam legendi eos, vel purgandi, non obſtanti decreto Vrbani VIII. anno 1631. edito?
R. Nullo modo iam poſſe. ibid.
77. An Inquiſitores poſſint concedere licentiam legendi libros à ſe prohibitos?
R. Tanquam certum: Poſſe. 271
78. An qui ab Inquiſitoribus v.g. Luſitaniæ habent licentiam legendi libros ſpecialiter ab ipſis ibidem prohibitos poſſint eoſdem legere v.g. Caſtellæ, caſu, quo ibi etiam ſint prohibiti ab Inquiſitoribus?
R. Probabilius: Non poſſe. ibid.
79. An ſaltem in caſu neceſſitatis poſſint Epiſcopi, & Archiepiſcopi legere libros hæreticorum, & dare facultatem aliis eos legendi?
R. Licitum eſſe ſi ſit periculum in mora. ibid.
80. An Collegium Cardinalium ſede vacante poſſit dare licentiam legendi libros hæreticos?
R. Abſolutè: Non Poſſe niſi ſeruatis circumſtantiis, &c. ibid.
81. An imprimentes libros hæreticorum excommunicentur in primo Canone Bullæ cœnæ?
R. Quòd ſic, & per Concil. Trid. ſeſſ. 4. ibid.
82. An nomine imprimentium libros hæreticorum comprehendantur in hoc canone omnes, qui ad impreſſionem eorum proximè cooperantur?
R. Comprehendi ibid.
83. An hanc Bullæ excommunicationem incurrant correctores exemplaris impreſſi?
R. Probabilius: Non incurrere. 272
74. An Bullæ excommunicationem incurrant illi qui expenſas impreſſionis faciunt?
R. Probabilius: Non incurrere. 272

84. An

85. An ſaltem dictam excommunicationem incurrant, qui Auctor libri, librum hæreticum imprimendum tradit?

R. Multò probabiliùs: Incurrere. ibid.

86. An etiam incurrant excommunicationem hanc latam contra imprimentes, qui prædictis vendunt literas æneas, papyrum, atramentum, & alia ad impreſſionem neceſſaria?

R. Non incurrere. ibid.

87. An tranſcribentes libros hæreticos incurrant eandem excommunicationem, quam incurrunt imprimentes?

R. eandem incurrere. ibid.

88. An etiam, qui deferunt, & vendunt libros hæreticorum in terris fidelium, incurrant excommunicationem Bullæ?

R. Incurrere. ibid.

89. An defendentes libros hæreticorum excommunicentur etiam in prima clauſula Bullæ?

R. Etiam excommunicari. 273

90. An qui librum hæreticum ſcriptis in occulto defendunt hanc cenſuram Bullæ incurrant?

R. Tanquam certum. Incurrere. ibid.

91. An qui dicit ſe velle defendere libros hæreticorum v.g. Lutheri, hanc Bullæ excommunicationem incurrat?

R. Ex hoc præcisè non incurrere, niſi in actu vel paratus, &c. ibid.

92. An qui ſolius diſputationis gratia libros hæreticos defenderet, eadem innodaretur cenſura?

R. Quòd ſic. ibid.

93. An qui quauis ratione impedit, præfatos libros, ne ad manus inquiſitorum perueniant, in hanc excommunicationem incidant?

R. Tanquam certum. Incidere. ibid.

94. An etiam in eandem excommunicationem incidant, qui id, quod Catholicum eſt in libro hæretico defendunt?

R. Non incidere. ibid.

95. An qui ſtylum libri hæretici, vel ingenium Authoris eius laudaret excommunicationem eam incurreret?

R. Non incurrere. ibid.

96. An ſaltem incurreret dictam excommunicationem, qui abſolutè librum hæretici laudarent?

R. Incurrere. ibid.

97. An qui hæreticorum libros prohibitos legerint, retinuerint, impreſſerint, vel defenderint ignorando eſſe in Bulla Cœnæ prohibitos, hanc cenſuram incurrant?

R. Non incurrere. 274

§. VI.

De Schiſmaticis, inobedientibus Papæ, qui vltimo loco, in prima clauſula Bullæ Cœnæ excommunicantur.

98. An Schiſmatici in prima clauſula excommunicentur?

R. Iam modò excommunicari. 274

99. An Schiſmaticus, qui in hac Bulla cœnæ excommunicatur ſit ille, qui ſpontaneè ab Eccleſiæ Vniuerſalis vnitate, eiuſque capite Romano ſe ſeparat?

R. Eſſe. ibid.

100. An etiam ſit ſchiſmaticus, & Excommunicatus, per Bullam, qui ſe ab Epiſcopo ſeparat, renuens ſubeſſe authoritati Epiſcopali?

R. Non eſſe.

101. An vt quis ſit ſchiſmaticus, & excommunicatus, ſat ſit nolle ſe ſubiicere Papæ, vt Domino temporali?

R. Non eſſe ſatis. ibid.

102. An hanc Bullæ excommunicationem incurrant, qui ab obedientia Papæ recedunt, non tamen ſunt verè ſchiſmatici?

R. Non incurrere, niſi ſolùm ſchiſmaticos. ibid.

103. An qui ſola mente eſt ſchiſmaticus abſque aliquo actu externo hanc incurrat cenſuram?

R. Negatiuè. 275

104. An item non incurrat, qui ſolo actu externo, non interno eſt ſchiſmaticus?

R. Vt certum: Incurrere. ibid.

105. An fautores, defenſores, & Receptatores ſchiſmaticorum, hanc Bullæ excommunicationem contrahant?

R. Non contrahere. ibid.

106. An ſchiſmaticus non hæreticus abſolui poſſit virtute Bullæ cruciatæ?

R. Poſſe. ibid.

DISPVTATIO II.

De ſecunda excommunicatione Cœnæ, lata contra appellantes à mandatis Papæ ad futurum Concilium?

Q. 1. Contra quas perſonas ſecunda excommunicatio Bullæ fulminetur?

R. Quòd contra appellantes, eorumque fautores, & etiam perſonas vniuerſales, &c. 275

2. An qui ſententia, ſeu mandato iniuſto Papæ appellaret ad generale Concilium in hanc excommunicationem incideret?

R. Vt certiſſimum: Incidere. 276

3. An hac cenſura feriatur, qui à mandatis Papæ ad Concilium Prouinciale appellat?

R. Affirmatiuè. ibid.

4. An etiam feriatur hac cenſura, qui ad præſens Concilium Generale, iam legitimè congregatum à mandatis Papæ appellat?

R. Probabiliùs: Non feriri. ibid.

5. An qui auxilium, ſeu fauorem præbet poſt appellationem interpoſitam à ſententia Papæ, vt appellans poſſit tueri appellationem, incurrat hanc excommunicationem?

R: Non incurrere. ibid.

6. An qui dat conſilium ad appellandum, hanc Bullæ excommunicationem incurrat?

R. Æquè probabiliter: Non incurrere. ibid.

DISPVTATIO III.

De tertia cenſura Cœnæ, lata contra Pyratas, curſarios, ac latrones maritimos?

Q. 1. Contra quas perſonas hæc excommunicatio feratur?

R. Quòd contra Pyratas, Latrunculos, curſarios per mare ſummi Pontificis diſcurrentes. 276

2. Quidnam per Pyratas, curſarios, & latrones maritimos intelligat Pontifex?

R. Quòd latrones, qui in mari verſantur vt prædentur, &c. 277

3. An omnes, qui in mari prædantur, etiamſi non percurrant mare intentione ſpeciali furandi, ſed ob alium finem licitum, hanc excommunicationem contrahant?

R. Non

Digitized by Google

R. Non omnes contrahere. ibid.
5. An qui animo deprædandi vnam tantum nationem, non omnes indifferenter, percurrunt mare, hanc excommunicationem incurrant?
R. Longè probabilius: incurrere. ibid.
5. *An qui titulo belli ſpoliant in mari ſuos inimicos incurrant etiam hanc cenſuram?
R. In tali caſu non incurrere. ibid.
6. An qui in ſolis fluminibus, animo principali prædandi rapinam exerceant, incidant in hanc excommunicationem?
R. Abſolutè: Quòd non. ibid.
7. An ſaltem inciderent, qui in fluminibus propè mare diſcurrerent animo deprædandi nauigantes in mari, & deinde regrediendi ad flumina?
R. Incidere etiam. 278
8. An item inciderent in eandem excommunicationem, qui diſcurrentes mare, in fluminibus deprædarentur?
R. Incidere etiam. ibid.
9. An Pyratæ nauigantes, ſi deſcendentes in terram prædent homines, in illa degentes hanc excommunicationem incurrant?
R. Quod Non. ibid.
10. An Pyrata Chriſtianus, qui alium Pyratam Chriſtianum in mari ſpoliat, hanc excommunicationem incurrat?
R. Vtrumque Pyratam incurrere. ibid.
11. An Pyratæ, qui non Chriſtianos, ſed ſolùm Turcas, Iudæos, vel alios infideles in mari ſpoliant hanc cenſuram incurrant?
R. Probabilius: Quod non. ibid.
12. An Pyratæ in quouis mari, etiam extra loca ad dominium Papæ pertinentia prædantes hanc excommunicationem incurrant?
R. Probabilius quod iam tantum incurrant qui mare Sedis Apoſtolicæ, vel alterius Principis, ex cuius ditione facilis ſit tranſitus ad illud percurrunt, &c. ibid.
13 An in hanc excommunicationem incidant Pyratæ ſtatim ac mare incipiunt diſcurrere, animo prædandi, etiam ſi reipſa non ſequatur prædatio?
R. Quòd ſic iam, iuxta Bullam Clementis VIII. & Pauli V. &c. 279
14. An nautæ, vel Remiges Chriſtiani, qui nauibus infidelium Pyratarum verſantur in mare, ſint Excommunicati per hanc clauſulam Bullæ?
R. Negatiuè. ibid.
15. An non ſolùm fautores, receptatores & defenſores Pyratarum, ſed etiam conſulenes excommunicentur in hac clauſula Bullæ?
R. Probabilius, modò iam conſulentes non eſſe excommunicatos. ibid.

DIPVTATIO IV.

De excommunicatione IV. Cœnæ, lata contra rapientes bona Chriſtianorum naufragantium.

Q. 1. Contra quos hæc IV. excommunicatio feratur?
R. Cum eodem textu Bullæ, &c. contra omnes & ſingulos qui Chriſtianorum bona in quacumque parte maris inuenta ſurripuerint, &c. 279
2. An incurrant hanc excommunicationem, qui bona Chriſtianorum ex naui pereunte, non ex tempeſtate, ſed ex vetuſtate, vel ex imperitia Naucleri, aut aliàs ſurripiunt?
R. Incurrere modò. ibid.
3. An etiam incurrant eandem excommunicationem qui bona Chriſtianorum ex naui, ab hoſtibus bombardis confracta, aut igne cremata, ſurripiunt?
R. Certè Probabilius: Etiam incurrere. 280
4. Quid intelligitur in Bulla nomine *bonorum naufragium?*
R. Omnia, quæ ſunt in naui, & ipſa nauis. ibid.
5. An incurrant hanc Bullæ cenſuram qui Iudæorum, Turcarum, & aliorum infidelium qui naufragium ſubiere, bona ſurripiunt?
R. Quòd non, licet aliàs teneantur ad reſtitutionem. ibid.
6. An ſaltim, qui prædantur nauim naufragatam infidelium, onuſtam tamen fidelium bonis ſint hac excommunicatione innodati?
R. Quòd innodantur rapientes bona fidelium. ibid.
7. An ſaltem ſint hac cenſura ligati, qui rapiunt bona hæreticorum naufragantium?
R. Multò probabilius: Non eſſe. ibid.
8. An ſaltem incurrant hanc Bullæ cenſuram, qui bona latronum matrimonium & Pyratarum naufragantium rapiunt?
R. Non Incurrere. ibid.
9. An rapientes bona proiecta è nauibus ad eas alleuandas ſint hac cenſura comprehenſi?
R. Eſſe comprehenſos. 281
10. An caſu quo bona eiecta, ad alleuandas naues ſint ſtatim peritura, vt ſunt ſaccharum, farina, papyrus, &c. poſſit quis abſque incurſione cenſuræ ſtatim ea ſibi ſumere?
R. Poſſe. ibid.
11. An qui bona naufragantium, quæ diu in littore maris iacuerunt, rapiunt, hanc Bullæ cenſuram contrahant?
R. Non, contrahere eam. ibid.
12. An qui ex naui, in mari onuſta mercibus merſa aliquid accipit, ſit excommunicatus?
R. Affirmatiuè: Probabilius. ibid.
13 An caſu quo in euidenti periculo naufragij nauis deſeratur ab omnibus, etiam à Domino, & ſolus Nauta remaneat, & induſtria conſeruet illam, poſſit abſque incurſione peccati, & cenſuræ ſibi nauim acquirere.
R. Quòd non poſſit. ibid.
14. An ſi quis bona naufragantium, iam ex mari extracta, & in terra expoſita, atque in domo alicuius conſeruata, ſibi ſurriperet, in excommunicationem huius canonis incideret?
R. Probabilius, Talem Raptorem non incidere. ibid.
15. An qui huiuſmodi naufragantium bona accipit, putans ſibi licere, ab excommunicatione hac excuſetur?
R. Excuſari, quamdiu eſt in hac probabili ignorantia. 282
16. An etiam excuſetur ab hac excommunicatione, qui bona naufragantium accipit, vbi id permiſſum eſt ex conſuetudine introducta?
R. Tanquam certum: Quod non excuſetur etiam ex vi conſuetudinis. ibid.
17. An ſaltem ab Excommunicatione excuſetur, qui bona naufragantium accipit, animo reſtituendi ea veris Dominis?
R. Tanquam certum: Excuſari. ibid.
18. An etiam ob materiæ leuitatem excuſaretur?
R. Tanquam certum excuſari etiam. ibid.
19. An etiam excuſaretur ab hac excommunicatione, qui bona naufragantium in flumine, vel lacu ſurriperet?
R. Item excuſari. ibid.

20. An

20. An deinde ab eadem cenſura excuſaretur qui accipit in cuſtodiam, bona præfata à ſurripientibus?

R. Quòd ſic. ibid.

21. An qui iniuſtè hæc bona naufragantium accipit, & etiam iniuſtè retinet, duas incurrat excommunicationes, alteram Bullæ, & alteram cap. *Excommunicamus.*

R. Vnam ſolam incurrere. ibid.

22. An hæc Bullæ excommunicatio extendatur, ad eos, qui fauent, aut adiuuant raptores bonorum naufragantium?

R. Abſolutè loquendo: Extendi. 283

DISPVTATIO V.

De quinta excommunicatione Cœnæ, lata contra imponentes iniuſta, & iniqua pedagia, ſeu Gabellas.

Q. 1. Contra quas perſonas hæc Excommunicatio feratur?

R. Quòd contra tria perſonarum genera, imponentes, augentes, & exigentes, &c. 283

2. Quid Prohibere velit Summ. Pontif. in hoc canone, nomine *pedagiorum*, ſeu *Gabellarum?*

R. Quòd Generaliter omnem impoſitionem cuiuſcumque tributorum generis. ibid.

3. Quæ genera perſonarum habeant iure ordinario poteſtatem imponendi pedagia, & Gabellas?

R. Quod, qui non habent ſuperiorem, & qui ex priuilegio, ſeu conſuetudine. ibid.

4. An præfati Principes, qui iure ordinario habent poteſtatem imponendi Gabellas incurrant hanc cenſuram, quando iniuſta tributa imponunt?

R. Probabilius. Nunc iam incurrere. ibid.

5. An caſu, quo Rex imponat tributum ſuis ſubditis, ex cauſa iuſta, & tamen quoad perſonas, generalius illud imponat, quàm iuſtè poſſit, comprehendendo clericos, vel aliàs perſonas exemptas in hanc Bullæ cenſuram incidat?

R. Non incidere in excommunicationem huius Canonis, licèt in alia incidat, &c. 284

6. An qui abſque authoritate, imponendi tributa, augent vetera, ſint per hunc Canonem excommunicati?

R. Vt certum: Eſſe iam excommunicatos. ibid.

7. An non ſolùm imponentes Gabellas, ſeu tributa hac lege prohibita, ſed etiam exigentes illa, ſint hoc Canone excommunicati?

R. Vt certum: Vtroſque eſſe excommunicatos. ibid.

8. An per hunc Canonem Bullæ ſimpliciter excommunicentur omnes exigentes Gabellas, quomodocumque iniuſtè impoſitas, & auctas extra caſus, ſibi à iure permiſſos: An verò ſolùm illi, qui exigunt Gabellas iniuſtas defectu poteſtatis, illas indicentis?

R. Probabilius: Omnes excommunicari. ibid.

9. An qui plures Gabellas exigunt, quam ab imponente ſint impoſitæ, incidant in hanc cenſuram?

R. Probabilius: Incidere. 285

10. An accipientes Gabellas ſupra damnatas excommunicationem incurrant?

R. Certè. Tales eſſe excommunicatos. ibid.

11. An non ſolùm Principes ſupremi, verùm etiam ciuitates, aut communitates, imponentes noua pedagia, in caſibus, ſibi à Iure non permiſſis, excommunicentur, per hunc Canonem?

R. Vt certum etiam excommunicari. ibid.

12. An ciuitas, aut communitas, quæ recognoſcit ſuperiorem temporalem, poſſit abſque incurſione huius cenſuræ imponere collectam pro neceſſitatibus occurrentibus eiuſdem ciuitatis, aut communitatis?

R. Vt ferè certum: Poſſe abſque incurſione, &c. ibid.

DIPVTATIO VI.

De ſexta excommunicatione Cœnæ, lata contra falſarios literarum Apoſtolicarum.

Q. 1. Contra quot genera perſonarum hæc excommunicatio feratur?

Quòd contratra quatuor, &c. 286

2. An Falſificans literas Nuncij Apoſtolici, aut Legati à latere, aut ſummi pœnitentiarij, aut Epiſcopi, incurrat hanc Canonis excommunicationem?

R. Tanquam certum: Non incurrere. ibid.

3. An Falſantes ſupplicationes à Papa ſignatas hac excommunicatione comprehendantur?

R. Vt certum: Iam etiam incidere. ibid.

4. Quis dicatur falſare literas Apoſtolicas ad incurrendam excommunicationem huius Canonis?

R. Quòd qui mutat, & varias tales literas à ſenſu, quem habebant, &c. ibid.

5. An qui corrigeret vnam dumtaxat literam, vel punctum in literis Apoſtolicis, ex quorum correctione immutaretur ſenſus à Pontifice intentus cenſuram hanc contraheret?

R. Tanquam certum: Affirmatiuè. 287

6. An item contraheret hanc excommunicationem, qui mutaret, aut corrigeret vnam literam, aut punctum, etiam caſu quo ex tali mutatione, aut correctione, nec mutaretur ſenſus, quem Pontifex in Bulla ſeu Breui intendit?

R. Probabilius: In dicto caſu non contrahere. ibid.

7. An ſaltem hanc excommunicationem incurreret, qui in Bullis Apoſtolicis plures literas mutaret, etiam, ſi non mutaret ſenſum?

R. Probabilius: Nec iſtum incurrere. ibid.

8. An dictam excommunicationem incurrat qui extendit tempus in literis Apoſtolicis expreſſum?

R. Tanquam certum: Incurrere. ibid.

9. An qui corrigit literas Apoſtolicas iuxta Pontificis mentem hac cenſura ligetur, v. g. Papa conceſſit diſpenſationem in tertio gradu conſanguinitatis, & vitio ſcriptoris poſitum eſt, affinitatis; an ſi hunc errorem corrigat impetrans, hanc excommunicationem incurrat?

R. Probabilius: Non ligari. ibid.

10. An falſificans literas Pontificis, quæ iam euanuerunt, ac expirarunt, incurrat hanc excommunicationem?

R. Non incurrere, niſi aliàs intendat illas vtiles reddere, & eis abuti. 288

11. An ſaltem hanc excommunicationem incurrat, qui falſificat literas, quibus nemo vnquam vtetur?

R. Probabilius: Incurrere in hoc caſu. ibid.

12. An comburens, aut dilacerans literas Apoſtolicas, incurrat etiam hanc excommunicationem?

R. Non incurrere. ibid.

13. An ſaltem hanc cenſuram incurreret, qui antequam has literas Apoſtolicas combureret, aut dilaceraret, eas mutando ſenſum corrigeret?

R. Probabilius: ipſum incurrere.

14. An

Digitized by Google

14. An etiam hanc excommunicationem incurrat, qui ex literis Apoſtolicis volens eas falſificare verbum aliquod abraſit, animo addendi aliud, ſed pœnitentia ductus non addidit, ſed abraſum verbum, iterum appoſuit?
R. Certè probabilius: Incurrere. ibid.
15. An item excommunicationem incurrat, qui cœpit falsò fabricare literas Apoſtolicas, ſed facti pœnitens antequam illas perficeret ab incepto opere deſtitit?
R. Non Incurrere in hoc caſu. 289
16. An excommunicationem hanc contrahant, qui literas Apoſtolicas falſant, antequam omnino ſint expeditæ, hoc eſt antequam ſint ſignatæ, ac munitæ ſigillo cereo, ſeu plumbeo?
R. Non contrahere. ibid.
17. An illi, qui falſitatem narrando, aut veritatem ſilendo, impetrant à Pontifice literas ſubreptitias ſint excommunicati per hunc Canonem?
R. Tanquam certum: Non eſſe. ibid.
18. An ſaltim ſint excommunicati, qui ſub nomine alieno, quod ſibi falsò imponunt, impetrant à Pontifice veras literas, aut his vtuntur?
R. Nec eſſe excommunicatos, ibid.
19. An ad minus hæc excommunicatio afficiat illos, qui prædictas literas inualidas ob ſurreptionem, aut ob aliam cauſam falſificant?
R. Vt certum: illos afficere. ibid.
20. An in hanc excommunicationem incidant qui literis Apoſtolicis, per alium falſificatis, vtitur?
R. Tanquam certum non incidere. ibid.
21. An ſaltem ligentur huius Canonis cenſura, qui retinent apud ſe literas ab aliis falſificatis?
R. Nec hos tali cenſura ligari. 290
22. An falſificantes literas, quas Summ. Potif. tanquam perſona priuata ſcribit, hanc cenſuram Canonis contrahant?
R. Probabilius: Non contrahere. ibid.
23. An Mandantes, aut conſulentes falſificare literas Apoſtolicas, hanc excommunicationem incurrant?
R. Affirmatiuè. ibid.

DIPVTATIO VII.

De ſeptima excommunicatione Cœnæ, lata contra dantes auxilium infidelibus, aut hæreticis, aduerſus Chriſtianos.

Q1. Contra quot genera perſonarum hæc excommunicatio feratur.
R. Quòd contra tria, &c. 290
2. An Chriſtiani viuentes in terra Turcarum, hæreticorum, &c. ligentur excommunicatione huius Canonis, ſi vendant equos, arma, aut alia prohibita Turcis, aut hæreticis, &c.
R. Probabilius: Non ligari. ibid.
3. An Chriſtiani, qui in vna terra hæreticorum, aut infidelium exiſtentes deferunt arma equos, & alia prohibita ad aliam terram eorumdem cenſeantur excommunicati?
R. Probabilius non cenſeri 291
4. An incidant in excommunicationem huius Canonis, qui arma, vel alia in illo expreſſa tradunt Sarracenis, aut aliis infidelibus habitantibus in terris Chriſtianorum, vendendo ea, ſeu permutando?
R. Probabilius: Non incidere; aliquando tamen incidere, &c. ibid.
5. An in hanc excommunicationem incidat, qui in terras paganorum euntes deferunt arma ad ſui tuitionem?
R. Tanquam certum. Non Incidere. ibid.
6. An ſaltem incidant, qui euntes ad terras Sarracenorum extulerunt arma ſibi neceſſaria, ſed poſtea exiſtentes inter illos illa vendiderunt lucrandi gratia, aut donarunt?
R. Probabilius Incidere. ibid.
7. An item inciderent in hanc excommunicationem, qui permutarent arma cum Sarracenis, vel recipiendo ab ipſis arma alterius generis, aut gladium pro arcu, vel eiuſdem generis, vt equum pro equo, &c.
R. Probabilius incidere. 292
8. An feriatur hac Canonis cenſura, qui ab vno infideli arma capiens, donatione, aut emptione eadem vendit aliis infidelibus?
R. Probabilius: Quòd vere feriatur. ibid.
9. An incurrant hanc excommunicationem qui arma deferunt infidelibus non indigentibus, eo quod armis omnis generis ad bellum neceſſariis ſint optimè muniti?
R. Probabilius Incidere. ibid.
10. An etiam, qui arma & alia prohibita deferrent Sarracenis, aut aliis infidelibus tempore pacis, hanc excommunicationem contrahant?
R. Tanquam certum: Contrahere. ibid.
11. An incurrant hanc cenſuram, qui arma deferunt infidelibus, vt contra alios infideles pugnent?
R. Non incurrere. 293
12. An Chriſtianus, quis armis munitus, Principes Sarracenorum adit, incidat in hanc cenſuram, ſi ab ipſo Principe rogatus, vel munere donatus, in gratiam redonat arma?
R. Probabilius: Non incurrere. ibid.
13. An in hanc cenſuram incidat, qui abſolutè exiguam, & paruam rem ex prohibitis ad infideles deferret?
R. Vt certum: Non incidere. ibid.
14. Quænam ſit cenſenda in hac re grauis, & leuis materia?
R. Quòd attendenda eſt perſonarum qualitas, &c. ibid.
15. An qui arma, equos, & ſimilia, ad terras infidelium detulit, pœnitentia tamen ductus retulit inuendita, excommunicationem contraxerit?
R. Non contraxiſſe. 294
16. An ſi cuſtodientes vrbem, tam acriter à Turcis oppugnentur, vt non poſſint fugere vitæ aut grauis famis diſcrimen, abſque vrbis & armorum deditione, poſſint tunc abſque incurſione cenſuræ tradere Tucis arma, aut vrbem?
R. Poſſe. ibid.
17. An qui pecunias, & alias merces interdictas deferunt ad Sarracenos pro redimendis captiuis incurrant hanc excommunicationem?
R. Tanquam certum: Non incurrere. ibid.
18. An ſaltem incurrant, qui pro redimendis captiuis deferunt Sarracenis arma, equos, ferrum, & alia prohibita, eo quod Redimentes nequeant commodè aliis rebus non prohibitis captiuos redimere?
R. Probabilius: Non incurrere ſi ſaltem delatio armorum fiat tempore pacis. ibid.
19. An ad minus incurrant hanc cenſuram, qui tempore belli deferunt arma, equos, ferrum, & ſimilia Sarracenis pro redimendis captiuis?

R. Multi

Digitized by Google

R. Multipliciter ſed vniuerſaliter, & Regulariter, probabilius, ipſos non incurrere. 29

20. Quid nomine *armorum*, quæ primo loco deferri ad Sarracenos, & alios infideles, prohibentur, intelligatur?

R. Quòd tam offenſiua, quam defenſiua. ibid.

21. An cultelli ad cibos, vel calamos ſcindendos nomine armorum comprehendantur, vel ſint materia huius cenſuræ?

R. Non comprehendi, & ſic non ligari deferentes, &c. ibid.

22. An incideret in hanc cenſuram, qui magnam horum paruorum gladiorum copiam ad Sarracenos deferret?

R. Tanquam certum: Tunc incidere. ibid.

23. An item contraheret hanc cenſuram, qui ſecures, falces, raſtra, perticas, & alia inſtrumenos neceſſaria, ad colendos agros, & vineas ad Sarracenos vel alios infideles deferret?

R. Etiam contrahere. ibid.

24. An nomine equorum prohibeantur omnes equi cuiuſcumque conditionis ſint?

R. Tanquam certum: Omnes prohiberi. ibid.

25. An nomine equorum prohibeantur ſub hac cenſura omnia genera beſtiarum pugnantium vt v.g. Elephanti, &c.

R. Prohiberi. ibid.

26. An item ſub eodem nomine *equorum* & ſub eadem cenſura prohibeantur deferri ad infideles Cameli, Aſini, Muli, & Boues, & omne aliud genus beſtiarum ſeruientium, ad onera in bello ferenda?

R. Vt certum: prohiberi ſub eadem cenſura. ibid.

27. An deinde *equorum* nomine prohibeantur deferri ad infideles omnia inſtrumenta, quibus aluntur, curantur, & ad bellum inſtruuntur equi?

R. Affirmatiuè. ibid.

28. An in hoc Canone nomine *Ferri* prohibeatur ad infideles deferri, tam ferrum factum, quam infectum?

R. Vt certum: Vtrumque prohiberi. 297

28. An ſub nomine *Ferri*. comprehendatur vena ferri, ita, vt Bullæ cenſura incurratur ſi infidelibus transferatur?

R. Probabilius multò: Comprehendi. ibid.

30. An nomine *Ferri* intelligatur non ſolum ferrum, ſed etiam quæcumque alia materia, apta ad formandi arma, & inſtrumenta bellica?

R. Quòd ſolum ferrum intelligitur. ibid.

31. An qui deferret clauiculos paruos Sarracenis in hanc excommunicationem incideret?

R. Non incidere. ibid.

32. An filum ferri, quod prohibetur ad Sarracenos deferri, comprehendat in ſe filos omnium aliorum metallorum?

R. Comprehendere. ibid.

33. Quid nomine ſtanni, quod etiam prohibetur ad infideles deferri Pontifex ſignificare voluerit.

R. Quòd voluerit ſignificare notiſſimum metallum aptum ad bellum, de quo Plin. lib. 34. cap. 16. ibid.

34. Quid ſit Chalybs, qui poſt ſtannum prohibetur ad Sarracenos deferri?

R. Quòd eſt genus quoddam ferri magis purum, &c. ibid.

35. An vltra Ferrum, & filum ferri, ſtannum & Chalybem, etiam prohibeat Pontifex omnia alia metallorum genera?

R. Prohiberi expreſſè. 298

36. An pecunia, ex auro, argento, aut ære confecta prohibeatur ad Sarracenos deferri?

R. Vt certum: Prohiberi hoc in Canone. ibid.

37. An, ex delatione cuiuſque iuſtrumenti bellici ad infideles hæc excommunicatio incurratur?

R. Incurri. ibid.

38. Quid prohibeat Pontifex ad infideles transferri per hanc vocem lignamina?

R. Quòd omnia ligna idonea tam ad nauigia, quam ad cætera inſtrumenta bellica. ibid.

39. An ſub hac voce lignamina comprehendantur naues ipſæ, Galeæ, Antennæ, Triremes, & ſimilia?

R. Vt certum: Comprehendi. ibid.

40. An incurreret hanc Bullæ excommunicationem, qui ligna, ad ignem ſolum fouendum ad infideles deferret?

R. Non incurrere. ibid.

41. Quid prohibeat Pontifex, per verba hæc? *Canapem, & funes*, tam ex ipſo canape, quam alia quacumque materia, & ipſam materiam?

R. Prohibere omnes chordas, tum maiores quam minores, &c. 299

42. Quid item prohibet Pontifex per hæc vltima primæ clauſulæ verba: *Aliaque huiuſmodi*, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant?

R. Prohibere generatim omnes res ad bellum ſpectantes. ibid.

43. An in hac Bulla prohibeatur victualia & veſtimenta, ad infideles deferre?

R. Vt fere certum: Non prohiberi. ibid.

44. An qui certiores facit infideles, & Hæreticos de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ in Chriſtianorum perniciem, hanc Bullæ cenſuram contrahant?

R. contrahere. ibid.

45. An vt quis hanc cenſuram incurrat, debeat certiores facere hoſtes Chriſtiani nominis de ſtatu temporali, totius Chriſtianæ Religionis.

R. Negatiuè. ibid.

46. An ſi quis degens Madridij v.g. certiorem faciat Turcam, aut alium Infidelem ſeu hæreticum de rebus ciuilibus, aut iocoſis, non pertinentibus ad ſtatum, incurrat hanc cenſuram?

R. Tanquam certum, incurrere. 300

47. An ſi quis certiores faciat hoſtes Chriſti nominis per Nuntium, hac cenſura præſtringatur.

R. Quòd vterque ligetur Nuntius & Mandans. ibid.

48. An ſi reuelatio dictarum rerũ fiat per Epiſtolam, incurrat etiam vterque hanc cenſuram?

R. Quòd qui literas mittit, & etiam, qui defert (ſi illi conſtet) incurrunt. ibid.

49. An etiam incurrat hanc cenſuram Bullæ, qui alicui Proditori narrat conſilia Principis Chriſtiani, ſciens talem proditorem certiorem faciendum Turcam de ſtatu Regni Principis in perniciem Chriſtianorum?

R. Probabilius: Incurrere. ibid.

05. An hac cenſura innodetur, qui Turcas alioſve Infideles certiores facit de his quæ iam nouerant, ita vt nil noui ſciant ex tali denuntiatione?

Reſpondeo Probabilius: Non innodari in tali caſu. ibid.

51. An qui vi tormentorum reuelat Infidelibus res ad ſtatum Reipublicæ concernentes incidat in hanc cenſuram?

R. Æquè Probabiliter: Non incidere in dicto caſu. 301

52. An Narrans alicui fideli ſecreta Principi Chriſtiani, vt ea in damnum Chriſtianorum detegat Turcis, ligetur cenſura Bullæ? & etiam antequam fidelis detegat?

R. Non ligari: antequam fidelis Nuntius detegat Turcis ſecreta ſibi reuelata. ibid.

53. Quid prohibeatur per illa verba Canonis: *Illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant?*

Reſpondeo: Prohibetur quodcumque genus fauoris in damnum, & perniciem Chriſtianorum. ibidem.

54. An auxilium, conſilium, & fauor, ſint actiones principaliter, non acceſſoriè in hoc Canone prohibitæ?

R. Principaliter prohibitas eſſe. ibid.

55. An conſulentes Infidelibus aliquid in damnum Chriſtianorum incidant in hanc cenſuram, caſu quo inde nullum damnum Chriſtianis ſequatur?

R. Probabilius: Incidere. ibid.

56. An Chriſtani, qui opem ferunt Sarracenis, pugnando cum illis contra alios Chriſtianos, ſint hac excommunicatione obſtricti.

R. Tanquam certum: Eſſe. 302

57. An incidat in hanc excommunicationem qui mandat, aut conſulit, vt Chriſtianus opem infidelibus ferat, ſubminiſtrando illis, arma, equos, & alia prohibita

Reſpondeo: Verè incidere in excommunicationem. ibid.

58. An Mandans, vel conſulens, vt Chriſtianus opem, aut fauorem infidelibus, ſubminiſtrando illis, & alia ferat, maneat excommunicatus, etiam non ſecuto effectu?

R. Probabilius: Non manere, niſi ſecuto effectu. ibid.

59. An ſit hac lege excommunicatus, qui defendit alium, vt tuto valeat opem præſtare Turcis contra Chriſtianos?

R. Tanquam certum: Eſſe. ibid.

60. An etiam ille incidat in hanc excommunicationem qui poteſt impedire, ne Chriſtianus opem ferat Turcis, & non impedit?

R. Etiam incidere, ſi ex officio, aut ſine periculo poteſt impedire. 303

61. An ille, qui ratum habet, quod aliquis infidelibus, aut hæreticis præſtiterit opem, veluti arma, & ſimilia, obſtringatur excommunicatione huius Canonis?

Reſpondeo tanquam certum: Non obſtringi. ibidem.

62. An Captiui Chriſtiani remigantes, in Triremibus Turcarum, metu mortis, vel verberum contra Chriſtianos; incidant in hanc excommunicationem?

R. Multò probabilius: Non incidere. ibid.

63. An ſaltem peccent mortaliter contra ius naturale, & diuinum captiui Chriſtiani, remigantes in triremibus Turcarum, Chriſtianos inuadentium, metu mortis, verberum, &c.

Reſpondeo Probabilius: Non peccare mortaliter. ibid.

64. An Captiui Chriſtiani, remigantes in Triremibus Turcarum, mortaliter peccent, ſi de mandato Turcarum, ſub comminatione mortis, vel verberum nauim roſtratam ita impellunt, vt ipſa, roſtro nauim Chriſtianorum infringat?

R. Vt certum peccare, & cenſuram incurrere. 304

65. An licitum ſit captiuis Chriſtianis, metu mortis, aut alterius grauis damni, præſtare in bello, omnia opera, quæ in pace ſerui præſtare poſſunt?

R. Licitum eſſe. ibid.

66. An ſi vrgente bello cenſeret aliquis captiuus vitandum eſſe graue damnum Chriſtianæ Reip. ſi ipſe à remigio, à porrectione armorum, & ab aliis ſimilibus actionibus ceſſaret, teneretur tunc, ſub mortali & ſub cenſura, id facere?

R. Affirmatiuè ab aliquibus, ſed cum periculo ſuæ vitæ videtur non teneri. ibid.

67. An liceat Chriſtianis in Triremibus Turcarum remigantibus, dum deſcendunt in terram Chriſtianorum, illas deuaſtare, & bona eorum ſurripere, caſu quo illis periculum vitæ, aut membri abſciſio immineat?

R. In illo euentu illis licere. ibid.

86. An Chriſtiani remigantes in nauigiis Turcarum, non contra alios Chriſtianos, ſed contra alios infideles, peccent mort. & incidant in hanc cenſuram?

R. Tales Remigantes nec peccare, nec in cenſuram incurrere? 305

69. An ſaltem peccent mort. & incurrant excommunicationem regentes, aut gubernantes naues Turcarum, contra alios infideles, non contra alios Chriſtianos?

Reſpondeo probabilius: nec peccare, nec incurrere ibid.

70. An in hanc cenſuram incidat Princeps Catholicus, qui bellum gerens cum alio Principe Catholico, ad ſe defendendū aduocat infideles milites, illiſque arma præſtat, &c.

R. Ferè vt certum: Non incidere. ibid.

71. An ſaltem incidat, qui fauorem, auxiliumve præſtat infidelibus contra Principem Chriſtianum, ſicque poſtea fiat, vt ei aucta potentia reſiſti nequeat?

Reſpondeo Tanquam verius & probabilius: Incidere. ibid.

72. An qui arma, & alia inſtrumenta bellica, ex priuilegio Pontificis ad infideles defert, ligetur excommunicatione Bullæ?

R. Vt certum: Non ligari. 306

73. An dentur aliqua priuilegia, à Pontifice conceſſa, ſpectantia ad delationem armorum, & aliorum bellicorum inſtrumentorum?

Reſpondeo Fuiſſe, ſed iam eſſe ſublata. ibid.

74. An licita ſit conſuetudo, quam Toletani ciues cum Africanis obſeruant, mittendo ad ipſos, per ciuitatem Orani pileos rubros?

R. Eſſe licitam. ibid.

75. An etiam licitum ſit commercium, quod ciues Orani cum Alarabibus viuinis habent?

R. Etiam eſſe licitum. ibid.

DISPVTATIO VIII.

De octaua excommunicatione, lata contra impedientes victualia, & alia neceſſaria, ad Curiam Romanam deferri.

Q. 1. CONtra quas perſonas lata ſit hæc excommunicatio?

Reſpondeo

Digitized by Google

Reſpondeo Quòd contra omnes impedientes, ſeu inuadentes eos, qui afferunt victualia, & alios plures, &c. 309

2. An omnes, qui impediunt, inuadunt, prohibent & perturbant eos, qui victualia, ad vſum Romanæ Curiæ adducunt, ſint hac cenſura innodati?

R. Eſſe. *ibid.*

3. An qui non vult res ſuas vendere, vt ad Romanam Curiam deferantur, comprędendatur ſub hac cenſura?

R. Non comprehendi. *ibid.*

4. An ſaltem comprehenderetur ſub hac cenſura, qui abſque vlla vi victualia emeret ab eo, qui deferret ad curiam, & ita impediret, ne Romam aſportarentur?

R. Quòd ſic, ſi emeret, intentione impediendi. 307

5. An Princeps, ſeu Gubernator, qui pœnis appoſitis prohibet, ne quis extrahat à ſua ditione triticum, vinum, & huiuſmodi, ad portanda ea ad Romanam Curiam, vt ſuæ Prouinciæ conſulat, incidat in cenſuram huius Canonis?

R. Non Incidere. *ibid.*

6. An etiam liceat Principi detinere victualia, quæ ex alieno territorio ad Romanam Curiam aduehuntur, ſi per ſuum territorium tranſeant, vt ea in ſuorum ſubditorum vſum impendat?

Reſpondeo Clarius. Poſſe licitè detinere, niſi in caſu, quo curia Romana in maiori ſit neceſſitate. ibidem.

7. An incurrant hanc cenſuram, qui impediunt eos, qui nondum deferre victualia cœperunt, ſed deferre volebant?

R. Incurrere. *ibid.*

8. An etiam incurat, qui deferentem ad curiam victualia, ſpoliat pecuniis, non ablatis victualibus?

Reſpondeo Æquè probabiliter: Non incurrere. ibid.

9. An hanc cenſuram contraherent, qui inuaderent deferentem ſolum pecunias, ad Romanam Curiam?

R. Vt certum: Contrahere. *ibid.*

10. An eadem innodetur cenſura, qui ſpoliat aliquem victualibus, quæ ab ipſo deferebantur ad vſum determinatæ perſonæ, ex curialibus, ſeu officialibus curiæ?

R. Vt certum innodari. 308

11. An etiam tali innodetur cenſura, qui ſpoliat victualibus, deferentem illa ad priuatam aliquam perſonam, quæ licèt viuat in loco, vbi moratur curia, non tamen eſt curialis, aut officialis Curiæ, nec famulus, aut familiaris ipſorum?

Reſpondeo Probabilius: Non innodari in hoc caſu. ibid.

12. An ligentur cenſura huius Canonis, qui deferentem victualia Romam, impediunt, caſu quo curiales ea emere non ſoleant?

R. Ligari. *ibid.*

13. An feriatur hac cenſura, qui deferentem victualia ad curiam compellit ad ſoluenda Pedagia, & alia onera, quæ ſoluuntur ab aliis, iter agentibus,

R. Vt certum: Non feriri. *ibid.*

14. An inuadens, aut occidens deferentem victualia ad Romanam Curiam, non animo impediendi delationem victualium, ſed ob vindictam, ſit hac cenſura ligatus?

R. Probabilius: Non ligari. *ibid.*

15. An deferentem victualia ad curiam Romanam ob debitum, aut ob patratum crimen in carcerem trudit, in cenſuram hanc incidat?

R. Quòd non. *ibid.*

16. An qui victualia corrupta, vt piſces putridos ad curiam Romanam deferri impedit, incurrat hanc cenſuram?

R. Non incurrere. *ibid.*

17. An peſte graſſante, vbi nunc eſt curia poſſit Princeps, aut Gubernator prohibere ſuis, ne tali tempore, aut occaſione deferrent victualia ad Curiam?

R. Poſſe hac occaſione. 309

18. An nomine *victualium* intelligantur omnia, quæ ad eſum, potum & victum ſpectant?

R. Intelligi. *ibid.*

19. Quænam intelligantur, per illa verba Canonis: *ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria?*

R. Intelligi quæcumque neceſſaria ſunt ad ſtatum, decentem ornatum, &c. Curialium. *ibid.*

20. An etiam comprehenderetur ſub hac cenſura, qui prohiberet, ne ad Romanam Curiam deferantur canes, & accipitres, taxilli, etiam aleæ, ſimiæ, pſittaci, & ſimilia recreationi Curialium inſeruientia?

R. Non comprehendi. *ibid.*

21. An qui Tabellarios impedit ne literas Romam deferant afficiatur hac cenſura?

R. Probabilius, Affirmatiuè. *ibid.*

22. Quid veniat appellatione Romanæ Curiæ, cuius intuitu ſub excommunicatione prohibetur, ne victualia, & alia ad vſum curiæ neceſſaria deferri impediantur?

R. Intelligi Curia, idem quod Sedes Apoſtolica. ibid.

23. An paruitas materiæ ab hac excuſet cenſura, & quænam cenſeatur materiæ paruitas?

R. Ad primum. Excuſare. Ad ſecundum, paruitatem materiæ iudicio prudentis definiri debere. *ibid.*

DISPVTATIO IX.

De nona excommunicatione, lata contra lædentes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt, vel ab ea recedunt: Tum etiam contra eos, qui vexant, ſine iuriſdictione in Curia commorantes.

Q. 1. Contra quas perſonas, lata ſit hæc excommunicatio?

R. Quòd contra ſpoliantes, mutilantes, interficientes, &c. illos, qui veniunt ad Sedem Apoſtolicam. 310.

2. An incurrant hanc cenſuram, qui interficiunt, vel mutilant, &c. eos, qui ad ſummum Pontificem veniant, non tanquam ad Papam vt Papa eſt, ſed tanquam ad Principem temporalem, vt v.g ab illo officium temporale aſſequatur, &c?

R. Æquè probabiliter: Incurrere. *ibid.*

3. An incurrant, qui mutilant, aut ſpoliant, &c. venientes Romam, deuotionis, aut ſtationis, & indulgentiarum cauſa.

R. Certè: Non incurrere. *ibid.*

4. An incurrat excommunicationem ille qui interficit aut ſpoliat, &c. aliquem proficiſcentem Romam

mam ad ſedem Apoſtolicam putantem ibi eſſe cum tamen a ibi ſit?
R. *Probabilius : Non incurrere.* ibid.
5. An cum Papa in hoc Canone dicit? *venientes, & recedentes*, intelligat de eiſdem, qui ad Sedem Apoſtolicam venerunt, deinde expeditis negotiis reuertuntur ad ſuos, ita, vt velit excommunicare omnes qui offendunt eos, ſiue accedendo, ſiue recedendo?
R. *ſic intelligere.* ibid.
6. An incurrat eandem cenſuram, qui occidit, ſpoliat, &c. aliquem diſcedentem à ſede Apoſtolica, ad quam non venerat ad negotia tractanda, ſed in curia morabatur?
R. *Non incurrere.* ibid.
7. An qui mutilat, aut ſpoliat, &c. illum qui venit ad Sedem Apoſtolicam, eo tempore, quo apud illam commoratur, hac excommunicatione obſtringatur?
R. *Vt certum : Non obſtringi modo.* ibid.
8. An qui vnum tantum hominem accedentem ad Sedem Apoſtolicam interficit, aut ſpoliat ligetur cenſura in hoc Canone expreſſa?
R. *Ligari.* ibid.
9. An etiam ligetur dicta cenſura, qui debilitat membrū illius, qui ad Sedem Apoſtolicam accedit, ita vt ſuum officium exercere nequeat?
R. *Probabilius in hoc caſu non ligari.* ibid.
10. An incurrat cenſuram huius Canonis, qui digitum, vel auriculam, vel mamillam, vel dentem, aut ſimilem partem corporis, ad Sedem Apoſtolicam venientis, aut ab illa recedentis, amputauit, aut abſcidit?
R. *Clarius. Non incurrere, niſi aliàs membrum eſſet magnum, &c.* 312
11. An clam ſurripiens pecuniam ab accedentibus Sedem Apoſtolicam, afficiatur hac excommunicatione, lata contra ſpoliantes præfatos accedentes?
R. *Probabilius : Non incurrere.* ibid.
12. An incidant in hanc cenſuram, illi, qui accedentes, ſeu recedentes à Sede Apoſtolica ſpoliant non rebus ipſorum propriis, ſed aliorum ipſis accommodatis, aut in cuſtodiam traditis?
R *Incidere.* ibid.
13. An Rapiens vxorem, filios, aut famulos, quos accedens ad ſedem, ſeu recedens à ſede Apoſtolica ſecum ducebat excommunicatione huius Canonis ligetur?
R. *Probabilius : Ligari excommunicatione.* ibidem.
14. An occidens, ſpolians, aut mulilans infideles ad ſedem Apoſtolicam venientes in hanc incidant cenſuram?
R. *Probabilius : Incidere.* ibid.
15. An qui capiunt, detinent, aut manibus comprehendunt accedentes ad ſedem Apoſtolicam, aut ab illa recedentes, cenſura huius Canonis aſtringantur?
R. *Tanquam certum : Aſtringi:* 313
16. An etiam aſtringeretur hac cenſura, qui aliquem venientem ad ſedem Apoſtolicam caperet, ſed paulò poſt illum liberè dimitteret?
R. *Abſolutè dicendum. Quòd aſtringeretur?* ibidem.
17. An etiam ligetur hac cenſura, qui accedentem ad Sedem Apoſtolicam capit, & punit, ob delictum in ſua diœceſi patratum?
R. *Non ligari.* ibid.
18. An capiens aliquem venientem ad ſedem Apoſtolicam & in domo includens, ne ab hoſtibus offendatur, huic excommunicationi ſubiiciatur?
R. *Tanquam certum : Non ſubijci.* ibid.
19. An qui ſine vlla captura, ſed ſola fraude & dolo detinet proficiſcentem ad ſedem Apoſtolicam, hac cenſura feriatur?
R. *Probabilius : Affirmatiuè.* ibid.
20. An qui non violenta actione, ſed tantum præcepto, aut verbis minatoriis detinet venientem, ne ad ſedem Apoſtolicam accedat, incidat in hanc excommunicationem?
R. *Probabilius : Incidere.* ibid.
21. An qui vendicantes ſibi iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, occidunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, aut detinent commorantes in curia Sedis Apoſtolicæ cauſa negotiorum in ea expediendorum excommunicationem incurrant?
R. *Tanquam certum : Incurrere.* ibid.
22. An qui priuata authoritate, morantes in curia occideret, mutilaret, aut ſpoliaret, &c. incideret in hanc cenſuram?
R. *Nunc iam vt certum : Non incidere.* 314
23. An Epiſcopus, vel alius Prælatus qui præfatas prohibitas actiones præſtat contra ſibi ſubditum in curia commorantem, contrahat hanc excommunicationem?
R. *Tanquam certum : Contrahere.* ibid.
24. An vt hæc cenſura incurratur, neceſſum ſit, quod morans in curia, contra quem aliqua ex relatis actionibus exercetur, ſit vnus ex Curialibus, qui Romæ verſantur?
R. *Probabilius : Sufficere, quod in curia reperiatur.* ibid.

DISPVTATIO V.

De decima excommunicatione, lata contra lædentes Romipetas, ac Peregrinos, qui Romam deuotionis cauſa petunt.

Q1. Contra quas perſonas lata ſit excommunicatio?
R. *Quòd contra interficientes, mutilantes, &c. Romipetas, Peregrinos.* 314
2. An qui interficit, vel mutilat, &c. quemcumque Romam venientem, cenſura huius decimi Canonis feriatur?
R. *Tanquam certum : Quòd non.* ibid.
3. An incurrat cenſuram huius Canonis, qui aliqua ex prohibitis actionibus vexaret illum, qui Romam venit, principaliter cauſa deuotionis, & minus principaliter ad emendum aliquid, vel quid ſimile peragendum?
R. *Tanquam certum : Incurrere.* 315
4. An etiam incurreret hanc cenſuram, qui interficeret, vel mutilaret, &c. illum, qui principaliter, ob beneficium, vel abſolutionem à cenſuris, vel diſpenſationem obtinendam, vel ob aliud negotij tractandum, Romam veniret; dum in vrbe exiſteret, vellet Eccleſias viſitare, &c?
R. *Tanquam certum : Non incurrere.* ibid.
5. An occidens, vel mutilans, &c. peregrinantem ad vrbem, deuotionis cauſa, incurrat hanc cenſuram ſi in

Digitized by Google

ſi in vrbe non exiſtat Papa vel Romana curia?
R. Tanquan certum : Incurrere. ibid.
8. An item incurrat excommunicationem huius Canonis, qui offendit vna ex præfatis actionibus, Romanum ciuem, ſacra Vrbis loca viſitantem?
R. Non incurrere. ibid.
7. An vexans peregrinos proficiſcentes ad ſepulchrum Domini, vel ad ſanctum Iacobum Compoſtellanum, vel ad ædem Compoſtellanam, vel ad ædem Lauretanam, huic excommunicationi ſubiaceat?
R. Nunc non ſubiacere. ibid.
8. An offendens Romipetam, volentem ſolum viſitare Eccleſias, extra mœnia vrbis exiſtentes, vt ſancti Laurentij extrà muros, ſancti Sebaſtiani, ſancti Pauli, &c. vinculo huius excommunicationis ligetur?
R. Ligari. 316
9. An non ſolum, qui Romam petit cauſa viſitandi Eccleſias, vel venerandi reliquias, aut conſequendi indulgentias, ſed etiam, cauſa adimplendi votum, vel pœnitentiam iniunctam, dicatur, cauſa deuotionis Romam adire, & gaudeat priuilegio huius Canonis?
R. Probabilius; Gaudere. ibid.
10. An offendens Clericum Religioſum, Romam deuotionis cauſa euntem, ſine licentia tamen ſui ſuperioris, excommunicationem huius Canonis incurrat?
R. Probabilius: Incurrere. ibid.
11. An etiam offendens Paganum, Iudæum, hæreticum, aut alia via excommunicatum, accedentem ad vrbem, cauſa conuerſionis, abſolutionis, aut deuotionis, incidat in hanc cenſuram?
R. Incurrere. ibid.
12. An occidens, aut mutilans, aut aliis actionibus prohibitis vexans Romipetas, aut peregrinos, dum in vrbe verſantur, deuotè viſitando Eccleſias, venerando reliquias, &c. hanc excommunicationem incurrant?
R. Vt certum: Affirmatiuè. 317
13. An qui Romam, cauſa deuotionis venit, ſed ibi mutato propoſito, nulla pia opera aut deuotionis exercuit, fruatur priuilegio huius Canonis, dum ad ſuos reuertitur?
R. Non frui. ibid.
14. An gaudeant priuilegio huius Canonis Peregrini, qui dum veniunt ad vrbem deuotionis gratia, diuertunt ad viſendum amicum aut aliquid agendum, &c?
R. Gaudere. ibid.
14. An per hunc Canonem ſit excommunicatus ille, qui Romipetas, etiam iniuſtè verberat, aut percutit, ſine vulnere?
R. Quòd non. ibid.
16. An ſi quis Romipetam occideret, vel mutilaret, vel vulneraret, &c. non ex propoſito, ſed ex ſubito iræ motu aut alia paſſione inſurgente, incidat in hanc cenſuram?
R. Tanquam quid certum; Incidere. 318
17. An Peregrinus, qui alium peregrinum occidit, vel mutilat, &c. hac ligetur cenſura?
R. Tanquam certum ligari. ibid.

DISPVTATIO XI.

De vndecima excommunicatione, lata contra offendentes S. R. E. Cardinales & alios Prælatos.

Q. 1. Contra quas perſonas lata ſit hæc excommunicatio?
R. Quòd contra vulnerantes, mutilantes, &c. & hoſtiliter inſequentes Prælatos, Cardinales Nuntios, &c. 318.
2. Quid ſignificet Pontif. per has voces, quibus vtitur, ad ſignificandas relatas actiones prohibitas?
R. Quòd ex præfatis vocibus iam patet diſp. 9. & 10. ibid.
3. An ſi quis impetum faciat ad domum Cardinalis vel Patriarchæ, &c. & obſideat illum, vel claudat in domo, non ad carcerandum, ſed ſolum, vt verecundiam inferat, hanc excommunicationem incurrat?
R. Probabilius: Non Incurrere. 319
4 An qui Cardinalem, vel Patriarcham, &c. inſequens telum, vel ſaxum proijcit ad illum interficiendum, hac excommunicatione obſtringatur?
R. Obſtringi. ibid.
5. An non admittens Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopus, Epiſcopos, legatos, & Nuntios ad poſſeſſionem ſuarum Eccleſiarum, aut ad Prouincias, ad quas mittuntur, cenſura huius Canonis feriatur?
R. Non feriri. ibid.
6. An eiiciens aliquem Prælatum, ex dictis à domo Regis, ſeu Principis, comprehendatur hac cenſura?
R. Tanquam certum non comprehendi. ibid.
7. An eiiciens legatum, vel Nuntium, Epiſcopum vel Archiepiſcopum, à locis in quibus iuriſdictionem exercere poſſunt, afficiatur hac cenſura?
R. Longè probabilius affici. ibid.
8. An eiiciens Epiſcopum, aut Archiepiſcopum aut alium ex Prælatis præfatis, ex locis in quibus nati ſunt, vel domicilium habent, vel ex ſuis Caſtris, aut oppidis quæ bona ſunt patrimonialia, hanc cenſuram incurrat?
R. Probabilius: Incurrere. 320
9. An vt incurratur hæc excommunicatio, ob eiectionem præfatorum Prælatorum opus ſit, vt eiectio fiat facto, & non ſufficiat verbis?
R. Sufficere quòd fiat verbis. ibid.
10. An hac excommunicatione feriatur occidens, aut mutilans, &c. qui ad Cardinalitiam dignitatem euecti a Pontifice ſunt, & conſenſum electioni præſtiterunt, galerum tamen rubeum non obtinuerunt?
R. Tanquam certum: Affirmatiuè. ibid.
11. An etiam, qui occideret, mutilaretve, &c. Cardinales Eccleſiæ S. Iacobi, afficeretur excommunicatione huius Canonis?
R. Tanquam certum: Affirmatiuè. ibid.
12. An interficiens, aut capiens, &c Epiſcopum electum, & confirmatum, ſed non conſecratum, vinculo excommunicationis huius ligetur?
R. Probabilius: Non ligari. 321
13. An interficiens Epiſcopum excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, irregularem, aut degra

Digitized by Google

degradatum verbaliter incidat in cenſuram huius Canonis?
R. Incidere. ibid.
14. An item in excommunicationem huius Canonis incidat, qui Clericum, vel Religioſum, de familia Cardinalis, Nuntij, vel Epiſcopi, occidit, mutilat, vel vulnerat, &c.
R. Longè probabilius: Non incidere. ibid.
15. An ſaltem offendentes, non ſolùm Clericos vel Religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium, ſed etiam Patriacharum, Archiepiſcoporum reincidat in excommunicationem, latam in cap. *Fœlicis* de pœnis?
R. Probabilius Neutros incidere. ibid.
16. An Cardinalis, Epiſcopus, vel Nuntius mutilans, occidens, capiens, alium Cardinalem, Epiſcopum, vel Nuntium, excommunicatione huius Canonis afficiatur?
R. Affici. 322
17. An Cardinalis, ſeu Epiſcopus &c. ſeipſum vulnerans, aut percutiens excommunicationi huius Canonis ſubiiciatur?
R. Probabilius ſubijci. ibid.
18. An occidens, aut percutiens, Cardinalem ſeu Epiſcopum, turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia, hanc excommunicationem incurrat?
R. Probabilius: Non incurrere. ibid.
19. An mandans, ratum habens, vel conſulens ſeu fauens, & auxilians præfata delicta in excommunicationem incidant?
R. Affirmatiuè. ibid.

DISPVTATIO XII.

De duodecima excommunicatione, lata contra offendentes, Recurrentes ad Romanam Curiam, ſuper eorum cauſis, & negotijs.

Q. 1. Contra quas perſonas lata ſit hæc excommunicatio?
R. Ex textu Canonis, &c. 322
2. In quo diſtinguatur hæc cenſura ab alia in ordine nona?
R. Quòd in eo quod in hac excommunicentur illi qui recurrunt ad ſedem Apoſtolicam. 323
3. An incurrant excommunicationem huius Canonis, illi, qui occidunt, ſeu percutiunt ſpoliantve recurrentes ad Curiam ſuper eorum cauſis caſu quo ex aliis motiuis, & occaſionibus eos occidant, percutiantve, &c?
R. Tanquam certum: Non incurrere. ibid.
4 An Recurrens ad curiam pro ſuis negotijs gaudeat priuilegio huius Canonis, caſu quo ipſis iam abſolutis, & finitis in ſuam domum ſit reuerſus?
R. Non gaudere. ibid.
5. An ſaltem gaudeat priuilegio huius Canonis Recurrens ad curiam, dum ad ſuam domum reuertitur?
R. Probabilius: In eo caſu gaudere. ibid.
6. An ad incurrendam excommunicationem huius Canonis, opus ſit, vt prædictæ actiones fiant authoritate iudiciaria laïca?
R. Tanquam certum: Non eſſe opus. ibid.
7. An qui iniuſtè occidit, ſeu percutit aut ſpoliat illum, qui iniuſtè recurrit ad Sedem Apoſtolicam, excommunicationem huius Canonis incurrat?
R. Probabilius: Incurrere. ibid.
8. An ratas habens actiones in hoc Canone prohibitas, vinculo huius excommunicationis ligetur?
R. Probabilius: Non ligari. 324
9. An non impediens præfata fieri delicta vinculo huius cenſuræ obſtringatur?
R. Non obſtringi. ibid.

DISPVTATIO XIII.

De decima tertia excommunicatione, lata contra Appellantes à grauamine, aut executione litterarum Apoſtolicarum, ad laicam poteſtatem?

Q. vnic. Contra quos lata ſit hæc excommunicatio?
R. Latè ex textu Canonis, & omittitur quæ latè à pluribus Doctoribus in Hiſpania tractata, &c. 325

DISPVTATIO XIV.

De decima quarta excommunicatione, lata contra eos, qui cauſas ſpirituales commiſſas à Papa virtute litterarum Apoſtolicarum ad ſe aduocant, vt illarum executionem impediant?

Q. 1. Contra quos lata ſit hæc excommunicatio?
R. Ex textu Canonis latè, &c.
2. Quæ ſit materia, quæ actiones, & quæ perſonæ comprehenſæ in hac excommunicatione?
R. Quod materia eſt ſacrilegium, &c. actiones plurima, & perſona quæ per ſe vel per alios dictas actiones exercens, &c. ibid.
3. An incidant in excommunicationem huius Canonis qui aduocant ad ſe à dictis Eccleſiaſticis Iudicibus cauſas non ſpirituales, ſed temporales?
R. Tanquam certum: Non incidere ibid.
4. An ad incurrendam excommunicationem huius Canonis opus ſit, vt aduocentur ad ſæculare tribunal cauſæ, quæ coram Eccleſiaſtico tribunali erant introductæ?
R. Omnino opus eſſe. ibid.
5. An, vt Magiſtratus ſæcularis incurrat hanc cenſuram, auocando cauſas ſpirituales ab Auditoribus Sedis Apoſtolicæ, neceſſe ſit, vt hoc faciat authoritate Iudiciaria, & etiam prætextu priuilegiorum, & gratiarum, quas prætendit, à Sede Apoſtolica obtinuiſſe?
R. Probabilius: Vtrumque eſſe neceſſarium. 326
6. An auocatio cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis, ſit ſub hac excommunicatione vetita, non ſolum caſu, quo fiat authoritate laïca, ſed etiam caſu, quo fiat authoritate Eccleſiaſtica?
R. Multipliciter diuerſas ſententias concordando, &c. ibidem.
7. An Auocatio cauſarum ſpecialium, ſit vetita ſub excommunicatione huius Canonis, non ſolùm, ſi cauſæ dictæ auocentur à Iudicibus Sedis Apoſtolicæ, verùm etiam, ſi auocentur ab aliis Iudicibus Eccleſiaſticis?
R. Probabilius: Eſſe vetitam. ibid.

8. An

8. An impediens cauſarum ſpiritualium curſum, proſequutionem, audientiam, perſonas, Capitula, &c. cauſas ipſas proſequi volentes incurrat hanc excommunicationem, niſi etiam ſe, tanquam Iudicem in earum cognitione interponat?

R. Incurrere. ibid.

9. An Aduocatus, vel Procurator, qui impedit curſum, ſeu proſequutionem cauſarum ſpiritualium incidat in huius Canonis cenſuram?

R. Quod non. ibid.

10. An priuata perſona, compellens per vim, & metum, partes actrices, ad reuocandas citationes & inhibitiones, vel ad conſentiendum abſolutioni eorum, contra quos tales inhibitiones & literæ emanarunt, obſtringatur excommunicatione huius Canonis?

R. Probabilius: Obſtringi. ibid.

11. An qui partes actrices inducit, ad curandam abſolutionem aduerſarij, &c. via iudiciaria, vel precibus, aut pecunia, aut alio modo, excluſo vi, & metu, etiam in excommunicationem incidat?

R. Non Incurrere. ibid

12. An incidat in excommunicationem huius Canonis, qui non partes, ſed iudicem, qui excommunicationem, & alias pœnas pronunciauit, compellit, vt abſolutionem impendat, & alias pœnas reuocet?

R. Negatiuè. ibid.

13. An laici iudices auocantes cauſas ſpirituales, à iudicibus Eccleſiaſticis ex priuilegio ſummi Pontificis, à cenſura huius Canonicis excuſentur?

R. Excuſari. ibid.

14. An Auguſtiſſimus noſter Hiſpaniarum rex & eius Magiſtratus, ac Conciliarij gaudeant præfato priuilegio, in cauſis prohibendæ violentiæ, iniuriæ, ſeu damni, ita vt virtute illius licitè auocent cauſas à iudicibus Eccleſiaſticis?

R. Vt verum: Gaudere dicto priuilegio. 328

15. An Magiſtratus, ſeu Conſiliarij Regis Hiſpaniæ atque Galliæ, ſiue aliorum Principium incurrant excommunicationem huius Canonis, detinendo Bullas Apoſtolicas, aut cognoſcendo cauſas Eccleſiaſticas, aut auocando eas à iudicibus Eccleſiaſticis, ſi id faciant prætextu impediendæ violentiæ, & perturbationis, in Republica vitandæ?

Reſpondeo. &c. ibid.

DISPVTATIO XV.

De decima quinta excommunicatione Bullæ, lata contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad Tribunal ſæculare, & contra facientes ſtatuta, quibus Eccleſiaſtica libertas læditur?

Q. 1. CONtra quos lata ſit hæc excommunicatio?

R. Latè in textu Canonis. 328

2. An ſi iudex laicus, ſiue ſponte ratione ſui officij, ſiue ad inſtantiam partis recurrentis ad eum, trahat aliquam perſonam Eccleſiaſticam ad ſuum tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrat?

R. Tanquam certum: Incurrere. 329

3. An iudex ſæcularis feriatur excommunicatione huius Canonis, caſu quo Clericum, ſponte accedentem ad ſuum tribunal vt coram eo ſe purget, admittat ad purgationem, & ſententiam proferat?

R. Probabilius: Non feriri in tali caſu. ibid.

4. An pars, ſeu eius Procurator, aut quæuis alia priuata perſona, qui curat & inſtat apud iudicem ſæcularem, vt Eccleſiaſticos, ad ſuum trahat tribunal, afficiatur excommunicatione huius Canonis?

R. Tanquam certum: Quòd non. ibid.

5. An incurrat hanc excommunicationem iudex ſæcularis, qui amicabiliter, & abſque vlla coactione, ſuadet alicui Eccleſiaſtico, vt ad ſuum accedat tribunal, vt ſedentur lites?

R. Non incurrere. ibid.

6. An iudex ſæcularis, qui iniquè vexat clericos, aut eius conſanguineos, vel famulos, aut colonos, vt ſic cogat illum ad ſuum accedere tribunal, ſit excommunicatus?

R. Tanquam certum: Eſſe. ibid.

7. An non ſolùm iudex laicus, ſed etiam Eccleſiaſticus, trahens, iuriſdictione laica, perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrat?

R. Incurrere. ibid.

8. An iudex laicus incurrat hanc cenſuram trahendo Eccleſiaſticum ad ſuum tribunal ob grauiſſima aliqua delicta?

R. Abſolutè: Incurrere. ibid.

9. An laico iudici liceat trahere ad ſuum tribunal, & iudicare clericum degradatum ſeu realiter depoſitum?

R. Tanquam certum: Licere ei. ibid.

10. An etiam ſit licitum iudici laico trahere ad ſuum tribunal clericum bigamum?

R. Etiam licere. ibid.

11. An in cauſa feudi licitum ſit Iudici Domino laico, trahere ad ſuum tribunal clericum feudum laicum, poſſidentem?

R. Vt ferè certum: Eſſe licitum. ibid.

12. An in cauſa reconuentionis in ciuilibus poſſit laicus reconuenire clericum, coram eodem iudice ſæculari, apud quem clericus vt actor conuenit laicum?

R. Poſſe in tali caſu.

13. An etiam ſit licitum laico reconuenire clericum in cauſis criminalibus coram iudice laico?

R. Tanquam certum: Non eſſe ei licitum. ibid.

14. An ob negligentiam, vel ob defectum Iuſtitiæ Eccleſiaſticæ, poſſit iudex laicus trahere ad ſuum tribunal perſonas Eccleſiaſticas?

R. Tanquam certum: Non poſſe abſque incurſione. 331.

15. An abſque incurſione cenſuræ, poſſit iudex laicus eiicere à Regno clericum ſeditioſum & perturbatorem Reip.

R. Vt certum ferè mihi: Non poſſe. ibid.

16. An laicus poſſit capere, & punire pœna pecuniaria Eccleſiaſticos impedientes, aut reſiſtentes iuriſdictioni laicali?

R. Quòd nec ob reſiſtentiam, nec ob aliam cauſam. ibid.

17. An laicus iudex poſſit punire Eccleſiaſticos pœna pecuniaria, caſu, quo illi ſigna reuerentiæ non exhibuerint, aut coram illo deliquerint?

R. Tanquam certum: Non poſſe. ibid.

18. An Eccleſiaſtici crimen læſæ Maieſtatis commit-

ũ 4 tentes

Digitized by Google

degradatum verbaliter incidat in cenſuram huius Canonis?
R. Incidere. *ibid.*
14. An item in excommunicationem huius Canonis incidat, qui Clericum, vel Religioſum, de familia Cardinalis, Nuntij, vel Epiſcopi, occidit, mutilat, vel vulnerat, &c.
R. Longè probabiliùs: Non incidere. *ibid.*
15. An ſaltem offendentes, non ſolùm Clericos vel Religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium, ſed etiam Patriacharum, Archiepiſcoporum reincidat in excommunicationem, latam in cap. *Fœlicis* de pœnis?
R. Probabilius Neutros incidere. *ibid.*
16. An Cardinalis, Epiſcopus, vel Nuntius mutilans, occidens, capiens, alium Cardinalem, Epiſcopum, vel Nuntium, excommunicatione huius Canonis afficiatur?
R. Affici. 322
17. An Cardinalis, ſeu Epiſcopus &c. ſeipſum vulnerans, aut percutiens excommunicationi huius Canonis ſubiiciatur?
R. Probabiliùs ſubijci. *ibid.*
18. An occidens, aut percutiens, Cardinalem ſeu Epiſcopum, turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia, hanc excommunicationem incurrat?
R. Probabiliùs: Non incurrere. *ibid.*
19. An mandans, ratum habens, vel conſulens ſeu fauens, & auxilians præfata delicta in excommunicationem incidant?
R. Affirmatiuè. *ibid.*

DISPVTATIO XII.

De duodecima excommunicatione, lata contra offendentes, Recurrentes ad Romanam Curiam, ſuper eorum cauſis, & negotijs.

Q. 1. Contra quas perſonas lata ſit hæc excommunicatio?
R. Ex textu Canonis, &c. 322
2. In quo diſtinguatur hæc cenſura ab alia in ordine nona?
R. Quòd in eo quod in hac excommunicentur illi qui recurrunt ad ſedem Apoſtolicam. 323
3. An incurrant excommunicationem huius Canonis, illi, qui occidunt, ſeu percutiunt ſpoliantve recurrentes ad Curiam ſuper eorum cauſis caſu quo ex aliis motiuis, & occaſionibus eos occidant, percutiantve, &c?
R. Tanquam certum: Non incurrere. *ibid.*
4 An Recurrens ad curiam pro ſuis negotijs gaudeat priuilegio huius Canonis, caſu quo ipſis iam abſolutis, & finitis in ſuam domum ſit reuerſus?
R. Non gaudere. *ibid.*
5. An ſaltem gaudeat priuilegio huius Canonis Recurrens ad curiam, dum ad ſuam domum reuertitur?
R. Probabiliùs: In eo caſu gaudere. *ibid.*
6. An ad incurrendam excommunicationem huius Canonis, opus ſit, vt prædictæ actiones fiant authoritate iudiciaria laïca?
R. Tanquam certum: Non eſſe opus. *ibid.*
7. An qui iniuſtè occidit, ſeu percutit aut ſpoliat illum, qui iniuſtè recurrit ad Sedem Apoſtolicam, excommunicationem huius Canonis incurrat?
R. Probabiliùs: Incurrere. *ibid.*
8. An ratas habens actiones in hoc Canone prohibitas, vinculo huius excommunicationis ligetur?
R. Probabiliùs: Non ligari. 324
9. An non impediens præfata fieri delicta vinculo huius cenſuræ obſtringatur?
R. Non obſtringi. *ibid.*

DISPVTATIO XIII.

De decima tertia excommunicatione, lata contra Appellantes à grauamine, aut executione litterarum Apoſtolicarum, ad laicam poteſtatem?

Q. vnic. Contra quos lata ſit hæc excommunicatio;
R. Latè ex textu Canonis, & omittitur qu alatè à pluribus Doctoribus in Hiſpania tractata, &c. 325

DISPVTATIO XIV.

De decima quarta excommunicatione, lata contra eos, qui cauſas ſpirituales commiſſas à Papa virtute litterarum Apoſtolicarum ad ſe aduocant, vt illarum executionem impediant?

Q. 1. Contra quos lata ſit hæc excommunicatio?
R. Ex textu Canonis latè, &c.
2. Quæ ſit materia, quæ actiones, & quæ perſonæ comprehenſæ in hac excommunicatione?
R. Quod materia eſt ſacrilegium, &c. actiones plurimæ, & perſonæ quæ per ſe vel per alios dictas actiones exercens, &c. *ibid.*
3. An incidant in excommunicationem huius Canonis qui aduocant ad ſe à dictis Eccleſiaſticis Iudicibus cauſas non ſpirituales, ſed temporales?
R. Tanquam certum: Non incidere *ibid.*
4. An ad incurrendam excommunicationem huius Canonis opus ſit, vt aduocentur ad ſæculare tribunal cauſæ, quæ coram Eccleſiaſtico tribunali erant introductæ?
R. Omnino opus eſſe. *ibid.*
5. An, vt Magiſtratus ſæcularis incurrat hanc cenſuram, auocando cauſas ſpirituales ab Auditoribus Sedis Apoſtolicæ, neceſſe ſit, vt hoc faciat authoritate Iudiciaria, & etiam prætextu priuilegiorum, & gratiarum, quas prætendit, à Sede Apoſtolica obtinuiſſe?
R. Probabiliùs: Vtrumque eſſe neceſſarium. 326
6. An auocatio cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis, ſit ſub hac excommunicatione vetita, non ſolum caſu, quo fiat authoritate laïca, ſed etiam caſu, quo fiat authoritate Eccleſiaſtica?
R. Multipliciter diuerſas ſententias concordando, &c. ibidem.
7. An Auocatio cauſarum ſpecialium, ſit vetita ſub excommunicatione huius Canonis, non ſolùm, ſi cauſæ dictæ auocentur à Iudicibus Sedis Apoſtolicæ, verùm etiam, ſi auocentur ab aliis Iudicibus Eccleſiaſticis?
R. Probabilius: Eſſe vetitam. *ibid.*

8. An

Digitized by Google

8. An impediens cauſarum ſpiritualium curſum, proſequutionem, audientiam, perſonas, Capitula, &c. cauſas ipſas proſequi volentes incurrat hanc excommunicationem, niſi etiam ſe, tanquam Iudicem in earum cognitione interponat?

R. Incurrere. ibid.

9. An Aduocatus, vel Procurator, qui impedit curſum, ſeu proſequutionem cauſarum ſpiritualium incidat in huius Canonis cenſuram?

R. Quod non. ibid.

10. An priuata perſona, compellens per vim, & metum, partes actrices, ad reuocandas citationes & inhibitiones, vel ad conſentiendum abſolutioni eorum, contra quos tales inhibitiones & literæ emanarunt, obſtringatur excommunicatione huius Canonis?

R. Probabilius: Obſtringi. ibid.

11. An qui partes actrices inducit, ad curandam abſolutionem aduerſarij, &c. via iudiciaria, vel precibus, aut pecunia, aut alio modo, excluſo vi, & metu, etiam in excommunicationem incidat?

R. Non Incurrere. ibid.

12. An incidat in excommunicationem huius Canonis, qui non partes, ſed iudicem, qui excommunicationem, & alias pœnas pronunciauit, compellit, vt abſolutionem impendat, & alias pœnas reuocet?

R. Negatiuè. ibid.

13. An laici iudices auocantes cauſas ſpirituales, à iudicibus Eccleſiaſticis ex priuilegio ſummi Pontificis, à cenſura huius Canonicis excuſentur?

R. Excuſari. ibid.

14. An Auguſtiſſimus noſter Hiſpaniarum rex & eius Magiſtratus, ac Conciliarij gaudeant præfato priuilegio, in cauſis prohibendæ violentiæ, iniuriæ, ſeu damni, ita vt virtute illius licitè auocent cauſas à iudicibus Eccleſiaſticis?

R. Vt verum: Gaudere dicto priuilegio. 328

15. An Magiſtratus, ſeu Conſiliarij Regis Hiſpaniæ atque Galliæ, ſiue aliorum Principium incurrant excommunicationem huius Canonis, detinendo Bullas Apoſtolicas, aut cognoſcendo cauſas Eccleſiaſticas, aut auocando eas à iudicibus Eccleſiaſticis, ſi id faciant prætextu impediendæ violentiæ, & perturbationis, in Republica vitandæ?

Reſpondeo. &c. ibid.

DISPVTATIO XV.

De decima quinta excommunicatione Bullæ, lata contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad Tribunal ſæculare, & contra facientes ſtatuta, quibus Eccleſiaſtica libertas læditur?

Q. 1. Contra quos lata ſit hæc excommunicatio?

R. Latè in textu Canonis. 328

2. An ſi iudex laicus, ſiue ſponte ratione ſui officij, ſiue ad inſtantiam partis recurrentis ad eum, trahat aliquam perſonam Eccleſiaſticam ad ſuum tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrat?

R. Tanquam certum: Incurrere. 329

3. An iudex ſæcularis feriatur excommunicatione huius Canonis, caſu quo Clericum, ſponte accedentem ad ſuum tribunal vt coram eo ſe purget, admittat ad purgationem, & ſententiam proferat?

R. Probabilius: Non feriri in tali caſu. ibid.

4. An pars, ſeu eius Procurator, aut quæuis alia priuata perſona, qui curat & inſtat apud iudicem ſæcularem, vt Eccleſiaſticos, ad ſuum trahat tribunal, afficiatur excommunicatione huius Canonis?

R. Tanquam certum: Quòd non. ibid.

5. An incurrat hanc excommunicationem iudex ſæcularis, qui amicabiliter, & abſque vlla coactione, ſuadet alicui Eccleſiaſtico, vt ad ſuum accedat tribunal, vt ſedentur lites?

R. Non incurrere. ibid.

6. An iudex ſæcularis, qui iniquè vexat clericos, aut eius conſanguineos, vel famulos, aut colonos, vt ſic cogat illum ad ſuum accedere tribunal, ſit excommunicatus?

R. Tanquam certum: Eſſe. ibid.

7. An non ſolùm iudex laicus, ſed etiam Eccleſiaſticus, trahens, iuriſdictione laica, perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrat?

R. Incurrere. ibid.

8. An iudex laicus incurrat hanc cenſuram trahendo Eccleſiaſticum ad ſuum tribunal ob grauiſſima aliqua delicta?

R. Abſolutè: Incurrere. ibid.

9. An laico iudici liceat trahere ad ſuum tribunal, & iudicare clericum degradatum ſeu realiter depoſitum?

R. Tanquam certum: Licere ei. ibid.

10. An etiam ſit licitum iudici laico trahere ad ſuum tribunal clericum bigamum?

R. Etiam licere. ibid.

11. An in cauſa feudi licitum ſit Iudici Domino laico, trahere ad ſuum tribunal clericum feudum laicum, poſſidentem?

R. Vt ferè certum: Eſſe licitum. ibid.

12. An in cauſa reconuentionis in ciuilibus poſſit laicus reconuenire clericum, coram eodem iudice ſæculari, apud quem clericus vt actor conuenit laicum?

R. Poſſe in tali caſu.

13. An etiam ſit licitum laico reconuenire clericum in cauſis criminalibus coram iudice laico?

R. Tanquam certum: Non eſſe ei licitum. ibid.

14. An ob negligentiam, vel ob defectum Iuſtitiæ Eccleſiaſticæ, poſſit iudex laicus trahere ad ſuum tribunal perſonas Eccleſiaſticas?

R. Tanquam certum: Non poſſe abſque incurſione. 331.

15. An abſque incurſione cenſuræ, poſſit iudex laicus eiicere à Regno clericum ſeditioſum & perturbatorem Reip.

R. Vt certum ferè mihi: Non poſſe. ibid.

16. An laicus poſſit capere, & punire pœna pecuniaria Eccleſiaſticos impedientes, aut reſiſtentes iuriſdictioni laicali?

R. Quòd nec ob reſiſtentiam, nec ob aliam cauſam. ibid.

17. An laicus iudex poſſit punire Eccleſiaſticos pœna pecuniaria, caſu, quo illi ſigna reuerentiæ non exhibuerint, aut coram illo deliquerint?

R. Tanquam certum: Non poſſe. ibid.

18. An Eccleſiaſtici crimen læſæ Maieſtatis committentes

Digitized by Google

tentes poſſint puniri à Iudice laico, ab eóque condemnari?
Vt certum : Non poſſe. 332
19. An iudex laicus poſſit trahere ad ſuum tribunal, & punire Eccleſiaſticos aliquos delinquentes in officio aliquo ſæculari illis ab ipſomet Principe, ſeu iudice conceſſo?
R. Probabilius : Non poſſe abſque incurſione , &c. ibid.
20. An iudex laicus poſſit abſque incurſione huius Canonis cenſuræ punire Eccleſiaſticum Aſſaſinum, hoc eſt, Eccleſiaſticum, qui pretio aliquem occidit, aut occidi mandat?
R. Vt mihi certum : Non poſſe. ibid.
21. An caſu, quo Eccleſiaſticus, ſit notorius Sodomita, poſſit licitè iudex ſæcularis illum punire?
R. Non poſſe. ibid.
22. An conceſſum ſit iudici laico clericum incorrigibilem ad ſuum tribunal tradere & punire?
R. Abſolutè loquendo eſſe illi conceſſum. ibid.
23. An iudex laicus poſſit conuenire Eccleſiaſticos, & trahere ad ſuum tribunal pro ſolutione Gabellæ, caſu, quo teneantur illam ſoluere?
R. Longè probabilius : Non poſſe. 333
24. An iudex laicus poſſit trahere ad ſuum tribunal, & punire clericum, pro delicto commiſſo ante clericatum?
R. Non poſſe. ibid.
25. An ſaltem poſſit index laicus liberè punire clericum, qui poſt delictum patratum aſſumpſit habitum clericalem, intentione ſe ſubtrahendi à iuriſdictione ſæculari?
R. Probabilius : Adhuc non poſſe. ibid.
26. An vt facientes, ordinantes, ſeu publicantes ſtatuta, decreta, ordinationes, &c. contra libertatem Eccleſiaſticam, excommunicationem incurrant, ſit neceſſum, vt id ex intentione faciant?
R. Tanquam certum : Eſſe neceſſum. ibid.
27. Quid ſit ſtatuta facere contra Eccleſiaſticam libertatem, & publicare?
R. Quòd eſt publica authoritate conſtituere ſuperioris voluntatem diſponere, &c. 334
28. An qui vnam ſolùm ex his actionibus facit excommunicationem huius Canonis incurrat?
R. Vt ferè certum : Incurrere. ibid.
29. An faciens ſtatuta, ſeu decreta contra libertatem Eccleſiaſticam incidet in hanc excommunicationem, etiam ante promulgationem illorum?
R. Vt probabile : Affirmatiuè. ibid.
30 An qui ſtatutum edidit, aut ordinauit; afficiatur excommunicatione, ſequuta publicatione, ſi ſtatuta, numquam executioni mandentur?
R. Affici ſtatim. ibid.
31. An princeps, qui contra libertatem Eccleſiaſticam non fecit ſtatutum, tamen ab alio factum promulgati curat, excommunicationem huius Canonis contrahat?
R. Contrahere. ibid.
32. An præcones, & alij inferiores Miniſtri, qui ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ liberè promulgant, cenſuram huius Canonis incurrant?
R. Probabilius : Incurrere. ibid.
33. An ſcriptores ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſub hac excommunicatione comprehendantur?
R. Probabilius : Comprehendi. 335
34. An Magiſtratus, ſeu Rectores, ciuitatum ſcientes ſeruari ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & non impedientes, hanc excommunicationem incurrant?
R. Abſolutè : Non incurrere. ibid.
35. An incurrant hanc Bullæ cenſuram qui ſtatuta facta contra libertatem Eccleſiaſticam non delent ex libris publicis, etiam, ſi non faciant ea ſeruari?
R. Tanquam certum : R. Non incurrere. ibid.
36. An ſaltem incurrant excommunicationem latam in cap. *Nouerit, de ſent. excomm.* qui dicta ſtatuta omittunt delere de libris capitularibus, etiam, ſi obſeruati non curent?
R. Affirmatiuè ſtando in iuris rigore, ſed ſecundum æquitatem & in praxi negatiuè, &c. ibid.
37. Quando ſtatutum aliquod cenſendum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ita, vt nec facere, nec ordinare illud quis poſſit, nec ordinato vti, niſi velit in excommunicationem huius Bullæ incidere?
R. Quòd quando ex intentione, &c. 336
38. Quænam ſtatuta in particulari cenſenda ſint contra libertatem Eccleſiaſticam?
R. Quòd ea quæ tollunt, lædunt, in genere vel ſpecie priuilegia, &c. ibid.

DISPVTATIO XVI.

De decima ſexta excommunicatione, lata contra impedientes Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur.

Q. 1. Contra quas perſonas lata ſit hæc cenſura? *R. Late in textu Canonis.* 336
2. An hanc excommunicationem contrahant qui ſine vi, & metu, ſed precibus, pecunia, premio, amore, aliáve via, impedit iudicem Eccleſiaſticum, ne ſua iuriſdictione vtatur?
R. Non contrahere. ibid.
3. An qui iuſtè impedit Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem incurrat?
R. Non incurrere. ibid.
4. An non ſolùm publicæ perſonæ, quæ iuriſdictionem habent, ſed etiam priuatæ impedientes iudices Eccleſiaſticos, ne ſuam iuriſdictionem exerceant, huius Canonis excommunicationem incurrant?
R. Affirmatiuè. ibid.
5. An qui noctu dilacerat edictum Epiſcopi in loco publico affixum, huius Canonis excommunicatione feriatur?
R. Feriri. ibid.
6. Quot modis poteſt impediri iudex Eccleſiaſticus, ne vtatur iuriſdictione ſua?
R. Quòd tribus, &c. ibid.
7. An impedientes Abbates, Decanos, Archidiaconos, & Vicarium Generalem Epiſcopi, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem contrahant?
R. Tanquam certum, contrahere. ibid.
8. An etiam incurrat cenſuram huius Canonis, qui impedit iudices Eccleſiaſticos ordinarios in cauſis mixti fori?
R. Quòd non incurrat, ſi accipiat cauſam, antequam ad iudicem Eccleſiaſticum deducatur. 338
9. An impediens Epiſcopum ne abſolutionem Sacramentalem alicui impendat, aut ne poteſtatem ordinis exerceat, cenſuram huius Canonis incurrat?
R. Probabilius : In neutro caſu incurrere. ibid.

10. An

Digitized by Google

10. An ſi quis ad tribunalia ſæcularia recurrat, antequam iudices ordinarij ſententias ferant, excommunicationem huius Canonis contrahant?

R. Æquè probabiliter: Contrahere. ibid.

DISPVTATIO XVII.

De decima ſeptima excommunicatione, lata contra vſurpantes ſedis Apoſtolicæ & aliorum Eccleſiaſticorum iuriſdictiones, aut fructus, aut denique contra illos, ſine facultate ſuperioris ſequeſtrantes?

Q. 1. Contra quas perſonas lata ſit hæc cenſura?

R. Ex Canone, &c. 338

2. An perſonæ, quæ per hunc Canonem, prohibentur iuriſdictiones, fructus, reditus etiam Eccleſiaſticorum vſurpare, ſint ſolùm perſonæ publicæ, & poteſtatem habentes, an etiam priuatæ?

R. Probabilius: Quòd omnes. ibid.

3. An non ſolùm laicæ perſonæ, verùm etiam Eccleſiaſticæ prædicta vſurpantes, ſint hac cenſura comprehenſæ?

R. Probabilius: Affirmatiuè. 339

4. An fures, ſeu latrones, qui fructus, aut prouentus Eccleſiaſticorum furantur, aut rapiunt, incidant in cenſuram huius Canonis?

R. Probabilius: Non incidere. ibid.

5. An qui vſurparet prouentus alicuius Epiſcopatus, ſeu beneficij, aut Eccleſiæ vacantis hanc incurreret cenſuram?

R. Probabilius longè: Incurrere. ibid.

6. An vſurpans fructus ſedis Apoſtolicæ mortuo ſummo Pontifice, huius Canonis cenſuram incurrat?

R. Tanquam certum: Incurrere. ibid.

7. An vſurpans fundos, prædia, Eccleſias, vel ipſamet beneficia, cenſuram hanc, etiam incurrat?

R. Probabilius: Etiam incurrere. ibid.

8. An vſurpans iuriſdictionem ſpiritualem Prælatorum, ſit per hunc Canonem excommunicatus?

R. Probabilius: Etiam eſſe. 340

9. An qui ſcienter retinet fructus beneficij aut Eccleſiæ ab aliis vſurpatos, in excommunicationem hanc incidat?

R. Tanquam certum: Incidere. ibid.

10. An qui vſurpat fructus alicuius clerici titulo Patrimonij ei competentis, Canonis huius cenſuram contrahat?

R Non contrahere. ibid.

11. An creditor, qui non poteſt alia via ſuum creditum recuperare, incurrat hanc cenſuram ſubtrahendo clerico ex fructibus beneficij, quantum credito correſpondet?

R. Tanquam certum: Non incurrere. ibid.

12. An clerici cœdentes arbores frugiferas ſuorum beneficiorum, & eas ſibi appropiantes in hanc excommunicationem incidant?

R. Tanquam quid certum: Non incidere. ibid.

13. An perſonæ, quæ per hunc Canonem prohibentur ſequeſtrare dictos fructus, non ſolùm ſint publicæ, ſed priuatæ?

R. Solùm publicas prohiberi. ibid.

14. An etiam iudices Eccleſiaſtici, ſequeſtrantes bona ad Eccleſiaſticos pertinentes, ſint ſub hac cenſura comprehenſi?

R. Eſſe comprehenſos. 341

15. An non ſolùm iudices, ſed etiam eorum Miniſtri exequentes ſequeſtrum, hanc excommunicationem incurrant?

R. Tanquam certum: Incurrere. ibid.

16. An qui inſtat, & procurat, apud iudicem, præſertim ſæcularem ſequeſtrationem Eccleſiaſticorum fructuum ſibi concedi, incidat in hanc cenſuram?

R. Probabilius: Nullo modo incidere. ibid.

17. An iudex ſequeſtrans fructus Eccleſiaſticos ad tollendas lites, aut ob aliam honeſtam cauſam, ſit per hunc Canonem excommunicatus?

R. Tanquam quid certum: Eſſe. ibid.

18. An iudices laici, qui fructus Eccleſiaſticos ſequeſtrant, ſine facultate legitima incurrant hanc cenſuram; ſi id faciant, vt Eccleſiaſtici tædio affecti deſiſtant ab vſurpatione ſæcularis iuriſdictionis, caſu quo vſurpatam illam habeant?

R. Omnino: Etiam incurrere. ibid.

19. An non ſolùm Rom. Pontif. ſed alij Prælati, poſſint iudicibus ſæcularibus, facultatem ſequeſtrandi fructus Eccleſiaſticos concedere?

R. Tanquam certum: Poſſe. 342

20. An bonorum Eccleſiaſticorum vſurpatio, non ſolùm in hac Bulla, ſed etiam in aliis locis vetita ſit?

R. Eſſe pluribus in locis, &c. ibid.

DISPVTATIO XVIII.

De decima octaua excommunicatione, lata contra imponentes decimas, & alia onera Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, & eorum fructibus?

Q. 1. Contra quas perſonas fertur hæc excommunicatio?

R. Latè ex textu Canonis, &c. 342

2. An in hanc excommunicationem incidat Princeps, qui imponit Gabellas, & alia tributa clericis, in minoribus ordinibus conſtitutis?

R. Tanquam certum: Incidere. ibid.

3. An ſaltem abſque incurſione huius cenſuræ poſſit Princeps imponere tributa, & alia onera, clericis ſolùm prima tonſura inſignitis?

R. Probabilius: Non poſſe. 343

4. An ad minus, licitè poſſit Princeps imponere tributa, & alia onera clericis, qui non obſeruant præſcripta à Concilio Tridentino ſeſſ. 23. capite 6.

R. Probabilius: Nec in præſignato caſu poſſe. ibidem.

5. An Princeps poſſit abſque incurſione huius excommunicationis, imponere Gabellas, & alia tributa ſuper bona Nouitiorum?

R. Probabilius: Non poſſe. ibid.

6. An onus hoſpitandi milites, aut Princeps poſſit perſonis Eccleſiaſticis imponi?

R. Tanquam certum: Non poſſe. 344

7. An exigentes, aut extorquentes ab Eccleſiaſticis Gabellas, aut alia tributa, caſu quo etiam hæc tantummodo laicis ſint impoſita, excom

Digitized by Google

excommunicatione huius Canonis afficiuntur?
R. Probabiliùs: Non affici. ibid.
8. An exigens pretium à Clerico pro tranſlatione, aut tranſitu fluminis in hanc incidat cenſuram?
R. Tanquam certum: Quòd non. ibid.
9. An recipiens tributum ab Eccleſiaſtico ſpontè datum, in hanc excommunicationem incurrat?
R. Incurrere, ſi ſit tale tributum impoſitum, &c. ibid.
10. An exigens, aut mandans exigi tributa à clericis, animo eas reſtituendi in fine anni, excommunicationem huus Canonis contrahat?
R. Abſolutè: Quòd ſic. ibid.
11. An imponens onera, ſiue perſonalia, ſiue realia famulis clericorum, cenſura huius Canonis ligetur?
R. Negatiuè. 345
12. An Princeps imponens tributa, ſuper bona Patrimonialia, & aliunde acquiſita clericorum, hoc Canone ſit excommunicatus?
R. Vt certum: Eſſe. ibid.
13. An licitum ſit laicis imponere Eccleſiaſticis tributa, & onera, de expreſſa ſumm. Pontificis licentia?
R. Tanquam certum: Licitum eſſe illis. ibid.
14. An laicis ſit licitum imponere clericis onera caſu, quo de hoc habeant immemorabilem conſuetudinem?
R. Quòd non. ibid.
15. An Princeps laicus poſſit, abſque incurſione huius cenſuræ imponere clericis tributa, & alia onera pro reparatione pontium, aut murorum ciuitatis, pro arcendis hoſtibus, vel pro aliqua publica cauſa?
R. Vt certum mihi: Non poſſe. ibid.
16. An Prælati Eccleſiaſtici imponentes onera Eccleſiaſticis, huius Canonis cenſuram incurrant?
R. Probabiliùs: Incurrere etiam. 346
17. An excommunicatio contra imponentes onera Eccleſiis, aut Eccleſiaſticis perſonis, etiam extra hanc Bullam alibi expreſſa reperiatur?
R. Quòd ſic vt diuerſis cap. de immunitate Eccleſiaſtica, &c. ibid.

DISPVTATIO XIX.

De decima nona excommunicatione, lata contra Iudices ſæculares, qui ſe in cauſis criminalibus, interponunt contra perſonas Eccleſiaſticas?

Q. 1. Contra quas perſonas lata ſit hæc excommunicatio?
R. Ex Canone, &c. 346
2. An Reges, ſeu Principes incurrant hanc cenſuram huius Canonis, proceſſando, aut faciendo aliam actionem, in eo expreſſam contra Eccleſiaſticos?
R. Quòd non. 347
3. An iudices Eccleſiaſtici, interponentes ſe contra perſonas Eccleſiaſticas in cauſis criminalibus dum in illis ſe interponere non poſſunt, excommunicationem huius Canonis incurrant?
R. Non incurrere. ibid.
4. An incidat in hanc cenſuram iudex ſæcularis, qui in cauſa criminali facit informationem contra clericum, non vt pœnam inferat, ſed vt facti veritas cognoſcatur?
R. Probabiliùs: Incidere. ibid.
5. An etiam incidat in hanc cenſuram iudex ſæcularis, qui in curſu proceſſus comperit delinquentem eſſe Eccleſiaſticum, & nihilominus proceſſum proſequitur?
R. Etiam incidere. ibid.
6. An iudex laicus, interponens ſe in cauſis criminalibus contra clericum conſentientem, contra ſe proceſſum fieri, huic cenſuræ ſubiiciatur?
R. Vt certum: Subiici. ibid.
7. An dentur aliqui caſus, in quibus laici poſſint ſine excommunicatione, aliquas actiones in hoc Canone prohibitas facere?
R. Dari & plures, &c. ibid.

DISPVTATIO XX.

De excommunicatione vigeſima, lata contra occupantes bona, aut terras Eccleſiæ Romanæ, & eius iuriſdictionem in illis vſurpantes.

Q. 1. Contra quos fertur excommunicatio huius vigeſimi Canonis?
R. Ex ipſo Canone, &c. 348
2. An qui aufert à dominio ſedis Apoſtolicæ aliquam ciuitatem, non hoſtiliter, ſed pacificè, & ſine armis, hanc excommunicationem incurrat?
R. Probabiliùs: Incurrere. ibid.
3. An factio inuadens aliquam ciuitatem Papæ non intentione illam à poteſtate eius auferendi, ſed animo opprimendi ſuos aduerſarios ibi exiſtentes, excommunicationem contrahat?
R. Contrahere. ibid.
4. An Banniti, aut alij facinoroſi, qui non animo terras Pontificis occupandi, ſed furandi ſolùm, illas deprædantur, hac excommunicatione ligentur?
R. Probabiliùs: Non ligari. ibid.
5. An vſurpans iuriſdictionem ſupremam tam ſpiritualem, quam temporalem Romanæ Eccleſiæ huius Bullæ excommunicationem incurrat?
R. Incurrere. ibid.
6. An impediens executionem ſententiæ latæ à ſummo Pontifice, in cauſa punitionis corporalis, aut confiſcationis bonorum, cenſuram huius Canonis incurrat?
R. Tanquam certum: Incurrere. ibid.
7. An vſurpans, vel perturbans ſupremam iuriſdictionem Eccleſiæ Romanæ, Sede vacante, huic cenſuræ ſubiaceat?
R. Tanquam certum: Subiacere. ibid.
8. An etiam huic cenſuræ ſubiaceat Rex Hiſpaniarum exercens ſupremam iuriſdictionem in Sicilia, & Sardinia?
R. Vt certum: non ſubiacere. ibid.
9. An inuadens, vel deſtruens bona priuatorum in terris Romanæ Eccleſiæ exiſtentia, cenſuram huius Canonis incurrat?
R. Tanquam certum: Non incurrere. ibid.
10. An qui Sede vacante, vel ſummo Pontifice ægrotan

Digitized by Google

ægrotante expoliant Palatium ſacrum, excommunicatione huius Bullæ ligentur?
R. Vt certum: Iam non ligari. ibid.

TRACTATVS IV.

De Suſpenſione, ſecunda cenſura Eccleſiæ.

DISPVTATIO. I.

De diuiſione, & natura Suſpenſionis.

Q. 1. QVot modis accipitur Suſpenſio?
R. Quod, tribus, præcipuè: Nempè, latiſſimè; minus latè, & propriè, ac ſtrictè. 350
2. Quid eſt ſuſpenſio propriè, & in rigore accepta?
R. Quòd eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus ob ſuam culpam priuatur à iure, vel à iudice vſu ſui officij, aut beneficij, &c. ibid.
3. Quotuplex ſit ſuſpenſio hæc propriè dicta?
R. Quòd multiplex: Legatur. ibid.
4. An ſuſpenſio eſſentialiter differat à cæteris cenſuris, & pœnis?
R. Vt certum: Differre. 351

DISPVTATIO II.

De cauſa Efficienti, Materiali & Formali Suſpenſionis.

Q. 1. AN omnis qui excommunicare poteſt, poſſit etiam ſuſpendere?
R. Vt certum: Poſſe. 351
2. An ſuſpenſus à iuriſdictione, poſſit alium ſuſpendere?
R. Poſſe validè, ſi non eſt nominatim ſuſpenſus & denunciatus: ſecus ſi talis eſt. ibid.
3. An è contra, omnes qui excommunicari poſſunt; poſſint etiam ſuſpendi?
R. Vt certum: Quòd non omnes. ibid.
4. An omnes perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint ſuſpendi?
R. Quòd non; quia Papa nequit ſuſpendi. ibidem.
5. An Communitas aliqua poſſit ſuſpendi?
R. Vt certum: Poſſe. ibid.
6. An ſuſpenſio propriè dicta, poſſit imponi abſque culpa?
R. Vt certum: Non poſſe. ibid.
7. An ſuſpenſio huiuſmodi, quæ eſt cenſura, imponi poſſit pro culpa aliena?
R. Poſſe Communitati; non particulari, imponi pro culpa aliena. 352
8. An quando ſuſpenditur communitas, v.g. capitulum Canonicorum, & aliqui de capitulo ſunt innocentes, hi tali ſuſpenſione comprehendantur?
R. Non comprehendi, caſu quo ſuſpenſio ponatur propter culpam membrorum, ſeu Capitularium: ſecus ſi ponatur ob culpam regentis Capitulum: v.g. Epiſcopi, vel Decani. ibid.
9. An ſuſpenſio imponi aliquando poſſit pro peccato veniali?
R. Probabilius: Suſpenſionem maiorem, ſeu totalem non poſſe imponi: bene tamen minorem, ſeu partialem. ibid.
10. An forma, ſub qua ſententia ſuſpenſionis fertur, habeat verba determinata?
R. Vt certum: Quòd non. 353
11. An ſuſpenſio debeat ferri in ſcriptis, poſt monitionem, &c?
R. Debere. ibid.

DISPVTATIO III.

De effectibus Suſpenſionis, tam in genere, quàm in ſpecie.

Q. 1. AN Suſpenſus ab vno effectu; cenſeatur etiam ſuſpenſus ab aliis actibus, ſeu effectibus?
R. Non cenſeri. 353
2. An ſuſpenſio abſolutè, & ſine reſtrictione prolata, ſuſpendat abſolutè ab omnibus, hoc eſt, ab officio, & beneficio?
R. Probabilius: A nullo effectu ſuſpendere. ibidem.
3. An ſuſpenſio ab officio, ſimpliciter, & abſolutè lata, priuet omni vſu, tam Ordinis, quàm iuriſdictionis?
R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.
4. An ſuſpenſus, ſine limitatione, ab officio, ſit etiam cenſendus ſuſpenſus à beneficio?
R. Vt multò probabilius: Quòd non. ibid.
5. An ſuſpenſus ab officio, poſſit fructus beneficij, quod habet percipere?
R. Poſſe: ſi alias beneficio inſeruiat. 354
6. An ſuſpenſo abſolutè ab officio, validè poſſit conferri nouum beneficium?
R. Probabilius: Quòd ſic. ibid.
7. An ſuſpenſo ab officio, non ſolùm validè, (vt vidimus) ſed etiam licitè, poſſit beneficium conferri?
R. Vt longè probabilius: Non poſſe licitè. ibid.
8. An ſaltem, ſuſpenſus ab officio in perpetuum per iudicis ſententiam, ſit quoque à beneficio ſuſpenſus?
R. Probabilius: Nec in eo caſu, eſſe à beneficio ſuſpenſum. 355
9. An ſuſpenſus ab officio, poſſit Sacramenta, præter ordinem ſaltem, recipere, & diuinis officiis intereſſe?
R. Poſſe. ibid.
10. An etiam poſſit ordinis Sacramentum recipere, qui ab officio eſt abſolutè ſuſpenſus?
R. Probabilius: Non poſſe licitè: ſecus validè. ibidem.
11. An ſuſpenſus à beneficio, ſit ſuſpenſus ab officio?
R. Quòd non. ibid.
12. An ſuſpenſio ab ordine ſimpliciter lata, prohibeat quemcunque, tam maioris, quàm minoris ordinis, actum?
R. Prohibere. ibid.
13. An ſuſpenſus ſimpliciter à collatione, ſeu receptione ordinum; ſit etiam ſuſpenſus à collatione, & receptione primæ tonſuræ?
R. Vt longè probabilius: Quòd non. ibid.

14. An

Digitized by Google

14. An ſuſpenſus ab ordine ſuperiori, cenſeatur ſuſpenſus ab ordine inferiori?

R. Vt certum: Non cenſeri. 356

15. An ſuſpenſio facta determinatè ab ordine inferiori addita particula, *ſolùm*, ſeu, *tantùm*, prohibeat exercitium ordinum ſuperiorum?

R. Vt certum: Non prohibere. ibid.

16. An ſaltem, Suſpenſus ab ordine inferiori, ſine vlla reſtrictione, cenſeatur Suſpenſus ab ordine ſuperiori, etiam caſu, quo hic non includat actum inferioris, ſeu vſum?

R. Quòd, licèt aliqui negent: alij contra affirment, nequeat exercere actum ſuperioris ordinis: quamuis ſi de facto exerceat, non incurrat irregularitatem. ibid.

17. An Suſpenſus ab officio prædicandi, cenſeatur etiam ſuſpenſus, à lectione Euangelij, & ab aliis actibus Diaconatus?

R. Quòd non. ibid.

18. An Suſpenſus à Diaconatu, vel ſubdiaconatu diuiſiuè, maneat ab aliquo Suſpenſus?

R. Quòd (licèt aliqui dicant à nullo: alij ab vtroque manere Suſpenſum) maneat ab vno, vel altero determinatè, ad electionem Suſpenſi. 357

19. An Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſit Sacramentorum capax?

R. Eſſe. ibid.

20. An Suſpenſus ab ordine, ab Horarum liberetur onere?

R. Vt certum: Non liberari. ibid.

21. An Epiſcopus Suſpenſus ab ordine Pontificali, maneat etiam ſuſpenſus ab exercitio ſuæ iuriſdictionis?

R. Quòd non. ibid.

22. An Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, ſit tantùm Suſpenſus ab vſu inſignium, quæ Epiſcopis ferre eſt in more?

R. Tantùm. ibid.

23. An ſuſpenſus ab ordine, maneat etiam Suſpenſus à iuriſdictione?

R. Vt certum: Non manere ſuſpenſum à iuriſdictionis actibus, niſi aliàs ſint connexi, & fundati in ordine. ibid.

24. An Suſpenſus à iuriſdictione ſimpliciter, maneat etiam Suſpenſus ab ordine?

R. Non manere, niſi ſolùm ab illis actibus ordinis qui iuriſdictionem requirunt. 358

25. An Suſpenſus ab Ordine, ſit etiam Suſpenſus à iure eligendi?

R. Quòd non. ibid.

26. An Suſpenſus à beneficio, ſit prohibitus percipere fructus talis beneficij?

R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.

27. An ſuſpenſo à beneficio, ſint denegandi fructus beneficij, antequam à iudice illis priuetur?

R. Probabilius: Eſſe denegandos. ibid.

28. An beneficiarius ſuſpenſus à beneficio, poſſit licitè percipere fructus beneficij, ſi præſtet officium, quod beneficium exigit?

R. Probabiliùs: Non poſſe. ibid.

29. An ſaltem, Suſpenſus à beneficio, ſi egeat, poſſit fructus ſui beneficij percipere ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum?

R. Probabiliùs: Non poſſe caſu, quo ſit Suſpenſus pro contumacia: bene tamen ſi ſit ſuſpenſus in pœnam delicti commiſſi, & non ſit in eius poteſtate vt pœna Suſpenſionis tollatur. 359

30. An ſuſpenſus à beneficio, ſit etiam Suſpenſus à iure eligendi, confirmandi, & conferendi beneficium, quòd ei conuenit ratione beneficij, à quo ſuſpenſus eſt?

R. Probabiliùs: Quòd non. ibid.

31. An Suſpenſo ſimpliciter à beneficio poſſit, non ſolùm validè, ſed etiam licitè, nouum beneficium dari?

R. Probabiliùs: Poſſe validè, ſed non licitè. ibidem.

32. An qui multa habet beneficia, ſi ſimpliciter à beneficio ſuſpendatur; ab omnibus maneat ſuſpenſus?

R. Manere ab omnibus, ſi ſuſpenſio lata ſit propter cauſam generalem: ſecus ſi propter particularem. 360

33. An Suſpenſus ſimpliciter à beneficio, maneat etiam Suſpenſus à iure percipiendi penſiones?

R. Quòd (licèt alij negent: alij contra affirment) maneat ſuſpenſus à penſione, quæ datur titulo ſpirituali, & Eccleſiaſtico: non verò à penſione, quæ non datur ex hoc titulo. ibid.

34. An Suſpenſus à beneficio, priuatus maneat etiam diſtributionibus quotidians, quæ propter diuinas Horas, & officium, clericis aſſiſtentibus dari ſolent?

R. Vt longè probabiliùs: Manere etiam priuatum. ibid.

35. An Epiſcopus, qui ſimpliciter ſuſpenditur à beneficio, ſit etiam Suſpenſus à Pontificatu?

R. Quòd ſic. ibid.

36. An præter aſſignatas res, ſint actiones aliquæ, quibus Suſpenſus à beneficio, priuetur?

R. Eſſe aliquas, vt locationes beneficiorum, &c. ibidem.

37. An Suſpenſio lata, abſque loci determinatione, extendatur ad omne beneficium, vbicunque illud ſit, aut poſſideatur?

R. Probabiliùs: Extendi. 361

38. An ſuſpenſio lata ſimpliciter, abſque determinatione temporis, ſemper duret, donec per habentem poteſtatem auferatur?

R. Affirmatiuè. ibid.

39. An Suſpenſio lata cum temporis determinatione, duret intra tempus determinatum, & eo tempore elapſo, ceſſet?

R. Affirmatiuè. ibid.

40. An Suſpenſus peccet mort. exercendo actum, à quo eſt Suſpenſus?

R. Vt certum: Peccare mort. niſi excuſet illum paruitas materia. ibid.

41. An teneantur fideles vitare Suſpenſum, in rebus, à quibus Suſpenſus eſt?

R. Probabiliùs: Non teneri, niſi caſu quo quis cooperaretur cum Suſpenſo in malo vſu Miniſterij. ibidem.

42. An qui audit Miſſam Sacerdotis nominatim Suſpenſi à diuinis, peccet mortaliter?

R. Probabiliùs: Non peccare mort. niſi illi inſeruiat, &c. 362

43. An ſi Suſpenſus faciat actus, à quibus Suſpenſus eſt, ſint validi?

R. Vt certum: Eſſe validos actus Ordinis: ſecus verò iuriſdictionis facti à ſuſpenſo nominatim denunciato. ibid.

DISPV

DISPVTATIO IV.

De Suſpenſionibus in particulari, quæ à iure lata ſunt.

§. I.

De Suſpenſionibus latis contra Clericos.

Q. 1. AN qui ordinantur ab Epiſcopo hætetico; aut ſchiſmatico; aut excommunicato nominatim; aut ſimoniaco declarato, ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto maneat?

R. Affirmatiuè. ibid.

DVB. An incurrat hanc ſuſpenſionem etiam, qui ignorans Epiſcopum eſſe hæreticum, excommunicatum, &c. ab illo ordinem recipit?

R. (Quidquid alij affirment, alij negent,) quod non incurrat veram Suſpenſionem; ſed ad ſummum aliquam inhabilitatem, quæ eum in foro externo ab executione ordinum impediat. Et contrà facientes non incurrunt irregularitatem. ibid.

2. An etiam maneat ſuſpenſus ab ordine ſuſcepto, qui ordinatur ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renunciauit?

R. Vt certum: Manere. 363

3. An qui ante legitimam ætatem, aut extra tempora, recipit ordines ſacros, maneat ipſo iure, ſuſpenſus ab ordinibus ſic ſuſceptis?

R. Vt certum: Manere.

Circa hanc Suſpenſionem ſit

1. *Dub.* An qui in Gallia ordinem ante legitimam ætatem, &c. recipiunt, ipſo facto ab ordine ſic ſuſcepto Suſpenſi maneant?

R. Eſſe probabile: Non manere ipſo facto ſuſpenſos, ſed ſuſpendendos eſſe. ibid.

2. An qui ante ætatem &c, Ordines etiam minores accipiunt, pariter ſint, eo ipſo à ſuſceptis Ordinibus ſuſpenſi?

R. Non eſſe ſuſpenſos: Sed ſuſpendendos. ibidem.

3. An etiam incurrat hanc ſuſpenſionem, qui bona fide, ante legitimam ætatem Ordinem ſacrum ſuſcepit?

R. Quòd non. ibid.

4. *Dub.* An, ſi ſic bona fide Ordinatus, adueniente mala fide, ante legitimam ætatem celebret, incurrat irregularitatem, vel ſaltem peccet mortaliter?

R. Probabiliùs: Peccare mort. ſed non incurrere irregularitatem. ibid.

5. *Dub.* An ille, qui ob receptionem Ordinis ſacri ante ætatem, mala fide, ſuſcepti, ſuſpenſus manet; poſſit, ætate completa, abſque vlla ſuperioris diſpenſatione, celebrare?

R. Probabiliùs: Non poſſe. Secus dicendum de illo, qui bona fide ante legitimam ætatem ſacris initiatis fuit, nam hic completa ætate abſque vlla diſpenſatione poteſt celebrare. ibid.

6. *Dub.* An, qui mala fide Ordinem maiorem, v.g. Sacerdotium, ante legitimam ætatem recipit; non ſolùm maneat ſuſpenſus ab exercitio Sacerdotij, ſed etiam ab exercitio aliorum Ordinum, nempè Diaconatus, & Subdiaconatus, ante legitimè ſuſceptorum?

R. P. Leand. de Cenſuris.

R. Probabiliùs: Non manere ſuſpenſum, niſi ab Ordine, verbi gratia Sacerdotio, mala fide ſuſcepto. 364

7. *Dub.* An Sacerdos, qui mala fide, ante legitimam ætatem Sacerdotium accepit, non ſolùm maneat ſuſpenſus, ſed etiam irregularis, conſecrando ſimul cum Epiſcopo Ordinante?

R. Probabiliùs: Quòd licet maneat ſuſpenſus, non tamen irregularis. ibid.

8. *Dub.* An Confeſſarius, poſſit, vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere quem à ſuſpenſione incurſa, per receptionem Ordinis maioris, ante legitimam ætatem?

R. Probabiliùs: Poſſe; non tamen diſpenſare, vt adminiſtret ante ætatis complementum. ibid.

4. An, Ordinatus per ſaltum, recipiendo Ordinem ſuperiorem, inferiori prætermiſſo; maneat ipſo iure ſuſpenſus ab Ordine ſic ſuſcepto?

R. Probabiliùs: Manere ipſo iure. ibid.

Circa hanc Suſpenſionem ſit.

1. *Dub.* An, qui per ſaltum Ordinem ſuſcepit, ſuſpenſus ſolùm maneat ab exercitio Ordinis ſuſcepti: an etiam ab exercitio aliorum, quos ritè ſuſceperat?

R. Probabiliùs: ſolùm manere ſuſpenſum ab Ordine, quem per ſaltum ſuſcepit: non ab aliis. ibidem.

2. *Dub.* An, qui Ordinatus eſt per ſaltum, poſſit Ordinem prætermiſſum recipere, ſine diſpenſatione?

R. Probabiliùs: Non poſſe. 365

3. *Dub.* An etiam ſuſpendatur ipſo facto, qui Ordinatur per ſaltum, in Ordinibus minoribus: aut qui relictis Ordinibus minoribus, Ordinem Subdiaconatus recipit?

R. Probabiliùs: Etiam ſuſpendi ipſo facto, & iure. ibid.

4. *Dub.* An Epiſcopus, poſſit in hac ſuſpenſione diſpenſare?

R. Vt Probabiliùs longè: Poſſe; dummodo talis ſic Ordinatus in malè ſuſcepto Ordine, vel in prætermiſſo, non miniſtrauerit: quia tunc iam incurrit irregularitatem, à qua ſolus Papa diſpenſare poteſt, ſi delictum eſt publicum. ibid.

5. *Dub.* An huiuſmodi ſuſpenſio contracta per Ordinationem per ſaltum, tolli etiam poſſit, per Bullam Cruciatæ.

R. Poſſe: & ad minus in foro conſcientiæ. ibid.

5. An, qui innodati cenſura aliqua excommunicationis maioris, ſuſpenſionis; vel interdicti, Ordinem maiorem ſuſcipiunt, ſuſpenſi ſunt, ipſo iure?

Circa hanc Suſpenſionem, ſit

1. *Dub.* An etiam maneat ſuſpenſus, qui aliqua cenſura innodatus, recipit Ordines minores?

R. Probabiliùs: Etiam manere. ibid.

2. *Dub.* An, hanc ſuſpenſionem incurrat excommunicatus, aut ſuſpenſus &c. qui ex probabili ignorantia, vel inaduertentia ſuæ excommunicationis, aut ſuſpenſionis, &c. aliquem Ordinem recipit?

R. Probabiliùs: Quòd non. 366

3. *Dub.* An ſaltem incurrat ſuſpenſionem hanc, qui exiſtens excommunicatus, vi, & metu cadente in

in conſtantem virum, cogitur recipere Ordines?
R. *Probabilius: Nec hunc incurrere ſuſpenſionem.* ibid.
6. An qui ficto titulo (nempè ficto patrimonio, aut ficto beneficio; aut penſione) ordinatur, ſuſpenſionem incurrat?
R. *Probabilius: Incurrere.* ibid.
7. An ſuſcipiens ordines, non ſeruatis interſtitiis, ſuſpenſionem incurrat?
R. *Probabilius: Non incurrere, quamuis grauiter peccet.* ibid.
8. An ſuſcipiens duos ordines ſacros in vna die, ſuſpenſionem ipſo facto incurrat?
R. *Probabilius: Quòd ſic.* ibid.
9. An etiam incurrat Suſpenſionem eandem, qui eodem die, minores ordines cum Subdiaconatu ſuſcipit?
R. *Probabilius: Quòd non.* 367
10. An ipſo facto maneat ſuſpenſus, qui aliquem ordinem, per ſimoniam realem ſcienter recipit?
R. *Manere ſuſpenſum; & ab omnibus ordinibus ſuſceptis, vt ſtatim.* ibid.

Circa hanc Suſpenſionem ſit

1. *Dub.* An qui bona fide, & ignoranter recipit ordines ſimoniacè: maneat etiam ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto?
R. *Probabilius: Non manere.* ibid.
2. *Dub.* An qui per ſimoniam realem, ſcienter ordinatur; ſuſpenſionem omnium ordinum, quos habet, incurrat?
R. *Probabilius: Affirmatiuè.* ibid.
11. An qui furtiuè, hoc eſt, neſciente Epiſcopo, nec approbante, nec examinante, ordines ſuſcipit; ſit ipſo facto, & iure, à ſuſceptis ſuſpenſus?
R. *Affirmatiuè.* ibid.
12. An qui poſt matrimonium contractum, etiam non conſummatum, ſacros ordines ſuſcipit, maneat ipſo facto, ſuſpenſus ab ordinibus ſic ſuſceptis?
R. *Manere à ſuſceptis, & à ſuſcipiendis, & ab omni officio & beneficio Eccleſiaſtico, ſuſpenſum.* ibid.

Circa hanc Suſpenſionem ſit

1. *Dub.* An ſic ordinatus maneat ſuſpenſus, etiam ab ordinibus ante matrimonium ſuſceptis?
R. *Quòd non, ſed ſolùm ab ordinibus poſt matrimonium ſuſceptis.* ibid.
2. *Dub.* An etiam maneat ſuſpenſus, qui ex ignorantia, putans bona fide, vxorem eſſe mortuam, ordines ſacros ſuſcipit?
R. *Non manere Suſpenſum: Quamuis debeat ſic ordinatus ab vſu ordinum, durante matrimonio, non amplius, abſtinere.* ibid.
13. An Clericus in ſacris conſtitutus, publicè, & notoriè concubinarius, aut fornicarius, ſit ſuſpenſus?
R. *Eſſe, ſecundum ius antiquum.* 368

Circa hanc Suſpenſionem ſit

1. *Dub.* An huiuſmodi ſuſpenſio, ſit ipſo iure lata?
R. *Probabilius: Eſſe.* ibid.
2. *Dub.* An hæc ſuſpenſio, ſit iam abrogata per diſſuetudinem?
R. *Æquè probabiciter: Eſſe iam.* ibid.
14. An qui ab Epiſcopo alieno, ſine licentia proprij, ſcienter ſacris initiatur, ſit ipſo iure ſuſpenſus;
R. *Vt certum: Eſſe: & ſi ante abſolutionem in ordine accepto adminiſtret, ſit irregularis.* ibid.

Circa hanc Suſpenſionem ſit

1. *Dub.* An etiam, qui minores ordines, aut etiam primam tonſuram, ab alieno Epiſcopo recipit, ipſo facto ſuſpenſionem eorundem incurrat?
R. *Iam incurrere, poſt decretum Vrbani VIII.* ibidem.
2. *Dub.* An à prædicta ſuſpenſione excuſet bona fides, ſeu ignorantia mortaliter culpabilis?
R. *Excuſare.* ibid.
3. *Dub.* An ab hac ſuſpenſione poſſit Epiſcopus nunc abſoluere?
R. *Poſſe nunc, ſi delictum ſit occultum.* ibid.
15. An ordinati cum dimiſſoriis à Capitulo, ſede vacante, obtentis infra annum vacationis, incidant in ſuſpenſionem?
R. *Vt certum: Incidere, niſi caſu, quo beneficij recepti, vel recipiendi neceſſitas cogat.* 369
16. An etiam in ſuſpenſionem incidat, qui adhuc à proprio Epiſcopo ordinatur in aliena Diœceſi, ſine licentia proprij?
R. *Vt certum: Etiam incidere.* ibid.
17. An clericus; publicè ſaltem, Sodomita, ſit ipſo iure ſuſpenſus?
R. *Æquè probabiliter: Non eſſe ſuſpenſum: neque irregularem.* ibid.
16. An clericus publicè portans veſtes virgatas, vel partitas: Hiſpanè, *veſtitos bordados, ô texidos de diuerſas colores*, ſit ipſo iure ſuſpenſus?
R. *Vt certum: Eſſe.* ibid.

Circa hanc Suſpenſionem ſit

1. *Dub.* An in aliquo caſu, poſſit Clericus vtens prædictis veſtibus, excuſari à ſuſpenſionis pœna?
R. *Quòd ſic; & in pluribus caſibus. Legantur.* 370
2. *Dub.* An hæc ſuſpenſionis pœna, ſit conſuetudine abrogata?
R. *In multis videri derogatam.* ibid.
19. An maneat ſuſpenſus Sacerdos, qui etiam intuitu cuiuſuis priuilegij, aut conſuetudinis, ſponſis benedicit, aut matrimoniio coniungit, ſine proprij illorum Parochi licentia?
R: *Manere ſuſpenſum.* ibid.

Circa hanc ſuſpenſionem ſit

1. *Dub.* An hæc ſuſpenſio ſit ipſo iure lata?
R. *Probabilius: Eſſe.* ibid.
2. *Dub.* An prædictus Sacerdos matrimonio aſſiſtens, ſolùm maneat Suſpenſus ab officio Sacerdotali?
R. *Æquè probabiliter: Non ſolùm ab officio Sacerdotali, ſed etiam à beneficio manere Suſpenſum.* ibid.
20. An celebrans Miſſam, & in ea non communicans, maneat, ipſo iure Suſpenſus?
R. *Manere Suſpenſum per annum à communione.* ibid.
21. An Sacerdos, qui ſine graui cauſa, Miſſam incompletam omitteret; ipſo iure, & facto ſuſpendatur à Corpore, & Sanguine Chriſti?
R. *Probabilius. Quòd ſic.* ibid.

22. An

Digitized by Google

12. An ſint aliæ Suſpenſiones ipſo iure, contra Clericos latæ?
R. Eſſe alias: Legantur. ibid.

§ II.

De Suſpenſionibus latis in iure contra Epiſcopos.

13. Quot, & quæ ſunt ſuſpenſiones latæ in iure contra Epiſcopos, & alios Prælatos maiores?
R. Præcipuas eſſe viginti quatuor: Legantur. 371

§. III.

De Suſpenſionibus latis in iure contra Religioſos.

14. Quot, & quæ ſunt Suſpenſiones latæ in iure, & in aliis Bullis Pontificum, contra Religioſos?
R. Principales eſſe quatuordecim: Legantur. 373
15. An Suſpenſus, mort. peccet violando ſuſpenſionem?
R. Peccare mort. ex ſuo genere: Licèt ex paruitate materiæ poſſit à mortali excuſari. 374

DISPVTATIO V.

De Abſolutione à Suſpenſione.

Q. 1. AN Suſpenſio lata ad certum tempus: v. g. *per menſem*, vel ſub conditione v. g. *Donec ſatisfecerit*: eo tempore elapſo, vel facta ſatisfactione ceſſet ſuſpenſio, ſine noua abſolutione?
R. Non ceſſare ex vi iuris, ſine noua abſolutione: bene tamen ex vi conſuetudinis vbi legitimè introducta eſt. 374
2. An Suſpenſio hæc, ſi lata ſit à iure, ad certum tempus, poſſit auferri ab Epiſcopo, ante tempus completum?
R. Vt certum: Non poſſe, niſi à ſolo Papa. ibid.
3. An ſaltem, poſſit Epiſcopus abſoluere à ſuſpenſione lata à iure, etiamſi reſeruata ſit Papæ, ſi proueniat à delicto occulto?
R. Tunc poſſe. ibid.
4. An à ſuſpenſione lata à iure ſimpliciter, & abſolutè, abſque eo, quod reſeruata ſit Papæ, poſſit Epiſcopus abſoluere?
R. Poſſe abſolutè. ibid.
5. An à ſuſpenſione lata ſimpliciter in pœnam; poſſit quis abſolui per Bullam Cruciatæ?
R. Poſſe. 375
6. An in abſolutione ſuſpenſionis, requirantur verba determinata?
R. Non requiri: Licèt ſit neceſſaria aliqua forma, &c. ibid.
7. An in abſolutione ſuſpenſionis, ſit neceſſarium exprimere cauſam, ob quam contracta eſt?
R. Non eſſe neceſſarium. ibid.

TRACTATVS V.

De Interdicto, Tertia Cenſuræ ſpecie.

DISPVTATIO I.

De eſſentia, & diuiſione Interdicti.

Q. 1. QVid ſit Interdictum ſecundum ſe?
R. Quòd eſt, Cenſura Eccleſiaſtica prohibens vſum quarundam rerum diuinarum, vt fidelibus communem, & quatenus eſt vſus talium rerum. 376
2. An Interdictum in communi, rectè diuidatur in interdictum locale, perſonale, & mixtum ex vtroque?
R. Rectè diuidi: Etſi aliqui negent. ibid.
3. Quid ſit interdictum locale?
R. Quòd eſt, Cenſura Eccleſiaſtica, qua immediatè & directè interdicitur aliquis locus, ne in eo celebrentur diuina &c. ibid.
4. An Interdictum locale, rectè & adæquatè diuidatur in generale, & ſpeciale?
R. Rectè, & adæquatè diuidi; quidquid aliqui renuant. ibid.
5. An Interdictum, quo omnes Eccleſiæ alicuius Regni, Prouinciæ, aut Ciuitatis, &c. interdicuntur; ſit interdictum generale, caſu, quo non vniuerſaliter omnis locus dicti Regni, Prouinciæ, &c. ſit interdictus?
R. Probabilius: Non eſſe generale, ſed ſpeciale. 377
6. An etiam, Interdictum poſitum in vna Parochia Ciuitatis, vel oppidi, in quo ſunt plures Parochiæ ſit item dicendum ſpeciale, & non generale?
R. Eſſe item ſpeciale, ſi nomine Parochiæ, ſumatur pro ſolo templo Eccleſiæ Parochialis: generale verò non tantùm pro ſola Eccleſia: ſed etiam pro toto diſtrictu locali & profano illius. ibid.
7. An ſi interdicatur hæc Ciuitas, excepta vna, vel altera Eccleſia, ſit etiam dicendum Interdictum generale?
R. Vt longè probabilius: Eſſe generale, & non ſpeciale. ibid.
8. An Interdicta aliqua Ciuitate, interdicantur etiam ſuburbia, locáque ei contigua?
R. Vt certum: Etiam interdici. ibid.
9. An caſu, quo ſuburbia, aut loca contigua Ciuitatis interdictæ, pertineant ad alteram Diœceſim, aut alium Dominum, propter cuius culpam, Ciuitas eſt interdicta; tunc interdicta Ciuitate, ſint etiam interdicta ſuburbia, &c?
R. Vt longè probabilius: Etiam tunc eſſe interdicta ſuburbia, vi iuris communis. 378
10. An item, Interdicta Ciuitate, per interdictum locale generale; intelligantur etiam interdictæ Religioſorum exemptorum Eccleſiæ?
R. Vt certum: Quod ſic. ibid.
11. An deinde poſſit Epiſcopus interdicere Eccleſias Regularium, interdicto ſpeciali locali, ſicut poteſt Interdicto generali?
R. Vt certum: Quòd non. ibid.
12. An Interdicta Ciuitate, aut Diœceſi, interdicto generali; intelligatur interdicta Eccleſia Cathedralis?

R. Vt certum : Intelligi : quidquid alij negent. ibidem.

13. An item, caſu, quo ſpeciali interdicto, ſub generali tamen nomine, interdicantur omnes Eccleſiæ ciuitatis ; Interdicta cenſeatur Eccleſia Cathedralis ?

R. Probabilius : Adhuc in hoc caſu , cenſeri. 379

14. An Interdicta tota Diœceſi , maneat interdicta ciuitas , quæ eſt caput eius, & conſequenter Eccleſia Cathedralis , vnà cum aliis , quæ ſunt in ciuitate ?

R Probabilius: Affirmatiuè. ibid.

15. An, Interdicta Eccleſia ; intelligantur interdictæ Capellæ , & Cœmeteria contigua Eccleſiæ ?

R. Vt certum : Intelligi. ibid.

16 An caſu, quo ſint duæ Eccleſiæ contiguæ , ſolo communi pariete intermedio ; tunc ſi vna ex illis interdicto ſpeciali interdicatur , maneat conſequenter altera interdicta ?

R. Vt certum : Non manere, niſi illam tantùm Eccleſiam, in quam fertur interdictum. ibid.

17. An Interdicta Eccleſia ; interdicta ſit cenſenda pars illa, quæ poſteà ei aduenit ?

R. Quòd ſic. ibid.

18. An Interdictum generaliter latum , contra terras alicuius Principis ; cadat in omnes terras , quarum Princeps dominium habet ?

R. Vt certum : In omnes cadere. ibid.

19. An ſi vendatur terra interdicta , aut donetur à domino ſubiaceat adhuc interdicto ?

R. Probabilius : Adhuc ſubiacere , donec à Superiori relaxetur. 380

20. An Interdictum poſitum in terras alicuius Pſincipis , cadat etiam in terram acquiſitam ab ipſo, poſt latum Interdictum ?

Æquè probabiliter : Etiam cadere. ibid.

21. An qui habet duo domicilia, vnum in loco, vbi totus populus eſt generaliter interdictus ; alium in loco non interdicto , cenſendus ſit interdictus ?

R. Probabilius : Eſſe interdictum , dum actu habitat in loco Interdicto : Minimè verò dum eſt in loco non interdicto. ibid.

22. Quid ſit Inte[rdi]ctum perſonale ?

Quòd eſt, Cenſura Eccleſiaſtica, qua immediatè;& directè ac primo , & per ſe , prohibetur perſona aliqua audire diuina officia , vbicunque ſit. *ibidem.*

23. Quotuplex ſit Interdictum perſonale ?

R. Quòd duplex : Generale , videlicet , & ſpeciale , ſeu particulare. Generale dicitur , quando aliqua hominum vniuerſitas Interdicitur : ſpeciale verò , quando aliqua perſona determinata , aut vna tantùm de communitate. ibid.

24. An Interdicto Populo , aut communitate ; maneant Interdicti illi , qui de nouo, poſt tale Interdictum , fiunt partes illius populi , aut Communitatis ?

R. Affirmatiuè. 381

25. An Interdicto Clero, cenſeantur Interdicti Religioſi,ac Religioſæ ?

R. Probabilius : Quòd non ; niſi aliàs contrarium conſtet de mente legis latoris ; aut Religioſi habeant beneficium ſæculare , aut Paſtoratum., &c. ſi legiſlator eſt Papa ; ſecus, ſi illo Inferior. ibid.

26. An ſaltem , ſi cenſura Interdicta feratur ſub nomine perſonarum Eccleſiaſticarum ; comprehendantur Religioſi ?

R. Vt certum : Comprehendi omnes Religioſos , & Religioſas,& ſi talis cenſura lata ſit à Papa. ibid.

27. An Interdicto populo , cenſeatur interdictus clerus ; & è contra ?

Non cenſeri. ibid.

28. An Interdicta familia aliqua ſint etiam Interdicti clerici illius familiæ ?

R. Quòd ſic. 382

29. An etiam, qui poſt latum Interdictum in familiam , fit de nouo de tali familia ; incurrat Interdictum ?

R. Vt certum ; Quòd non incurrat. ibid.

30. An Interdicto populo ; maneant etiam interdictæ perſonæ primariæ , & inſignes ipſius populi; vt ſunt Nobiles, Duces , Marchiones, & ſimiles, quamuis non ſint ſpecialiter nominatæ?

R. Vt certum : Etiam manere. ibid.

31. An Interdicto populo ; ſint interdicti , qui habitant in ſuburbiis,& continentibus ædificiis?

R. Eſſe interdictos : niſi aliàs diuerſum populum , vel vniuerſitatem efficiant. ibid.

32. An Interdicta aliqua ciuitate ; cenſeantur interdicti, qui in ea ad tempus habitant, ſtudij , vel negotiorum cauſa ?

R. Non cenſeri : niſi aliàs eſſent culpabiles in delicto , ob quod latum eſt interdictum. ibid.

33. An Interdicta aliqua communitate ; cenſeantur Interdicti amentes , aut infantes carentes vſu rationis ?

R. Vt longè probabilius : Non cenſeri interdictos. 383

34. An etiamſi interdictum generale, latum ſit in locum ; poſſint adhuc pueri, & amentes ad Miſſam, & ad alia diuina officia admitti ?

R. Æquè probabiliter : Poſſe adhuc admitti. ibid.

35. An ſicut tempore interdicti , poſſunt paruuli carentes vſu rationis , aut mente capti,admitti ad diuina officia : ſic etiam poſſint admitti ad Eccleſiaſticam ſepulturam ?

R. Probabilius : Non poſſe admitti. ibid.

38. An Interdicto populo , cenſeantur Interdicti Innocentes, qui non dederunt cauſam culpabilem Interdicto ?

R. Vt certum : Cenſeri Interdictos. ibid.

37. An quando Interdicuntur ciues alicuius oppidi, maneant etiam Interdicti ciues, qui erant abſentes tempore, quo latum fuit Interdictum ?

R. Etiam manere Interdictos. ibid.

38. An Interdictis Doctoribus alicuius Academiæ, cenſeanturut etiam Interdicti Doctores clerici?

R. Probabilius : Etiam cenſeri. 384

39. An Interdicto perſonali generaliter lato , comprehendatur ille , qui illud poſuit, vel ſuperior,aut æqualis ?

R. Vt certum : Non comprehendi. ibid.

40. An ſaltem comprehendantur prædictæ Perſonæ, Interdicto locali ?

R. Comprehendi. ibid.

41. An poſito interdicto locali generali ; cenſeatur poſitum perſonale ?

R. Vt certum : Non cenſeri , niſi aliud exprimatur , ibidem.

41. An ſaltem è contrà, poſito interdicto generali perſonali ; cenſeatur poſitum interdictum locale generale,quamuis non exprimatur ?

R. Vt multo probabilius : Quòd non cenſeatur. ibidem.

DISP.V

Digitized by Google

DISPVTATIO II.

De cauſa efficienti, materiali, finali, & formali Interdicti?

Q. 1. AN omnes illi, qui excommunicare,& ſuſpendere poſſunt: poſſint etiam cenſuram Interdicti ferre?
R. *Vt certum: Poſſe.* 385
2. An Epiſcopi poſſint interdicere Clerum, & Eccleſiam, ſine conſenſu Capituli?
R. *Iam poſſe, non ex vi iuris, ſed conſuetudinis.* ibid.
3. An ſicuti Prælati Religionum poſſunt, poteſtate ordinaria, ferre Interdictum perſonale,in ſibi ſubditos: ita poſſint ferre Interdictum locale in ſuas Eccleſias,& loca?
R. *Vt certum: Non poſſe: quia oppoſitum eſt conſuetudine introductum.* ibid.
4. An Prælati poſſint ponere interdictum locale extra ſuam Prouinciam, Diœceſim, aut territorium?
R. *Vt certum: Non poſſe.*
5. An ſaltem, poſſint Prælati interdicere ſuos ſubditos exiſtentes in aliena Prouincia,Diœceſi,aut territorio?
R. *Vt certum: Poſſe quandiu manent ſub ſua iuriſdictione.* 386
6. An vniuerſa Eccleſia interdici poſſit?
R. *Vt certum: Poſſe interdici, ſed à ſolo Papa, vel à Concilio generali,Sede vacante.* ibid.
7. An Epiſcopus poſſit totam ſuam Diœceſim, ſuæ iuriſdictioni ſubiectam,interdicere?
R. *Vt certum: Poſſe.* ibid.
8. An loca non ſacra, ſeu, rebus diuinis non deputa, Interdici poſſint?
R. *Vt certum: Poſſe: quamuis id non ſit in vſu.* ibidem.
9. An omnes perſonæ,quæ excommunicari poſſunt, poſſint etiam interdici?
R. *Vt certum: Poſſe.* ibid.
10. An vniuerſitas, collegium,ſeu communitas, poſſit interdici?
R. *Vt certum: Poſſe interdici, etſi non excommunicari.* ibid.
11. An Epiſcopi cenſeantur interdicti per legem generalem, aut ſententiam, qua interdicuntur omnes,qui hoc,vel illud Interdictum commiſerint?
R. *Non cenſeri interdictos.* 387
12. An ad imponendum interdictum locale, etiam ſpeciale, requiratur culpa mortalis?
R. *Vt certum Requiri.* ibid.
13. An etiam, Interdictum perſonale generale, imponi non poſſit,niſi ob peccatum mortale?
R. *Non certum: Non poſſe.* ibid.
14. An ob peccatum ſuum veniale; poſſit quis Interdicto puniri?
R. *Non poſſe puniri Interdicto abſque limitatione ſumpto: Interdicto limitato quoad effectum & tempus.* ibid.
15. An Interdictum locale generale poſſit ferri, propter debitum pecuniarium, contractum ab aliqua communitate?
R. *Vt certum: Non poſſe, niſi de expreſſa licentia Papæ.* ibid.
16. An ſaltem, pro debito pecuniario poſſit ferri interdictum locale particulare, ſine licentia Pontificis?
R. *Probabilius: Poſſe.* 388
17. An pro debito pecuniario poſſit ferri Interdictum generale perſonale, hoc eſt, Interdictum communitatis?
R. *Probabilius: Poſſe.* ibid.
18. Quænam ſit cauſa finalis Interdicti?
R. *Quòd eſt correctio, & emendatio delinquentis, & lucrum animæ illius.* ibid.
19. An forma ſub qua Interdicti ſententia fertur,habeat verba determinata?
R. *Quòd non.* ibid.
20. An Interdicti ſententia debeat ferri in ſcriptis, expreſſione cauſæ, monitione præuia,&c?
R. *Debere ferri in ſcriptis: cum expreſſione cauſæ, & etiam cum præuia monitione, ſi Interdictum ponatur ad reprimendam contumaciam: non ſi ponatur vt pura pœna, ob delictum.* ibid

DISPVTATIO. III.

De effectibus in communi Interdicti.

Q. 1. QVot ſunt effectus Interdicti, ſiue localis, ſiue perſonalis?
R. *Quòd iam ſolum quatuor præcipuè; nempe, priuatio diuinorum officiorum. Priuatio aliquorum Sacramentorum. Priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, & Priuatio ingreſſus in Eccleſiam.* 388
2. An effectus Interdicti ſint ita inter ſe connexi, ſicut ſunt effectus excommunicationis?
R. *Quòd non: & ideo effectus Interdicti optimè poſſunt, etiam ab Epiſcopo,ab inuicem ſeparari.* 389

DISPVTATIO IV.

De primo effectu Interdicti, qui eſt, priuatio diuinorum Officiorum.

Q. 1. AN priuatio Diuinorum publicè dictorum, ſit primus effectus Interdicti integri?
R. *Quòd ſic.* 389
2. An aliqua officia diuina, licita fuerint iure antiquo, tempore interdicti localis generalis?
R. *Vt certum, Licita fuiſſe aliqua.* ibid.
3. An etiam tempore interdicti ſpecialis, fuerit licitum olim clericis,recitare modo dicto, Horas Canonicas?
R. *Probabilius: Non fuiſſe licitum.* ibid.
4. An modò, iure nouo, poſſint omnes Miniſtri Eccleſiæ, tempore Interdicti localis generalis, celebrare quotidie Miſſas,& alia officia diuina in Eccleſiis, & Monaſteriis, ſicut ſi non eſſet Interdictum?
R. *Tanquam certum: Poſſe iam, ſeruatis tamen quatuor conditionibus, nempe, quod id faciant, ianuis clauſis, voce ſubmiſſa: excluſis excommunicatis, & interdictis; & non pulſatis campanis.* 390
5. An etiam in Eccleſiis ſpecialiter interdictis,liceat Miſſas,& alia officia diuina celebrare quotidie ſeruatis conditionibus nuper poſitis?
R. *Vt certum: Non licere.* ibid.
6. An tempore interdicti localis generalis, ſit licitum celebrare quotidie officia diuina, ſeruata moderatione cap. *Alma mater.* ſecretò videlicet, &c. in Eccleſiis Hoſpitalium, & Monialium?
R. *Vt certum: Eſſe licitum.* ibid.

7. An etiam tempore interdicti localis generalis, liceat quotidie celebrare Miſſas, & alia diuina officia, in priuatis Oratoriis, quæ ſolent eſſe in communibus domibus?

R. Probabiliùs: Licere. ibid.

8. An Perſona interdicta, poſſit celebrare officia diuina, in Eccleſiis, & Monaſteriis, cum moderatione prædicti *cap. Alma?*

R. Vt certum: Non poſſe. ibid.

9. An tempore interdicti, ſolùm ſit licitum, dicere Miſſam diei?

R. Vt certum: Poſſe dicere quamcumque Miſſam. 391

10. An non ſolùm Sacerdotes loci generaliter interdicti, ſed etiam extranei, poſſint celebrare Miſſas in dicto loco, cum illis quatuor conditionibus *d. cap. Alma?*

R. Vt multò probabiliùs: Etiam extraneos poſſe. ibid.

11. An quando tempore interdicti localis generalis, celebrandæ ſunt Miſſæ, & alia diuina officia, neceſſum ſit, vt omnes portæ Eccleſiæ ſint omnino clauſæ?

R. Vt certum: Neceſſum eſſe. ibid.

12. An etiam ſit neceſſum, vt ianua, quam aliquæ Eccleſiæ verſus Clauſtrum habent, omnino claudatur, ſicut aliæ?

Reſpondeo Non eſſe ita neceſſum, ſi clauſtrum, ita ſit poſt Eccleſiam contentum, vt ad illud non pateat aditus, niſi per Eccleſiæ ianuas: ſecus aliàs. Ibid.

13. An requiratur etiam, vt ianuæ Eccleſiæ, ita ſint clauſæ, vt ab externis aperiri nequeant?

R. Vt certum: Id non requiri. ibid.

14. An rurſus requiratur, vt tempore dicti Interdicti, ponatur Oſtiarius ad ianuam Eccleſiæ, vt admittat priuilegiatos, & prohibitos ab ingreſſu repellet?

R. Quòd non requiritur ex præcepto; quamuis laudabile ſit id facere. ibid.

15. An tempore Interdicti, poſſint Clerici Miſſam, & alia diuina officia, cantare?

R. Vt certum: Poſſe, ſed non cantu ſolemni, aut vtendo organo; ſed ſubmiſſa voce, &c. 392

16. An caſu, quo, tempore Interdicti, non dicantur diuina officia in communi, ſed à duobus tantùm; ſit etiam neceſſum, claudere Eccleſiæ ianuas?

R. Probabiliùs: Non eſſe tunc neceſſum. ibid.

17. An excommunicati, & perſonaliter Interdicti, excludi debeant, Interdicti tempore, à celebratione Miſſæ, & aliorum diuinorum officiorum?

R. Vt certum: Debere excludi. ibid.

18. An tempore Interdicti, debeant etiam excludi à celebratione diuinorum officiorum, omnes laici, qui non ſunt excommunicati, nec interdicti?

R. Vt verum: Debere excludi (ſi aliàs priuilegium non habeant) & ſolos Clericos admittendos. ibid.

19. An laicus non excommunicatus, nec interdictus, poſſit in neceſſitate miniſtrare Sacerdoti ſacrum facienti?

R. Poſſe, dummodo nec excommunicatus, nec Interdictus ſit, nec item cauſam dederit Interdicto? ibid.

20. An Perſona, quæ priuilegium habet celebrandi, vel audiendi Miſſam, tempore Interdicti, poſſit ſecum in Eccleſiam ſuos familiares, & domeſticos adducere?

R. Vt certum: Poſſe. ibid.

21. An Clerici, qui ex vi Iuris communis (ſcilicet, *cap. Alma*, Tempore Interdicti, diuinis officiis aſſiſtere poſſunt; poſſint conſequenter ſecum adducere ſuos Familiares, iuxta priuilegium conceſſum in *cap. licèt*, citato?

R. Probabiliùs longè: Poſſe conſequenter. 393

22. An tempore Interdicti, vſus campanarum ſit ſimpliciter, & vndequaque prohibitus?

R. Vt certum: Quòd non, ſed ſolùm ille, qui tanquam ſignum publicum deſeruit ad conuocandum Populum ad officia diuina. ibid.

23. An ſaltem ſit licitum, Interdicti tempore, aliquo ſigno, quod non ſit Campanæ, conuocare Clerum ad officia diuina celebranda?

R. Vt verùm: Eſſe licitum. ibid.

24. An tempore Interdicti, licitum ſit, pulſare campanas ad ea omnia, quæ officia diuina non ſunt; vt ad Concionem, Salutationem Angelicam, &c?

R. Vt certum: licitum eſſe. ibid.

25. An etiam ſit licitum tempore Interdicti, pulſare in Miſſa, tintinnabulum in ſignum eleuationis Euchariſtiæ?

R. Vt longè probabiliùs: Non eſſe licitum. ibid.

26. An tempore Interdicti, ſit licitum, pulſare campanas ad notificandum, & Confirmandum Interdictum?

R. Non eſſe licitum, ſi id fiat, tempore, quo ſolent conuocari Clerici ad Horas Canonicas: ſecus ſi aliàs. 394

27. An tempore Interdicti, ſit licitum Religioſis, pulſare paruam campanellam pro diuinis officiis celebrandis?

R. Vt certum: Non eſſe licitum. ibid.

28. An in quatuor præcipuis feſtiuitatibus anni, nempè, Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & aſſumptionis Virg. Mariæ, permiſſum ſit, tempore Interdicti, Miſſas, & alia diuina, publicè, & ſolemniter celebrari?

R. Affirmatiuè. ibid.

29. An hæc ſuſpenſio Interdicti, & permiſſio celebrandi ſolemniter diuina, in prædictis quatuor feſtiuitatibus, duret per totam octauam earum?

R. Vt certum: Quòd non. ibid.

30. An ſaltem, ſuſpenſio Interdicti duret per tres, aut quatuor dies Natalis Domini; & tres primos Paſchæ, & Pentecoſtes?

R. Probabiliùs: Quòd ſic. ibid.

31. An huiuſmodi feſtiuitates incipiant à primis Veſperis Vigiliæ, & finiantur in ſecundis Veſperis; ita vt poſt illas, non liceat dicere Completorium cum ſolemnitate?

R. Probabiliùs: Has feſtiuitates (exceptis feſtiuitatibus Reſurrectionis, & Pentecoſtes, quæ incipiunt à Miſſa Vigiliæ) incipere à primis Veſperis, & finiri in vltimo Completorio feſti incluſiuè. 395

32. An ſuſpenſio Interdicti in feſtiuitatibus Natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, incipiat à Miſſa Vigiliæ?

Reſpondeo Incipere in feſtis Reſurrectionis, & Pentecoſtes: non verò in feſto Natalis Domini. ibidem.

33. An præter quatuor illas feſtiuitates aſſignatas, *in cap. Alma*, dentur aliæ, quæ ſuſpendant Interdictum locale generale?

R. Vt certum: Dari alias: nempè Corporis Chriſti, Conceptionis Virg. Mariæ, &c. Legentur. 396

34. An

34. An in prædictis quatuor feſtiuitatibus, in quibus per *cap. Alma*, ſuſpenditur Interdictum; ſolum permittitur celebrare Miſſas, & officia diuina propria illarum feſtiuitatum?
R. Vt certum: Non propria officia, &c. ſed alia quacumque poſſe celebrari. *ibid.*
35. An tempore Interdicti localis generalis, licitum ſit, recipere Sacramenta in præfatis feſtiuitatibus, in quibus conceſſum eſt, Miſſas, & alia diuina officia publicè, & ſolemniter celebrari?
Reſpondeo Licitum eſſe, recipere aliqua Sacramenta, &c. ibid.
36. An Sacerdotes non celebrantes, & alij Clerici, qui tempore Interdicti, Miſſæ, & aliis officiis diuinis aſſiſtere poſſunt; poſſint Euchariſtiam ſumere, more laicorum communicando?
R. Probabilius: Poſſe. *ibid.*
37. An tempore Interdicti, poſſint etiam laici Euchariſtiam ſumere, in illis diebus, in quibus, ex vi *cap. Alma*, aut alterius priuilegij, aſſiſtere Miſſæ poſſunt?
R. Probabilius: Etiam poſſe. 398
38. An ad implendum præceptum annuæ communionis, poſſit quis, aut debeat, tempore interdicti, communicare?
Reſpondeo Probabilius: Poſſe iam ex iure nouo. ibidem.
39. An Benedictiones nuptiales poſſint fieri tempore Interdicti, in aliis diebus, inquibus tex. in *cap. Alma*, permittit Miſſam, & alia officia diuina, publicè, & ſolemniter celebrari?
R. Poſſe fieri; dummodo non ſit tempus, in quo huiuſmodi Benedictiones, ſpeciali decreto Tridentini, interdicuntur. *ibid.*
40. An Omnes Clerici, ſaltem non coniugati, poſſint intereſſe diuinis officiis, tempore interdicti localis generalis?
Reſpondeo Poſſe, dummodo non ſint interdicti, aut excommunicati, aut cauſam dederint interdicto. 398.
41. An etiam Clerici coniugati, poſſint intereſſe Diuinis officiis, dicti Interdicti tempore?
R. Probabilius: Poſſe, caſu tamen ſolum, quo dicti Clerici coniugati cum vna, eaque Virgine, deputati ſint alicuius Eccleſiæ miniſterijs. *ibid.*
42. An teneantur audire Miſſam diebus feſtis, tempore Interdicti, qui priuilegium audiendi officia diuina, dicto tempore habent?
R. Vt longè probabilius: Teneri. *ibid.*
43. Quænam alia diuina officia, præter Miſſam ſint prohibita publicè fieri à Clericis, tempore Interdicti localis generalis?
R. Quòd multa alia leguntur. *ibid.*
44. Quænam officia ſunt, quæ non prohibentur fieri, adhuc publicè, tempore Interdicti localis generalis?
R. Quòd illa, quæ ex ſuo modo non ſunt deputata Ordini Clericali. Legantur. 399
45. An Recommendatio animæ Moribundi, poſſit licitè fieri coram aliis, tempore Interdicti?
R. Vt certum: Poſſe. *ibid.*

DISPVTATIO V.

De ſecundo Effectu Interdicti, qui eſt, priuatio actiua, & paſſiua quorumdam Sacramentorum.

Q. 1. AN tempore cuiuſcumque interdicti poſſit licitè adminiſtrari Sacramentum Baptiſmi?
R. Vt certum: Poſſe, & cum ſolemnitate. 399
2. An Baptiſmus adminiſtrari poſſit in Eccleſia ſpecialiter interdicta, ſi alia ſit Eccleſia non interdicta, vbi abſque incommodo celebrari poteſt?
Reſpondeo Vt longè probabilius: Poſſe adminiſtrari. ibid.
3. An Perſona interdicta generaliter, & abſque propria (culpa, (vt ſi Clerus generaliter interdiceretur) poſſet licitè miniſtrare Baptiſmum?
Reſpondeo multò probabilius: Poſſe miniſtrare, ſolemniter & etiam extrà caſum neceſſitatis. ibidem.
4. An etiam Perſona ſpecialiter interdicta directè, vel virtute, quia cauſam dedit interdicto generali; poſſit licitè miniſtrare, adhuc extra neceſſitatem, Sacramentum Baptiſmi?
R. Longè probabilius: Non poſſe extra neceſſitatem 400.
5. An tempore cuiuſcumque Interdicti, poſſit adminiſtrari Sacramentum Confirmationis; etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta?
R. Poſſe, & cum ſolemnitate conſueta. *ibid.*
6. An Perſona interdicta, poſſit miniſtrare Sacramentum Confirmationis?
R. Longè probabilius: Poſſe ſi ſit interdicta, interdicto generali perſonali: ſecus verò, ſi ſpeciali, aut dederit cauſam Interdicto. *ibid.*
7. An Adultus perſonaliter interdictus, poſſit licitè hoc Sacramentum Confirmationis recipere?
R. Poſſe; ſi ſolo interdicto generali inculpabiliter contracto, eſt Interdictus: ſecus ſi ſua culpa eſt generaliter interdictus: aut ſpecialiter. *ibid.*
8. An Interdictum priuet Sacramento Pœnitentiæ?
R. Vt certum: Non priuare. *ibid.*
9. An excommunicati omnes, poſſint, etiam extra articulum mortis, admitti ad Pœnitentiæ Sacramentum, tempore Interdicti?
R. Æquè probabiliter: Poſſe admitti omnes excommunicatos, præter illos, qui excommunicati ſunt ob delictum, cuius gratia interdictum fuit latum; aut excommunicatione reſeruata innodati ſunt. 401
10. An tempore interdicti localis generalis, poſſit Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrari in loco interdicto?
R. Vt certum: Poſſe. *ibid.*
11. An etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta, poſſit Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrari?
R. Probabilius: Poſſe. *ibid.*
12. An Confeſſor poſſit, tempore Interdicti localis, validè, ac licitè, Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare?
R. Vt certum: Poſſe, dummodo cauſam interdicto non dederit. *ibid.*
13. An Confeſſor perſonaliter interdictus, per inter

Digitized by Google

interdictum generale perſonale, poſſit etiam licitè Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare ?

R. Vt multò probabilius: Poſſe; dummodo talis Confeſſor ſit innocens, nec culpabiliter tale Interdictum contraxerit? *ibid.*

14. An rurſus, Confeſſor ſpecialiter, & culpabiliter interdictus, poſſit licitè minſtrare, adhuc extra caſum neceſſitatis, hoc Sacramentum Pœnitentiæ?

R. Vt certum: Non poſſe extra caſum neceſſitatis licitè id facere. *ibid.*

15. An ſi non licitè, validè ſaltem, miniſtraret hoc Sacramentum Pœnitentiæ Confeſſor ſpecialiter, & culpabiliter Interdictus?

Reſpondeo Probabilius, validè, licèt non licitè, poſſe. 402.

16. An Pœnitentiæ Sacramentum, collatum pœnitenti perſonaliter interdicto, per generale Interdictum, ſine propria culpa contracto, ſit validum?

Reſpondeo Vt certum: Eſſe validum: Imò & licitum. *ibid.*

17. An etiam ſit validum hoc Sacramentum collatum pœnitenti interdicto per, interdictum particulare & ſpeciale ſua culpa contracto?

R. Eſſe validum, caſu ſolum quo pœnitens bona fide, aut neceſſitate, &c. proceſſit, & abſolutus fuit à peccatis, antequam ab Interdicto: ſecus aliàs. *ibidem.*

18. An Interdictum priuet Sacramento Euchariſtiæ?

R. Vt certum: Quòd ſic. *ibid.*

19. An tempore Interdicti localis, ſiue generalis, ſiue ſpecialis, poſſit miniſtrari Euchariſtia exiſtentibus in probabili periculo mortis?

R. Vt certum, poſſe. *ibid.*

20. An tempore Interdicti, poſſit miniſtrari Euchariſtia damnatis ad mortem, præcipuè ſi ſani ſint?

R. Vt certum: Poſſe. *ibid.*

21. An Euchariſtia conferri poſſit, tempore Interdicti, Mulieribus prægnantibus, quando partui ſunt propinquæ?

R. Probabilius: poſſe abſolutè omnibus. *ibid.*

22. An etiam poſſit dari Euchariſtia, tempore interdicti, inchoanti periculoſam nauigationem? aut intranti bellum; aut exiſtenti in alio periculo mortis?

R. Vt certum: Poſſe, ſicut poteſt dari Clericis ſanis volentibus Euchariſtiam ſumere more laicorum, &c. 403.

23. An Omni Sacerdoti non interdicto, ſit licitum, miniſtrare Euchariſtiam, vt viaticum, conſtitutis in articulo, ſeu periculo mortis?

R. Quòd ſic, ſi aliàs habeat ius miniſtrandi illam. ibidem.

24. An etiam Sacerdoti perſonaliter, & ſpecialiter interdicto, directè, vel indirectè; ſit licita adminiſtratio huius Sacramenti, exiſtentibus in articulo mortis?

R. Vt certum: Non eſſe licitam, per ſe loquendo. *ibid.*

25. An Parochus ſpecialiter Interdictus, poſſit licitè miniſtrare Viaticum Infirmo; caſu, quo extarent alij ſimplices Sacerdotes, qui ex Parochi commiſſione poſſent id efficere?

R. Vt certum. Non poſſe. Legatur. *ibid.*

26. An tempore Interdicti, quando Euchariſtia defertur ad infirmos, licitum ſit illam deferre cum ſolemnitate conſueta?

R. Vt certum: Eſſe licitum; imò & debitum. *ibid.*

25. An Sacramentum Ordinis miniſtrari poſſit, tempore Interdicti perſonalis, aut localis?

R. Vt certum: Non poſſe. 404

28. An tempore Interdicti, liceat miniſtrare hoc Ordinis Sacramentum, in illis quatuor feſtiuitatibus, quibus ex Indulto *cap. Alma*, permittitur celebratio ſolemnis Diuinorum?

R. Vt certum: Non licere? *ibid.*

29. An tempore generalis interdicti, poſſint Clerici initiati prima Tonſura, aut alio inferiori Ordine, ad Ordines Superiores promoueri?

R. Tanquam verum: Non poſſe. *ibid.*

30. An qui non ſunt perſonaliter interdicti, poſſint in loco non interdicto Ordines recipere?

R. Vt certum: Poſſe. *ibid.*

31. An in loco interdicto, poſſint Ordinari perſonæ perſonaliter non interdictæ, ab ipſo Epiſcopo, qui talem locum interdixit?

R. Non poſſe; niſi aliàs Epiſcopus ſuſpendat interdictum ad iſtum actum. *ibid.*

32. An ſaltem, imminente neceſſitate Ordinandi Miniſtros Eccleſiaſticos, eſſet licitum conferre Ordines in loco interdicto, ſi non eſſet alius locus non interdictus, in quo poſſent Ordines conferri?

R. Probabilius: Tunc eſſe licitum. *ibid.*

33. An Mtrimonium contractum tempore Interdicti, aut in loco interdicto, ſit validum?

R. Vt certum: Eſſe. 405

34. An non ſolùm validè, ſed etiam licitè, poſſit Matrimonium celebrari, tempore Interdicti, aut in loco interdicto?

R. Æquè probabiliter: Non poſſe licitè. *ibid.*

35. An Sacramentum Extremæ Vnctionis, poſſit tempore Interdicti, miniſtrari non habenti priuilegium, ſeu Bullam Cruciatam?

R. Vt certum: Non poſſe. *ibid.*

36. An Moribundus, qui Euchariſtiæ, aut Pœnitentiæ Sacramentum non poteſt recipere: poſſit inungi Vnctionis Extremæ Sacramento, tempore Interdicti?

R. Probabilius: Poſſe in dicto caſu. *ibid.*

37. An ſaltem Clericis, & Religioſis poſſit dari Extrema Vnctio, tempore Interdicti?

R. Vt certum: Non poſſe dari Clericis: bene tamen Religioſis. *ibid.*

39. An ſaltem, poſſit tempore Interdicti miniſtrari vnctio, in quatuor illis anni feſtiuitatibus, in *cap. Alma*

R. Vt certum: Non poſſe. *ibid.*

39. An Interdictus perſonaliter; poſſit recipere Extremam Vnctionem, in loco non Interdicto?

R. Vt certum: Non poſſe. 406

40. An in loco interdicto poſſit miniſtrari Vnctio perſonis non Interdictis?

R. Vt certum: Non poſſe. Legatur. *ibid.*

DISPVTATIO VI.

De tertio effectu Interdicti, qui eſt Priuatio Eccleſiaſticæ Sepulturæ?

Q. 1. AN per generale interdictum, prohibeatur directè, & ſpiritualiter, ne cadauera fidelium admittantur ad Eccleſiaſticam Sepulturam?

R. Tanquam certum: Prohiberi directè, & ſpecialiter. 406.

Digitized by Google

2. An per Interdictum generale locale, prohibeatur, ne quis laicus Eccleſiaſticam Sepulturam in loco interdicto accipiat?

R. Vt certum: Prohiberi. ibid.

3. An tempore Interdicti generalis, poſſint laici ſepellri in loco Interdicto; dummodo non ſit locus ſacer?

R. Vt certum: Poſſe. ibid.

4. An laici, qui tempore dicti Interdicti localis ſepulti ſunt in Campo, aut alio in loco non ſacro; debeant, ſublato Interdicto, exhumari, & in loco ſacro ſepeliri.

R. Vt certum: Debere. ibid.

5. An laicus, qui dicti Interdicti tempore, fuit ſepultus illicitè in Eccleſia, aut alio loco ſacro Interdicto, debeat, durante Interdicto, exhumani, vt ſepeliatur in loco prophano, & non ſacro?

R. Debere exhumari, ſi id aduertatur durante Interdicto: ſecus ſi aduertatur poſt. ibid.

6. An tempore Interdicti localis, licitum ſit, tradere ſepulturam Eccleſiaſticam in loco ſacro interdicto, infantibus Baptizatis?

R. Quòd non ſit licitum. 740

7. An Clerici poſſint, Interdicti localis tempore, ſepeliri in loco Interdicto?

R. Vt certum: Poſſe; dummodo id fiat ſine ſolemnitate, & ſine Campanarum ſono. ibid.

8. An Interdicti localis tẽpore, non ſolùm in cœmeterio, ſed etiam in Eccleſia interdicta, liceat ſepeliri Clericos?

R. Vt multò probabilius: iam licere. ibid.

9. An Clerici aliarum Eccleſiarum non Interdictarum, poſſint ex vi *d. cap. Quòd in te.* Sepelirin Eccleſia interdicta ſpecialiter?

R. Probabilius: Poſſe etiam. ibid.

10. An tempore Interdicti, poſſint ſepeliri Clerici cum officio, & Miſſa defunctorum?

R. Poſſe, attento iure nouo, non antiquo. ibid.

11. An etiam ſit licitum, dicere huiuſmodi officium Defunctorum vel pſalmos, alternis choris, per viam deferendo corpus Defuncti Clerici ad ſepulturam?

R. Vt certum: Id non eſſe licitum, ſicut nec eſt dicere hæc officia in cœmeterio, ſi ibi ſepeliatur, &c. 408.

12. An Clericus coniugatus gaudeat, tempore interdicti localis, priuilegio ſepulturæ?

R. Probabilius: Gaudere, caſu tamen quo Clericus coniugatus cum vnica & Virgine contraxerit matrimonium, & ſit adſcriptus miniſterio alicuius Eccleſiæ: aliàs non. ibid.

13. An in illis feſtiuitatibus, in quibus, iuxta *cap. Alma* licitum eſt aſſiſtere diuinis officiis, tempore interdicti localis; liceat etiam abſque ſpeciali priuilegio, ſepelire laicos in loco ſacro?

R. Probabilius: Non licere, abſque priuilegio. ibid.

14. An laici, qui habent priuilegium particulare, vt tempore Interdicti, poſſint aſſiſtere diuinis officiis, & recipere Sacramenta, poſſint etiam ſepeliri in loco ſacro, quamuis tale priuilegium, nullam faciant mentionem ſepulturæ?

R. Probabilius: Adhuc non poſſe. ibid.

15. An Perſonaliter Interdictus, per Interdictum generale perſonale, poſſit licitè ſepeliri in loco ſacro?

R. Vt longè probabilius: Poſſe. 409

16. An etiam perſonaliter interdictus nominatim vel ſpecialiter, poſſit in loco ſacro ſepeliri?

R. Vt certum: Quòd non. ibid.

DISPVTATIO VII.

De quarto effectu Interdicti, qui eſt, Priuatio ingreſſus in Eccleſiam?

Q. 1. AN Interdictum priuans ingreſſu Eccleſiæ, ſit effectus cuiuſcumque interdicti perſonalis; vel nouum genus Interdicti?

R. Probabilius: Eſſe nouum genus Interdicti. 409

2. An Interdictus ab ingreſſu Eccreſiæ, poſſit extra Eccleſiam exiſtens, audire diuina, quæ intra Eccleſiam celebrantur?

R. Probabilius: Non poſſe. ibid.

3. An Sacerdote celebrante intra Eccleſiam, poſſit Subdiaconus, aut Diaconus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, exiſtens extra Eccleſiam, canere Epiſtolam, vel Euangelium?

R. Probabilius: Non poſſe abſqe violatione Interdicti, & incurſu irregularitatis. ibid.

4. An ſaltem contrà, Sacerdote extra Eccleſiam celebrante, poſſit Subdiaconus, vel Diaconus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, canere Epiſtolam, aut Euangelium intra Eccleſiam, abſque violatione interdicti, & incurſione irregularitatis?

R. Probabilius: Non poſſe abſque violatione Intedicti, & incurſione irregularitatis. ibid.

5. An in præfatis caſibus, non ſolum Subdiaconus, aut Diaconus, incurrat irregularitatem; verùm etiam ipſe Sacerdos celebrans?

R. Probabilius: Quòd in præfatis caſibus non incurrit Sacerdos irregularitatem, niſi aliàs ipſe ſit ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus, & intra Eccleſiam celebret. 410.

6. An Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit in cœmeterio Miſſam dicere, aut illam, & alia diuina audire, ſi ibi dicantur?

R. Probabilius: poſſe. ibid.

7. An Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, non ſolum priuetur ſepultura in Eccleſia, verum etiam in Cœmeterio?

R. Vt certum: Quòd ſic. ibid.

8. An dictus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi moriatur cum ſignis pœnitentiæ, poſſit intra Eccleſiam ſepeliri, etiam abſque Interdicti vlla abſolutione?

R. Probabilius: Quòd non. ibid.

9. An Interdictus ab Eccleſia, poſſit intra illam, Sacramenta recipere?

R. Probabilius: Non poſſe. 411

10. An Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit ingredi Eccleſiam ad priuatim orandum, tempore quo non celebrantur diuina officia?

R. Probabilius: Non poſſe in rigore Iuris. ibid.

11. An ſaltem Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit illam ingredi, ibique loqui, diſputare aut aliud ſimile agere?

R. Probabilius: poſſe. ibid.

12. An etiam Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, licitè valeat concionem in ea audire?

R. Probabilius: Etiam poſſe. 412

13. An Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit etiam exercere in ea actus pertinentes ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori exterioris, vt ſunt, eligere, abſoluere à cenſuris, & ſimiles.

R. Vt multò probabilius: poſſe.

DISPV

Digitized by Google

DISPVTATIO VIII.

De Peccatis, & pœnis violantium Interdictum.

Q. 1. AN Clerici violantes quodcumque Interdictum circa diuina officia, peccent mortaliter?
R. Vt certum: Quòd ſic. 412
2. An Clericus violans Interdictum per exercitium alicuius Ordinis minoris, peccet mort.
R. Probabilius: Peccare mort. ſi exerceat actum dicti Ordinis, modo proprio Clericorum, qui vix in praxi facit. ibid.
3. An ſi Clericus, ſeu Religioſus plublicè canat cum aliis in Choro Veſperas aut Completorium, tempore Interdicti, mort. peccet?
R. Vt certum: Peccare mort. ſi id faciat vt perſona Eccleſiaſtica. Secus eſſet ſi vnum, aut alterum verſum, imò & vnum pſalmum. 413
4. An etiam peccaret mort. Sacerdos, qui tempore Interdicti, plublicè caneret in officio Orationem, præmiſſo, *Dominum vbiſcum*
R. Vt longè probabilius: Quòd ſic. ibid.
5. An celebrare in Eccleſia interdicta, prætermiſſa vna tantum circunſtantia ex requiſitis in *cap. Alma mater.* vt v. g. celebrare diuina officia ianuis apertis, vel non voce ſubmiſſa, ſit mortale peccatum?
R. Vt longè probabilius: Eſſe mortale. ibid.
6. An laici mortaliter peccent, violando Interdictum perſonale circa officia diuina?
R. Vt ſit certum: quod ſic. ibid.
7. An etiam ſit certum, quod laicus peccet mort. violando Interdictum locale generale, vel ſpeciale?
R. Vt certum: Peccare mort. in quatuor caſibus. 414
8. An etiam peccet mortaliter laicus, qui mentiendo ſe habere Bullam, aut Ordinem, decipit Sacerdotes, vt illum ad diuina admittant?
R. Probabilius: quod ſic. ibid.
9. An deinde, laicus non Interdictus peccet etiam mort. audiens diuina officia, præcipuè Miſſam, in loco interdicto?
R. Probabilius: Peccare etiam mortaliter. ibid
10. An violare Interdictum quodcumque, tam perſonale, quàm locale, in materia Sacramentorum, ſit culpa mortalis?
R. Vt certum: Eſſe mortalem, ex ſuo genere. ibid.
11. An etiam ſit mortale, violare Interdictum quodcumque in materia Eccleſiaſticæ ſepulturæ?
R. Vt quid certum: Etiam eſſe mortale. 415
12. An in humanis actibus, teneatur quis vitare Interdictos, ſaltem denuntiatos nominatim?
R. Vt certum: quod non. ibid.
13. An laici teneantur vitare Interdictos nominatim denunciatos, ſi non in humanis, in dininis ſaltem.
R. Vt certum: quod non, ex vi ſaltem præcepti Eccleſiaſtici, niſi in Eccleſiaſtica ſepultura. ibid.
14. An Clerici ſaltem, teneantur ſub mortali, euitare Interdictos nominatim, in iis rebus, à quibus ſunt Interdicti?
R. Vt certum: Teneri. Sed ſolos Clericos, qui celebrant aut celebrare permittunt. ibid.
15. An laici violantes Interdictum aliquas pœnas incurrant?
R. Vt certum; nullas pœnas ipſo iure incurrere præterquam in quinque caſibus, &c. ibid.
16. An Clerici violantes Interdictum priuentur electione actiua, & paſſina ad dignitates Eccleſiaſticas?
R. Vt certum, Priuari omnes, qui ſcienter violant illud. ibid.
17. An Clericus violans Interdictum, maneat ipſo iure, ſuſpenſus à iuriſdictione Eccleſiaſtica exterioris fori?
R. Probabilius: Manere. 416
18. An Clerici, tam ſæculares, quam regulares exempti à iuriſdictione Ordinaria, incurrant ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi celebrant diuina in locis interdictis, aut coram perſonis interdictis non toleratis, &c.
R. Vt certum: Incurrere, ſi id illicitè facere præſumpſerint. ibid.
19. An etiam Clericus non exemptus incurrat hanc ſuſpenſionem, celebrando diuina, eodem modo, hoc eſt, in loco Interdicto, &c.
R. Probabilius: Etiam incurrere. ibid.
20. An Religioſi, & Moniales non ſeruantes Interdictum, ſcientes illud ſeruari à Matrice Eccleſia, aut à Parochia loci vbi degunt, excommunicationem ipſo facto incurrant?
R. Vt certum: Incurrere. ibid.
21. An Religioſi hanc incurrant cenſuram, ſi non ſeruent Interdictum, quod non omnes Parochiales Eccleſiæ, ſed aliquæ ſolum ſeruant?
R. Non Incurrere. ibid.

DISPVTATIO IX.

De Interdictis in ſpecie à iure latis.

Q. 1. IN quibus caſibus, interdictum perſonale ſpeciale, ipſo iure incurritur?
R. Quòd in ſeptem. 416
2. In quibus caſibus incurritur ipſo iure, Interdictum generale perſonale?
R. Quòd in Octo. 418

DISPVTATIO X.

De Relaxatione, vel Abſolutione Interdicti.

Q. 1. AN Interdictum latum ad tempus, vel ſub conditione tacita, vel expreſſa; *Donec ſatisfaciat, vel reſtituat*; Eo tempore elapſo, vel adimpleta conditione, ipſo facto, ſiue noua abſolutione eſſet?
Reſpondeo Probabilius: Quòd non, ſaltem ex vi iuris. 417
2. An Interdictum locale generale impoſitum in tota Ciuitate, tollatur per deſtructionem ipſius Ciuitatis?
R. Vt certum: Quòd non tollitur ibid.
4. An Interdictum locale impoſitum ob delictum eius Domini, tollatur alienatione ſola, aut venditione talis loci?
R. Probabilius: Non tolli. 418
4. An Interdictum locale ſpeciale, vt alicuius Eccleſiæ; tollatur ſola deſtructione ipſiuſmet Eccleſiæ?
R. Probabilius: Quòd non. ibid.
5. An Interdictum deambulatorium, quo interdicitur

Digitized by Google

tur locus incertus , & indefinitus ; v. g. terra, ſeu Prouincia , vbi maneat talis perſona , v.g.Petrus; tollatur , eo ipſo quod Petrus mutet terram , ſeu Prouinciam , abſque alia relaxatione ſuperioris?

R. Tolli eo ipſo. *ibid.*

6. An Interdictum generale perſonale, quo Ciuitas, Communitas , ſeu Collegium , eſt interdictum; tollatur , diſſoluta Ciuitate , Communitate , vel Collegio , ſine alia abſolutione ſuperioris ?

R. Vt certum : Tolli. *ibid.*

8. An qui ligatus interdicto perſonali particulari, verè pœnitens moritur ; ipſo facto liberetur interdicto ?

R. Probabilius : Quòd non. *ibid.*

8. An Interdictum omne poſſit auferri , vel ſuſpendi, ab illo , qui illud tulit ?

R. Vt certum : poſſe. *ibid.*

9. An Epiſcopus poſſit abſoluere ab omni Interdicto locali , lato à iure abſolutè , & ſine termino?

R. Probabilius : Poſſe. *ibid.*

10. An Epiſcopus , non ſolum tollere , ſed etiam ſuſpendere ad tempus poſſit dictum locale Interdictum ?

R. Probabilius : Etiam poſſe. 419

11. An etiam poſſit Epiſcopus abſoluere ab Interdicto locali , non ſolùm à iure poſito , ſed etiam lato à Papa tanquam ab homine ?

R. Tanquam certum : Non poſſe. *ibid.*

12. An Epiſcopus poſſit abſoluere ab Interdicto perſonali lato iure ?

R. Vt certum : poſſe. *ibid.*

13. An Parochus,ſeu alius Confeſſor Ordinarius poſſit abſoluere,iure ordinario,ab interdicto generali locali , & perſonali ?

R. Vt Quid certum : Quòd non. *ibid.*

14. An ſaltem poſſit dictus Parochus , aut alius quilibet Confeſſor Ordinarius , abſoluere ab Interdicto perſonali ſpeciali , ſeu particulari , ſine reſeruatione ?

R. Probabilius : poſſe , dummodo detur ſatisfactio , aut cautio ſatisfaciendi. *ibid.*

15. An Interdictum generale locale , poſſit relaxari ad cautelam ?

R. Vt certum : Quòd non. 420

16. An ſaltem Interdictum ſpeciale locale poſſit relaxari ad cautelam ?

R. Vt longè multò probabilius : poſſe. *ibid.*

17. An etiam Interdictum perſonale particulare poſſit relaxari ad cautelam ?

R. Vt certum : poſſe. *ibid.*

18. An deinde , Interdictum perſonale generale, putà latum in Vniuerſitatem, aut Collegium , poſſit adhuc relaxari ad cautelam ?

R. Poſſe. *ibid.*

19. An Interdictum cenſeatur ſublatum,quando non ſeruatur ab eo in cuius fauorem latam eſt ?

R. Vt certum : Quòd cenſetur. *ibid.*

20 An etiam cenſeatur ſublatum Interdictum,quando non ſeruatur ab eo , propter cuius delictum poſitum eſt ?

R. Vt certum : Quòd non. *ibid.*

21. An cenſeatur Interdictum ſublatum , quando non ſeruatur ab eo , qui tulit interdictum?

R. Tanquam certum : Non cenſeri ſublatum ; niſi alias id verbis antea ſignificaſſet. 421

22. An Papa poſſit tollere Interdictum , ſolo actu interiori.

R. Poſſe. *ibid.*

23. Quæ forma eſt obſeruanda in relaxando interdicto?

R. Quid hac ? Abſoluo te ab interdicto , in quo , ob hac , aut illam cauſam incurriſti. In nomine Patris , *&c.* *ibid.*

DISPVTATIO XI.

De Priuilegio Bullæ Cruciatæ , Circa Interdicti Cenſuram.

Q.1. AN laici habentes Bullam Cruciatæ, poſſint tempore Interdicti generalis, intereſſe Miſſæ , & aliis officiis diuinis ?

R. Vt certum : poſſe. 421

2. An etiam poſſit quis vigore Bullæ intereſſe Miſſæ, & aliis Officiis diuinis, in Eccleſia ſpecialiter interdicta ?

R. Vt certum : Non poſſe. *ibid.*

3. An vi Bullæ poſſit quis tempore Interdicti , audire , aut celebrare Miſſam in quacumque Eccleſia, & Oratorio ?

R. Tanquam certum : Quòd ſic. *ibid.*

4. An Bullæ Cruciatæ vigore , poſſit quis habere Oratorium priuatum in ſua domo , & in illo Miſſam audire , vel celebrare , etiam tempore Interdicti ?

R. Vt certum: Quòd nullo modo; quidquid alij ſentiant. 422

5. An omnes habentes Bullam, poſſint ſecum , tempore Interdicti , ducere famulos , aut familiares, in Eccleſiam , & Miſſæ , & aliis officiis adeſſe?

R. Vt certum : Poſſe omnes. *ibid.*

6. An etiam , omnes habentes Bullam poſſint ſecum deducere ad Eccleſiam omnes Domeſticos , familiares , ac Conſanguineos , & ibi tempore Interdicti , Miſſæ intereſſe ,

R. Vt certum : Poſſe hos omnes ſecum ducere. *ibid.*

7. An nomine Conſanguineorum , qui etiam tempore Interdicti , poſſunt cum habente Bullam in Eccleſia , aut Oratorio , audire Miſſam ; veniunt Conſanguinei vſque ad quartum gradum?

R. Vt certum ferè : Venire. *ibid.*

8. An ſub nomine Conſanguineorum, comprehendantur coniuges? hoceſt , vxor comparatione mariti ; & maritus comparatione vxoris ?

R. Vt longè probabilius : Comprehendi. 423

9. An etiam , nomine Conſanguineorum , in dicto Bullæ priuilegio , comprehendantur quoque affines ?

R. Vt certum : Non comprehendi. *ibid.*

10 An vt quis dicatur Domeſticus Priuilegiati , & poſſit cum illo audire,tempore interdicti Miſſam; ſit neceſſum , quod in eadem domo cum Domino habitet , & eius expenſis alatur ?

R. Æquè probabiliter: Quod non ſit totum neceſſum.ibid.

11. An prædicti familiares , Domeſtici, & Conſanguinei , poſſint diuinis intereſſe,abſente Domino, qui Bullam Cruciatæ habet ?

R. Æquè probabiliter : Poſſe. *ibid.*

12. An Dominus ,audito vno Sacro,poſſit alteri intereſſe in gratiam familiarium , Domeſticorum, aut Conſanguineorum , qui aberant , vt hi Sacro aſſiſtant ?

R. Probabilius : Poſſe. 424

13. An vt quis virtute Bullæ , poſſit in Oratorio celebrare , aut audire Miſſam , teneatur neceſſariò fundere aliquas preces Deo , pro vnione Principum Chriſtianorum, & victoria contra Infideles?

R. Teneri , ſub veniali tantum. *ibid.*

14.An

14. An virtute Bullæ, poſſit quis ſiue in Eccleſia, ſiue in Oratorio, tempore Interdicti, præterquam in Paſcha, Eucharistiam ſumere; itemque Ordinem, & Extremam Vnctionem?

R. Poſſe. *ibid.*

15. An qui tempore Paſchatis ad ſatisfaciendum præcepto, Euchariſtiam in Parochia ſumpſit, poſſit etiam in Oratorio priuato, ipſo die Paſchæ communionem accipere, virtute Bullæ Cruciatæ?

R. Probabiliùs: Poſſe etiam. *ibid.*

16. An vi Bullæ poſſit quis recipere Euchariſtiam à quolibet ſimplici Sacerdote, tam tempore Interdicti, quàm extra adſque licentia Parochi?

R. Probabiliùs: Non poſſe, ex vi Bullæ: ſecus ex vi conſuetudinis, & praxis. *ibid.*

17. An tempore Interdicti, licitum ſit, Benedictiones nuptiales dare, & accipere à Parocho; tam in Eccleſia, quàm in Oratorio?

R. Vt certum: Eſſe licitum. 323

18. An laici Bullam habentes poſſint tempore interdicti localis generalis, ſepeliri in loco ſacro?

R. Poſſe. *ibid.*

19. An non ſolum in Eccleſiis generaliter interdictis, ſed etiam in Eccleſia interdicta ſpecialiter, poſſit quis ſepeliri, vigore Bullæ Cruciatæ?

R. Probabiliùs: Quòd ſic. *ibid.*

20. An Pueri, Amentes, & alij vſu rationis carentes, poſſint tenpore Interdicti, ſepeliri in loco ſacro, vi Bullæ pro eis ſuſceptæ?

R. Tanquam certum: Poſſe. *ibid.*

21. An vt quis virtute Bullæ, poſſit tempore Interdicti, ſepeliri in loco ſacro, ſit omnino neceſſarium, quod in vita ipſius, non poſt mortem, fuerit Bulla ſuſcepta?

R. Vt quid mitius: Sufficere quod poſt mortem ipſius accipiatur. *ibid.*

22. An tempore Interdicti generalis, poſſit quis virtute Bullæ ſepeliri in loco ſacro, cum clamoribus campanarum, & cum officio ſepulturæ, & Miſſæ?

R. Probabiliùs: Poſſe, dummodo id fiat cum moderationibus cap. Alma mater. *ibid.*

23. An prædictum priuilegium, pro tempore interdicti conceſſum, etiam habeat locum, & extendatur ad ceſſationem à diuinis?

R. Non extendi. 416

Digitized by Google

TRACTATVS PRIMVS.

DE CENSVRIS ECCLESIASTICIS IN COMMVNI.

TRACTANT de Cenſuris Eccleſiaſticis Patres in illud Matth. 16. *Et tibi dabo claues.* Et in illud 18. *Quacumque alligaueritis, ſuper terram.* Et, Si *Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & publicanus.* Vbi D. Hieronym. Chryſoſtom. Hilar. Anſelm. Theophylact. & alij Patres. Canoniſtæ *in Iure Canon. tit. de Sentent. excommunic. in Decretalib.* & *lib. 6. & Clem.* & *in Decreto 9. quæſtion. 1. & 11. quæſtion. 3. & 24. quæſtion. 2. & 3.* Theologi cum Magiſtro *in 4. diſtinction. 18. cap. 7.* vbi D. Thomas *quæſtion. 2.* Durand. *quæſtion. 3.* Richard. Bonauent. Albert. Scot. *diſtinct. 19. quæſtion. 1. articul 5. & 6.* Sotus *diſtinct. 22.* Alexand. *4. part. quæſtion. 81.* Ledeſma *2. part. 4. quæſtion. 23.* & alij. Antonin. *3. part. titul. 24.* Caietan. *tom. 1. opuſcul. tractat. 9. & tom. 2. tractat. 13 & in Sum. verb. excommunicat.* Vbi Angel. Sylueſt. Tabiena, Armilla, Baſſæus, & alij Summiſtæ; Nauarr. *in Man. cap. 27. à princip.* Couarruu. *in cap. Alma, de ſentent. excommunication. in 6.* Viguerius *in Sum. Theolog cap. 16. §. 6.* Victoria *in ſumm. tit. de excommunication.* Petrus Sotus *titul. de Clauib. lection. 2.* Medina *lib. 1. de inſtruction. cap. 11.* Viuald. *2. part. Candelabri.* Henriquez *lib. 13.* Suarez *tom. 5. in 3. part.* Vaſquez *tomo 4. in 3. part. tractat. de excommunicat.* Auila *tom. vnico de Cenſuris.* Bauny *per integrum tomum.* Marius Alterius *per vnum & alterum.* Luyſius Turrianus *de Pœnitent. & cenſuris*, & *in ſumma* Hurtado *tom. de Matrim. & cenſuris*, Laymann *tomo 1. ſummæ tractat. 5.* Candidus *tom. 1. diſquiſit. Moral. diſquiſit. 22.* Archangelus Rubeus *de ſacram. diſtinct. 18. & 19.* Hieronym. Llamas *1. part. Method. cap. 9.* Petrus Cornejo *tom. 2. in 3. part. tract. 5.* Sayrus *de cenſur. lib. 1. à cap. 1.* Bonacina *de cenſur. à diſput 1.* Filliucius *tom. 1. tract. 11. à cap 1.* Ægidius Coninch. *de ſacram. tom. 2. à diſputation. 13.* Præpoſitus *3. part. de cenſur.* Petrus Ledeſma, Rodriguez, & Villalobos *in ſum.* Ioann. à Cruce *in ſumma tract. de cenſur.* Petrus Binsfeldius *in Enchiridione part. 5.* Raphaël Raſtellius *tract. de cenſur.* Bagnez *2. 2. quæſt 64. artic 8. dub. 1. 4. part.* & Aragon. *ibid.* Iodocus Lorichius *tom. 1. Theſauri Catholici, verb. cenſura, excommunicatio.* Caſtro Palao *tomo 6. per totum.*

DISPVTATIO PRIMA.

De quidditate Cenſuræ, de eiúſque ſpeciebus.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid nomine Cenſuræ veniat?

RESPONDEO dicendum, quod Cenſura, Latinè, nil aliud ſignificat, quàm munus, ſeu officium, & dignitatem Cenſoris. Et quia Cenſor, apud Romanos, officium correctionis morum gerebat, hinc eſt, quod Cenſura pro correctione, ſeu pœna à iudice inflicta accipiatur. Sic Nauar. *in Man. cap. 27. num. 1.* Viuald. *2. part. Candelabri, tract. 11. de excommunicat. num. 4.* Iodocus *tom. 1. Theſauri Catholici, verb. Cenſura. num. 1.* Suarez *tom. 4. in 3. p. diſp. 1. ſection. 1 n. 2.* Palao *tom. 6. diſp. 1. punct. 1.* Auila *de Cenſ. p. 1. dub. 1.* Bauny *de Cenſuris tract. 1. quæſtion. 1.* Cornejo *tom. 2. in 3 part. tractat. 1. diſput. 1.* Hurtadus *tractat de Cenſuris difficultate 1. numero 1.* Filliucius *tom. 1. tractat. 11. capit. 1. numero 1.* & alij. Vel ſi mauis, dic cum Alterio *tom. 1. de Cenſuris diſputatione 1. capite 4.* quod Cenſuræ deriuentur à verbo *Cenſeo*, quod ſignificat iudicare, & ſic dicuntur (inquit) iudicia; quia diſcretus Iudex ponderatis circumſtantiis rerum, & perſonarum, debet illam pœnam inferre, quam magis cenſet expedire, ad ſalutem illius quem punit, &c. Sic ille, & Villalobos *tom. 1. ſumma tractat. 16. difficultate 1. num. 2.*

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

Quid ſit Cenſura Eccleſiaſtica?

RESpondeo quod ſecundum aliquos, eſt *Sententia lata à capace Ordinis mediante iuriſdictione Eccleſiaſtica fori exterioris, qua quis priuatur communione Sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum bonorum ſpiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel Sacramenta, vel ſepultura.* Ita Nauarrus, & Iodocus, *loco citato.*

Item, ſecundùm alios, cenſura Eccleſiaſtica, eſt *pœna ſpiritualis inflicta ab Eccleſiaſtica poteſtate, priuans hominem baptizatum vſu aliquorum bonorum ſpiritualium, donec à contumacia recedat.* Sic fere communiter omnes. Suarez *tom. 5. diſp. 1. ſection. 1. n. 5.* Sayrus *de Cenſur. lib. 1. c. 1. n. 10* Cornejo *tom. 2. tract. 5. diſp. 1. dub. 1*, Candidus *diſquiſ. 22. art. 1.* Fillucius *tract. 11. c. 1. n. 4. & 5.* Bonacina *de Cenſur. diſp. 1. q. 1. punct. 1.* & communis.

Alij tandem, aliter, ſed æquiualenter cenſuram definiunt. Hurtado namque *tract. 1. de cenſur. diffic. 1.* ſic: *Eſt pœna medicinalis bono ſpirituali priuans.* Auila *dub. 1. citat.* ita: *Eſt caſtigatio, ſeu correctio Eccleſiaſtica, qua Eccleſia fideles delinquentes punit in bonis ſpiritualibus.* Graffiis *lib. 4. deciſion. cap. 1. Eſt morum correctio, ſcelerum vindicatio.* Bauny *de Cenſur. tractatu 1. quæſ. 2. Eſt pœna ſpiritualis ad forum exterius Eccleſiæ pertinens, qua baptizatus eius imperiis non obſequens, quorumdam bonorum ſpiritualium vſu priuatur, donec à contumacia recedat.*

QVÆSTIO III.

An cenſura propriè, & ſtrictè ſumpta, in tres tantum ſpecies diuidatur?

NEgant in primis aliqui moderni, affirmantes, cenſuram in ſeptem ſpecies diuidi: nempe in excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, irregularitatem ratione delicti, degradationem, depoſitionem, & ceſſationem à diuinis. Quia, inquiunt, his omnibus conuenit definitio Cenſuræ, nuper tradita; cum quælibet ex illis ſit pœna Eccleſiaſtica, qua puniri ſolet fidelis baptizatus, & priuari aliquo bono ſpirituali: ergo cenſura adæquatè in omnes has ſpecies debet diuidi. Sic tenent Petrus Ledeſma *in ſumma tract. de Cenſur. cap. 1. concluſ. 3. pag mihi 323.* vbi ait, ſed non benè, in hoc conuenire Theologos: Petrus Cornejo *tom. 2. in 3. p. tr. 5. dub. 5. n. 2.* dicens, id tenere plures modernos Thomiſtas.

Negant deinde alij, exiſtimantes, in quinque ſpecies diuidi, videlicet, in excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, irregularitatem ratione delicti, & ceſſationem à diuinis. Ita Sotus *in 4. diſt. 22. quæſ. 3. artic. 1.* (non 4. vt citatum inueni apud Baſſæum) *verſ. Eſt autem, pag. mihi* 1030. & antè *diſt. 3. q. 3. art. 9. & 10.*

Negant tandem alij, docentes, cenſuram in quatuor ſpecies diuidi, ſcilicet, in excommunicationem, ſuſpenſionem, interdictum, & irregularitatem. Sic Corduba *lib. 5. quæſtion. q. 43. dub. 4. & caſu 28. 37. 144.* Medina *1. 2. quæſt. 96. artic. 3. & lib. 1. inſtruct. cap. 11. §. 9. & 12. & lib. 2. cap. 22.* Gutierrez *quæſt. canon. cap. 3.* Victoria & Cano. Et idem tenuerunt à principio, Sancius Epiſcopus, Mantius, Peña, & Soto Maior, qui tamen poſteà mutarunt ſententiam, vt refert Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 6. in Gloſſa litt. Q.* tenet etiam Vega *in ſum. 2. p. cap. 15. caſu 9. & 10* Bañez *2. 2. quæſ. 64. artic. 8. dub. 1. 4. part.* & Aragon. *ibid. dub. vlt.* & alij. Concinit in numero, Couarruuias. *in cap. Alma mater. parte 2. §. 2. numero 1. pag. mihi* 754. tollens irregularitatem, addénſque loco illius, ceſſationem à diuinis.

Sed longè probabiliùs, longéque veriùs, reſpondeo dicendum, quod cenſura Eccleſiaſtica ſtrictè, & integrè ſumpta, in tres tantum ſpecies adæquatè diuidatur, nempè, in excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. Sic videtur definitum eſſe ab Innocentio III. *in cap. quærenti, de verbor. ſignificat.* Vbi interrogatus Pontifex, quid per cenſuras intelligeretur, reſpondit, intelligi, interdictum, ſuſpenſionem, & excommunicationem: ergo dicendum eſt, tantum eſſe has tres ſpecies cenſuræ, aliàs inſufficiens eſſet, & imperfecta reſponſio Pontificis, ſi præter tres cenſuras ab ipſo numeratas, aliæ ſpecies cenſuræ poſſent aſſignari. Argumento autem contrariorum ex ſtatim dicendis fiet ſatis. Sic tenent communiter omnes Canoniſtæ, & Theologi. Gloſſa *in cap. quærenti cit.* & ibi Hoſtienſ. & Panormitan. Nauarrus *in Man. cap. 27. num. 1.* Hugo *tabula 1. cap. 26. num. 1.* Gomez *de Bulla clauſ. 8. num. 30.* dicens, contrarium aſſerentes, miſerè errore elapſos fuiſſe Henriquez *lib. 7. cap. 13. num 6. cit. & lib 13. cap. 2.* Angel. *verb. Cenſura*, Syluester, Armilla, Tabiena, *eo verb.* Ledeſma *2. part. 4. quæſ. 26. art. 2.* Caietan. *verb excommunicat. c. 36.* D. Anton. *3. part. tit. 28. cap. 1. & tit. 30. cap. 1.* Ioann. de Lignan. *tract. de Cenſur. quæſ. 1. num 8.* Suarez *de Cenſur. diſput. 1. ſect. 3. num. 7.* dicens, id eſſe ſibi certum. Valentia *tom. 4. diſput. 7. quæſ. 17. punct. 1.* Sayrus *lib 1. de Cenſur cap. 1. num. 4. & 15.* Alterius *de Cenſur. tom. 1. lib. 1. cap. 2. & 3.* Auila *part. 1. dub. 5.* Præpoſitus *de Cenſur. quæſ. 1. dub. 3.* Syluius *in ſupplem. quæſ. 21.* Ægidius *diſput. 17. dub. 1.* Hurtado *de Cenſur. tract. 1. difficult. 2.* Luyſius *de Cenſur. lib. 1. diſputation. 1. dub. 2.* Bauny *de Cenſur. tract. 1. quæſ. 1.* Laymann *tom. 1. tract. 5. cap 2. num. 1.* Candidus *diſquiſi. 22. articulo 2.* Baſſæus *verb. Cenſura num. 3.* Iodocus *eod verbo n. 2.* Binsfeldius *1. part. Enchirid. in princip.* Raſtellius *de Cenſur. quæſ. 1. art 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 11. diff. 1. num. 1.* Llamas *1. part. Methodi cap. 9. § 1.* Fillincius *tract. 11. cap. 1. quæſtion. 7.* Bonacina *de Cenſur. diſput. 1. quæſ. 1. punct. 1. num. 4.* Machado *lib 1. ſum. tract. 2. documen. 1. num. 1.* Viualdus *2. parte Candelabri, tract. de excommunic. n. 3.* Diana *1 p. tract. 11. reſol. 27.* Palao *diſp. 1. punct. 1. n. 4.*

QVÆSTIO IV.

An Irregularitas, ſaltem ratione delicti, ſit propriè & in rigore Cenſura?

AFfirmant, vt vidimus, Petrus Ledeſma, Cornejo, Sotus, Corduba, Medina, Bañez, Aragon, Gutierrez, Victoria, Cano, & Vega *locis citatis.* Quia cenſura Eccleſiaſtica eſt pœna ſpiritualis priuans hominem baptizatum vſu aliquorum ſpiritualium, vt *quæſt. 2.* eſt habitum; ſed ſic eſt, quod irregularitas ratione delicti, eſt pœna Eccleſiaſtica ſpiritualis impoſita ob peccatum, & delictum, qua quis ad ordines Eccleſiaſticos promoueri per ſe, & directè prohibetur: ergo propriè, & in rigore eſt cenſura.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo quod irregularitas etiam impoſita ob peccatum, non ſit propriè, & in rigore cenſura; *Primò*, quia irregularitas quæ incurritur citra culpam, non eſt cenſura, cum hæc ſemper ſupponat delictum: ergo neque irregularitas, quæ oritur ex culpa, vera cenſura erit. Antecedens concedunt contrarij. Conſequentiam probo. Quia irregularitas omnino eiuſdem rationis eſt, in eo, qui ob delictum eam incurrit, & in illo, qui citra culpam eadem eſt innodatus. Vterque enim eodemmodo inhabilis eſt ad ordines ſuſcipiendos, & impeditus, ne ſuſceptos ordines exercere valeat; ergo ſi prima non eſt Cenſura, neque ſecunda erit.

Secundò

Digitized by Google

Secundò, quia Cenſura abſolutione tollitur: at ſic eſt quod irregulariter non tollitur, niſi diſpenſatione: ergo irregularitas non eſt Cenſura. Sic omnes Doctores pro noſtra ſententia nuper citati. Legantur Nauarrus, & Alterius *locis citatis*, & alij.

Vnde ad fundamentum contrariorum, conceſſa maiori neganda eſt minor. Quia irregularitas non dicitur propriè pœna, ſeu Cenſura, ſed impedimentum Canonicum ad ordines ſacros promouendos, ſeu exerçendos: quia videlicet, non imponitur, & infertur propriè, & formaliter in vindictam ſeu pœnam peccati; vt conſtat ex ſecunda ratione à nobis data, ſed ob decentiam, & dignitatem functionum Eccleſiaſticarum, quæ ſpectant ad Sacramentũ Ordinis.

QVÆSTIO V.

An Depoſitio ſit propriè, & verè cenſura?

AFfirmant Ledeſma, Cornejo, & alij moderni: eo quod hæc, etiam ſit pœna Eccleſiaſtica ſpiritualis, &c.

Sed longè multò probabilius reſpondeo: nullo modo eſſe veram Cenſuram. Quia propriè nõ eſt pœna, ſed impedimentum, quo quis propter crimen aliquod priuatur, tanquam inhabilis, vſu Ordinis ſacri, vel officio in perpetuum abſque ſpe reſtitutionis, retento vtróque priuilegio, *fori*, videlicet, vt conueniri non poſſit depoſitus in iudicio ſæculari, nec capi, nec puniri à laicis: & Canonis, *ſi quis ſuadente* 17. q. 4. ergo depoſitio non eſt cenſura, cum hæc propriè ſit pœna, & ex ſua inſtitutione poſſit auferri poſita reſipiſcentia delinquentis. Sic omnes authores pro ſecunda, tertia, & quarta ſententia adducti.

QVÆSTIO VI.

An Degradatio ſit verè & propriè cenſura?

AFfirmant etiam Ledeſma, & Cornejo, & alij moderni apud ipſos.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo quod non ſit verè, & propriè Cenſura. Quia degradatio idem ferè eſt ac depoſitio. Eſt namque quoddam impedimentum, quo vir Eccleſiaſticus priuatur vſu Ordinis, & adminiſtratione beneficij, & vtroque priuilegio clericali abſque ſpe reſtitutionis, adhibitis quibuſdam externis ceremoniis: ergo. Sic Authores citati.

QVÆSTIO VII.

An Ceſſatio à diuinis, ſit vera, & propria cenſura?

AFfirmat Petr. de Ledeſma, & Petr. Cornejo, & ante illos, Sotus, & Couarruuias *locis citatis ſuprà, q.* 3.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, quod non ſit vera, & propria Cenſura. Quia ceſſatio à diuinis, eſt ſimplex prohibitio, ſeu impedimentum quoddam, quo Miniſtri Eccleſiæ prohibentur in vniuerſum, celebrare diuina officia, adhuc ianuis clauſis, ſicut in interdicto, miniſtrare Sacramenta, & ſepelire laicos in loco ſacro. & hoc formaliter in ſignum iniuriæ, quæ fuit illata Eccleſiæ; non autem in pœnam, & vindictam formaliter illius: & ideo formaliter, & propriè non eſt Cenſura. Sic omnes Authores pro noſtra & tertia ſententia *ſup. q.* 3. relati. Legantur præcipuè Alterius *lib.* 1. *diſp.* 1. *c.* 2. *&* 3. Auila 1. *p. dub* 5. Bonacina *tom.* 1. *tract. de Cenſur. diſp* 6. *punct.* 1. Rodriguez *tom.* 2. *quæſt. Regul. q.* 115. *art.* 2. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 39 *ſect.* 1 *n.* 12. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem prædicta quatuor impedimenta Eccleſiaſtica, nempe, Irregularitas, Depoſitio, Degradatio, & Ceſſatio à diuinis, poſſint impropriè, aut reductiuè, dici, aut denominari, Cenſuræ?

REſpondeo poſſe, quia hæc quatuor impedimẽta, nec inter ſe, nec à tribus Cenſuris materialiter diſtinguuntur, cum omnes habeant pro obiecto materiali, priuationem eorumdem bonorum ſpiritualium, ſcilicet, Sacramenti Ordinis, aut officiorum, aut beneficiorum, aut vſus illorum; & ideo ex hac parte poſſunt reduci ad Cenſuras: nempe irregularitas ad ſuſpenſionem, quia facit, vt homo ſit quaſi ſuſpenſus à receptione Ordinum, & eorum vſu; & ſimiliter depoſitio, quæ eſt perpetua ſuſpenſio, & eodem modo degradatio, quæ etiam eſt depoſitio, addita ſolemnitate; ceſſatio verò diuinis reuocatur ad interdictum: ergo reductiuè, & impropriè dici, & denominari poſſunt Cenſuræ. Diſtinguuntur tamen omnia prædicta formaliter ex propriis rationibus formalibus, quia videlicet, quamuis priuent eiſdem bonis, non tamen priuant eodem modo, nec ex eodem motiuo, ſed ex diuerſis, vt conſtabit ex diffinitionibus vniuſcuiuſque Cenſuræ, & impedimentorum adducendis, *infrà*. Sic Alterius *loc. cit. c.* 3. *pag.* 7.

QVÆSTIO IX.

An Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum ſint diſtinctæ ſpecies formaliter?

NEgandum videtur. Quia excommunicatio continet ſuſpenſionem, & interdictum perſonale: ergo non ſunt diſtinctæ ſpecies: quia vna ſpecies non poteſt aliam continere. Antecedens probatur. Quia excommunicatio, eo ipſo, quod priuet participatione Sacramentorum, priuat etiam vſu officij Eccleſiaſtici, in quo conſiſtit illud bonum, quod per ſuſpenſionem tollitur: & quatenus priuat celebratione diuinorum officiorum, quæ annexa ſunt alicui loco ſacro, conuenit cum interdicto: ergo.

Sed tanquam certum reſpondeo: eſſe diſtinctas ſpecies formaliter; probatur *primò*, quia omnes hæ tres Cenſuræ habent diuerſas definitiones formaliter, & eſſentialiter; vt *infrà*: ergo inter ſe diſtinguuntur ſpecie formaliter, & eſſentialiter.

Secundò, quia bona ſpiritualia, quæ homini interdicuntur, vi harum trium Cenſurarum, nempe, Sacramenta, Diuina officia, conuictus communis, & ſepultura, tribus modis poſſunt ab Eccleſia inhiberi: *Primò*, auferendo iſta bona ab homine, vel à loco aliquo, in quo exercentur, & hoc facit per interdictum. *Secundò*, eiiciendo aliquem à fidelium communione, vel conuictu communi, auferendo ex conſequenti iſta bona, & hoc facit Eccleſia per excommunicationem. *Tertiò*, poteſt Eccleſia inhibere dicta bona, non abſolutè, ſed vt ſunt actus officij, vel Ordinis, & hoc facit per ſuſpenſionem: ergo cum hæ dictæ tres ſpecies formaliter diuerſa munia exerceant, formaliter inter ſe differri debent. Et ſic tenent omnes Doctores. Legantur citati.

Ad rationem verò dubitandi, neganda eſt conſequentia: ad cuius probationem, dicendum eſt, verum eſſe quod excommunicatio contineat ſuſpenſionem, & interdictum, ſed hoc eſſe tantum materialiter, non tamen formaliter; ſicuti numerus quaternarius continet ternarium, & binarium, & tamen ſunt formaliter diuerſæ ſpecies numeri, quia rationibus formalibus diſtinguuntur: ſic in præſenti.

A 2 QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO X.

An ex his omnibus cenſuris, & impedimentis, grauior pœna ſit Excommunicatio?

NEgandum videtur ex *cap. Forte 23. quaſt. 4. & ex c. Quorumiam, diſt. 34.* vbi in corripiendis peccatoribus, hic ordo ſeruari præcipitur, vt ſcilicet, primò coërceantur delinquentes; deinde excommunicentur, & tandem deponentur: ergo depoſitio, quæ vltimo loco imponitur, erit grauior, & atrocior pœna.

Sed vt certum reſpondeo: Excommunicationem eſſe grauiorem omnium aliarum recenſitarum pœna. Quia hæc priuat hominem pluribus bonis ſpiritualibus, & temporalibus, & ſeparat à communione fidelium tanquam membrum præciſum: ergo. Sic Alterius *lib. 1. diſp. 1. c. 3.* Palao *de Cenſur. diſp. 1. punct. 1. n. 5.* & alij.

Ad rationem dubitandi reſpondeo, dictum ordinem, non ſeruari ſemper in puniendis delictis, ſed variari, & ideo ex hoc ordine puniendi, nihil inferri poteſt. Nam *in cap. Cum non ab homine, de Iudic.* Clericum depoſitum, ſi incorigibilis perſiſtat, iubet Pontifex excommunicari, vbi Excommunicatio ſequitur Depoſitionem.

QVÆSTIO XI.

An Cenſura rectè diuidatur in cenſuram, quæ eſt à iure, & in cenſuram, quæ eſt ab homine?

AFfirmatiuè reſpondeo: quia omnis Cenſura, vel fertur, media aliqua lege, ſeu conſtitutione, quæ propriam rationem iuris habeat; vel, medio aliquo præcepto temporali, & tranſitorio lato à Iudice: ſi primo modo fertur Cenſura, dicitur à iure; ſi ſecundo, dicitur ab homine: ergo prædicta Cenſuræ diuiſio, ſufficiens, & adæquata eſt.

Eſt tamen aliquod diſcrimen inter has Cenſuras, de quo *infrà quæſ. 19.* Sic Nauarrus *cap. 27. n. 2.* Sayrus *de Cenſur. lib. 1. cap. 4. num. 22. & cap. 19. n. 5.* Suarez *diſp. 3. ſection. 1.* & penes ipſum, Abbas, Caietanus, Sylueſter, & alij Summiſtæ. Sotus *diſtinct. 22. q. 2. art. 3.* Filliucius *tract. 11 c. 1. num. 13.* Vgolinus *de Cenſur. tabula 1. cap. 9. § 4.* Ægidius *diſput. 13. dub. 2. à n. 11.* Baſſæus *verb. Cenſura, num. 4.* Candidus *diſquiſit. 22. artic. 3.* Laymann. *tract. 5. cap. 2. num. 2.* Alterius *lib. 1. diſputat. 2. cap. 5. verſ. Secundò.* Machado *tom. 1. lib. 1. part. 2. tract. 2. docum. 1. n. 4. & 5.* & Auila *2. part. diſput. vnica c. 1.* & omnes.

QVÆSTIO XII.

An cenſura benè ſubdiuidatur in eam, quæ eſt latæ ſententiæ; *& in eam, quæ eſt,* ferendæ ſententiæ.

REſpondeo benè ſubdiuidi, vt concedunt omnes. Qui benè explicant quid ſit vtraque Cenſura, dicendo: quod Cenſura *lata ſententia*, dicitur illa, quàm reus ipſo facto, vel criminis admiſſione, ſine alia iudicis ſententia incurrit. Cenſura verò, *ſententiæ ferendæ*, dicitur illa, quæ non ipſo facto, ſeu delicto, incurritur, ſed ſicuti aliæ pœnæ, per Iudicis ſententiam infligi debet. Sic Sylueſter *verb. Excommunic. 1. num. 21.* Vgolinus *tabula 1. cap. 9. § 6.* Toletus *lib. 1. cap. 5. numero 4* Laymann. *tractatu 5. cap. 2. numero 3.* Baſſæus *verb. Cenſura, numer. 5.* Candidus *diſquiſit. 22. artic. 3. dubit. 2.* Machado *loco citato, num. 6.* Filliucius *loco citato, n. 14.* Raſtellius *de Cenſur. in genere q. 3. art. 2. n. 1.* & alij.

QVÆSTIO XIII.

Ex quibus verbis cognoſci poſsit quando cenſura ſit lata?

REſpondeo cognoſci *primò*; ſi Cenſura feratur per verba præſentis temporis indicatiui modi, vt, *Excommunicamus, promulgamus ſententiam excommunicationis, innodamus*, &c. quod colligitur ex *cap. Excommunicamus 1. & 2. de hæret.* & docent Vgolinus *tab. 1. cap. 9. § 6. num. 6.* Suarez *diſputat. 3. ſect. 3.* Filliucius *tract. 11. cap. 1. num. 15.* Baſſæus *verb. Cenſura, n. 6.* Bauny. *de Cenſur. tract. 2. diſp. 1. q. 17.*

Secundò cognoſcitur, ſi ponatur Cenſura per Verbum præteriti temporis, ſiue indicatiui, ſiue ſubiunctiui ſit, vt, *Noueris te eſſe excommunicatum; ſcias te anathemate percuſſum*, &c. colligitur *ex Clement. 1. de decim. Clem. 1. & 2. de pœnis*, & docent Authores citati. De quo adhuc *infrà*.

Tertiò, quando fertur per verba imperatiui modi, vt, *Incidat in excommunicationem; incurrat ſuſpenſionem, excommunicationi ſubiaceat*, vel *ſubdatur*. Doctores citati.

Et *quartò*, quando in lege, aut ſtatuto apponatur aliquod horum Verborum; *ipſo iure, ipſo facto; lata ſententia*; aut, *ſine alia ſententia, & declaratione*, &c. Si Authores citati. Quibus addi poſſunt Henriquez *lib. 13. cap. 10. § 2.* Laymann. *loco citato, num. 3. verſic. Cæterùm.* Auila *2. part. cap. 2. diſputatione vnica dubit. 1.* Candidus *diſquiſit. 22. artic. 3. dubit. 3.* Ægidius *diſp. 13. dub. 2.* Toletus *lib. 5. c. 5.* Raſtellius *loc. cit. n. 2.*

QVÆSTIO XIV.

Ex quibus item verbis, cognoſci poſsit, quando cenſura eſt ferenda?

REſpondeo: *Primò*, ſi verba ſint futuri temporis; vt. *Excommunicabitur*, aut *excommunicabo, ſuſpendetur; Erit excommunicandus*; aut etiam imperatiui; vt *excommunicetur, ſuſpendatur, arceatur ab ingreſſu Eccleſiæ, &c.* aut, *qui hoc fecerit, excommunicetis illum*, aut *excommunicetur.* Caſtro Palao *diſp. 1. punct. 2. n. 5.*

Secundò, ſi verba ſint comminatoria, veluti, *Sub pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, aut anathematis: ſub interminatione*, aut *interpoſitione excommunicationis.* Quæ regula habet verum, ſiue ſententia ſit à Iudice, ſiue à Canone, vt benè docet Auila contra Hoſtienſem, & alios Canoniſtas, docentes, ſolùm habere verum, quando, imponitur ab homine. Sic ille *loc. cit* Nauarrus *c. 27. n. 12.* Vgolinus *c. 9. § 6. n. 15.* Suarez *loc. cit. ſect. 2. n. 18.*

Tertiò, ſi in forma, apponatur applicatio Cenſuræ per verbum ſimilitudinis, veluti; *Sicut excommunicatus vitetur*: quia ſimilitudo excommunicationis non eſt excommunicatio. Abbas *in c. ſuper ſpecula. n. 2.* Raſtellius *loc. cit. n. 3.*

Quartò, quando ſub his verbis præcipitur aliquid, *Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli, aut noſtram, incurras*: quia ſicut benedictio Papæ non eſt abſolutio à Cenſura; *Clement. fin. de ſentent. excommunicat.* ita nec maledictio importata per indignationem huiuſmodi, eſt Cenſura latæ ſententiæ. Licet mortaliter peccaret qui contra faceret. Felinus *in c. Veniens, de præſcript. n. 1.* Candidus *diſquiſ. 22. art. 3. dubit. 3. verſ. Dico decimò.* Raſtellius *loco citato, n. 3. verſic. Quarta regula.*

* * *

QVÆSTIO XV.

An Cenſura lata ſub his verbis: Ex communicationem, aut ſuſpenſionem te noueris incurſurum, *dicatur Cenſura lata ſententiæ, vel ferenda?*

NEgant, quod Cenſura data ſub his verbis, ſit latæ, ſententiæ, Felinus *in cap. Rodulphus, de reſcript. num.* 28. Bonac. *de Cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 1. *num.* 6. Caſtro Palao *de Cenſur. diſp.* 1. *punct.* 2. *n.* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo: Eſſe latæ ſententiæ. Quia licèt verba ſint de futuro, ſignificant tamen Cenſuram eſſe contrahendam ex vi legis illius, atque à deo ipſo facto. Sic Vgolin. *tabula* 1. *cap.* 9. §. 6 Suarez *diſput.* 3. *ſect.* 3. *num.* 3. Filliuc. *tract.* 11. *num.* 18. Ægidius *diſput.* 15. *dubit.* 2. *n.* 10. Baſſeus *verb. Cenſura n.* 7.

QVÆSTIO XVI.

An etiam Cenſura lata ſub his verbis: Qui hoc fecerit, Anathema ſit, aut excommunicatus ſit, *ſit item Cenſura lata ſententiæ?*

NEgant apud Suarium, Gloſſa *in cap. fin. de foro compet.* & negant etiam Nauar. *cap.* 27. *numer.* 12. & Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 12. *num.* 1. *& lib.* 2. *moral. c.* 38. *n.* 91. quos citat, & ſequitur Laymann. *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *nu.* 3. Veracruz *in append. ad ſpecul. coniug. pag.* 23.

Fundamentum eorum eſt; quia in dubio, an Cenſura ſit latæ ſententiæ, an ferendæ, iudicandum eſt, eſſe ferendam, eo quod odia reſtringenda ſint, & in mitiorem partem interpretanda, vt habet regula 49. *Iuris*: ſed ſic eſt, quod eſt dubium de illo verbo *ſit*, an ſignificet præſens, vel futurum; ergo eſt dubium, an Cenſura ſub illis verbis data, ſit lata, vel ferenda; nam ſi ly *ſit*, ſumitur pro tempore præſenti, ſignificat ſententiam latam; ſi pro tempore futuro, ſignificat ſententiam ferendam: ergo.

Sed probabilius longè reſpondeo. Quod cenſura lata ſub illis verbis, ſit latæ ſententiæ. *Primò.* Concilium Tridentinum ſæpiſſimè de facto, & ipſo iure, damnat, excommunicat, & anathematizat hæreticos: abſcinditque eos ab Eccleſia, ſub dictis verbis, Anathema ſit; ſit excommunicatus: ergo.

Secundò. Quia licèt verbum; *ſit*, abſtractè ſumptum, ſit æquiuocum ad ſignificandum præſens imperatiui, & futurum optatiui, determinatum verò ad materiam præcepti, ſeu de Cenſuris, intelligi debet de imperatiuo; ſi quidem lex, aut præceptum, non optet, ſed imperet. Ex quo patet ad fundamentum Contrariorum; Conceſſa namque maiori, neganda eſt minor: nam in præſenti materia, non eſt dubium, ſed certum, quod verbum *ſit*, ſignificet præſens imperatiui. Et ſic docent Henriquez *lib.* 13 *cap.* 10. *Paragraph.* 2. Palac. *diſt.* 18. *quæſtion.* 3. Suarez *loc. cit. numer.* 4. dicens, oppoſitam ſententiam eſſe falſam. Filliuc. *loc. cit. numer.* 19. vbi ait, Gloſſam etiam pro contrario à Suario, non id ibi ſaltem docere; quod verum eſt. nam ibi non docet Gloſſa; ſed *in cap.* 2. *de foro compet.* Vnde Suarez, licèt bene citet Gloſſam, non tamen locum. Sic etiam ſentiunt Abbas *in d. cap.* vbi ad noſtrum ſenſum trahit Gloſſam, Raſtellius *de cenſur. in gen. quæſt.* 3. *art.* 2. *verſ. Tertia regula. pag. mihi.* 61. Vgolin. *c.* 9. *cit.* §. 6 *n.* 18. Tabiena *verb. Excommunicatio* 2. *n.* 3. Sayrus *lib.* 1. *de cenſur. diſp.* 3. *n.* 4. Bonac. *tom.* 1 *tr. de cenſur. q.* 1. *punct.* 1. *n.* 5. Candid. *diſquiſ.* 22. 4. 4. Baſſeus *verb. Cenſura. num.* 6. Bauny *de Cenſur. tr.* 1. *quæſt.* 6. *& tract.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 17. *verſ. Regula tertia.* Comitolus *lib.* 6. *Reſponſ. q.* 14. *numer.* 4. *&* 5. Hurtado *de cenſur. in communi diff.* 5. *n.* 20. Luyſius *de Cenſur.* 3. *diſp.* 3. *dub.* 1. *prope finem*, vbi etiã pro Contrario citat Gloſſam *in cap. finale de foro compet.* ſed malè; Quia debebat citare Gloſſam *final. in c.* 2. *de foro comp.* aut gloſſa *in c.* 2. *de foro comp. verb. ſequeſtratam.* Vbi, quidquid velit Abbas, expreſsè oppoſitam docet ſententiam; cum expreſsè ad incurrendam dictam excommunicationem, ſententiam Iudicis quærat.

QVÆSTIO XVII.

An iſtæ particulæ: Ex tunc, mox, omnino prorſùs, incontinenti, illicò, continuò, confeſtim, ſtatim, protinus, *declarent Cenſuram ipſo iure eſſe latam?*

AFfirmant abſolutè, Caſtro *lib* 6. *de poteſt. leg. pæn. cap.* 7. §. 6 Bauny *tract.* 2. *de cenſur. diſput.* 1. *q.* 17. *col.* 3. addens, eandem vim habere has particulas; *ve ſtigio, repentè, ſine mora, indilatè, immediatè.* Baſſeus *verb. Cenſura, n* 6 Raſtellius *de cenſ. in genere q.* 1. *a.* 2. *n.* 2.

Sed cum diſtinctione reſpondeo dicendum, quod non ſemper declarent Cenſuram eſſe latam, nec ſemper ferendam, ſed aliquando vnam, & aliquando alteram. Et ita iudicandum eſt de dictis particulis, iuxta exigentiam verborum, quibus adiunguntur. Nam ſi dicatur, *ſtatim excommunicetur*, ſolùm continet ſententiã, ſeu Cenſuram ferendam. Si vero dicatur, *ſub pœna excommunicationis ſtatim, ex tunc continuò & c. incurrenda*, continebit Cenſuram latam. Sic Suarez *diſput.* 2. *ſect.* 3. *n.* 5. *&* 6. Filliuc. *tr.* 11. *c.* 1. *n.* 20. Luſius de Torres *diſp.* 3. *de cenſur. dub.* 1. *in fine.*

QVÆSTIO XVIII.

An hæc verba, Præcipio hoc ſub pœna excommunicationis, *ſignificent cenſuram latam?*

AFfirmant quidem abſolutè, apud Suarium, *vbi infrà.* Alij verò, vt refert Gloſſa quædam, *infrà*, diſtinctione vtendo reſpondent dicendo, quod ſi talis prohibitio fiat à Canone, non contineatur excommunicatio lata in illis verbis, ſed ferenda: ſecus inquiunt, ſi fiat ab homine, Canon, inquiunt, mitius agit, quàm homo, *vt* 26. *quæſ.* 7. *allegant.* ita ſentiunt Hugo, & Laur. relati à Gloſſis *in c. Salonitanæ. diſt.* 66. *verb. ſub excommunicatione.*

Sed abſolute reſpondeo dicendum, quod illis verbis præciſè ſumptis non feratur Cenſura, ſed comminetur; ſecus verò ſi illis addatur aliquid determinans ſignificationem, quia tunc poterunt, continere Cenſuram ipſo iure latam.

Prima pars reſponſionis, conſtat. Quia in illis verbis, nullum eſt, quod Cenſuram latam indicet; ſed, vt minimum, ſunt indifferentia, & abſtrahunt à Cenſura lata & ferenda, & ideo de ferenda potius, quàm de lata intelligenda ſunt; quia odia ſunt reſtringenda; & in mitiorem partem interpretanda. Nec quid ad rem facit; quod Cenſura ſit à Canone, vel ab homine, cum illa verba idem ſignificent à quocumque prolata, quod ſi mitius facit Canon, quàm homo, id quando facit mioribus verbis ſignificat.

Secunda pars reſponſionis, his exemplis comprobatur: ſi enim dicatur, *ſub pœna excommunicationis ſtatim incurrenda* Vel, *cui ſtatim, confeſtim, omnino ſubiaceat*; tunc his verbis continebitur Cenſura lata. Sic Gloſſa docet abſolutè *loc. cit.* Suarez *ſect.* 3. *cit. nu.* 6. *&* 7. Filliuc. & Luyſius *loc. cit.* Henriq. *lib.* 13. *cap.* 20 § 2. his verbis: Si Iudex, vel Canon, verbo de futuro addat ſub pœna excommunicationis, intelligitur ferenda: niſi exprimẽs intentionem addat, *ſtatim, aut ipſo facto incurrenda vel, ſine alia ſententia, aut declaratione.* Sic ille, & penes illũ,

Nauar.*in Man.c.*17.*num.*12.Gotfred & Caſtro. Azor. *tom.*3.*lib.*5.*cap.*16.Baſſæus *verb. Cenſuræ.nu.*7.Sanchez *lib.*2.*moral.cap.*38.*n.*90.Machado *lib.*1.*p.*3.*tr.*1.*docum.* 1.*n.*6 Palao *diſp.*1.*punct.*2.*n.*6.

QVÆSTIO XIX.

In quo differant cenſuræ à iure, ab his, quæ ſunt ab homine?

REſpondeo quod in tribus præcipuè. *Primum eſt*, quod cenſura quæ eſt à iure, perſeuerat in perpetuum, quo vſque conſtitutio, lex, ſtatutum, ſeu ius, per quod fertur cenſura, contrariis abrogetur, aut non vſu, vel conſuetudine oppoſita tollatur, etiamſi Legiſlator conſtitutionis, ſeu legis, quocumque modo deperdiderit iuriſdictionem. Cenſura vero, quæ eſt ab homine, non eſt perpetua, nec perſeuerat, niſi dum perſeuerat hominis iuriſdictio, vtraque verò cenſura ſi ſemel incurratur, durat vſquequo relaxetur, quia communi iure eſt cautum, vt nemo liberetur à cenſura quam incurrit, ſine abſolutione.

Secundum eſt, quod Cenſura à iure, ſolùm reſpicit, tempus futurum: fertur namque ſemper, ſub conditione futuri peccati, vt v.g. qui Eccleſiæ vim intulerit ſit excommunicatus. Cenſura verò ab homine tantum ſpectat tempus præteritum: infligitur namque ab homine, vt ab homine commiſſam culpam emendet.

Tertium eſt, quod cenſura, quæ eſt ab homine, trinam monitionem exigit, aut vnam pro tribus: Cenſura verò à Iure, ſolum exigit promulgationem. Sic Nauar.Sotus, Suarez, Sayrus, & alij adducti *ſup.quæſ.*11. Banny *tr.*1.*q.*7.& omnes.

DISPVTATIO II.

De Cauſa efficienti Cenſurarum.

QVÆSTIO PRIMA.

An in Eccleſia ſit poteſtas ferendi Cenſuras?

NEGARVNT olim hæretici quidam, vt Vviclef, Hus, Hieronymus è Praga, & alij, quos poſtea ſecutus fuit Lutherus. Quorum fundamentum fuit; quia Eccleſia non habet poteſtatem ſpoliandi quem bonis ſpiritualibus; ergo neque Cenſuras ferendi.

Sed de fide certum reſpondeo: dari in Eccleſia poteſtatem, ferendi cenſuras. *Primò*, quia ſic fuit definitum contra primos hæreticos in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.*8.*&* 9.& in Bulla Martini V. Et poſtea contra Lutherum à Leone X.

Secundò, quia id conſtat ex verbis Chriſti Matth. 18. *ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.* Ac ſi diceret, nullam cum eo habeas communionem; ſed ſicut Iudæi in ritu ſuæ religionis vitant Gentiles, ne illorum tactu polluantur; & abominantur publicanos, tributorum exactores, quod ſe putant à tributis liberos, ita & tu euitare debes excommunicatos.

Tertiò, Id conſtat ex praxi Eccleſiæ, in qua vſus poteſtatis ferendi cenſuras, à tempore Apoſtolorum fuit exercitus: vt conſtat ex illo Pauli ad *Corinth.* 5.*Iudicaui eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini* IESV CHRISTI *tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat.* In quibus verbis, Apoſtolus excommunicauit quemdam inceſtuoſum, qui nouerca abutebatur. Et 1. Timot. 1. duos Blaſphemos, Quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non Blaſphemare

Ex quibus omnibus, ſatis conſtat dari in Eccleſia poteſtatem ferendi cenſuras.

Nec quid obſtat fundamentum hæreticorum. Quia licet Eccleſia non habeat poteſtatem priuandi aliquem bonis ſpiritualibus merè internis, vt ſunt gratia, virtutes, & dona; habet tamen poteſtatem priuandi ſua membra bonis ſpiritualibus, quæ ſubſunt ſuæ diſpoſitioni, & adminiſtrationi, vt ſunt ſuffragia communia Eccleſiæ, vſus Ordinum, & beneficiorum, commercium cum baptizatis, & conſequenter ferendi Cenſuras quæ in dictorum bonorum priuatione conſiſtunt. Sic ſentiunt omnes Catholici. Legantur D. Hieron. Chryſoſt. Hilarius, Anſel. D.Thom.& alij PP. in Math. *loc.cit.*Sot.*in* 4.*d.*22.*q.*1.*a.*1.*&* 4.Couarru.*in c. Alma* 1. *p.in princip.n.*8.*&* §.1.*n.*1.Suarez *diſp.*2.*ſect*...Henriquez *lib.*13.*cap.*1.*& cap.*2.§.3.Filliuc.*tr.*11.*cap.*2.Hurtado *de Cenſ.in com.diff.*3.Alterius *tom.*1.*lib.*1.*diſp.*3.*c.*2. Raſtellius *de cenſ. in gen.q.*2.*art.*1. Candid. *diſquiſ.*22.*art.* 7. *dub.*1.Machado *lib.*1.*part.*3.*tr.*1.*docum.*2.Caſtro Palao *diſp.*1.*punct.*3 *per totum.*

QVÆSTIO II.

An poteſtas, quam habet Eccleſia ferendi cenſuras, ſit de Iure diuino?

NEgare videtur Tiraquellus *de vtroque retractu part.*1.*Gloſſa* 9.*num.*176.quatenus docet, Excommunicationem ab antiquis, & Græcorum, & aliorum dogmatibus, legibuſquè initium habuiſſe, & conſequenter non eſſe iuris diuini, aut canonici, ſed humani ciuilis tantum.

Sed, tanquam quid certiſſimum, reſpondeo: poteſtatem referendi cenſuras, quam Eccleſia habet, eſſe Iuris diuini, non humani. Patet. Quia immediate illam à Deo Eccleſiæ conceſſam, habitum eſt, *quæſt. antecedent.*; & determinatum *in Extrauag. Vnam Sanctam. de Maiorit.& obed.*& docent omnes PP.præcipuè citati, inter quos, Chryſoſt. *ad c.*1.*Epiſt.ad Heb. homil.*4. per hæc præclara verba: *Nemo contemnat Eccleſiæ vincula, non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus, qui hanc poteſtatem dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris.* Si ergo Chriſtus eſt qui ligat, & qui Eccleſiæ hanc poteſtatem dedit, clarè conſtat, poteſtatem ferendi Cenſuras, non à Gentium legibus ortum habuiſſe, ſed ab ipſomet Chriſto Domino, & conſequenter eſſe de Iure diuino. Sic docent omnes Theologi, & Canoniſtæ Legantur citati.

QVÆSTIO II.

An, non ſolùm poteſtas ferendi Cenſuras, ſed etiam ipſamet inſtitutio Cenſurarum, ſit etiam de Iure diuino?

AFfirmarunt aliqui, apud Suar.*infrà.* Quorum fundamentum fuit, illa verba Chriſti: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.* Nam in his verbis, videtur Chriſtus tradidiſſe ritum referendi Cenſuras, immo inſtituiſſe Cenſuram excommunicationis, & precepiſſe, vt feratur contra inobedientes. Ita Driedo *lib.*2.*de libert. Eccleſ.c.*8.

Sed, vt quid certum reſpondeo, Quòd inſtitutio Cenſurarum, non eſt de Iure diuino, ſed humano, & poſitiuo; ſicut eſt etiam impoſitio, ſeu applicatio Cenſuræ ad hanc, vel illam perſonam, vel ad hoc vel illud crimen. Probatur. Quia ritus, & modus ferendi Cenſuras. non fuit datus à Chriſto, ſed compoſitus ab Eccleſia per poteſtatem ab ipſo acceptam: ergo inſtitutio Cenſuræ non eſt diuina ſed humana. Confirmatur, quia nihil eſt in Cenſuris quod ab Eccleſia

mutari

Digitized by Google

mutari non poſſit, ſicut de facto multa ſunt mutata: at hoc non fieret, ſi inſtitutio cenſurarum eſſet de Iure diuino: ergo. Ex quo conſtat, quod applicatio Cenſurarum ſit etiam de Iure poſitiuo, quia ſi inſtitutio, quæ præcedit applicationem eſt de iure poſitiuo, multo magis erit de iure poſitiuo, applicatio cenſuræ.

Nec obſtat quid fundamentum contrariorum. Quia in illis verbis Chriſti Domini, non continetur inſtitutio Cenſurarum, ſed poteſtas ad illas inferendas, & præceptum vitandi generaliter omnes inobedientes Eccleſiæ, tanquam graues peccatores, quales ſunt Ethnici, & publicani. Sic communiter Doctores, & Nau. *c. inter verba. prælud.* 3. *n.* 4. Sotus *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 1. Suarez *ſect.* 1. *cit. n.* 3. *&* 4. Filliuc. *c.* 2. *à n.* 26. Alterius, Candid. Hurt. & alij *ſuprà citati.*

Qvæstio IV.

An ſaltem detur aliquod crimen, cui iure diuino ſit annexa aliqua cenſura?

AFfirmant aliqui dari, & eſſe crimen hæreſis, cui adiuncta eſt, inquiunt, iure diuino, excommunicatio. Probant ex verbis Pauli ad Titum. 3. *Hæreticum hominem poſt primam, & ſecũdam monitionem deuita.* & etiam ex verbis Ioann. 2. *c.* 1. *Venientem ad vos ſine hac doctrina, nolite recipere, nec ei Aue dixeritis.* Ita Almayn. *in* 4. *diſtinct.* 18. *q.* 1. Echius *in Enchir. c.* 27. Driedo *lib.* 2. *de libert. chriſt. cap.* 8. Simanch. *de Catholic. inſtit. cap.* 27. *num.* 1. Duran. *in* 4. *d.* 18. *quæſt.* 3. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 13. *& de orat. notab.* 22. *num.* 9. Turrecrem. *lib.* 4. *Sum. part.* 2. *cap.* 18. Clictouæus *in aſſertione veritatis Concilij ſenonen.* & Iacobat. *lib.* 8. *de Concil. art.* 1. *&* 2. Quos omnes pro hac parte refert Henriquez *lib* 13. *c.* 2. *n.* 3. *in Gloſſa lit. E.* Quibus adiungi poſſunt, apud Caſtrum, & apud Alterium, *infrà*, Gabriel *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 3. *dub.* 4. Ocamus, & Iodocus, quorum ſententiam, vt probabilem, vterque ſequitur; Caſtro *lib.* 2. *de iuſta hæret. punit. c.* 18. 23. *&* 24. & Alterius *l. b.* 1. *diſp.* 3. *c.* 2. *pag. mihi* 26.

Sed vt longè multo probabilius, imò, vt ferè certum, reſpondeo: Nullum crimen dari, cui iure diuino ſit annexa aliqua Cenſura. Quia ſi aliquod daretur, eſſet hæreſis, ſed huic non eſt annexa Cenſura iure diuino, quia ſi aliqua deberet, eſſet excommunicatio, vt fatentur contrarij: at hæc non annectitur hæreſi iure diuino: ergo Minor probatur. Quia de facto Pontifices, iure humano, non ſolùm declarant, ſed ſua ſententia excommunicant hæreticos publicos: ergo excommunicatio, nullo modo eſt iure diuino annexa hæreſi.

Ad fundamentum contrarium. Reſpondeo *primò*. Quod Apoſtoli Paulus, & Ioannes, non excommunicarunt, tanquam Scriptores ſacri; ſed vt Prælati Eccleſiæ, qua ratione iubent hæreticum ſemel aut bis monitum vitare, &c. Et ita illa Cenſura non eſt ex iure diuino, ſed humano, vel, vt ita dicam, Apoſtolico. Sic Suarez. *vbi infrà* Et anteà Henriquez *lib.* 13. *cap.* 2. *n.* 3. ex Banuez 2. 2. *q.* 11. *art.* 2. *Secundò*, & melius, reſpondeo: Quod Paulus Apoſtolus, per dicta verba, nullo modo excommunicet hæreticum; ſed ſolum præcipiat Tito Epiſcopo, vt excommunicet hæreticum hominem. Et in hunc ſenſum intelligi poſſunt verba Ioannis. Vel intelligenda ſunt de præcepto quodam naturali, euitandi periculum contagionis, & ſic de non exhibendo talibus hominibus aliqua ſigna, quibus vel nos ipſis conſentire videamur; vel ipſi in ſuo errore confirmari poſſint. Sic ſentiunt D Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. Sotus *diſt.* 22. *q.* 1. *artic.* 1. *ad med.* Palac. *diſt.* 18. *q.* 3. Victor. *relect. de poteſt. Eccl. n.* 6. *p.* 18. Syluest. *verb. excommunicat.* 3. *n.* 10. *dub.* 1. Henriq *lib.* 13. *c.* 2. *§.* 3. Suarez *diſp.* 2. *ſect.* 1. *à n.* 6. Filliuc. *tract.* 11. *c.* 2. *num.* 27. Raſtellius *de cenſur. in gen. q.* 2. *art.* 1. *n.* 3. Candid. *diſquiſ.* 22. *art.* 6.

Qvæstio V.

An obligatio non operandi contra cenſuram impoſitam, ſit de iure humano?

NEgant aliqui, docentes, excommunicatum iure diuino eſſe excluſum à Sacramentorum perceptione, & ab omni communicatione in diuinis, & conſequenter fideles, iure diuino teneri excommunicatum vitare in diuinis. Ita Conatrru. *in cap. Alma mater part.* 1. *§.* 1. *à num.* 1. *pag. mihi* 620. & apud ipſum, Felinus *in cap. Nulli, de ſentent. excommunic.* & alij Theologi.

Sed omnino reſpondeo dicendum; talem obligationem, non operandi contra cenſuram: eſſe de iure humano ſimpliciter, & immediatè. Ratio eſt. *Primò*, quia obligatio conſurgit ex prohibitione Eccleſiæ; ſed prohibitio Eccleſiæ ſolùm obligat humano iure, vt ſuprà eſt habitum: ergo & obligatio. *Secundò*. Quia, illè verſus; *Os, orare, vale, communio, menſa, negatur*: ab Eccleſia fuit præſcriptus; ergo. Sic ſentiunt Suarez, Filliuc. Alterius, Raſtellius, & alij communiter.

Qvæstio VI.

An Papa poſſit diſpenſare cum aliquo in actibus ex cenſura vetitis?

NEgant Conatrru. & alij citati nuper pro prima ſententia, ſpecialiter loquendo, de illo actu communicandi in diuinis, ſeu ſacris. Fundamentum eorum eſt, quia Papa non poteſt diſpenſare in iis, quæ iuris diuini ſunt: at actus communicandi cum excommunicatis, ſaltem in diuinis, eſt prohibitus, iure diuino legis Euangelicæ, vt patet ex *cap. Matth.* 18. & ex Pauli, & Ioannis Apoſtolorum locis, *quæſt.* 4. *citatis*: ergo.

Sed omnino reſpondeo: Dicendum, quod poſſit Papa diſpenſare in actibus ex cenſura vetitis, nempe, vt excommunicatus excommunicatione maiori, poſſit, ſi aliàs ſit diſpoſitus, ſeu in gratia, recipere licitè Sacramenta, illaque licitè adminiſtrare, & tractare: habereque communionem in ſuffragiis Eccleſiæ, & externo conſortio fidelium: Ratio eſt, quia Papa poteſt diſpenſare ſuper ius poſitiuum, *cap. Propoſuit, de conceſſ. preben.* ſed obligatio non operandi contra cenſuram impoſitam, aut contra actus ex cenſura vetitos, oritur immediatè, & ſimpliciter à iure poſitiuo, & humano: ergo poterit ſum. Pontifex, qui tale ius conſtituit, ex iuſta cauſa, relaxare. Confirmatur, quia Sum. Pontifex *in Extrauag. Ad euitanda*, prohibitionem communicandi cum excommunicatis, coarctauit, & limitauit ad excommunicatos nominatim denunciatos per cedulones, & ad excommunicatos notorios ex notoria percuſſione clericorum: ergo ſimili modo poterit ex iuſta cauſa diſpenſare cum aliquo in particulari, quoad alias particulares actiones vetitas ex cenſuris.

Nec obſtat fundamentum contrarium. Nam ad locũ ex Matthæo adductum, dicendum eſt, quod licèt verum ſit, quod Chriſtus Dominus interdixerit modo *ſuprà q.* 1. explicato, communicationem cum excommunicato; non tamen definiuit in quibus talis communicatio fugienda eſſet, ſed id reliquit diſpoſitioni Eccleſiæ, quæ poſtea declarauit, quibus modis excommunicatus eſſet vitandus, & ideo in illis, ſi expediret, poſſet ipſa variare. Et ſic docent Suarez, Filliuc. Alterius, Raſtellius *ſuprà citati.*

Digitized by Google

Qvæstio VII.

An ſolus Summus Pontifex poſsit inſtituere Cenſuras.

RESpondeo vt quid certum, Quod ſolus ipſe poſſit inſtituere Cenſuras quantum ad ea, quæ ſunt in ipſis Cenſuris eſſentialia, & quantum ad effectus, qui ab ipſis Cenſuris oriuntur. Ratio eſt. Quia Cenſuræ ſunt pœnæ, & ritus vniuerſales totius Eccleſiæ: ergo inſtituere illas ad Sum. Pontificem, tanquam vniuerſalem totius Eccleſiæ paſtorem ſpectat. Vnde Epiſcopi nullatenus poſſunt inſtituere nouas Cenſuras in ſuis Prouinciis, aut diœceſibus (licet variare poſſint modum, & formam accidentalem) ſed debent neceſſariò vti ſolummodo illis, qua ſacri Canones editi à Pontificibus præſcribunt. Sic omnes Doctores. Qui ſub Pontificis nomine, etiam comprehendunt Concilium generale, cuius ipſe ſit caput. Legantur Suarez *diſp.* 2. *ſect.* 2. Alterius *tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 1. Filliuc. *tractat.* 11. *cap.* 2. *num.* 19. Hurtadus *tractat. de Cenſur. in comm. diff.* 4. Raſtellius *de cenſ. in genere quæſt.* 2. *artic.* 2. *num.* 2. & alij omnes. Vnde ſolum eſt difficultas, in quibus ſit, aut reſideat poteſtas ſiue ordinaria, ſiue delegata ferendi Cenſuras inſtitutas à Sum. Pontificibus, de qua difficultate in ſequentibus §.

§. I.

De perſonis, quæ Iuriſdictione Ordinaria ferre Cenſuras poſſunt.

Qvæstio VIII.

Quidnam ſit iuriſdictio Eccleſiaſtica, & an rectè diuidatur in Iuriſdictionem ordinariam, & delegatam?

RESPONDEO primò: Quod Iuriſdictio Eccleſiaſtica, nil aliud ſit, quàm *poteſtas Eccleſiaſtica de publico introducta, cum poteſtate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuenda.* Vel eſt, *Poteſtas, ſeu facultas Eccleſiaſtica de publico introducta & conceſſa ei, qui iuri dicendo præeſt.* Sic Doctores *in lib.* 1. *ff. de Iuriſd. omni.* Raſtellius *de cenſ. in gen. q.* 2. *art.* 2. *n.* 4. Iodocus *verb. Iuriſdictio. n.* 1.

Secundò. Quod rectè diuidatur Iuriſdictio Eccleſiaſtica in iuriſdictionem Eccleſiaſticam ordinariam; & in iuriſdictionem Eccleſiaſticam delegatam. *Iuriſdictio* Eccleſiaſtica ordinaria, *eſt poteſtas Eccleſiaſtica in foro externo annexa Prælatura Eccleſiaſtica, quæ acquiritur per electionem in Prælatum. Iuriſdictio verò Eccleſiaſtica delegata, eſt poteſtas Eccleſiaſtica dependens à delegatione illius, qui potens eſt delegare tempore delegationis.* Sic Raſtellius *loco citato num.* 6. & 7. Sayrus *lib.* 1. *de cenſ. c.* 6.

Itaque, quantum ſpectat ad facultatem ferendi Cenſuras, ille dicitur habere Iuriſdictionem ordinariam, qui in foro exteriori, ex vi proprij muneris, ſeu officij, eſt ſuperior aliis, & poteſt illam alteri committere: Delegatam verò, ille, cui commiſſa eſt ab ordinario, nec poſſit alteri ſubdelegare. Sic Alterius *lib.* 3. *diſp.* 7. *c.* 1.

Qvæstio IX.

In quo differant Poteſtas ſeu Iuriſdictio Ordinaria & Delegata?

RESpondeo: Quod in tribus præcipuè. *Primum eſt.* Quod poteſtas ſeu Iuriſdictio ordinaria poteſt alteri delegari: Delegata verò minimè ex vi propriæ delegationis. *L. More maiorum, ff. de Iuriſdictio. omni iud.* ſecus ex vi peculiaris conceſſionis; vt Iuriſdictio delegata à Sum. Pontifice poteſt ſubdelegari *cap.* 3. *de offic. deleg.* ex vi priuilegij generalis conceſſi à Sede Apoſtolica legatis Summi Pontificis.

Secundum eſt, quod Iuriſdictio ordinaria pendet tantum in fieri ab Electoribus; Vnde etiam his mortuis, remanet in Electo, (excepto Vicario Epiſcopi) At Iuriſdictio delegata dependet non ſolum in fieri, ſed etiam in conſeruari à Delegante, & ita ſi re integra Delegans moriatur, delegatio extinguitur, non vero ſi res non ſit integra cauſa inchoata, *cap. gratum. & c. licet, de offic. deleg.*

Tertium eſt. Quod Iuriſdictio ordinaria competit iure proprio, quia ſemper confertur per collationem alicuius muneris, & officij Eccleſiaſtici: Delegata vero competit iure alieno, quia ſemper habetur commiſſione ſpeciali delegantis. Sic communiter omnes, Suarez *diſputation.* 2. *ſection.* 2. Filliucius *tractat.* 11. *capit.* 2. *numer.* 34. Raſtellius *de cenſur. in gen. quæſtion.* 2. *articul.* 2. *à numer.* 7. Alterius *lib.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 1. *pag. mihi* 332.

Qvæstio X.

An Poteſtas ferendi Cenſuras Iure ordinario, conueniat Papæ, Concilio generali, & Cardinalibus?

RESpondeo vt quid certiſſimum: Conuenire. Et quidem primariò, Papæ: quia in illo tanquam in capite reſidet hæc poteſtas, quam immediatè à Chriſto recipit. Matth. 18. & Ioannis 21. *Paſce oues meas.* Deinde conuenit Concilio generali congregato authoritate Summi Pontificis: quia cum Pontifice eius capite, vnum efficit corpus. Tandem conuenit Cardinalibus, in propriis duntaxat titulis: vt conſtat ex *cap. his quæ, de maior. & obed.* Quia in his ſolùm in foro externo iuriſdictionem habent. Sic omnes. Legantur Suarez *diſputation.* 2. *ſect.* 2. Filliucius *tractat.* 11. *cap.* 2. *à num.* 31. Alterius *lib* 3. *diſputation.* 7. *cap.* 1. Raſtellius *quæſtion.* 2. *cit. artic.* 2. *num.* 12. Hurtad. *de Cenſur. in comm. diffic.* 4. Sayrus *lib.* 1. *cap* 6. *num.* 11. Valquez *de excomm. lib.* 17. Luyſius de Torres *de cenſ. diſputat.* 2. *dubit.* 2. & *diſputation.* 12. *dubit.* 1. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 24 Nauarrus *cap.* 27. *à numero* 5. & *lib.* 3. *de pœnit. n. cap.* 5. §. 9. Sotus *in* 4. *d.* 22. *quæſtion.* 2. *articul.* 1. & 2. Scotus *diſt.* 19. *quæſt.* 1. *art.* 5 Bauny. *de Cenſur. tractat.* 1. *quæſtion.* 8. Ballæus *verb. Cenſura à num.* 8. Villalobos *tractat.* 16. *difficult.* 5. Caſtro Palao *diſputation.* 1. *punct.* 4.

Qvæstio XI.

An etiam Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi habeant, iure Ordinario, ferendi Cenſuras poteſtatem?

RESpondeo tanquam quid certum: Hos omnes habere iure ordinario talem poteſtatem; cum illa ſit annexa eorum Prælaturis, dummodo, proprios habeant ſubditos, proprioſque Patriarchatos, Archiepiſcopatos, & Epiſcopatos; vt excludamus illos, qui ſolum ſunt Prælati titulares, nec habent ſubditos, nec proprias Diœceſes. Sufficit tamen quod qui ſunt propriè, & omni ex parte Prælati habentes ſubditos, ſint confirmati, licet nod conſecrati. Sic omnes Doctores. Legantur nuper citati.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XII.

An item Legatus à latere, Vicarius Papæ, & aliorum Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Vicarij, habeant poteſtatem ordinario iure ferendi Cenſuras?

RESpondeo tanquam certum. Etiam habere. Et quidem, quod illam habeat Legatus Pontificis, ſiue ſit Legatus de latere; ſiue Legatus natus, ſiue Legatus miſſus conſtat *ex c. Legatus, de offic. leg. in 6.* & ibi Gloſſa, & ex illa omnes Doctores, præcipuè citati. Deinde quod illam habeant Vicarij præfati, etiam conſtat ex Gloſſa *in cap. licet. de offic. Vicarij. lib. 6. verb. officialem.* Nam vnum, & idem eſt tribunal Vicarij, & Papæ, Epiſcopi, & Archiepiſcopi, vt habetur *in c. 2. de conſuetudin. in 6. & in cap.* Romana. *de Appellat. in 6.* Hoc tamen intelligendum eſſe de Vicario principali Epiſcopi, vel Archiepiſcopi; non verò de Vicario foraneo, qui non habet ordinariam, ſed delegatam iuriſdictionem, nec facit idem conſiſtorium, aut tribunal cum Epiſcopo &c. notat Abbas *in c. Si quis contra Clerum n. 30. de foro competent.* & ex illo Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 1. pag.* 330. ſic omnes Doctores. Legantur citati.

QVÆSTIO XIII.

An deinde, Concilium Prouinciale Archiepiſcopi; & Diœceſanum Epiſcopi; & Capitulum Eccleſiarum, Sede vacante, habeant etiam iure ordinario poteſtatem ferendi Cenſuras?

RESpondeo tanquam certum, poteſtatem habere. Quod enim illam habeant dicta Concilia, ſi legitima ſint, non eſt dubium *ex c. 1. de Iudic. & c. graue nimis, de prabend.* Faciunt namque vnum corpus politicum in quo hæc poteſtas reſidet. Deinde, quod dictã poteſtatem etiam habeat Capitulum Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum, quæ Capitulum habent, Sede vacante, & ſuo Antiſtite mortuo, etiam conſtat, tum *ex c. Cum olim, de Maiorit, & obedient. & ex c. vnico, eod. titulo in 6.* tum etiam quia Prælatus, & Capitulum faciunt vnum corpus: mortuo ergo Prælato, iure proprio competenti ſuccedit in iuriſdictione Prælati. Ex quo etiam colligitur ſimilem iuriſdictionem habere Vicarius, eiuſdem Capituli Sede vacãte, vt decernit etiam Tridentinum Concilium *ſeſſ. 24. de reformatione capite* 16. ſic omnes Doctores. Legantur citati.

QVÆSTIO XIV.

An Inquiſitores ſancti Officij habeant etiam iuriſdictionem ordinariam ferendi Cenſuras?

NEgat Archidiacon. *in c. Ne aliqui de Hæretic. in 6.*

Sed omnino reſpondeo dicendum: etiam habere. Quia ſunt Delegati Sedis Apoſtolicæ in cauſis fidei, & in aliis ad eorum officium ſpectantibus. Sic Nauarrus *conſil.* 1. aliquibus, mihi *3. de offic. deleg.* Simanc. *de Hæret. titul. Inquiſitor. numer.* 7. Francus *in cap. Ne aliqui de hæretic. lib. 6.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. cap. 1. pag. mihi* 331. Henriquez *lib.* 13. *cap. 24. §. 2.*

QVÆSTIO XV.

An Religionum Prælati, vt Generales, Prouinciales, Abbates, Miniſtri, Priores, Guardiani & alij, etiam habeant iuriſdictionem ordinariam ferendi Cenſuras?

RESpondeo tanquam certum: illam habere, non ſolum ex priuilegio, ſed iure communi. Quia ſic cauetur *in c. Cum in Eccleſiis, de maiorit. & obed.* cum Gloſ *in verb. Excommunicationis, & c. Quanto, de offic. Ordin.* & ibi. Gloſ. *in verbo: ſi Prælati. & in c. ſicut, de Simon.* & ſic etiam conſtat ex vſu omnium Religionum, iuxta Apoſtolica indulta vnicuique conceſſa Sic DD omnes: præcipuè citati. Sot. *diſt. 22 q. 1. art.* 1. Nau. *c. 27. n.* 5. Henriquez *l. 13. c. 24. num.* 3. Suarez *diſput. 2. ſect. 2. n.* 9. Filliuc. *c. 2, cit. n.* 33. Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 3. n* 5. Alterius *diſp. 7. cit. c. 1. pag.* 311. Bauny *tract. 1. q. 8. pag.* 11. Caſtro Palao *diſp. 1. punct. 4. n. 2.*

QVÆSTIO XVI.

An Archidiaconi, & Archipresbyteri hanc iuriſdictionem ordinariam ferendi Cenſuras habeant?

NEgat modò illam habere Archidiaconos, Bauny *loc. cit.* per hæc verba: Vltimo infligendæ Cenſuræ ius habent Archidiaconi, non ſolemniter, ſed quidem priuatim ſecundum Moſconium *de maieſtat. Eccleſia lib. 1. p. 1. cap. 12. lit. A.* quo tamen non vtuntur, eo quod conſuetudine contraria, iſta ſe poteſtate priuari ſunt paſſi. Ita Bauny.

Affirmat per oppoſitum Henriquez *lib. 13 cap. 24. num.* 2. ita dicens: Ex conſuetudine præſcripta, per Pontificem, aut Epiſcopum, approbata, quidam circa ſubditos habent hanc iuriſdictionem in vtroque foro, vt Archidiaconus, Archipresbyter, & Decanus, vt externa iſtorum gubernatio ſit efficax cum hac coactiua: ſed indulgentias, gubernationi minus neceſſarias, concedere non poſſunt. Ita Henriquez, qui in Gloſſa *lit. Q.* citat pro ſe Nauarrum *c. 27. num.* 7. & Angelum *verb. Excommunicat. 1. §. 6.* Sed hi Doctores, ſolùm docent, quod conſuetudo præſcripta, & approbata per Papam, aut alium Prælatum quoad ſuos ſubditos reddat aliquem potentem ad excommunicandum: nec ponunt exemplum in Archidiacono, aut Archipresbytero, quod etiam vidit Henriquez.

Sed ego probabilius, & diſtinctius reſpondeo, quod licèt olim Archidiaconi iuriſdictionem ordinariam ad ferendas Cenſuras haberent à Canone; modo tamen illam non habent, niſi ſolum illi, qui vel in ipſa inſtitutione, vel ex conſuetudine legitimè præſcripta, & approbata hoc ius ſunt conſecuti. Idem dico de Archipresbyteris.

Prima pars huius reſponſionis habetur expreſsè *in cap. Cum ab Eccleſiarum, de offic. ordinarij,* & ibi. Gloſſ. *verb. Eccleſiaſtica ſententia,* & *in cap. Veniens, el 1. de eo qui furt. Ordin. recept.* & ibi. Gloſſa *verb. Archidiaconorum* Et docet expreſsè etiam Innoc. *in d. cap. Cum ab Eccleſiarum, num.* 5. & *in cap. Cum Archidiaconus,* & *cap. Cum ſatis ſit, de offic. Archid.* illúmque pro hac parte citat, & benè, Gloſſa *marg. in d. cap. Cum ab Eccleſiarum.*

Secunda verò *pars* etiam habetur expreſsè *in cap. Archidiaconis, el 5. de offic. Archidiacon.* per hæc verba: Archidiaconis non videtur de Eccleſiaſtica inſtitutione licere (niſi auctoritas Epiſcoporum acceſſerit) in aliquos ſententiam promulgare. Sic text. & ſic Ant. But. *in d. cap.* & Gloſſa *in d. c. verb. Promulgare & verb. Conſuetudinis, in c. cum ſatis, eod. tit.* de iure ergo communi non poteſt Archidiaconus Cenſuras ferre.

Poterit

Digitized by Google

Poterit nihilominus tamen ille Archidiaconus, qui vel in ipſa inſtitutione, vel ex conſuetudine aprobata hoc ius eſt conſecutus: quia ſola adhuc conſuetudo, hoc ius tribuere poteſt; vt docent omnes. Nauarrus, & Angel. *ſup. cit.* & alij Sic docent Arterius *lib. 3. diſp. 7. cap. 1.* Hurtad. *diffic. 4 cit. verſ. tandem reperitur.* Suarez *diſp. 2. ſect. 2. n. 9.* Filliuc. *tract. 11. cap. 2. nu. 33.* Villalob. *tract. 16. diffic. 5. num. 5.* ibi: Aſſi miſmo ay en la Igleſia algunos Abades, Arcedianos, i Arçipreſtes que tienen eſta Iuriſdicion. Mas como no la tienen todos, ha ſe mirar en eſto la coſtumbere. *Sic ille.*

QVÆSTIO XVII.

An Parochi habeant ordinariam iuriſdictionem, ad ferendas, ſaltem in aliquibus caſibus, Cenſuras?

AFfirmant in primis D Thomas *in 4. diſtinct. 1. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 1.* quem refert & ſequitur Syluester *verb. excommunicat. 1. numer. 5.* per hæc verba: S. Thomas dicit *in 4.* quod ſolus Epiſcopus poteſt propria authoritate exoommunicare, niſi in furto, & rapina, huiuſmodi, in quibus conceſſum eſt à iure Parochiano (tu lege *Parocho*) excommunicare. *Et infrà*: Et ſimiliter Sacerdotes Parochiales excommunicare poſſunt, ſecundum Hoſtienſ. in notoriis, quæ non indigent indagine iudiciali, præmiſſa tamen monitione. Quod verum eſt, vbi hoc eis tribuit conſuetudo, quæ dat iuriſdictionem 9. q. 3. conqueſtus Vel vbi ſpeciali iure eius competit iuriſdictio, ſcilicet, in aliquibus particularibus caſibus, vt dicit S. Thomas, quod intellige, niſi Epiſcopus prohibeat, aliter non eſt verum 2. q. 1. *nemo.* Ita Sylueſter.

Deinde Archidiac. cum Gloſſa *in cap. Romana, de ſentent. excommunicat. lib. 6* & *in c. 2. de conſtit. eod. lib.* affirmat Parochos habere iuriſdictionem ex iure ſolũ ferendi excommunicationem generalem ad correctionem ſuorum ſubditorum.

Fundamentum horum Doctorum poteſt eſſe. Quia illi poſſunt iure ordinario, Cenſuras ferre, qui habent poteſtatem iudicandi in foro exteriori: ſed Parochis hanc habent poteſtatem, vt colligitur *ex cap. decernimus, de Iudi. c. nullus Epiſcoporum 15. quæſt. 4.* & *c. nullus Epiſcopus ead. q.* ergo & poterunt Cenſuras iure ordinario ferre.

Sed abſolutè omnino reſpondeo dicendum: nullo modo habere Parochos, iure communi, ac ordinario, poteſtatem ferendi Cenſuras, adhuc pro aliquibus caſibus. Quia Parochi nullam habent iuriſdictionem in foro exteriori, & contentioſo, ſed in ſolum foro pœnitentiæ; vt habetur *cap. de perſona 11. q. 1.* iuncta Gloſ. ibi *verſ. non ab alio*: at ſic eſt, quod poteſtas ferendi Cenſuras iure ordinario, ſolum eſt propria illorum, qui habent ſedem, ac tribunal, ad quæ adire cunctis liceat, iuris obtinendi cauſa, vt docet Nauarrus *c. 27. n. 5.* ergo Parochi iure ordinario non habent poteſtatem ferendi Cenſuras.

Ad fundamentum contrariorum, conceſſa maiori, neganda eſt minor: & ad eius probationem, dicendum illa capita intelligenda eſſe, de illis Parohis, qui vel ab ipſa inſtitutione, vel ex priuilegio, vel ex delegatione ſpeciali Epiſcopi, habent poteſtatem iudicandi in foro exteriori cauſas, vel illud ius acquiſierunt ex conſuetudine: non verò de Parochis in communi. Sic tenent D. Bonau. *in 4 diſt. 18. 2. p. diſt. q. 3.* D. Anton. *3. p. tit. 24.* Sotus *diſt. 22. q. 2. art. 1.* Nauar. *cap. 27. num. 5.* & *in c. cum contingat, de reſcript.* Suarez *diſp. 2. ſect. 2. n. 10.* & *diſp. 18. ſect. 1. nu. 3.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 3. pag. 333.* Sayrus *lib. 1. c. 6. n. 21.* Bonacina *diſp. 1. q. 1. punct. 2. n. 5* Henriquez *lib. 13. cap. 24. §. 3.* ibi: Parochus autem non habet à iure poteſtatem excommunicandi; & conſuetudo, qua alicubi excommunicabat pro rebus ſubtractis, aut deperditis, reuocata eſt per Conc. Trid. *ſeſſ. 27. de reform. c. 3.* & demandatum, id eſt ſoli Epiſcopi. Sic ille. Qui *in marg. lit. X.* circa pro hac parte D. Thomam *in addit. q. 22. art. 1.* Sic etiam Bauny *tr. 1. q. 10.* & *tract. 2. q. 1.* Portel. *part. 3. caſum, caſu 29.* Vaſquez *tr. de excomm. dub. 17. n. 1.* Luyſius *de Cenſur. lib. 2. diſp. 22. dub.* Baſſæus *verb. Cenſure, verb. Parochus,* Villalobos *tract. 16. diffic. 5. n. 8.* Caſtro Palao *diſputat. 1. punct. 4. num. 2.*

QVÆSTIO XVIII.

An, vt quis ſit capax ferendi Cenſuras, iure ordinario, requiratur quod ſit Ordinis Clericalis, ſeu primæ Tonſura?

REſpondeo tanquam certum: requiri. Quia ſolus Clericus, iure communi ordinario, & poſitiuo, atque vſu Eccleſiæ eſt capax dictæ poteſtatis. Non ex eo, quod Cenſuras ferre ſit actus huius Ordinis, ſed quia iſte ordo facit, iuxta ius commune, hominem capacem Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, cuius actus eſt Cenſura.

Hæc reſponſio habetur expreſſa in iure, *cap. 2. de Iudic.* vbi prohibentur laici tractare negotia Eccleſiaſtica, *cap. cum laicis, de reb. non alien. cap. contingit. de arbitr. cap. Eccleſia, de conſtit.* & in ſpecie *in c. bene quidem, diſtinct. 96. §. Maximus Epiſcopus.* Vbi expreſsè definitur; non licere laico anathemata dicere, aut excommunicare, & *in c. Duo, & c. Si imperator, eadem diſtinctione.*

Ratio huius deciſionis eſt: quia omnino decens eſt, quod ſit Eccleſiaſticus, qui Eccleſiaſticam poteſtatem exercet; indecorum, quod ſit laicus, vt habetur *cap. In noua 16. qu. 7.* Ideo hanc reſponſionem, docent omnes DD. iam Theologi quàm Canoniſtæ D. Th. *in 4. diſt. 10. q. 1. art. 2. q. 1.* Richard. *diſt. 18. art. 4. q. 1.* Sot. *diſt. 22. q. 2. art. 1.* Sylueſt. *verb. excommunicat. 1. §. 6.* Ledaſma *q. 24. a. 2.* Couar. *in c. Alma Mater 1. p §. 11. n. 3.* Henriq. *lib. 13. c. 24. n. 1* Suarez *diſp. 2. ſect. 3. à n. 8.* Vgolin. *tabula 1. c. 2. §. 15.* Sayrus *l. 1. c. 5. n. 6.* Præpoſitus *de Cenſur. q. 1. dub. 4. n 29.* & *20.* Nauarrus *c. 27. nu. 6.* Auila *1. p dub. 6.* Alterius *lib 6. diſp. 7. c. 6. pag. 340.* Filliucius *tr. 11. c. 2. n 36.* Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 2. n. 6.* Baſſæus *verb. Cenſure n. 10* Bauny *tr. 1. de Cenſur. q. 8.* Luyſius *de Cenſur. lib. 6. diſp. 13 dub. 2.* Hurtad *de Cenſur. in communi, diffic. 4. nu. 13* Cornejo *de Cenſur. in genere tr. 5. diſp. 2. dub. 3.* Candidus *diſquiſit. 12. art. 6.* Villalobos *tr. 16 diffic. 5. n. 11* Ledeſma *1. p. ſumm. tr. de Cenſur c. 4. concl. 2.* Laymann *tom. 1. tract. 5 part. 2. c. 3. n. 3.* Palao *diſp. 1. puncti 4. num. 3.*

QVÆSTIO XIX.

An, vt quis ſit capax Cenſuras ferendi, iure ordinario, non ſolum debeat eſſe Clericus, ſed etiam Presbyter, aut ſaltem aliquo ſacro Ordine initiatus?

AFfirmare videtur expreſsè, Gloſſ. *in cap. Benè quidem, diſput. 96. verb. Præter Romanum.* Ita loquens: quid dices de Templariis? nonne ipſi poſſunt excommunicare fratrem ſuum? Dici poteſt, quod ſic: quia ipſi non ſunt laici, *argum. 12. quæſt. 1. duo.* Credo quod non poſſunt, niſi ſint Presbyteri, *extra, de ſentent. ex cap. Canonica.* Ita Gloſſa? Quid Clarius affirmare hîc poteſt?

Sed, vt quod certiſſimum, reſpondeo: quod ſolùm ſit neceſſum, quod ſit Clericus, non Presbyter, aut

Digitized by Google

aut ſacro alio ordine initiatus. Probatur *primò*, ex *cap. tranſmiſſam, de elect.* (non *tranſmiſſa, de ſentent. excommunic.* vt leges apud Fillincium) vbi Sum. Pontifex definit, quod Epiſcopus electus, & confirmatus, quamuis non conſecratus, aut initiatus ſacris, poſſit exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non Ordinis; puta iudicare, excommunicare, corrigere, vt exponit Gloſſ. *ibi*, verb. *De talibus*: ergo.

Secundò, quia ad exercendam poteſtatem ferendi Cenſuras, non requiritur Ordo ſacer iure diuino, cum non ſit actus Ordinis, ſed iuriſdictionis: nec iure humano, cum ſacri Canones ſolum exigunt clericatum, vt habetur *in cap. in noua 16. quæſt. 7.* ergo. Sic omnes DD. præcipuè citati *quæſt. 18.* Ex quibus, aliqui Gloſſam explicant, vt intelligatur, quando ſolemni ritu, & ceremoniis inferenda eſt excommunicatio, nam tunc, inquiunt, ſolum ferri poteſt à ſolo Presbytero. Ita Vgolinus apud Suarium *loc. cit. n. 10.* cuius explicatio non placet, cum Gloſſa illa vniuerſaliter loquatur. Ad textum autem ab ductum dicemus *tract. 2. diſp. 17. quæſt. 4.*

Qvæstio XX.

An Clericus etiam coniugatus, ſit, iure communi, capax ferendi Cenſuras?

REſpondeo vt quid certum; non eſſe capacem. Quia Clericus coniugatus, etiamſi cum vnica virgine contraxerit, deferátque tonſuram, & habitum clericalem, non eſt capax adminiſtrationis Eccleſiaſticæ, vt habetur *in c. 1. de Cleric. coniug. 6.* vbi habetur quod, *Coniugatus Clericus tantum habet iſta duo priuilegia, ſcilicet, canonis ſi quis ſuadente: & fori; ne poſſit conueniri coram iudice ſeculari, omnibus aliis eſt priuatus.* Ergo non gaudet priuilegio, quod eſt proprium Clericorum, nempe adminiſtrationis Eccleſiaſticæ. Sic etiam definitur *in c. fine 1. de Clerico coniug.* & ſic docent Abbas *ibid.* S.Th. *in 4. diſt. 18. q. 2. a. 2.* Sotus, Henriquez, Suarez, Couarruuias, Alterius, & alij omnes *q. 18.* citati.

Qvæstio XXI.

An Religioſus, qui non ſit Clericus, ſit capax iure ordinario ferendi Cenſuras?

AFfirmatiuam ſententiam indicare Gloſſam *in c. mulier. diſtinct. 13. verb. Laicus*, ait Suarez *diſp. 2. ſect. 3. num. 11. in fine.* Sed certè non benè. Nam ibi Gloſſa, ſolùm concedit Templariis, poſſe in conuentu docere, eo quod ſint Religioſi, vel hoc habeant ex ſpeciali priuilegio; non verò quod ſint capaces iure ordinario ferendi Cenſuras, cum hoc expreſsè illis negauerit *in c. Bene diſt. 96.* verb. *Præter Romanum*, vt vidimus nuper *q. 19.*

Reſpondeo igitur, tanquam certum: non eſſe capacem. Quia cum non ſit Clericus, non eſt capax, iure ordinario, iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Sic Ledeſma *2. p. 4. q. 10. art. 4.* Victoria *in 2. relect. de poteſt. Eccleſ. q. 2. n. 4.* Suarez *loc. cit.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 6. pag. 141.* Candidus *diſquiſit. 22. a. 6. dubit. 1.* Auila *1. p. dub. verſ. ſecunda concluſ.* Raſtellius *de Cenſur. in gen. q. 2. a. 1. pag. 34. nu. 11.* vbi ex hac reſponſione colligit, Capitulum Religioſorum non habentium ſaltem in maiori parte primam tonſuram, non poſſe ſine diſpẽſatione applicare cenſuram, iuxta Abbatẽ, *in c. dilect., de maior. & obedient. nu. 5.* & alij, colligentes ex dictis neceſſariò, quod laicus, & minus fœmina, habeant capacitatem iure communi, aut ordinario, cenſuras ferendi. An autem id ex delegatione Pontificis habere poſſint, dicemus infra *§. ſequenti.*

Qvæstio XXII.

An vt quis poſſit ferre Cenſuras, debeat eſſe homo viator?

REſpondeo debere eſſe hominem, vt viatorem. Quare nec Angelus, nec beatus ſunt capaces, iuxta inſtitutionem Chriſti Domini, huius ferendi cenſuras iuriſdictionis. Quia noluit Angelos, adhuc bonos eſſe capaces Ordinis, aut iuriſdictionis. Nam cum cenſuræ ſint arma militantis Eccleſiæ, per Miniſtros in ea militantes exerceri debent. Sic D.Th. *3. part. q. 64. a. 7.* Vgolinus *tab. 1. cap. 2. §. 2.* Reginaldus *lib. 9. numer. 114.* Alterius *lib. 3. diſputat. 7. cap. 6 col. 2. pag. 139.* Baſſæus *verb. Cenſura n. 8.* Filliucius *tr. 11. c. 2. n. 36.* Cornejo *tr. 5. de Cenſ. diſp. 2. dub. 3.* Raſtellius *loc. cit. pag. 31 nu. 3.* Candidus *loco cit. dub. 3.* Suarez *diſp. 2. ſect. 3. n. 3.* Luyſius *lib. 2. de Cenſur. diſp. 22. dub. 2.* Bauny *tract. 1. diſp. 2. q. 6.* & alij.

Qvæstio XXIII.

An ſaltem, ſi certò conſtaret, Angelum bonum aliquem excommunicaſſe, cenſendum eſſet, illam excommunicationem eſſe validam?

REſpondeo tanquam certum: cenſendam eſſe validam. Quia tunc credendum eſſet, Angelum non pronunciaſſe excommunicationem ex propria voluntate, cum ad id non habeat poteſtatem ex lege communi, ſed ex ſpeciali facultate, & diſpenſatione diuina. Confirmatur, quia ſi certò conſtaret Angelum bonum miniſtraſſe Baptiſmum verbis per corpus aſſumptum prolatis, ratum credi debet ex diſpenſatione Dei, vt cum S.Thom. *quæſt. 64. art. 7.* & aliis diximus *tract. 1. de Sacram. diſput. 4. quæſt. 2.* ergo pari, imò, & validiori ratione, idem eſt affirmandum de excommunicatione lata ab Angelo. Et idem dic, ſi à quocumque homine beato lata eſſet. Sic expreſsè Alterius *loco citato.*

Qvæstio XXIV.

An, vt quis ſit capax ferendi Cenſuras, debeat eſſe compos rationis, & vſum illius habere?

REſpondeo tanquam certum: debere. Quia carentes vſu rationis, non poſſunt iudicium ferre, nec ſententiam pronuntiare, nec alium quempiam actum iuriſdictionis exercere: ergo non ſunt capaces ad ferendas actu cenſuras. Vnde, nec puer ante vſum rationis, nec perpetuò amens, ſtultus, aut ſtolidus ſunt capaces vſus ferendi cenſuras actus: quia iuriſdictionis actus exercere non poſſunt. Sic omnes Doctores citati *q. 22.*

Qvæstio XXV.

An ſaltem, poſſit committi puero carenti vſu rationis poteſtas ferendi Cenſuras, vt illam exerceat poſteà factus adultus?

AFfirmat Alterius *lib. 3. diſputat. 7. cap. 6. col. 3.* qui & probat, *ex cap. Ex ratione, de ætate & qualit.* vbi Sum. Pontifex non declarat irritas collationes Eccleſiarum factas pueris à quodam Epiſcopo, ſed

ſolùm

Digitized by Google

ſolùm iubet adminiſtrationes dictarum Eccleſiarum Clericis idoneis committi, donec prædicti pueri ad congruam peruenerint ætatem: ergo ſimiliter, &c.

Rurſus id probat. Quia nulla apparet ratio, cur talis delegatio, ipſo iure ſit irrita, licet irritari poſſit; nam conſenſus in Delegato, vt velit recipere delegationem, non eſt neceſſarius tunc, quando à Delegante committitur, ſed antequam exerceat actum iuriſdictionis: ergo ſatis eſt, vt puer Delegatus, cū peruenit ad legitimam ætatem, & vult exercere officium ſuum, tunc habeat vſum rationis, vt ſit præditus iudicio, vt munus ei commiſſum gerere valeat. Ita Alterius. Cuius ſententiam refert, & vt probabilem ſequitur Baſſæus *verb. Cenſura, n. 8. verſ. An autem.*

Sed probabiliùs multò reſpondeo: non poſſe concedi dictam poteſtatem puero carenti vſu rationis. Quia ad recipiendam dictam poteſtatem requiritur ſpecialis conſenſus, & voluntas recipientis: at ſic eſt, quod hunc non poteſt præſtare, qui compos rationis non eſt, cum conſenſus dicat actum humanum, & rationalem: ergo puer dum caret vſu rationis, incapax eſt recipiendi hanc poteſtatem. Sic Suarez *diſp. 2. ſect. 2. n. 4. in fine.* Filliucius *tr. 1. c. 2. n. 36.* Raſtellius *q. 2. de Cenſur. in gen. pag. 31. verſ. ſecunda conditio.* Cornejo *tr. 5. diſp. 2. dub. 3. n. 1.*

Ad primum argumentum Alterij, deſumptum *ex cap. ex ratione*, conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequentia, & paritas. Nam ideo Pontifex non irritat illas Eccleſiarum collationes factas pueris, quia videlicet, defectus fuit in ætate, quam voluit ſupplere pro tunc Pontifex; non in conſenſu (cum ad hunc præſtandum ſufficientem haberent ætatem) nam ſi in hoc fuiſſet defectus, omnino oppoſitum declararet, cum omnino neceſſarium ſit ad acceptandam quamlibet dignitatem. Legatur Gloſſa *in citato capite.*

Ad ſecundum negandum eſt, quod non appareat ratio vnde talis delegatio ſit ipſo iure irrita; cum iure naturali ſit neceſſarius actus humanus ad præſtandum conſenſum, quo acceptetur delegata iuriſdictio: vnde quocumque tempore acceptetur, eodem debet talis aſſenſus præſtari; & quocumque tempore præſtetur, tunc temporis & non anteà, acceptabitur.

Qvæstio XXVI.

An, vt quis ſit capax ferendi Cenſuras, debeat eſſe baptizatus?

Reſpondeo tanquam certum: debere eſſe baptizatum. Quia, qui non eſt baptizatus non eſt membrum Eccleſiæ: ſed qui non eſt membrum Eccleſiæ, incapax eſt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ: ergo, vt quis capax ferendi Cenſuras ſit, debet eſſe baptizatus. Imò & Chriſtianus, qua ratione à ferendis Eccleſiaſticis in Chriſtianos Cenſuris, excluduntur Infideles, Iudæi, Hæretici, Apoſtatæ, eo quod, *Non poteſt quemquam eius remouere ſententia, qui ſe iam prebuit ipſe remouendum.* Nicol. Papa epiſt. 7. ad Michaël. Imperat. Sic omnes DD. Legantur Vgolinus *tab. 1. cap. 9.* qui id probat *ex cap. 1. 2. & 3. de Presbyt. non baptiz.* Henriquez *lib. 13. cap. 23. num. 1.* Filliucius, Raſtellius, & Baſſæus *loco citato* Alterius *loco citato, verſ. Tertia conditio.* Bauny *tractatu 1. quæſtion. 8. pag. 10.* Luyſius *lib. 2. de Cenſur. diſp. 22. dub. 2.* Palao *diſputatione 1. punct. 4. num. 3.* & alij.

§. II.

De perſonis, quæ vi delegationis ferre cenſuras poſſunt.

Qvæstio XXVII.

An viri merè laici poſſint, ex commiſſione, ſeu diſpenſatione Papæ, Cenſuras ferre?

Negatiuam partem inſinuare videtur Couarr. *in cap. Alma mater. 1. part. §. 11. num. 3.* quatenus abſolutè docet, quod laicus incapax ſit iuriſdictionis ad excommunicandum. Vbi id ex commiſſione Papæ, nō poſſe adhuc Cēſuras ferre inſinuare videtur, præcipuè cum in fine addat hęc verba: Tametſi pręcitatę Gloſſæ velint ex delegatione Papæ poſſe laicum excommunicare: ipſe verò tranſit.

Sed reſpondeo vt quid certum: poſſe. Quia, quod iuriſdictio Eccleſiaſtica, & poteſtas ferendi Cenſuras, ſolis Clericis committatur, & delegetur, ſolùm eſt cautum iure Pontiecio, vt conſtat *ex cap. decernimus de Iudiciis*: ergo optimè poteſt Pontifex in eo, iuſta interueniente cauſa, ex plenitudine ſuæ poteſtatis diſpenſare, ac proinde dictam poteſtatem mero laico conferre. Sic Gloſſa *in c. præter verb. duci diſtinct. 32. & in c bene, verb. præter Romanum diſt. 96.* Nauarr. *c. 27. n. 6.* Vgolinus *tab. 1. c. 2. §. 10.* Suarez *diſp. 2. ſect. 3. n. 12.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 6. col. 6.* Henriquez *lib. 13. c. 24. n. 1.* Tabiena *verb. abſolut. 2. n. 3.* Filliucius *tr. 11. c. 1. nu. 37.* Auila *de Cenſur. p. 1. dub. 6. concl. 2.* Ægidius *diſp. 13 dub. 4. n. 32.* Bauny *tr. 1. quæſt. 8. verſ. poſſet tamen.* Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt. 2. art. 2. pag. 33. & 34.* Cornejo *tr. 5. diſp. 2. dub. 3. verſ. Infero tertiò.* Hurtadus *de Cenſ. in communi, diffic. 4. n. 13.* Laymann *tr. 5. cit. c. 5. in fine.* Baſſæus *verb. Cenſura nu 8. verſ. Quarta.* Candidus *diſquiſit. 22. art. 6. dub. 2.* Llamas *1. p Methodi cap. 9. §. 20. pag. 131.* Archangelus *diſt. 18. verſ. Aut ſermo eſt. pag. mihi 235. col. 2.* Diana *p. 8. tract. 1. reſolut. 39. verſ. Notandum eſt.*

Qvæstio XXVIII.

An, non ſolùm ex commiſſione Papæ, ſed etiam Epiſcopi, poſſint merè laici Cenſuras ferre?

Reſpondeo vt quid certiſſimum; non poſſe. Quia nullus inferior poteſt diſpenſare in lege Superioris: ſed ſic eſt, quod lege, aut iure ſacrorum Canonum, quorum Auctor eſt Papa, eſt prohibitum laicis tractare negotia Eccleſiaſtica, vt *ſup. quæſt. 18.* eſt habitum: ergo nullus Epiſcopus: ſed ſolus Papa, diſpenſare poteſt in dicta lege, & conſequenter, ipſe ſolus committere laicis facultatem Cenſuras ferendi. Vnde ſi qui Epiſcopi id facere tentent, irritum erit, & inane: quia Canones non ſolum prohibent, ſed etiam faciunt laicos incapaces talis iuriſdictionis. Sic Suar. Alterius. Archang. Filliuc. Raſtel. Laymann, Cornejo, Ægidius, Auila, Diana *loc. cit.* & communis.

Qvæstio XXIX.

An ſaltem, ex antiqua conſuetudine poſſit laicus acquirere ſibi ius ad ferendas Cenſuras?

Affirmandum videtur: quia conſuetudo diuturna & præſcripta, poteſt derogare iuri poſitiuo. ergo poterit conferre laico poteſtatem ad cenſuras ferenda

ferẽdas, cum hæc ei ſolùm iure communi, & canonico denegetur: nam conſuetudo induci etiam poteſt contra Canones, teſte Abbate *in cap. Cum tanto. num. 8. de Conſuetud.*

Sed, vt quid certum, reſpondeo: Non poſſe. Quia conſuetudine ſolum acquiritur ius ad illas res, quæ aliàs præſcribi poſſunt: ſed ſic eſt quod laicus eſt incapax rerum ſpiritualium: ergo illud ex conſuetudine acquirere non poteſt. Solus ergo Papa poteſt conferre laicis poteſtatem Cenſuras ferendi, quia ipſe ſolus poteſt facere laicos capaces rerum ſpiritualium. Ex quo iam patet ad rationem dubitandi. Sic Abbas *loc. cit. n. 5. ex c. Cauſam. de præſcript.* & *c. Maſſana. & c. Sacroſancta. de elect.* Suarez, Alterius, Filliuc. Raſtellius *loc. cit.*

QVÆSTIO XXX.

An Collegio conſtanti ex Clericis, & laicis poſſit non ſolum Papa, ſed etiam Epiſcopus committere facultatem Cenſuras ferendi?

RESpondeo Poſſe etiam Epiſcopum, caſu, quo tale Collegium ſit Eccleſiaſticum; non verò ſi ſit ſæculare. Ratio eſt. Quia ſi eſt Collegium Eccleſiaſticum habet poteſtatem ordinariam ferendi cenſuras, vt ex dictis ſup. conſtat: ergo à fortiori poterit ei ab Epiſcopo talis poteſtas delegari, ſi verò Collegium eſt ſæculare, minimè poterit, niſi à ſolo Papa, vt ex dictis *q. 28.* liquet. Tunc autem iudicandum eſt, Collegium eſſe Eccleſiaſticum, quando plures ſunt Clerici ex quibus conflatur Collegium, quam laici; ſæculare verò, quando plures ſunt laici. Quod ſi ſint pares, tunc dicendum eſt Eccleſiaſticum; quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. *cap. Quod in dubiis, de conſecr. Eccleſ.* Sic Abbas in *cap. ex literis, de conſtit. nu. 3.* Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 6. pag. 342.* Suarez *diſp. 2. ſect. 3. n. 13.*

QVÆSTIO XXXI.

An Fœmina etiam, ex commiſſione Summi Pontificis poſſit ferre Cenſuras?

NEgat in primis Auila *1. p. de cenſ. dub. 6. concl. 1.* citans pro ſe Ledeſmam *2. 4. quæſt. 21. artic. 3. & quæſt. 24. art. 2.* & alios viros Doctiſſimos, quorum nomina tacet. Dicitque id colligi ex mente Sylueſtri *v. Abbatiſſa, numero 1.* & Soti *diſt. 20. quæſt. 1. art. 4. in ſolut. ad 4.* Negant deinde, Victoria *Relect. de poteſt. Papæ quæſt. 2. num. 5.* Ægidius *diſput. 13. dub. 4. num. 33.* Cornejo *diſput. 2. de excomm. dub. 5.* Citat etiam Bauny *infrà*, pro hac parte Henricum Henriquez *lib. 6. cap. 2. num 3.* Sed non ita benè, vt ſtatim dicam. Tenent tamen Petr. Ledeſma *tom. 1. Summ. tractat. de cenſ. in com. cap. 4. concl. 1.* Llamas *1. p. Metho. cap. 9. §. 20.* Diana *part. 5. tract. 9. reſol. 16.* & Auſonius *in ſumm. verb. Abbatiſſa. nu. 1.* Qui vterque male citat pro oppoſita parte Petrum Cornejo *tractat. 5. de Cenſur. diſputat. 2. dub. 3.* nam ibi non reſoluit queſtionem, benè tamen loco à nobis cit. Negat tamen Caſpenſis in Curſu Theolog. *tom. 2. tr. 25. c. 1. ſect. 2. n. 14.*

Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia poteſtas ferendi Cenſuras pertinet ſaltem mediatè, & remotè ad clauem Ordinis: ergo ſolùm poteſt eſſe in his, qui vel habent Clauem Ordinis, vel ſaltem poſſunt illam habere, ſed fœminæ omnino ſunt incapaces Ordinis, iure diuino, in quo Papa diſpenſare non poteſt: ergo adhuc delegatione, aut commiſſione Papæ, fœminæ ferre Cenſuras nequibunt.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe fœminas ex abſoluta & extraordinaria potentia Pontificis, déque plenitudine eius poteſtatis, Cenſuras ferre. Quia probabilius eſt quod Ordo clericalis eſt requiſitus, ſolo iure canonico, & Eccleſiaſtico, vt quis cenſuras ferre poſſit: at in hoc poteſt Pontifex diſpenſare: ergo poteſt diſpenſare cum fœmina, vt ferre Cenſuras poſſit. *Confirmatur.* Quia Pontifex poteſt diſpenſare cum viro merè laico, vt ſit capax Cenſuras ferendi, vt cum commmuni eſt ſupra habitum: ergo ſimiliter poterit cum fœmina, quia vtriuſqua par certè eſt ratio, vt probat benè Bauny, citandus. Vnde

Ad fundamentum Contrariorum. Neganda omnino eſt maior. Nam ad ferendas Cenſuras, nullo modo eſt neceſſaria, nec remotè, Clauis Ordinis, ſed Iuriſdictionis ſolùm, vt docent communiter DD. S. Anton. *3. p. tit. 24. cap. 75.* Nauarr. *cap. 27. num. 41.* Couarr. *in cap. Alma. 1. p. §. 11. num. 1. & 10.* Henriquez *lib. 13. cap. 24. num. 1.* & alij: ergo cum hæc ſolùm ſit prohibita fœminis iure canonico, in quo Papa diſpenſate poteſt, conſequenter & poterit diſpenſare cum fœminis, vt dictam iuriſdictionem ad ferendas cenſuras habeant. Nec quid obſtat, quod nec à Chriſto, nec eius Vicario talis iuriſdictio vnquam conceſſa fuerit, quia eo fuit, quod id nec ſalus publica, nec priuata alicuius exigerit. Addo quod non deſunt Doctores, qui doceant, quod fœminæ ex indulto Papæ poſſint ad clericalem tonſuram admitti, eo quod tonſura tantum ſit ex inſtitutione Eccleſiæ. In quorum ſententia probabili (licet multò longè probabilior ſit contraria, vt diximus *tr. 6. de Sacr. diſp. 5. q. 4.*) neceſſarium eſt dicendum, eodem iure poſſe Pontificem indulgere fœminis poteſtatem ad ferendas Cenſuras.

Hanc noſtram ſententiam defundunt, in primis Palud. in *4. diſt. 19. quæſt. 2.* Sotus *diſt. 20. quæſt. 1. art. 4.* quos abſque dubio ſequitur Henriquez *lib. 13. cap. 24. num.* . & ideo pro illa refertur à Cornejo *de Cenſuris in gen. diſputat. 2. dub. 3. num. 4. pag. mihi* 527. Nauarr. *in capite Nouit. de Indi. Notab. 3. numer. 143. & Conſil. 1. de ſent. excommun.* Suarez *diſputat. 2. ſect. 3. numer. 7.* Sayrus *lib. 1. cap. 5. num. 16.* Salas *de legib. diſputation. 8. ſect. 19. per totam.* Armilla *Ver. excommunicatio numer. 24.* Vgolin *lib. 1. cap. 2. §. 7. numer. 5.* Tabiena *Verb. abſolutio. 2. numer. 3* Laymann *lib. 5. tractat. 5. parte 1. cap. 3. nu. 4.* Bauny *tractat. 1. de Cenſur. quæſtion. 9. per totam.* Vbi pro hac parte refert Armillam *loc. cit.* & Fumum *eod.* vt duos diſtinctos authores, cum ipſiſſimus ſit. Alterius *lib. 3. diſp. 7. c. 6. pag. 338.* Angles *quæſt. de Clauibus parte 2. art. 1. diff. 6. concl. 3. in fine, pag. mihi 12.* Filliucius *tractat 11. cap 1. n. 19. verſ. Dixi in concluſione.* Reginald. *n. 116.* Bonacina *diſp. 1. de Cenſur. quæſt. 1. punct. 2. n. 4.* Hurtad. *de Cenſur. in com. diff. 4. nu. 13. verſ. Quia tamen.* Sylnius *in ſupplem. q. 19. art. 3.* Miranda *de Monial. q. 6. art. 5. c. 1.* Baſſæus *verb. Abbatiſſa. n. 3. in fine. & clarius, v. Cenſura n. 8. verſ. Quarta.* Villalob. *tr. 16. diff. 5. n. 10.* Candidus *diſquiſ. 22. art. 6. dubit. 1. verſ. Dico ſecundo.* Archangel. Rubeus *diſt. 19. & 18. pag. mihi* 2 6. *col. 2.* & (ni fallor) Machado *lib. 1. p. 1. tr. 2. docum. 1. num. 4.* eo quod hanc ſententiam in Vltimo loco referat. Lugo *de fide diſput. 21. reſol. 8. q. 4. nu. 112.* Laymann *lib. 1. tract. 5. p. 1. c. 3. n. 4.* Duard. *in Bull. Cænæ lib. 1. c. 1. q. 2. punct. 2.* & Diana ſibi contrarius, *p. 8. tr. 1. reſol. 39.*

QVÆSTIO XXXII.

An, etiam de poteſtate abſoluta Pontificis, eiuſque de commiſſione, poſſit infidelis non baptizatus Cenſuras ferre?

NEgant Suarez *diſp. 2. ſect. 3. num. 12.* Candid. *diſquiſ. 22. artic. 6. dubit. 2. dicto. 5.* Duardus *in Bull.*

Digitized by Google

Cœnæ lib.1.q.3.n.33.& Bonacina *diſput.1. q.1.punct.2. verſ. ſi tertia conditio.*

Fundamentum eorum eſt. Quia non baptizatus non ſolum iure Eccleſiaſtico, ſed diuino, & quaſi naturali eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis: at in his, nequit Pontifex diſpenſare: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: Etiam poſſe. Quia probabilius exiſtimo, quod infidelis, non ſit incapax iuriſdictionis ſpiritualis iure diuino, ſed humano: at in hoc poteſt abſolutè Pontifex diſpenſare: ergo & poſſet diſpenſare, vt infidelis quis non baptizatus Cenſuras poſſet ferre. Confirmatur. Quia infidelis nõ baptizatus non eſt incapax iure diuino iuriſdictionis neceſſariæ ad adminiſtrandum Sacramentum Baptiſmi, vt omnes docent ex *cap. A quodam Iudæo. de conſecr. d.4.* ergo minus multo erit incapax iure diuino iuriſdictionis quæ requiritur ad cognoſcendas cauſas ſpirituales, & proferendas Cenſuras, cum minus ſit.

Addo, quod Delegatus, non nomine proprio, ſed nomine & authoritate Delegantis operatur, *cap. valde, diſt.94.* vnde ille mer qui commiſit, operatur: ergo ſi Papa committeret viro non baptizato poteſtatem Cenſuras ferendi, ipſemet id faceret.

Ex quibus iam conſtat ad rationem in contrarium. Neganda enim eſt maior. Sic Sayrus *lib.1.cap.5.n.18.* Hurtadus de *Cenſ. in com. diff.4.n.3.* Vgolin. *tabula 1.c. 2.§.9.*& Alterius *lib.3.diſt.7.c.6.col.4.pag.340.* Quibus adhærere videntur Card. Lugo *de fide diſp.23.ſect. 3.c.4.n.112.*& Diana *p.8.tr.1.reſol.39.in fine.*

§. III.

De conditionibus neceſſariis, vt quis validè Cenſuras ferat.

Qvæstio XXXIII.

An Prælatus publicè, & nominatim excommunicatus; aut notorius Clerici percuſſor, aut ab officio, ſeu iuriſdictione ſuſpenſus, poſsit validè Cenſuras ferre?

Reſpondeo vt quid certiſſimum: Non poſſe. Quia prædictæ Cenſuræ omnino impediunt vſum omnis ſpiritualis iuriſdictionis: ergo, qui dictis innodantur, nequibunt cenſuras quæ ſunt actus iuriſdictionis exercere. Sic cauetur in *c. Audiuimus 24.q.1.c. exceptionem. de exceptio.& c. Ad probandum, de ſent. & re iudicata.* Et docent D.Thom. *in 4.diſt.18.q.2.a.& in addit. ad 3.p.q.22.a.3.* Caiet. *in ſum. v. Excommunicatio, ad finem.* Syluest. *excommunicatio 2.§.1.caſu 2.* Conarr. *in c. Alma mater p.1.§.11.n.4.* Nauarr. *cap.27.n.7.* Suarez *diſp.2.ſect.4.n.2.* Filliucius *tr.11.c.2.q.9. n.40.* Alterius *lib.3.diſp.7.c.4.* Hurtado *de Cenſur. in comm. diff.6.n.12.* Cornejo *de Cenſur. in gen. diſp.2. dub.4.n.1. & 2.* Raſtellius *de Cenſur. in genere q.2.a.2.pag.33.nu.1.* Armilla *verſ. abſolutio. n.31.& 42.* Henriq. *lib.13.c.24. n.4.* Diana *p.5.tr.9.reſol.50.*

Qvæstio XXXIV.

An Vicarius Epiſcopi publicè & nominatim excommunicati, &c. validè Cenſuras ferre queat?

Affirmat Ricard. *in 4.diſt.18.artic.10.q.4.* Quem citat, & ſequitur Syluester *verb. abſolutio 2.§. Sextò quæritur.* Quibus accedit Armilla *verb. Vicarius num.10.* caſu ſolum, quo res non ſit integra; ſecùs verò ſi ſit. Ait enim que ita: Ceſſat enim Vicarij poteſtas Epiſcopo excõmunicato. Panor. *in c.1. de offic. Deleg.* Intellige ſecundum quoſdam re integra: quia idem iudicium eſt ſicut de delegato, ſecundum Panor. *in c. licèt. de offic. Deleg.* Secus autem, quando res non eſt integra ſecundùm Ioan. Ang. *in dict. c.1. de off. c. Vicarij.* Ita ille.

Sed omnino reſpondeo dicendum. Non poſſe in dicto caſu Cenſuras validè ferre. Quia Iuriſdictio Vicarij eſt accepta à Iuriſdictione Epiſcopi: ergo ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi per denũtiationem excõmunicationis maioris, aut notoriam percuſſionem Clerici, &c. ſuſpenſa quoque remanet iuriſdictio Vicarij: ergo ſicut Epiſcopus nequit tunc Cenſuras ferre; ita neque eius Vicarius, etiam caſu, quo res non ſit integra; quia eſt vnum, & idem tribunal, & vterque pro vna eademque perſona reputatur. *cap.1. de offic. Vicar. in fine lib.6.* Sic Abbas, *in c. Quoniam de offic. Deleg.* Gutier. *lib.1. Canon. c.1.n.83.& 84.* Vgolin. *tab.2.c.24. §.3.n.8* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus* Suarez *diſp.2.ſect.4.n.4.& diſput.14.ſect.1.n.1.* Filliuc. *tract.11.c.2.q.9.n.40.* Alterius *lib.2.c.2.diſp.1.pag.191. & lib.3.diſp.7.c.4.pag.336* Hurtad. *diff.4.cit.* Cornejo *tr.5.de Cenſ. in gen. diſp.2.dub.4.n.2.verſ. Infero ſecundò.* Villalobos *tr.16.diff.n.2.* Auila *2.p.diſput.6.dub.4.pag. mihi 138.*

Qvæstio XXXV.

An ſaltem Delegatus Prælati delegantis publicè & nominatim excommunicati, &c. poſſit validè ferre Cenſuras, iuxta exigentiam alicuius negotij inchoati?

Negant Suarez *num.4. cit.* Cornejo *loc. cit.* dicens, id eſſe commune inter Doctores in *cap. licet, de offic. Delegati.*

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe valide ferre Cenſuras, ſi res non ſit integra, ſecus ſi res integra ſit. Quia in primo caſu, non expirat poteſtas, ſeu iuriſdictio Delegati per Delegantis excommunicationem, vt colligitur *ex cap. Gratum. el.20. de offic & poteſt. Iud. delegati;* Secus verò in ſecundo, quod item colligitur ex *cap. licet. cit.* pro parte contraria, per quod hæc ſecunda pars noſtræ ſententiæ tantum probari poteſt. Sic docent Gloſſa *in c. licet cit. verb. Re integra.* Alterius *lib.2.diſp.1.lib.2 c.2.in fine* per hæc verba: Et idem verum eſt, etiam quoad negotia incepta ante Epiſcopi denunciationem: quia in re differt Vicarius à Delegato, cuius poteſtas non ſuſpenditur per Delegantis excommunicationem, ſaltem quantum ad negotia inchoata *c. Gratum de offic. deleg.* Et ratio diſcriminis eſt, quia Epiſcopi, & Vicarij, eſt vnum, & idem Tribunal, non autem Delegantis & Delegati: Abbas *c. licet de offic. deleg. num.8.* Rebuff. *praxi benefic. tit. de forma Vicariatus n.162.* Sic ille, & Suarez *diſp.14.ſect.1.n. 2.* vbi ſic ait: An verò Iuriſdictio delegata ante excommunicationem delegantis ſuſpendatur propter ſuperuenientem excõmunicationem: breuiter dicendum eſt, ſi res ſit integra, ſuſpendi; non verò ſi inchoata iam ſit. Sic ille. Et in hoc ſenſu explicanda ſunt, quæ dixit, loco pro oppoſito citato. Sic etiam Auila *loco citato.* Immo & Cornejo *tractatu 5. diſput. 2. dubio. 1.*

Qvæstio XXXVI.

An Vicarius Epiſcopi, qui captiuus à Barbaris detinetur, poſſit validè Cenſuras ferre?

Reſpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia tũc Epiſcopus ciuiliter reputatur mortuus, & ideo vſus

n

Digitized by Google

vſus Epiſcopalis iuriſdictionis deuoluitur ad Capitulum, donec Epiſcopus libertati reſtituatur, vel Sedes Apoſtolica aliter diſponat: vt habetur expreſsè *cap. Si Epiſcopus de ſuppl. negl. Prel. in* 6. per hæc verba: *Si Epiſcopus à Paganis, aut ſchiſmaticis capiatur, non Archiepiſcopus, ſed Capitulum, ac ſi ſedes per mortem vacaret illius, in ſpiritualibus, & temporalibus miniſtrare debebit: donec eum libertati reſtituat, vel per ſedem Apoſtolicam (cuius intereſt Eccleſiarum prouidere neceſſitatibus) ſuper hoc per ipſum Capitulum quàm citò commodè poterit conſulendam, aliud contigerit ordinari.* Sic textus. Igitur ſi in hoc caſu Epiſcopus reputatur mortuus: ſic etiam debebit reputari eius vicarius. Sic Corn. *tr.* 5. *de Cenſur. in genere diſp.* 1. *dub.* 4. *n.* 4. *pag.* 519.

QVÆSTIO XXXVII.

An Prælatus vel index occultè excommunicatus, aut impeditus, poſſit validè, licet non licitè, Cenſuras ferre?

NEgant quidam Doctores exiſtimantes in dicto caſu, nec licitè; nec validè poſſe Prælatũ occultè excommunicatum cenſuras ferre. Quia etiam occultè excommunicatus eſt priuatus iuriſdictione: ergo. Ita ſentiunt Gloſſa *in* 3 *quæſt.* 7. *verſic. verumtamen. verb. Dum putantur.* & Gloſſa *in* 24. *quæſt.* 1. *verſ. Quod autem.* Anchar. & Francus *in cap. Pia. de exceptio.* Anton. & Imola *in cap. Sciſcitatus. de reſcript.* Panl. Eleazar *in cap. ſi celebrat. de Cleric. excomm.* Dominicus *in c. ſi cui. de offic. deleg. lib.* 6 Pro hæc ſententia citantur ab Alterio infrà Caiet. *in ſum. v. excommunicatio.* §. *Excommunicato plura ſunt illicita.* & Sotus *lib.* 3. *de Iuſt. q.* 4. *a.* 6. Tenentque eam præter citatos, Angelus *v. excommunicatio* 1. §. 2. Syluest. *v. Excommunicatio* 1. *n.* 6. *in fine. & Excommunicatio* 2. *num.* 1. Ledeſma *q.* 24. *a.* 3. & Cano apud Henriquez *vbi infrà.* Ita etiam Petr. Ledeſm. *de excomm. c.* 5. *concl.* 4.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe validè, quamuis non licitè, Cenſuras ferre. Quia probabilius eſt, quod Eccleſia non velit priuare iudicem vſu ſuæ Iuriſdictionis, quo vſque excommunicatus eſſe conſtet, & denuncietur: ergo. Sic Ricard *diſt.* 38. *a.* 7. *q.* 1. Palud. *q.* 2. *art.* 3. *& q.* 4. Sot. *in* 4. *diſt.* 21. *q.* 2. *art.* 1. *circa finem verſ. Dubium autem eſt*, vbi ait hanc ſententiam proculdubio eſſe tenendam. Citatque pro illa Syluestrum, *verb. excommunicatio* 1. Et benè quamuis id non doceat cõſequenter Sylueſter cum oppoſitum dixerit locis à nobis pro prima ſententia adductis Nauarr. *in ſum. c.* 27. *n.* 7. *&* 21. *& antea c.* 9. *n.* 8. Couarr. *in c. Alma. part.* 1. §. 11. *n.* 4. & penes ipſum, Abbas, & Felinus *in c* Ad probandum, de re iudi. Suar. *diſp.* 14. *ſect.* 1. *à n.* 8. (*& diſp.* 2. *ſect.* 5. *n.* 3. vt citat Cornejo Henriq. *lib.* 13 *c.* 7. §. 6. *& c.* 24. §. 4. Auila 2. *part. diſp.* 6. *dub.* 1. *verſ. Ex quo ſequitur.* Filliuc. *tr.* 11. *c.* 7. *n.* 109. Sayr. *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 34. Alter. *lib* 2. *diſp.* 2. *c.* 2. Corn *in* 2. *p. tr.* 5 *de Cenſur. diſp.* 2. *dub.* 4. *verſ. Et ſi queras*, Villalob. *tract.* 16. *diff.* 6. *n.* 1. Bizozerus *in ſumma de excomm p.* 2. *c.* 1. *n.* 5. Diana *p.* 5. *tr* 9. *reſol.* 50. Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 10. *n.* 88.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Index excommunicatus manifeſtus, toleratus tamen, poſſit validè Cenſuras ferre?

NEgat Laymann *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. citans Suarium *diſp.* 14. *ſect.* 2. per hæc verba: Sed contrarium probabilius docet Suarez *ſect.* 1. *num.* 15. Non eſſe validam excommunicationis ſententiam, latam à Iudice notoriè excommunicato tolerato, ſeu non vitando. Quia in Extrauagante Conſtantienſi nullum ius, fauor, aut licentia data eſt ipſis excommunicatis, niſi quatenus cedit in gratiam, commodum, aut petitionem reliquorum fidelium: ergo actus iuriſdictionis coactiuæ, quos iudex ex officio erga ſubditum innitum, non minus nunc inefficaces, ſeu irriti ſunt, quam olim fuerunt. Ita ille. Citat etiam pro hac parte Auila *p.* 2. *diſp.* 6. *dub.* 3 *verſ. Prima opinio. & verſ. Secunda opinio* Caietanum, *v. excommunicatio, poſt omnia capita, verſ. vbi ſcito.* Ricardum *in* 4. *d.* 18. *a.* 4. *q* 2. & Paludanum *q.* 2.

Sed probabilius longè reſpondeo: Poſſe prædictum excommunicatum validè Cenſuras ferre, & ideo validè alios excommunicare. Quia probabilius longè eſt, quod omnia quæ geruntur ab Excommunicato etiam publico, dummodo ſit toleratus (quia videlicet, nec eſt publicè denunciatus, nec notorius Clerici percuſſor) ſint valida, ſiue pertineant ad forum interius, ſiue ad forum exterius. Ratio eſt, quia talis, quamdiù publice agnoſcitur verus Iudex, validè exercet actus iuriſdictionis vtriuſque fori, eo quod Eccleſia, propter bonum commune, & ob vitanda pericula animarum, ſupplet eius defectum, ergo validè poterit Cenſuras ferre.

Ex quo patet ad fundamentum Laymanij. Negandum enim eſt quod fauor ille conceſſus Iudici, non cedat in gratiam, & commodum reliquorum fidelium, cum detur illi ob bonum commune, & ob vitanda maxima inconuenientia, & pericula illorum. Sic Nauarr. *cap.* 27. *n.* 7. *&* 21. Henriquez *lib.* 13. *cap* 7. (non 8. vt offendes apud Auilam) *n.* 6. *verſ. Si autem Iudex. & verſ. Nunc ille dicitur.* Auila *p.* 2. *diſp.* 6. *dub.* 3. Gutierrez *Can. qq. lib.* 1. *n.* 82. *in fine.* Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 10. *n.* 91. Filliucius *tr.* 11. *c.* 6. *nu.* 144. & Bonacina *diſp.* 2. *de Cenſ q.* 2. *punct.* 5. *n.* 3. Qui vterque citant pro hac parte Suarium *diſp.* 14. *ſect.* 1. *n.* 8 *&* 10. Sed non ita benè quia in his locis loquitur de excommunicato oculto, non publico tolerato. Sic etiam Corn. *tr. de excomm. diſp.* 10 § 5. *dub.* 2 Banny *tr.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *verſ. Quintum.* Dian *p.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 135.

QVÆSTIO XXXIX.

An Prælatus, ſeu Iudex, qui poteſtatem habet ferendi Cenſuras, poſſit illas ferre contra eumqui anteà legitime appellauerat; aut recuſationem fecerat?

REſpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia appellatio, in tempore facta, ſuſpendit vſum iuriſdictionis in Iudice; vt habetur expreſsè *in c. Romana. & c. ſi à Iudice de Appellat. in* 6. & ibi Gloſſa *verb teneris.* Idemque omnino facit recuſatio Iudicis, facta antequam ſententiam excommunicationis vel alterius Cenſuræ ferat, vt habetur etiam expreſsè *cap. Quoties. Epiſcopi* 2. *q* 6. *& ibi* Gloſſ. *Appellent* Sic omnes Vgolin. *tabul.* 1. *c.* 1. §. 22. *&* 23. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 2. *qu.* 9. *nu.* 40. Cornejo *tract.* 5. *de Cenſ. in genere diſp.* 1. *dub.* 4 *verſ. Infero tertiò* Ægid *diſp.* 13. *de Cenſ. dub.* 5. *nu.* 35. Alter. *lib.* 1. *de Cenſ. diſp.* 5. *c.* 1. *per totum.* Qui verò cum communi contrarium docet loquendo de Appellatione non facta in tempore, hoc eſt facta poſt latam sẽtentiam excommunicationis, vel alterius Cenſuræ, quod ſcilicet, tunc Appellatio non habeat vim ſuſpendendi, ex *c. Ad reprimendam. de offic. Ordin.* ſed ſolùm deuoluendi, vt ſuperior poſſit cognoſcere de Iuſtitia excommunicationis.

QVÆSTIO XL.

An poſſit Prælatus in ſe ipſum Cenſuras ferre;

AFfirmandũ videtur, *Primò.* Quia ſi Epiſcopus, v. g. cõmunicat cum excõmunicato à ſe ipſo, incidit

Digitized by Google

ſed in excommunicationem minorem; & ſi celebrat in Eccleſia à ſe interdicta incurrit irregularitatem: ergo ſaltem remotè, aut mediatè poteſt quis in ſe ipſum Cenſuras ferre.

Secundò. Quia Concilium, Capitulum, & Collegium, paſſim fert, cenſuras in ſe ipſum: ergo.

Sed, tanquam certum, reſpondeo non poſſe. Quia ſicut naturale agens nequit agere in ſeipſum; ita nec morale poterit: nam nemo poteſt eſſe agens, & patiens, vt docet Gloſſa cum communi *in cap. Quoties. 1. quaſt. 7.* Deinde, quia cenſura debet ferri in ſubditum, vt docent omnes ex D. Thom. *2. 2. q. 67. a. 1. & in Addit. ad 3. p. q. 22. a. 4.* & docent omnes Abbas *c. 1. de de raptor. n. 12.* D. Th. *loc. cit.* Suarez *diſp. 2. ſect. 4. nu. 5.* Filliucius *loc. cit. n. 41.* Nauar. *c. 27. n. 6.* per hæc verba: Nec quiſquam ſeipſum *l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. omn. iud.* & ob id Epiſcopus, qui excommunicat generaliter quæcunque qui furatus eſt, aut furabitur, luſit, aut ludet, licèt ipſe faciat, aut fecerit, nō erit excommunicatus ſecundum Hoſtien. *in ſum. de ſent. excom. §. Quis valeat.* & S. Thom. *in 4 diſt. 18. q. 2. ad 2.* & Ioan. Andr. *in reg. cui licet, lib. 6.* communiter recepto. Vt probat Henric. *lib. de Synodo 2. p. a. 2. n. 26.* Sed ſi Epiſcopus ſolum eſſet denunciator excommunicationis Summmi Pontificis, aut excommunicationis alterius Epiſcopi, aut eius Vicarij aut alius, qui excommunicat, maneret excōmmunicatus ſecundum Bernar. de Buſto *p. 2. Serm. 37. pag. 3.* & mentem omnium. Hæc vſque meus Nauarrus. Cornejo *dub. 4. cit. verſ. Ex qua infero pag. 530.* Hurtadus *de cenſur. in comm. diff. 6. verſ. Quarto requiritur*. Villalobos *tract. 16. diff. 6. num. 3.* & omnes.

Ad Primum argumentum in contrarium, conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequentia; quia licet verum ſit, quod in dictis caſibus Epiſcopus incurreret præfatas Cenſuras, ſed non à ſe latas, ſed ab alio, nempe à Iure, ſeu à Summo Pontifice.

Ad Secundum dicendum, quod Concilium, Capitulum, ſeu Collegium nunquam fert cenſuras in totum Concilium, Capitulum, &c. quia non poteſt eſſe ſibi ſubiectum tanquam Superiori habenti iuriſdictionem in ſe: ſed ſolum fert Cenſuras contra ſingulos de Concilio, Capitulo, & Collegio, *c. irrefragabili, de offic. Ordin.* quia ſinguli de Concilio, Capitulo &c. tanquam partes ſubiiciuntur Concilio &c. vt ſuo toti.

QVÆSTIO XLI.

An Iudex, ſeu Prælatus, poſſit in cauſa propria Cenſuram, per modum iudicij, ferre?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Sic expreſſè definiuit D. Gregorius, relatus in *cap. Inter querelas. 23. quæſtion. 4.* vbi Gloſſa *verb. propria* optimam rationem aſſignat; quia nemo permittitur eſſe Iudex in propria cauſa. Accipe verba Gloſſæ: ergo Epiſcopus non poteſt excommunicare aliquem, pro iniuria ſibi facta, vt hic, & *infrà eo. q. 5.* de occidendis. Nec enim poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, *vt 4. q. 4. c. 1.* Sic Gloſſa Et benè. Quia vt dictis conſtat, nemo poteſt iudicare niſi ſibi ſubiectum: ergo cum nemo ſit ibi ſubiectum, nemo poteſt in ſua cauſa ferre iudicium, commune vtrique parti inter quas agitur. Sic omnes. Legantur Suarez Filliucius, Cornejo, Villalobos, & alij citati. Diana *p. 5. tr. 9. reſol. 52.*

* *
*

QVÆSTIO XLII.

An ſaltem poſſit Prælatus ferre Cenſuram in propriam defenſionem, ad vitandam iniuriam & violentiam, quam ſubditus illi irrogare vult?

RESpondeo tanqum certum: Poſſe in dicto caſu. Quia ſic cauetur in *cap. Dilecto. de ſentent. excommuni. in 6.* Fundaturque in illo principio naturali, quod vim vi repellere licet: ergo ad ſui defenſionem, optime poterit Prælatus vti armis ſibi propriis, qualis eſt poteſtas Eccleſiaſtica, in Eccleſię Principe. Sic Suares *loc. cit. n. 8.* Filliuc. *n. 41.* Cornejo *dub. 4. cit. verſu, Inferò Secundo.* Hurtadus *diff. 6. cit. verſu Quarto in fine.* Villalob *loc. cit. n. 5.* Raſtellius *dicens in genere q. 2. pag. 37. n. 5.* Quia in dicto caſu, inquit, non procedit Prælatus vt iudex, ſed vt defendens ſemetipſum. Diana *reſol. 52. cit.* Mercer. *in 3. p. de Sacrqm. q. 10. dubit. 4.*

QVÆSTIO. XLIII.

An item poſſit Prælatus ferre Cenſuram in cauſa propria quando hæc eſt tam manifeſta, & publica, vt negari nequeat?

RESpondeo tanquam certum: Etiam in hoc caſu poſſe. Sic Abbas. in *cap. Cum veniſſent. de iudiciis, n. 6. 10. & 11.* & in *cap. 1. de offic. deleg. nu. 6.* Et tenent cum illo Suarez, Filliuc. Cornejo, Raſtellius, Diana, & Mercerus *loc. cit.* & Villalob. *loc. cit.* Sic concludens: Y tābien valdrià, quando la cauſa es manifieſta, y publica, de ſuerte que no fueſſe meneſter examinarla, que en tal caſo puede iuzgar en propria cauſa, y poner cenſura. Sic ille.

QVÆSTIO XLIV.

An poſſit quis in Superiorem, aut ſaltem, in æqualem Cenſuras ferre?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia ferre cenſuras eſt actus iudicialis habens vim coactiuam: at ſic eſt, quod nemo, niſi ſibi ſubditum, cogere poteſt: ergo nec inferior in Superiorem, nec æqualis in æqualem, aut par in parem, cenſuras ferre poteſt. Et quidem, quod inferior Superiorem ſuum aliqua cenſura obligare nequeat, habetur *in c. Inferior, diſt. 21. & cap. Cum Inferior. de maiorit. & obed.* Quod verò, nec æqualis æqualem, in *c. Innotuit §. Quamuis. de electio.* Quia *par in parem* (inquit textus) *non habet imperium.* Vnde ſi duo Vicarij ab eodem Archiepiſcopo æquali auctoritate conſtituantur, vt ſit ſemper ab Archiepiſcopo Toletano, nullo modo poterit alter in alterum Cenſuram ferre, dato, quod vnus eorum delictum aliquod committeret. Sic ex D. Thoma *in addit. ad 3. p. q. 22. a. 4.* docent omnes Theologi. Sot. *diſt. 22. q. 2. a. 2.* Vgol. *tabula 1. c. 2. §. 11. n. 21.* Cornejo *n. 5. de Cenſ. in gen. diſp. 2. dub. 4. pag. 531.* Syluest. *verſ. excomm. 1. n. 8. & 6.* Auila *2. p. c. 3. diſp. 7.* Petr. Ledeſma *tr. de excomm. c. 5. concl. 5.*

QVÆSTIO XLV.

An, qui poteſtatem habet Cenſuras ferendi, debeat neceſſariò, ad validè illas ferendas, aduertere, & intendere eas infligere?

RESpondeo tanquam certum: Debere neceſſariò. Quia ſi non aduertat quid agat, non agit, vt homo: et ſi non intēdit eas infligere, non fert illas validè, cum intentio operandi ſit, quæ dat valorē actionibus humanis

humanis,*ex capite cum voluntate. de Sentent. excomm.* ergo.Ex quo conſtat,quod quoties Prælatus ſub Cenſura aliqua præcipit,non ea intentione,vt à tráſgreſſoribus præcepti, contrahatur, ſed ſolum ad inferendum metum,ſeu exaggerandum rem, quæ præcipitur, tunc reuera non incurritur Cenſura:&hæc ſolet comminatoria appellari.Sic ommnes DD.Fillinc. *cap.2.2. cit.num.*43.Hurtadus *de Cenſur.in com.diff.6*.Villalob. *diff.6 cit,num.6*.Suarez *diſp.2.ſect.4.n.*10. Qui admonet Prælatos, ne iis comminatoriis Cenſuris vtantur: tum, quia eo ipſo, quod vera intentione non procedunt, fictionem quandam continere videntur: tum etiam,quia fieri facile poteſt,vt ea occaſione nonnulli ſimpliciores ex cóſcientia erronea grauiter peccẽt: alij verò, qui perſpicaciores ſibi videntur, interdum veras Cenſuras contemnant.Sic ille.Et benè Alterius *lib.3.de cenſur.diſp.4.c.*1.Bauny *tr.1.q.*8.*pag.*9.Cornejo *tr.5.cit.diſp.2.dub.4.in fine.*

Qværtio XLVI.

An etiam ſit neceſſarium ad validè Cenſuras ferendas,quod Iudex libera voluntate illas ferat?

REſpondeo tanquam certum: Etiam eſſe neceſſarium. Quia actus non liber,non eſt humanus,vt conſtat:ergo homines ligare non poteſt. Vnde neceſſarius eſt vſus actualis rationis in eo, qui Cenſuras ferre velit,quia ſine illo,nó poteſt eſſe liber vſus voluntatis.Sic omnes DD.legantur citati.

Qværtio XLVII.

An Cenſura lata à Iudice, vi, & metu cadente in virum conſtantem, valida ſit?

NEgant quidam DD. exiſtimantes, talem Cenſuram, nullam, & irritam eſſe. Ratio eorum eſt. Quia abſolutio à Cenſura vi,& metu cadente in conſtantem virum expreſſa,& extorta,eſt nulla ex decreto Gregorij X.in *in cap.vnico, de his, quæ vi metúſve cauſa fiunt*: ergo & Cenſura, ſeu ligatio eadem vi,vel metu impoſita: patet conſequentia: tum, quia æquale ius eſt ligandi, & ſoluendi, vt habetur, in *cap.verbum.de pœnit.diſt.*1. tum etiam; quia iura promptiora ſunt ad ſoluendum,quam ad ligandum: ergo ſi abſolutio, quæ fauorabilis eſt, cenſetur iure irrita, ratione metus, & violentiæ, multò magis idem erit cenſendum de ipſa Cenſura, quæ odioſa eſt.Ita Vgolinus *tab.1.cap.2.§.4.num.2.*(vnde male citatur ab Henrico de Villalob.pro oppoſita parte)·Sayrus *lib.1.c.16.n.9.* quos refert ac ſequitur Cornejo *tr.5.de cenſur. in gen. diſp.2.dub.4.pag.*582.

Sed probabiliùs reſpondeo: Eſſe omnino validam. Ratio eſt.Quia Cenſura ſic lata, nec eſt inualida iure naturali, nec iure poſitiuo: ergo non eſt inualida. Quod non ſit inualida iure naturali, conſtat; quia quamuis eo metu Cenſura feratur, eſt ſimpliciter voluntaria,cum voluntas coacta voluntas ſit,ex Ariſt. *3.ethicor. cap.*1. *& l.ſi mulier.§. ſi metu. ff.quod metus cauſa.* Deinde nec eſt inualida iure poſitiuo,quia nullum eſt, quo irritetur talis Cenſura, ſicut datur, quo irritetur abſolutio: ergo.Sic Gloſſa in *cap vnic.de his, quæ vi, metuve cauſa fiunt. in 6. verb. Vacuamus.* & *in c.Iniuſtum* 11.*q.*3.*verb. Non valet.*& *in c. Quatuor.*10. *q* 3.*v.Timore.*Abbas *in c.2.de iis,quæ vi.num.*17 Suarez *diſp.2.ſect 5.à n.*2.Filliuc.*tr.11.c.2.q* 9.*n.*44.Bonac.*diſp.1.de cenſur.q.1.punct.*12.*nu.*1.Ægidius *diſp.*13.*dub.5.à n.*36.Alterius *lib.3.diſp.9.cap.1.pag.*347.Hurtad.*tr.de cenſur.in comm.diff.6,verſ.Quod autem.*Bauny *tr* 1.*q.*8. *pag.*9.Candid.*diſquiſ.*22.*artic.*29.*pag* 151 Luyſius de Torres *diſp.2.de Cenſ.dub.2.pag.*3. Villalob.*tr.16.diff.* 6.*n.*7.Raſtellius *de cenſur.in genere q.2.pag mihi* 42.

Ad fundamentum contrariorum,conceſſio antecedenti, neganda eſt conſequentia. Ad cuius primam probationem dicendum eſt *primo*,vtique verum eſſe, quod in Eccleſia par ſit ius ligãdi atque ſoluendi,quia ad illam pertinet & ligare Cenſuris fideles, & etiam illos à cenſuris abſoluere. *Math* 18. *Quæcumque ligaueritis,&c.Secũdò.*Quia licèt hæc regula ſit vera,quod qui poteſt ligare poteſt abſoluere; & ex conſequenti, qui non poteſt ſoluere non poteſt ligare, patitur tamẽ aliquas exceptiones,vt notauit Gloſſa *c. Inferior.diſt.* 21.vt in Incendariis excommunicatis,& idem dicendum eſt in præſenti caſu.

Ad ſecundam probationem concedendum eſt iura promptiora eſſe ad ſoluendum,quam ad ligandum;ad indulgendum,quàm ad puniendum,negandum tamen inde ſequi,quod ſi ius,aut Eccleſia, reddit nullam abſolutionem ex graui metu, velit etiam excommunicationem aut aliam Cenſuram latam ex tali metu eſſe nullam:tum quia in his quæ iure humano decreta ſũt, non licet ab vno caſu inferre ad alium, tum etiam, quia Eccleſia expreſsè declarauit abſolutionem ex metu eſſe nullam, & nihil dixit de excommunicatione; quia magis congruit id decernere de abſolutione, quam de excommunicatione, vt bene probant Authores citati:præcipuè Alterius.

DISPVTATIO III.

De Cauſa materiali remota Cenſuræ, de Subiecto videlicet.

Qværtio Prima.

An Creaturæ irrationales, vt Locuſtæ, Bruchi, & alia animalia, quæ ſemina depaſcuntur,ſint capaces Cenſuræ?

AFfirmandum videtur *Primo:* quia in aliquibus locis viget conſuetudo præcipiendi prædictis animalibus, vt intra certum dierum ſpatium ſub pœnã excommunicationis latæ ſententiæ, terminos illius territorij deſerant.

Secundò,quia in exorciſmis, quibus vtuntur Miniſtri Eccleſiæ contra prædicta animalia admiſceri ſolet ſæpe nomen anathematis,& excommunicationis: ergo poſſunt excommunicari.

Sed tanquam certiſſimum,reſpondeo:non eſſe capaces cenſuræ.Quia dictę irrationales creaturæ ſunt incapaces culpæ.ergo & cenſuræ,cùm hæc culpam ſupponat.

Vnde ad primam rationem dubitandi dicendum eſt, talem actionem eſſe omnino ſuperſtitioſam. Ad ſecundum dicendum,quod Miniſtri Eccleſiæ non vtũtur illis verbis intentione ferendi cenſuras contra dicta animalia, ſed intentione deteſtandi, execrandi,& maledicendi illis,poſtulando à Deo, vt illa deſtruat, & ad interitum redeat.Sic omnes. Nauarr. *cap.* 27. *num* 13.*in fine.& conſil.*52.*de ſentent. excommun.*Sotus *diſt.*22.*q.2.art.*2.Henriq *lib.*13.*c.*25.*n.*1.Suarez *diſp.5. ſect.1.n.*2.Filliuc.*tr.*11.*c.5.nu.*121. Alterius *lib.1.diſp.* 10.*c.*2 Raſtellius *de cenſ.in gen.q.4.art.vni.n.*2.Hurtad. *de cenſur.in comm.diff.7 num.*27.Reginald.*lib.9.n.*134. Ægid.*diſp.*13.*n.*47.Bonac.*diſp.1.q.1 punct.4.n.*5. Baſſ. *verb.cenſ.n.*17 Auila *p.2.c.4.diſp.vni.dub.* 3.Villalobos *tr.16.diff.*14.*n.*1.Cornejo *in p.3.de ſuperſt.c.*10.& Caſtro Palao *diſp.1.punct.6 n.*1.

Digitized by Google

Qvæstio II.

An Angeli ſint capaces Cenſuræ?

AFfirmandum videtur. Nam Paul. Apoſtol. *ad Galat. 1.* Anathema dicit in eum, qui contra Euangelium docet, etiamſi Angelus ſit.

Sed tanquam certum reſpondeo: Non eſſe capaces. Quia nec pertinent ad forum Eccleſiæ: nec ſunt ſubditi illius, ſed cuſtodes: nec effectus, quos parit Cenſura poſſunt habere locum in illis, vt conſtat. Vnde ad verba citata Pauli dicendum eſt, non ſignificare veram Cenſuram Eccleſiaſticam, ſed ſolùm maledictionem, & deteſtationem; quaſi diceret Paulus, *Qui aliud euangelizauerit quàm quod ego euangelizaui, anathema ſit*, id eſt, execrandus, maledictus, & deteſtabilis; *etiam ſi ſit Angelus*; quæ verba addidit Paulus ad oſtendendū Euangelij ſtabilitatem & firmitatem. Sic omnes DD. Suar. Filliucius, Palao, Bauny, Alterius, & alij *loc. citat.* Qui idem dicunt de anima ſeparata.

Qvæstio III.

An Dæmones poſſint Cenſuris ligari?

AFfirmandum videtur. Quia in aliquibus exorciſmis, quibus aliqui Exorciſtæ vtuntur, in adiuratione Dæmonum, ſæpe excommunicantur & anathematizantur. Imò id feciſſe D. Bernardum ferendo excommunicationem in quemdam dæmonem ſuccubum, narrat Author mallei maleficarum.

Sed, tanquam certum, reſpondeo: non poſſe. Tum ob rationes nuper dictas: tum etiam, quia Cenſura fertur propter delictum, & contumaciam ad emendationem ipſius Contumacis: at ſic eſt, quod dæmones non ſunt capaces emendationis: ergo nec Cenſuræ. Sic docent omnes. Legantur Alterius *diſp. 10. cit. c. 1. & 2.* Suarez *diſputat. 4 ſect. 1. numer. 1. & 2.* Bonacina *punct. 4. cit num. 1. & 4.* Palao *loc. cit.* Nauar. *cap. 27. num. 13.* Filliucius *loc. citat. num. 120. & 122. concludens* cum communi omnium, ſolùm hominem viatorem poſſe ligari Cenſuris. Quia non Beati cum peccare non poſſint, non Dæmones, & damnati, quia emendari nequeunt, non tandem animæ exiſtentes in purgatorio, quia iam ſunt extra forum Eccleſiæ militantis: ergo &c.

Ad rationem dubitandi dicendum ex dictis, quod quando Exorciſtæ vtuntur verbis *excommunico*, *anathematizo* &c. in adiuratione Dæmonum, non velint ferre veram Cenſuram Eccleſiaſticam in illos, ſed vſurpant prædicta verba, pro maledictione, & deteſtatione, quia volunt compellere Dæmones virtute & poteſtate Ordinis, & orationum ab Eccleſia inſtitutarum, vt exeant à corporibus obſeſſis, & deſinant illa amplius vexare.

Qvæstio IV.

An Mortui poſſint Cenſura aliqua ligari?

AFfirmant plures Doctores. Quia ex pluribus capitibus iuris conſtat, mortuos poſſe excommunicari, immo, & de facto aliquando excommunicatos fuiſſe: ergo. Antecedens probatur *ex cap. Sane. 24. q. 2.* vbi habetur, Hæreticos poſt mortem eſſe anathematizandos. Ex *cap. ſi quis Epiſcopus, de Hæret.* vbi præcipitur, vt propter quædam delicta Epiſcopi, poſt mortem ſaltem ei anathema dicatur, atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur. Et denique, *ex cap. Neque. 88. diſt.* vbi refertur, Cyprianum, propter ſpeciale crimen, quemdam mortuum excommunicaſſe: ergo. *Secundò*. Quia, qui ante mortem non fuit abſolutus à Cenſura excommunicationis quam incurrit, manet poſt mortem excommunicatus, ſi quidem poſt mortem ab illa abſoluitur: ergo poſt mortem poteſt etiam excommunicari, quia eiuſdem rationis eſt, ligatum permanere, vel de nouo ligari. Ita ſentiunt Gloſſa *in cap. ſi quis Epiſcop. cit. verb. poſt mortem.* In *cap. Iudæi. 1. de Iuda verb. Permittatur.* Abbas in *d. cap. ſi quis Romanus in ſingul. 715.* Tabiena *verb. Excommunicatio. 4. §. 1.* Gabriel. *diſt. 18. quæſt. 2. art. concl. 5. corol. 4.* Ricard. *ea diſt. art. 4. quæſt. 4.* Hugolinus *tab. 1. cap. 17. §. 2. num. 3. & cap. 19.* Bauny *tract. 1. quæſt. 13.* vbi docet, quod, etſi mortui, non omnium ſint Cenſurarum capaces, excommunicari tamen ob eadem crimina poſſint, ob quæ viui excommunicati fuiſſent: quod & latè probat.

Sed probabiliùs reſpondeo: Nullo modo, ſaltem directè, & immediatè, poſſe mortuos homines Cenſura aliqua ligari. *Primò*. Quia Eccleſia non habet iuriſdictionem in mortuos, ſed in viuos duntaxat, vt definuit Gelaſius Papa *in cap. legatur. 24. quæſt. 2.* citans illa verba Saluatoris, *Math. 17. Quodcumque ligaueritis ſuper terram*: ergo non poteſt illos Cenſura aliqua punire.

Secundò. Quia Cenſura poteſt ferri in animam ſeparatam, cum iam ſit extra forum Eccleſiæ militantis; nec in corpus, cum iam ſit incapax rationis, & emendationis: ergo nullo modo ferri poteſt in mortuum. Sic Ioan. de Lingano *tit. de Cenſuris § 9. numer. 4. & 3.* Nauarr. *cap. 27. num. 13. & 271.* Couarr. *cap. Alma Mater. 1. part. §. 11. num. 8.* dicens, id eſſe communi Theologorum, & Canoniſtarum ſententia probatiſſimum. Caſtro *lib. 2. de Iuſta Hæretic. punit. cap 19 & 20.* Sotus *diſt. 22. quæſt. 2. art. 2.* Syluest, *verb. excommunicatio. 1. §. 7.* Caiet *tom. 1. opuſc. tract. 16. part. 4. verſ. Quoad 2.* D. Anton. *3. part. titul. 27. cap. 75.* Henriquez *lib. 13. cap. 25. num. 2.* Armilla *v. excommunicatio §. 18.* Petez *l. 3. tit. 4. lib. 8. ordin. pag. 85.* Turrecren. *24. quæſ. 2.* Auila *2. part. cap. 4. diſput. vnic. dub. 8.* Suarez *diſputat. 5. ſect. 1.* Ægidius *diſputat. 13. dub. 6.* Alterius *lib. 3 diſputat. 10. cap. 3.* Bonacina *punct. 4. cit. numer. 1.* Filliuc. *tractat. 11. cap. 5. num. 123.* Sayrus *lib. 1. cap. 8.* Reginaldus *lib. 6. num. 131.* Vaſquez *de excomm dub. 17. num. 6.* Hurtadus *de cenſ. in comm. diff 6. num. 27.* Læymann. *tract. 5. c. 4. num. 2.* Luyſius *lib. 2. de Cenſur. diſp. 23. dub. 1.* Cornejo *tract. 5. de Cenſur. in gen. diſp. 9. dub. 1.* Candidus *diſquiſ. 22. art. 9. pag. 228.* Baſſæus *verb. Cenſura nu. 17.* Machado *lib. 1. part. 3. tract. 2. docum. 4. num. 1.* Villalob. *tract. 16. diff. 14. num. & 2.* Valentia *diſput. 7. quæſt. 17. punct. 4.* Petr. Ledeſma *de excom. cap. 5. difficult. 2. poſt. 4. concl.* Caſtro Palao *diſp. 1 punct. 6. n. 1.*

Ad fundamentum pro contraria ſententia adductum, Reſpondent Syluest. Suarez, Sayrus, Alterius, & alij, ibi non præcipi ferri ſententiam excommunicationis in hæreticos, quia iam eam in vita ipſo facto propter hæreſim incurrerant, ſed ſolùm præcipi, promulgari, & ſeruari ſententiam illam, quæ ab ipſo iure lata fuerat, in hæreticum dum viuebat. Alij reſpondēt in illis textibus, non præcipi defunctos excommunicari propriè, ſed maledici, & execrari, iuxta à nobis ſupra dicta; ita Auila, & alij. Sed melius reſpondeo cum Cornejo, concedendo in prædictis textibus verè eſſe ſermonem de excommunicatione, negando tamen illam eſſe latam directè, & immediatè in defunctos, aut comprehendere omnes effectus excommunicatio duo operetur, vnum, ne excommunicatus Eccleſiæ ſacramentis, & ſuffragiis vtatur; alterum, ne Chriſtiani pro eo ſuffragia offerant, & ſepulturam non donent Eccleſiaſticam, dicendum eſt, quod dicta excommunicatio lata contra defunctos, non operetur primum effectum contra ipſos, ſed ſecundum, & hoc non immediatè in ipſis defunctis, ſed in viuis, quibus prohibetur, ne pro talibus defunctis orent, hoc autem

non

non eſt excommunicari defunctos directè,cum revera nulla Cenſura ligetur;ſed ſolum eſt,quædam prohibitio viuorum , quæ reſpectu ipſorum defunctorum, dici poteſt indirecta excommunicatio. Huc vſque Cornejo,legantur Alter.Caſtro,& Couarr.*loc.cit.*Pro ſolutione autem ſecundi argumenti, ſit

Qvæstio V.

An qui cenſura aliqua ligatus moritur, permaneat poſt mortem illa ligatus?

AFfirmant Authores pro prima ſententia adducti Quorum fundamentum ad tactum:nempe,Quia Excommunicati iam defuncti poſſunt abſolui , ſicuti de facto multoties abſoluuntur abEccleſia,vt conſtat ex *cap.A nobis 2.& cap.ſacris,de ſentent.excomm.*ergo quia erant excommunicati.Ita præter citatos Authores,tenent valentia *diſp.7. quæſ.17. punct.4.* per hæc verba : Denique & eſt illud notandum, quamuis defunctus , qui in excommunicatione è vita diſceſſit, maneat etiam poſt mortem excommunicatus , non poſſe tamen iam defunctum de nouo excommunicari.Ita ille & Auila *2.p.c.4.diſp.vni.dub.8.con.1.*

Sed probabiliùs reſpondeo : non permanere abſolute loquendo , iam ligatum illum , qui cenſura aliqua ligatus obiit. Nam aut excommunicatus deceſſit in gratia,& tunc iam eſt abſolutus coram Deo:aut in peccato,& tunc cum ſit damnatus , iam ſuſtinet pœnam vltimam,& maximam.Vnde nec ſupereſt ei alia, nec indiget abſolutione ſaltem directa, cum nihil ei prodeſſe poſſit: ergo per mortem omnis Cenſura tollitur,ac diſſoluitur.Sic Suarez *diſp.5. ſection.1. n. 11.* Alterius *lib.3.diſp.10.cap.3.*Hurtadus *diff.7. cit.verſ. Immo nec defuncti* Sayrus *lib.1.cap.8. n. 11.* Ægidius *loc.cit.n.43.*Cornejo *loc.cit* Bonacina *diſp.1.q.1.puncto 4.n.2.*Et ante hos Palud. *in 4.diſt.18.q.1.n.7.* & alij communiter.

Ad fundamentum contrarium dicendum eſt,quod prædicta capita non ſunt intelligenda de abſolutione directa collata defunctis , cum hi , iam non permaneant directè excommunicati; ſed de abſolutione indirecta,hoc eſt,de facultate conceſſa viuis,vt pro tali defuncto orent,& offerant ſuffragia , illique ſepulturam concedant ; propter hoc ergo,eſt neceſſaria abſolutio in foro Eccleſiæ, & propter hoc abſoluit Eccleſia mortuos indirectè;ſicut diximus indirectè poſſe per illam ligari

Qvæstio VI.

An qui mandauit Clericum percutere , Si ante executionem vulneris,moriatur,incurrat excommmunicationem , latam in cap. Si quis ſuadente,***ſuccedente poſtea percuſſione?***

AFfirmant aliqui ex prædictis authoribus apud Vgolinum *tab.1. de cenſ.c.17.§.2.*

Sed probabilius reſpondeo : non incurrere.Quia, vt ſuprà eſt habitum , poſt mortem nullus eſt capax excommunicationis.Vt igitur talis Mandans incurreret Cenſuram , neceſſum erat , quod non ſolùm eſſet capax Cenſuræ eo tempore,quo dedit cauſam delicto, ob quod Cenſura incurritur;ſed maxime in eo,in quo effectus conſummatur,cum tunc Cenſura,quaſi inhærere incipiat,non antea.Sic Gloſſa,Innoc. & Abbas, *in cap. Mulieres.§. Illi vero,*quos citat,& ſequitur Suarez *diſput.5.cit.ſection.1.n.15.*Alterius *cap. 3. cit. pag. 365.*Cornejo *tract.7.cit.diſp.6.dub.1.*& alij,Qui idè, & conſequenter dicunt de illo,qui excommunicatur ſub conditione,vbi infrà decem dies reſtituat,& antequam dies decimus adueniat , moritur, is enim non incurret in excommunicationem,etiam ſi non reſtituerit ; cum talis excommunicatio intra illos decem dies non eum ligauerit,& poſteà ligare non potuerit poſt mortem ob ſubiecti incapacitatem. Legatur etiam Filliuc.*loc.cit.n.125.* vbi alios ſimiles caſus accumulat.& *infrà diſp.4.à q.15.*

Qvæstio VII.

An Iudæi,& alij infideles non baptizati,poſſint ab Eccleſia cenſuris ligari?

REſpondeo vt quid certum:nō poſſe.Quia huiuſmodi,nec ſunt ſubditi Eccleſiæ,nec capaces bonorum ſpiritualium , quibus priuant Eccleſiaſticæ Cenſuræ:& ideo de illis Eccleſia iudicare nequit,iuxta illud Pauli , *ad Corinth.5.de his,qui foris ſunt,nihil ad nos.*Sic omnes Doctores,præcipue citati.

Qvæstio VIII.

An ſaltem Cathecumeni ſint cenſuræ Eccleſiaſticæ capaces?

AFfirmauit Archidiaconus *in cap. Eos,de Conſecr. diſt.4.*Quē nonnulli alij ſunt ſequuti,vt firmat Alterius,*infrà.*Horum fundamentum fuit ; quia Cathecumeni poſſunt habere gratiam Dei:ergo & eſſe membrum Eccleſiæ,ac ita ſubeſſe poteſtati Papæ:ergo & poterunt ab ipſomet Eccleſiæ Cenſuris ligari.

Sed vt certum, reſpondeo:non eſſe capaces.Quia nec fides , nec charitas,nec gratia faciunt hominem irreuocabiliter ſubiectum Eccleſiæ,eiuſque capiti,ſed Baptiſmus,qui eſt ianua per quā quis ingreditur Eccleſiam,illique irreuocabiliter ſubiicitur. Vnde cum Cathecumeni non ſint inſigniti Charactere baptiſmali,non ſunt dicto modo ſubiecti poteſtati Eccleſiæ,& conſequenter non poſſunt eius ligari Cenſuris. Sic communis Doctorum,D.Thom.*in addit.q.22.art. 5.ad 1.*Nauarr.*cap.27.num.13.*Henriquez *lib.13.cap. 25.num.1.*Suarez *diſput.5.ſection.1.n.17.& 25.*Filliuc. *tract.11.cap.5.num.127.*Bonacin. *diſp.1. quæſ.1.punct. 4.n.6.*Alterius *lib.3.diſp.10.cap.4.pag.368.* & Hurtadus *diff.7.*Palao *punct.6.citat.n.1.verſic. Secundo debet eſſe.*

Qvæstio IX.

An Hæretici,vel Apoſtatæ ,poſſint cenſuræ Eccleſiaſticæ vinculo obſtringi?

REſpondeo vt quid certiſſimum:poſſe. Quia per characterem,quem in Baptiſmum ſuſcepere, remanent ſemper ſubiecti iuriſdictioni Eccleſiæ : ergo poſſunt ab illa Cenſuris,etiam directè ligari.Sic omnes.Legantur Alterius *lib.3.diſp.10.c.4.* Filliucius *tr. 11.c.5.n.129.* Palao *loc.cit.*

Qvæstio X.

An omnes homines baptizati , etiamſi careant vſu rationis,ſint cenſuræ capaces?

REſpondeo quod non.Quia ſicut eſt neceſſarium quod ſint Eccleſiæ ſubiecti per Baptiſmum : ſic & quod ſint rationis compotes. Ratio eſt. Quia vbi non adeſt vſus rationis , ibi adeſt culpa : at vbi non adeſt culpa,non poteſt adeſſe Cenſura,cum hæc illam ſupponat:ergo. Sic omnes DD. inde colligentes quod infantes ante ſeptennium completum non ſint capaces Cenſuræ , eo quod hæ non ferantur niſi propter propriam culpam , cuius iſti, vt ſuppo-

nimus ſunt incapaces. Legantur Suarez *diſp.* 5. *ſect.* 1. *à n.* 17. Filliucius *tract.* 11. *c.* 5. *à n.* 130. Alterius *lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 4. Cornejo *tract.* 5. *diſp.* 9. *dub.* 3. & Bonacina *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4. *n.* 7. *aliàs* 9. Machado *lib.* 1. *p.* 3. *tr.* 2. *docum.* 4. *n.* 2. Villalobos *tr.* 16. *diff.* 14. *n.* 5. Palao *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An pueri impuberes, ratione tamen vtentes, ſint capaces ligari cenſuris tam à iure, quàm ab homine latis?

NEgant eſſe capaces ligari cenſuris ab homine latis (licet à iure, concedant) Abbas, Lupus: & alij, quos citant, & ſequuntur Vgolinus *tab.* 1 *de cenſur. c.* 17. §. 3. *num.* 5. Sayrus *ib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4 & Villalobos *loc. cit.* Quia ante pubertatem (inquiunt) non cenſetur ad eſſe ſufficiens ratio ad intelligendum ordinem iudiciarium, qui interuenire ſolet in cenſuris ab homine latis.

Sed, vt mihi pluſquam probabile reſpondeo: Eſſe omnino capaces Pueros impuberes, ligari cenſuris Eccleſiæ, ſiue latis à iure, ſiue ab homine. Ratio eſt. Quia pueri impuberes ratione plena vtetes, ſunt capaces culpę mortalis, & conſequenter & obligationis præcepti: ergo & conſequenter Cenſurarum Eccleſiæ: ergo ſi hæc velit illos Cenſuris ligare, valide & iuſte poterit. Sic Suarez *diſp.* 5. *ſection.* 1. *n.* 18. Ægidius *diſp.* 13. *dub.* 6. *n.* 45. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 5. *num.* 131. Hurtado *de cenſur. in comm. diff.* 7. *n.* 30. & communis. Quia bene ad fundamentum contrarium reſpondent quod non ſit neceſſarium ad incurſionem Cenſurarum, vt dicti pueri intelligant ordinem iudiciarium, quia vel non eſt neceſſum, vt cum illis interueniat ordo iudiciarius, vel, ſi eſt, inſtrui poſſint de illo. Sic etiam tenet Palao *diſp.* 1. *punct.* 1. *n.* 2.

QVÆSTIO XII.

An non ſolùm poſſit Eccleſia, ſed etiam de facto velit, ligare pueros impuberes, cenſuris à ſe latis?

AFfirmat abſolute Hurtad. *de cenſur. in comm. diff.* 7. *verſ. Pueri tamen. in fine.* citans pro ſe Alterium *lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 4. & Ægidium *diſp.* 13. *dub.* 6.

Sed probabiliùs reſpondeo: Cenſendum eſſe, de facto non velle Eccleſiam pueros impuberes, Cenſuris à ſe latis obligare, niſi aliàs ex verbis iuris, aut inflictæ Cenſuræ id expreſsè innoteſcat, aut neceſſario colligatur. *Primò*. Quia quamuis abſolutè dictos pueros obſtringere Cenſuris poſſit Eccleſia, ſi compotes ſint rationis, vt nuper eſt habitum; minus tamen communiter conuenit; eo quod tales potiùs virgis, quàm Cenſuris Eccleſiaſticis coërcendi ſunt, vt benè ait Ægidius *loc. cit. num.* 45. & ſic eſt, quod non eſt decens cogitare, quod faciat Eccleſia id quod communiter minus conuenit: ergo neque quod velit ſuis Cenſuris ligare impuberes, niſi aliàs id exprimat.

Secundò. Quia piè creditur piam matrem Eccleſiam, nolle vſque ad pubertatem, pueros Cenſuris ad ſua præcepta ſeruanda cogere, quantumuis poſſit, vt diximus *tract.* 5. *de Sacram. diſp.* 3. *q.* 57. & *tract.* 7. *diſp.* 3. *q.* 9. ergo. Sic. Vaſquez, Suarez, Corduba, Soto, Azor, Henriquez, Granados, Sà, Diana, & alij quam plures ibidem à nobis citati.

QVÆSTIO XIII.

An amentes, aut inſani, qui ante vſum rationis in amentiam inciderunt, poſſint ligari cenſuris?

REſpondeo tanquam certum: non poſſe. Quia omnino ſunt, & fuerunt incapaces doli, & culpæ: ac conſequenter pœnæ Cenſurarum. Sic omnes DD. legantur Suarez *diſp.* 5. *ſection.* 1. *à n.* 7. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 5. *n.* 133. Bonacina *diſp.* 11. *q.* 1. *punct.* 4. *n.* 8. Alterius *lib.* 13. *diſp.* 10. *c.* 4. Baſſæus *verb. Cenſura n.* 17 Hurtadus, & Ægidius *loc. cit.* & alij. Qui idem dicunt dicendum de amentibus, qui in amentiam poſt vſum rationis inciderunt.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem, amentes, & inſani, qui in amentiam poſt vſum rationis inciderunt, poſſint ligari cenſuris, propter contumaciam, & inobedientiam commiſſam contra Prælatum, tempore, quo in ipſis vſus rationis vigebat?

REſpondeo poſſe ligari, ſaltem quoad effectus, quorum ſunt capaces, quia vt hi valdè ligentur per cenſuras, ſufficit fuiſſe contumaces, & inobedientes ſuis Prælatis. Verum tamen eſt, quod ſi præfati poſt vſum rationis in amentiam perpetuam incidiſſent, non deberet Iudex aduerſus illos cenſuram ferre, etiamſi contumacia præceſſerit quando erant ſanæ mentis; Quia cum talis cenſura reſpiciat certam perſonam, & reſpectu illius ſit omnino inutilis, ac ſine fructu, cum ob carentiam rationis non poſſit corrigere, & emendare præteritam contumaciam, non rectè faceret iudex prædictos amentes ligando, cenſuris, quamuis ſi faceret, teneret factum. Quod à fortiori dicendum eſt, caſu, quo prædicti in amentiam non perpetuam, ſed ſolum temporalem incidiſſent, quia tunc non ſolum validè ſed & iuſtè (ſi cetera non deſiderarentur poſſent à Iudice Cenſuris ligari, cum iam tunc rei ſe corrigere, & emendare poſſent, quod eſt finis intentus ab ipſomet Iudice cenſuras ferente. Sic omnes; Suarez *loc. cit. à n.* 10. Alterius *cap.* 4. *cit. col. mihi* 3. & 4. Bonacina, Hurtadus, Baſſæus, & alij *loc. cit.* Cornejo *tract.* 5. *de Cenſuris in commun. diſp.* 9. *dubit.* 3.

QVÆSTIO XV.

An amentes, & Inſani poſſint incurrere cenſuram à lege latam, propter culpam ante amentiam commiſſam?

REſpondeo: Poſſe, imò & de facto incurrere, tempore quo effectus in re ponitur: vt v. g. ſi quis dum ratione vtebatur mandauit ſeruo percutere Clericum, & poſtea in amentiam incidit, verè incurrit excommunicationem tempore inſaniæ, ſi tunc ſeruus mandatum exequatur: ſicut etiam incurreret Mandās ſeruo eamdem percuſſionem, ſi ſeruus illam exequeretur tempore ſomni, aut ebrietatis mandantis. Ratio eſt. Quia præcedens mandatum non reuocatur per ſubſequentiam inſaniam, ſomnum, aut ebrietatem, vt conſtat, argum. *c. Maiores, de Baptiſ.* §. *penult.* ergo Cēſura præfata contrahi debet, eo tempore quo ſeruus mandatum exequitur: at ſic eſt, quod tunc temporis mandans eſt inſanus, aut amens: ergo tempore inſaniæ & amentiæ Cenſuram latam incurrit. Patet conſequentia, quia dicta cenſura non poteſt contrahi antea, cum nondum conſummata ſit tranſgreſſio, & cauſa Cenſuræ: ergo debet neceſſario contrahi tempore

Digitized by Google

pore amentiæ. Sic Suarez, Alterius, Bonacina, Palao, & Cornejo *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XVI.

An, ſit neceſſe, vt ſuperiorem habeat in terris, qui Cenſuris ligari poteſt?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe omnino neceſſarium. Quia cenſura non poteſt ferri niſi in ſubditum, *vt ſuprà diſp. 2. quæſt.* 40. eſt habitum. Nam cenſura eſt pœna, quæ imponitur in foro exteriori ad compeſcendum ſubditum contumacem: ergo debet neceſſario imponi à Superiori: ergo qui cenſura ligari poteſt, neceſſariò debet habere ſuperiorem. Sic omnes. Suarez *diſp. 5. ſection. 1. à n.* 26. Alterius *lib. 3. de Cenſur. diſp. 10. cap. 5.* Filliuc. *tract. 11. cap. 5. n.* 134. Bonacina *diſp. 1. q. 1. punct. 4. n.* 8. Nauarr. *c. 27. n.* 13. Auila *2. p. c. 4. diſp. vni. dub.* 1. Cornejo *tract. 5. de Cenſ. in genere diſp 9. dub.* 4. Henriquez *lib. 13. c. 25. n. 3.* & alij.

QVÆSTIO XVII.

An Papa ligari poſsit Cenſura ab homine, aut à iure lata?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia quãuis ſit in Eccleſia, non tamen eſt in ea, vt ſubditus, ſed vt Paſtor vniuerſalis, & Prælatus: ergo nec à iure nec ab homine ligari poteſt Cenſuris. Vnde quãuis legibus Eccleſiaſticis, ſubiectus ſit quãtum ad vim directiuam, non tamen quantum ad vim coarctiuam. Et ita ſi Papa aliquem Clericum ex ira percuteret, etſi peccaret, non tamen incurreret excommunicationem Canonis, quia ipſe eſt author Iuris poſitiui, & proinde ſuperior illo: vt conſtat *ex c. 1. de Conſtit. c. Propoſuit de Conceſſ. præben.* & probat Caiet. *tom. 1. opuſc. tr. 1. de Author. Papæ, & Concil. c.* 20. Nauarr. *in c. Nouit, de Iudi. notab. 3 n.* 78. Sic omnes præcipuè citati, & Bauny *tr. 1. q. 12.* Baſſæus *verb. Cenſura n.* 18.

QVÆSTIO XVIII.

An caſu ſaltem, quo Pontifex incideret in hæreſim, poſſet Concilio compelli per cenſuras ad comparendum?

NEgat Petr. Cornejo *tract. 5. de Cenſur. in gen. diſp. 9. dub. 4. verſic. obijcies. Secundò*, docens quod in propoſito caſu, nequaquam poſſit Papa per cenſuras compelli à Concilio ad comparendum; ſed ſolum per viam correctionis & exhortationis, vſque ad depoſitionem, qua facta, tunc ipſo facto incurret excommunicationem latam contra hæreticos.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Poſſe Papam, in dicto caſu dumtaxat, accuſari à Concilio, Iudicari, & excommunicari; ex authoritate miniſteriali, quam à Deo habet Eccleſia ſpecialiter ad hunc finẽ. Hæc reſponſio colligitur clarè *ex cap. ſi Papa diſt.* 40. vbi ſic dicitur. *Huius* (ſcilicet, Papæ) *culpas iſtic redarguere præſumat mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturos à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius.* In quibus verbis habemus, & quod Papa poſſit eſſe hæreticus. ibi: *Niſi deprehendatur à fide deuius*: & quod à nemine Iudicari poſſit, niſi in caſu hæreſis. ibi: *à nemine eſt iudicãdus, &c.* Si ergo &c. Sic Syluest. *v. excomm. 1. num.* 8. Sotus *in 4. diſtinct. 22. q. 2. artic.* 2. dicens, id eſſe commune. Henriquez *lib. 13. c. 25. num.* 3. Archangel. *diſt. 18. pag. 289. col.* 1. & alij. Imò id ipſum, contra ſeipſum, docuit Cornejo *diſp. 2. de excomm dub. 7. verſ. Quæres an ſaltem, & verſ. Quæres Secundò*. Legatur Gloſſa *in can. ſi Papa, cit.* vbi multa de hac materia quærit; ſed inter alia; An Papa poſſit ſtatuere, quod non poſſit accuſari de hæreſi? Et reſpõdet quod non: quia ex tunc periclitaretur tota Eccleſia, quod non licet. *25. q. 1. ſunt quidam.* Et revera non poteſt: Nam eius conſtitutio eſſet obſeruanda in caſu hęreſis, & cõſequẽter in caſu, quo Papa deſineret eſſe caput Eccleſiæ: atq; ita non teneret Conſtitutio.

QVÆSTIO XIX.

An Imperatores, & Reges, poſsint à Summis Pontificibus Cenſuris ligari, ac puniri?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia licèt quantum ad ſæcularem poteſtatem, non habeant ſuperiorem in terris; bene tamen quantum ad ſpiritualem, vnde in *cap. Si qui. diſt.* 81. dicitur. Peccatum Idololatriç committit quicunque ſe Chriſtianum fatetur, & Sedi Apoſtolicæ non obedit. Et patet hoc exemplis: Nam in primis Beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia conſentit, vt S. Ioannes Chryſoſtomus à ſua Sede pelleretur) excommunicauit, vt habetur *cap. Duo ſunt. diſt.* 96. & Innocentius IV. Federicum Imperatorem, ob ſcelera multa, quæ commiſerat, anathematizauit, vt refertur *c. Ad Apoſtoli a. de ſent. & re iud. in 6.* & deinde creſcente contumacia illũ depoſuit ab Imperio, & priuauit Regno Siciliæ. Sic docent omnes DD. nemine de hoc dubitante. Legantur Alterius *lib. 3. diſp. 10. cap. 5.* Couarr. *c. Alma in princ. & lib. 1. variar. c.* 6. D. Anton. *3. p. tit. 22. c. 5. §.* 17. Auila *2. p. c. 4. diſp. vni. dub.* 4. & Henriquez *lib. 13. c. 15. in fine.*

QVÆSTIO XX.

An, ſtando in iure diuino, & etiam in iure communi antiquo, poſsint Imperatores, & Reges ligari cenſuris, latis non ſolum à Papa, ſed etiam ab Epiſcopis?

RESpondeo tanquam certum: Etiam poſſe à ſuis Epiſcopis. Et in primis, quod id poſſint de iure diuino probatur: quia Epiſcopus in ſua diœceſi poteſt quidquid Pontifex in vniuerſali Eccleſia, excepta definitione rerum fidei. De iure verò antiquo, etiam conſtat ex *c. Duo cit.* vbi habetur, quod D. Ambroſius Imperatorem Theodoſium excommunicauit, & ab ingreſſu Eccleſiæ prohibuit: ergo tam ex iure diuino, quam ex iure communi antiquo, Imperatores, & Reges Cenſuris poſſunt ligari à ſuis Epiſcopis. Sic omnes DD. ligantur citati, & citandi nuper.

QVÆSTIO XXI.

An etiam ſtando in iure nouo, aut minus antiquo, poſsint Imperatores, & Reges à ſuis Epiſcopis puniri cenſuris?

NEgant Syluest. *verb. excomm. 1. n.* 10. per hæc verba: Nec ſimiliter excommunicari poteſt Imperator, vel Princeps, ab Epiſcopo ſuo *2. q. 7. §. Cum humanam.* Tabien. *excomm. 4. populo ante q.* 3. & Armill *verb. excomm. n.* 28 qui allegant *§. Balaam. 2. q.* 7. Idem docent Auila *dub. 4. cit. concl.* 2. D. Anton. *3. p. tit. 24. c.* 75. Corn. *tr. 5. cenſ. in gen. diſp. 8 dub. 4. verſ. Dico ſecundò.*

Sed probabilius reſpondeo: Etiam poſſe. Quia nullo iure per Doctores oppoſitæ partis citato, exprimitur priuilegium, quo Rex, aut Imperator à Iuriſdictione ſui Epiſcopi, in hac parte, eximatur. Nam in primis, *§. cum humanam*, non inuenitur dicta *2. q. 7. & §. Item cum Balaam* quod ponitur, poſt *cap. Nos ſi*

compe

Digitized by Google

competenter. nil ad propoſitum facit, vt poſt Henriquez, fatetur ipſemet Auila cit. ergo dicendum eſt, quod etiam ex nouiori iure, non eſt prohibitum, quod Rex, aut Imperator à ſuis Epiſcopis cenſuris poſſint obſtringi. Sic Alterius *lib. 3. diſp. 10. cap. 5* Henriquez *lib. 13. c. 25. num. 4. & in gloſſ. litter. D.* & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO XXII.

An ſaltem ex priuilegio particulari, ſint Reges & Imperatores exempti à iuriſdictione Epiſcoporum, ita vt non poſſint Epiſcopi eos, authoritate propria, Cenſuris obſtringere?

NEgant Alterius *loc. cit.* dicens, quod quamuis regulariter propter reuerentiam Regis, aut Imperatoris, excommunicari non ſoleant ab Epiſcopis, poſſint optimè, ſi ſceleris pondus, & qualitas id poſtulet.

Sed omnino oppoſitum reſpondeo dicendo quod Imperatores, & Reges ex vi priuilegij particularis eximantur à Iuriſdictione Epiſcoporum, ita vt ab ipſis abſque authoritate Pontificis, nequeant Cenſuris ligari. Quia in hac re ratione priuilegij non ſunt ſubditi Epiſcopis. Et quamuis verum ſit quod de huiuſmodi priuilegio non ſatis conſtet, credendum tamen eſt Reges, & Imperatores illud habere; cum id communiter ab omnibus Doctoribus admittatur. Sic Henriquez *lib. 13. c. 25. n. 5.* Auila *loc. cit. concl. 3.* Bonacina *diſp. 1. q. 1. punct. 4. n. 15.* Corn. *loc cit.* Filliuc. *tr. 11. c. 5. n. 134. verſ. Infertur tertiò.* Caſtr. Pal *diſp. 2. punct. 6. n. 3.*

QVÆSTIO XXIII.

An Vniuerſitas, Communitas, ſeu Collegium, poſſit interdici, aut ſuſpendi?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia huiuſmodi Cenſuræ, non ſunt ita graues, ac eſt excommunicatio; nec requirunt contumaciam perſonalem, ſed ſufficit contumacia in capite: ergo licèt ferri non poſſit excommunicatio in totam Vniuerſitatem, aut Communitatem, vt ſtatim dicam, benè tamen ſuſpenſio, aut interdictum. Sic habetur in *c. Quia ſæpè, de elect. in 6. & c. Non eſt vobis, de ſponſal.* Et docent omnes. D. Th. *in add. q. 22. art. 4. ad 2. & q. 23. art. 3. ad 3.* Sotus *q. 1. art. 2.* Nauarr. *in Man. c. 27. n. 168.* Henriq. *lib. 13. c. 25. n. 4.* Filliuc. *loc. cit. n. 138.* Bonac. *loc. cit. ſub n. 8.* Candid *diſquiſ. 22. art 9. dub. 7.* & alij. De quo vlterius agemus *tr. de ſuſpenſ. diſp 2. q. 5. & tract. de Interdicto. diſp. etiam 2. q. 10.*

QVÆSTIO XXIV.

An etiam ſicut Interdici, & ſuſpendi poteſt Cõmunitas, ſeu Collegiũ, ſic etiã poſſit immediatè excommunicari dicendo: Excommunico talem Communitatem, vel Collegium?

REſpondeo tanquam certum: non ita poſſe. Quia excommunicatio ferri non poteſt niſi in perſonam determinatam, tum, quia peccatum mortale quod excommunicationem præcedit, eſt actus perſonalis, non vniuerſitatis, cum hæc non peccet. Tum etiam quia aliàs contingeret ſæpe innoxios ſententia excommunicationis irretiri. Sic expreſsè determinatur *in c. Romana. de ſent. excomm. in 6.* vbi ſimpliciter prohibetur Collegium, aut Vniuerſitatem poſſe excõmunicari. Et ideo ita tenent omnes DD. S. Thom. *loc. cit. & in 4 diſt. 18. q. 2. art. 3. ad 2.* Sot. *diſt. 22. q. 2. art. 2.* (non 5. vt citatum inuenies apud Alterium, non enim niſi tres continet illa quæſtio articulos) *concl. 2.* Riccard. *diſt. 18. a 1. 5. q. 3.* Palud. *diſt. 18. q. 2.* Nauar. *c. 27 n. 15.* Syluest. *excomm 1. § 10.* Couar. *lib. 2. var c. 8 n. 9. & in c. Alma mater 1. p § 9. n. 9. & 2. p. § 1. ad fin.* Vaſq. *de excomm. dub. 17. n. 8.* Suarez *diſp. 5. ſection. 1. n. 19.* Filliuc. *loc. cit.* Alterius *lib. 3. diſp. 10. c. 6* Bonacina, & Henriquez *loc. cit.* Luyſius *de Cenſur. lib. 2. diſput 23. dub. 2.* Auila *2. p. c. 4. diſp. vni. dub. 5. concl. 1.* & alij omnes.

QVÆSTIO XXV.

An ſi de facto excommunicetur Cõmunitas, ſeu Collegium ab aliquo Prælato inferiori Papa, teneat, & ſit valida excommunicatio?

AFfirmant aliqui quod ſit valida, licèt non licita talis excommunicatio, ſaltem ſi facta informatione cognoſcat Prælatus omnes perſonas Collegij, ſeu communitatis deliquiſſe. Ita Henriq *lib. 13. c. 25. n. 4.* & penes ipſum, D. Thom. *in addit. q. 22. articul. 5.* Nauarr *cap 27. num. 13. & 69. fine.* Couarruuias *1. p. in cap. Alma § 9. num. 3. fine & 2. p. § 1. fine.* & Syluest. *v. excommunicatio 1. § 6. num 10.* Sed certè ex his Authoribus, quos pro ſe citat Henriquez in primis Nauarrus, nil ad propoſitum ait *num. 69.* immo *num. 13.* oppoſitum innuit his verbis: Non poſſunt excommunicari Diabolus, anima ſeparata à corpore, Collegium, aut Vniuerſitas, quæ non ſunt homines *c. In quadam, de Celebr. Miſſar.* ita ille. Nec Couarruuias id docet, *nam § 9. num. 3. cit.* expreſsè ait, ſententiam excommunicationis, non poſſe ferri in Vniuerſitatem *ex cap Romana*, nec quid amplius ibi addit. Nec *2. p. § 1.* quidquam ad propoſitum affert. Nec tandem Syluester hanc ſententiam abſolutè docet, cum potius affirmet, quod Vniuerſitas ipſa ſũpta, vt aliquid præſcindens à ſingularibus hominibus, nulla authoritate poſſit excommunicari, benè tamen ſumpta pro ſingularibus perſonis omnibus collectiuè excommunicari poteſt, etiam citra Papam, non excommunicando totum Collegium, nec excommunicando ſingulos de collegio abſolutè, vt putauit Hoſtienſis, dicendo ſic: Excommunico Præpoſitum, Decanum, & omnes alios de Collegio: ſed excommunicando ſingulos cum hac limitatione; Qui, *vel ſi fecerunt tale quid.* Vel: Qui *fuerunt culpabiles.* Hæc Syluester, & non aliud. Melius poſſet citari pro hac parte à Gloſſa in *cap. Romana. cit. verb penitus*, & penes ipſam Bernard. Angel. *verb. Excommunicatio 1. num. 7.* & Couarruuias *2. variar. cap. 8. num. 9.* quatenus ait, hanc eſſe tutiorem. Et expreſsè tenet Auila *loc. citat. concl. 3.* caſu quo, præcedente examine, conſtaret omnes, & ſingulos de vniuerſitate, vel de tali Collegio, eſſe nocentes: tunc enim, inquit, excommunicatio lata ab Epiſcopo contra talem Communitatem ſumptam pro ſingulis membris, eſſet valida, licet illicita. Alterius *lib. 3. diſp. 10. c. 6. verſ. Dico ſecundo.* Petr. Ledeſma *de excomm. c. 5. concl. 6. verſ. Aeſta duda.*

Sed probabilius reſpondeo: Non ſolum eſſe illicitam: ſed & inualidam: etiam caſu, quo facta informatione Prælatus cognouiſſet, omnes perſonas communitatis, ſeu Collegij, deliquiſſe. Quia abſolute eſt prohibitum Communitatem immediatè, & ſecũdum ſe excommunicari: ergo, adhuc dato illo caſu, excommunicatio, non ſolũ illicita, ſed inualida quoad omnes foret. Conſequentia patet. Quia quoties lex prohibet, ne circa aliquod genus perſonarum aliquid fiat, vt aſſignet legitimam perſonam, circa quam fiat; & excludat perſonam, circa quam non ſit faciendum, vt contingit in præſenti, irritat actum, quem prohibet; vt ex Vaſq. t. 2. *diſp. 164. n. 14.* docet Hurtad *infra* Antecedens verò, conſtat *ex c. Romana de ſent. excom. in 6*, vbi hæc verba habentur: *In Vniuerſitatem, vel Collegium*

Digitized by Google

gium proferri excommunicationis ſententiam penitus prohibemus: volentes animarum periculũ vitare, quod ex inde ſequi poſſet, cum nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia irretiri: ſed in illos dũtaxat de Collegio, vel Vniuerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur. Sic text. Iuxta quem, hanc ſententiam docent, Hoſtienſis Ioann. Monachus. Archid. & Franc. vt refert Gloſſa *verb. penitus in c. cit.* Gabr. Palud. & Sot. quos affert, & ſequitur Vaſq. *de excomm. dub.* 17. *n.* 7. Suarez *diſp.* 5. *ſect.* 1. & *diſp.* 18 *ſect.* 2. Couarr. *loc. cit.* quatenus docet, hanc ſententiam, ſecundùm rigorem iuris, eſſe veriorem Hurtad. *diſp.* 12. *de excomm. diff.* 2. *ſub n.* 5. Luyſius *lib.* 2. *diſp.* 15. *dub.* 2. Cornejo *de excom. diſp.* 8. *dub.* 2. *verſ. Dico tertiò.* Optimè meus Nauarr. 5. *Conſil. tit. de ſent. conſ.* 10. (non 20. vt inuenies apud Auilam) *dict.* 1. Syluius *in ſupplem q.* 22. *artic.* 4. cum D. Thom. Baſſæus *excommunicatio* 2. *n.* 6.

QVÆSTIO XXVI.

An ſaltem, ſi totum Collegium, aut Communitas peccet, excommunicari poſſit à Prælato inferiori Papa?

AFfirmant omnes DD pro prima ſententia nuper citati, & vltra illos Couarr. *lib.* 2 *variar. c.* 8. *n.* 9. Candid. *diſquiſ.* 22. *art.* 9. *dub.* 1. *verſ. Dico ſecundò*: his verbis: Diuiſiuè tamen poterit Collegium, & Vniuerſitas excommunicari dicendo: Excommunico Præpoſitum, Decanum, Archidiaconum, & omnes alios de tali Collegio, qui mandatis mêis non obedierunt. Ita ille. Alterius *loc. cit. verſ. Dico tertiò.* Quia in hoc caſu (inquiunt) ceſſat incommodum illud, cuius cauſa interdictum eſt in *c. Romana*, Collegium, aut Vniuerſitatem excommunicari poſſe: quia tunc non irretitur innoxius.

Sed probabilius adhuc reſpondeo. Nec in hoc caſu poſſe excommunicari Collegium, aut Vniuerſitatem à Prælato inferiori Papa. Quia adhuc eſt contra ius, contentum in dicto *c. Romana.* Quia quamuis verum ſit, quod textus eo fine ducatur, ne innocentes hac pœna comprehendantur, nihilominus tamen Vniuerſaliter, loquitur in omni caſu, ne fortè id contingat. Vnde ſi talis Prælatus diceret: *Excommunico hoc Collegium*, non erit valida excommunicatio, ſicut nec erit, ſi diceret: *Excommunico omnes & ſingulos*, etiam ſi illos nominet: quia idem omnino eſt, cum Communitas, nil aliud ſit, quàm iſti omnes nominatim; ſecus eſſet ſi diceret; *Excommunico hos, qui peccauerunt*, quia tunc, ſi non ſunt omnes, valida erit excommunicatio. Sic optimè Vaſq. *de excomm. dub.* 17. *n.* 8. & 9. & ex illo Luyſius *lib.* 2. *de Cenſ diſp.* 13. *dub.* 2. Hurtad. *diſp.* 12. *de excomm. diff.* 2. *verſ. Sed quamuis.*

QVÆSTIO XXVII.

An adminus poſſint excommunicari omnes, & ſinguli Collegij, aut Vniuerſitatis, quemlibet eorum ſigillatim excommunicando, caſu, quo omnes peccauerint?

REſpondeo: tunc Poſſe etiam ab inferiori Prælato. Quia, quod prohibetur in *c. Romana, c. tato*, eſt quod, ne vnica ſententia excommunicetur Collegium, aut Vniuerſitas: ergo ſi quilibet ſigillatim excommunicetur, valida erit quælibet horum excommunicatio, etiamſi omnes Collegii, & Vniuerſitatis excommunicentur. Sic Vaſq. *loc. cit.* per hæc, quæ addit, verba. Sed notandum quod hæc intelliguntur, quando vnica excommunicatione excommunicaretur Vniuerſitas, & ſinguli; ſi verò pluribus nominatim, non ita ni; v. g. cum omnes peccarunt, & vnuſquiſque, nõ habita ratione alterius, quia diuerſis peccatis peccarunt; vel ab vno, vel à diuerſis Iudicibus excommunicantur benè, valida eſt excommunicatio; quoniam tunc, ſententia non eſt vna, quæ in omnes feratur: & *c. Romana*, tãtum voluit obuiare ſententiis, quæ ſimul omnes de communitate excommunicant, propter vnum, & idem crimen; quia præſumitur præſumptione iuris, quod vno, & eodem crimine non poteſt Vniuerſitas peccare tota, diuerſis tamen peccatis poteſt: & ita *c. illud Romana*, nõ prohibet excõmunicare omnes, & ſingulos, ob diuerſa peccata, quando omnes fuerunt nocentes, quia in hoc caſu caput illud nõ loquitur, &c. Huc vſque Vaſq. Hurtad. & Luyſius *loc. cit.*

QVÆSTIO XXVIII.

An autem, ſi Prælatus ferat legem, excommunicationem latæ ſententiæ continentem, vt nemo de Collegio exeat, aut quidpiam aliud agat, incurrant excommunicationem quicũque, etiamſi omnes, illam legem violent?

REſpondeo tanquàm certum: Quoſcumque & omnes, qui illam violent, incurrere. Quia illa excommunicatio, non fuit lata contra Communitatem, & Collegium, ſed contra particulares perſonas Collegij & Communitatis qui talem legem, aut ſtatutũ violauerint: & ideo ſolum ligat omnes ſigillatim, qui ſeorſim deliquerunt, etiam omnes, ſi omnes deliquerint. Sic omnes DD. Sot. *diſt.* 22. *q.* 2. *art.* 2. *poſt* 2. *concl.* Alter. *lib.* 1. *diſp.* 10. *c.* 6. *verſ. Dico ſecundò & verſ. Dico tertiò*. Syluelt. & Couar. apud ipſum, Corn. *diſp.* 8. *de excomm. dub.* 2 *fine.* Auila *p.* 2. *c.* 5. *diſp. vni. dub.* 6. *concl.* 4.

QVÆSTIO XXIX.

An, ſi non inferior Prælatus, ſaltem Rom. Pontifex poſſit excommunicare omnes, & vniuerſos Collegij, aut Vniuerſitatis, collectiuè ſumptos, ſi ſciret omnes eſſe nocẽtes, omneſquè deliquiſſe?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe in dicto caſu: Quia quod non poſſit excommunicari Collegiũ aut Vniuerſitas collectiuè, in dicto caſu, nõ eſt prohibitum Iure diuino, aut naturali, ſed ſolum iure Eccleſiaſtico, nẽpe, *c. Romana, cit.* ne videlicet cõtingat innoxios excommunicationis ſententia irretiri: at ſic eſt, quod omne ius Eccleſiaſticum, poteſt à Pontifice abrogari: ergo quoties conſtet, totam Vniuerſitatem, aut totum Collegium deliquiſſe, ceſſante tunc dictæ Conſtitutionis ratione fundata in iure diuino, & naturali, optimè poterit, à Põtifice excommunicari illa. Sic omnes Lap. Per. Anchar. Domin. Frãc. in *d. c. Romana.* D Th. Ang. Syluelt. Nauar. Couarr. Quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.* 13. *c.* 25. *n.* 4. *in corp.* & gloſſa *lib.* 6 Alterius *lib.* 13. *diſp.* 10. *c.* 6. *verſ. Reſpondeo.* Sayrus *lib.* 1. *de Cenſur. c.* 8. *nu.* 18. Auila 2. *c.* 5. *diſp. vni. dub.* 6. *concl.* 3. & alij.

QVÆSTIO XXX.

An, etiam poſſit Pontifex validè excommunicare Vniuerſitatis, aut Collegij omnes, & ſingulos collectiuè, adhuc caſu, quo ei non conſtet, omnes deliquiſſe?

AFfirmant nonnulli, validè poſſe excommunicare adhuc in dicto caſu, Pontificem, ſed non cadere excommunicationem tunc, ſuper Vniuerſos (niſi omnes fuiſſent nocentes) ſed ſolùm ſuprà ſingulos, qui nocentes eſsent. Ita Szlueſt. *verb. excomm.* 1. *n.* 10. Sayrus

Digitized by Google

rus *lib.1.c.8.n.8.*Candid.*diſquiſ.22.art.9 dub.1.dict.3.* Alterius *loc.cit verſ.Si quis inſtet.*

Sed probabilius reſpondeo ſub diſtinctione hac: Pontifex valide poteſt excommunicare omnes,& ſingulos Collegij,aut Vniuerſitatis,etiamſi ei non conſtet omnes deliquiſſe, dummodo in excommunicatione notet,illos tantum,qui in culpa fuerunt,dicendo v.g.*Excommunico omnes huius Collegij,aut Vniuerſitatis,qui fuerunt mandato meo rebelles.* Secus verò,ſi nullam faciat reſtrictionem ad ſolos delinquentes,ſed ferat excommunicationem ſub hac forma: *Excommunico totam hanc Vniuerſitatem.* Vel, *Excõmunico omnes & ſingulos huius Vniuerſitatis.* Quia tunc inualidè excommunicaret, taliter quod nullo modo ligaret excommunicatio adhuc eos,qui fuerunt in culpa.

Prima pars huius reſponſionis conſtat ex dictis quæſtione antecedenti. Quia ſi aliquid obſtaret, eſſet ius commune, caput,videlicet, *Romana* Sed Pontifex non ſubiicitur iuri communi : ergo. Vnde hanc partem Communiter Docent Authores,& præcipuè citati ſuprà,inter quos ſpecialiter illam, tanquam D. Thom.& Innocentij IV.docent Tabiena *excomm. 2. n.18.*& Alterius *loc.cit. verſ.Deinde.*

Secunda verò pars,Probatur. Quia talis excommunicatio contineret errorem intolerabilem contra ius naturale & diuinum,quod prohibet punire innocentes,qui nullo modo ſunt probati nocentes:ergo eſſet nulla,& irrita,& conſequenter neminem, necdum culpatum, ligaret.

Nec obſtat quod dicunt Contrarij,quod videlicet, tunc innocentes non manerent in foro interiori excommunicati:& ſic non punirentur. Quia contra eſt; quod ſi talis excommunicatio eſſet valida, ſaltem ſequeretur,quod innocentes, non probati nocentes, punirentur in foro exteriori, cum omnes tanquam excommunicati eſſent vitandi,ac pro excommunicatis habendi,quod tamen eſt contra ius naturæ : ergo. Sic docent Henriquez *lib.13.c.25.n.4.*Palud.*diſt.18. q.1.art.3* Ricardus *art.5.q.3.*Auila *p.2.c.5. vni.dub.6. concl.2.*

Qvæstio XXXI.

An cenſura lata in vnam perſonam indeterminatam ex pluribus, quæ patrarunt delictum,ſit valida?

RESpondeo tanquam certum : Non eſſe validam, ſed irritam. Quia continet intolerabilem errorem:procedentem ex inſufficiente intentione ad habendum effectum ; vel ex inſufficiente declaratione, & pronunciatione. Sic Suarez *diſp.5.ſect.2.n.3.*Filliuc. *tract.11.c.5.n.137.*

Qvæstio XXXII.

An qui ſemel cenſura aliqua ligatus eſt, poſsit aliis diuerſæ rationis cenſuris ligari?

REſpondeo tanquam certum:Poſſe. Quia nulla eſt repugnantia, quod is, qui excommunicatus eſt, poſſit ſuſpendi,aut interdici, & è contra:Nam cum hæ pœnæ ſint diuerſarum rationum,nil impedit,quo minus in eodem ſubiecto, ſuo modo inſint. Et hæc eſt praxis Eccleſiæ,quæ creſcente in ſubiecto contumacia, plures Cenſuras multiplicat, vt videre eſt,in Extrauag. 1.*de Priuileg* Sic omnes DD.Legãtur Suar. *loc.cit.*Filliuc.*n.140.*Alterius *lib.3.diſt.10.c.7.*Bonac. *diſputat.1 quæſ.1. punct.5. num.1.* Cornejo *tractat.de Cenſur.in gen.diſp.9.dub.vltim. n.4.* & alij ſtatim citandi.

Qvæstio XXXIII.

An etiam poſsit ligari denuò cenſura eiuſdem ſpeciei,& rationis,qui iam ſemel ligatus eſt: v.g. An poſsit excommunicari denuò,qui iam excommunicatus eſt?

NEgat Meldendus, vt refert gloſſa *in c. Engeltradam 3.q.4.verb. Anathemate.*

Sed reſpondeo tanquam certum:etiam poſſe. Quia nihil item impedit,vt qui ratione vnius contumaciæ eſt excommunicatus à Prælato,ſi iterum ſit in alia re inobediens, & contumax, denuò excommunicetur. Nam iuriſdictio & poteſtas Prælati excommunicantis,non extinguitur per vnum actum.*cap.cum pro cauſa,de ſent.excomm.*Sic omnes S.Thom.*Addit.quæſ.22. art.6.*S.Bonau.*in 4.diſt.18.2.part.diſt.quæſ.4* Gabr.*q.2.art.2.concl.5.*Alenſ.*4.p.quæſ.22.mem.1.art.1.*Ricard. *art.5.q.2.*Sotus *diſt.22. art. 2. concl.3.* Nauarr.*in cap. Ita quorumdam,de Iudæ.Notab.11.* Gloſſa, & Abbas *ibidem.*Suarez Filliuc. Alterius, Bonacina, & Cornejo *loc. cit.* Auila *2.p. cap.5 diſp.Vni. dub.7.*Couarr. *cap.Alma Mater.1.p.§.11.num.13.*Sayrus *lib.1.c.10. n.1.& 2.*Vgol n.*tabul.2.c.16.§.3.*Baſſæus *verb.Cenſura n.22.*Bauny.*tract.1.q.19.pag.19.*& Palao *diſp.1.punct. 6.n.5* Molina *tract.3.diſp.41.n.3.& 7.* Garcia *8.p.de Benef.c.3.n.86.*& alij.

Qvæstio XXXIV.

An, etiam propter vnam, & eandemmet cauſam,poſsit quis à diuerſis iudicibus ſæpius excommunicari?

NEgat Meldendus citatus. Quia qui ſemel eſt (inquit) excommunicatus, non poteſt amplius excommunicari. Nam qui ſemel per excommunicationem exiſtit priuatus bonis Eccleſiæ,nequit iterũ, illis eiſdem non reſtitutus,priuari. Huic ſententiæ fauent ſatis D.Bonau.Alenſ.& Riccard.*citati*,quatenus ſolùm concedunt, multiplicari poſſe excommunicationes, propter diuerſas cauſas:tacitè ergo videntur negare,poſſe propter eandem cauſam.

Sed,tanquam certum : reſpondeo : Poſſe propter vnam & eandemmet cauſam à diuerſis Iudicibus,ſæpius quem excommunicari, ſi grauitas criminis id mereatur. Quia nil ad id obſtat. Et quidem ob eandem cauſam poſſe quem à Iure,& ab homine excommunicari,aut ſuſpendi, docet expreſsè Abbas in *cap. Grauem,n 5.de ſent.excomm.*& omnes cum eo. Quod verò id etiam poſſit ab homine fieri, etiam eſt notũ. Nam optimè poteſt Clericus,ob percuſſionẽ Epiſcopi,ſuſpendi ab Epiſcopis originis,domicilij, & beneficij,quibus ſubeſt. Rurſus poteſt Pontifex ferre legẽ prohibentem, ne aliquid fiat ſub pœna excommunicationis;& idemmet præcipere Epiſcopus,nouam excommunicationem imponendo:ergo. Sic Suar.*diſp.5. ſect.1.n.13.*Palao *loc.cit.n 6.in fine.* Filliuc. *tr.11. c.5. n.142.*Alter.*lib.3.diſp.10.c.7.* Qui benè ad fundamentum Contrariorum reſpondet dicendo,quod quamuis ſemel excommunicatus ſit priuatus omnibus bonis ſpiritualibus ex inſtitutione Eccleſiæ,itavt nõ poſſit magis priuari, ſi iterum, & pluries excommunicetur, quia hæc priuatio non recipit magis,& minus ſecundum ſe, & directè recipit tamen magis, & minus in cauſa;quia pluries excommunicatus,eſt pluribus cauſis,& titulis ſeparatus ab eiſdem ſuffragiis Eccleſiæ,& ideo ſecunda, aut tertia excommunicatio verè impediunt ne reſtituantur ad participationem dictorum bonorum, quo vſque etiam ipſa ſecunda, aut tertia excommunicatio auferantur; eo quod quantum eſt ex ſe etiam priuat illis.

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXV.

An, non ſolum à diuerſis Iudicibus, ſed etiam ab eodem, poſſit quis, propter idem delictum, ſæpiùs excommunicari?

NEgare videntur Alterius *lib. 3. diſputat. 10. cap. 7. verſ. Infertur tertiò*, & Filliucius *loc. cit. nu.* 142. vbi ſolum concedunt, poſſe ab eodem Iudice, ob diuerſas cauſas: quarum quælibet ſufficiat, ad excommunicationem infligendam, quem ſæpiùs, atque ſæpiùs excommunicari: non tamen propriè propter eandem cauſam, ac delictum.

Sed clarius reſpondeo: poſſe, abſolutè, & ſimpliciter loquendo, excommunicari quem ſæpiùs, ab eodem Iudice, propter idem delictum, & in eadem cauſa: non tamen expedire, nec eſſe neceſſe. *Prima pars* conſtat, quia nulla apparet repugnantia in hoc quod ab eodem Iudice, circa eandem perſonam, in eadem cauſa, & propter idem delictum, mutato ſolum ſtatu cauſæ per augmentum contumaciæ, Cenſuræ multiplicentur ſecundum eandem ſpeciem, vt conſtat ex dictis *quæſt.* 13. *&* 24. Potéſtque confirmari *ex cap. Engeltrudam 3. quæſt.* 4. vbi habetur; hanc Engeltrudam vxorem Boſſonis, à Ioanne VIII. non ſolum excommunicatione, ſed etiam anathemate crebrò percuſſam eſſe. Idque confirmat Gratianus ibi: §. *Epiſtola hac*: Vbi narrat, quod Nicolaus I. in Concilio à ſe Romæ habito, *cap. vlt.* ait, quod hæc Engeltruda bis à ſe anathemate percuſſa fuerit, ob obſtinatam eius contumaciam: ergo, &c.

Secunda pars, etiam liquet. Tum, quia talis modus cenſuras eiuſdem rationis, in eadem cauſa ferendi, parum eſt vſitatus in Eccleſia Tum etiam, quia quãdo quis ab eodem Iudice propter idem delictum, ſemel ac iterum, excommunicationis cenſura aggrauatur, non dicitur propriè, niſi aliter de mente Iudicis conſtet, multiplicari excommunicatio, cùm vna abſolutio ſufficiat. Sic Suar. *diſp. 5. ſect. 2. n.* 5. Cornejo *de Cenſur. in gen. diſp. 9. dub. vlt.* ita dicens: Ratione autem eiuſdem delicti, & perſeuerante eadem contumacia, nunquam de facto excommunicatur reus, niſi tantum ſemel, quia reliquæ denunciationes, quæ poſtea fiunt, ſolum manifeſtationes, & aggrauationes primæ Cenſuræ, nec liceret propter eandem omnino cauſam, bis, aut pluries, excommunicare eundem hominem, ſi tamen id fuerit propter perſeuerantiam eiuſdem contumaciæ, factum teneret. Sic Cornejo.

QVÆSTIO XXXVI.

An toties incurrat quis Cenſuras, quoties tranſgreditur legem prohibentem aliquid ſub pœna alicuius Cenſuræ: v. g. excommunicationis?

REſpondeo tanquam certum: toties de nouo Cenſuras incurrere; quoties de nouo, aut actu formali, & moraliter diſtincto, tranſgreditur quis legem prohibentem aliquid ſub cenſura aliqua. Quia excommunicatio imponitur contra tranſgredientes legem: ergo vt excommunicatio ſit multiplex, multiplex debet eſſe tranſgreſſio. Vnde ſi tranſgreſſio formaliter eſt vna, erit quoque excommunicatio vna. Tunc autem cenſenda erit noua tranſgreſſio formaliter, quando ex illa nouum inſurgit peccatum; Sic docent omnes Doctores, præcipuè ſtatim citandi, inter quos ſolum eſt diſſenſio, in ferendo iudicio de multiplicitate tranſgreſſionum, quando videlicet cenſenda ſit tranſgreſſio vna, vel multiplex in genere moris. De qua difficultate in ſequentibus agemus. Sit ergo

QVÆSTIO XXXVII.

An, ſi quis vnico impetu, pluries percutiat Clericum, plures excommunicationes incurrat?

REſpondeo tanquam certum: non plures, ſed vnicam tantum excõmunicationem incurrere. Quia in dicto caſu, vnica eſt tranſgreſſio legis, & ideo vnicũ peccatum mortale, & conſequenter, vnica tantum excommunicatio. Sic colligitur apertè *ex c. Cum pro cauſa, de ſententia excomm.* Et tenent Ioan. Andr. *in c. Delictum, de Regul. iuris, in* 6. concludens, quod quidam Anglus: qui tres ictus vno impetu intulit in Clericum, ſemel fuerit excommunicatus, eo quod tres illi ictus, vnico impetu illati, cenſendi ſunt vnus actus in genere moris, licet plures in genere entis. Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 5. n.* 4. Cornejo *loc. cit. dub. vlt. verſ. Sed quæres.* Vgolinus, Nauarrus, Suarez, Alterius, & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO XXXVIII.

An verberans Clericum ſucceſſiuè per aliquod tempus, tot cenſuras incurrat, quot ſunt verbera quibus illum percutit?

REſpondeo tanquam certum: non incurrere, niſi vnicam tantum excommunicationem, aut Cenſuram, dummodo id faciat ſine interruptione morali. Quia tunc vna tantum cenſetur actio moraliter, vnà percuſſio, & vnum delictum, & conſequenter vna excommunicatio. Sic habetur expreſsè *in cap. Cum pro cauſa, de ſentent. excom.* (non *cap. Pro cauſa*, vt citatum inuenies apud Bonacinã, & Cornejum) vbi qui Clericum in dormitorio verberauit, & poſtea eundem verberando per clauſtrum traxit, ſemel excommunicatum fuiſſe dicitur. Sic omnes Suar. *diſput. 5. ſect. 3. numer.* 3. Nauar. *tom. 1. conſil. lib. 5 de pœnit. & remiſſ. conſ. 14. n.* 2. Vgolin. *tab. 1. c. 16. §. 3. nu.* 5. Sayr. *lib. 1. cap. 10. n.* 9. Laymann *lib. 1. tr. 3. c. 3. n.* 5. Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 5. nu.* 5. Candidus *diſquiſit. 21. art. 10. dub.* 2. Baſſæus *verb. Cenſura, num.* 23. Cornejo *loc. cit. verſ. Sed quæres, & tr. de excom. diſp. 8. dub. vlt. pag.* 66. & communis.

QVÆSTIO XXXIX.

An etiam, qui tota die Excommunicato non tolerato communicat, vnam tantùm excommunicationem incurrat?

REſpondeo vnam tantum incurrere, ſi id faciat ſine interruptione morali; quia vna communio moralis cenſetur: ergo vna tranſgreſſio moralis, & conſequenter vna incurritur excommunicatio. Sic Candidus *loc. cit.* Suarez *loc. cit. num. 4. in fine*, apponens exemplum in illo, qui per vnam horam, cum vno excommunicato conuerſatur.

QVÆSTIO XL.

An, qui per totam noctem, continuatis aſportationibus, plura frumenti rubia ab Eccleſia horreo furaretur, vnam etiam ſolùm excommunicationem incurreret, ſi tali ſacrilegio ipſo facto eſſet annexa excommunicatio?

REſpondeo dicendum, quod vnicam ſolùm excommunicationem incurreret. Quia ibi ſolum reperitur vnica aſportatio moralis, vnum continuatum peccatum, vna tranſgreſſio, & ideo vna excommunicatio. Nam licet ibi plures inueniantur aſportationes, quia tamen ſunt continuatæ ex parte temporis,

Digitized by Google

temporis, non conſtituunt plura furta formaliter, aut moraliter diſtincta, nec plures tranſgreſſiones ſimpliciter, ſed vnica tantum; & ideo per illam, ſolùm poteſt quis vnam excommunicationẽ incurrere. Sic Suarez *loc cit. n.* 4. *&* 7. Bonacina *diſp.* 1. *qu.* 1. *pu ct.* 5. *nu.* 6. *verſ. Obiicies ſecũdò.* Candidus *diſquiſit.* 22. *a.* 10. *dubit.* 2. *&* 4. Cornejo *diſp.* 9. *de Cenſ. in gen. dub. vlt. verſ. Sed obiicies.* Alter. *lib.* 3 *diſp.* 10. *c.* 8. *verſ. ſecundò conſiderari.* Qui idem dicunt, & benè, de illo, qui per totum diem ſucceſſiuè, abſque interruptione morali furaretur vni, & eidem homini, vinum, oleum, pecuniam, &c. ſi peccato furti eſſet annexa excommunicatio; non enim incurreret niſi vnicam; quia vna ſola cenſetur furti actio formaliter, & moraliter, & vnum peccatum, ac proinde vna excommunicatio.

Qvæstio XLI.

An Iudex, qui duos homines ſimul vtraque manu per vim extraheret ab Eccleſia, vel etiam, qui eodem tempore ſimul cum duobus excommunicatis non toleratis loqueretur, vnicam ſolum incurreret Cenſuram?

NEgat Gordonus *in ſum. tom.* 2. *lib* 7. *q.* 3. *§.* 3. *n.* 23. & poſt illum, ſpeciatim, contra doctrinam à me *tom.* 1. traditam, Diana *p.* 9. *tr.* 9. *reſolut.* 55. his verbis. Et hęc omnia docet Pater Leandrus *vbi ſuprà*: cui adde Tamburinum *in opuſc.* 1. *de Confeſſ. lib.* 2. *c.* 1. *§.* 1. *&* 9. quæ ſatis plauſibilia erunt Confeſſariis, & pœnitentibus. Sed ego in meo tractatu plures de circunſtantiis, plures de dictis caſibus non admitto. Et ſecundum doctrinam Leandri, quis dicere poſſet, probabile eſſe, Iudicem, qui ſimul duos homines extraheret ab Eccleſia, vnicam cenſuram incurrere: Et eum: qui eodem tempore ſimul duos excommunicatos alloqueretur, vnicam etiam incurſurum cenſuram? Hæc Diana. Cuius cenſura contra meam doctrinam datam, eſſe improbabilem, facile oſtendam.

Reſpondeo ego, probabiliùs, dicendum: vnicam ſolùm incurrere cenſuram. Quia probabilius eſt, ibi vnũ ſolum eſſe peccatum, ac proinde vnam ſolum excommunicationem. Sic expreſsè Suar. *diſp.* 5. *ſect.* 3. *nu.* 4. *&* 8. his verbis: Et ita mihi probabile eſt, iudicem v. gr. qui ſimul duos homines duabus manibus teneret, & ita extraheret ab Eccleſia, vnicam cẽſuram incurrere: & idem cenſeo de illo, qui eodem tempore ſimul cõuerſatur cum duobus excommunicatis: quia reuera illa diſtinctio perſonarum in tali materia, parum confert ad multiplicanda peccata Hæc Sapientiſſ. Suarez. Alterius etiam *tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 8 *col.* 2. *verſ. Secundò conſiderari,* & Bonacina *diſput.* 1. *q.* 1. *punct* 5. *n.* 7. id probabiliter defendunt. Tenétque abſolutè Candid. *diſquiſ.* 22. *a.* 10. *dub.* 6. ita ſcribendo: Quod ſi Iudex ſimul duos homines duobus manibus tenens extraheret ab Eccleſia, vnicam cenſuram incurreret. Quia licèt hæc actio virtualiter æquiualeat multis, reuera tamen vna eſt, & vnicum ſacrilegiũ, cum vni, & eidem Eccleſiæ fiat iniuria contra eius immunitatem agendo. Idẽ dicendum, de eo, qui eodem tempore ſimul conuerſatur cum duobus excommunicatis non toleratis: quia reuera diſtinctio perſonarum in tali materia parum confert ad multiplicanda peccata, & ſic vnica erit tranſgreſſio, & vna tantum excommunicatione minori ligabitur. Hæc Candidus. Necnon Cornejo *tr.* 5. *de excom. diſp.* 8. *dub. vlt. q.* 3. *dicto* 2. *in fine,* loquendo de eo, qui cum duobus excommunicatis eodem actu communicat. Dicat nunc Diana, ſi audebit formare hanc noſtram ſententiam, non eſſe probabilem.

Qvæstio XLII.

An ſaltem, qui vno actu, vel ictu, v. g. eadem proiectione ſagittæ, plures Clericos percutit, aut interficit, plures excommunicationes incurrat?

AFfirmãt, plures excommunicationes incurrere, iuxta numerum Clericorum, quos percutit, aut occidit, eo quod tot peccata committat, quot ſunt Clerici percuſſi, aut occiſi, Nauar. *in man. c.* 6. *nu.* 18. Vgolin. *de Cenſur. tab.* 1. *cap.* 16. *§.* 3. *n.* 8. Sayrus *lib.* 1. *de Cenſur. cap.* 10. *n.* 9. Alter. *lib.* 3. *diſp.* 10. *cap.* 8. Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 164. Zerola *de pœnit. cap.* 12. *q.* 48. & Fagundez *de precept Eccl. prec.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 5. Quos omnes pro hac parte retulimus 1. *p. de Sacram. tr.* 5. *diſp.* 8. *§.* 3. *q.* 22. Et nunc pro eadem, addi poſſunt, Baſſæus *verb. Cenſura num.* 16. Cornejo *in* 3. *p. tr.* 5. *de Cenſur. in genere, diſp.* 9. *dub. vlt. q.* 4. *& tr. de excom. diſp.* 8. *dub. vlt. q.* 3. Candidus *diſquiſ.* 22. *art.* 10. *dubit.* 7. Banny *tr.* 2. *de Cenſur. q.* 19. *pag* 30. *dicto* 5. Villalobos *tr.* 16. *diffic.* 15. *n.* 3. Machado *lib.* 1. *p.* 3. *tr.* 2. *docum.* 6. *num.* 3. Gordonus *tom.* 2. *ſum. lib.* 7. *q.* 3. *c.* 3. *§.* 3. *n.* 23.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non incurrere, niſi vnicam tantum excommunicationem. Quia æquè probabile eſt, quod in illo caſu, vnicum tantummodo reperiatur peccatum, & vnica legis tranſgreſſio, vt diximus 3. *p. loc. cit.* ergo vnica tantummodo requiri poteſt cenſura: patet conſequentia ex regula, quam omnes Doctores aſſignãt, népe, quod quãdo ex noua tranſgreſſione legis committitur nouum peccatum, tunc incurritur noua excommunicatio, quando verò vnum eſt ſolum peccatum, tunc eſt vnica excommunicatio. Antecedens verò probatur ex dictis 1. *p. loc. cit.* Nam qui vnico impetu decem, v. gr. occidit homines: aut vnico verbo lædit famam, & honorem trium, aut plurium; aut optat mortem Petri cum tota ſua familia: aut tandem, maledicit Deo, & duodecim Apoſtolis, vnum tantummodo peccatum committit, quamuis ex parte obiectorum, plures reperiantur perſonæ: ergo etiam, qui vno actu plures Clericos percutit, aut interficit, vnum tantum peccatum committit. Sic ſentiunt Suar. *diſp.* 5 *ſect.* 3. *n.* 8. Bonac. *di p.* 1. *q.* 1. *punct.* 5. *n.* 7. (Quamuis *in fine,* addant, oppoſitam ſententiam tutiorem eſſe, & in praxi ſequendam.) Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 59. vbi expreſsè hanc ſententiam, vt probabilem defendit. Et quidem illam eſſe probabilem, & ſatis, apertè & expreſsè affirmant, & probant, Alterius, Baſſæus, Candidus, Cornejo.

Qvæstio XLIII.

An adminus plures excommunicationis incurrat, qui plures Clericos ſucceſſiuè, eadem tamen continuata actione, percutit aut interficit?

AFfirmant communiter omnes Doctores, & à fortiori citati nuper pro prima ſententia, & in ſpecie Alterius *loc cit. verſ. Si obiicias.* Suar. *ſect.* 3. *cit. nu.* 9. Bonac. *diſp.* 1. *de Cenſur. punct.* 5 *n.* 7. *verſ. Obiicies primò, & verſ. Obiicies quartò.* Cornejo *de Cenſur in gen. diſp.* 9. *dub. vlt. quæſt.* 3. *verſ. Sed obiicies,* & *tract. de excomm. diſp.* 8. *dub. vlt. q.* 3. *verſ. Obiicies ſecundò.* Candid. *a.* 10. *cit. dubit.* 3. & Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 60. Fundamentum horum Authorum eſt. Quia in iſto caſu reperiuntur plures percuſſiones formaliter, & numero diſtinctæ: ergo & plures excommunicationes: conſequentia patet. Antecedens vero probatur: quia vnitas numerica percuſſionum, non tantum ſumitur continuatione temporis, & actionis, verum etiam ab

Digitized by Google

ab obiecto circa quod exercetur actio, & percuſſio: ergo cum in propoſito caſu ſint plura obiecta, id eſt, plures Clerici, qui percutiuntur, ſequitur eſſe plures percuſſiones formaliter, & moraliter, & numero diſtinctas, quarum ſingulæ inducunt excommunicationem, ac proinde tot erunt excommunicationes incurſæ, quot ſunt Clerici, qui percutiuntur.

Sed certè, vt (meo videri) ad nuper dicta conſequenter loquar, probabiliter reſpondeo: non incurrere plures excommunicationes, ſed vnicam tantum, illum, qui ſucceſſiuè, abſque interruptione morali, per vnam continuatam actionem, in eodem tempore, aut in eadem rixa, plures percutit, aut interficit Clericos.

Probatur *primò*, quia probabile eſt, vt nuper vidimus apud ferè omnes DD. quod ille, qui vnica actione, aut vnico actu, aut vnica percuſſione, plures percutit Clericos, nõ plures, ſed vnicam duntaxat excõmunicationem incurrat: ergo etiam erit probabile, quod vnicam tantum incurrat, ille, qui ſucceſſiuè, per eandem tamen actionem continuatam, plures percutit Clericos: patet conſequentia: quia in vtroque caſu reperitur vnica formalis, & moralis actio, non multiplex, vt *infrà*: rurſus in vtroque reperiuntur diuerſa obiecta, & termini diuerſi, nempe plures Clerici percuſſi: ergo ſicut percutiens in primo caſu, ſolùm vnam excommunicationem incurrit: ita & percutiens in ſecundo, cum in vtroque caſu eadem ſit ratio.

Secundò, quia probabile eſt, quod ille, quod continuatis aſportationibus per totam noctem, plura frumenti rubia, etiam plurium dominorum ſi eſſent, ab eodem ærario furatur, vnicam tantum excommunicationem incurrit, ſi illi furto ſit annexa excommunicatio (eo quod ibi non reperiatur niſi vnica tranſgreſſio formalis, & vnum tantum peccatum) vt conſtat ex nuper dictis *q.*40. & ex dictis 1. *p. de Sacr. tr.* 5. *diſp.* 8. §. 3. *q.* 26. ergo & probabile erit, quod in noſtro caſu, qui per vnam actionem, ſucceſſiuè ex parte temporis continuatã, plures percutit Clericos, non incurrat niſi vnicam excommunicationem (eo quod hic non reperiatur niſi vnica tranſgreſſio formalis, & vnum tantum mortale) Conſequentia mihi eſt clara, cum in vtroque caſu, actiones verſentur in materia iuſtitiæ; & obiecta aut termini, quibus offenſa fit, & ad quos talis iniuſtitia terminatur, inueniantur plures.

Tertiò, probatur. Quia vbi vnica tantum eſt actio peccaminoſa, aut vna legis tranſgreſſio, ibi tantum eſt vnicum peccatum, & conſequenter vna ſola excommunicatio, ſi tali peccato eſt annexa: ſed ſic eſt, quod in noſtro caſu tantum reperitur vnica actio formaliter, & moraliter: ergo ſolum in illa reperiri poteſt vnum peccatum, & conſequenter vna excommunicatio, conſequẽtia ex dictis liquet. Antecedẽs verò exemplis comprobatur. Nam ideo qui vno iracundiæ impetu, abſque morali interruptione temporis, profert in alium multa verba iniurioſa; aut multa conuitia in Deum; aut ter percutit alium, vnum tantum peccatum committit, quia totum hoc fit vnico actu morali, vt diximus **1.** *p. tract.* 5. *diſp.* 8. §. 8. *q.* 9. & 10. & concedunt Nauar. Fagund. Sancius, Diana, Hurtadus, Caſtro Palaus, ibi citati: ergo eodem omnino modo, qui eadem continuata actione ratione temporis, ſucceſſiuè percutit in aliqua rixa, tres aut plures Clericos, non committet niſi vnicum ſacrilegium, & conſequenter vnam ſolùm incurret excommunicationem, eo quod etiam in hoc caſu totum faciat vnico actu morali.

Rurſus, Cõfeſſarius qui in peccato mortali plurium confeſſiones ſucceſſiuè vnam poſt aliam, audit; vnum peccatum tantummodo committit, vt cum Rodrig. Fagundio, Lugo, & Diana, diximus 1. *p. de Sacram. tract.* 5. *diſp.* 8. §. 8. *q.* 19. & ſi illi eſſet annexa excommunicatio, vnicam etiam conſequenter excommunicationem incurreret, & hoc non ob aliam rationem, niſi quia in genere moris hæc actio pro vnica reputatur: ergo idem omnino dicendum venit, in caſu, quo quis in vna rixa, ſucceſſiuè, vnum poſt alterum, nulla vel parua interpoſita mora, plures Clericos percuteret, quod ſcilicet vnum ſolum formaliter committeret peccatum, & conſequenter vnam ſolam excommunicationem incurreret. Quod amplius confirmabitur ex mox dicendis.

Nec fundamentum in contrarium quid obſtat. Reſpondetur namque ex dictis, negando quod in noſtro caſu reperiantur plures percuſſiones formaliter numero diſtinctæ in genere moris, ſed vnica tantum, deſumpta ex continuatione ſucceſſiua temporis, & actionis, quæ licet terminetur ad diuerſa obiecta, nempe circa plures Clericos percuſſos, hoc tantum eſt partialiter; nam totaliter, formaliter, & completè, ſolum terminatur ad vnicum obiectum conflatum ex pluribus partialibus habentium ſe per modum vnius.

Qvæstio XLIV.

An etiam ſi quis plures fornicationes ſucceſſiuè abſque temporis interruptione, vnam poſt alteram committat, vnum ſolum mortale committat, & conſequenter excommunicationem vnam, ſi fornicationi eſt annexa excommunicatio?

Affirmatiuè videtur ex dictis reſpondendũ. Quia omnes dictæ fornicationes, cum fiant ſucceſſiuè vnam poſt alteram, nulla, vel parua interpoſita mora temporis, pro vnica actione totali, aut pro vna fornicatione reputari in genere moris debent: veluti reputantur plures percuſſiones patratæ ſucceſſiuè, vna poſt alteram; plures aſportationes rerum alienarum factæ ſucceſſiuè per totam noctem; & plures confeſſionum exceptiones ſucceſſiuè etiam vnam poſt aliam, iuxta nuper dicta.

Sed tanquam quid certum, reſpondeo dicendum: quod in hoc caſu, non vnicam excommunicationem, ſed tot, quot fuerint fornicationes patratę, excommunicationes incurreret. Ratio eſt, quia in caſu poſito, non vnum peccatum, ſed tot peccata cõmitteret, quot fornicationes patraret: ergo & tot excommunicationes, cum hæ numerum peccatorum ſequãtur. Antecedens probatur. Quia fornicatio ſequens, v. g. ſecunda, non poteſt moraliter continuari cũ prima præcedẽte, nec cum illa facere vnam actionem formalem, & totalem adhuc in genere moris: ergo ſingulæ earum diuerſum conſtituunt mortale. Conſequentia eſt omnibus nota. Antecedens verò probatur. Nam vnaquæque fornicatio habet per ſe definitum, & certum terminum, nempe, ſemel coïre cum ſoluta: ergo licet aliquis fornicetur cum vna, & ſtatim, etiam cum eadem, ſine mora temporis fornicetur, duo peccata cõmittet, & duplicem incurret excommunicationem, ſi fornicationi excommunicatio ſit annexa. Quod amplius confirmabitur ex ſolutione rationis dubitandi.

Ad rationem igitur dubitandi, negandum eſt, plures fornicationes, ſucceſſiuè adhuc, vnam poſt aliam ab aliquo commiſſas, poſſe pro vnica actione totali in genere moris reputari, ſicut reputari poſſunt plures percuſſiones ſucceſſiuè vna poſt aliam, in eadem rixa factæ ab eadem perſona: plures rerum alienarum aſportationes; & plures confeſſionum in eadem occaſione exceptiones. Ratio diſcriminis, & differentiæ eſt iam tacta: Nam actio fornicationis, ex ſe haber determinatum, & definitum terminum, vltra quem nõ poteſt egredi, nempe, coïtum vnicum cum

Digitized by Google

ſoluta; & ideo impotens remanet ad ſe coniungendum in effectu cum fornicatione ſecunda patrata etiam ab eadem perſona, & conſequenter ad efficiendam cum illa vnam actionem moralem. At verò actio prima percuſſiua, aut prima percuſſio, non habet determinatum, & definitum terminum, nempe vnicum hominem, quem feriat; cum poſſit, duos, tres, & plures ferire, & conſequenter efficere quidquid ſecunda vel tertia percuſſio efficere poterat, & ob id facile poſſit cum illis ſe ita coniungere, vt moraliter pro vnica actione reputari poſſint. Idémque conſtat in aliis exemplis appoſitis. Nam per ſe non repugnat per vnam actionem ſurripere quis aliena, quæ alias per plures actiones furari poſſet; nec ſimiliter repugnat per ſe confeſſarium excipere plurium pœnitentium confeſſiones, illoſque vnica abſolutione abſoluere à peccatis, quæ aliàs per plures confeſſiones, audire, & abſoluere ab illis poſſet: repugnat verò omnino quod actio fornicationis efficiat, quidquid ſequentes efficiunt, aut earum effectum attingat: & ideo hæ actiones nequeunt ita coniungi inter ſe, vt pro vnica adhuc in genere moris reputentur; benè tamen aliæ à nobis aſſignatæ. Sic Nauarr. *cap.6.num.17.* Bonacina *diſput.1.de Cenſur.quæſtion.1. punct.5.num.6.verſic.Obiicies primò* Candidus *diſquiſit.22.artic.10.dub tatione* 4. Baſſæus *verb. Cenſura, num.25.* Alterius *lib.3.diſp.10.c.8.verſic.Secundò*, & omnes.

QVÆSTIO XLV.

An, ſi plures homines percutiant ſimul eundem Clericum, omnes excommunicationem incurrant?

NEgandum videtur ex dictis. Nam qui vnica actione plures ſimul percutit Clericos, non incurrit niſi vnicam excommunicationem: ergo ex oppoſito, ſi plures ſimul eundem percutiant Clericum, non incurrent niſi vnam excommunicationem, non tot, quot percutientes ſunt.

Sed tanquam certum reſpondeo: omnes, & ſingulos percutientes excommunicationem incurrere. Ratio eſt, quia in hoc caſu, omnes, & ſinguli violant legem, cui annexa eſt excommunicatio: ergo omnes & ſinguli illam incurrunt: quia abſurdum eſt, imò, & impoſſibile, legem infringi, & pœnam eius à tranſgreſſore non incurri: ergo.

Nec quid obſtat ratio dubitandi. Conceſſo namque antecedenti, neganda eſt conſequentia. Diſparitas eſt, quod quando ſunt plures percuſſores, ſunt etiam plures tranſgreſſiones, cum vnuſquiſque legem tranſgrediatur: at verò, quando plures ab vno, eadem actione percutiuntur, tunc vna tantum eſt tranſgreſſio, cum vna actione legem violet. Sic tenent omnes, Alterius *lib.3.diſp.10.c.8.verſ.Adhuc obiicies.* Bauny *tract.1.q.19.dicto* 4. Bonacina *diſp.1.q.1. punct.5.n.7.verſ.Obiicies ſecundo.*

QVÆSTIO XLVI.

An incurrat plures excommunicationes, qui vnica actione, vel actu, violat legem habentem plures circumſtantias, pro quibus ſingulis lata eſt excommunicatio?

REſpondeo ſub diſtinctione hac. Si illæ circunſtantiæ, pro quibus ſingulis lata eſt excommunicatio, ſint mutantes ſpeciem actus moralis, tunc violans legem habentem tales circumſtantias, tot contrahit Cenſuras, quot ſunt violatæ circumſtantiæ: quia propter ſingulas per ſe ſumptas incurritur excommunicationis Cenſura: Nam quamuis illæ circumſtantiæ materialiter coniunguntur, formaliter tamen ſunt, & manent diſtincta peccata in ſpecie, & ideo plures ſunt tranſgreſſiones. Si verò illæ circunſtantiæ, non ſint mutantes ſpeciem, ſed ſolùm aggrauantes intra eâdem ſpeciem peccati, vnam ſolum incurrit excommunicationis Cenſuram: quia vna eſt tantum formalis tranſgreſſio. Sic omnes. Suarez *diſp.5.ſection.3.num.13.* Alterius *lib.3.diſputat.10. cap.8.verſ.Sed poteſt.* Bonacina *diſput.1.q.1.punct.5. num.8.* Saytus *lib.1.cap.10. num.10,* Vgolinus *tabul.1. cap.16.§.3.* Candidus *diſquiſit.22.articul.11.num.1.* Cornejo *de Cenſur.in gen.diſp.9. dub. vltim. quæſito 5. & diſp.8.de excomm.dub.vlt.q.4.* Baſſæus *verb. Cenſura,n.27.* & omnes. Sed, vt hæc in communi dicta, in ſingularia deſcendant, ſit

QVÆSTIO XLVII.

An percutiens Clericum, qui ſimul ſit Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos plures excommunicationes incurrat?

REſpondeo cum communi: non incurrere plures excommunicationes. Quia quamuis quilibet illorum Ordinum gradus, ſit ſufficiens, vt percuſſor ſit excommunicatus, non tamen propterea in plures excommunicationes incidit; quia omnes illi Ordines concurrunt per modum vnius, & ſolum aggrauant delictum in eadem ſpecie, & ſic ſolum committit vnum tantum ſacrilegium, & conſequenter vnam excommunicationem incurret. Sic Suarez *loc. cit.num.15.* Alterius *loc citat. verſic. Item exemplis.* Bonacina *num.9.* Candidus *num.1.dubit.1.* Cornejo, & Baſſæus *loc.citat.* Bauny *tract.1.q. 9.verſic.Obiicies, pag.30.* Diana *p.5.tr.9.reſol.60.* Villalobos *tra.16.diſſ.15.n.4.*

QVÆSTIO XLVIII.

An ſaltem plures excommunicationes incurrat, qui violenter percutit Clericum, qui ſimul eſt Monachus?

NEgatiuam in ſententiam inclinare videtur Cornejo *de Cenſur.in gen.diſputat.9.dub.vltim.in fine, & diſputation.8 de excommun.dub.vltim. in fine*, quatenus oppoſitam examinandam contra Suarez *ad tractat.de excommunic.* remittit; minimè tamen fecit. Vnde.

Reſpondeo in duas excommunicationes incidere, qui violenter percutit Clericum, qui ſimul eſt Monachus. Ratio eſt, quia huiuſmodi percuſſor duo committit peccata; vnum, contra reuerentiam debitam ſtatui religioſo, & alterum contra reuerentiam ſtatui clericali debitam; nam conſecratio Monachi, diuerſa in ſpecie eſt à conſecratione Clerici: ergo duas incurrit excommunicationes. Vnde quamuis in eodem Canone *ſi quis ſuadente 17.quæſt.4.* vtrumque contineatur, tamen, vt res diſtinctæ & percuſſiones diuerſæ traduntur, videlicet, *Qui Clericum, vel Monachum*, &c. Sic Suarez *ſection.3.cit.n.15.in fine.* Alterius *cap.8.cit.in fine*, Bonacina, Vgolinus, & Baſſæus *loc.cit.* Candidus *diſquiſit.22.artic.3.dubit.2.* Villalob. *difficult.15.cit.num.4.in fine.* Diana *reſolut.60. cit. verſ. ſecundò*. Vbi pro hac parte citat, ſed malè, Petrum Cornejo, *loco* à nobis nuper *citato*: cum hic Author potius in oppoſitum tendat, & ad minus, nihil ibi reſoluat, ſed examinandum alibi relinquat.

QVÆ

Digitized by Google

QVÆSTIO XLIX.

An, qui vno; & eodem actu; ſepelit in loco ſacro publicum vſurarium, qui ſimul ſit publicè excommunicatus, & nominatim interdictus, vnam, treſve, excommunicationes incurrat?

NEgat tres excommunicationes incurrere quidam Ioannes de S. Gregorio, vt refert Vgolin. *infrà*, exiſtimat namque vnam ſolum incurrere; ſicut incurrit vnam tantum, qui ſæpiùs ſucceſſiuè eundem percutit Clericum.

Sed reſpondeo tanquam certum: tres excommunicationes incurrere. Quia prædictus triplex committit ſacrilegium formaliter diuerſum, quorum quodlibet, ſeorſum etiam ſumptum, eſt prohibitum ſub excommunicatione; vnum, violando excommunicationem, ſepeliendo excommunicatum publicum, qua ratione excommunicationis, priuatur Eccleſiaſtica ſepultura. Secundum, violando interdictum, quod eſt cenſura ſpecie diuerſa ab excommunicatione. Et tertium, ſepeliendo vſurarum publicum contra prohibitionem factam ſub excommunicatione: ergo tres excommunicationes incurrit. Hæ autem prohibitiones habentur *in Clement.* 1. *de ſepult.* ſub his verbis: *Eos, qui propriatemeritatis audacia defunctorum corpora, non ſine contemptu clauium Eccleſiæ in cæmeteriis interdicti tempore, in caſibus non conceſſis à iure vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos, ſcienter ſepelire præſumunt: Decernimus ipſo facto excommunicationis ſententia ſubiacere.* Sic textus Et ſic communiter Doctores. Suarez *diſp.* 5. *ſection.* 3. *n.* 4. Sayrus *lib. de Cenſur. cap.* 10. *n.* 10. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *ſub n.* 10. Vgolinus *tab.* 1. §. 16. *n.* 4. Candid. *diſquiſ.* 22. *art.* 11. *dub.* 3. Cornejo *diſp.* 9. *de Cenſ. in gen. dub. vlt. q.* 5. & *diſp.* 8. *de excomm. dub. vlt. q.* 4.

QVÆSTIO L.

An etiam qui tempore interdicti ſepelit perſonam nominatim interdictam in loco ſacro, duplicem Cenſuram incurrat?

AFfirmat Sayrus *loco* nouiſſimè *citato.*

Sed probabiliùs reſpõdeo in hoc caſu, nõ incurrere niſi vnam, quia nõ committit, niſi vnũ peccatũ: nam illæ circũſtantiæ non variant ſpeciem moralem, ſed tantum aggrauãt violationẽ eiuſdẽ Cenſuræ. Sic Bonac. Cand. *loc. cit.* Cornejo *locis etiam cit. q. vlt.* & Suar. *loc. cit.* qui confirmat exẽplo illius, qui comederet cibũ prohibitum, tẽpore prohibito, ſub cẽſura, hic namque nõ incurreret duas cenſuras, ſed vnam: quia totus ille actus eſt vnius rationis, & illæ circunſtantiæ ſolum aggrauant illum, intra eandem ſpeciem. Quod idem docet Alterius *lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 8. *in fine.*

QVÆSTIO LI.

An ſaltem, qui eadem actione furatur duo (verbi gratiâ,) vaſa pretioſa diuerſorum dominorum, duplicem excommunicationem incurrat, quando furtum ſub excommunicatione eſt prohibitum?

AFfirmant tenentur, qui tenent in dicto caſu, duplex patri à furanti peccatum. Hi autem ſunt Molina *tom.* 4. *diſp.* 41. *n.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *de Sacram. q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. *§ ſic.* 3. *n.* 15. *aliàs* 16. Fagundez *lib.* 2. *in Decalog. c.* 3. *n.* 5. & Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 164. quos citauimus 1. *p. de Sacram. tr.* 5. *diſp.* 8. §. 3. *q.* 16. Et in ſpecie noſtri caſus citati ſentiunt Cornejo *tom.* 2. *in* 3. *p. tr.* 5. *de Cenſ. in gen. diſp.* 9. *dub. vlt. q.* 4. *verſ. Dico ſecundò*, & R. P. Leand. de Cenſuris. *diſp.* 8. *de excomm. dub. vlt. quæſito* 3. *verſ. Dico ſecundò.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere duplicem excommunicationem, ſed vnam. Quia probabilius eſt, quod in caſu, non committat fur duplex peccatum, ſed vnum; cum ibi vna tantũ reperiatur actio, nil obſtans ad hoc multiplicitas iuri læſi, vt diximus, & probauimus cum Valquio, & Lugo *loco citato*: ergo vnam tantum incurret excommunicationem. Sic ſentient Vaſquez, & Lugo *loc. cit.* & in ſpecie tenere hanc ſententiam Suarium *diſp.* 5. *de Cenſ. ſection.* 3. ait Cornejo *locis citatis*. Malè tamen cum oppoſitum expreſsè dicat, *ibid. n.* 5. & 6. illis verbis: Et hoc probat exemplum de homicidio, & de vulneratione vnius, & occiſione alterius, & idem credo eſſe de furto, & de quacumque actione iniurioſa. Ita ille.

DISPVTATIO IV.

De cauſa formali, ſeu de forma ſeruanda in ferendis Cenſuris?

QVÆSTIO PRIMA.

An, vt quis Cenſuras validè imponat, ſufficiat eas ferre per actum interiorem duntaxat; dicendo, v.g. intra ſe, volo, & mando, quod qui tale peccatum patrauerit, maneat excommunicatus?

RESPONDEO tanquam certum: non ſufficere, ſed requiri neceſſariò, vt ſuam voluntatem, per aliquod ſignũm exterius, manifeſtet. *Primò*, quia ferre Cenſuram pertinet ad forum exterius: ergo debet manifeſtari per aliquam actionem ſenſibilem. *Secundò*, quia Cenſura dicitur, & eſt gladius Eccleſiæ, quæ eſt ſenſibilis, ex Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. ergo illius forma debet eſſe ſenſibilis. Sic omnes DD. Legantur Syluester *verb. excommunicat.* 1. *n.* 13. & 15. Armilla *n.* 17. Tabiena *excommun.* 2. *n.* 4. Nauar. *cap.* 27. *num.* 12. & 161. Suarez *diſp.* 3. *ſection.* 2. *n.* 1. Sayrus *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. Alterius *lib.* 3. *diſp.* 4. *c.* 2. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 7. *n.* 1. Auila 1. *part. dub. vltim.* Filliucius *tract.* 11. & 1. *de Cenſur. in commun. c.* 3. *q.* 2. *n.* 51. Raſtellius *quæſ.* 3. *de Cenſur. in gen. artic.* 1. *num.* 3. Candidus *diſquiſit.* 22. *art.* 16. *dubit.* 2. Cornejo *de Cenſur. in genere diſput.* 4. *in principio*, & alij omnes. Quare dubium ſolum eſt inter illos, ſub quibus ſignis ſignificanda eſt voluntas ferentis cenſuras, quod quæſtionibus ſequentibus explicabimus.

QVÆSTIO II.

An, vt valida ſit Cenſura, neceſſariò ſit in ſcriptis proferenda?

AFfirmat Hieronymus Llamas 1. *parte Methodi cap.* 9. §. 25. his verbis: Quarta eſſentialis conditio ex ſolo ſtatuto Eccleſiæ excommunicationis (vt valida ſit) eſt, vt excommunicans procedat, & ſententiam proferat ſcripto, niſi vbi neceſſitas, vel conſuetudo, quæ eſt vera legum interpres, contrarium dictauerint, & *paulo infrà*. Reliqui autem ſæculares Prælati, ſiue Vicarij, ſi ſententiam excommunicationis, ſine ſcripto proferant, ſunt ipſo facto ſuſpenſi, (vltra quod ſententia non tenet,) & ſuſpenſione vnius menſis, &c. ita Llamas. Cuius ſententiam tenet etiam Ripa *in rubric. de conſtitution. n.* 48. vt referunt Suarez, & Bonacina *infrà citandi.*

Fundamentum horum eſt, *cap. fin. de ſentent. & re iud. in 6.* vbi de omni ſententia abſolutè affirmatur, quod ſi lata fuerit ſine Scriptura ſit nulla, niſi in cauſis ſummariis *l. 1. C. de ſentent. ex breui recit. in Authent. Niſi breues, eod. tit.* in Clement *ſæpe, de verb. ſignif.* ergo ſine Scriptura nulla erit ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, &c.

Sed omnino oppoſitum reſpondeo dicendo, quod vt cenſura ſit valida, non ſit præcisè neceſſarium, vt proferatur in ſcriptis (benè tamen, vt ſit iuſta, vt *infrà quæſt.*) Ratio eſt, quia quod cenſura feratur in ſcriptis, non eſt de ſubſtantia cenſuræ, ſed de iuſtitia, vt *infrà*: ergo tenet cenſura, etiamſi non ſit lata inſcriptis. Antecedens clarè colligitur *ex cap. Cum Medicinalis, de ſentent. excommun. in 6.* vbi Innoc. V. præcipit Superiori ad quem recurritur, quando cenſuræ ſententia à Iudice non fuit lata in ſcriptis, vt ſine difficultate talem ſententiam relaxet: ergo fuit valida talis ſententia lata ſine ſcripto, ſiquidem relaxatione indiget. Sic Gloſſa *in dicto cap. Medicinalis, in Summa.* Quæ & fundamento contrariorum reſpondet dicendo illum textum intelligi de aliis ſententiis definitiuis, non verò de ſententiis cenſurarum, quas hîc ſpecialiter excipit Pontifex, tum, vt magis timeantur, & tum etiam, quia hæ non ſunt propriè definitiuæ, cum non proferantur in pœnam, ſed potiùs in correctionem, & medicinam, qua ratione reſipiſcente reo, ſtatim conceditur abſolutio. Suarez *diſp. 3. ſection. 13. à num. 8. & lib. 5. de legib. cap. 32.* Nauarrus *cap. 27. num. 8.* Alterius *lib. 3. diſputation. 4. cap. 2. verſic. tertiò dubitari.* FillIiucius *tract. 11. cap. 3. quæſ. 9. num. 107.* Bonacina *diſputat. 1. quæſt. 1. punct. 8. num. 3.* Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſ. 3. art. 1 num. 5. pag. 54.* Candidus *diſquiſit. 22. art. 18. num. 1.* Hurtadus *diſp. 11. de excommunic. diffic. 4.* Luyſius *diſputation. 3. de Cenſ. dub. 1.* Villalobos *tract. 16. difficult. 7. num. 3.* Ægidius *diſp. 13. dub. 9. num. 85.* Baſſæus *verb. excommunic. 12. n. 8. fine.*

QVÆSTIO III.

An ſaltem, vt valida ſit Cenſura, neceſſariò ſit verbis ferenda; an verò ſufficiat nutibus illam proferre?

AFfirmant eſſe neceſſarium ad valorem cenſuræ illa verbis proferre, nec ſufficere id nutibus efficere, Vgolinus *tabul. 1. de Cenſur. cap. 1. §. 5. & cap. 2.* Sayrus *lib. 1. de Cenſur. cap. 11. num. 1.* & Bauny *tract. 1. de Cenſur. quæſ. 8. pag. 9. & quæſ. 17. pag. 25.* Inde inferentes, mutum non poſſe validam cenſuram ferre. Ratio eſt, quia Cenſura, lege, aut ſententia debet ferri: ſed lex, aut ſententia, neceſſario exprimi oportet verbis: ergo. Huic ſententiæ videtur adhærere Bonacina *diſputat. 1. quæſ. 1. punct. 7. num. 2.* quatenus docet, ad ferendam cenſuram, requiri, aut verba, aut Scripturam: ergo iuxta illum non ſufficiente nutus dumtaxat.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: dicendum, quod vt valida ſit cenſura, ſufficiat illam nutibus proferre. Vnde ſi Iudex interrogatus ab aliquo, an velit Petrum excommunicare, vel ſuſpendere, &c. ipſe nutibus annuat, & ſignificet, ita velle ſcribi, & intimari, verè tenebit excommunicatio, aut ſuſpenſio, &c. Ratio eſt, quia, nec iure diuino, nec humano, cauetur neceſſaria eſſe verba ad ferendam cenſuram: ſed ſolùm exteriorem intimationem, & manifeſtationem voluntatis illam ferentis: at ſic eſt, quod hæc ſufficienter manifeſtatur, ſiue verbis, ſiue Scriptura, ſiue nutibus: ergo. *Confirmatur.* Nam ad valorem formæ Sacramenti Matrimonij, in quo eſt neceſſaria expreſſio voluntatem contrahentium, ſufficit ſignum ſenſibile expreſsè id declarans, vt diximus cum communi *2. part. de Sacram. tract. 9. diſput. 4. quæſt. 9.* ergo ſimiliter ſufficiet ad ferendam cenſuram, ſi Iudex exprimat ſufficienter nutibus voluntatem ſuam de ferenda cenſuræ ſententia, vt fieri poteſt modo nunc aſſignato. Sic Suarez *diſp. 3. ſection. 2. num. 3. & 4.* Raſtellius *num. 5. cit.* Fillincius *tract. 11. cap. 3. quæſtion. 2. num. 52.* Candidus *diſquiſit. 22. articul. 16. dubit. 1. & 3.* Luyſius *diſp. 3. dub. 1. verſu, ſecundò exiſtimo.* Cornejo *tract. de Cenſur. in gen. diſput. 4. dub. 1. & diſputat. 4. de excomm. dub. 1.* Machado *lib. 1. p. 3. tract. 2. docum. 7. n. 4.* Villaſobos *tract. 16. diffic. 6. n. 10*

Ad fundamentum contrariorum dicendum eſt, quod verum ſit quod lex, aut ſententia debeat proferri verbis, non tamen ſit neceſſarium, quod verba ſint vocalia, ſed ſufficere, quod ſint ſcripta, vel propria manu vel alterius ope exhibita, quibus intentio iudicis ſufficienter exprimatur. Vnde rectè ait Suarez quod ſi verba in hac amplitudine ſumantur, benè affirment contrarij, quod ad inferendam cenſuram, neceſſaria ſint ſenſibilia verba: & breuitatis cauſa ita ſemper loquemur.

QVÆSTIO IV.

An ad inferendam Cenſuram, ſint præſcripta aliqua certa, & determinata verba?

REſpondeo tanquam certum, quod non: ſed ſufficiant quæcumque verba, quibus Iudex ſufficienter ſuam intentionem exprimat, & manifeſtet, vt v.g. *Excommunico te.* Vel *ſubiicio te excommunicationi*, &c. Quia nullo iure eſt cautum, cenſuram per certa aliqua verba eſſe ferendam: ergo ſufficent quæcumque, dummodo per illa ſufficienter intentio iudicij declaretur. Sic omnes Syluester *excommunicat. 1. num. 15.* Nauarrus *cap. 27. num. 12.* Suarez *diſput. 3. ſect. 2. n. 5.* Vgolinus *tab. 1. cap. 10. & tab. 2. cap. 8.* Auila *2. part. cap. 2. dub. 1.* Ægidius *diſp. 13. dub. 2. n. 3.* Fillincius *loc. cit. n. 53.* Candidus *dubit. 3. cit.* Bonacina *diſp. 1. quæſ. 1. punct. 7. n. 2.* Raſtellius *loc. cit. verſ. Dico ſecundò.* Cornejo *loc. cit.* Bauny *tract. 1. q. 17.* & alij.

QVÆSTIO V.

An, vt valida ſit Cenſura, debeat ferri per verba definita quoad ſpeciem Cenſuræ, vt, excommunico, ſuſpendo, interdico?

REſpondeo tanquam certum, debere ſic ferri. Quia ſicut præceptum Superioris nil obligat, niſi in ſpecie determinet actum, quem præcipit: nec ſententia Iudicis damnans ad pœnam, niſi ſpecies talis pœnæ exprimatur: ſic nec cenſuræ ſententia, niſi exprimat ſpeciem cenſuræ. Vnde ſi Epiſcopus in Clericos ferret hoc modo Cenſuram: *Quicumque tulerit arma, maneat Cenſura ligatus*, nihil efficiet. Sic omnes. Legantur nuper citati.

QVÆSTIO VI.

An ſit valida Cenſura, data ſub hac forma: Excommunico te?

NEgandum ex dictis nuper videtur. Quia cenſura in genere lata, nil valet: vt, ſi Iudex dicat: *Quicumque tulerit arma, maneat Cenſura ligatus*: ergo nec valebit excommunicatio in genere lata, dicendo; *Excommunico te ſi hoc feceris*: quia etiam ſub excommunicatione dantur duæ ſpecies, ſcilicet, maior, & minor.

Sed tanquam certum reſpondeo: eſſe validam talem excommu-

excommunicationis Cenſuram. *Primò*, quia ſic eſt textus expreſſus *in cap. Si quem, de ſentent. excommun.* *Secundo*, quia ſecundum communem vſum Eccleſiæ, illud Verbum *Ex communico*, ſimpliciter prolatum, accipitur pro maiori excommunicatione, non verò pro excommunicatione in communi, quæ vel genericè, vel analogicè diuiditur in maiorem, & minorem. Vnde quando fertur excommunicatio minor, apponi ſolet aliquod verbum ſufficienter indicans illam; vt *Priuo te perceptione Sacramentorum.* Secus verò dicendum eſt, quando cenſura fertur in genere, quia tunc non eſt maior ratio, cur vna potius Cenſuræ ſpecies, quàm altera intelligatur. Ex quo iam conſtat ad rationem dubitandi. Sic Suarez *diſp. 3. ſect. 2. nu. 9.* Sylueſter *v. Excomm. 1. n. 18.* Sotus *in 4 diſtinct. 22. q. 1. a. 2. verſ. Illum excommunico* Sayrus *lib. 1. c. 4. n. 19.* Bonacina *diſp. 1. q. 1. punct. 7. n. 3. verſ. dices.* Fil luc. *tr. 11. c. 3. q. n. 55.* Cornejo *tr. de Cenſur. in gen. diſp. 4. dub. 1. verſ. Infero tertiò.* Banny *tr. 1. q. 17. pag. 25*, Raſtellius *loc. cit. nu. 7. pag. 56.*

QVÆSTIO VII.

An etiam ſit valida ſuſpenſionis Cenſura, data in genere, ſub iis verbis: Suſpendo te, Sis ſuſpenſus, *&c.*

AFfirmant plures Doctores, à paritate rationis, facta nuper, loquendo de Cenſura excommunicationis; nam illa eſt valida, data ſub iis verbis: *Excommunico te*: ergo & ſuſpenſionis cenſura, data ſub iis: *Suſpendo te.* & ideo hanc partem tenent Sylueſter, Toletus, Auila, Sayrus, Vgolin. & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp. 3. de ſuſpenſ. punct. 2. num. 1.* Machado *tom. 1. lib. 1. p. 3. tr. 10. docum. 1. in fine.*

Sed probabilius reſpondeo: non eſſe validam: Ratio eſt, quia quando ſub Cenſura ſpecifica, quæ fertur, ſunt aliæ ſpecies infimæ, neceſſarium eſt omnino exprimere nomen Cenſuræ inferioris, aut infimæ, quæ fertur, vt ſic effectum ſortiatur. Cum igitur ſub cenſura ſpecifica ſuſpenſionis, contineantur tres infimæ, nempe, ſuſpenſio ab officio, ſuſpenſio à beneficio, & ſuſpenſio ab vtroque, hinc eſt, quod Cenſura ſuſpenſionis, data ſub iis verbis: *Suſpendo te*, nil valeat, & nil efficiat, eo quod per dicta verba non determinetur effectus vſque ad vltimam, aut infimam ſpeciem; & ſic oportet dicere: *Suſpendo te ab officio*, vel *à beneficio*, vel *ab officio, & beneficio ſimul.*

Nec quid vrget paritas rationis ab excommunicationis forma deſumpta; nam ideo Cenſura excommunicationis data ſub iis verbis; *Excommunico te*, eſt valida, vel quia ſic declaratur *in cap. Si quem, cit.* vel quia ſic vſu Eccleſiæ, & intelligentia Doctorum eſt receptum, ſcilicet, hæc verba: *Excommunico te*, abſolutè prolata, pro maiori excommunicatione intelligantur. Vel tandem, quia excommunicatio maior, & minor non ſunt duæ ſpecies excommunicationis, ſed duo analogata, quorum præcipuum eſt excommunicatio maior, & ideo excommunicatio abſolutè prolata, ſtat pro maiori. Ex quo iam conſtat, paritatem rationis non teneri. Sic Suarez *diſp. 3 ſect. 2. n 8. & 9.* Cornejo, & Filliucius *loco citato*, (quamuis hic oppoſitum ſentiat *infrà tr. 17. c. 1. q. 9. n. 9.*) Alterius *tom. 2. diſp. 7. c. 2. col. 2.* Qui benè id intelligit, caſu quo verba, quibus datur ſuſpenſio ſint omnino incerta, & ambigua ita, vt nec ex antecedentibus, nec conſequentibus verbis, conſtare poſſet, quam ſuſpenſionem legiſlator inducere voluerit, vt ſunt verba in genere prolata; ſecus aliàs.

* * *

QVÆSTIO VIII.

An Cenſura lata ſub disiunctione inter duas Cenſuræ ſpecies, vt, ſi Iudex dicat; Clericus, qui nutrierit comam, ſit aut excommunicatus, aut ſuſpenſus ab officio, *ſit valida & conſequenter liget?*

NEgant eſſe validam Nauarrus *c. 27. n. 161.* ibi: *Suſpenſus ab officio, aut beneficio diuiſim, à nullo illorū eſt, iuxta Panormitanum receptum.* Syluest. *verb. ſuſpenſ. q. 6. n. 5. §. ſi iterum.* Vgolinus *tab. 1. c. 20. §. 3. n. 4.* Sayrus *lib. 4 c. 7. n. 3.* Henriquez *l b. 13 c. 32. n. 4.* his verbis: ſi quis tamen diuiſim ſuſpenderetur ab officio, vel beneficio, à neutro manet ſuſpenſus, quia non eſt maior ratio cur non eximatur ab vno, quàm ab alio. Ita ille. Qui in Gloſſa *lit. E. citat* (vltra Nauarrum, & Sylueſtrum) Ludouicum Lopezium *2. p. inſtruct. c. 97.* Maiolum *lib. 3. irregular. c. 9. num. 14. verſ. 1.* & alios *recent. Theologos.*

Affirmant verò è contra, talem cenſuram eſſe validam, & ita, vt vtrumque inferat effectum, cum non ſit maior ratio, cur vnum, quàm alterum inferat. Gloſſa *in c. Latores, verb. ab officio, de Clerico excommunicato, & c. miniſtrante.* Per hæc verba Quid ſi Epiſcopus dicat, ſuſpendo te ab officio, vel beneficio: nunquid debeo abſtinere ab vtroque? Ita credo, ſaltem propter dubium. Ita Gloſſa & Raſtellius *de Cenſ. in gen. q. 3. a. 1. n. 8. & 9 pag. mihi 57.* Quoniam (inquit alternatiua poſita inter duas ſpecies priuatiuas æquipollet copulæ *l. cum quidam. C. de verb. ſignif.* ſed ſpecies cenſuræ ſunt priuatiuæ: ergo idem eſt, ac ſi diceretur, excommunico, & ſuſpendo.

Sed diſtinctius, & probabilius reſpondeo: eſſe validam, & ligare, aut quoad vtramque partem, ſi illa particula *vel*, ſumatur copulatiuè, aut quoad vnam duntaxat, ad electionem rei; ſi disiunctiuè ſumatur. Patet vtraque noſtræ reſponſionis pars. Quoniam ſi particula *vel*, ſumatur copulatiuè, vtramquem partem determinat: ergo tunc cenſura, quoad vtramque partem, ligat. Si verò ſumatur disiunctiuè, determinat duntaxat vnam partem Cenſuræ, hoc eſt, vnam ſpeciem è duabus in ſententia contentis, quæ illa erit, quam reus elegerit. In caſu autem, quo reus neutram partem disiunctiuè velit eligere, & conſequenter neutram ſeruare, vtrique pœnæ ſubiacere, ex intentione Iudicis ferentis pœnas disiunctiuè, colligitur. Sic Suarez *diſp. 3 ſect. 2. à n. 12.* qui *n. 15.* benè monet, Iudices vt à tali forma caueant, ne aliàs grauiter peccent, tum propter dubium: tum etiam, quia non eſt in vſu Eccleſiæ. Bonacina *diſp. 1. q. 1 punct. 7. num. 4.* Filliucius *tr. 11. c. 3. q 5. à n. 58.* Candidus *diſquiſit. 22. a. 17.* Cornejo *diſp. 5. de Cenſ. in gen. dub. 4.* vbi ait ſententiā Gloſſę eſſe falſam Alterius *lib. 3. diſp. 9. c. 3.* & alij quos citabimus *tr. de ſuſpenſ. diſp. 3. q 18.*

Ad fundamentum primæ ſententiæ, negandum eſt, quod in caſu quod ly *vel*, ſumatur disiunctiuè, non ſit maior ratio, cur vna Cenſura liget potius quàm alia; adeſt namque propter electionem vnius implicitam, vel explicitam. Nec obſtat, quod ſi reus eligit vnam partem, ſequi videatur reum applicare illam contra ſeipſum; quia Cenſura applicatur ab agente, non autem ab eligente. Ex quo iam patet ad fundamentum Gloſſæ, & aliorum è diametro oppoſitum ſentientium, falſum namque eſt, quod particula *vel*, non poſſit ſumi etiam disiunctiuè, imò ſemper ſic ſumi debet, niſi aliàs materia ipſa, vel ex adiunctis conſtet, copulatiuè debere ſumi. Legatur Doctus, & amicus Barboſa *tr. de dictionib. vſu frequentioribus, diſtinct. 415. n. 3. & 4.*

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

An cenſeatur quis excommunicatus, ex eo ſolùm, quod Papa nolit communicare cum illo: vel abſolutus, ex eo quod cum illo communicet?

NEgant Sayrus, & Vgolinus *q. 5. cit.* quia exiſtimāt, quod ad ferendam Cenſuram, neceſſaria ſint omnino verba.

Sed probabiliùs cum diſtinctione reſpondeo: dicendum, quod licèt verum ſit, quod ſimpliciter, & abſolutè loquendo, non maneat quis excommunicatus, ex eo ſolùm, quod Papa non vult communicare cum illo, vt habet Innocentius *in cap. Cum olim, el 1. de priuileg. numer. 4.* & benè, quia non communicare cum aliquo, non eſt ſignum expreſſum, & certum ferendi cenſuras; cum poſſit Papa ex antipathia non communicare cum illo; nec etiam abſolutus ab excommnnicatione, ex eo ſolùm quod Papa participet cum excommunicato, qu a id habetur expreſsè *in Clement. fin. de ſentent excommun.* nihilominus tamen, ſi ſe ita velle, declararet Pontifex, tunc, ob plenitudinem poteſtatis illius, ob vitationem, maneret quis excommunicatus, & ob participationem cum illo, abſolutus: cum tunc vitatio, & participatio, iam ex præcedenti ſuæ voluntatis manifeſtatione, eſſent ſigna certa, excommunicandi, & abſoluendi, Sic habetur *in c. ſi Summus Pontifex, de ſent. excomm.* Et ſic ſentiunt Hoſtienſ. *in ſum.* quem citat, & ſequitur Bauny *tr. de Cenſ. q. 17. pag. mihi 25.* Raſtellius *de Cenſ. in gen. q. 3. art. 1. n. 5. pag. mihi 55.* Candidus *de Cenſur. diſquiſ. 22. art. 16. dub 19.*

QVÆSTIO X.

An, vt valida ſit Cenſura deceat diſertè exprimi perſona in quam fertur?

REſpondeo tanquam certum, affirmatiuè. Quia verba Cenſuræ ſunt operatiua, & faciunt id quod ſignificant: ergo ſi nullam perſonam determinatè ſignificant, nullam afficient. Vnde ſi verba ſuſpenſa ſunt; vt *ego excommunico*, effectus manebit ſuſpenſus, & ita nihil fiet. Sic Suarez *diſput. 3. ſect. n. 16.* vbi benè notat, quod hæc determinatio perſonæ, non fit ſemper eodem modo, ſed iuxta exigentiam legis ferentis cenſuram. Interdum namque fertur ſententia contra particularem perſonam diſtinctè cognitam, & tunc determinari debet, vel per proprium nomen, vel pronomen, aut quodlibet aliud ſignum ſpeciale; vt dicendo, *Excommunico Titium*, &c. Interdum etiam fertur cenſura contra particularem perſonam, ſed occultam: & tunc deſignari debet per ordinem ad delictum dicendo: v. g. *Excommunico eum, qui hoc fecit, niſi ſatisfaciat.* Interdum tandem fertur cenſura in generali; & tunc etiam generaliter debent ſignari perſonæ in ordine, & habitudine ad tale delictum; vt, *omnes heretici, aut percuſſores Clericorum ſint excommunicati.* Bonacina *diſp. 1. q. 1. punct. 7. nu. 6.* Filliucius *tract. 11. cap. 3. quæſt. 4. num. 56.* Raſtellius *de Cenſur. in gen. q. 3. art. 1. num. 10. pag. 58.* Candidus *diſquiſit. 22. art. 16. dub. 16.* Bauny *tr. 1. q. 17. verſ. Notare, pag. 25.*

QVÆSTIO XI.

An, vt Cenſura ipſo facto liget, debeat eius forma determinari quoad præſens tempus?

REſpondeo tanquam certum: quod ſic; nam ſi determinaretur ad tempus futurum, eſſet nulla. Et ideo oportet, vt dicatur; *Excommunico: ſit excommunicatus*, &c. Non autem de futuro, *Excommunicabo*, aut *excommunicandus erit; præcipio excommunicari.* Quia his de futuro verbis, non fertur Cenſura, vt conſtat. Ratio eſt. Nam tempus futurum ſuſpendit effectum: ergo ſecundum hic, & nunc, non eſt applicata Cenſura, & conſequenter non valet: vt ergo applicetur, vt valeat, debent eius verba ſignificare de præſenti. Sic Suarez, Filliucius, Raſtellius, & Candidus *locis citat.* & omnes. Legantur dicta à nobis, *diſputat. 1. à quæſt. 11.* ſi quoad præſentem materiam, aliquid deſideretur.

QVÆSTIO XII.

An forma ferendi Cenſuram poſſit eſſe, ſub conditione pertinente ad cauſam Cenſuræ, vt ſi Iudex dicat: Niſi ſolueris intra menſem, excommunico te?

REſpondeo tanquam certum; poſſe. *Primo*, quia id conſtat ex innumeris iuris textibus, *cap. Præterea, el 2. de appellat.* & *c. Romana, de ſent. excommunic. in 6.* &c. *Secundò*, quia Cenſura non fertur, niſi ratione delicti, vel futuri in ordine ad obſeruationem alicuius mandati, vel præteriti in ordine ad ſatisfactionē faciendam, vnde ſemper includitur conditio: veluti, *ſi quis hoc fecerit*; vel, *ſi quidnam ſatisfecerit*, &c. aut, *niſi ſolueris intra menſem*, &c. Sic communiter Doctores Couarruuias *in c. Alma mater 1. p. §. 10. c. 4. & 6.* Vgolinus *tab. 1. c. 2. §. 2. n. 3.* Suarez *diſp. 3. ſect. 4. à n. 2.* Filliuc *tr. 11. c. 3. q 6. 3 nu. 61.* Raſtellius *qu. 3. de Cenſur. in genere q. 3. art. 3. pag. mihi 64.* Cornejo *diſp. 4. de Cenſ. in gen. dub. 2.* Alterius *lib. 3. diſp. 9. c. 2.*

QVÆSTIO XIII.

An etiam validè poſſit ferri Cenſura, ſub conditione impertinente ad cauſam Cenſuræ: vt ſi feratur hac forma: Excommunico te, ſi nauis ex India venit, aut venerit?

REſpondeo dicendum, quod Cenſura lata ſub conditione omnino impertinente de præſenti, vel præterito, ſi illa extet, Cenſura erit valida (licet male & imprudenter ſic feratur) ſi verò non extet, non erit valida. Lata vero ſub conditione de futuro contingenti; vt *ſi nauis ex India veniet, aut venerit*, tunc probabilius eſt quod talis Cenſura ab initio ſit inualida.

Ratio primæ partis noſtræ reſponſionis eſt; quoniam conditio de præſenti, vel de præterito, (ſi extat) eſt iam purificata, & habetur ac ſi non eſſet appoſita: ergo talis conditionalis non vitiat formam Cenſuræ. Ratio verò ſecundæ partis eſt. Quoniam Cenſura lata ſub conditione de futuro contingenti, continet intolerabilem errorem: ergo eſt inualida. Conſequentia eſt nota, vt habetur *in cap. Per tuas, & cap. Solet, de ſentent. excommunic. in 6.* Antecedens verò probatur. Quia actus ſpiritualis poteſtatis, non debet dependere à futuro impertinenti euentu, nam hoc, intolerabilis abuſus eſt ſpiritualis poteſtatis. Sic Vgolinus, quem citat, & ſequitur Suarez *loc. cit. diſp. 3. ſect. 7. per totam*, Filiucius *loc. cit. quæſ. 7. n. 64. & 65.* Raſtellius *art. 3. cit. num. 4. & 5.* Cornejo *diſp. 4. citat. dub. 3. per totum.* Alterius *lib. 3. diſput. 9. pagina mihi 349. verſ. ſi autem.*

* *
*

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XIV.

An Cenſura lata ab homine, ſub conditione peccati in futurum committendi; vt, ſi quis commiſerit tale peccatum, excommunicatus ſit, *ſit à iure prohibita, & inualida?*

AFfirmandum videtur *ex cap. Romana, de ſentent. excommunic. in 6.* vbi expreſſè prohibentur Iudices, ne Cenſuras ferant per ſententias conditionatas, pro futuris culpis, aut pro culpis iam commiſſis: his verbis. *Caueant etiam ne tales ſententias excommunicationis, ſiue ſpecialiter ſiue generaliter in aliquos pro futuris culpis, videlicet, ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſſis, ſub hac forma: ſi de illis infra tale tempus minimè ſatisfecerint, proferre præſumant, niſi mora in exhibenda ſatisfactione, vel culpa ſeu offenſa præceſſerit,* &c. Sic textus. Propter quem, Canoniſtæ communiter docent, hunc modum ferendi cenſuras ab homine (nō à iure) eſſe prohibitū; quāuis cenſuræ ſic latæ, non ſint inualidæ, aut irritæ; eo quod in tali textu, nullum ſit verbum irritans factum. Ita ſentiunt Abbas *in c. licet, de elect. n.* 9. Couar. *in c. Alma mater* 1. *p.* §. 10. (nō 18. vt leges apud Suarium) *n.* 1. *&* 4. & alij penes ipſos.

Sed ego reſpondeo dicendum, quod non ſolùm à iure, ſed etiam ab homine poſſit ferri validè, imò, & licitè, cenſura ſub conditione peccati in futurū committendi. Et in primis, quod poſſit ferri à iure, conſtat ex innumeris eius capitibus, & patet ex dictis *qu.* 12. cum communi omnium. Deinde quod etiam ſic ferri ab homine poſſit; patet, quia non eſt maior ratio, cur per legem, quam per hominem id fieri validè poſſit: ergo per vtrumque poteſt. Præterea quia id nec eſt contra ius naturale, cum non ſit cōtra rationem. Nec contra ius diuinum; quia nullibi de hac re extat. Nec contra ius canonicum, ſed potiùs conformius illi; cum *in cap. A nobis, de ſent. excommun.* Interrogatus Clemens III. de hac forma excommunicandi: *Quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit,* dicit cōprehendere omnes ſubditos, qua reſponſione, illam ſimpliciter approbat.

Nec contra id obſtat text. *in cap. Romana, cit. Primò* quia ibi non prohibetur prædicta excommunicandi forma abſolutè, niſi cum limitatione, ſcilicet; *Niſi mora vel culpa præceſſerit, aut alia rationabilis cauſa ſubſit. Secundò.* Quia etiamſi *in dicto cap.* talis prohibitio contineretur, iam per contrariam conſuetudinem eſt abrogata. *Tertiò,* quia reuera ibi non continetur prohibitio, ſed admonitio quædam, ne Iudices facilè huiuſmodi ſententias proferant, ſed magna circunſpectione, & cautione id faciant.

Ex quibus iam conſtat, non ſolùm validè, ſed & licitè poſſe ab homine ferri prædictas ſententias Cenſuræ conditionatas; cum non ſolum à iure non irritentur, imò nec abſolutè, & ſimpliciter prohibeantur, ſed ſolùm moneantur Iudices ne ad id faciles ſint: & cum circunſpectione faciant. Sic Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 4. *à n.* 4. Filliucius *tr.* 11. *cap.* 3. *q.* 8. *à n.* 66. *&* 67.

QVÆSTIO XV.

An Cenſura ſub conditione lata, non incurratur, donec conditio in Cenſura appoſita, impleatur?

REſpondeo tanquam certum: non incurri donec conditio impleatur. Quia tunc Cenſura ſolùm habet vires ſuas; túncque cenſetur proferri à Iudice; nam ad diem pronuntiationis retrotrahi nequit, eo quod in his rebus ſpiritualibus, fictionibus locus non eſt, ſed ſemper veritas attenditur: ergo. Sic habetur ex preſſe *in cap. licet, de ſent. excommunic.* & docent Archid. & Panormitan. quos citat, & ſequitur Couarruuias *in cap. Alma mater. p.* 1. §. 10. *n.* 6. Vgolinus *tab.* 1. *c.* 2. §. 2. *n.* 3. Cornejo *diſp.* 4. *de Cenſur. in gen. dub.* 2. *pag. mihi* 539. Alter *lib.* 3. *diſp.* 5. *c.* 1.

QVÆSTIO XVI.

An Cenſura lata ſub conditione, ſuſpendatur per legitimam appellationem illius, in quem lata eſt?

REſpondeo tanquam certum: ſuſpendi, ſi appellatio fiat ante impletam conditionem. *Primò.* quia ſic habetur *in c. Præterea* 2. *de appellat. Secundò,* quia ſi Cenſura vires non habet donec impleatur conditio, vt nuper eſt habitum, clarè conſtat, quod ſi appellatio, pendente conditione, interponatur, idem eſt ac ſi interponeretur antequam cenſura lata eſſet: at ſic eſt, quod Cenſura abſolutè lata, inualidatur per appellationem antecedentem: ergo & cenſura ſub conditione lata inualidabitur per appellationem conditione pendente. Vnde ſi poſt talem appellationem pronuncietur ſententia cenſuræ, v. gr. excommunicationis, excommunicatio erit nulla; quamuis, donec conſtet de nullitate, ſit concedenda abſolutio ad cautelam. Sic *ex c. cit.* & *ex c. licet. c. ex venerabilibus, de excom. in* 6. docent omnes DD Couar. *in c. Alma mater* 1. *p.* §. 10. *n.* 4. & penes ipſum, Ioan. Andr. & alij DD. *in c. is cui, de appellat.* Nauar. *in c. Cum contingat, de reſcript. cauſa* 14. *&* 15. Vgolinus *tabula* 1. *c.* 20. §. 6. Filliucius *tr.* 11. *c.* 3. *q.* 11. *n.* 78. Alterius *lib.* 3. *diſputatione* 5. *c.* 1. *verſ. Quintò dubitatur, pag.* 314. Suarez *diſput.* 3. *ſect.* 6. *n.* 1.

QVÆSTIO XVII.

An Cenſura lata ſub conditione, ſuſpendatur per appellationem factam quocumque tempore, antequam conditio impleatur?

NEgant quamplures Authores, docentes, neceſſario deberi appellationem fieri, infra decem dies à die ſententiæ latæ, vt ſic ſuſpēdatur Cenſura, & impediatur executio illius, quia (inquiunt) hoc ſolum ad appellandum tempus conceditur in iure *cap. Quoad conſultationem, de ſentent. & re iudicata,* his verbis: *Taliter duximus reſpondendum, quod cum poſt decē dierum ſpatium, ſententia in auctoritatem rei tranſeat iudicata: qui ad prouocationis ſubſidium infra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit, cum per hoc videatur per interpretationem iuris lata ſententia paruiſſe, præſertim vbi cauſa non redditur appellandi.* Sic Innocent. III. *in d. cap.* propter quod ita ſentiunt Abbas *in cap. Præterea* 2. *de appellat.* Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 20. §. 6 *numer.* 1. in quorum ſententiam ſatis inclinat Filliucius *tract.* 11. *cap.* 3. *q.* 9. *num.* 78. dum contrariam ſolùm appellat probabilem, & Suarez *vbi infra;* ait, hāc ſententiam eſſe ſecuriorem, & ad tollendas lites aptiorem.

Sed probabiliùs reſpondeo: prædictam Cenſuram conditionalem, reuera ſuſpendi per appellationem factam, quocumque tempore, ante impletam conditionem: etiamſi decem dies dati ad appellandum fuerint elapſi. Ratio eſt iam aſſignata. Quia ſentētia cenſuræ incipit alligare à die conditionis impletæ: ergo interim ſemper appellari poteſt; quia, vt nuper diximus, vſque ad diem conditionis impletæ, non videtur lata ſententia, neque illa adueniente trahitur retrò ad diem pronunciationis. Sic Nauar. *in cap. Cum contingat, de reſcript. cauſa* 14. *&* 15. Couar. *in cap. Alma mater* 1. *p.* §. 10. *nu.* 4. dicens id eſſe conſenſu ferè omnium obtentum aduerſus Abbatem. Sic etiam Frācus, &

Digitized by Google

& Decius apud ipſum. Gloſſa *in d. cap. Præterea*. Alter. *lib.* 3. *diſp.* 5. *c.* 1. Cornejo *diſp.* 4. *de Cenſur. in gen. dub.* 2. *quæſ.* 1. Suar. *diſp.* 3. *ſect.* 6. *n.* 4. vbi dicit, hanc noſtram ſententiam, in rigore, & in conſcientiæ foro, eſſe ſatis tutam: & in foro etiam exteriori, ſecurè poſſe Iudices iuxta illam pronunciare: & tandem (quia fauorabilior eſt, & mitior) magis (cæteris paribus) probandam. Luyſius *de Cenſur. diſput.* 3. *dub.* 3. *fol. mihi* 4. Hurtadus *diſp.* 13. *de excomm. difficult.* 4.

QVÆSTIO XVIII.

An à Cenſura lata ſub conditione, poſſit appellari, conditione etiam impleta?

AFfirmarunt nonnulli, quos, ſuppreſſis nominibus, refert Suarez *ſect.* 6. *cit. n.* 6. exiſtimantes in Cenſuris latis ſub cõditione intra certum terminum, habere locum appellationem, poſt expletam conditionem, dũmodo intra decem dies fiat. Fundamentum eorum eſt. Quia, vt nuper eſt habitum, Cenſura conditionata, tunc ſimpliciter cenſetur lata, quando conditio impletur: ſed ſic eſt, quod à Cenſura conditionali ſimpliciter lata, poteſt appellari intra decem dies, vt ſupra eſt habitum: ergo. Ita ſentit Alterius *loc. cit. verſ. Quare in fine*, ſic concludens: Sed dicto ſpatio decem dierum currente, etiam poſt impletam conditionem, poteſt interponi appellatio, non ſolùm quoad effectum deuolutiuum, ſed etiam, vt dixi, ſuſpenſiuum. Ita ille.

Sed vt certum reſpondeo: nullo modo poſſe appellari à cenſura conditionata, conditione iam impleta, ſaltem quoad effectum ſuſpendendi Cenſuram. Ratio eſt, quia certum eſt, apud omnes, quod non poſſit appellari à Cenſura purè, & abſolutè lata, ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum, vt habetur *in cap. Paſtoralis, §. verum de appellat. & in c. Is cui, §. vlt. de ſent. excom. in* 6. quoniam (inquit primus textus) ſententia Cẽſuræ ſecum affert executionem: à ſententia autem iam executioni mandata, nullus poteſt appellare, ſed debet abſolutionem quærere: at ſic eſt, quod Cenſura conditionalis, poſt conditionem impletam tranſit in abſolutam: ergo ſicuti talis in præſenti materia, eodem modo affert executionem, & conſequenter non poterit ab illa appellari, ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum. Sic Suar. *loc. cit.* dicens, oppoſitum ſentientes grauiter in hac parte erraſſe. Filliuc. *tr.* 11. *c.* 3. *q.* 9. *n.* 78.

QVÆSTIO XIX.

An Cenſura ſub conditione lata, ſuſpendatur per conſenſum partis, in cuius fauorem lata eſt, adhuc ſi in id conſentiat, abſque conſenſu Iudicis?

REſpondeo tanquam certũ: ſuſpendi, imò, & tolli, ſi omnino remittat pars debitum, propter quod ad inſtantiam illius Iudex protulit Cenſuram. Quia certum eſt apud omnes, quod condonante creditore debitum, etiam id neſciente Iudice, ceſſat omnino Cenſura, cum ceſſet cauſa propter quam lata eſt: ergo. Sic tanquam certum ſupponit Hurt. *diſp* 13. *de excom. diffic.* 5. his verbis: Supponimus conſenſum partis, in cuius fauorem lata eſt excommunicatio ſub conditione futuræ tranſgreſſionis, abſolutè præſtitum eam ante impletionem conditionis omnino impedire abſque conſenſu Iudicis: v. g. conſenſum Creditoris, ad cuius inſtantiam lata eſt excommunicatio contra debitorem, ſi non ſoluat intra tres dies, omnino impedire incurſum excommunicationis abſque conſenſu Iudicis, ſi intra eos tres dies omnino remittat debitum. Sic ille. Et antea Suarez *diſput.* 3. *ſect.* 6. *à num.* 8. Filliucius *tr.* 11. *cap.* 3. *quæſt.* 10. *nu.* 80. Sylueſter, ſtatim citandus.

QVÆSTIO XX.

An etiam, conſenſus partis prorogantis terminum ſolutionis à Iudice datum, ſuſpendat ad tempus incurſionem Cenſuræ, ſi pars prorogationem faciat, inconſulto Iudice?

NEgat Sylueſter *excommun.* 2. *n.* 1. *caſu* 13. referens pro hac parte Hoſtienſem, & Innocentium, his verbis: Decimus tertius eſt, quando ſub pœna excommunicationis imponitur, vt aliquid fiat in certo termino; & terminus prorogatur ab eo, cui facere debebat: putà ſi Petro imponitur vt ſoluat Henrico decem in Paſcha: & Henricus prorogat vſque ad Pentecoſtem: In quo caſu Hoſt. & Innoc. dicunt, quod creditor terminum prorogare non poteſt, quantum ad ſententiam excommunicationis vitandam, niſi Iudex prorogationi conſentiat: quod ſi faciat, adueniente ſecundo termino eſt excommunicatus, ſi non ſoluerit, quia terminus videtur prorogatus cũ acceſſoriis, &c. Ita ille. Nauar. *cap.* 27. *n.* 15. his etiam verbis: Tertiò, quod excommunicatus ſub conditione, ſi non ſoluat ad præſcriptum terminum, non erit excommunicatus, eo prorogante illum, antequam incurratur excommunicatio, iuxta communem Panorm. & citatorum à Decio *in d. cap. Præterea* 2. ſed ſi non ſoluat in termino prædicto, erit excommunicatus iuxta Innoc. & communem *ibid.* Quod intelligendum eſt, quando prorogatum fuit conſenſu Iudicis, aliàs ſecus, vt rectè ait, (mea ſententia) Sylueſt. *verb. excomm.* 2. *notab.* 2. *caſu* 13. Nam excommunicatio lata ad petitionem partis tolli poteſt, antequam incurratur de conſenſu eiuſdem: non tamen ſuſpendi, neque differri, neque ita mutari, vt ſemel ſublata, iterum incurratur: quia id iuriſdictionis eſt, quam pars non poteſt tribuere *l. priuatorum, C. de iuriſdict. omn. Iudic.* Ita Doctus Nauar. Cuius verba, ſimul & Sylueſtri, referre volui, vt conſtet quàm malè citentur pro parte oppoſita à Petro Cornejo, *vbi infrà* Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 10. *§.* 6. *n.* 5. Sayrus *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 20.

Sed probabilius reſpondeo: etiam in tali caſu conſenſum partis prorogantis terminum à Iudice datum, ſuſpendere incurſionem Cenſuræ. *Primò*, quia ſi remittat creditor debitum pro quo lata eſt cenſura, ceſſat Cenſura, etiamſi Iudex id neſciat, vt nuper cum communi eſt habitum: ergo eodem modo, ſi concedat dilationem, aut ſuſpendat obligationem debitoris, ſuſpendetur Cenſura, quamuis id Iudex ignoret. *Secundò*, quia intentio Iudicis imponentis cenſuram ad petitionem partis, commenſuranda eſt ad voluntatem ipſius partis, ne iudicium requiſitum intentionem requirentis excedat: ergo eo ipſo, quod pars terminum proroget, & differat, etiam Iudex debet velle illũ differre, cum eius officium ſit partes ad concordiam reducere *l.* 1. *§. poteſt autem quis, ff. de noui operis nunciatione*. Et *tertiò*, quia per partis conſenſum, aut aſſẽſum, excluditur debitoris contumacia: at ſic eſt, quod non incurritur cenſura niſi ob contumaciam: ergo.

Nec fundamentum pro parte contraria à Nauarro adductum vrget multum. Reſpondendum enim eſt, quod licet actus differendi Cenſuram directè, & quaſi poteſtatiuè, ſtate cauſa Cenſuræ, & materia eius in eodem vigore, ſit iuriſdictionis actus, & ideo differre Cenſuram hoc modo ad ſolum Iudicẽ ſpectet: at verò actus ſuſpendendi, vel dilatandi Cenſuram indirectè per ſubſtractionem materiæ, quæ eſt obligatio debitoris, non eſt actus iuriſdictionis, ſed dominij circa talem materiam. Vnde ſic ſentiunt Abbas Dec. *in cap. Præterea, cit.* Angel. *verb. Excommun.* 1. (non 2. vt citatum

Digitized by Google

tum inuenies apud Suarium, & Filliucium) *n.20.* qui & refert pro hac parte, Bartol. Ioann. Anton. & alios. Henriq. *lib.13. cap.10* (non 2. vt inueni citatum apud Hurtadum) *n.1.* & penes illum Conar. Ioann. Andr. & alij plures, inter quos refert Nauarrum, & Syluest. ſed malè, vt vidimus. Sic etiam Suarez *diſp.3. ſect.6. n.8.* Filliuc. *tr.11. c.3. q.10. n.81.* Hurtadus *diſp.13. de excomm. diff.5* Cornejo *diſp.4. de Cenſ. in gen. dubit.2. q.3. pag.549.* Ægidius *diſp.14. dub.16. n.199.* Bonacina *diſp.1. q.3. punct.4. n.1.*

Qvæstio XXI.

An, ſi Debitor non ſoluat in ſecundo termino à Creditore prorogato, incurrat dictam Cenſuram latam, abſque nouo conſenſu Iudicis?

NEgant talem Cenſuram Debitorem incurrere, caſu, quo, vt propoſuimus, abſque licentia Iudicis, facta fuerit à Creditore prorogatio, non ſolùm Authores primæ ſententiæ, verum ex noſtra, Angel. *loc. cit. n.21.* per hæc verba: Sed pone, quod prorogato termino Titius non ſoluit etiam in termino prorogato, eritne excommunicatus? Reſpondeo quod non, ſi prorogatio ſit ſine auctoritate iudicis: ſecus ſi fieret cum auctoritate iudicis prorogantis mandatum, quod erat, vt ſolueret in Paſcha, vt ſoluat in Pētecoſte ſub eadem pœna, quia ſic ligaretur, aliàs non: quia ſecundum Bald. *l. tale pactum, ff. de pact.* excommunicatio non poteſt naſci ex pacto, ſed ex ſententia. Ita Angel. & Henriquez *loc. cit.* & pēnes ipſum Hoſtienſ. & Innocent. Perez, Corduba, Soto, Pedraza, & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Incurri Debitorem, elapſo ſecundo termino à Creditore prorogato, in cenſuram latam à Iudice, abſque nouo conſenſu illius, ex vi præcepti à principio facti, & lationis cenſuræ ei annexæ, quæ poſt terminum à Iudice præfixum, & poſt terminum à parte, ſeu à Creditore prorogatum, perſeuerant. Quia terminum, quem præfixit Iudex, vt intra illum fieret ſolutio à debitore, nō præfixit illum ad finiendum intra illum ſuum præceptū, & cenſuram ei annexam, ſed tantum ad finiendam permiſſionem differendi impletionem ſui præcepti, niſi aliàs interponeretur voluntas, ſeu conſenſus partis: igitur hoc interueniente, ſuſpenditur præceptum, & cenſura ex voluntate Iudicis, vſquequò terminus prorogatus à parte finiatur; quo finito, quia verè finitur conditio ſub qua lata eſt cenſura, verè incurritur cenſura à debitore, ex vi lationis in principio factæ, abſque nouo conſenſu Iudicis, qui cum primus conſenſus eius adſit virtualiter, non eſt nouus neceſſariò requiſitus. Sic Suar. *diſp.3. ſect.6. n.11.* Qui benè reſpondet fundamento Angeli, & aliorum, dicendo, quod in dicto caſu, non incurritur cenſura, niſi ex vi prioris ſententiæ, & ideo non eſt neceſſarius nouus conſenſus Iudicis, quem illi requirunt. Filliuc. *loc. cit. n.81.* Bonac. *diſp.1. q.3. punct.4. n.2.* Hurtad. *diſp.13. de excomm. diff.5. n.15.* Cornejo *diſp.4. cit. dub.2. q.4.*

Qvæstio XXII.

An per mutationem fori effugiat quis Cenſuram latam ſub conditione, ſi illa pendente, forum mutet?

REſpondeo dicendum, quod non effugiat cenſuram, ſi lata fuit cum reſpectu ad factum præteritum, & commiſſum tempore prioris ſubiectionis, & fori, vt ſi Iudex dicat: *Niſi reſtituant intra menſem, qui furati ſunt ornamenta Eccleſiæ, excommunicati ſint,* tunc ſi in [illegible] iam furatus eſt, & ante expletum menſem mutet forum, tranſacto menſe, niſi reſtituat, incidet in cenſuram. Quia tunc ratione iuris acquiſiti ex priori facto, fit, vt licèt mutet ſubiectionem, & forum ſimpliciter, remaneat tamen ſecundùm quid, id eſt, quoad talem cauſam ſubiectus illi Iudici (nam vbi iudicium cœptum eſt, ibi finiri debet, *ff. de Iudiciis,*) & conſequenter ſubiicietur cenſuræ impoſitæ ob dictam cauſam. Sic colligitur *ex cap. Præterea 2. de appellat.* iuncto *cap. Propoſuiſti, in foro competenti.* Si verò lata fuerit cenſura per generale ſtatutum, aut ſententiam, prohibens aliquod peccatum in futurum; vt: *Si quis abortum fecerit: ſi quis peierauerit, ſit excommunicatus:* tunc ſi mutet forum antequam peccet, etiamſi poſtea foro mutato, id faciat, non incidet in cenſuram: Quia non eſt iam ſubditus prioris Iudicis, & eſt extra eius territorium, & ſic non ligatur eius præceptis, & cenſuris. Sic omnes. Legantur Suarez *diſp.3 ſect.5. per tot.* Filliuc. *tr.11. c.3. q.10. à n.73.* Vgolinus *tab.1. c.10. §. vlt. n.4.* Cornejo *loc. cit. q.3.*

Qvæstio XXIII.

An etiam per mortem Iudicis effugiat quis cenſuram ſub conditione latam?

REſpondeo dicendum, quod ſi illa Cenſura fuit iam contracta ante mortem Iudicis, tunc non tollitur per mortem illius, cum ſemel iam contracta, non auferatur, niſi per abſolutionem, quæ non pendet ab exiſtentia Iudicis. Si vero non fuerit contracta ante mortem Iudicis, tunc ſi cenſura eſt à iure, cum habeat vim, etiam legiſlatore mortuo, non effugiet illam quis, conditione impleta: ſi vero cenſura ſit ab homine, tunc etiam impleta conditione, non ligabit quem cenſura Iudicis mortui: quia hæc cenſura, vt ſæpè diximus, non cenſetur ferri, niſi quando adimpletur conditio: ergo cum iam eo tempore Iudex non exiſtat, eam ferre non valebit. Sic omnes. Suar. Filliuc. Vgolin. & Cornejo. Nauar. *cap. Placuit, de pœnit. diſt.6. n.35. & 61.* Alterius *lib.3. diſp.9. c.4.* & alij. Qui idem dicunt dicendum, caſu quo iudex amittat ſuam iuriſdictionem, ſiue depoſitione, reſignatione, aut aſſumptione ad aliam dignitatem, &c. Sed quid dices caſu, quo iuriſdictio ſit interrupta duntaxat? Dicam tibi quæſtione ſequenti.

Qvæstio XXIV.

An cenſura impedita, tempore quo impletur, conditio, per Iudicis ſuſpenſionem, aut excommunicationem, reuiuiſcat, ſi tollatur Iudicis impedimentum?

REſpondeo dicendum, quod ſi conditio cenſuræ ſit talis naturæ, vt non ſpiret in puncto, & in momento, ſed duret etiam poſt tempus præfixum à iudice, vt ſi quis Epiſcopus dicat: *Niſi intra menſē reſtitueris, ſis excommunicatus,* tunc quamuis impleto menſe, non incurrat debitor non reſtituens, in excommunicationem, eo quod tunc erat ſuſpēſus Iudex à iuriſdictione, attamen ſi, menſe tranſacto, Iudex abſoluatur, iam cenſura ab ipſo impoſita vires reaſſumit, & ſic ligabit non reſtituentem. Quia illa conditio eſt talis, vt ſemper duret, etiam tranſacto menſe.

Si verò conditio cenſuræ ſit talis, vt non duret, ſed indiuiſibiliter impleatur; tunc, ſi impoſita fuit ineſſe, quando Iudex erat ſuſpenſus, non reaſſumit vim, quando Iudex reaſſumit iuriſdictionem, & ideo non ligabit contra facientem: vt ſi cenſura talis ſit: *Si peieraueris, aut, ſi adulterium commiſeris, ſis excommunicatus,* peierat quis, aut adulterium committit quando Iudex eſt ſuſpenſus, non incidit, etiam reaſ-

ſumpta

ſumpta à Iudice iuriſdictione:quia huiuſmodi côditio totaliter impleta fuit in illo temporis momento,quo hæc peccata fiunt,& eo tranſacto non remanet contumacia,nec noua committitur,propter quam excommunicari poſſit,quando poſteà tollitur à Iudice impedimentum. Sic ex Nauarro,& Abbate,Suarez *diſp.3. ſect.4.n.15.* Filliuc *c.3.cit.q 9.n.71.* Corn.*diſp.4.de Cēſur.in gen.dub.2.q.vlt.* Alterius *lib.3.diſp.9.c.4.pag.352.*

DISPVTATIO V.

De iis,quæ præmitti debent ante prolationem cenſuræ; nempe, de Admonitionibus.

QVÆSTIO PRIMA.

An neceſſarium ſit, ante omnem Cenſuræ ſententiam, aliquam admonitionem præmittere?

RESPONDEO tanquam certum, eſſe omnino neceſſarium,aliquam admonitionem,ſiue canonicam,ſiue non canonicam,ante Cenſuram præmittere. *Primò*,quia ſic habetur *in cap. Romana,de ſent.excom.in 6.* & *c.Sacroſ.extra,de eod.tit.* & *c.Cum ſpeciali,de appell.c.Conſtitutionem.de ſent.excom. in 6.* & alibi ſæpè. *Secundò*, quia cenſura non poteſt ferri niſi ob contumaciam contra præceptum Eccleſię,vel ſuperioris, iuxta illud Matth.18.*ſi Eccleſiam non audierit,ſit tibi,vt Ethnicus,&c.* ſed nemo ex iure præſumitur contumax, niſi prius moneatur, & deinde Eccleſiam non audiat:ergo. Sic docent generaliter loquendo omnes Doctores. Suarez *diſp.3.ſect.8. & ſeq.* Sayrus *lib.1.c.12.* Vaſq.*tr.de excom.dub.12.n.4.* Vgolin.*tab.1. c.18.* Alterius *tom.3.lib.3.diſp.3.c.1.& tom.2. diſp.7.c.2.* Bonac.*diſp.1.q 1.punct.9.n.1.* Ægidius *diſp. 13.dub.9.n.79.* Filliuc.*tract.11.c.4.q.1.* Candid.*diſquiſ. 22.art.19.* Reginald.*lib.9. n.180.* Hurtado *de Cenſ.in comm.diff.18.* Cornejo. *diſp.5.de Cenſ.in gen. dub.1.& diſp.5.de excomm.dub.1.* Auila *p.2.c.5.diſp.1.* Banny *tr. 1.de Cenſ.in comm.q.15.pag.23.& tr.2.de excom.diſp. 1.q.14.pag.81* Baſſæus *verb.Cenſura,n.34.* Archangelus *diſt.18.pag.232.col.2.* & communis.

QVÆSTIO II.

Quid,& quotuplex ſit admonitio?

RESPONDEO quod eſt duplex. Altera non canonica, & altera Canonica. Non Canonica,eſt præceptum iuris, vel hominis generaliter prohibens futura, ſub pœna cenſuræ, aut etiam præceptum hominis præcipientis aliquid in ſpecie, ſeu in particulari tali perſonæ, vt hoc vel illud faciat,aut vitet ſub tali cenſura ipſo facto incurrenda. Monitio verò canonica,eſt actio regulata,per quam Superioris authoritate admonetur reus perſonaliter, vel formaliter,vel virtualiter, teſtibus præſentibus, vt à culpa in monitione explicata reſipiſcat. Et de hac monitione eſt principaliter ſermo in præſentiarum. Sic Suarez *diſp.3.ſect.12.n.3.* Raſtellius *de Cenſuris,in genere,q.3. art.4.pag.mihi 69.* Candidus *diſquiſ.22.art.19.dubit.1.* Toletus *lib.1.c.9. n.1.*

QVÆSTIO III.

An ad incurrendam Cenſuram latam ſiue à iure,ſiue ab homine pro futuris culpis neceſſum ſit,vt præcedat monitio Canonica?

RESPONDEO tanquam certum,quod non ſit neceſſarium,vt præcedat monitio Canonica; ſed ſufficiat monitio non canonica; nempe præceptum iuris, aut hominis prohibens aliquam culpam futuram ſub pœna cenſuræ Ratio eſt,quia præceptum ipſum latum ſub cenſura habet vim monitionis, cum ſemper per ipſum admoneamur peccata relinquere, vel non patrare, niſi ſententia cenſuræ volumus feriri: ergo non requiritur alia monitio,vt in talem cenſuram quis incurrat. Vnde ſi Epiſcopus hanc Cenſuram ferret;*Omnis Clericus,qui tulerit arma ſit excommunicatus*,tunc Clericus, qui hoc præceptum frangeret, ſtatim, abſque alia monitione maneret excommunicatus. Ita omnes. Innoc.*in c.Sacro, de ſentent excomm.* Felin.*ibid.n.5.* Nauar.*in c.Cum contingat,cauſa 5.n.4.* Suar.*diſp.3.ſect.8.n.3.& ſeq.* Syluest. *verb. excomm.1. n.13.* Sayr.*lib.1.de Cenſur.cap.12.n.6.* Vaſq.*tract.de excommun dub.12.n.11.* Vgolin.*tab.1.c.18.* Filliuc.*tr.11. c.4.n.83.* Alterius *lib.3.diſp.3.cap.1.pag.298* Bonacin. *diſp.1.q.1.punct.9.ſub n.1.* Candid. Raſtellius, Cornejo, Bauny,& alij,*loc.cit.* Qui tamen omnes id limitant, niſi aliàs ipſa lex monitionem requirat, vt *Clem.vlt. §.fin.de ſtatu Monach.* ibi:*Niſi moniti reſipiſcant, ipſo facto excommunicationis ſententiam ſe nouerint incurſuros.* Hoc autem eſt ſpeciale; & ideo ex illo amplius confirmatur generalis regula tradita, nempe, quod vbi ius eſt abſolutum, & Cenſuram ipſo facto fert, non requirat aliam monitionem.

QVÆSTIO IV.

An ſaltem ad incurrendam cenſuram latam ab homine,pro culpis præteritis, vel præſentibus, requiratur admonitio Canonica?

RESPONDEO tanquam certum:requiri. Quia ſic definit ius *in cap Sacro 48.de ſentent.excomm.* Vbi Innoc.III. hęc ait:*Prohibemus,ne quis in aliquem excōmunicationis ſententiam,niſi competenti monitione præmiſſa,& perſonis præſentibus idoneis,per quas (ſi neceſſe fuerit) poſſit probari monitio,promulgare præſumat: quod ſi cōtra præſumpſerit,etiāſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia ingreſſum Eccleſiæ per menſem vnū ſibi nouerit interdictum,&c.* Sic Innoc. quod confirmarūt alij Pontifices Innoc.IV *in c.Romana,de ſent.excom.in 6.* & loquendo etiā de aliis Cenſuris, Alex. III. *in c.Reprehenſibilis,de appell.* his verbis: *Præſenti decreto ſtatuimus,vt nec Prælati (niſi canonica cōmonitione præmiſſa ſuſpenſionis,vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubiectos,niſi fortè talis ſit culpa,quæ ipſo ſuo genere ſuſpenſionis,vel excommunicationis pœnam inducat.* Sic ille. Et Bonifac VIII. *in c.ſtatutum,de ſent.excomm. in 6.* Et ideo ſic docent omnes Doctores. Legantur citati. Præcipuè Suarez *diſp.3.ſect.8.* Alterius *tom.1 lib. 3.diſp.3.c.1.* Bonacina *punct.9.cit. n.1.* Archangelus *diſtinct.18.pag.251.col.2.*

QVÆSTIO V.

Quæ cauſa mouere Pontifice ad inducendum monitionis,ante lationem Cenſurarum, præceptum?

RESPONDEO quod variæ. *Prima ſit*. Quod antequam procedatur ad verbera,adhibenda ſint verba.

Secunda

Digitized by Google

Secunda. Quod eſt alienum à prudentia,& æquitate,vt ignorans damnũ ſubeat;cum decretum non liget ignorantes,vt habetur in *c.Cognoſcentes, de conſtit.*

*Tertia.*Quod ſicut lex non obligat niſi promulgata; ita nec Cenſura,quæ fertur ad inſtar legis debet ligare , niſi monitione præmiſſa habente ſe ad inſtar promulgationis.

Quarta. Quod Cenſuræ non feruntur niſi in contumacem : at nemo eſt contumax,antequam monitus ſit:ergo.Sic Bauny *tract.3. de excomm.diſp.1.q.14.p.81.*

QVÆSTIO VI.

Quid, & quotuplex ſit contumacia,ad quam in ſubditis reprimendam,præmittitur ante Cenſuras Monitio?

AD Primum reſpondeo. Quod contumacia nil aliud ſit,*quàm quædam ſpecies inobedientiæ , qua quis ex proterno animo,aut obſirmato Iudici,aut Superiori præcipienti parere , aut illi ſe ſiſtere reſpuit.* Sic Colligitur ex Couarr.*in c. Alma mater.1.p.§.9.a num.* 3. & docent Vgolinus *tab.1.cap.* 17. §. 7.*num.6.& 8.* Bauny *tract.de excommun.diſp.9.pag.77.*

Ad Secundum reſpondet Bauny *loc.cit.*Quòd contumacia in primis diuiditur in duas ſpecies , vel quaſi ſpecies. *Prima* conſiſtit in non parendo Iudici aliquid præcipienti. *Secunda* conſiſtit , in non comparendo Iudici vocanti reum ad iudicium.

Rurſus contumacia quæ conſiſtit in non comparendo , diuiditur(inquit) in Manifeſtam , & Præſumptam.Deinde Manifeſta , vt habetur in *cap.Venerabilibus,de ſenten.excommunic.in 6.*eſt quadruplex.*Prima*, reperitur in illo , qui in iudicio dixit iudici , quod non comparere vult , nulla probabili ratione ſuæ negationis comparendi reddita. *Secunda* , ſi extra iudicium citatus licèt,coram aduerſario , & teſtibus idoneis,negauit ſe compariturum.*Tertia* , cum quis aperte Iudicis iuſſa violat , & contra eius imperia facit. Et *Quarta*,cum quis dat cauſam non comparendi in certo aliquo loco , & id non probat , & neque ad ſuperiorem Iudicem appellat id probaturus,& interim Iudex ordinarius pronunciat , impedimentum tale nullum eſſe , tunc reus manifeſta tenebitur contumacia, quam appellemus licet cauſationis.Sic Bauny.

Præſumpta autem contumacia eſt (inquit ipſemet) quæ ad prædictarum aliquam non refertur aut defectu vniuſcuiuſpiam circunſtantiæ,aut alicuius adiectione , quæ culpam rei minuat : v.g. ſi nil dixit , ſed latuit , vel aliter citaretur impedijt , hic dicitur præſumptiuè contumax, quia clare , ac manifeſtè eum comparere nolle non conſtat. Ita ille.

Sed certè non hæc omnia , vt certa habenda ſunt; Nam in primis,falſum eſt, quod *ex cap.Venerabilibus* habeatur , vt contumacia manifeſta ſit quadruplex; nam ibi ſolùm dicit Pontifex Innoc.I V. quod ille dicitur manifeſtus contumax,*qui ſe contumacem confitetur;vel aliàs de contumacia ſua conſtet,quia forte prædixerat in iudicio,quod minimè compareret* ; ecce vbi ab Innocen.non quadruplex , ſed duplex tantum contumacia manifeſta aſſignatur.

Deinde non eſt certum , quod ille , qui extra iudicium citatus,dixit,ſe non compariturum,ſit manifeſtè contumax.Nam oppoſitum docet Gloſſa in dicto *cap. verb. in iudicio.* per hæc verba : *In iudicio, quia ſi extra iudicium hæc diceret,ſecus : ſicut nec nocet confeſſio extra iudicium facta.Vnde per hoc videtur,quod ſi nuntio citanti dixerit ſe nolle venire, & nuntius ſic retulerit, non propterea dicitur vera contumacia.* Ita Gloſſa: verum tamen eſt , quod poteſt habere verum,id quod firmat Bauny , caſu,quo nuntius ſupra citationem eſſet iuratus , eo quod tunc credendus eſt nuntio, vt ex Ioan.Andrea docet Gloſſa *ibidem, in ſumma dicti capitis, in fine.*

Id tamen certum , eſt , quod quando contumacia eſt manifeſta , & euidens, tunc ſufficiat ad cenſuram: & etiam quando eſt præſumpta , vt ex citato capite colligitur. Immo ſi aliquis falsò putetur contumax, dummodo contumacia illius in iudicio probata fuerit , ſufficit ad cenſuram : ſin autem , ſit euidens , aut notorium,aliquem non eſſe contumacem,tunc etiamſi Iudex in eum cenſuram fulminet : erit nulla , eo quod intolerabilem errorem contineat. Legatur Bauny *loc.citat.*

QVÆSTIO VII.

An ex ſola tranſgreſſione præcepti ſimplicis, abſque comminatione Cenſuræ , cenſeatur homo contumax,ita vt contra illum poſſit ferri Cenſura,abſque monitione?

AFfirmant Caiet. *2.2.quæſt.69.art.1.* & Almainus *de poteſt.eccleſiaſt.c.10.*Quia(inquiunt,ſicut reliqua omnia peccata poſſunt, nulla monitione præmiſſa,pecunia aliqua vt pœna puniri;ita etiam excommunicatione.

Sed tanquam certum , reſpondeo non poſſe. Quia aliàs pro tranſgreſſione cuiuſcumque legis eccleſiaſticæ , vel ſimplicis præcepti Iudicis eccleſiaſtici poſſet quis ſtatim excommunicari, vel ſuſpendi &c.quod nec eſt in Eccleſiæ vſu,nec iure ordinario fieri poteſt: Sic omnes. Sotus *in 4.diſt.22 quæſt.1.art.2.concl.2 ibi,* Quare licèt quis ſceleta , & flagitia quantumque grauiſſima commiſerit, dummodo Eccleſiæ ſit parere paratus , poteſt quidem Iudex alio ſupplicio pro commiſſo crimine eum plectere,excommunicare verò minimè. Sic ibi.Et *concl.* 3. ita : Nullum cenſetur inobedientiæ peccatum ob quod ſit ſententia excommunicationis ferenda , niſi admonitio, ſub excommunicationis comminatione , præceſſerit , vel à iure , vel ab homine. Sic Sotus. Suarez *diſputat. 5. ſect. 11. num.7.* Candidus *diſquiſ.22. art.19. dubit.2.* Bauny *tract.1.de cenſur.diſputat.1.de excomm.quæſt.14.pag.mihi 83.verſ. Dixi inobedientiæ.* Henriq. *lib.13. cap.17.num.3.* (non *lib.3.cap.22.*vt citatum inuenies apud Bauny)Sanchez *lib.9.diſput.32.num.13.*Vaſquez *de excommunic.dub. 12. num. 4.* Couarr. *1. p.in cap. Alma mater.§.10.n.4.* Nauarr.*tom.2.conſil.lib.5. de ſent.excommunic.conſil.4. n.1.& antea in man.cap.27.num.4.& 9.*dicens,ſententiam Caietani eſſe contra Concil.Trid.*ſeſſ.25.de refor. cap.3.*& contra capita *omnes. 16. quæſt.7. cap. Sacro de ſent. excommunic. in 6.& cap. Romana. §. caueant. eod.tit.in 6.*

QVÆSTIO VIII.

An de valore, & eſſentia Cenſuræ ferendæ ob peccatum commiſſum , ſit aliqua monitio præuia?

NEgant Caiet.& Almainus *loc.nuper cit.*Corduba *in lib.1.quæſt. 17. §. ſed ad exaltationem.* Qui refert Gloſſam expreſsè hanc ſententiam tenentem *in c.Romana.de ſenten.excommunic.in 6.* & Couarruuiam eam inſinuantem *in cap.Alma mater.p. 1.§.10.num.5.* & Syluestrum , *excommunicatio. 1.notab.3.& 4 & excomm. 2.notab. 2. & 4. q.11.* His addi poteſt nouiſſimè Candidus *diſquiſ.22.art.20.dub.1.*vbi expreſsè ait, quod ad valorem, & eſſentiam Cenſuræ nec ſit neceſſaria monitio canonica , nec alia vlla ; per hæc verba: Hæc aſſertio non eſt eadem cum præcedenti : nam in illa loquuti ſumus de trina, vel de vna pro trina monitione,in præſenti verò loquimur excluſa omni mo-

nitione , etiam vnica , & dicimus cenſuram ſic latam eſſe validam , & ligare , cum Caiet. 2. 2.*q.* 69. *art* 1. Syluest.*verb excommun.* 1.*notab.* 2.*n.* 12. Tabiena *excommun.*5.2.*n.*1. Nauarro *to.* 2. *conſil.lib.*5.*de ſent.excommun. conſil.* 4.*n.* 1.& Suario *to.* 5.*de cenſur. diſp.*3. *ſect.* 8.*n.* 7. *fine.* Huc vſque Candidus. Sed an bene ; ſtatim dicam.

Fundamentum horum Anthorum eſt. Quod D. Paulus , ſine vlla monitione præuia excommunicat quemdam inceſtuoſum. 1.*ad Corint.* 5. & D. Gregor. quemdam auctorem occultum libelli famoſi , niſi ſe ipſum prodat,ac Iudici ſiſtat. *cap. quidem* 5. *q.* 1. ergo monitio nullo modo eſt de valore cenſuræ, ſiquidem ſine illa datur valida.

Sed tanquam mihi certum , reſpondeo dicendum, quod de valore, & eſſentia prædictæ cenſuræ ferendæ ob peccatum commiſſum (hoc eſt , vt à tali peccato deſiſtatur,aut pro illo ſatisfiat)eſt aliqua præuia monitio (abſtrahendo pro nunc à monitione canonica, aut non canonica) itaut cenſura ſi detur abſque vlla prorſus monitione , ſaltem ſimplici,ſit nulla & inualida. Ratio eſt ; quia certum eſt , quod cenſura ad ſui valorem, requirit contumaciam , & inobedientiam in illis , quibus publicè irrogatur : at ſic eſt quod non poteſt eſſe contumacia , niſi præſupponatur monitio ſuperioris , aut Iudicis præcipientis : ergo abſque illa, nec valida cenſura. Sic ſentiunt communiter Doctores. Et in primis Sylueſt. *loco citato* pro ſe à Candido *num.* 12. *iuncto num.* 13. vbi expreſsè , ait , eſſe omnino neceſſariam monitionem , vbi infertur ſententia pro re præterita. Nauar.*in Man. cap.* 27. *n.* 11. Vbi quamuis affirmet , & bene , *vt infra* , quod cenſura lata abſque canonica monitione , ſit valida,licet iniuſta , at tamen clarè docet , quod excommunicatio ſine monitione , ſententia , & clauſula iuſtificatiua ſit nulla. Idemque docet Suarez *diſp.* 3.*ſect.* 12.*num.*3.*& diſp.* 4.*ſect.* 5.*à num.* 4. *& diſp.* 18.*ſect.* 3.*n.*29.ſicillum concludens : Eſt enim omnium ſumma , & reſolutio, illam monitionem,quæ ad contumaciam contra obedientiam Eccleſiæ ſufficiat , neceſſariam eſſe ad hanc cenſuram ferendam , itaut ſine illa lata , non valeat ex defectu materiæ neceſſariæ:maiorem autem monitionem,ſeu trinam & canonicam , quamuis ex præcepto Eccleſiæ neceſſaria ſit, vt actio rectè fiat, non tamen eſſe ſimpliciter neceſſariam ad valorem cenſuræ , quia ille defectus ſolum eſt in accidentali ſolemnitate &c. Sic Suarez. Malè ergo citat Candidus hos tres (ſaltem) Authores pro ſe. Imo nec bene citari à Corduba , Gloſſa,Couarruuias,& Syluester,pro ſua parte facile oſtendit Suarez *diſp.* 4. *cit.* Item noſtram ſententiam docent Bonac. *diſp.* 1.*q.* 1.*pun.*8.*n.*5. *verſ. ſecundo inualidam.* Sotus *diſt.*12.*q.*1.*art.*2.*concl,* 4. Victoria *in ſum. vbi de excommun. n.*6. Petr. Soto *lect.*3.*de excommunic.* Toletus *lib.* 1.*cap.* 9.*n.*1. Bauny *tract.* 1. *de cenſur.q.*15.*pag.*22.*& tract.*2. *diſp.* 1. *q.*14. Ægidius *diſp.* 13. *dub.* 9. *concl.* 3.*n.*81. Layman *lib.* 1. *tract.*4.*cap.*5.Auila 2. *p. cap.*5. *diſp.* 1. *dub.* 10.*verſ.ſecunda opinio. dub.*12.*de excommun. n.*16.Hurtad.*tract. de cenſur. in comm. diſſ.* 20. Cornejo *tract.de cenſur.in gen.diſp.* 5.*dub.vlti.verſ.Nec contra hanc concluſionem* Diana *par.*5.*tract.*9.*reſol.* 19.& alij innumeri.

Nec fundamentum in contrarium adductum quid vrget. Quia non eſt probabile , quod à D. Paulo prius fuerit cenſura inflicta , quam inceſtuoſus ab ipſo ſecretò monitus,vt ſic doctrinam,quam ipſemet Apoſtolus Tito tradidit,*Hæreticum hominem poſt vnam,& alteram correctionem , deuita* , obſeruaret. Nec Diuus Gregor. excommunicauit illum diffamatorem pro peccato præterito(de quo hic ſermo)ſed ſolùm interdixit ei vſum ſanctiſſimi Sacramenti , donec ſe offerret ad factum ſuum probandum,aut reuocandum. Sic enim ait D.Gregor.*Quod ſi non exierit, neque publicè confeſſus fuerit,quiſquis ille ſit,qui hoc agere præſumpſit, vel conſenſum tantæ iniquitatis conſilio præbuit,ex Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu definimus,vt ſancti eius Corporis , & Sanguinis participatione priuatus ſit.* Sic ex D. Thoma,Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 11.*num.*9.Ægid. Bauny,Auila,& alij communiter reſpondent.

Qvæstio IX.

An de eſſentia Cenſuræ prædictæ , ſit trina, aut vna pro trina, monitio , itaut ſine illa , Cenſura ſit inualida?

Affirmant , apud Dianam , Victoria *in ſum. verb. excommunicatio num.*6.Sotus *in* 4.*diſt.* 22. *qu.* 1. *art.* 2. & Ledeſma 2.*p.* 4.*qu.* 23. *art.* 3. Item affirmat Llamas 1.*p. Metho. cap.* 9. §. 23. *pag. mihi* 136. per hæc verba. Neceſſariò prærequiſitum eſt , vt excommunicatio valida ſit, vt trina monitio præcedat:quod præcedat monitio , iuris eſt naturalis,& diuini : quod autem trina , hoc iuris eſt eccleſiaſtici : in quo pia Mater Eccleſia ſuam , & Sponſi ſui agni , oſtendit lenitatem , & manſuetudinem : & ex ipſo iure eccleſiaſtico , ſi hæc trina monitio non procedat , inualida excommunicatio redditur , quia ſupponit contumaciam, iuxta illud Chriſti Redempt. noſtri *Matth.* 16. *Si Eccleſiam non audierit,ſit tibi , ſicuti Ethnicus , & Publicanus.*At eademmet Eccleſia deſignauit has tres monitiones ad ſui auditum,& ſurditatis contumacis probationem , & ſecus contumax non reputatur , vt decernitur *cap.ſacro cap.ſtatuimus de ſent. excommun. in* 6.Huc vſque Llamas. Et ante ipſum , loquendo de excommunicatione lata à Iudice delegato , idem ſenſere apud Couarruuiam *in cap. Alma mater.* 1. *p.*§.7. *n.*7.Rota *in antiquis* 139. Felinus *in d.cap.Sacro,col.*1. & Nicolaus Milis.

Sed,vt mihi certum , reſpondeo quod nullo modo ſit de eſſentia cenſuræ trina monitio,aut vna pro trina & ideo ſine illa , omnino eſt valida ; niſi aliàs de illa præmittenda,ſpeciale ſit ius , vt infra. Ratio eſt. Quia cenſura ſine dicta canonica monitione eſt valida:ergo monitio canonica non eſt de eſſentia cenſuræ. Conſequentia eſt clara. Antecedens probatur ex *cap. Romana de ſent.excommun.in.*6.Vbi habetur , quod Iudices non ferant excommunicationem ſine competenti aut canonica monitione , & ſi contra præſumpſerint, iniuſtas nouerint eſſe illas. *Iniuſtas* , dixit Pontifex, non *nullas* , vt aduertit Gloſſa *ibi verb. Iniuſtas.* Vnde hanc ſententiam docent Gloſſa *cit.* & Gloſſa *in cap. Sacro.de ſent.excommun. verb.Poſſit probari.*& ibi Panormit. & Felinus. Gloſſa *in ſumma* 2. *q.* 1. Gloſſa *in cap.* 1.*de exceſſib. Prælat.* Decius,Ioan.Andr. Domini. & Francus , quos citat , & ſequitur Couarru. *num.* 7. *cit.* Et ante illum Doctiſſimus Nauarr. *in Man. cap.* 27.*n.* 11.*& lib.* 5.*conſil. tit. de ſent.excomm.conſil.* 4.*n.* 2.*dicens* , hoc ſine dubio eſſe tenendum,non tantum ob authoritatem Gloſſæ ,quantum per contextum capitis *ſi Epiſcopus* 11. *q.* 3. *& cap. Sacro.cit.* in quibus expreſsè iubetur , vt excommunicatus ſine monitione canonica ,trina videlicet ; aut vna pro trina, abſoluatur. Tunc ſic : ſed ſic eſt,quod abſolutio præſupponit valorem eius , quod ſoluit.*argum in cap. Ad diſſoluendum. de deſponſ.impub.*& *l.manumiſſiones ff.de inſt. & iure.* & *cap. ſtatuimus cit.* ergo &c. Sic etiam Auila 2.*p. cap.* 5. *diſput.* 1.*dub.* 9. qui citat Sotum *art.* 2.*citato* pro parte contraria à Diana,& re vera verius, quia id expreſsè docet ibi poſt tertiam concluſionem verſ. *Quod ſi ſciſ.citeris.*Henriquez *lib.*13.*cap.*17.*n.* 3. *prope finem* ; ita dicens : Et generaliter , licèt peccet, qui ſine trina monitione excommunicat; ligat tamen in vtroque foro, ſi præceſſit aliqua monitio. Sic ille. & apud illum *in Gloſſa lit.*S.D. Th. Palud.Sylueſt. Victoria,Nauar.& Sotus,Vaſq.etiam *de excom.d.*12.*n.*16.

Digitized by Google

dicens,in hoc omnes conuenire. Ægidius *diſp.*13.*dub.* 9.*concl.*2.*num.*81.Bonac.*diſp.* 1. *quaſt.*1.*punct.* 9. *n.* 6. Suarez *diſp.*3.*ſect.*12. *num.*4. Vgolinus *tab.*1. *cap.* 18. *num.*4. Sayrus *lib.*1.*cap.*12. *num.*16. Filliuc. *tract.* 11. *cap.*4.*q.*8.*n.*104.Petr.Cornelo *tract.*5.*de Cenſur.in gen. diſp.*5.*dub.vlt. & diſp.*5.*de excommun. dub.etiam vltimo.*Candidus *diſqu ſ.*2.*art.*20.*dub.*1. Laymann.*lib.*1. *tract.*4.*cap.*5.Bauny *tract.de excomm.diſp.*1.*q.*14.*aſſertione* 3.Archangel. *diſt,*18. *pag.*232.*col.* 2. Diana *part.* 5 *tract.*9. *reſol.* 19. Alterius *tom.*1.*lib.*3. *diſp.* 3. *cap.*5. & alij communiter tam moderni, quàm antiqui. Legatur Suarez *diſp.* 3. *ſect.*12.*n.*3.*& diſp.*4.*ſect.*5. *à n.* 4. *& diſp.*18.*ſect.*3.*num.*29.

Ex quo concludo,dicendo,quod illa monitio dumtaxat, quæ ad contumaciam Eccleſiæ ſufficit, ſit neceſſaria ad cenſuram ferendam, itaut ſine illa,lata non valeat; maior verò monitio, ſeu trina, & Canonica, quamuis ex præcepto Eccleſiæ ſit neceſſaria, vt actio rectè fiat, vt ſtatim dicam, non tamen eſt ſimpliciter neceſſaria,ad valorē cenſuræ,quia ille defectus ſolùm eſt in accidentali ſolemnitate, ideóque ad eius valorem, ſufficit quæuis etiam ſimplex monitio, dummodo ſit præcepta,& iuridica.

Nec fundamentum quod inſinuat pro ſua ſententia Llamas quid contra nos probat, cum ad ſummum probet, quod ſit neceſſaria trina monitio, vt cenſura iuſte feratur,non tamen,vt validè

QVÆSTIO X.

An dentur aliqui caſus,in quibus,Cenſura,v.g. excommunicatio,ſit inualida,canonica monitione omiſſa?

RESpondeo dari aliquos. *Primus eſt,*Quando Iudex pronunciat excommunicationem contra participantes cum excommunicatis à ſeipſo.Si enim excommunicatio fuerit lata,omiſſa, aut non præmiſſa canonica monitione, erit inualida tunc excommunicatio.Quià id eſt definitum *in cap.Conſtitutiones,& in c. ſtatuimus, de ſent.excomm. in* 6.per hæc verba: *Quod ſi ex locutione & alijs,quibus participans labitur in minorem, excommunicatus induceſcat, poterit Iudex poſt monitionem canonicam huiuſmodi participantes conſimili damnare cenſura. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat.*Sic Innoc IV. Qui caſus ſingularis eſt in iure expreſſus.

*Secundus eſt.*Si Iudex delegatus in mandatis expreſsè habuiſſet, quod cenſuram ferret, canonica præmiſſa monitione: ſi enim lata fuiſſet ab ipſo, tunc cenſura, abſque trina, aut vna pro trina monitione,nulla eſſet, quia lata eſſet contra mandati formam.*c.Cum dilecta. de Reſcript. cap. Piſanis de reſtit. ſpoliat. cap. Romana de ſent excomm in* 6 §.*Sed nec* Sic docent communiter Doctores citati.Legantur inter alios, Couarr.§ 9. *cit.n.*8 Filliuc.*loc cit.n* 106.& Alterius *cap.*5. *cit* vbi alios caſus enumerat.Sed quia non agunt de omiſſione trinæ monitionis, ſed ſimplicis, ideo illos propalare omitto.Sayrus *lib.*1.*c.*12.*n* 26.& Cornelio *diſp.*5. *de Cenſur.in comm.dub.*3.

QVÆSTIO XI.

An ſaltem, vt Cenſura licitè ac iuſtè ferantur, præmittenda ſi trina canonica monitio?

RESpondeo tanquam certum;Præmittendam eſſe, regulariter loquendo. Quia ſic habetur expreſsè *in cap.omnes decimæ.*17.*q.*7 *c. Presbyterorum.*17.*q.*4.*c. cōtingit* 2.*de ſent excom.c.de illicita.*15.*q.*3 *c.Conſtitutionem.de ſent excomm.in* 6. vbi ſic dicitur: *Statuimus quoque*(inquit Gregor. X.)*vt inter monitiones,quas,vt canonicè promulgetur excommunicationis ſententia ſtatuunt iura præmitti: Iudices, ſiue monitionibus tribus vtantur,ſiue vna pro omnibus,obſeruent aliquorum dierum competentia interualla:niſi facti neceſſitas, aliter ea ſuaſerit moderanda* Sic Pontifex.Et ſic omnes DD. præcipue Nauarr.*c.*27.*n.*8.Couarr.*in c. Alma mater* 1. *p.*§.9.*n.*7.Bauny *diſp.de excomm.q.*14.*aſſertio.*3. Alter. *diſp.*3.*cit cap.*3.4.*&* 5.& alij omnes nuper citati.

QVÆSTIO XII.

An, vt cenſuræ licitè,& iuſtè ferantur,ſufficiat, vt vnica canonica pro trina,monitio præmittatur?

NEgant Sot.*in* 4.*diſt.*21.*q.*1.*art.*2.&Conimbricenſ. *q.*23.*art.*3.*dub.*1.exiſtimantes, non eſſe licitum, quod præmittatur vna monitio pro tribus, niſi caſu, quo aliàs adſit vrgentiſſima cauſa.

Sed tanquam certum reſpondeo ſufficere, etiam ſi cauſa non vrgeat:dummodo pro vnica dicta monitione præmittenda,cōcedantur aliquorum dierum competentia interualla, quæ pro tribus ſufficiant:vt ſi ſub hac forma fiat: *Admoneo te vt intra ſex dies ſatisfacias duos dies pro ſingulis admonitionibus tibi cōcededo.*Vel: *Moneo te ſemel pro tribus vicibus,vt intra ſex dies ſatisfacias,concedendo tibi dies duos pro ſingulis monitionibus.*Quia ſic expreſsè habetur in dicto *c.Conſtitutionem.*vt vidimus nuper,&ex illo,ſic docent omnes DD. *cit.*& Suarez *diſp.*3.*ſect.*9.*n.*2.Qui benè notat,quod in dicto textu,nulla cauſa poſtuletur,vt hoc modo poſſit fieri monitio vna pro trina,ſed generaliter,& abſolutè concedatur: & ideo indiſtinctè poteſt vtroque fieri modo. Et fortaſsè poſterior modus vnius, videlicet, admonitionis pro trina, eſt magis vſu receptus, quia facilior. Sic Suar. Vaſq.*de excomm.dub.* 12.*n.*15.Auila 2.*p.c.*5.*diſp.*1.*dub.*7.*concl.*4.*&* 5. & penes ipſum Henriquez,Nauarr.Syluester,Couarr.& communis.

QVÆSTIO XIII.

An Iudex,qui Cenſuram,non præmiſſa trina monitione, vel vna pro tribus, fert; incurrat ſuſpenſionem,& peccet mortaliter?

REſpondeo tanquam certum: Et incurrere ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ per vnum menſem (niſi contrarium faciat in caſibus à iure permiſſis iuxta *c. Conſtitutionem.cit.q.*11. dequibus *infrà*)& conſequenter peccare mortaliter. *Prima* pars huius reſponſionis eſt expreſſa in *c.Cum medicinalis.de ſent.excom. in* 6.& in decretali, *Sacro. eodem.* Vbi ſic Innoc.III. *in Concil Generali Lateran.*loquitur: *Sacro approbante Concilio prohibemus,ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam,niſi competenti admonitione præmiſſa, & perſonis præſentibus idoneis,per quas(ſi neceſſe fuerit)poſſit probari monitio,promulgare præſumat: quod ſi contra præſumpſerit,etiam ſi iuſta fuerit excom.ſententia,ingreſſum Eccleſiæ per menſem vnum,ſibi nouerit interdictum,alia nihilominus pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire.*Sic Pontifex.

Secunda verò pars,nempe quod Iudex peccet mort. ferens cenſuram,ſine trina,aut vna pro trina,monitione, extra caſum neceſſitatis vrgentis, conſtat etiam. *Primò*, quia violat ius in re graui,& non ſeruat priuilegium à Iure conceſſum reo.*Secundò,*quia hæc culpa punitur graui pœna,vt vidimus:ergo ſupponit grauem culpam.Sic communiter DD. Sot.*in* 4.*d.*22.*q.*1.*art.*2. *poſt.*3.*concl.* Nauarr.*c.*27.*n.*8. Auila *part.* 2.*c.*5.*diſp.*1. *dub.*7.*concl.*4.Cornelio *diſp.*5.*de excomm.dub.* 2. *q.*12. Suarez *diſp.*3.*ſect.*12.*num.*1. Bonacina *diſp.*1.*q.*1.*punct.* 9.*n.* 6. Bauny *diſput.*1.*de excommunic.quaeſt.*15.*in fine*. Alterius *tom.*1.*lib.*3.*diſp.*3.*cap.*5.

Digitized by Google

Qui omnes notant, illam pœnam ſuſpenſionis, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ non comprehendere Epiſcopos, iuxta *cap. Quia periculoſum.de ſent.excommunic.in.6.*

QVÆSTIO XIV.

An monitio debeat fieri auctoritate Iudicis, à quo ferenda eſt Cenſura?

RESpondeo tanquam certum; Debere fieri auctoritate, & nomine ipſius Iudicis, qui Cenſuram laturus eſt. Quia admonitio talis eſſe debet: vt ſi quis non pareat, contumax, & inobediens exiſtat: at hoc eſſe non poteſt, niſi admonitio authoritate ſuperioris ſit facta: ergo. Adde quod admonitio gerit vices citationis: at ſic eſt, quod citatio, vt ſit legitima, debet fieri authoritate Iudicis: ergo & admonitio. Sic Abbas *in c. 1. de Iudicijs n.* 35. Suar. *diſp.* 3. *ſect.* 11. *n.* 1. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 4. *q.* 6. *n.* 100. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 9. *n.* 4 *verſ. Tertio dubium eſt*, & Bauny *tract.* 1. *de cenſ. q.* 16. *pag.* 24. *verſ. debet autem. & tract.* 2. *diſp.* 1. *de excomm. q.* 15. *pag.* 85. Hurtad. *de cenſ in comm. diff.* 19. Baſſæus *verb. cenſ. num.* 34. *verſ. Secundo.*

QVÆSTIO XV.

An Admonitio debeat fieri ad inſtantiam partis, in cuius commodum ferenda eſt Cenſura?

RESpondeo affirmatiuè. *Primò*, Quia citatio, vt valida ſit, debet fieri ad inſtantiam partis: at ſic eſt, quod admonitio habet vim citationis, vt nuper eſt habitum; ergo. *Secundò*, Quia Iudex non debet proprio motu ſuam authoritatem, aut officium interponere, propter priuatum alicuius commodum: vt latè Abbas *loc. cit. n.* 4. *& in c. Prout. de dolo & contum. n.* 19. Secus verò dicendum quando cenſura fertur ob commune bonum; quia tunc, ſicut iudex poteſt ex officio procedere, ita poteſt ex officio admonere, ſicut & citare, vt notat idem Abbas *in c. veritatis, de dolo & contum. n.* 5. & ſumitur *ex c. Venerabilibus.* §. *Porro de ſenten. excomm. in.* 6. Sic Suarez, Filliuc. & Bonac. *loc. cit.*

QVÆSTIO XVI.

An Admonitio debeat immediatè fieri ipſi reo, qui Cenſura ligandus eſt: vel ſat ſit, vt fiat ad domum, vbi ſolet frequenter habitare?

AFfirmat Stephanus Bauny *tract.* 1. *de Cenſur. q.* 16. ita loquens: debet autem hæc monitio nomine Iudicis fieri & immediatè ipſi reo, ſin minus in eius domo; aut ſi id eſſe nequit, in publico aliquo vrbis loco, vnde facile ad eum cenſuræ fama, notitiaque penetret. *& diſp.* 1. *de excomm. q.* 14. ibi: Quinto ipſi reo immediatè, aut ſi abeſt, in eius domo; quod ſi hoc ipſum ſit difficile, in templo, aut alio loco publico &c. Sic Bauny, cuius ſententia poteſt probari ex iure communi: Nam illa monitio, ſeu citatio, quæ fit ad domum illius qui monendus, vel citandus eſt, nempe, vbi habitare ſolet, dicitur, & eſt vndequaque legitima: ergo & monitio ſic facta reo, qui cenſura eſt ligandus. Conſequentia patet ex paritate. Antecedens verò conſtat *ex l. ſcire oportet. vel, debemus,* §. *Qui autem. ff. de excuſ. tutor. l. aut qui aliter.* §. *& ſi fortè. ff. quod vi, aut clam.* 1. 4. §. *Prætor ait. ff. de damn. infect. c. cauſam. de dolo, & contumac. in Clemen. Cauſam. verſ. Quòd ſi forſan. de elect.* & alibi apud Tiraq. Couarr. & alios *infra* citandos.

Sed tanquam quid certum, reſpondeo dicendum, quòd regulariter, & communiter loquendo, debeat prædicta admonitio fieri immediatè & in perſona ipſi reo; nec ſatis ſit, vt fiat ad domum, vbi habitare ſolet. Ratio eſt. Quia quamuis verum ſit, quod loquendo de aliis monitionibus, & citationibus ſufficiat, vt in domo ejus, qui monetur, aut citatur, fiant: non tamen loquendo de monitionibus, & citationibus, quæ ante cenſuras, præmittuntur: quia in his adeſt ſpecialis ratio: quoniam huiuſmodi monitiones tendunt ad correctionem, quam ſi quis audire nolit, eius contumacia conſummetur, & ſic cenſura iuſta locū habeat: at ſic eſt, quod ad hoc eſt neceſſariū, vt ipſa perſona moneatur taliter, vt ipſa monitio audiri poſſit: ergo. *Confirmatur.* quia difficile eſt cognoſcere, an qui perſonaliter monitus, & citatus non eſt, contumax, & inobediens ſit: ergo, vt talis cognoſcatur, perſonaliter eſt monendus. Sic ſentiunt communiter DD. Innoc. Collect. & Abbas *in cap. De eo, qui mitt. in poſſ.* Rota *in nouis* 271. *&* 367. Paulus Caſtren. *in d. Prætor. ait. col.* 1. Felin. *in c. Cum ſit Romana, de Appellat. à n.* 13. Tiraq. *lib.* 1. *de retract.* §. 9. *gloſſ.* 2. *n.* 4. Quos authores citant, & ſequuntur Couarr. *in c. Alma mater.* 1. *p* §. 9. *n.* 4. & Alter. *tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 3. *c.* 2. Suar. *diſp.* 3. *ſect.* 11. *n.* 4. Filliuc. *tract.* 11. *c.* 4. *q.* 9. *n.* 101. Vgol. *tab.* 1. *c.* 18. §. 1. Ægid. *diſp.* 13. *dub.* 9. *n.* 79. Bonac. *diſput.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. 9. Reginald. *lib.* 9. *n.* 181. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 17. *n.* 5. *verſ. In excomm. ab homine.* Vbi in Gloſſa *lit. l.* ait, hoc priuilegium conceſſum fuiſſe à Gregorio XIII. Conſeruatori electo à Religione Societatis Ieſu. Hurtado *de cenſur. in comm. diff.* 19. Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. 1. *p. c.* 5. *n.* 4. Baſſæus *verb. cenſ. n.* 35. Auila 2. *p. c.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 7. *concl.* 3. Vaſq. *de excomm. dub.* 12. *n.* 10. *verſ. Dubium ſit* Luyſius *lib.* 2. *de excomm. diſp.* 18. *dub.* 3. Corneio *de Cenſur. in gen. diſp.* 5. *dub.* 2. *q.* 8. *& diſp.* 5. *de excomm. dub.* 3. *q.* 2. Dian. *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 19. Villalob. *tract.* 16. *diff.* 8. *n.* 11. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 2. *docum.* 8. *n.* 6. & alij. Qui tamen excipiunt aliquos caſus, in quibus non ſit neceſſaria monitio perſonalis, ſed ſatis ſit, ſi fiat in domo habitationis, aut ſi domum non habeat, in Eccleſia, aut in alio loco publico; de quibus in ſequentibus quæſtionibus agemus. Sit ergo,

QVÆSTIO XVII.

An, quando, qui Cenſura ligandus eſt, dolo latet, ne perſonaliter moneatur, aut vi, vel fraude id impedit ſit ſatis, ſi monitio fiat in domo ſua habitationis?

RESpondeo tanquam certum: Tunc eſſe ſatis, ſi fiat in domo, vbi habitare ſolet, & ſi illam non habet, in Eccleſia aut alio loco publico. Quia tūc ipſe eſt in cauſa, vt ei nō poſſit fieri monitio perſonalis: ergo cū aliàs vis, aut dolus nemini debeat patrocinari, hinc eſt, quod ille iam contumax meritò cenſeri debet, vt habetur *in cap. Quoniam frequenter.* §. 1. *de dolo & contum.* & ſic poſſit Cenſura iuſtè puniri. Sic Innoc. Bartol. Paul. de Caſtro, Matheſil. & Tiraq. quos citat & ſequitur Couarr. *n.* 4. *cit. v. Primus paſſim.* Bauny *diſp.* 1. *de excōm. q.* 15. Alter. Suar. Vaſq. Luyſ. Hurtad. Henriq. Bonac. Ægid. Corneio, & alij. Qui benè notant, quod Iudex in hoc caſu, debeat prius probare, reum ſe abſcondere per dolum, vel impedire per vim, ne perſonaliter moneatur, eo quod nunquam præſumitur factum, vel dolus, niſi probetur *l. dolum. ff. de dolo.*

QVÆSTIO XVIII.

An quando quis ſemel fuit monitus, aut citatus perſonaliter, poßint reliquæ monitiones in domo eius, aut alio in loco publico fieri?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe fieri. Sic Couarr. *loc. citat.* per hæc verba: Cum quis legitimè

fuit

Digitized by Google

fuit iam ſemel citatus ad cauſam, perſonali quidem citatione poſtmodum poterit citatus ad domum, aut per edicta, vel in ipſo tribunali, excommunicari: quod viſum eſt Rotæ *in nouis* 399. & Felino in *d. cap. cum ſit Romana, num.* 14. hunc ſanè maximum effectum habet legitima & perſonalis citatio ad cauſæ integram diſcuſſionem facta. Sic ille. Vaſquez ex illo, Alterius, Vgolinus, Bonacina, Luyſius, Corneio, Filliucius *loc. citat.* & alij.

QVÆSTIO XIX.

An quando aliqua monitio facta in domo, peruenenit ſufficienter ad notitiam ipſius Rei, tunc etiam reliquæ monitiones poſſint fieri in eius domo?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe tunc fieri in domo: quibus ſic factis, omnino ſufficientes erũt, vt vi illarum poſſit quis à Iudice legitimè excommunicari, & alia Cenſura puniri, non ſolùm in conſcientia, ſed etiam in foro exteriori, ſi probari poſſit monitionem ad eius notitiam deueniſſe. Eſt huius exceptionis textus expreſſus in Clem. *Cauſam, in fine, de elect.* in illis verbis: *Nec cauſa per appellationem eandem ad ſedem cenſeatur deuoluta prædictam, niſi ad appellatum eius plena, & certa notitia infra tempus prædictum aliter perueniſſet. Idem quoque in aliis caſibus obſeruari volumus, in quibus requiritur intimatio facienda.* Sic text. quo nullus expreſſior. Vnde ex illo, ſic docent Roma. Hippoly. Ludou. Gomez, Tiraquel. & Felinus, quos citat, & ſequitur Couarr. *n. 4. cit. verſ. Tertius caſus.* Suár. *diſp. 3. ſect. 11. n. 9.* Vaſq. Alterius, Bonacina, Baſſæus, Luyſius, Corneio, Vgolin. Villalobos *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XX.

An quando quis fuit malè abſolutus à cenſura, & tractatur de reducendo eum ad primam Cenſuram, qua fuit ligatus, ſufficiat tunc, quod ad domum citetur, vel moneatur?

RESpondeo tanquam certum: Etiam ſufficere in dicto caſu. Quia tunc nulla requiritur perſonalis monitio, ſeu citatio: vt ſentit Rota *in nouis* 399. Cui accedunt Felin. *in d. c. Cum ſit Romana n.* 15. Couarr. *n. 4. cit. verſ. Quartus caſus.* Vaſq. *n. 10. cit. verſ. Quartus.* Alterius, Baſſæus, & Luyſius, qui cum ſuo Mag. Vaſquio notat, & colligit ex dictis, quod cùm monitio non peruenit aliquo modo ad notitiam excommunicandi, nulla ſit excommunicatio: Quod contingere (inquit Vaſq.) poteſt, cum quis admonetur in communi, vt fieri ſolet in Eccleſiis diebus dominicis, dum admonentur: quicumque hanc, aut illam rem fuerint furati; quod reſtituant, alioquin excommunicabuntur: ſi enim tunc non venit ad notitiam excommunicandi, nulla eſt illa excommunicatio; quia non erit peccatum contumaciæ, pro quo eſt infligenda. Sic ille. Et bene.

QVÆSTIO XXI.

An tandem, quando Cenſuræ feruntur contra reos incognitos, ſatis ſit, quod monitiones fiant in Eccleſia, aut in alio loco publico coram populo?

RESpondeo tanquam certum: Satis eſſe, quia cum perſonæ delinquentes ignorentur, non poſſunt eis monitiones perſonaliter fieri; & ſic, ſat eſt, quod fiant in loco publico, & more vſitato, vt in foro exteriori præſumatur ad eorum notitiam deueniſſe, quandiu oppoſitum probatum non fuerit: quamvis in conſcientia, & in foro interiori, ſemper eſt neceſſarium, vt ad notitiam perſonæ excommunicandæ, vel alterius Cenſuræ plectendæ perueniat, alioquin excuſabitur, vt nuper quæſt. antecedenti notauimus. Sic Suar. *diſput. 3. q. 11. n. 5.* Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 9. n. 8. verſ. Dixi quando fertur.* Filliuc. *tract. 11. c. 4. q. 7. n. 101.* Corneio *diſp. 5. de cenſ. in comm. dub. 2. q. 8. in fine.* Alterius *tom. 1. lib. 3. diſp. 3. c. 5. verſ. Dubitant Doctores.* Vaſq. *loc. cit. vt conſtat* ex eius verbis relatis *q. 10.* & communis.

QVÆSTIO XXII.

An monitio debeat fieri Reo, præſentibus idoneis perſonis?

AFfirmant neceſſariò debere fieri coram idoneis perſonis, ad id teſtificandum, ſi opus fuerit; niſi aliàs talis monitio in ſcriptis fiat, Abbas *in cap. Sacro. cit. n. 3.* & ex illo, Bauny *tract. 1. q. 16. pag. 14.* nec non Tabiena *verb. excommun. 1. in principio.* Quia, inquiunt quando monitio in ſcriptis fit, non eſt neceſſaria præſentia teſtium, eo quod tunc ceſſet ratio textus, ſcilicet, *vt admonitio poſſit, ſi neceſſe fuerit, probari*; nam ſi admonitio in ſcriptis facta eſt, per ſcripturam poterit ſufficienter probari.

Sed abſolutè, & ſine exceptione reſpondeo: Debere monitionem fieri Reo præſentibus idoneis perſonis, etiam caſu, quo monitio in ſcriptis fiat.

Prima pars habetur expreſsè in *cap. Sacro. de ſent. excomm.* vbi Innoc. II. ſic ait: *Prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & perſonis præſentibus idoneis, per quas (ſi neceſſe fuerit) poſſit probari monitio, promulgare præſumat.* Sic Pontifex. Et benè. Nam vt inquit Gloſſa ibi: *verb. Poſſit probari*: non crederetur ſoli iudici in præiudicium alterius *cap. Quoniam de Probat.*

Secunda pars, quæ contra authores primæ ſententiæ militat, etiam ex ipſomet cap. colligitur. Quia admonitio non habet vim, & rationem admonitionis, ex eo quod fiat in ſcriptis, ſed ex eo quod intimetur, & notificetur reo: at ad hoc eſt neceſſarium omninò, vt fiat coram teſtibus, vt ſic intimatio, aut notificatio probari poſſit: ergo ſiue talis admonitio fiat verbis tantum, ſiue ſcriptura, præſentia teſtium quam caput cit. generaliter, & ſine exceptione præſcribit, neceſſaria ſemper eſt. Scriptura autem ideo non eſt neceſſaria, quia lege non requiritur. Sic Suár. *diſp. 3. ſect. 11. n. 2.* Alter. *tom. 1. lib. 3. diſp. 3. c. 3. fine.* Hurtad. *de cenſur. in comm. diff. 19. verſ. tandem ſexto.* Raſtellius *de cenſur. in genere q. 3. art. 4. n. 2. pag. mihi 69.* Filliuc. *tract. 11. cap. 4. q. 6. n. 101.* Corneio *diſp. 5. de cenſ. in gen. dub. 2. q. 7.* Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 9. n. 12.* Imò & Bauny id abſolutè docet, *tract. 2. diſp. 1. de excomm. q. 14. verſ. debet autem, pag. 82.*

QVÆSTIO XXIII.

An inter vnam, & alteram monitionem debeat aliquod tempus mediare?

RESpondeo tanquam certũ: Debere mediare. Quia ſic habetur expreſsè in *c. Conſtitutionem, de ſent. excommun. in 6.* per hæc verba: *ſtatuimus quoq; vt inter monitiones, quas (vt canonicè promulgetur excõmunicationis ſententia) ſtatuunt iura præmitti: iudices ſiue monitionibus tribus vtantur, ſiue vna pro omnibus, obſeruent aliquorum dierum competentia interualla: Niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda.* Sic Greg. X. Cum quo abſolutè omnes DD. conueniunt: licèt inter illos, in aſſignandis diebus, quæ inter vnam, & alteram monitionem interponi debeant, ſit aliqualis diſſenſio, pro qua moderanda ſit.

Digitized by Google

QVÆSTIO XXIV.

An pro ſingulis monitionibus, ſiue ſeparatim, ſiue ſimul fiant, ſint ſaltem duo dies conſtituendi?

NEgat Abbas *in cap. Sacro. de ſent. excommun.* exiſtimans, quod vnica dies ſit ſufficiens, pro qualibet monitione legitimè intimanda, quod probat ex *l. inter accuſatorem. ff. de Publ. iudi. & l. ſi conuenerit. in fin. ff. de pignor.* Idem videtur ſentire Bauny *tractat. 1. quæſt. 16. pag. 24. & tract. 2. diſp. 1. quæſt. 14. verſu. Tertiò. pag. 81.* & Villalob. *tract. 16. diff. 8. num. 8.* quamuis in fine addat tutius eſſe aſſignare duos dies inter monitionem, & monitionem.

Sed probabiliùs reſpondeo: Debere pro ſingulis monitionibus, ſiue ſeparatim, ſiue ſimul fiant, concedi ad minus ſpatium duorum dierum. Quia id, ad minus, ſpatium temporis indicat illa dictio pluralis textus, nempe: *obſeruent aliquorum dierum competentia interualla.* Sic tenent Gloſſa in ſumma *d. c.* per hæc verba: Nota, quod tres monitiones, quæ debent præcedere excommunicationem, debent habere interualla: nec poſſunt fieri continuè: & adminus inter quamlibet monitionem debent eſſe duos dies, ex quo iſte textus loquitur in plurali. Et ſi fiat vna monitio peremptoria, pro minore debet continere ſex dies: Sic Gloſſa. Subditque ſtatim hæc: Poteſt tamen excommunicator ex cauſa abbreuiare illud tempus: Vnde poteſt dicere: Moneo te, vt infra tres dies deſiſtas à tali participatione; & hoc pro primo edicto: & ſi non deſiſtas, moneo te ſecundò vt deſiſtas: & elapſo termino, poterit dicere: Moneo te tertiò, vt deſiſtas. Quibus tribus terminis elapſis, poterit illum excommunicare. Vel ſi velit ſe expedire vnico contextu, poterit dicere: Monemus omnes, & ſingulos parochianos vnica monitione canonica, & peremptoria pro omnibus, vt deſiſtant infra ſex dies à participatione. Quorum ſex dierum, duo pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio, & peremptorio termino aſſignamus. Huc vſque Gloſſa. Cuius verba retuli, vt per ea, noſtram ſententiam integrè demonſtrarem. Sic etiam Nauarr. *cap. 17. num. 11.* Vgolinus *tab. 1. cap. 18. §. 2. numero 2.* Suarez *diſputat. 3. ſect. 9. num. 3.* Gemin. *in cap. Conſtitutionem. cit. §. ſtatutum. num. 1.* & Francus, quos citat, & ſequitur Alterius *tom. 1. lib. 3. diſputat. 3. cap. 3.* licet addat, quod communiter ſoleant concedi, & poſſint, quinque vel ſex dies inter vnam, & aliam monitionem. Filliucius *tractat. 11. cap. 4. quæſt. 5. n. 99.* Reginald. *lib. 5. n. 181.* Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 9. n. 7.* Sayrus *lib. 1. cap. 12. num. 34. & 35.* Candid. *diſquiſ. 22. art. 10. dub. 3.* Couarr. *in cap. Alma mater. 1. p. §. 9. num. 6.* Corneio *tract. 3. de Cenſ. in gen. diſp. 5. dub. 1. & diſp. 5. excommun. dub. 4.* Vaſquez *de excommun. dub. 1. num. 13.* Diana *par. 5. tract. 9. reſol. 19.* Archangel. *diſt. 18. pag. 159. col. 2.* Toletus *lib. 1. cap. 9. num. 2.*

QVÆSTIO XXV.

An ſaltem ex rationabili cauſa poſſit licitè Iudex dictam pluralitatem dierum ad vnum etiam diem, imò ad certas horas, reſtringere?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia ſic habetur in dicto *cap. Conſtitutionem. cit.* illis verbis: *Niſi facti neceſſitas, aliter ea ſuaſerit moderanda.* In quibus ſignificatur planè, quod talis poſſit eſſe neceſſitas, vt ſine tribus interuallis dierum, poſſit aliquando Iudex Cenſuras ferre. Vnde iuxta diuerſam negotiorum qualitatem, poterit illam dierum pluralitatem coarctare, & reſtringere ad duos, vel vnum etiam diem, imò & ad tres horas, dummodo tria temporis interualla concedantur. Sic Henriquez *lib. 13. cap. 17. n. 3.* Nauarr. *c. 27. n. 11.* Alterius *tom. 1. lib. 3. diſp. 3. cap. 3.* Vaſquez *dub. 12. de excomm. num. 15.* Auila *2. p. cap. 5. diſp. 1. dub. 17. concl. 4.* Suarez *diſp. 3. ſect. 9. num. 4.* Filliucius *n. 99. cit. ibi*: Niſi periculum eſſet in mora; tunc enim poſſet illa dierum pluralitas commutari in vnum diem, aſſignando duas, vel tres horas pro ſingulis monitionibus; vel etiam ad breuius tempus. Ita ille. Corneio *locis citatis* Archangel. *loc. cit.* ita ſcribens: Quamobrem non peccant viſitatores, qui non poſſunt morari in omnibus monaſteriis dies aliquot, ſed in aliquibus ſolùm vna die, ſi ferant ſententiam excommunicationis contra non reuelantes proprietatem & huiuſmodi, nullo ſeruato dierum interuallo Nam tunc facti neceſſitas aliter expoſtulat. Ita Archang. & communis. Vnde ſolùm poteſt eſſe dubium, an dentur aliqui caſus, in quibus licitum ſit Cenſuras ſine præuia monitione ferri, pro quo dicendo ſit.

QVÆSTIO XXVI.

An quando delictum eſt publicum, & notorium, poſſit licitè Iudex Cenſura ſententiam ferre, monitione Canonica prætermiſſa?

AFfirmant apud Couarruuiam, Anton. de Butrio *in cap. 1. de Iudic. col. 14.* & Felinus *in cap. Sacro. de ſent. excommun.* & penes Alterium, & Suarium, Abbas in *cap. Illud, de Cleric. excomm. miniſter.* quatenus docet; in notoriis monitionem non requiri. Verum eſt, quod addit, id eſſe intelligendum, iuxta doctrinam aliis locis (quæ ibi citat) ab ipſo traditam, propter quæ ab aliis authoribus pro parte oppoſita hic citatur author & melius.

Sed tanquam quid certum, reſpondeo: non poſſe. Quia Cenſuræ ſententia ſemper fertur ob contumaciam, vt ſupra eſt oſtenſum: ergo neceſſariò prius à iudice monendus eſt reus, vt inde appareat, an verè contumax ſit, etiam caſu, quo crimen ſit publicum, & notorium. Sic Gloſſa *in cap. Epiſcopi. 11. q. 3.* Gloſſa *in c. Cum ſit Romana. §. vlti. de Appellat.* Vbi Hoſtienſ. Abbas, & Decius. Innoc. Ioan. Andr. Henriquez, & alij *in d. cap. Sacro* Quos omnes pro hac parte refert, & ſequitur Couarr. *in cap. Alma mater. 1. p. §. 9. num. 6. pag. mihi 699* Suar. *diſp. 3. ſect. 10. n. 11.* dicens, oppoſitum abſolutè pronuntiatum, eſſe improbabile. Alterius *tom. 1. lib. 3. diſp. 3. cap. 4. verſ. Primum eſt.* affirmans contrarium carere omni fundamento. Filliucius *tract. 11. cap. 4. q. 2. n. 86.* Bauny & Corneio, mox citandi.

QVÆSTIO XXVII.

An ſaltem quando non ſolum eſt publica, & notoria delicti notitia, ſed etiam eſt notoria contumacia delinquentis, poſſit admonitio prætermitti?

AFfirmant Couarruuias *in cap. Alma mater. 1. p. §. 9. n. 6. pag. mihi 699.* his verbis: Non obſtat, quod Apoſtolus Corinthiuum illum abſentem, & irrequiſitum excommunicauit: vt meminit tex. *in d. §. vlt.* Nam licèt eo tempore, quo illum Apoſtolus excommunicauit, minimè admonuerit: prius tamen & ſæpiſſimè illum per frequentes admonitiones ad pœnitentiam agendam ducere conatus fuerat. Qua ratione euidenter conſtitit, eius contumaciam notoriam eſſe, quo caſu, abſque vlla monitione poteſt quis excommunicari: ſic ſanè in contumacem notorium ferri poteſt excommunicatio abſque alia monitione; tex. *in cap. Illud, de Clerico excomm. miniſtran.* idem probatur in *cap. de Iudic.* vbi Abbas, Decius, *ſuper Gloſſam vlt.* & Ripa *n. 81.* hanc eandem opinionem defendere conantur. Huc vſque Doctus Couarruuias. Cuius verba

retuli

Digitized by Google

retuli, vt deſinat Corneio ſemel, & iterum dicere, malè citari à Sayro pro hac parte. Affirmant ergo cum Couarr. Sayrus *lib.1.cap.12.n.43.*& Vgol. apud ipſum, Bauny *tract.2.de Cenſ.diſp.1.q.16.verſ. Dubium tertium.*

Horum fundamentum eſt. Quod ideo monitio ante cenſuram præmittitur, vt iudici conſtet, an reus velit obedire, vel non,& vt eius contumacia conuincatur: ergo quando publica eſt, & manifeſta, non eſt opus monitione.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe adhuc in dicto caſu, monitionem canonicam prætermitti, ſed debere neceſſariò ante lationem Cenſuræ præmitti, vt illa reus ligari valeat. Ratio eſt aſſignata quæſtione antecedenti. Nam Cenſura ſupponit contumaciam actu ipſo exteriori perfectam, & conſummatam: ſed hæc eſſe non poteſt, donec reus actu moneatur; cum nemo exiſtimari debeat contumax, niſi actu recuſet agere id, quod ei præcipitur: ergo quamuis reus non admonetur, manet in ipſo ius, vt ante Cenſuram moneatur, vt ſibi liberum ſit Cenſuram euitare. Ex quo iam conſtat, quid contrariis reſpondendum. Sic Suarez *diſp.3.ſect.10 n.8. & 9.* Filliuc. *tract. 11.cap.4.q.2. num.86.&* 87. Alterius *lib.3.diſp.3.cap.4.verſ. Hanc ob cauſam.* Corneio *tract.5.diſp.5.de cenſ.in genere dub.2. q.4.& diſp.5.de excommun.dub.4.q.3.* & pro hac parte refert Bauny *loc.cit.* Sotum *22.diſt.q.1.art.2.*

Qvæstio XXVIII.

Ad ad minus in præfato caſu, poſſit prætermitti ſecunda & tertia monitio, ſi ad primam delinquens incorrigibilis appareat; veluti, dicendo publicè ſe non pariturum monitionibus.

AFfirmat abſolutè Alterius *loco nuper citato, verſ. Hanc ob cauſam* adducens pro ſe Gratianum *2.q.1.initio.* §. qui incipit: *Quod autem.* Abbatem *in cap. Cum ſit Romana. de Appellat. n.32.* & Couarruuiam *§.9.cit.n.6.*(Sed an benè omnes Authores pro ſe afferat, infra conſtabit.)*& verſ. Tertius caſus.*

Sed probabiliùs cum diſtinctione reſpondeo dicendum, quod, in eo caſu poſſit abſolutè omitti ſecunda & tertia monitio; niſi aliàs aliqua neceſſitas vrgeat, iuxta deciſionem textus in *cap.conſtitutionem. de ſenten.excommun.in.6.*vt conſtat ex habitis nuper à *quæſt. 23.* Sic videtur ſentire inprimis Gratianus *q.1. cit.ſuo §. vlt.* Qui incipit: *Quando autem.* (non *quod autem*, vt ait Suarez) per hæc verba: Aliquando euidentia ipſa operis reum eſſe teſtatur, quando opere publico crimen ſuum confitetur: tunc poſt ſecundam, & tertiam correctionem ſine excommunicatione damnandus eſt, ſi incorrigibilis extiterit. Sic Gratianus. Vnde conſtat, potius noſtram, quàm oppoſitam, docere ſententiam, & ideo malè pro contraria citatur ab Alterio, immò & à Suario *loc.cit. n.12.* Qui hanc noſtram tenet, ſicut etiam Filliuc. *loc.cit, num.*87. Nec Couarruuias docet aliud quàm id quod vidimus *quæſtione antecedenti.*

Qvæstio XXIX.

An ſi vrgeat periculum in mora (veluti, ſi Sacerdos à Iudice laico ducatur in furcam) poſſit Iudex eccleſiaſticus, ſine monitione aliqua, cenſuram, ipſo facto in talem (ſcilicet laicum Iudicem) ferre?

AFfirmat Sayrus *lib.1.c.12.n.18.* Quia aliàs, ſi monitio expectanda foret, vrgente periculo, deluſa maneret poteſtas eccleſiaſtica; cum v. g. in aſſignato caſu Clericus interim poſſet à Iudice interfici.

Sed cum diſtinctione reſpondeo dicendum, quod neque vrgente periculo in mora poſſit quis Cenſura ligari abſque præuia aliqua monitione Cenſuræ ferendæ; benè tamen abſque monitione trina, aut vna pro trina, aſſignatis alicuius temporis interuallis.

Prima pars huius reſponſionis conſtat Quia ad valorem Cenſuræ, neceſſaria eſt omnino aliqua præuia monitio, vt habitum eſt ſupra *q.1. Secunda* verò pars, etiam conſtat ex fundamento adducto pro prima ſententia, quod quidem ſolùm probare poteſt, non eſſe neceſſarium, quando eſt periculum in mora, præmitti, ante Cenſuram; trinam, aut vnam pro trina, monitionem, non verò eſſe neceſſarium præmitti aliquã, quodcumque inſtet periculum, eo quod contumacia debeat præcedere, vt valida ſit Cenſura. Sic Nauarrus in *Man.c.28.n.10.&* 126. Sotus *diſt. 22.q.1.art.2. col.4.* Victor.§.375. Couarr.§. *9.cit.n.5.&* 7. quos omnes citat, & ſequitur Henriquez *lib.13. cap.17. num.3.* Suarez *diſp.13.ſect.16.n.7.* adducens Nauarrum *in cap. Cum contingat, de reſcript. cauſa* 5. Alterius *lib.3.diſp.3. cap.4.verſ.ſecundus caſus.* Filliuc. *tract.11.c.4 q.2.n.88.* Petrus Corucio *tract.5.diſp.5. de Cenſur.in gen.dub.2. q.2.& 3. & diſp. 5. de excomm. dub 4.q.1.& 2.* Bauny *diſp.1.de excomm.q.16.dub.5.* Sic dicens: Addo modo, iuſtam quoque interdum cauſam eſſe non concedendi vllius ad deliberandum ſpatij, vt ſi vir nobilis faces templo ſubiicere, ſi infeſto in hoſtem gladio irruere, ſi violentas ei inferre manus pararet, poſſet Epiſcopus in hunc modum frænos eius furori iniicere: *Moneo te ſemel, iterum, ac tertiò, ſub pœna excommunicationis incurrẽda, vt à cogitato hoc facinore deſiſtas.* Sic ille: & antea *tract.1.q.16.* his verbis: Si tamen periculum eſſet in mora, réſque ipſa, aut neceſſitas aliqua, ſecus fieri exigeret, tunc officio, conſcientiæque Iudex ſatisfaceret, ſi à reo obſequium ſub Cenſura peteret quam & neganti illicò imponeret, dicendo, v. g. *ſub pœna excommunicationis, interdicti, aut ſuſpenſionis, veto ne tale quid facias, impero, vt obedias, quòd ipſum quia facere recuſas ſacris te altaribus remoueo, fidelium communione priuo, ſuffragia Eccleſiæ communia ad ſalutem tibi prodeſſe nolo.* Ita ille ex Laymanno *lib. 1. tractat.4.cap.5.num.4.*

Qvæstio XXX.

An, quando ius, aut lex vetat aliquod crimen ſub aliqua Cenſura ferenda v.g. qui furtum fecerit excommunicetur, ſuſpendatur, &c. *tunc poſſit Iudex, ſine alia monitione, cenſuram in reum conuictum ferre?*

AFfirmant apud aliquos. Innoc. *cap.ex. parte el.1. num.4.de verb.ſignif.* Abbas *cap. Cum ſit Romana. n.28.de Appellat.*& Humada ſuper *l.10.t.9.p.1. gloſ.1. n.8.* quos citat, & ſequi videtur Sanchez *tom.1.de matrim.lib.2.diſp.24.n.28.* ita dicens: Quando præcipitur aliquid ſub excommunicationis pœna, poteſt non obtemperans abſque alia monitione excommunicari: nam id præceptum fuit monitio, & præceſſit contumacia non obediendi. Ita ille. Quorum ſententiam tenent Auila *2.p.c.5.diſp.1.dub.5.concl.1.* Qui pro ſe citat Couarruuiam *in c. Alma mater.1.p.§.9.n.5.* Bonac. *de cenſ.diſp.1.q.1.punct.9.n.4.* dicens, ſic ex parte ſentire Filliuc. *c.3.q. 3. n. 95.* His conſentit, ni fallor, Machado (cum hanc partem vltimo in loco conſtituat) *lib.1.part.3.tract.1.docum.8.n.3.* vbi ſic ait: Tambien es dudoſo y controuerſo entre los Doctores, ſi quando el derecho, eſtatuto, ò prohibicion pone la cenſura comminatoria *ferendæ ſententia*, como ſi dijera, *qui hoc fecerit, excommunicabitur*: ſea neceſſaria nueua admonicion, mas que la miſma de la ley. Couarruuias, y otros Autores ſon de parecer, que ſe requiere porque el texto que admite por monicion baſtante la miſma

prohibicion, ſolamente trata de las Cénſuras que eſtan impueſtas *ipſo facto lata ſ. ntentia &c.* Si bien Bonac. ſiéte lo contrariou, iuzgando que es neceſſaria (tu lege, *que no es neceſſaria*) nueua admonicion. Ita Machado.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe; ſed neceſſarium eſſe in eo caſu, præmitti admonitionem ante cenſuram. Quia ſic colligitur ex *cap. Reprehenſibilis de Appellatio.* Vbi expreſsè prohibetur Prælatis, ne, niſi canonica monitione præmiſſa, ſententiam Cenſuræ in ſubiectos ferant, niſi aliàs talis ſit culpa, quæ ipſo ſuo genere, ſeu ex ſe, aut ipſo facto, pœnam inducat. Cùm igitur exceptio firmet regulam in contrarium, planè ſequitur, quod ad omnem cenſuram, quæ nō ipſo facto incurritur, ſed à iudice actualiter eſt ferenda, canonica monitio, (& per ſe loquendo, trina) neceſſariò eſt præmittenda. Sic Caiet. *in ſum. verb. Clericorum peccata, verſ. Non obſtat d ctis. & verb. Præcepti tranſgreſſio. verſ. Siſte tamen hic pedem.* (non legas *ſi iſte tamen*, vt ſcriptum inuenies apud Petrum Cornelio (Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 10. *num.* 20. Hurtad. *de cenſur. in comm. diſſ.* 18. (non 8. vt leges apud Dianam) *num.* 79. Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 3. *cap.* 4. *verſ. Quintus caſus. & verſ. Quamobrem.* Raſtellius *de cenſur. in gen. queſt.* 3. *art.* 4. *num.* 14. Cornelio *tractat.* 5. *de cenſur. in gen. diſputat.* 5. *dub.* 1. *queſt.* 5. *& diſput.* 5. *de excommun. dub.* 1. *queſt.* 1. Vbi explicat Sanchez, dicendo, iſtum Doctorem non loqui ibi de noſtro caſu: ſed de præcepto impoſito ab ipſo iudice ſub pœna excommunicationis ferendæ, in quo caſu certum eſt, poſſe ſine alia monitione excommunicationem latæ ſententiæ ferri, quia iam reus monitus erat ab ipſo iudice per tale præceptum. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 18. *verſ. Non deſinam.* Villalobos *tract.* 16. *diff.* 8. *num.* 10. Qui ſimul cum Suario, & Bonacina citant pro hac parte Couarruuiam eod. omnino loco, quo pro ſe citat Auila. Sed certè hic author, nullam expreſsè mentionem de hac noſtra quæſtione ibi facit, ideòque expreſsè neutri fauet parti, vt benè vidit Cornelio: Fauet tamen implicitè noſtræ; ſi attentè legatur, ideoque non omnino abire pro noſtra ſententia fertur, Quam etiam tuetur Bauny *tract.* 1. *de cenſur. diſp.* 1. *de excomm. queſt.* 16. *dub.* 5. *verſ. ſimiliter*, adducens, neſcio an omnino benè D. Antonin. Syluestrum, & Reginaldum. Sic etiam Laymann *lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. Præpoſitus *de Cenſ. q.* 1. *dub.* 12. *n.* 81. Baſſæus *v. cenſura, num.* 37.

Qvæstio XXXI.

An ſaltem qui ſemel cenſura aliqua à iure ipſo facto eſt ligatus, v. g. excommunicatus ob percuſſionem clerici, poſſit iterum à Iudice alia cenſura ligari, v. c. excommunicari, propter idem delictum, ſine noua monitione?

Affirmat Couarr. §. 9. *cit. num.* 20. his verbis: Quod adeò verum eſt, vt ſemel excommunicatus à lege, vel canone ipſo iure, poſſit iterum ab homine, cauſa eiuſdem criminis, & contumaciæ excommunicari abſque monitione. Ita ille, & penes ipſum, Abbas, Franc. & Felin. Pro quorum ſententia refert Bonacina *punct.* 5. *cit. num.* 10. *verſ. reſpondeo.* Toletum *lib.* 1. *cap.* 9. & Sayrum *lib.* 1. *cap.* 12. Sed ex his Toletus, licet id doceat cum Abbate antiquo, & aliis, non eſt *lib.* 1. ſed *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo; Negatiuè. Vnde publicus v. g. percuſſor Clerici, qui excommunicatus eſt ipſo facto à iure *can. ſiquis ſuadente.* 16. *queſt.* 4. non poteſt ab Epiſcopo, ob idem defectum, iterum excōmunicari, ſine præuia monitione: qua videlicet, exhortetur, vt pœniteat vel ſatisfaciat. Ratio eſt. Quia cenſura hominis fundatur in contumacia commiſſa reſpectu hominis; ergo neceſſariò requiritur, vt quis in illam incurrat monitio hominis: ergo non ſufficit monitio iuris ſub pœna Cenſuræ latæ ſententiæ, licèt illa ad iuris cenſuram incurrendam ſufficiat. Sic Hoſtienſ. quem, ſimul cum Couarruuia, citat pro hac parte, ac ſequitur Suarez *d. ſp.* 3. *ſect.* 10. *num.* 4. Sed ex his, malè citat pro nobis Couarruuiam, vt ex verbis eius à nobis relatis liquet. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 4. *queſt.* 2. *verſ. ſexta.* Vaſquez *de excommun. dub* 12. *n.* 14. Bonacina *diſput.* 1. *q.* 1. *punct.* 9. *num.* 10. *verſ. ſecundus caſus.* & benè, ſed non conſequenter ad ea, quæ dixit, & finiuit, *num.* 3. *&* 4. vt conſtat ex habitis *queſt. antecedenti.* Cornelio *tract.* 5. *de cenſur, in gen. diſp.* 5. *dub.* 2. *q.* 6. *& diſp.* 5. *de excommun. dub.* 2. *queſt.* 2. Qui pro hac refert Sayrum *eodem loco*, quo Bonacina refert pro contraria, *n.* 14 Raſtellius *de cenſur. in gen. q.* 3. *art.* 4. *n.* 15. *pag. mihi* 76. Hurtadus *num.* 79. *citato.*

Qvæstio XXXII.

An Quando Prælatus fert Cenſuram ad defenſionem proprij iuris, v. g. in ſpoliatione Eccleſiæ, ſit etiam neceſſarium præmittere monitionem Canonicam?

Negant Ioan. Andreas, Dominic. Franc. Lapus, Felinus, & Decius, & Anton. quos pro hac parte refert Couarruuias *in cap. Alma Mater.* 1. *p.* § 9. *num.* 6. *verſ. Hinc denique.* Quod probant *ex cap. Dilecto. de ſent. excommun. in* 6. Vgolin *tab.* 1. *de cenſ. tab.* 1. *c.* 18.

Sed probabilius reſpondeo: Etiam tunc præmittendam eſſe monitionem canonicam. Quia nulla ratio apparet, cur ordo generalis conſtitutus *in cap. Sacro. de ſent. excomm.* de monitione præmittenda, non debeat habere locum in caſu noſtræ quæſtionis. Nam is, qui res, & patrimonium eccleſiaſticum occupauit, forſitan trina canonicè monitus interpellatione, ab offenſa, & violentia abſtinebit. Sic Innoc. quem citat, & ſequitur Couarru. *loc. citat.* Vaſquez *de excommun. dub.* 11. *num.* 15. dicens *caput, dilecti* contra nos citatum, nihil contra nos definire, aut docere. Luyſius *de Cenſur. lib.* 2. *diſputat.* 18. *dub.* 4. (non 5. vt leges apud Dian.) *verſ. Ex doctrina tradita* Dian. *part* 3. *tract.* 9. *reſ.* 18. *verſ. Sed hic.* Qui duo citant Suarium *diſput.* 3. ſed non citant ſectionem, vbi id doceat: docet tamen, *ſect.* 8. *num.* 9. *&* 10. ex Abbate *in cap. Venerabili, de Cenſur. num.* 3. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 4. *queſt.* 4. *num.* 96. Alterius *tom.* 1. *lib.* 3. *diſput.* 3. *cap.* 1. *verſ. ſolent autem, & cap.* 4. *verſ. ſolent etiam.* Raſtellius *loc. cit. n.* 12. *pag.* 75. Henriq. *lib.* 13. *c.* 17. *n.* 3 Nauarr. & Sotus apud ipſum.

Qvæstio XXXIII.

An prælati Regularium teneantur præmittere canonicam trinam monitionem in ferendis Cenſuris?

Negatiuam ſententiam tenere Gabrielem *in* 4. *diſ.* 18. *queſt.* 2. *concl.* 7. & Angel. *verb. excommunicatio* 1. ait Auila 2. *p. cap.* 5. *diſput.* 5. *dub.* 8. Sed ex his Authoribus, ſaltem Angelus, (quem pro nunc ſolùm vidi) nil ad propoſitum docet loco ab Auila citato: benè tamen *excommunicatio* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. ſed omnino oppoſitum: quare malè pro hac parte ab iſto authore citatur.

Melius poſſet citare pro hac parte Hieronymum Llamas 3. *part. ſuæ metho. cap.* 9 §. 23. *pag. mihi* 136. ſic dicentem, Quando in mora periculum eſt (eadem Eccleſia decernente) ſufficit vna monitio pro tribus: & ſic in Religionibus, quoad ſuas Cenſuras, numquam hanc ſolemnitatem ſeruarunt ſuperiores: & in hoc iam præſcripſerunt tacitè approbantibus ſummis Pontificibus: Tum, quia in religionibus periculum

eſſet

Digitized by Google

eſſet moræ trinæ monitionis: nam cum in illis præcipuè vigere debeat obedientia, quælibet inobedientia, contumacia computatur, & quia ſemper in illis proceditur ſine iudicij ſtrepitu, & ſolemnitatibus accidentariis: vtiniam non fiat aliquando ſub hoc vallamine, ſine ſubſtantialibus. Et inſuper, quia quando delictum & contumacia notoria eſt, canonica monitio trina neceſſaria non eſt, iuxta Gloſſam *cap. Manifeſtam. leg. Peccatum.* & in Religionibus ſemper ſuper manifeſta delicta proceditur: & idem Gloſſa *c. ſtatuimus* ſupra citati. Et tenent hanc doctrinam Palud. & Duran. *in 4. diſt. 18.* Huc vſque Llamas.

Affirmant verò è contra Auila *loc. cit.* & penes illum, Sylueſt. *verſ. excommunic. 1. §. 14.* & Nauarr. *c. 27. n. 8.* Quia (inquit) quamuis Prælati Mendicantium habeant priuilegium, vt poſſint ferre ſententiam excommunicationis, ſolo verbo, ſine ſcriptis, vt habetur in *Compend. Minorum. ver. excommunicatio §. 7.* nō tamen habent priuilegium ad ommittendam canonicam monitionem. Sic Auila. Cuius ſententiam ſequuntur Alterius *lib. 3. diſp. 3. cap. 4. verſ. ſolent etiam.* Diana *part. 5. tract. 9. reſol. 20.* Corneio *diſp. 5. de cenſ. in gen. dub. 2. quæſt. 11.* & alij. Tenet etiam hanc ſententiam ex parte Saytus (non Corneio, vt malè citat Diana) *lib. 1. cap. 12. num. 12.* dicendo, eſſe veram, caſu, quo Prælati Regulares præcipiant aliquid quod non continetur in Regula Ordinis, aut in regularibus obſeruantiis: ſecus verò caſu, quo præcipiant aliquid, quod in illis continetur, quia tunc optime, inquit, poſſunt vna vel altera monitione, excommunicare, aut aliam cenſuram ferre.

Sed ego probabiliùs, diſtinctione vtendo, reſpondeo dicendum. Quod ex vi iuris verè tenentur Prælati Religionum præmittere in ferendis cenſuris trinam canonicam monitionem. Quia textus in *cap. Sacro. de ſent. excomm.* in quo cauetur, ne quis aliquem excommunicet, niſi competenti admonitione præmiſſa, generaliter loquitur, & ſic omnes comprehendit. Ex vi verò conſuetudinis minimè tenentur illi Prælati in quorum Religione eſt iam introductum, & præſcriptum, vt cenſuras ferant, vna, aut duabus tantum, monitione præmiſſa; ſecus alij, in quorum Religione id non eſt introductum; *Prima pars* huius reſponſionis eſt contra authores primæ ſententiæ, & in fauorem Authorum ſecundæ. *Secunda* verò, eſt Petri Corneij *loc. cit. verſ. Hanc doctrinam.* vbi poſtquam retulit ſententiam Sayti a nobis nuper propoſitam, ſic contra illam concludit: Sed melius videtur dicendum, attendendam eſſe conſuetudinem talis Religionis, & ſi legitime fuerit præſcripta, præualebit contra ius; ſin autem, minime.

QVÆSTIO XXXIV.

An etiam Summus Pontifex teneatur in cenſuris ferendis monitionem canonicam præmittere?

AFfirmat Auila *part. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 10. verſ. ſecunda opinio.* quatenus ait, quod nec Eccleſia poſſit adhuc de plenitudine ſuæ poteſtatis excommunicare aliquem, niſi monitione præmiſſa: Quia (inquit) poteſtas excommunicandi ſolum eſt conceſſa Eccleſiæ contra rebelles, & contumaces, qui eam non audiunt: ſed nullus dicitur contumax, & rebellis Eccleſiæ, itaut ſit dignus excommunicatione, niſi moneatur ab Eccleſia, non quomodocumque, ſed ſub excommunicationis pœna, ergo. Ita Auila, & penes illum vterque Sotus, Nauarr. Victoria, & alij. Vaſquez *etiam dub. 12. n. 4.*

Alij è contra id negant abſolutè loquendo: quia exiſtimant, poſſe Pontificem de ſua poteſtate abſoluta ferre cenſuras ſine admonitione, eo quod id facere, non ita repugnat iuri naturali, aut diuino, quin Pontifex de plenitudine ſuæ poteſtatis poſſit hoc facere, vt colligitur *ex c. In cauſis, de ſent. & re iud.* Ita Bonac. *diſp. 1. de cenſ. q. 1. punct. 9. n. 3. verſ. ſecundò dubium eſt.* & penes illum, Caiet. *2. 2. q. 69. art. 1.* Suar. *diſp. 3. ſect. 8. n. 7.* Filliuc. *tract. 11. c. 4. q. 4. n. 97.* Ægid. *diſp. 13. dub. 9.* & Machado *lib. 1. part. 3. tract. 2. docum. 8. n. 2.*

Sed ſub diſtinctione, clarius reſpondeo. *Primò.* Summus Pontifex verè tenetur ex æquitate (ſicut in vniuerſum, Legiſlator ſuis legibus obligatur) in cenſuris ferendis, hanc trinam monitionem præmittere, & iuri ſe conformare: niſi iuſta cauſa aliud exigat. Ideòque non rectè faceret Pontifex, ſi abſolutè, & ſine vlla cauſa hunc ordinem ferendi cenſuras à iure latum inuerteret. Ex cauſa tamen iuſtè, & rectè poſſet ferre cenſuras, abſque præmiſſa trina monitione; quia cum hæc ſit indicta iure canonico, poteſt ex cauſa in illo Papa diſpenſare. Hæc reſponſio eſt nota, & illā tenent Authores ſecundæ ſententiæ; imò & authores, quos pro ſe citat Auila. Et præter illos, Corneio *diſp. 5. de cenſ. in gen. dub. 2. q. 20.* Raſtellius *de cenſur. in gen. q. 3. art. 4. n. 9. pag. 73.* Henriquez *lib. 13. n. 3.*

Reſpondeo *Secundò.* Summus Pontifex omnino tenetur in ferendis cenſuris aliquam (quamuis non canonicam) monitionem ſeruare. Quia monitio aliqua, eſt neceſſaria, iure naturali, Reo ad ſui defenſionem: at ſic eſt, quod Sum. Pontifex tenetur obſeruare ea, quæ ſunt legis naturalis, itaut nec in illis vllo modo diſpenſare poſſit: ergo. Sic Raſtellius *loc. cit.* & DD. primæ ſententiæ. Qui omnes id ſolùm volunt,

QVÆSTIO XXXV.

An poſſit ſubditus cedere iuri monitionis Canonicæ, itaut, illa non præuia, poſſit cenſuris ligari?

REſpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia ius præmittendi trinam monitionem in ferendis cenſuris, non eſt introductum in fauorem priuatum, ſed in fauorem publicum, vt ſic euitentur plures iniuſtitiæ, argum. *ex cap. contingit. el. 1. de ſenten. excommunic.* ſed ſic eſt quod non poteſt communi & publico iuri priuata authoritate, aut pacto derogari, *l. ius publicum. ff. de pactis. & cap. ſi diligenti. de foro competen.* ergo. Sic Corneio *diſput. 5. de cenſur. in gen. dub. 2 quæſt. vltima.*

QVÆSTIO XXXVI.

An in declaratione, aut denuntiatione Cenſuræ incurſæ, quam Iudex facit, requiratur canonica monitio?

REſpondeo, Quod non. Quia tunc ius, non iudex, cenſuris ligat, & ideo in hoc caſu non requiritur hominis trina canonica admonitio: licèt verum ſit quod requiratur partis citatio, vt de crimine illo conſtet, aliàs nulla erit talis declaratio, eo quod tunc tolleretur defenſio Rei, & colligitur *ex c. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet. c. Paſtoralis, de Appellat. & c. cum ſecundum leges, de hæret.* & docent Rom. Decius, Panormit. Felinus, Rodulph. Cardin. Imola. Hieron. Gigas, & alij quos refert, & ſequitur Couarr. *c. Alma mater. 1. p. §. 9. n. 5. verſ. vtcumque tamen ſit.* Sic etiam ex illo Vaſq. *dub. 12. de excomm. n. 14.* Raſtellius *q. 3. de cenſur. in gen. art. 4. n. 17. & 18.* Nauarr. *cap. 27. n. 10. & lib. 5. conſil. de ſent. excomm. conſil. 20. n. 4.* Auila *2. p. c. 5. diſp. 1. dub. 5. concl. 2.* Alter. *lib. 3. diſp. 3. c. 4. verſ. Quintus caſus* vbi ſic concludit: Quare nullus erit denunciandus excommunicatus, niſi monitione præmiſſa, quamuis non ſit neceſſaria canonica monitio, ſcilicet, trina monitio, vt declarat Gloſſa *c. Sacro. de ſent. excomm.*

Sic

Digitized by Google

Sic ille, & idem docet *verſ. ſed hæc exceptio. ibidem.* Vbi abſolutè docet quod ad declarationem non requiritur neceſſario admonitio. Villalob.*tract.*16.*diff.*8. *n.*10.per hæc verba: Mas ſi ya el derecho puſo la cenſura *ipſo facto*, no és neceſſario para que el juez la declare, que preceda trina monicion, como conſta del texto citado (nempe, *ex c. Reprehenſibilis, de Appellat.*) La raçon és porque el juez no deſcomulga, ſino el miſmo derecho Sic ille.

DISPVTATIO VI.

De Conditionibus comitantibus actum ferendi Cenſuras.

QVÆSTIO PRIMA.

An Cenſura ſit à Iudice in ſcriptis ferenda?

RESPONDEO tanquam certum: Quod ſic. Quia ſic expreſsè præcipitur à Iure, *cap. Cum Medicinalis, de ſenten. excomm. in* 6. per hæc verba: *Quiſquis igitur excommunicat, excommunicationem in ſcriptis proferat, & cauſam excõmunicationis expreſſè conſcribat, propter quã excommunicatio proferatur. Exẽplum verò huiuſmodi ſcripturæ teneatur excõmunicato tradere infrà menſem, ſi fuerit requiſitus, ſuper qua requiſitione fieri volumus publicum inſtrumentũ, vel litteras teſtimoniales confici ſigillo authentico conſignatas. Si quis autem iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator, per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis officiis nouerit ſe ſuſpenſum.* Et infra. *Et hæc eadem in ſuſpenſionis, & interdicti ſententijs volumus obſeruari.* Sic Innoc. IV. Et ex illo omnes DD. tam Theologi quàm Canoniſtæ.

QVÆSTIO II.

An, non ſolum Cenſura lata ab homine per ſententiam; ſed etiam Cenſura lata à lege, aut ab homine, per modum legis, vel ſtatuti, ſit in ſcriptis ferenda?

RESPONDEO: Quod non; Sed ſolùm cenſura lata ab homine per modum ſententiæ: nam altera, ſcriptura non indiget. Ratio diſcriminis eſt. Quia cenſura lata ab homine per modum ſententiæ, poteſt eſſe iniuſta, & ideo indiget ſcriptura, vt à Superiori eius iuſtificatio videatur: ſecus verò cenſura lata per modum legis, aut ſtatuti, quia hæc ſemper eſt, aut præſumitur iuſta. *ex cap. Erit autem lex. diſt.* 4. Sic omnes. Suarez *diſputat.*3.*ſect.* 13.*num.*1. Filliucius *tractat.*11.*cap.*4.*quæſt.*9.*num.*167. Cornejo *diſputat.*6. *de cenſur. in gen. dub.*1.*& diſputat.*6.*de excommun. dub. etiam.*1. Saytus *lib.*1.*cap.*8.*num.*16.*& cap.*13.*num.*10. & Raſtell. *de Cenſur. in gen. q.*3.*art.*6.*in principio.* & alij.

QVÆSTIO III.

Quam ob cauſam ſtatuit ius, ſententiam Cenſuræ proferri debere ſcripto?

RESPONDEO quod ob multas. *Prima* ſit, quæ in *citato cap. Cum medicinalis* adducitur, nempe, *vt iudices non feſtinatò, temerè, & imprudenter ex quacumque leuiſſima cauſa, vnico verbo cenſuræ gladio aliquem iugulent. Nam dum ſententia ſcribitur, quid magis deceat aduertitur, mens componitur, & ira ſedatur.*

Secunda ſit, iam à nobis inſinuata nuper, videlicet, vt Superior Iudicis excommunicantis, ſi fortè ad eius tribunal reus recurrat, habeat vnde ei auxilium, operamque in tempore conferat.

Tertia, vt reus, qui cenſura plectitur, cauſam ſupplicij ſui oculis videns, facilius illam corrigat.

Quarta, vt eſt cauſa ſententiæ cenſuræ latæ, quæ in ſcriptis fertur, omnes illam probent, nemo reprehendat.

Quinta tandem, Quia cenſura debet eſſe determinata quoad ſpeciem, quoad tempus, & quoad perſonam, quæ omnia magis per ſcripturam cognoſcuntu. Sic ferè Bauny *diſputat* 1. *de excommunic. quæſt.* 13. *pag.*81. Alterius, ex parte, Raſtellius *loc. cit.*

QVÆSTIO IV.

An ſcriptura, in qua conſcripta eſt Cenſura, debeat eſſe authentica, ideſt, confecta manu publici Notarij, aut etiam teſtibus munita?

RESPONDEO: Quòd licèt hoc ſufficiat, non tamen ſit neceſſarium; quia in dicto Innocentij decreto, nullo modo exigitur publica, ſeu authentica ſcriptura, ſed ſolùm cauetur ſententiam Cenſuræ in ſcriptis pronuntiari. Sufficiet ergo, vt talis ſit ſcriptura, quæ habeat vim probandi, ſi opus ſit, tam penes reum, quàm penes Superiorem, & alios, tenorem ſententiæ Cenſuræ latæ. Ideòque neceſſe erit, vt ſcriptura talem authoritatem habeat, quæ ad hanc fidem faciendam ſufficiat, alioqui careret ſuo fine. Quare oportet, vt ſaltem ſit ſubſcripta manu ipſius iudicis, vel idoneis teſtibus legitimè probari poſſit, per illam ſcripturam prolatam fuiſſe ſententiam Cenſuræ. Sic communiter Doctores. Suarez *diſput.*3.*ſect.*13 *num.*3. Alterius *lib* 3.*diſput.*4.*cap.*1.*verſ. Si quærat quis.* Cornejo *diſp.*6.*de cenſur. in gen. dub.*1.*q.*3.

QVÆSTIO V.

An Iudex teneatur ſententiam Cenſuræ ſic conſcriptam, per ſe ipſum, non per alium, legere, & promulgare?

AFfirmant aliqui, eo quod *in cap. fin. de ſentent. & re iud. in* 6. præcipitur Iudicibus (exceptis dumtaxat Epiſcopis, obſuam dignitatẽ) vt per ſe ipſos ſententiat proferant. Et in dicto *cap. Cum medicinalis*, expreſſe habetur, quod *qui excommunicat, excommunicationem in ſcriptis proferat*: Iudex ergo excommunicans, per ſe ipſum debet talem Cenſuram legere, & promulgare. Ita Vgolinus *tab.*1.*cap.*11.§.1. citans Philipp. Francum, Geminianum, & Socinum. Quos ſequitur Saytus *loc. cit. num.*5.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non teneri iudicem (etiam non Epiſcopum) per ſe ipſum, ſententiam cenſuræ legere, aut promulgare: ſed ſat eſſe, quod id faciat per Notarium, aut alium miniſtrum. *Primò*; Quia hoc conſuetudine eſt magis receptum. *Secundò*. Quia, ſi Iudices tenerentur ſententiam Cenſuræ legere, multo magis tenerentur illas conſcribere: at hoc nemo dicit: ergo. *Tertiò*. Quia illa verba adducta *ex cap. Cum Medicinalis*, nempe *Excommunicationem in ſcriptis proferat*; cùm non inueniatur in illis dictio *per ſe*, non id ſignificant: ergo ex omni parte, ſi Iudex per alium proferat, ſatisfaciet legi.

Nec obſtat text. *in cap. fin. de ſent.* adductus à Contrariis: quia ſub illa regula generali non comprehenditur ſententia Cenſuræ: aliàs ſequeretur, quod omnis Cenſura aliter lata eſſet nulla: quod ipſi non admittunt. Sic Suarez *diſputat.* 13.*num.*4. Filliuc. *tract.*11.

Digitized by Google

tract. 11.*cap.*4.*quæſt.*9.*num.*107.Alterius *tom.*1.*lib.* 3. *diſputat.*4.*cap.*2.*verſ. Quæri etiam poteſt.*Cornejo *diſputat.*6.*de cenſ.in gen.dub.*1.*quæſt.*4. Villalobos *tract.* 16.*diff.*7.*num.*1.

QVÆSTIO VI.

An ſcriptura Cenſuræ ſit de eius ſubſtantia: an verò de eius forma accidentali?

AFfirmant eſſe de ſubſtantia Cenſuræ, ita vt lata ſola voce non valeat, Ripa, & Llamas, à nobis ſupra 4.*quæſt.*2.*citati.*

Sed omnino oppoſitum, *loco cit.*reſpondi & nunc iterum reſpondeo dicendo quod, ſcriptura ſolùm requiratur ad ſolemnitatem accidentalem cenſuræ; vnde hæc ſola voce lata, valida erit. Ratio eſt. Quia hæc conditio non eſt præſcripta à Pontifice, vt eſſentialis, ſed vt neceſſaria, neceſſitate præcepti, vt *loc.cit.* probauimus. Sic Authores *ibidem* adducti.

QVÆSTIO VII.

An ſit neceſſum, quod in ſcriptura, in qua Cenſura fertur, expreſsè apponatur cauſa propter quam fertur?

REſpondeo tanquam certum, Affirmatiuè, ex dicto *cap. Cum medicinalis*, adducto *quæſt.*1. vbi, vt vidimus, ſic dicitur. *Et cauſam excommunicationis expreſsè conſcribat, propter quam excommunicatio profertur.* Sic textus. Quam ſic explicat Gloſſa *ibi, verbo expreſsè.* Oportet (inquit) quod excommunicator exprimat cauſam expreſsè: & non ſufficit dicere: talem Titium cauſis rationabilibus in his ſcriptis excommunicamus: ſed requiritur, quod exprimat cauſam, propter quam illum excommunicat: putà, quia talis fuit contumax, & ſua exigente contumacia in his ſcriptis excommunicamus. Vel ſic dicendo: Talis recuſauit facere tale quid, licèt fuerit debitè monitus, quare ipſum in legendo ſcriptis excommunicamus. Sic Gloſſa & cum illa omnes DD. Syluest *excommunicatio* 1.*n.*11.*verſ.Non eſt tamen.* Suarez *diſp.*3.*ſect.*13. *n.*5. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 2. *verſ. ſecundo loco.* Filliuc.*tract.*11.*cap.*3.*q.*9.*n.*107. Baſſ.*verb.excommunicatio* 2.*n.*8.Corneio *diſp.*6. *de cenſ. in gen. dub.*1.*q.*2. Bauny *diſp.*1. *de excommun.q.*13. & omnes.

QVÆSTIO VIII.

An expreſſio cauſæ, propter quam fertur Cenſura, conſcribi in omni Cenſura debeat?

REſpondeo quod non: ſed ſolùm quando fertur cenſura pro peccato præterito contra certam, & determinatam perſonam: quia tunc plenè & complete ſolùm, poteſt obſeruari hæc conſtitutio; cum ſolùm in dicto caſu, in cenſuræ ſententia poſſit explicari, non ſolum cauſa remota, ſcilicet delictum commiſſum, ſed etiam cauſa proxima cenſuræ, quæ eſt contumacia, & inobedientia ipſius rei, quia ſcilicet, præmonitus vt ſatisfaceret, vt reſtitueret, vt ceſſaret à crimine &c. noluit parere. Non verò quando fertur cenſura pro peccato commiſſo contra incertam perſonam, quia quamuis tunc in ſententia poſſit exprimi cauſa remota, ſcilicet, ſcelus commiſſum, non tamen proxima, nempe contumacia, quæ adhuc non præceſſit quando fertur cenſura. Sic Alterius, Suarez, & Filliuc. *citati.*

QVÆSTIO IX.

An hæc expreſsio cauſæ Cenſuræ ſit de eius valore, ita vt, ſi non exprimatur, ſit inualida Cenſura?

REſpondeo tanquam quid certum: Non eſſe de eius valore; Quia expreſſio cauſæ propter quam fertur cenſura, non eſt de huius ſubſtantia, aut eſſentia, ſed ſolum neceſſaria neceſſitate præcepti, vt expreſſè docet Corneio *loc.cit.*per hæc verba: Quamuis ſi cauſæ expreſſio omittatur, cenſura nihilominus valida erit: ſicut diximus validam fore, etiamſi ſine ſcriptura proferatur: nec iſta conditio requiritur ad cenſuram latam ab homine per modum legis, aut ſtatuti, cum lex ſemper iuſta ſit, aut præſumatur: ex cap. *Erit autem lex diſt.* 4. Sic Corneio. Legantur à nobis dicta *q.*2.*diſputationis* 4.

QVÆSTIO X.

An Iudex excommunicans teneatur tradere reo, ſi ab hoc intra menſem fuerit requiſitus, exemplum ſcripturæ continentis ſententiam Cenſuræ?

REſpondeo tanquam certum: teneri. Quia id expreſsè præcipitur in citato cap. *Cum medicinalis*, ſup. *quæſt.* 1. Illis verbis: *Exemplum verò huiuſmodi teneatur excommunicato tradere infra menſem, ſi fuerit requiſitus &c.* Ex quibus verbis conſtat, hanc tertiam conditionem, dicto capite aſſignatam, non præſcribi à Pontifici abſolutè, & ſimpliciter, ſicut duæ priores conditiones, nempe ſcripturæ & expreſſio cauſæ; ſed ſub conditione, ſi Iudex infra menſem requiſitus fuerit, quare ſi non requiratur, non afficitur pœnâ, vt ex Gig. in *tract. de penſ. q.* 37. *n.*36. docet Alterius *lib.*3.*diſp.*4.*cap.*2.*verſ.Poſtrema conditio*, & ante illos Gloſſa *in cit.cap.verb.requiſitus.* Sic omnes DD. Suarez *lo.cit.n.*7. Filliuc.*n.*108.*& alij.*

QVÆSTIO XI.

An exemplum ſcripturæ dictæ, quod reo tradendum eſt, debeat eſſe integrum?

REſpondeo tanquam certum: Debere eſſe integrum, & continere ſententiam cenſuræ de verbo ad verbum vſque ad notationem diei, menſis, & anni: Quia aliàs non eſſet exemplum. *argum.cap. Eam te.de reſcrip.* Sic gloſſa *in d. cap. Cum Medicinalis. verb. exemplum.* ex ſententia Ioan. Andr. Alterius *loc. cit. verſ.Gloſa.* Suarez *num.*7.*cit.*

QVÆSTIO XII.

An Iudex teneatur dare exemplum, ſeu copiam ſententiæ, non ſolùm quando pronunciat Cenſuram contra determinatas perſonas, ſed etiam quando pronunciat in generali contra quoſcumque, qui hoc, vel illud fecerint?

NEgat Alterius *loc.cit.* ex Gloſſa per hæc verba: Similiter notat Gloſſa *in verb. Excommunicato.* ex textu, cum ait: *teneatur ſcripturæ exemplum tradere excommunicato*, hanc obligationem intelligendam eſſe, quandò excommunicatur certa perſona, non autem quando pronunciatur ſententia excommunicationis contra quoſcumque, qui hoc, vel illud fecerint, & ita perſona excommunicata eſt incerta,

certa, tunc enim non tenetur Iudex ſub pœnis contentis in hoc capite, tradere copiam ſententiæ. Ita Alterius.

Sed melius ſub diſtinctione reſpondeo dicendum: Quod licèt verum ſit, quod Iudex potiori iure teneatur dare copiam ſententiæ, quando pronunciat cenſuram contra perſonas determinatas, in quo benè Gloſſa: nihilominus tamen etiam id tenetur ſuo modo facere Iudex, quando cenſuram fert in generali, vel contra innominatam perſonam, caſu, quo aliquis qui ſub illa comprehendi poterat, exemplum ſeu copiam ab illo petat, ſic ex Hoſtienſi docet Ioan. Andr. Gloſſam citatam ab Alterio: per hæc verba: Plus dixit Hoſt. quod ſi innominatus, qui comprehendi poterat ſub generali, petat exemplum, debet ſibi concedi. Sic ille. Et ex illo Suarez *diſp.3.ſect.13.n.7.* Filliuc. *tract. 11. cap.4. q.9. n.* 108.*verſu Tertia*. Villalob. *tract. 16. diſp.7.num. 6.*

Qvæstio XIII.

An Iudex pronuncians ſententiam Cenſuræ, præſcripta Iuris forma non ſeruata, pœnam ſuſpenſionis à diuinis Officijs per menſem, ipſo iure incurrat?

Reſpondeo tanquam certum: affirmatiuè. Quia ſic expreſsè habetur *in dicto cap. cum medicinalis. cit.* his verbis. *Si quis autem Iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator, per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis Officijs nouerit ſe ſuſpenſum.* Sic textus. Addens præterea; quod ſi ſic excommunicatus Superiorem adierit, tunc ſine difficultate ab ipſo ſit abſoluendus, & Iudex qui cenſuram tulit condemnandus ad expenſas, & intereſſe, & alia pœna puniendus, ſi Superior iudicet expedire. Adjungit denique: quod ſi Iudex ita ſuſpenſus diuinis Officijs ſe immiſcuerit, incurrat irregularitatem, à qua ſolus Papa diſpenſare poſſit. Hæc omnia ſtatuit *in d. cap.* Innoc. IV. contra Iudices negligentes præfatum ordinem Iuris in pronunciandis cenſuris. Legantur de hoc puncto Suarez & Filliuc. *loc. cit.* Alterius *lib. 3. diſp. 4. cap. 3.* Villalob. *loc. cit. n. 7.*

Qvæstio XIV.

An Iudex, qui dictum ordinem Iuris in ferendis Cenſuris negligit, peccet mortaliter?

Reſpondeo tanquam certum: dicẽdo: Quod Iudex qui cenſuram fert ſolo verbo, ſine ſcriptura, continente cauſam, propter quam fertur cenſura &c. mortaliter peccet. Ratio eſt. Quia violat legem in re graui, quam maximè intereſt publici boni ſeruari: ergo. *Confirmatur.* Nam pœnæ grauitas, indicat grauitatem culpæ: ſed ſic eſt, quod qui negligit hunc iuris ordinem ſeruare, plectitur pœna ſuſpenſionis per vnum menſem ab ingreſſu Eccleſiæ &c. (vt nuper eſt habitum) quæ eſt grauis pœna: ergo. Sic tenent omnes. Nauarr. *cap. 27. num.* 8. (non 18. vt leges apud Banny.) Saytus *lib. 5. cap. 13. n.* 17. Suarez *diſp. 3. ſect. 13. & diſp. 17. ſect.* 13. Auila *2. p. cap. 2. diſp. 1. dub. 3. & 3. p. diſp. 2. dub. 1. concl.* 4. Vgolinus *tab. 1. cap. 14. §. 6.* Alterius *lib. 3. diſp. 4. cap. 3. in principio.* Ægidius *diſp. 13. dub. 9. n.* 89. Filliuc. *tract. 11. c. 4. q. 9. num.* 109. Bonac. *diſp. 1. q. 1. pun. 8. n. 1.* Bauny *diſp. 1. de excommunic. q. 13.* Cornejo *diſp. 6. de cenſur. in comm. dub. 1. & diſp. 7. de excommun. dub. 1.* Baſſæus *verb. Excommunicatio 2. num.* 8. Candid. *de cenſur. diſquiſ. 22. art. 18. dub. 1.* Diana *par. 5. tract. 9. reſol. 73.*

Qvæstio XV.

An Prælati Regulares teneantur ex vi iuris, Cenſuras ferre in ſcripto, in quo contineatur cauſa &c?

Negant abſolutè Lapus *alleg. 73. de ſent. excom.* & Felin. *in cap. ſacro, de ſent. excom. n. 7.* Quia (inquiunt) Prælati Regulares, quantum ad regimen ſuorum ſubditorum, ſeruant diuerſum ordinem, & ritum ab eo, quem ſeruant Prælati ſæculares. Citat etiam pro hac parte Bonacina (vt vidit Diana) Saytum *lib. 5. cap. 9.* & Henriquez *lib. 13. cap. 34. num.* 4. Sed certè ex his (quod non vidit Diana) oppoſitum docet Saytus *lib. 1. cap. 7. n. 5.* (vt bene Corneio citat) & Henriquez nil ad propoſitum dicit, *loco* à Bonacina *citato*; benè tamen *cap. 16. num.* 2. ita in corpore capitis dicens: At Prælatus Regularis ſi abſque ſcriptis excommunicet ſubditos, non incurrit ſuſpenſionem. Sic ille in corpore. Licet in gloſſa, *litt. Q.* probet id habere ratione priuilegij. De quo infrà.

Sed probabilius longè reſpondeo. Teneri ex vi iuris, Prælatos Regulares Cenſuras ferre in ſcripto &c. & aliter facientes peccare, incurrere ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem &c. Quia conſtitutio cap. *cum medicinalis*, quo definitur, vt hic ordo in ferendis cenſuris ſeruetur, eſt generalis, abſque vlla exceptione: ergo comprehendit Prælatos Regulares; patet, quia quando lex aliquid ſingulare de Religioſis ſtatuere vult, eos excipit, vt patet *in Clement. 1. de priuileg.* Sed ſic eſt, quod hic non excipiuntur, nec alibi in iure habetur, quod Prælati Regulares non contineantur ſub generali conſtitutione, niſi fuerint expreſſi: ergo ex vi iuris Prælati Regulares tenentur ſub pœna peccati mort. & ſub pœna ſuſpenſionis ferre Cenſuras in ſcriptis, cum expreſſione cauſæ &c. Sic Nauar. *cap. 27. n. 8.* Vgolinus *tab. 1. cap. 14. §. 6.* Alterius *lib. 3. diſp. 4. cap. 3. verſ. oppoſitum tamen*, Auila *2. part. cap. 2. diſp. vnica dub. 3.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. q. 1. punct. 8.* (non 9. vt leges apud Dianam) *num. 2. verſ. Quinto eximuntur.* Corneio *diſp. 6. de cenſur. in gen. dub. 1. q. 5.* & antea Dominic. *cap. 1. de ſent. excom. n.* 21. Franc. *n. 7.* Angel. *excom. 5. n.* 3. Palac. *diſt.* 18. *q. 4. pag.* 350. Archangel. *diſt.* 18. *pag.* 234. *col. 1. lit. D.* Refert etiam Diana vtraſque ſententias, *par. 5. tract.* 73. & ſolum ait, id poſſe Prælatos, ex vi priuilegij, de quo *infra. q.* 17.

Qvæstio XVI.

An Prælati Regulares poſſint licitè ſaltem ex vi conſuetudinis, ferre Cenſuras ſolo verbo, ſine ſcriptura &c.

Affirmat abſolutè Llamas. *1. part. Metho. cap. 9. §. 25.* ita loquens: Quarta eſſentialis conditio, ex ſolo ſtatuto Eccleſiæ, excommunicationis, (vt valida ſit) eſt, vt excommunicans procedat, & ſententiam proferat ſcripto, niſi vbi neceſſitas, vel conſuetudo, quæ eſt vera legum interpres, contrarium dictauerint. Nam cum hæc conditio ſit merè iuris humanì, contra illam conſuetudo præſcriptionem ingerit, & ſic in Religionibus nunquam obſeruata fuit hæc conditio, nec ibi commodè potuit, vel poteſt: ſed ſat eſt, verbo proferatur, & tenet, vt docet Nauar. *Man. cap. 27. num. 9.* & Gabriel *in 4. diſtinct. 18. q. 2. art. 7.* Huc vſque Llamas.

Sed certè malè in eo quod pro ſe citet Nauarrum, nam abſolutè loquendo contrarium omnino docet, *loco cit.* à Llamas (*ſibi num. 9.* mihi 8. *fine*) per hæc verba: Quæ tamen pœna ſuſpenſionis non afficit Epiſcopos:

Digitized by Google

Epiſcopos: quia non fit eorum particularis mentio, quod eſt neceſſe, vt ipſi incurrant ſuſpenſionem, *cap. Quia periculoſum eod.tit.& lib.* Nec Prælatos Religioſorum, quando eſt periculum in mora, vel conſtitutiones Ordinis præſcribunt aliam formam, vel propter ignorantiam iuris ſecundum Gabr *in 4.diſt.* 18. *q.2.col.9.can.7.* qui non ſatis vigilanter loquitur: quia quando periculum eſt in mora, etiam alij omittere poſſunt ſolemnitatem prædictam, per *cap. Conſtitutionem, ſub fin.de ſent.excomm.lib.6.*& conſtitutiones, niſi eſſent confirmatæ à Sumo Pontifice non poſſunt derogari iuri communi, *cap. Quod ſuper ys, de maiori, & obedient.* & ignorantia, niſi eſſet iuſta, eos non excuſaret, *cap.ignorantia, de reg.iur.lib.6.* Præſertim quod Prælati Religioſorum cautius excommunicare debent, quàm ſæcularium, propter maiorem charitatem, quâ debent eſſe erga fratres, *argum.notatorum* per Panormit.*& in cap.Cum cauſam, quæ, de Iudic.* Huc uſque meus Nauarrus. Per cuius verba vides, quod non ſolum ipſe, non doceat quod Llamas docet, ſed neque Gabriel. Vnde.

Clarius reſpondeo dicendum, quod licitè poſſint Prælati Regulares, aut ex vi conſuetudinis, in Religionibus, vbi fuerit introducta & legitimè præſcripta, (vt eſt in multis Religionibus tempore viſitationis, vt fatetur Archang.*diſt.18.pag.* 234. *col.1. lit. C.*) aut ex vi ſuarum conſtitutionum aliud præſcribentium, dummodo ſint cõfirmatæ à Papa, ferre Cenſuras ſolo verbo abſque ſcriptura, &c. ob rationes aſſignatas à Nauarro, & Hieronymo Llamas: ſecus verò loquendo de Prælatis in quorum Religionibus, nec vrget dicta conſuetudo, nec habent conſtitutiones à Pontifice Summo confirmatas, contra ordinem præfatum iuris formam in Cenſuris ferendis ſtatuentes. Sic ex parte Auila 2 *p. c. diſp vnica dub.3.* ex Nauarro *loc.cit.*& antea Syluest.*excomm.1.n.14.* ibi: Secundò limitatur quoad Religioſos ſpecialiter & rationabiliter, quando ſtatuta ſui Ordinis, vel communiter approbata conſuetudo aliud haberet.

QVÆSTIO XVII.

An ſaltem ex vi priuilegij, poſſint Prælati Regulares abſque pœna peccati, & ſuſpenſionis, ferre Cenſuras, verbo tenus; ſine expreſſione cauſæ, &c.

AFfirmat abſolutè Henriquez *lib.13. cap.16 n.2. in corpore capitis,* per hæc verba: At Prælatus regularis, ſi abſque ſcriptis excommunicet ſubditos, non incurrit ſuſpenſionem. Per priuil.Leon X.*(addit is Gloſſa lit.Q)* ad Minor.refert ſuplem.Minor.*fol.93. conceſſ.291.* Compend Mendic. *verbo excommunic.*§ 7. *Abſolutio quoad fratres,*§.12.*fol.8* Claud. & compend. Bernard.*verb.excommun.*§.1.ita Henriquez.

Alij verò non abſolutè id affirmant, ſed ſolùm ex caſu, quo Prælati Regulares Cenſuras ferant contra aliquem fratrem in particulari; non verò caſu, quo illas ferant per modum ſtatuti, vel ordinationis omnibus fratribus Prouinciæ, aut domus, ſeu Conuentus, eo quod illud habeant priuilegium, non ad hoc. Sic Portel. *in dub. Regul. verb. excommunicare, num.1.* Diana *parte 5. tract.9. reſolut. 7.* & Villalobos *tom.1.ſumma tractatu 16.difficult. 7. num. 2.* & *in man. Confeſſor. cap.12. num.7.* vbi ſic ait: Algunas condiciones pone el derecho, que ſe deuen guardar en poner las Cenſuras. La primera que ſe ponga por eſcrito, aunque ſi ſe hizieſſe ſin eſſo valdria. Y Leon X. concedio que los Prelados de la Orden de los Frailes Menores de la Obſeruancia, quando deſcomulgan algun Fraile en Capitulo ò Communidad, no eſten obligados a poner la por eſcrito: mas el Prælado que poni deſcommunion por via de ſtatuto (como ſi la puſi eſſe à todos los Frailes de la Prouincia, ò Conuento, para que no hagan tal coſa) ſin eſcrito, incurre en la pena de ſuſpenſion, como los demas, que no ay para eſſo priuilegio. Ita Villalobos, & ante hos omnes Rodriguez *tom.1.queſt.regul.queſt.69. artic.3. pag. mihi* 194. Quia ſolum, inquit, conceſſit Pontifex, *quod Prælati Ordinis Minorum, cum aliquem fratrem propter apoſtaſiam, vel aliam cauſam excommunicant in capitulo fratrum, vel in communitate, non teneantur proferre ſententiam in ſcriptis, prout in iure, ſub pœna ſuſpenſionis, præcipitur proferentibus.* Sic Leo X ex verbis cuius conſtat, non conceſſiſſe vniuerſaliter, vt nullam ſententiam excommunicationis non teneantur Prælati in ſcriptis proferre: ſed tantùm illam, quæ per modum præcepti fulminatur contra aliquem fratrem particularem: vt patet ex illis verbis: *Cum aliquem fratrem.* Hæc Rodriguez.

Sed ego diſtinctius reſpondeo: *primò.* Prælati Regulares poſſunt ferre excommunicationem, & alias Cenſuras, ſolo verbo, & ſine ſcriptura, quando illas ferunt per modum ſententiæ particularis, contra aliquem, vel aliquos de communitate, propter apoſtaſiam, ſcilicet, vel aliam cauſam; quia id expreſſè continetur in priuilegio Leonis, vt conſtat, & concedunt Authores vtriuſque ſententiæ.

Reſpondeo *ſecundò,* Prælati Regulares non poſſunt, (ex vi dicti Leonis priuilegij) abſque pœna peccati mortalis, necnon & ſuſpenſionis, ferre ſolo verbo & ſine ſcriptura, excommunicationem, & aliàs Cenſuras per modum ſtatuti, ordinationis, ſeu præcepti. Vnde nullo modo poterunt ponenere Cenſuras ſolò verbo, abſque incurſione dictarum pœnarum, omnibus fratribus Prouinciæ, vel domus, ſiue permanenter, per modo ſtatuti; ſiue ad tempus, per modum præcepti; verbi gratia, ne in diebus, adhuc à Regula vetitis, carnes edant; ne tales domos ingrediantur, vel quid ſimile. Quia priuilegium Leonis ſolùm loquitur de Cenſuris, quæ apponuntur fratribus ob puniendum delictum commiſſum: ergo non eſt extendendum ad Cenſuras quæ ſolent ferri ad præcauenda peccata futura, & apponuntur per modum ſtatuti, aut præcepti. Confirmatur: Quia difficile admodum eſt, vt Prouinciales, ſolo verbo, & ſine ſcriptura ponant Cenſuras omnibus fratribus Prouinciæ: imò nec Prælatus Conuentualis omnibus fratribus ſui Conuentus, per modum præcepti permanenter: ergo de iis caſibus non debet intelligi priuilegium Leonis. Hæc reſponſio eſt contra Henriquez.

Reſpondeo *tertiò*, Prælati Regulares nequeunt, adhuc dum actualiter viſitant ſuos Conuentus, ferre Cenſuras per modum præcepti, ſolo verbo, ex vi dicti priuilegij, ob rationem dictam. Secus aliàs, ex vi conſuetudinis, vbi introducta & præſcripta eſt: aut ex vi ſuarum conſtitutionum præſcribentium in tali caſu, poſſe Prælatos ferre Cenſuras verbo tenus, dummodo hæ à Pontifice ſpecialiter ſint confirmatæ, vt ſupra eſt habitum.

QVÆSTIO XVIII.

An Epiſcopi ferentes Cenſuras ſolo verbo, peccent etiam mortaliter, & incurrant ſuſpenſionem per menſem?

REſpondeo tanquam certum: peccare mortaliter, (niſi aliàs vrgeat iuſta & rationabilis cauſa, vt *infrà*) non tamen incurrere pœnam ſuſpenſionis. *Primum* conſtat. Quia *cap.Cum medicinalis, de ſent.excom. in 6.* vbi prohibetur Prælatis ſolo verbo Cenſuras ferre,

Digitized by Google

ferre, generaliter loquitur, & nullum Prælatũ excipit: ergo, quiſquis ille ſit inferior Papa, peccabit mortaliter, ſi illius ordini cõtrauenìat. Sic expreſsè Llamas 1. *parte Method. cap.* 9. §. 35. ibi: Sed hæc pœna Epiſcopos non tangit: etſi peccarent mortaliter. Sic ille, & credo omnes, vt habet Gloſſa *in ſumm. dicti capitu*.

Secundum etiam conſtat. Quia vt prædicta pœna ſuſpenſionis Epiſcopos tangeret, & comprehenderet, deberet fieri ſpecialis mentio in dicto capite: at non fit, vt conſtat: ergo. Maior, in qua poteſt eſſe difficultas, clarè probatur, *ex cap. Quia periculoſum, de ſent. excommun.* (non *de ſent. & re iud.* vt habet Llamas) *in* 6. vbi habetur, quod Epiſcopi nullam interdicti, vel ſuſpenſionis incurrant ſententiã, niſi in ſententia ſint expreſſi, per hæc verba: *Quia periculoſum eſt Epiſcopis, & eorum Superioribus propter executionem pontificalis officij, quod frequenter incumbit, vt in aliquo caſu interdicti, vel ſuſpenſionis incurrant ſententiam ipſo facto: Nos deliberatione prouida duximus ſtatuendum, vt Epiſcopi, & alij Superiores Prælati, nullius conſtitutionis occaſione, ſententiæ, ſiue mandati, prædictam incurrant ſententiam vllatenus ipſo iure: Niſi in ipſis de Epiſcopis expreſſa mentio habeatur.* Sic Innocent. IV. Et ſic omnes. Gloſſa *in ſumma dicti cap.* vbi ait, quod Epiſcopus non incurrit ſuſpenſionem latam à iure: *Niſi de ipſo fiat expreſſa mentio in conſtitutione pœnali, putà ſi dicatur, quod faciens tale quid, vel non faciens, incurrit ſententiam excommunicationis, vel ſuſpenſionis, etiamſi fuerit Epiſcopus.* Nauarrus *in ſum. cap.* 27. *num.* 8 Auila *de Cenſur.* 2. *parte cap.* 2. *diſput.* 1. *dub.* 3. Alterius *lib.* 3. *diſput.* 4. *cap.* 3. *verſ. Vt autem clarius.* Llamas *loc. citato.* Bonac. *diſput.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *num.* 2. Bauny *diſput.* 1. *de excommun. quæſt.* 13. *pag.* 81. Suarez *de Cenſur. diſp.* 27. *ſect.* 1. *num.* 16. *& diſput.* 38. *ſect.* 3. *num.* 6 *&* 7.

QVÆSTIO XIX.

An Iudex, qui ob euitandum periculum inſtans, aut, ob aliam iuſtam cauſam, ferret Cenſuras ſolo verbo, peccaret mort. & incurreret ſuſpenſionem?

RESpondeo tanquam certum: quod nullo modo. Quia id clarè indicant *verba dicti cap. Cum medicinalis*, nempe: *Si quis autem Iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator*, &c. Nam, qui periculo inſtante, aut alia cauſa rationabili ſuadente, ſolo verbo Cenſuras ferret, neutiquam diceretur temerarius violator. Sic Gloſſa *in d. cap. verb. temerarius.* vbi ſic ait: Et per litteram iſtam putò, quod ſi excommunicator non fuit in aliqua culpa; putà, non erant neceſſaria ad ſcribendum, & periculum erat in mora: credo quod habeat locum pœna. Sic Gloſſ. Alterius *loc. cit. verſ. Vocatur autem.* Bonacina *loc. cit. num.* 2. *verſ. Tertiò eximuntur.* Auila *loc. citat.* vbi ait, quod cauſa iuſta, vt excommunicatio feratur ſolo verbo, eſt quando laicus iniuſtè extrahitur ab Eccleſia, vel Clericus ſubitò per Iudicem fertur ad ſupplicium, &c. Nauarrus *cap.* 27. *n.* 8. Quid id probat *ex cap. Conſtitutionem, de ſent. excomm. lib.* 6. Archang. *diſt.* 18. *pag.* 234. *col.* 1. ſic dicens: Ego teneo, etiamſi periculum non ſit in mora, dummodo facti qualitas aliter ſuadeat, quempiam non in ſcriptis excommunicantem, minimè prædictam incurrere pœnam. Ratio eſt, nam Pontifex ait: ſi quis autem iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator, per menſem vnũ, &c. Modo cum facti qualitas aliter ſuadeat, vel ratione temporis, vel ratione vſus in oppoſitum, ſicut contingit tempore viſitationis in Religionibus; vel ratione alterius cauſæ rationabilis, qui non ſcriptis excommunicat, non eſt temerarius, vti conſtat, huius conſtitutionis violator: qua re nec pœnam hanc incurrere eum debere fatentur. Sic Archangelus.

QVÆSTIO XX.

An Iudex, qui bona fide, aut ignorantia inculpabili, ferret Cenſuram ſolo verbo, excuſaretur à dictis pœnis?

RESpondeo tanquam certum: excuſari. Quia qui cum bona fide, aut ignorantia iuſta, ſeu inculpabili iuris, procedit, nullo modo poteſt dici quod ſit legis temerarius violator. Sic Nauarrus *loc. citato.* Alterius *lib.* 3. *diſput.* 4. *cap.* 3. Bonacina *diſput.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *num.* 2. *verſ. Quarò*, ante illos Gabr. *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 2. *col.* 9. Syluester *excommun.* 1. §. 14. Angelus *verb. excommunicat.* 2. *num* 3.

QVÆSTIO XXI.

An etiam ille Iudex, qui ex inaduertentia Cenſuræ, ferret ſolo verbo Cenſuras, excuſaretur à relatis pœnis?

NEgatiuam ſententiam tenere Gloſſam *in cap. Cum medicinalis, de ſentent. excommun. in* 6. ait Bonacina *loco citato.*

Sed omnino oppoſitum reſpondeo: quia ſicut bona fides eſt potens ad excuſandum quem à fractione præcepti, vt diximus *tom.* 3. *de precept. Eccleſiæ.*

Ita eſt potens inaduertentia legis, ſeu præcepti, ad excuſandum quem à fractione illorum, & conſequenter à pœna impoſita violatoribus eorum: nam vbi abeſt culpa, nullo modo adeſſe debet pœna. Sic ſentiunt communiter Doctores. Nec oppoſitum ſentit Gloſſa Nam illa non loquitur de illo, qui ex inaduertentia Cenſuræ, verbo tenus excommunicat; ſed de illo, qui ex negligentia, ſtultitia, vel fatuitate hoc facit.

QVÆSTIO XXII.

An Iudex, qui ex ignorantia culpabili, ſolo verbo Cenſuras ferret, incurreret dictas pœnas?

NEgatiuam ſententiam eſſe veram, probare quis poteſt, vt verbis capitis, in quo eſt prohibitum, ſolo verbo, ſine ſcripto Cenſuras ferre: dicitur enim ibi: *Si quis autem Iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator*, &c. tunc ille: Sed ſic eſt, quod temerarius violator, ſolum dicitur ille, qui ſcienter, & doloſè contemnit legem: ergo ille, qui ignoranter, etiam culpabiliter, prætermiſſo huiuſmodi iuris ordine, poneret Cenſuras ſolo verbo, abſque Scriptura, non afficeretur pœnis in dicto capite appoſitis. Hanc partem videtur tueri Bonacina *loco cit.* cum ſe opponat Gloſſæ iam citandæ.

Affirmatiuam nihilominus ſententiam abſolutè docet Gloſſa *in cap. Cùm medicinalis, cit. verb. Temerarius.* Vbi inquirens, an ad has pœnas incurrendas, requiratur quod quis ſit in dolo? Reſpondet per hæc verba: Dic contra: quia ſufficit quod negligentia, ſtultitia, vel fatuitate hoc fecerit. Sic Gloſſa. Quam ſequuntur ibi Dominic. Philippus, & Ioan. Andr. & etiam Alterius *cap.* 3. *citat.* ita loquens: Reſpondeo ignorantiam culpabilem non excuſare ab his pœnis: Quare quamuis Iudex omiſerit hunc ordinem definitum ab ipſo iure ex negligentia, ſtultitia, fatuitate, vt loquitur Gloſſa *in verb. Temerarius*, incurrit

Digitized by Google

incurrit ſuſpenſionem, & alias pœnas: quoniam ignorantia eius, quod ad officium proprium pertinet, non excuſat. *Inſtit. de lege Aquil.* §. *Præterea habetur*: *Imperitiam in re ad proprium officium pertinente non excuſare*. Ita ille. Et ante illum Nauar. *cap 27. n. 8. in fine*, quatenus ait, quod ſolum ignorantia iuſta poteſt Iudicem excuſare à pœnis in iure poſitis.

Sed diſtinctiùs, & probabiliùs reſpondeo dicendum. Quod Iudex qui ex ignorantia, aut negligentia mortaliter culpabili ferret Cenſuras ſolo verbo, planè incurreret culpam mortalis peccati, & ſuſpenſionis pœnam, etiamſi in Iudice nullus eſſet dolus. Secus verò ſi hoc faceret Iudex ex ignorantia, negligentia, aut inaduertentia venialiter culpabili.

Prima pars huius reſponſionis eſt nota. Quia ad incurrendam Cenſuram aliquam, cum ſit pœna grauiſſima, neceſſum eſt, quod præſupponatur culpa grauis: ergo vt Iudex incurrat in dicto caſu ſuſpenſionem, neceſſum erit, quod ex ignorantia, quæ ſit mortalis, ferat Cenſuram ſolo verbo. Ex quo iam conſtat veritas ſecundæ partis. Id credo ſentiunt, & non aliud Authores ſecundæ ſententiæ. Et innuit Sylueſt. *excommunicat. 2. num. 4.* Quatenus ad incurrendam hanc pœnam ex negligentia, aut ignorantia iuris, innuit debere eſſe maximam. Sed de hac materia adhuc *infrà*.

Nec fundamentum primæ ſententiæ vrget contra nos. Quia in textu vocatur *temerarius violator*, non quia requirat dolum ad contrahendam hanc ſuſpenſionis pœnam, ſed dicitur temerarius violator, quando Iudex prætermittit Ordinem definitum, voluntariè & ſpontè, & non propter aliquam iuſtam cauſam. Simile habetur *in cap. Periculoſa. Ne Clerici vel Monachi lib. 6.* Legatur Alterius *loc. cit. verſ. vocatur autem*, *& verſ. Dicendum eſt*, & Archangelus *diſt. 18. pag. 234. col. 1.*

QVÆSTIO XXIII.

An Prælatus, qui in ferendis Cenſuris non ſeruat formam in d. cap. Cum medicinalis, *præſcriptam, maneat eo ipſo priuatus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis Officijs in ea celebrandis?*

RESpondeo tanquam certum, affirmatiuè. Quia ita expreſsè habetur *in dicto cap. vt vidimus quæſt. 1.* his verbis: *Si quis autem Iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit violator per menſem vnum ab ingreſſu Eccleſiæ, & diuinis Officiis nouerit ſe ſuſpenſum.* Sic textus. Et *infrà*: *Caueant autem Eccleſiarum Prælati, & Iudices vniuerſi, ne prædictam pœnam ſuſpenſionis incurrant: quoniam ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi ſicut prius, irregularitatem non effugiunt iuxta canonicas ſanctiones, ſuper qua nonniſi per Summum Pontificem poterit diſpenſari.* Sic ibi. Et ſic omnes Doctores *in d. cap. & in cap. Is cui, eod. tit. in lib. 6.*

QVÆSTIO XXIV.

An Prælatus, qui, ob non ſeruatam formam præſcriptam in dicto textu, in ſuſpenſionē incidit, per menſem, tranſacto illo, abſque alia relaxatione, tollatur ſuſpenſio?

AFfirmat Gloſſa *in d. cap. Cum medicinalis, verb. per menſem*, dicens, quod elapſo menſe, ipſo iure reſtituatur. Quod probat *ex cap. Si quis amodo, diſt. 81. & cap. Non eſt nobis, de ſponſalib.* Sed certè hi, per quos probat textus hanc ſuam ſententiam, nil habent ad propoſitam quæſtionem, licèt concernant ad eam materiam.

Sed clarius reſpondeo dicendum, Quòd verum ſit, quod tranſacto menſe, ipſo iure reſtituatur ad ſuum priſtinum ſtatum, & abſque alia relaxatione tollatur ſuſpenſio, ſi tamen ſententiam ſeruauit, & peccatum confeſſus fuerit, aut pœnituerit, nam aliàs, quoad ſe, ſemper remanet ſuſpenſus, eo quod hæc ſuſpenſio incurritur ex peccato mort. non tamen remanebit ſuſpenſus quoad alios. Sic ex Hoſtienſ. docet Ioan. Andr. vt habetur *in d. cap.* in Addit. ad dictã Gloſſam. Quos citat, & ſequitur Alterius *lib. 3. diſput. 4. cap. 5. verſ. Tertiò quæri poteſt.*

QVÆSTIO XXV.

An, ſi Prælatus, ob non ſeruatam dictam formam iuris ſuſpenſus, durante menſe celebraret in Eccleſia, aut alia diuina officia exequeretur, eo ipſo maneret irregularis?

RESpondeo tanquam quid certum: manere irregularem. Quia ſic expreſsè eſt cautum, *in dicto cap. Cum medicinalis*, vt habitum eſt, *quæſt. 23.* Sic communiter Doctores *in hoc cap. & in cap. Is, cui eod. tit. & lib. 6.* Alterius *loc. cit. verſ. Dicendum eſt Prælatum.* Vbi notat quod prædictus contrahat hanc irregularitatem, ſiue celebret in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam, in domo priuata, vel ſub tentorio, &c. eo quod ſuſpenditur à Pontifice, non ſolum ab ingreſſu Eccleſiæ, ſed etiam à diuinis Officiis, hoc eſt, à duobus actibus; nempe ab actu ingrediendi Eccleſiam, & ab actu celebrandi. Quod ſecus dicendum foret caſu, quo talis Prælatus eſſet priuatus abſolutè ab ingreſſu Eccleſiæ tantum, vt priuatur Iudex qui excommunicat prætermiſſa canonica monitione, *in cap. Sacroſ. de ſentent. excommunicat.* quia tunc ſolùm incurreret irregularitatem in Eccleſia celebrando, non ſi extra illam, eo quod non eſt priuatus principaliter à diuinis Officiis, ſed ab ingreſſu Eccleſiæ ſolum.

QVÆSTIO XXVI.

An, vt Iudex incurrat pœnam dictæ ſuſpenſionis, ſatis ſit, vt in ferenda Cenſura, vnicam conditionem prætermittat, etiamſi alias adhibeat?

RESpondeo: ſatis eſſet. Quia *in dicto cap. Cum medicinalis*, præcipitur, vt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum promulgentur in ſcriptis, cum expreſſione cauſæ, & copia ſententiæ tradatur reo intra menſem petenti, &c. at qui vnam ex his conditionibus omittit, violat reuera conſtitutionem præcipientem illam formam: ergo ipſo facto incurrit dictam ſuſpenſionem. Sic Gloſſa *in ſum. in cit. cap. Cum medicinalis, verſ. Sed ponamus.* Alterius *lib. 3. diſputat. 5. cap. 3. verſ. Quartò dubitari.*

QVÆSTIO XXVII.

An huiuſmodi pœna incurratur à Iudice non ſeruante dictam formam iuris, caſu, quo Cenſura careat effectu?

NEgat Lapus *allegat. 73. de ſentent. excomm. initio, verſ. Sed de ſecundò.* Quia inquit talis pœna eſt acceſſoria Cenſuræ latæ: ergo ſi principale, firmum non eſt, nec acceſſorium erit. *regul. Acceſſorium, ex regul. iur. in 6.* Huic ſententiæ fauent ſatis Dominicus *in dict. cap. Cum medicinalis*, dum ait, fortaſsè eſſe veram, & Franc. *ibi*, §. *ſi quis*, *num. 3.* dicit eſſe probabilem.

Digitized by Google

Negant etiam alij, non abſolutè ſed limitatè ſic in ſn caſu præſenti diſtinguendo. Nam Cenſura caret effectu, vel quia eſt omnino irrita, vel quia reus, antequam adueniret dies termini aſſignati, appellauit, vel paruit. Si caret effectu, quia eſt omnino nulla, tunc inquiunt, Iudex qui talem Cenſuram protulit ſola voce, aut ſine expreſſione cauſæ: &c. non incurrit prædictam ſuſpenſionis pœnam. Quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, *cap. Illud, de iurepatronat.* Si vero caret effectu, eo quod reus in tempore appellauit, vel paruit: tunc inquiunt, Iudex qui talem Cenſuram voce ſola protulit, prædictam pœnam incurrit: quia in hoc caſu, cum Cenſura valida ſit, per accidens eſt, quod effectu caruerit. Ita Cornejo *de Cenſur. in gen. diſput 6. dub. 2. quæſt. 7.*

Sed ego abſolutè omnino reſpondeo: in præ aſſignato caſu ſemper incurri à Iudice ſuſpenſionis pœnam; ſiue Cenſura careat effectu, quia omnino nulla; ſiue quia reus appellauit, aut paruit. Ratio eſt, quia Summi Pontifices imponentes ſuſpenſionis pœnam aduerſus tranſgreſſores ordinis præfati iuris, non habuerunt in conſideratione iuris effectum, ſed ſolum factum, & animum facientis: ergo omnino per accidens eſt, quod Cenſura careat effectu, etiam ex eo quod ſit inualida, ad hoc vt præfati tranſgreſſores non incurrant pœnam ſibi impoſitam.

Confirmatur. Nam Notarius qui teſtamentum falſum ordinat, & facit, ſi formam teſtamenti retineat, licet ob aliquam cauſam nullum ſit, nullúmque ſortiatur effectum, poteſt puniri pœna falſi, vt docet Bartol. *in l. quod ergo, §. cum autem, ff. de his qui not infam* ergo ſimiliter ſi ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, lata contra formam iuris, retineat formam Cenſuræ, quamuis ſit inualida, Iudex qui illam tulit, ſubiectus erit pœnis. Sic ſentiunt Cardinal. *Clement. 1. oppoſit. 8 de conſanguin* Felinus *cap. Tua nos, de iureiurand. num. 7. & cap. Ex tenore, de reſcript. num. 9.* Alterius *lib. 3. diſput 4. cap. 3. verſ. Sed quamuis.*

Nec fundamentum Lapi vrget multùm. Negandum enim eſt, quod prædicta ſuſpenſionis pœna, ſit acceſſoria formaliter Cenſuræ latæ, ſed actus, ſeu formæ, quia illa fertur, non ſeruato iuris ordine, vnde hoc præpoſito, quidquid ſit de valore, aut non valore Cenſuræ ſtatim ponitur, & conſurgit pœna afficiens Iudicem inuertentem dictum iuris ordinem & præceptum. Ex quo etiam conſtat quid ſit reſpondendum ad Petrum Cornejo, ex parte nobis oppoſitum.

QVÆSTIO XXVIII.

An Cenſura lata in die feſto ſit licita, & valida?

NEgauit Anton. Butrius, vt retuli 3. *part. tract. 1. diſputat. 5. quæſt. 37.*

Sed clariùs reſpondeo: validam, & licitam, quando Cenſura fertur per modum legis, ſtatuti, aut præcepti: quia id nullibi eſt prohibitum, vt *loc. cit.* cum communi Doctorum diximus. Vnde Prælatus licitè poterit ſuis ſubditis, quæcumque ſub Cenſura in diebus feſtis præcipere. Quando vero Cenſura fertur ab homine per modum ſententiæ, tunc aiunt Cornejo *de Cenſur. in gen. diſputat. 6. dub. 3. q. 2.* Bonac. *diſp. 1. q. 1. punct. 12. Propoſit. 3.* & penes illum, Sayrus *lib. 1. c. 14. n 3 & cap. 7. num.* Suarez *tom. 1 de relig. tract. 2. lib. 3. cap. 30. n. 9.* & Vgolin. *tab. 1. cap. vlt. §. 2 n. 3.* talem Cenſuram illicitè ferri in die feſto, eo quod huiuſmodi Cenſura imponi nequit ſine præuia cognitione cauſæ iudiciali, vt habetur *in cap Sacroſ. de ſent. excommun.* & *cap. Nemo 2. quæſt. 1.* & cauſæ cognoſci non poſſunt in die feriato *cap. fin. de ferijs*, eſſe tamen validam ſi tali die feratur; ſicut eſt valide Cenſura, quæ fertur ſine trina monitione. Sed ego talem Cenſuram in feſto latam non ſolum eſſe illicitam, verum etiam inualidam, eo quod quamcumque ſententiam datam in die feſto à Iudice Ordinario, eſſe talem, ſentio, vt ſenſi *3. parte tract. 1. diſput. 5. quæſt. 31. 35. 41.*

QVÆSTIO XXIX.

An Cenſura debeat inter diem ferri, ita vt, ſi in tenebris feratur, factum non teneat?

AFfirmatiuam partem poſſe defendi innuit Gloſſa *in cap. Conſuluit, de offic. & poteſt. Iud deleg. verb. Tenebras.*

Sed ego omnino reſpondeo: quod deberet inter diem ferri: licet ſi nocturno tempore feratur, factum teneat. *Prima pars* conſtat *ex cap. Conſuluit, cit.* vbi expreſsè Innocent. III. prohibet; ne Iudicium Eccleſiaſticum exerceatur in tenebris: quia iuxta teſtimonium veritatis: qui malè agit odit lucem.

Secunda verò *pars* conſtat, quia aliter factum nullo modo irritatur per dictum caput, aut per alium textum. Sic expreſsè Gloſſa *loc. cit. verb. Tenebras*, per hæc verba: Quid ſi Iudex proceſſit in tenebris ad lumen candelæ, vel ad conteſtationem litis, vel ſententiam protulit, nunquid valet quod agitur? Credo quod valeat proceſſus, licet procedi non debuerit, dummodo aliud non impediat, & præcipuè ſi Iudex honeſtus ſit, quod hic non dicatur, quod ſi proceſſum fuerit non valeat: quia multa fieri non debent, facta tamen valent. Alij fortè contra. Hucvſque Gloſſa. Sic etiam Cornejo *loc. cit. q. 2. pag. 561.*

De conditione requiſita ex parte territorij dicam *infrà tract 2. de excommunic.*

DISPVTATIO VII.

De conditionibus quæ ſubſequuntur poſt latam Cenſuram.

QVÆSTIO PRIMA.

An poſt latam ſententiam Cenſuræ, debeat neceſſariò ſequi Denunciatio, ſeu Publicatio Cenſuræ eiuſdem?

REſpondeo tanquam quid certum: debere neceſſariò ſequi denunciationem, ſeu publicationem Cenſuræ, aut, vt clarius dicam; debere neceſſariò publicari, & denuntiari qui Cenſuram contraxit. Quia ſic ſtatutum eſt in iure. Nam *in cap. Cura 11. quæſt. 3.* præcipitur omnibus Epiſcopis, vt excommunicatorum nomina publicè denuntient, ac poſteà in celebri loco poſita cunctis conuenientibus inculcent. Et loquendo de excommunicationis Cenſura idem definitur *in cap. Peruenit 1. & cap. Paſtoralis, §. verum, de appellat. cap. Parochianos, & cap. Conqueſti, de ſentent. excomm.* Et de interdicto, habetur *in Clement. vlt. de cenſibus.* Et denique de ſuſpenſione, *in Clement. 2. de pœnis.* Et ita quamuis in iure magis definitum ſit de excommunicatione, ob eam nempe cauſam, quoniam excommunicati vitandi ſunt ab aliis, tamen de omnibus aliiis Cenſuris idem cautum eſt, vt conſtat, & docent Felicianus, & Vgolinus, quos citat & ſequitur Suar. *diſputat. 3. ſect. 13. num. 1.* Alterius *lib. 3. diſputatione 5. cap. 3.* Bonacina *diſputatione 1. de Cenſur. quæſtione 1. puncto 13. num. 1.* Cornejo *de Cenſur. in gen. diſput. 7.* &

Digitized by Google

& *de excomm.diſp.7.*Candid. *de Cenſ.diſquiſ.22.art.30. dubit.2.*Raſtellius *de Cenſur in gen. q.3. art.8.n. 2. pag. mihi* 83. Filliuc. *tract.11.cap.4.q.10.n.* 109. Machado *lib.1.parte 3.tract.2 docum.14.num.1.*

QVÆSTIO II.

Quam ob cauſam fuit inſtituta Denunciatio, aut publicatio nominis illius, qui Cenſuram contraxit?

RESpondeo *primò*, quia vt reus poſita denunciatione, & eius nominis publicatione, propter ruborem facilius reſipiſcat. *Secundò*, quia ſic excommunicatus (cuius nominis publicatio magis eſt neceſſaria, quàm interdicti, aut ſuſpenſi) ſit, non in vno tantum loco, ſed vbique, ab omnibus notatus vt infamis, & reiectus ab Eccleſia, & à communi conſortio fidelium. *Tertiò*, vt ceteri fideles vitent excommunicatum, nec valeant vllo excuſationis prætextu ſe tueri, ſi excommunicati conſuetudine vtantur, ſéque eius communioni, & ſocietati adiungant. Sic Doctores communiter.

QVÆSTIO III.

An poſt omnem Cenſuram latam debeat fieri Denunciatio?

REſpondeo quod nullo modo: ſed ſolum poſt Cenſuram latam contra particularem, & determinatam perſonam, non contra indeterminatas, & ignotas. Ratio eſt. *Primò*, quia eo ipſo quod incognitæ ſunt perſonæ quæ deliquerint in particulari: nequeunt in particulari earum nomina publicari. *Secundò*, quia denunciatio fit, vt fideles admoneantur, ne cum eo, qui Cenſura eſt ligatus communicent: at ſic eſt, quod vitari à fidelibus nequit is, qui ignoratur an ſit innodatus Cenſuris: ergo. Sic Raſtellius *loc. cit.num.1.* Bonacina, & Candidus *loc.citat.* Filliucius *loco citato, num.* 111.

QVÆSTIO IV.

An Denunciatio ſemper ſit facienda à legitimo Superiori, ſeu de eius auctoritate?

NEgat Geminianus, quem citat, ac ſequitur Vgolinus *tab.1.cap.11.§.1. circa initium*, exiſtimantes, poſſe à quocumque fieri denunciationem, caſu, quo crimen ſit adeò clarum, notum, ac publicum, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit: ſecus inquiunt aliàs in aliis caſibus.

Sed tanquam certum reſpondeo: quòd ſemper, & in omni caſu, & euentu ſit facienda Denũciatio à legitimo Superiori, vel de eius delegatione. Ratio eſt, quia fieri denunciatio, eſt actus executiuus Cenſuræ: at hic actus eſt poteſtatis coërciuæ, ſeu correctiuæ: ergo, & legitimi Superioris. *Confirmatur* ſpecialiter contra Authores primæ ſententiæ. Quia ſi, adhuc in caſu ab ipſis ſignato, denunciatio poſſet fieri à quocumque, magna ſequeretur confuſio, & occaſio ſcandali: vt conſtat. Deinde. Quia ſententia declaratoria criminis & Cenſuræ propter illud incurſæ, ſemper antecedere debet denunciationem, quantumuis factũ ſit notorium, vt *infrà quæſt.7.* dicemus, eo quod ſit prorſus inexcuſabile, moraliter ſit impoſſibile: at ſic eſt, quod ſententia declaratoria non poteſt fieri à quocumque, ſed ſolum à legitimo iudice: ergo ab eodem fieri debet denunciatio. Sic Suar. *diſp.3.ſect.13. num 7.& 8.* Filliuc. *tract.11.cap.4.q.9.n.112.* Bonac. *diſputat. 1. de Cenſur. quæſt:1.punct.13. Propoſitione 2.* R.P.Leand.de Cenſuris.

Candidus *de Cenſur. diſquiſit. 22. artic. 30. dubitat.3.* Couarruuias *in cap. Alma 1.parte, §.2.n 9.* Machado *lib. 1. parte 3. tract. 1. docum. 14. num. 3.*

QVÆSTIO V.

An, quãdo Cenſura incurſa fuit lata ab homine, primò & per ſe debeat fieri denunciatio ab eo, qui Cenſuram intulit?

REſpondeo tanquam certum: quod ſic. Quia ad illum pertinet exequi ſententiam ſuam: *ex cap. Paſtoralis, §. verum, de appellat.* Deinde poteſt fieri denunciatio ab eo, cui tale miniſterium fuerit commiſſum ab ipſomet Prælato qui Cenſuram tulit, vt habet Gloſſa *in cap. ſuper 2. de offic.deleg.in verb. executorem.* Sicque poteſt, imò & debebit fieri ab hiis Paſtoribus, & Epiſcopis, qui fuerint ab eo qui poſuit Cenſuram requiſiti. Sic Suarez, Filliucius, & Bonacina *loco citat.* Corneio *de Cenſur.in gen. diſput.7. quæſt.1.pag.562.& de excommunic. diſput.7. dub.vnico, quæſt.1.pag.*658. Alterius *lib.3.diſput 5. cap.3.verſ. Secundò dubitari.* Candidus *loco citato, verſ. Dico quintò.* Qui idem dicendũ putant, & benè cum eadem ſit ratio, ſi Cenſura incurſa lata fuerit ab ſtatuto; & iure ſpeciali Epiſcopi, nam tunc eodem modo poteſt fieri denunciatio, vel ab Epiſcopo qui talem Cenſuram tulit, vel ab executore, cui id ab Epiſcopo committitur.

QVÆSTIO VI.

An, quando Cenſura incurſa lata fuit à iure communi, ſit facienda denunciatio ab Ordinario illius loci vbi patratum eſt crimen, ob quod Cenſura incurſa eſt?

AFfirmant debere neceſſariò à dicto Ordinario fieri, Alterius *loc.cit.verſu, ſecundò ſi incurrat*, & Cornejo *locis nuper cit..q 2.*Filliuc. *loc. cit.* Quod probant ex *Clement.1.de pœnis.& Clement.1. de priuileg.& ex cap. De illis 6.q.3.& cap.1.de raptoribus.*

Sed clarius reſpondeo dicendum, quod in dicto caſu, & poteſt fieri denunciatio, vel à proprio Ordinario ipſius delinquentis; vel ſi delictum patratum eſt in aliena diœceſi, etiam ab Ordinario illius: eo quod ratione delicti ibi commiſſi factus eſt quoad hoc ſubditus. Sic expreſsè Gloſſa *in cap. De illis, cit. verb. excommunicentur.* Vbi ex Archidiacono, ita ait: Excommunicentur, ſcilicet, ab ipſius loci Epiſcopo, vel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Sic Gloſſa. Et Suar. *loc. cit n.7.* ita ait: At verò in Cenſuris latis iure communi denũciatio fieri poteſt, vel à proprio Epiſcopo ipſius delinquentis, vel ſi in alterius diœceſi deliquit, & conſequenter ibi Cenſuram contraxit, ab Ordinario illius loci poterit denunciari. Sic Suarez; vbi aduerte, quod dicit *poterit*, non debebit, denunciari. Sic etiam innuit Bonac. *loc.cit.* Candid *art.30.cit.dubit.3.dicto 4.* Machado *lib.1.part.3.tract.2.docum.14.num.4.*

QVÆSTIO VII.

An ante denunciationẽ Cenſura incurſa, debeat ſemper præcedere ſententia declaratoria criminis commiſſi, ob quod Cenſura fuit lata?

NEgant ſemper præcedere, debere, apud Conarruuiam *vbi infrà*, Felin *in cap. Rodulphus, de reſcript. n.37.* Panormit. *in cap. Cum non ab homine 4. de Iudic. col 12.verſ. Sed certè ſubtiliter*, & Dominic. *in cap. Cum ſecundum leges, de hæret.in 6.* Quia exiſtimant, nullam

 ſenten

ſententiam declaratoriam requiri, aut neceſſariam fore, quando crimen ita notorium eſt, quod nullam excuſationem habeat, nec poſſit vlla tergiuerſatione celari. Secus, inquiunt, aliàs.

Sed probabiliùs longè, imò moraliter loquendo, certiſſimè reſpondeo: ſemper debere præcedere, ante denunciationem Cenſuræ incurſæ, declaratoriam ſententiam commiſſi criminis, etiamſi hoc ſit notorium. Quia quantumuis tale ſit, vix moraliter eſt poſſibile, quod ſit omnino inexcuſabile: ergo non impedit ex eo quod delictum ſit notorium, quominus debitus Ordo iuſtitiæ ſeruetur, vt ſic nemo non auditus damnetur. Sic Couar. *in cap. Alma mater 1. p. §. 2. n. 9. pag. mihi 634.* vbi ſic ait: Ipſe verò, adhuc indiſtinctè potius admitterem eam opinionem, quæ declarationem requirit ad exequutionem pœnæ, etiam ipſo iure impoſitæ, etiamſi notorium crimen ſit; & itidem eius Author: quod praxis recepiſſe videtur: & plurimum probat textus *in dicto. cap. Peruenit, & in cap. Inter dilectos, de exceſſib. prælat.* atque ita aduerſus Felinum, & alios tenet Hyppolit. *in rubric. Cod. de probation. num. 226.* Caietanus 2. 2. *quæſt. 12. art. 2.* & Syluester *verb. Aſſaſinus, in fine.* Sic Couarruuias. Et poſt illum, Suarez *diſputat. 3. ſect. 14. num 6. & 8.* Filliucius *tract. 11. cap. 4. quæſt. 10. dicto 2. num. 111.* Bonacina *diſput. 1. de Cenſur. quæſt. 1. punct. 13. Propoſit. 5.* Machado *docum. 14. cit. num. 3.*

QVÆSTIO VIII.

An ante denunciationem Cenſuræ incurſæ, ſeu, quod idem eſt, ante declarationem, quod aliquis incidit in eam, debeat neceſſariò præcedere citatio Rei.

RESpondeo tanquam certum: debere neceſſariò, vt ſic reus ſe defendat, & probet ſuam innocentiam, aut probabilem ſui facti excuſationem afferat. Ratio eſt, quia declaratio eſt actus iudicialis, & conſequenter publicus, publicitate iuris: ergo neceſſariò eſt facienda cum cauſæ cognitione, parte citata. Patet: quia notitia publica, quæ parit publicitatem iuris, parte citata fit. Sic Raſtellius *de Cenſuris in genere, quæſt. 3. artic. 7. num. 3. pag. mihi 83.* Couarruuias *citand.* & penes ipſum Gloſſa *in Clement. Præſenti, verb. conſtiterit, de cenſib. & in Clem. Multorum, de pœnis.* Roman. Decius, & Panormitanus, & alij, præcipuè ſtatim *citandi.*

QVÆSTIO IX.

An Denuntiatio Cenſuræ facta ſine citatione partis non ſolum ſit iniuſta, ſed inualida?

RESpondeo tanquam certum: eſſe iniuſtam, & inualidam. *Primum*, ex dictis conſtat. *Secundum* probatur ex illo principio generali iuris: *Contra inauditam partem, nihil poteſt in iudicio definiri*: adhuc ab ipſo Papa; vt ipſemet teſtatur *in cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis*: his verbis: *Nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.* Et idem habetur *in cap. Nos in quemquam 2. quæſt. 2.* & Clement. *Paſtoralis, ad finem, de re iudic. l. de vnoquoque, ff. de re iudicata*, & ſic docent ibi Gloſſæ, & Felinus, Curtius ſenior, Cardin. Imola, & Hieronym. Gigas, quos citat & ſequitur Couarruuias *in cap. Alma mater 1. p. §. 9. num. 5.* Nauarrus *in man. cap. 29. num. 10. & 11.* & clarius *lib. 5. conſil. de ſentent. excommunic. conſil. 56. num. 5.* vbi ſic ait: Cui addo id, quod in propoſito plurimum ſeruit, quod licet excommunicatio, & aliæ Cenſuræ latæ ſine monitione valeant ipſo iure ſecundum receptiorem opinionem: & appellatio, quæ ab eis ſit, non ſuſpendat eas, nec earum effectum, licet deuoluat iuriſdictionem ad Superiorem, per ea, quæ habetur *in cap. Paſtoralis*: Declaratio tamen quod aliquis incurrit in illas, non poteſt fieri abſque citatione eius, & antequam audiatur, vel contumax iudicetur, etſi fiat declaratio, abſque illa citatione, & auditione, eſt ipſo iure nulla, & nullum impedimentum facit, quominus facta per ligatum Cenſuris valeant. Sic Nauarrus, ex Gloſſa *in cap. Cupientes, §. Quod ſi per. de elect. lib. 6.* Suarez *diſput. 3. de Cenſur. ſect. 10. num. 15.* Alterius *tom. 1. lib. 3. diſput. 5. cap. 3. verſ. Tertiò dubitatur.* Candidus *de Cenſur. diſquiſit. 22. artic. 21. dubit. 1.* Cornejo *diſput. 7. de excommun dub. vnico, quæſt. 3.* Filliucius *tract. 11. cap. 8. quæſt. 3. dict. 2. num. 223.* & antea *cap. 4. quæſt. 12. dicto. 2. num. 118.*

QVÆSTIO X.

An, ſi quando reus citatur ad videndam fieri denunciationem, ſtatim compareat, & delictum ſuum fateatur, & ſatisfactionem offerat; poſſit tunc Iudex iuſtè illum denunciare?

AFfirmandum videtur. Quia denunciatio non eſt noua Cenſura, nec amplius ligat, vt habetur *cap. Paſtoralis, §. vnum de appellat.* ergo non pendet ex eo quod reus delictum fateatur, & ſatisfactionem offerat: ergo abſolutè fieri poteſt à Iudice delictum commiſſum, ſtatim ac iuridicè illi de illo conſtet.

Sed tanquam certum reſpondeo: non poſſe tunc Iudicem iuſtè reum denunciare. Quia ſtatim ac reus ſubditur Eccleſiæ, & ſatisfactionem offert, eſt abſoluendus à Cenſura; nam cum hæc medicinalis pœna ſit, ceſſare debet obtenta ſalute: ergo iniuſtè faceret Iudex in noſtro caſu, procedendo ad denunciationem Cenſuræ. Licèt namque denunciatio non liget amplius; retinet tamen prius vinculum, & aliquo modo illud auget, ſaltem reſpectu aliorum, qui ante denunciationem non tenebantur vitare reum, poſt Concil. Conſtantienſe. Vnde etiam augetur infamia ipſius rei: quæ omnia videntur contra Eccleſiæ intentionem, quæ eſt, ſalus delinquentis, & condigna ſatisfactio, qua obtenta, non vult maius nocumentum illi inferre. Sic omnino Suarez *diſp. 3 ſect. 10. num. 17.* Cornejo *diſput. 7. de Cenſur. in genere, dub. vnic. verſ. Et ſi roges, & diſput. 7. de excommun. dub. vnico, quæſtione 4.*

QVÆSTIO XI.

An caſu, quo inflicta ſit à iure Cenſura contra committentes aliquod crimen, & ſit notorium, illud fuiſſe ab aliquo patratum, poſſit tunc Iudex, nulla præmiſſa citatione, deuenire ad denunciationem, & declarare delinquentem cenſuratum?

RESpondeo poſſe tunc. Quia in criminibus, quæ ipſo iure habent Cenſuram annexam, cum ob facti notorietatem, noua citatio, neceſſaria non ſit, & Cenſura iam ſit contracta, ſtatim poteſt ad denunciationem procedi, nulla præmiſſa citatione. Sic colligitur *ex cap. Bona memoria 1. de elect. c. Euidentia, de Accuſat. cap. Illud, de Cleric. excomm. miniſtran. & ex c. Manifeſta 2. quæſt. 1.* & docent Nauarrus *cap. 27. num. 10.* Syluester *verb. Excommunicat. 1. §. 12. & 13.* Suarez *diſputatione 3. ſect. 10. numero 18.* Alterius *libro. 3. capite 3. diſputatione 5. dubio. 3.* & ante illos Abbas *in cap. Parochianos, numero 2. de ſentent. excommunicat.*

Digitized by Google

QVÆSTIO XII.

An, ſi quis citatus à Iudice ad videndam fieri denunciationem incurſa Cenſuræ ab homine latæ, appellet; tunc poſſit Iudex adhuc prædictum reum citatum denunciare?

NEgant abſolutè, Sanchez *tom. 1. conſil. lib. 2. cap. vnico, dub. 32. num. 243.* Nauarrus *in cap. Cum contingat, de reſcript. cauſa 5.* Couarruuias *in cap. Alma 1. part. §. 10. num. 4.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe Iudicem tunc reum citatum denunciare, aut declarare incidiſſe in Cenſuram. Quia appellatio à Cenſura ab homine lata non impedit denunciationem, vt habetur *in cap. Paſtoralis, §. verum, de appellat. & cap. Cum contingat, de offic. delegati, & cap. Is qui, de ſentent. excomm. in 6.* Vbi expreſsè cauetur, quod appellatio interpoſita poſt ſententiam latam, & contractam excommunicationem, non impediat eius effectum, nec denunciationem: ergo optimè poterit Iudex, non obſtante appellatione ad denũciandum reum progredi, etiamſi alioqui appellationem admiſerit, dummodo ſit Iudex ordinarius: nam ſi ſit delegatus, & velit reum denunciare, oportet, vt id faciat anteqnam appellationem admittat, nam ſi ſemel & prius illam admittat, non poterit poſtea denunciare, eo quod iam ceſſet eſſe Iudex in illa cauſa, iuxta *cap. Paſtoralis, §. Præterea, & §. Cum autem, de offic. deleg.* vbi videri poteſt Abbas *num. 23.* Sic Gloſſa *in ſumm. in cap. cit.* Suarez *diſputat. 3. ſect. 15. num. 18.* Fillincius *tract. 11. cap. 4. quæſt. 12. num. 117.* Corneio *diſput. 7. de excomm. dub. vnico, quæſt. vlt.* & alij, Legatur Machado *lib. 1. parte 3. tractatu 2. docum. 14. num. 5.* vbi varios modos dicendi in hac quæſt. refert, ex quibus nullum expreſsè ſequitur.

QVÆSTIO XIII.

An ſaltem appellatio à Cenſura contra ignorantem lata, impediat iudicem, ne reum denunciet?

AFfirmat Vgolinus *tab. 1. cap. 21. §. 2. num. 4.*

Sed ſub diſtinctione ſic reſpondeo dicendum, quod aut ignorantia eſt talis, quæ poteſt excuſare à Cenſura, vel non. Si poteſt excuſare, impediet denunciationem in foro interiori; imò, & in exteriori, ſi de tali ignorantia in foro exteriori conſtiterit. Si verò talis ſit ignorantia, quæ non poſſit excuſare à Cenſura, tunc nullo modo appellatio impediet denunciationem: quia cum in eo caſu liget Cenſura, affert ſecum executionem, & ideo conſequenter habet locum denunciatio iuxta deciſionem textus *in dicto cap. Paſtoral. ſ; cit.* Sic Suarez *loc. cit. num. 19.* Fillincius *num. 117. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem, Denunciatio Cenſuræ à iure latæ, vel alterius, quæ ipſo facto contrahitur, poſſit, per appellationem à ſententia declaratoria criminis, impediri?

REſpondeo poſſe impediri per dictam appellationem, caſu, quo non conſtet aliàs, reum incidiſſe, & deliquiſſe in Cenſuram aliquam ob tranſgreſſionem legis, aut Canonis; ſed ſolum eſt dubium, an inciderit in Cenſuram legis, v. g. an percuſſerit Clericum; necne: an ex cauſa eum excuſet ab excommunicatione; quia tunc deferendum eſt appellationi, vt habetur *in cap. Peruenit, de appellat.* Secus verò dicendum, ſi conſtaret reum incidiſſe in Cenſuram, itavt nulla tergiuerſatione poſſet celari; quia tunc etiam poſt appellationem poteſt denunciari cenſuratus, vt expreſsè habetur *in cap. Parochianos, de ſentent. excommunic.* Et benè quidem; quia iam tunc eſſet virtualiter appellare à ſententia, vel pœna ipſa Canonis, aut legis, (quod fieri nequit) aut velle illam eludere. Sic Abbas *in d. cap. Peruenit, num 2.* Innocent. *in cap. Paſtoralis, §. verum, de appellation.* Alterius *tom. 1. lib. 3. diſput. 5. cap. 3. dub. 4. pag. 318.* Suarez *diſput. 3. ſect. 15. & vlt. n. 19.* Filliucius *tract. 11. cap. 4. num. 118.* Qui id colligunt ex iis, quæ tradunt Nauarrus *in. cap. Cum contingat, de reſcript. cauſa 15.* & Couarruuias *cap. Alma mater 1. part. §. 10. num. 4.*

QVÆSTIO XV.

An ſemper quod Cenſura lata eſt iuſta, poſſit & teneatur Iudex denunciare?

REſpondeo quod ſemper, per ſe loquendo, poſſit, non tamen ſemper ad id, ſub culpa teneatur. *Primum* ex ſe conſtat: quia ſi Cenſura lata eſt iuſta, non eſt dubium, quin iuſtè per ſe loquendo, ſubſequi poſſit denunciatio. Dixi autem, *per ſe loquendo:* nam per accidens, ratione ſcandali, vel periculi, poſſet, Iudex obligari ad non denunciandum. *Secundum* etiam liquet. Quia vbi non adeſt obligatio ad denunciandum, interdum poteſt ratio perſuadere, vt denunciatio omittatur, aut differatur, vt ſic minor infamia, & nocumentum proximo inferatur, cum nonnunquam denunciatio reddat difficiliorem abſolutionem à Cenſura: ergo tunc omitti poteſt à Iudice abſque peccato. Sic, ex parte, Alterius *loc. cit. cap. 4. in principio.* Qui & notat, quod non ſit vniuerſaliter affirmandum, quod quoties Iudex non tenetur aliquem cenſuratum denunciare, ſemper peccet, ſi denunciet: nam id relinquendum, inquit, eſt prudentiæ Iudicis, ſi exiſtimet ob aliquas probabiles cauſas, eſſe bonum, & vtile denunciationem facere. Suarez *diſput. 3. ſect. 15. num. 1.* Fillincius *tract. 11. cap. 4. quæſt. 10. num. 113.* Bonacina *diſput. 2. de Cenſur. quæſt. 1. punct. 13. Propoſit. 3.* vbi ſic ait: Iudex non ſemper tenetur ad huiuſmodi declarationem, & conſequenter ad denunciationem, niſi aliud ratio boni priuati vel communis ſuadeat, vt quando pars inſtat, aut quando denunciatio ita bono communi conducit, vt ſuperior teneatur ex officio illi conſulere. Sic ille.

QVÆSTIO XVI.

An, quando ſententia Cenſuræ fuit iniuſta, teneatur Iudex, qui illam tulit, ad non denunciandum?

REſpondeo tanquam certum: teneri ſub mortali, ſaltem regulariter loquendo, ad non denunciandum reum. Quia id nihil aliud eſſet, quàm proſequi iniuſtitiam inchoatam, & iniuſtam ſententiam executioni mandare: quod de ſe mortale eſt. Sic Suarez, & Fillincius *loc. cit.* & omnes id tanquam indubitatum docentes: ſolùmque grauiter dubitantes de executore loquentes, an videlicet, quando denuntiatio Cenſuræ eſt facienda ex præcepto ſacrorum Canonum, poſſit, aut debeat executor, cui committitur: vt quempiam publicè denunciet cenſuratum, illam prætermittere, & non denunciare, in caſu quo ei euidenter conſtet, ſententiam Cenſuræ ab ipſo Iudice latam, fuiſſe nullam; aut validam ſed iniuſtam, &c. de quibus in ſequentibus dicemus quæſtionibus.

Digitized by Google

Qvæstio XVII.

An, quando executori certò conſtat ſententiam Cenſuræ eſſe nullam, poſſit illam licitè denunciare?

RESpondeo tanquam certum: poſſe licitè tunc illam denunciare. Quia ſic clarè deſumitur *ex cap. Super eo, de crimine falſi.* Vbi à Lucio III. laudatur executor, eo quòd ſententiam auctoritate litterarum falſarum latam noluerit executioni mandare, quia videlicet, talis ſententia nulla erat. Rurſúſque præcipitur ei ab eodem Pontifice, quoties aliqua ſcripta ſub nomine Papæ deſtinata, redarguenda viderit falſitatis, nullam eius fidem exhibeat, nec obſeruet. Idémque conſtat *ex cap. Littera, de offic. Deleg.* & docet Abbas *ibid. num.* 2. & Gloſſæ *in text. cit.* Et ratio eſt, quia nullo modo licet peccare ad inſtantiam, adhuc Iudicis præcipientis, cum magis oporteat obidire Deo, quàm homini: ſed denunciare Cenſuram nullam, eſt exequi falſitatem, cum ex parte Rei non ſit Cenſura ligatus, & declaratur Cenſura ligatus: ergo eſt peccatum, & mortale. Patet, quia illa falſitas, ſeu mendacium eſt graue, cum ſit perniciosſum, & iniurioſum. Sic Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 15. *num.* 6. Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt.* 3. *artic.* 7. *n.* 5. Alterius *tom.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 5. *cap.* 4. *pag.* 321. *verſ. Deinde, in fine*, & *verſ. His poſitis*, ex Gloſſa *in cap. Paſtoralis*, §. *quia vero, de offic. Deleg.*

Qvæstio XVIII.

An, quando ſententia Cenſuræ eſt iuſta ſecundum allegata & probata, tamen executori, per ſcientiam, aut notitiam priuatam, conſtat in re eſſe iniuſtam; debeat executor ipſe, ſi Superior ei præcipiat, dictam ſententiam denuntiare?

NEgandum videtur. Quia in dicto caſu, reuera Cenſuræ ſententia eſt ſecundùm ſe iniuſta: ergo illam exequi erit intrinſecè malum, quia exequi ſententiam iniuſtam, eſt ad iniuſtitiam cooperari, vel potius ipſam iniuſtitiam efficere: ergo quomodocumque id conſtet executori, nullo modo poterit talem ſententiam denunciare.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo: & dico, quod tunc executor, verè teneatur exequi præceptum Iudicis Superioris, & ſententiam Cenſuræ ab ipſo latam pronunciare. Quia id expreſsè videtur diffinitum ad Innocent. III. *cap. Paſtoralis*, §. *quia vero, de offic. & pot. Iud. deleg.* vbi ad ſimilem quæſtionem propoſitam his verbis: *Quia verò ſæpe contingit quod executio ſententiæ ordinario demandatur: quæſiuiſti, an ſi ipſe iniuſtam eſſe cognouerit, debeat eam executioni mandare; an ſit ei potius ſubſiſtendum?* Sic Innocent. reſpondet. *Attendentes itaque, quod non cognitio, ſed executio tantum demandatur eidem: reſpondemus, quod cum ordinarius teneatur obſequi Delegato, etſi ſciat ſententiam illam iniuſtam, exequi nihilominùs tenetur eandem, niſi apud eum efficere poſſit, vt ab hoc onere ipſum abſoluat.* Sic Pontifex. Ex cuius verbis clarè apparet: quòd Iudex ordinarius, cui à Delegato Papæ executio ſententiæ demandatur, teneatur obſequi Delegato, & ſententiam illam executioni mandare, etiamſi ſciat illam eſſe iniuſtam; niſi aliàs efficere poſſit, vt ab illo mandato eum abſoluat.

Deinde probatur ratione deſumpta ex prædicto textu. Quia mero executori, non committitur cauſæ cognitio, ſed mera executio: ergo ad ipſum non ſpectat diſcernere, an iuſtè, vel iniuſtè iudicatum ſit: ergo verè tenetur exequi Cenſuræ ſententiam, etiãſi cognoſcat, per priuatam ſcientiam, illam eſſe iniuſtam. Sic Suarez *diſput.* 3. *ſect.* 15. *num.* 7. Alterius *lib.* 3. *diſputat.* 5. *cap.* 4. *pag.* 322. *col.* 1. *verſ. ſecundò dicitur.* Omnino ex Suario, quem ſemper ferè ad vnguem ſequitur, cum tamen eum, rariſſimè citet. Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt.* 3. *artic.* 7. *num.* 8. *pag. mihi* 85. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 114.

Nec obſtat fundamentum pro contraria parte adductum, quia reſpondetur, quod licèt reuera in dicto caſu, ſententia Cenſuræ ſecundum ſe ſit iniuſtè, & intrinſecè mala, hoc tamen ſolùm eſt materialiter, non formaliter: quoniam executor non intendit illam exequi, vt eſt iniuſta, ſed vt eſt iuſta, ſcientia publica. Vnde ſicut occiſio hominis ad ſui defenſionem, eſt intrinſecè malum materialiter, & non formaliter, cum non ſit intenta occiſio, ſed defenſio, & propterea non eſt peccatum: ita in noſtro caſu eſt dicendum.

Qvæstio XIX.

An idem ſit dicendum in caſu, quo executor habeat ſcientiam priuatam de iniuſtitia Cenſuræ; ignorat autem, vel dubitat, an ſit iuſta ſecundum allegata, & probata?

RESpondeo idem eſſe dicendum. Tunc namque non ſolùm poteſt, ſed etiam debet executor ſententiam Cenſuræ exequi, denunciando reum cenſuratum, ſi ab eo, qui poteſtatem habet præcipiatur: dummodo executor non poſſit commodè ſe excuſare, vel ſuperiorem à priori ſententia mutare, aut rogare, vt ipſum ab officio liberet: iuxta præſcriptum *cap. Si quando, de reſcript.* ibi: *Quia patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod praua nobis fuerit inſinuatione ſuggeſtum.* Quo facto ſi ſuperior nolit fidem illi adhibere, nec ab officio executoris eximere, tunc, vt diximus, non ſolum poteſt, ſed debet Superiori obedire, vt conſtat *ex d. cap. Paſtoralis*, § *quia vero*, in illis vltimis verbis: *Etſi ſciat ſententiam illam iniuſtam, exequi nihilominus tenetur eandem; niſi apud eum efficere poſſit, vt ab hoc onere eum abſoluat.* Sic Suarez *loc. cit. num.* 8. Alterius *loc. cit. verſ. Tertiò dicitur.* Filliuc. *n.* 114. *cit.*

Qvæstio XX.

An item idem ſit dicendum, caſu, quo mero executori conſtet ſententiam eſſe iniuſtam, ſecundùm allegata, & probata; an videlicet, tunc etiam debeat talem Cenſuræ ſententiam exequi?

RESpondeo nullo modo eſſe idem dicendum Quia tunc neque debet, neque poteſt talem ſententiam exequi. *Primò*, quia, vt habet Gloſſa *in cit. cap. Paſtoralis*, §. *quia vero, verb. Etſi ſciat*, non ſemper obediendum eſt Iudici, ſi euidenter iniquum eſt mandatum ipſius, ſiue contra ius; *cap. Quid culpatur* 23. *quæſt.* 1. & *cap. Non ſemper. & duob. ſeq.* 11. *quæſt.* 3. ergo neque in præſenti.

Secundo, quia tota ratio parendi Iudici præcipienti executionem ſententiæ Cenſuræ, quæ in re eſt contra innocentiam partis eſt, quia talis ſententia vel cognoſcitur, vel præſumitur iuſta ſecundum allegata & probata: ergo quando cognoſcitur, etiam ſecundum hanc rationem, eſſe iniuſtam, nulla ratione poteſt obediri; nam tunc nullus relinquitur locus præſumptioni. Sic omnino Suarez *loc. cit. num.* 9. Alterius *loc. cit. verſ. Quartò dicendum eſt.* Filliucius *loco cit. num.* 115. Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt.* 3. *artic.* 7. *num.* 6. *pag.* 84.

QVÆSTIO

Digitized by Google

Qvæstio XXI.

An, quando ſententia Cenſuræ in ſe, & ſecundum allegata & probata eſt iuſta, iniuſta verò quoad modum, teneatur merus executor illam exequi, ſi illi conſtet de tali iniuſtitia?

Reſpondeo tanquam quid verum: teneri. Ratio eſt, quia talis ſententia Cĕſuræ ſupponitur iuſta, & valida, & conſequenter veraciter ligare, & conſtituere reum excommunicatum, vel ſuſpenſum, vel interdictum: ſed executor nil aliud facit quam id ipſum declarare: ergo id denunciando verum dicit: ergo ex hac parte nõ peccat. Sic Suarez *diſput. 3. ſect. 15 n. 13.* Alterius, ex illo non citato, *tom. 1. lib. 3. diſput. 5. cap. 4. pag 312. verſ. Poſtremò dicendum.* Filliuc. *tract. 11. cap. 4. q. 11. n. 116.* Raſtellius *loc. cit. num. 10. pag. 86.*

Qvæstio XXII.

Quonam loco, & quomodo, ſit facienda Denunciatio Cenſuræ?

Reſpondeo, quod denunciatio debet fieri publicè in Eccleſiis, & poſteà in ſcriptis affigi ad portas earũ, cum expreſſione cauſæ vel iuxta receptum morem, *cap. Cum medicinalis, de ſent. excomm.* vel, arbitrio iudicis, iuxta grauitatem delicti, & contumaciam delinquentis, quæ tanta, & tam graue delictum eſſe poſſit, vt teneatur Iudex Cenſuræ denunciationem facere iuxta formam præſcriptam *in cap. Cura ſit 11. quaeſt. 3.* in quo Honorius Papa, & ex ſententia Burchardi, vel Ioan. VIII. ex ſententia aliorum, præcipit omnibus Epiſcopis, vt excommunicatorum nomina, tam Epiſcopis vicinis, quàm ſuis parochianis, pariter indicent, eáque in celebri loco præ foribus Eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcent, vt in vtraque diligentia, & excommunicatis vbique Eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis cauſa omnibus, tam videlicet, parochianis ſuis, quàm extràeis auferatur, ita vt non poſſint aliquo modo, prætendere ignorantiam. Hæ ceremoniæ denunciandi cenſuratos referunt *ex d cap.* Alterius *lib. 3 diſp. 5. cap. 3. verſ. Modus & ordo, pag. 316.* & alij.

Præterea notandum, quod in ſolemni anathemate plures aliæ ceremoniæ adhibentur, vt narrat Gratian. *in c. Debent ead. cauſa 11. q. 3.* his verbis: Debent duodecim Sacerdotes Epiſcopum circunſtare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in concluſione anathematis, vel excommunicationis proiicere debent in terra, & conculcare pedibus: deinde epiſtola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & cauſam excommunicationis. Hæc Gratian. Et ex illo Couar. *in c. Alma mater 1. p. §. 8. n. 6. pag. mihi 690.* Alter. *loc. cit.* Auila *de Cenſ. p. 2. c. 1. diſp. 1. dub. 1.*

Adhuc autem in ſolemni anathemate ad atrocitatem criminis declarandum, & ad maiorem horrorem excommunicati, & ad metum aliis incutiendum, adhibentur aliæ ſolemnitates, & ritus: nam promulgatur excommunicatio ex eminenti, & publico Eccleſiæ loco: recitatur execratiuus *Pſalm. 108.* maledictionum plenus, *Deus laudem meam ne tacueris.* Extinguuntur cerei & candelæ à Sacerdotibus, aqua ſuperinfuſa, proferendo hæc verba: *Sicut hac candela extinguitur in hac aqua, ita anima huius excommunicati pereat in inferno.* Sacerdotes aſſiſtunt pullis veſtibus induti, deinde in ſignum mœſtitiæ pro anima ſic pereunte, Crucis vexillum eleuatum velamine nigro tegitur. Sic has refert ceremonias Alterius *loc. cit.* ex Caſtro *lib. 2. de iuſta heret. punit. cap. 2.*

Legantur de hac materia Suarez *diſput. 3. ſect. 14 à num. 4.* Sayrus *lib. 1. de Cenſur. cap. 13. à num. 20.* Vgolinus *tab. 1. cap. 21.* Filliucius *tract. 11. cap. 4. quaeſt. 10.* Bonacina *diſput. 1. quaeſt. 1. punct. 13. Propoſit. 4.*

Qvæstio XXIII.

An Denunciatio debeat fieri in die non feriato?

Reſpondeo tanquam certum: debere fieri in die non feriato, ſeu non feſto, caſu, quo denunciatio exigat citationem, & cognitionem cauſæ, cum hæc prohibita ſint fieri in feſto, iuxta à nobis dicta 4. *part. de 5. precept. Eccleſ. tra 1. diſp. 5. q. 16.* Secus verò aliàs; quia tunc potius expedit, vt ad plurimum notitiam deueniat, vt Cenſurarum denunciationes, diebus Dominicis, & feſtiuis fiant, vt habetur in Clement. 1. *de pœnis, verſ. Et quia eo maior.* Et in Extrauag. *Infidelis, de furtis, verſ. Nos autem, & cap. Felicis, de pœnis in 6. verſ. Præſenti nihilominus.* Et conſtat ex dictis *diſput. 6.* & tenent omnes DD Legantur Cornejo *de Cenſur. in gen. diſput. 6. dub. 3. verſ. Infero ſecundò.*

DISPVTATIO VIII.

De cauſa materiali proxima Cenſuræ, nempe, de culpa propter quam poteſt Cenſura ferri.

Qvæstio Prima.

An Cenſura ſolùm poſſit ferri validè, propter peccatum, ſeu culpam?

Respondeo tanquam certum: quod ſolùm poſſit validè ferri propter peccatum, ſeu culpam; & ideo non ſufficiat ſola voluntas Prælati. Quia Cenſura eſt pœna ſpiritualis, & medicinalis inflicta ab Eccleſia: ergo neceſſariò ſupponit peccatum, ſeu culpam, quæ eſt morbus ſpiritualis: patet; quia pœna neceſſariò reſpicit culpam. Sic omnes Suares *diſput. 4. de Cenſur. ſect. 1. n. 1.* Auila *1. p. de Cenſur. dub 9.* Bonac. *diſp. 1. de Cenſ. q. 1. punct. 3. n. 1.* Raſtell. *de Cenſur. in gen. q. 4. in princip. pag. 87.* Hurtadus *de Cenſur. in commun. diffic. 10.* Filliuc. *tract. 11. cap. 6. q. 1. n. 155.* Corneio *de Cenſur in gen. diſp. 8. dub. 1. & 2.* Candid *de Cenſur. diſquiſit. 22. art. 7 dub. 1.* Ægid. *diſp. 13. dub. 8. n. 66.* Toletus *lib. 1. cap. 8 n. 1.* Baſſæus *verb. Cenſura, n. 11.* Caſtro Pal. *tom. 6 diſput. 1. punct. 7. num. 1.* & omnes.

Qvæstio II.

An ad incurrendam Cenſuram ſufficiat aliena culpa?

Reſpondeo vt quid probabiliùs: ſufficere ad incurrendas Cenſuras ſuſpenſionis, & interdicti: Non verò ad incurrendam Cenſuram excommunicationis. *Prima pars* cõſtat Quia Cenſuræ ſuſpenſionis, & interdicti (ſaltem quando generaliter imponuntur) imponi poſſunt propter culpam, ſeu peccatum alterius, vt conſtat. Feruntur namque ſæpè in communitatem ob delictum tantum vnius illius communitatis, *cap. Si ſententia, de excommunic. in 6.* de quo *tract. 4. de ſuſpenſ. diſput. 2. quaeſt. 7.*

Secunda verò *pars* reſponſionis, quæ eſt certiſſima, etiam patet. Quia Cenſura excommunicationis, cum ſit grauiſſima pœna ſpiritualis, non poteſt ferri, niſi ob peccatum proprium, & conſequenter, non niſi in perſonas

Digitized by Google

perſonas ſingulares, vt cautum eſt *in cap. Si habes* 24. *q.* 3. ex Auguſt. *epiſt* 75. aduerſus Auxilium Epiſcopũ, qui excommunicauit filium Claſſiciani, cum coniuge, & cum tota familia ſua, quæ non peccauerat. Sic Couar. 2. *variar cap.* 8. *& in cap. Alma, p.* 1. §. 9. *n.* 3. *verſ. Hæc & alia multa.* Suar *diſp* 4. *ſect.* 1. *n.* 2. Henriq. *lib.* 13. *cap* 50. *n.* 2. *in Gloſſa lit. I.* Vgol. *tab.* 1. *c.* 17 §. 8. Sayrus *lib.* 1. *cap* 9. *n* 29 Auila *p.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 1. Bonac. *punct.* 1. *cit. n.* 3. Corneio *loc. cit. q.* 2. Filliuc *loc. cit. diti.* 3. *n.* 157.

Qvæstio III.

An Cenſura imponi poſſit pro peccato omnino interiori, & per ſe occulto, quod quidem ſolo corde committitur, & intus retinetur?

Affirmant plures, tam Canoniſtæ, quàm Theologi: exiſtimantes Eccleſiam habere iuriſdictionem directam in actus humanos purè internos, nempe in actus mentis, & voluntatis, ac proinde poſſe illos præcipere, ac prohibere etiam ſub Cenſura.

Probant *primò*, quia peccata purè occulta, & interna poſſunt reſeruari à Pontifice, vt diximus etiam Nos 1. *part. tract.* 5. *de pœnit diſputat.* 12. *quæſt.* 7. ergo etiam poterunt puniri quauis Cenſura.

Secundò, quia poteſtas Eccleſiæ eſt ſpiritualis & à Deo accepta *Ioan.* 21. *& Matth.* 26. *Quodcumque ligaueritis ſuper terram*, &c. ergo poteſt punire peccata purè interna & (vt ita dicam) purè ſpiritualia, per Cenſuras, ſaltem in foro interiori incurrendas.

Tertiò, quia Eccleſia de facto punit Cenſuris actus omnino internos: ergo. Probatur antecedens: primò ex 1. Concilio Tolet. *in Confeſſ. fidei*, vbi dicitur: *Qui dixerit, aut crediderit mundum hunc non eſſe à Deo Omnipotente factum, anathema ſit.* Vbi expreſſè diſtinguitur actus exterior dicendi, ab interiori credendi, & ita vterque ſeorſum ab altero excommunicatione punitur. *Secundò*, ex Clement. 1. *de hæret* §. *verum*, vbi excommunicantur Inquiſitores, qui odij, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam, vel conſcientiam ſuam aliquid fecerint contra hæreticos non faciendum, aut omiſerint quod facere contra illos debuiſſent: ergo, &c. Ita ſentiunt Gloſſa *in Clement. cit. verb. Eo ipſo incurrant.* Vbi ita ait: Hic patet apertè quod conſtitutio Eccleſiæ militantis ligat crimen omnino occultum quoad pœnas ſuſpenſionis, & excommunicationis. Et *infrà*: Ex his videtur indubitatum, quod Archidiac. habebat pro dubio, & diſputationi relinquebat in Decretali *cum quis, de ſent. excommun. lib.* 6. An hæreticus omnino occultus ſit excommunicatus? Ioan. tenet quod ſic 34. *q* 1. *in ſum. & in Gloſſ. ſeq. de pœnit. diſt.* 1. *cogitationis.* Placet etiam Goſf. & Raym. *in ſumma, de hæret* Et *infrà*: Quare de plano fateamur quod conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat Tribunal Eccleſiæ: imò ipſa Eccleſia inquantum per hominem iudicat hominem nominatim, & inquantum eſt collectio fidelium, ligatos ſic occultos habet pro ſolutis, *de ſent. excomm à nobis* 2. Ita Gloſſa. Et etiam Abbas *in cap.* 2. *n.* 13. *de offic. ordinan. & in c. Extirpandæ*, §. *qui verò, n.* 12 *de præbend. d.* Anton. 3. *p. tit.* 24. *cap.* 7. Felin. *in cap. Porrò, de ſent. excomm.* Arelat. *in tract. de hæreſ. q.* 9. Gerſon *lect.* 3. *de vita ſpirit. animæ.* Adrian. *quodlib.* 8. *art.* 1 *& in* 4 *q* 2. *de Confeſſ.* Albertin. *tract. de hæret. q.* 33. Albert. Pighius *lib* 6. *de Eccleſ. Hierarch. cap.* 16. Medina *C. de oratione, q.* 15. Ambroſ. Catherin. contra Caiet. *ſuper Summul. verb. Et nota, de excommun. & verb. Hæreticus.* Maior *in* 4. *diſt.* 12. *quæſt.* 7. §. *contra primam.* Roſella *verb. Abſolut.* 1. *n.* 28. *& verb. Hæreſis.* Corduba *lib.* 4. *quæſt. Theolog. quæſt.* 13. Roias *tract. de hæretic.* 1. *part. num.* 140. *&* 267.

Sed longè multò verius, multóque probabiliùs reſpondeo dicendum: Quod nulla Cenſura, ſiue à iure, ſiue ab homine, poſſit validè ferri pro peccato omnino, & purè interiori, quod ex ſe, & propria natura occultum eſt, nec poteſt aliter quàm per cogitantis reuelationem cognoſci.

Probatur *primò*, quia Eccleſia non iudicat de occultis, ſed de manifeſtis: ergo Eccleſia nequit peccata per ſe occulta vllo modo punire; patet conſequentia, quia de quibus Iudex non valet iudicare, minimè poteſt ea Cenſuris punire. Antecedens verò expreſſè habetur *in cap. Tua nos, & cap. Sicut tuis, in fine, de Simonia, cap. Erubeſcant* 32. *diſt. cap. Chriſtiana* 32. *q.* 5. *cap Si quando* 16. *quæſt.* 6 *cap. Conſuluiſti* 2. *quæſt.* 4. Vnde exiit axioma iuris: *Non habent latentia peccata vindictam.*

Secundò, quia nulla Cenſura Eccleſiaſtica poteſt infligi, niſi ab ipſo iure, vel ab homine: ſed à nullo ex iis poteſt infligi propter peccata omnino occulta: ergo. Minor probatur. Quia in primis non poteſt infligi ab homine, cum hic non poſſit cognoſcere crimen intra cordis receſſũ abſconditum, cum ſolus Deus ſit ſcrutator cordium: ergo nequit propter illud Cenſuræ pœnam inferre, cum nullus Iudex poſſit aliquem punire, niſi propter crimen ſibi iuris ordine notum. Rurſus, nec poteſt infligi à iure; quia authoritas, & poteſtas legiſlatoris non ſe extendit, niſi ad ea, quæ ab ipſo legiſlatore cognoſci poſſunt; at ſic eſt, quod ea quæ omnino intra mentẽ noſtrã occulta manent nequeũt cognoſci: ergo neque puniri aliquo humano iure.

Sic ſentiunt communiter Theologi cum D. Th. 1. 2. *q* 91. *art.* 4. Caiet. 22. *quæſt.* 11. *art.* 3. *& q.* 104. *art.* 1. *& in ſumma, verb. Hæreſis, verſ. Aduerte ſecundò.* Paludanus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 3. *art.* 1. *concl* 8. *& diſt.* 15. *q.* 5. *art.* 2. *& diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 2. Durand. *diſt.* 17. *quæſt.* 8. *&* 14. Gabriel *diſt.* 15. *q.* 2. *dub.* 5. *& lect.* 64. *in Canone Miſſæ, lit. N.* Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *& diſt.* 22. *q. art.* 1. *col.* 4. *& art.* 3. *col.* 9. *& lib.* 10. *de Iuſt & Iure, q.* 5. *art.* 5. *concl.* 6. Almayn. *de poteſt. Eccleſ. cap.* 3. D. Anton. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 4. §. 7. *& tit.* 24 (non 23. vt citat Alterius; nec 25. vt habes apud Henriq.) *cap.* 4. licet poſteà *cap.* 7. oppoſitum dicat, & ideo hic, pro prima ſententia rectè à nobis eſt citatus. Syluest. *verb excommun.* 7. *q* 2. *num.* 3. *&* 4. Qui pro hac parte citat Archid. Summam Angelic. Ioan. de Anch. & Cardinalem. Tabiena *verb. excomm.* 5. *caſu* 4. *num.* 4. Armilla *verb. Hæreſis.* §. 1. Caſtro *lib.* 2. *de iuſta hæret. punit cap.* 18. *& lib.* 2. *de poteſt. leg pœnal. cap. vlt. concl.* 1. Driedo *lib.* 3. *de libert. Chriſt. lib.* 3. *c.* 5. Hoſtienſ. *in cap. Mulieres. de ſent. excomm.* Iulius Clarus *practic. verſ. hæres* Nauar *de pœnit. cap. Cogitationes, diſt.* 1. *& in man. cap.* 23 *n.* 38. (non *cap.* 11. *num.* 17. vt citatum inuenies apud Alterium, nam ibi nil ad propoſitum inueni) & *in cap.* 27. *num.* 56. Couar. *in* 2. *p. relect. ſup. reg. Peccatum, n.* 7. (non item *in* 1. *p. relect. in cap. Alma mater*, §. 11. *n.* 4. quia nec ibi aliquid) Henriq. *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 14. §. 6 *lit. H. & lib.* 13. *de excomm. cap.* 17. §. 2. Medina 1. 2. *q.* 91. *art.* 4. *& q.* 100. *art.* 9. Simanc. *in Cathol. inſtitut. c.* 42 Rodrig. *in explicat. Bullæ*, §. 9 *n.* 71. Gutierrez *qq. Canon. c.* 13. *n.* 28. Suar. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *n.* 1. *&* 16. Alterius *lib.* 3 *diſp.* 1. *cap.* 2. *col.* 4. *verſ. Modò his annotatis.* Vaſqu. *tract. de excomm. dub.* 13. *n.* 2. Sanch. *lib.* 9. *de Matrimon. diſp.* 32. Valent. 2. 2. *diſp.* 7 *q.* 3 *punct.* 2. Salas *diſp.* 9. *de legib. ſect.* 1. Ægid *diſp.* 13. *de Cẽſur. dub.* 8. *n.* 71 Reginald. *lib.* 9. *n.* 158. Auila 1. *p.* (non 5. vt legi apud Bonacinã) *dub.* 10. *concluſ.* 1. Qui pro hac parte citat Cordub. loco à nobis pro contraria citato. Sed malè. Hurtad. *de Cenſur in comm. diff.* 11. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 6. *q.* 3. *num.* 162. Bauny *de Cenſur in comm. q.* 14. *Aſſertione.* 4. & *tract.* 2. *de excomm. diſput.* 1. *q.* 7. *verſ. Infertur ſecundò.* Laymann *tom.* 1. *tract.* 4 *cap.* 4. *Aſſert.* 2. *& tract.* 5. *cap.* 5. *Aſſert.* 1. Luyſ. Turrian. *de Cenſur. diſp.* 4. *dub.* 2. Sayr. *lib.* 1. *cap.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 1. Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 9. §. 10. Corneio *de Cenſur. in gen. diſput.* 8. *dub.* 3. Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt.* 4. *art.* 1, *num.* 4. *pag.* 92. Faber *in* 4. *diſt.* 23. *quæſt.* 1.

Digitized by Google

*quæſt.*1.*diſp.*4.*cap.*2.*n.*51.Diana *parte* 1.*tract.*5.*reſol.*1. *& p.*5.*tract.*9.*reſol.*48 Candidus *de Cenſur. diſquiſ.*22. *art.*7 *num.*3. Villalobos *tract.*16.*diffic.*9.*n.*1. Machado *lib.*1.*parte* 3.*tract.*2.*docum.*9. *num.* 4. Palao *diſputat.*1. *punct.* 7. *num.* 4.

Ad *primum* in contrarium, conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequētia. Quia vt, *loco citato* diximus, ad reſeruationem ſufficit negare iuriſdictionem, & facultatem abſoluendi: at verò ad cenſurandum, eſt neceſſarium ferre iudicium de peccatis humano modo, ac proinde re externa, & aliquo modo ſenſibili: ex quo cōſtat, quod primum fieri poſſit, non ſecundū.

Ad *ſecundum*, conceſſo etiam antecedenti, neganda eſt item conſequentia. Ratio eſt: quia cum prædicta Eccleſiæ ſpiritualis poteſtas in hominibus humano modo reſideat, neceſſariò debet humano modo exerceri, & ſolùm poteſt extendi ad ea, quæ homines cognoſcere poſſunt, opera ſenſibilia externa; aut etiam ſpiritualia, ſignis ſenſibilibus manifeſta.

Ad *tertium* dicendum eſt, quod Eccleſia nullo modo punit Cenſuris actus merè internos, niſi aliàs verbo, vel alio ſigno exteriori manifeſtentur: Et ita punit Cenſuris illum, qui crediderit mundum hunc non eſſe à Deo factum, caſu quo ſuā hæreſim aliquo ſigno exteriori expreſſerit. Deinde Inquiſitores excommunicantur, non ob ſolum odium, vel amorem, aut lucri ſpem, ſed propterea quod exterius aliquid faciunt, quod eſt prohibitum fieri ex tali effectu, odij, nempe, vel amoris, &c. Vnde Inquiſitores nullo modo incurrunt excommunicationem, quamuis ex odio, vel amore, &c. procedunt in cauſa fidei, niſi quando ſigno aliquo exteriori indicant facere aliquid contra iuſtitiam, vel conſcientiam ſuam contra hæreticos, &c. ex odio, vel lucri gratia, &c.

QVÆSTIO IV.

An ſaltem, poſſit imponi Cenſura pro peccato per accidens occulto; hoc eſt, pro peccato, quod non ſolùm corde committitur, ſed voce, aut operè manifeſtatur, teſtem tamen non habet?

NEgat adhuc Durandus, apud Raſtellium (infrà citandum) ſic dicentem: Secunda opinio eſt Durandi 4.*ſent.diſt.*17.*q.*8. & 14. dicentis, Eccleſiam non habere auctoritatem ſuper interna tantum, nec ſuper interna informantis externum ſecretum; Tum, quia non poteſt prohibere id cuius tranſgreſſionem punire non poteſt, cum poteſtas directiua, & coërcina ſint ſimul. D.Thom.1.2.*q.*109.*art.*9. actus autem internus quamuis informet externum ſecretum, non tamen poteſt puniri ab Eccleſia, cum illum ignoret. Tum etiam, quia poteſtas data eſt Eccleſiæ à Chriſto ad paſcendum: ſed Eccleſia non poteſt paſcere per actum internum, quia Eccleſia eſt ſenſibilis, ergo oportet, vt paſcat per ſenſibilia: igitur fideles non poſſunt paſci quoad internum inſenſibile, quamuis informet externum ſecretum; ſecretum enim probari non poteſt: & tandem quia *in cap.Cogitatio, & in cap. Cogitationis pœnam, de pœnit. diſt.* 1. dicitur: interna pœnam non mereri. Hucuſque Raſtellius ex Durando, referens huius ſententiam.

Sed certè Raſtellius haud benè refert ſententiam Durandi. Nam in primis, hic Author expreſsè fatetur, Eccleſiam habere authoritatem ſuper peccata per accidens occulta, aut (quod idem eſt) ſuper peccata interna informantia externum ſecretum. Id namque planè conſtat, per hæc verba, quæ ſcripſit *q.*8.*cit n.*7. *ſi autem* (inquit Durandus) *peccatum procedit exteriùs per dictum, vel factum, occultum tamen alijs, tale peccatum benè ſubiacet poteſtati humanæ, ſed iuſtè puniri non poteſt propter defectum probationis, vnde ibi non deficit, ſed probatio, quia ſi poſſet probari poſſet iuſtè puniri.* Ita Durand.ibi. Et *q.*14.*n. etiā* 7 expreſsè ait, poſſe Eccleſiam punire peccata interna informantia externum ſecretum, ſententia excommunicationis, ipſo facto incurrenda, per hæc verba: *Si autem ſtatuto huic* (intellige, confitendi peccata etiam occulta per accidens) *eſſet annexa pœna excommunicationis, tunc non confitens omnia peccata ſua ſemel in anno, ipſo facto eſſet excommunicatus: ſed illa excommunicatio, quamdiu eſſet alijs ignota, ligaret ſolum eius conſcientiam, & poſſet ſi vellet, ſubtrahere ſe à communione aliorum fidelium. Sed alij non tenerentur vitare ipſum, niſi ſpontè fateretur ſe excommunicatum.* Hucuſque Durandus. Ex cuius verbis apertè conſtat, non amplecti ſententiam, quam illi imputat Raſtellius. Meliùs poteſt citari pro hac parte, Crouſers *in Reg. S. Franc. capite* 7. *lectio* 4. Vbi expreſsè cenſet eſſe probabile, hæreticum externum, qui denunciari ſaltem non poteſt, non eſſe excommunicatum.

Sed tanquam certum reſpondeo: validè, & rectè poſſe imponi ab Eccleſia per legem, Canonem, aut ſtatutum generale, pœnam Cenſurarum pro peccato per accidens occulto, aut (quod idem eſt) pro peccato interno informanti externum ſecretum: non tamen per modum ſententiæ, & nominatim, quamdiu manet ſic occultum.

Prima pars huius reſponſionis conſtat *primò* ex iure *cap. Perrò, de ſentent.excommun. & cap.Clericis de immunit. Eccleſ. in lib.6. & in Extrauag. cum deteſtabile de Simon.* In quibus non ſolum peccata externa, ſed & occulta per accidens, Cenſuris excommunicationis, & ſuſpenſionis plectuntur.

Secundo id conſtat ratione. Quia prædicta peccata ſunt occulta per accidens: ergo per ſe ſubijciuntur Eccleſiæ iudicio: ergo validè, & rectè poſſunt ab illa pœnis Cenſurarum puniri in foro exteriori.

Secunda verò *pars* reſponſionis, etiam conſtat Quia peccatum occultum per accidens, quandiu manet occultum, puniri non poteſt, publica, & exteriori punitione; cum ex vna parte, legitimè probari nequeat, & ex altera, non expediat ad rectam Eccleſiæ gubernationem obligare hominem, vt ſeipſum prodat, cum id contrarium legi naturæ ſit: ergo peccatum occultum per accidens, quamdiù ſic manet occultum, nequit per modum ſententiæ, aut nominatim. Cenſuram pœna puniri. Et hoc ſolum voluit Durandus, & probant argumenta pro ipſo facta. Sic docent omnes Doctores, (vno excepto) legantur *citati quæſt. antecedenti*, præcipuè Henriquez *lib.*13.*cap.*17. *n.*2. vbi in *lit. K.* refert Caiet. Nauar. Couar. Simanc. Perez, Caſtro, Cordub. Victoriam, Penam. Banez, & alios Recentiores, Suar.*loc.cit.n.*17. Alterius *cap.*2. *cit.concl.* 2. Auila *loc. cit. concl. etiam* 1. Candidus *loc. cit. dubit.* 2. *num.* 4. Corneio *loc.cit.dub.* 3. *in fine*, & alij, ex dictis concludentes, hæreticos per accidens occultos, eſſe ipſo iure excommunicatos, per Bullam in Cœna Domini. Legantur etiam Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.*1.*cap.*11. *à n.*7. Azor *tom.*1 *lib.*1. *cap.*8. Hurtad de Mendoza *de fide volum.* 1. *diſp.* 83. *ſect.* 4. §. 36. & Diana *parte* 6. *tract.* 6 *reſolut.* 51.

QVÆSTIO V.

An, vt quis incurrat Cenſuram impoſitam ab Eccleſia, ſit neceſſarium, vt actus externus, ſit ſignum externum malitiæ ob quam ab Eccleſia imponitur Cenſura?

NEgant eſſe neceſſarium, vt quis incurrat Cenſuram impoſitam, quod actus exterior ſit ſignum malitiæ, ob quam impoſita fuit, ſed ſufficiat quodcumque opus exterius, etiamſi illam non ſignificet exterius,

Digitized by Google

exterius, nonnulli apud Vaſquez, & Luyſius, *vbi infrà.*

Probant. Quia quis, v. g. cogitans in hæreſim in quam mentaliter incidit, cudit menſam, aut femur, &c. aut dicit: *Ita eſt*, verè incurrit Cenſuram excommunicationis impoſitam ob exteriorem hæreſim: at ſic eſt, quod prædicti actus exteriores, non ſigna ſignificatiua expreſsè potius hæreſis, quàm alterius rei: ergo non eſt neceſſarium ad incurrendam hæreſis Cenſuram, quod illud opus externum expreſſet illam: Probatur maior, quia vt hæreſis ſit exterior, ſufficit, quod voluntas, & iudicium hæreſis interius, principium ſit alicuius exterioris actus, cum omnis malitia actus interioris redundet in eandem ſpeciem in actum exteriorem: ſed menſam aut femur ferire, aut dicere. *Ita eſt*, oritur ex iudicio hæretico, & affectu hæreſis: ergo ille actus eſt malus, & non alia malitia quàm hæreſis: ergo eſt exterior hæreſis, & cauſa excommunicationis.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: eſſe omnino neceſſarium; vt quis incurrat Cenſuram, quod actus externus ſit ſignum ſignificatiuũ malitiæ actus interni ſub ratione, qua eſt prohibitum opus externum ſub Cenſuræ pœna, nec vllo modo ſufficiat, quod ſit ſignum indifferens. Ratio eſt. Quia ſigna. quæ non ſunt ſignificatiua malitiæ actus interni, v g. hæreſis, ſed indifferentia, non ſunt exterior hæreſis, cum hæreſis per illa non ſit expreſſa: ergo nec ſunt cauſa ſufficiens, vt in Cenſuram excommunicationis quis incurrat, & puniatur. *Confirmatur.* Quia per illos actus exteriores indifferentes ad diuerſa ſignificantia, nempe per cæſionem menſæ, aut femoris, &c. nequit cognoſci malitia hæreſis, ex cuius affectu exiere dicti actus exteriores; cum ſub ea ratione malitiæ omnino ſint incogniti ab Eccleſia; & aliàs, neque ex materia habeant eam malitiam; nec ſint ſigna malitiæ ex fine, quæ latet in voluntate: ergo per illam hæreſim non incurret quis excommunicationis Cenſuram. Sic ſentit Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 18. fol. mihi 111. pag. 2.* ita loquens: Neque omnes etiam hæretici ſententiæ excommunicationis ſubiacent, ſed ſoli illi, qui hæreſim, quam mente conceperunt, foris quomodolibet manifeſtant, vt ſi aliquis eſſet præſens, poſſet cognoſcere illum in talem hæreſim fuiſſe lapſum. Sic Caſtro. Et ex illo Vaſquez 1. 2. *diſput. 160. cap. 3. & cap 3. num. 20. & tract. de excommunic. dub. 19. num. 20. & 21.* Simanc *de Catholic. inſtitut. tit. 24.* (non 42. vt leges apud Luyſium) *n 11.* Suarez *diſput. 4. ſect. 2. num 10.* Luyſius *lib. 1. de Cenſur. diſput. 4. dub. 2.* Diana *parte 5. tract. 9. reſolut. 49.* Raſtellius *de Cenſur. in comm queſt. 4. artic. 2. num. 9.*

Ad fundamentum contrariorum, neganda eſt maior, ad cuius probationem dicendum eſt, non ſufficere quod ille actus exterior induat eandem malitiam hæreſis actus interni, vt ſit exterior hæreſis, quia vltra hoc requiritur, vt hæc, ſignis exterioribus manifeſtetur, ſaltem ſub ratione hæreſis in communi, vt ſic iudicio Eccleſiæ ſubdi poſſit, & tunc excommunicationis pœna tale hæreſis crimen iuſtè, & validè feriri.

QVÆSTIO VI.

An, quando actus exterior malus, prohibitus ſub aliqua Cenſura, non procedit ab actu interiori habente eam malitiam, quæ ſub Cenſura eſt prohibita; num homo illum actum exteriorem exercens, incidat in illam Cenſuram?

Affirmat Caietanus 2. 2. *queſt. 12. artic. 1. verſ. In reſponſione ad 2. confirmationem*, & latius, & expreſſius *queſt. 94. artic. 1. verſu, in reſponſione ad primum*, vbi id multis exemplis comprobare nititur, ſed inter alia, hoc magis ad propoſitam quæſtionem, per hæc verba: Similiter, Chriſtianus ille, qui in ſolum exteriorem actum negandi fidem conſenſit, eſt in foro conſcientiæ excommunicatus: quia voluntariè conſenſit in actum infidelitatis, & illum exercuit negando Chriſtum verbo, vt Petrus fecit. Et ſimiliter, qui ſolum actum idololatriæ exterius commiſit, excommunicatus eſt in foro conſcientiæ: quia actum infidelitatis, & apoſtaſiæ voluntariè exercuit, &c. Sic Caiet.

Sed omnino oppoſitum reſpondeo: dicendum, quod, quamuis actus exterior malus, non procedens ab actu interiori habente eam malitiam, quæ prohibetur aliqua Cenſura, poſſit puniri ab Eccleſia: tamen de facto, non incurrit Cenſuram poſitam contra tale peccatum, qui illud modo dicto commiſit: verbi gratia, de facto eſt impoſita excommunicatio contra hæreticos, ſi aliquis metu mortis exercet actum exteriorem infidelitatis, vt adorando apud Sarracenos Mahumetum, aut apud Paganos, thurificando idolis, retenta tamen interius fide, tunc iſte talis, licèt poſſit in foro externo puniri ab Eccleſia tanquam hæreticus; in foro tamen conſcientiæ non incurret Cenſuram poſitam contra hæreticos.

Prima pars huius reſponſionis, quæ fauet Caietano, conſtat. Quia talis verè committit externum peccatum; & hoc præſumi poteſt eſſe in ſpecie hæreſis: ergo vt talis poteſt ab Eccleſia in foro externo puniri.

Secunda verò *pars*, quæ directè militat contra Caietanum etiam patet. *Primò*, quia mentalis hæreticus, ſine actu exteriori, non incurrit excommunicationem: ergo nec incurret illam exterior hæreticus, qui ſine actu interiori, negat fidem. *Secundò*, quia excommunicatio lata contra hæreticos, ſolum comprehendit eos, qui verè, non apparenter, ſunt hæretici: ſed ille qui, retenta interiori fide, ſolùm actu exteriori illam negat, non eſt verè hæreticus, ſed ſolum in effigie: ergo. Minor probatur. Quia de intrinſeca ratione hæreſis, eſt error in intellectu contra fidem; ergo hæreſis in actu interiori conſummatur: ergo abſque illo nequit vera hæreſis ſubſiſtere. Sic D. Anton. 1. *parte titulo 12. cap. 5. §. 1.* Sotus *in 4. diſtinct. 22 quaſtione 2. artic. 3. concluſ. 5.* vbi ait, quod ad contrahendam veram hæreſim, requiritur deliberatus actus: puta aſſertio exterior, quam interior præceſſerit Nauarrus *in ſumma cap. 11. num. 24. & 25.* mihi verò, *numero 27. verſ. Tertiò peccat mortaliter.* Vbi citat pro hac parte Repertorium Inquiſitorum *verb. hæreticus.* Syluestrum *verb. hæreſis, quaſtione 9.* & Tabienam *verb. hæreticus, numero 2. verb. Apoſtaſia, num. 3.* eandémque ſententiam repetit *cap. 27. num. 16.* Et tenent illam etiam Simanca *de Catholic. inſtitut. tit. 17. num. 36.* Vaſquez *de excommunic. cap. 13. in fine.* Suarez *diſputatione 4 ſect. 3. num. 15.* Filliucius *tractatu 11. cap. 6. quaſt. 6. num. 176.* Raſtellius *de Cenſur. in genere, quaſtione 4. artic. 2. num. 4. pag. mihi 100.* Auila *1. parte dub. 11. concluſ. 3.* Luyſius *lib. 1. de Cenſ. diſputatione 4. dub. 3. in fine.* Bauny *quaſt. 1. in cap. 1. Bulla Cœna Dominic. verſ. Ita ſecundò patet, pag. 297.* Diana 1. *parte tractatu 5. reſolut. 1. & 3. parte tract. 4. reſolut. 143.* Sylvius 2. 2. *quaſtione 11. artic. 3. quaſt. 11 concluſione 2.* Toletus *lib. 4. cap. 4. numero 6.* Baſſæus *verb. Cenſura, num. 13.* Bonacina *diſputatione 1. quaſt. 1. puncto 3. numero 14.* & alii communiter.

QVÆSTIO VII.

An etiam, quando aliquis ſeruat præcepta Eccleſiæ, ficto animo, aut ſine actu interiori, excuſetur à Cenſura, ſi qua ſit impoſita, contra non obſeruantes talia præcepta?

AFfirmant nonnulli excuſari à Cenſura impoſita. Quia talis iam implet præceptū Eccleſiæ quoad ſubſtantiam actus exterioris, quod ſufficit ad euitandam Cenſuram. Vnde ſi excommunicetur, qui non audit Miſſam in feſto, aut qui non recitat horas, &c. excuſabitur ab excommunicatione, ſi ſolùm ſit præſens Miſſæ ſine vlla attentione; aut proferat verba omnino voluntariè diſtractus. Sic Henriquez *lib. de Miſſa cap.25. §.5. lit.P. & lib.2. de pœnit. de confeſſione informi cap.14. ad finem, & lib.13. de excom. c.21. §.1. in fine*: ita dicens: Excuſatur (*intellige, ab excommunicatione*) qui impleuit externum opus, putà recitauit ſecundum ſubſtantiam, quamuis defuit occulta intentio, ſeu attentio, aut integritas confeſſionis. Ita ille, cuius ſententiam, ſaltem quoad ſeruationem præceptorum recitandi Officium diuinum, & audiendi Miſſam, amplecti debent omnes authores ſuſtinentes, quod ad ſatisfaciendum his præceptis ſufficiat attentio externa, nec ſit neceſſaria attentio, ſeu deuotio interna, quos latè citauimus *2. part. de ſacr. tr.6. diſp.13. q.13. & 3. p. de quinq. precep. Eccleſ. tract. 2. diſput.1. queſt.66.*

Sed probabilius cum diſtinctione reſpondeo: Non excuſari à Cenſura illum, qui animo ficto, aut ſine actu interiori non ſeruat præcepta Eccleſiæ (ſi abſolutè contra eorum tranſgreſſores ſit impoſita) caſu, quo fictio animi aut defectus actus interni, ſit contra ſubſtantiam actus externi præcepti, vt præceptum eſt: ſecus verò ſi non eſt contra ſubſtantiam actus externi præcepti. Ratio eſt, Quia ille in primo caſu, verè tranſgreditur Eccleſiæ præceptum, & conſequenter incurrit Cenſuram impoſitam contra tranſgreſſores: in ſecundo verò, minimè, quia verè adimplet præceptum quoad ſubſtantiam actus externi. Et iuxta hanc doctrinam iudicandum eſt, de illo qui recitat Officium diuinum aut audit Miſſam, ſine vlla attentione aut deuotione interna, nam iuxta probabiliorē ſententiam, quam nos docuimus *locis citatis*, aliqua attentio eſt de ſubſtantia talis actus, vt cadit ſub præceptum, & ideo qui nullam habet, verè omittit præceptum quoad ſubſtantiam, & ideo incurret Cenſuram, ſi abſolutè contra omittentes impoſita ſit. E contra verò, dicendum eſt de illo, qui indignè communicaret in Paſchate; aut faceret confeſſionem informem, ſed validam; quia cum talis adimpleret ſubſtantiam præceptorum Eccleſiæ per talem Communionem & Confeſſionem iuxta dicta à nobis, *1. p. de Sacram. tract.5. diſp.3. queſt.53. & 54. & 2. part. tr.7. diſp.3. queſt.28.* non incurret Cenſuram, ſi quæ lata eſſet contra non communicantes eo tempore, aut non confitentes ſemel in anno. Sic Suarez *diſput. 4. ſect.2. n.27. & ſect.3. n.19. & 20.* Filliuc. *tract.11. cap.7. queſt.3. num.166. & queſt.6. num.178.* Bonac. *diſp.1. de Cenſur. queſt.1. puncto 3. num.1. aliàs 5.*

QVÆSTIO VIII.

An actus externus, per quem quis ligatur Cenſura, debeat eſſe in ſua ſpecie morali, completus, & conſummatus?

REſpondeo debere eſſe, niſi aliàs aliud explicent verba, quibus fertur Cenſura. Pro hac reſolutione nota ex Raſtellio *queſt. 4. de Cenſuris in comm. R. P. Leand. de Cenſuris art.2. pag.97.* Quatuor modis poſſe eſſe culpam externam non conſummatam in ſua ſpecie: *Primò* ex defectu termini actionis phyſicæ. *Secundò* ex defectu voluntatis. *Tertiò* ex defectu veritatis, & *Quartò* ex defectu modi. Quo ſuppoſito

Dico *primò*, Quod quoties Eccleſia fert Cenſuram ſub ratione culpæ ſub verbis includentibus vltimum terminum actionis phyſicæ, nullo modo ligat Cenſura, quouſque fuerit conſummatus vltimus terminus: quia cum Cenſura ſit pœna, reſtringenda eſt ad terminos, ad quos fuit applicata. Vnde non eſt excommunicatus, qui proiecit lapidem contra Clericum, ſi Clericus non eſt percuſſus: quia in Can. *ſi quis ſuadente diabolo 17. q.4.* fertur Cenſura ſub verbis includentibus percuſſionem. Nec eſt excommunicatus, qui mandat percuſſionem Clerici, quouſque mandatarius percuſſerit. Nec ſimoniacus conuentionalis, quouſque conuentio fuerit executioni mandata, ex vtraque parte. Nec tandem ſuffragans pro indigno, eſt priuatus iure ſuffragandi, ſi indignus de facto non fuerit electus, vt habetur cap. *Perpetuò, de elect. in 6.* Legantur pro iis Corollariis Nauarr. *cap.27. num.51. & cap.23. n.104* Suarez *diſp.4. ſect.3. n.4.* Couar. *in cap. Alma 1. p. §.10. num.15.* & Palao *diſp.1. punct.7. n.8.* & alij.

Dico *ſecundò*. Quoties Eccleſia fert Cenſuram ratione culpæ ſub verbis requirentibus perfectum voluntarium, non ligat Cenſura ſi hoc abſit. Quia, vt diximus, Cenſuræ pœna, reſtringi debet ad terminum, ad quem applicatur. Ex quo fit, quod Confeſſarius abſoluens pœnitentem à caſu reſeruato in Bulla Cœnæ, ex eo quod exiſtimabat, illum non contineri in Bulla, nullo modo maneat excommunicatus; quia excommunicatio applicata in fine Bullæ Cœnæ requirit perfectum voluntarium, ſignificatum per illa verba: ſi quis præſumpſerit. Suarez *diſput.21. ſect.3. in fine,* & anteà *diſp.4. ſect.3. num.9.*

Dico *Tertiò*. Quoties Eccleſia applicat Cenſuram ratione culpæ, ſub verbis includentibus veritatem, non ligat Cenſura, quando culpa commiſſa eſt fictè, Nauar. *cap.11. n.27.* Ex quo infertur: quod qui fingit ſe hæreticum, vt liberè tranſeat per loca hæreticorum; nullo modo manet excommunicatus, quia ille talis verè non eſt hæreticus, cum in ipſius intellectu non maneat, vt ſupponimus, error fidei, vt habitum eſt, *queſtione 6.* Secus eſſet dicendum, caſu quo fictio eſſet ad occultandum delictum, quia tunc fictio potius auget quàm minuit, culpam. Vnde ſi quis animo hæretico, verbis amphibologicis profetur hæreſim, vt pœnam ſubterfugiat, verè eſt excommunicatus, quia occultatio in dictis verbis eſt per accidens, & occulta hæreſis per accidens verè ſubiicitur poteſtati Eccleſiæ, vt *ſuprà q.4.* habitum eſt. Suarez *diſput. 4. ſect.3. n.15.* ex Nauarro *cap.11. n.27. aliàs 15. & cap.27. num.56.*

Dico *Quartò*. Quoties Eccleſia fert Cenſuram ratione culpæ, ſub verbis includentibus modum, non ligat Cenſura, ſi abeſt modus. Quia ius in eo caſu non punit effectum, ſed modum. Ex quo infertur, quod nullo modo ſint excommunicati ſimoniaci conſummantes mutuam traditionem rei ſpiritualis pro temporali, ſine conuentione externa: quia Cenſura cadit ſuper conuentionem externam, cap. vlt. *de ſimonia.* Hæc ex Raſtellio, quæ omnia deſumpſit ex P. Suar. *diſp.4. ſect.3.* vbi de hac re latè agit. Legantur etiam Filliuc. *tract.11. cap.6. queſt.4. à num.167. vſque ad 178.* Bonacina *diſputat.1. q.1. punct.3. à num.12.* Vgolinus *tab.1. capite 9. §.13.* Luyſius *libro 1. de Cenſuris diſp.4. dubitat. 3.*

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

An Cenſura maior, ſolùm pro mortali culpa legitimè infligi poſſit?

RESpondeo tanquam quid certum: ſolùm pro mortali culpa infligi poſſe. Ratio eſt. Quia maior Cenſura eſt grauiſſima Eccleſiæ pœna: ergo ſupponere debet culpam grauem mortalem pro qua imponatur; patet, quia contra æquitatem eſſet iuſtitiæ pro leui culpa grauiſſimam pœnam imponere. Sic docent omnes Doctores, nullo excepto, loquendo de excommunicatione maiori. Nam loquendo de ſuſpenſione, aliter quidam ſentiunt, vt videbimus *infra tr. 4. diſp. 2. quæſt. 9.* Legantur D. Thom. *in 4. diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 1. Nauarr. *cap. 27. num.* 153. Suarez *diſp. 4. ſect. 4.* Bonac. *diſp. 1. quæſt. 1. punct. 3. propoſ.* 3. & alij. Qui omnes vno ore fatentur neminem incurri Cenſuram maiorem excommunicationis ob peccatum veniale.

QVÆSTIO X.

An Cenſura minor inferri ſaltem pro culpa veniali poſſit?

RESpondeo tanquam quid certum: Poſſe. Quia ſic proportionatur culpa pœnæ. Vnde excommunicatio minor, per communicationem in humanis, cum excommunicato denunciato, vel notorio Clerici percuſſore contrahitur, cap. *Nuper, de ſententia excommunicationis*, quæ communicatio eſt, ratione leuitatis materiæ, venialis: ergo. Sic omnes Doctores. Legantur *citati.*

QVÆSTIO XI.

An quodlibet peccatum mortale externum, puniri poſſit iuſtè, ac dignè, Cenſura maiori?

RESpondeo. Non quodlibet mortale puniri maiori Cenſura poſſe. Quia ſicut homo non poteſt pro quolibet veniali iuſtè puniri Cenſura minori, vt conſtat; quis enim dicet pro quolibet leui mendacio, aut otioſo verbo, poſſe hominem excommunicari minori excommunicatione? nullus certè: ita ergo pari ratione, non poterit pro quolibet mortali, Cenſura maiori puniri. Requiritur ergo quod non ſolùm ſit mortale, ſed quod etiam habeat in ſe ſpecialem quandam grauitatem, vt putà quod aut ſcandalum generet in Eccleſia, aut pacem perturbet, aut aliquod graue nocumentum efficiat, quod alia via non poſſit impediri. Quando autem id debeat, aut deceat executioni mandari, prudentiæ Iudicis relinquendum eſt, vt conſiderato fine principali imponendi Cenſuras, & qualitate delicti, & neceſſitate, aut vtilitate magna vrgente eam imponat. Sic Suarez *diſputatio* 4. *ſectio* 4. *num.* 3. & Bonacina *loco citato, numero* 9. addens, quod licet non iuſtè, validè tamen poſſit Cenſuram ferri pro quolibet mortali: quod eſt verum; ſi hoc habeat ceteras conditiones ad id requiſitas, quas & addit Alterius *tom.* 1. *lib.* 3. *diſputatio* 1. *capite* 1. dicens, eſſe certiſſimum, neminem poſſe maiori Cenſura percuti niſi pro culpa mortali, & qui alioqui corrigi non valeat, ita vt ſit contumax, quia perſiſtat in peccato mortali, & ab eo ceſſare nolit, aut propter inobedientiam, & contumaciam non comparandi, aut non parendi ſuperioris præcepto; de quibus omnibus nos egimus *ſupra.*

QVÆSTIO XII.

An, vt Cenſura valida, & iuſta ſit, debeat eſſe proportionata culpæ, cuius cauſa fertur?

RESpondeo affirmatiuè. Quia irrationabile eſt inæquales culpæ, æquali pœna puniri: aut è contra, æquales culpæ, inæquali pœna: ergo ſine rationabili cauſa fertur Cenſura maior pro minori culpa: ergo & iniuſtè & inualidè. Requiritur ergò maior cauſa, & maior culpa ad maiorem Cenſuram, vt ſic ſeruetur proportio inter pœnam & culpam. Vnde aliqua poterit eſſe cauſa rationabilis & proportionata, vt valida ſit Cenſura ſuſpenſionis, quæ eſt minor Cenſura, quæ tamen non ſit proportionata & rationabilis reſpectu maioris Cenſuræ, nempè excommunicationis, & conſequenter hæc tunc ſit inualida defectu cauſæ rationabilis. Sic Corneio *diſputatio* 8. *de Cenſuris in gen., dubit.* 2. *quæſt.* 1. *pag.* 564.

QVÆSTIO XIII.

An in imponendis Cenſuris debeant Iudices aliquem ordinem & diſpoſitionem ſeruare?

RESpondeo, debere omnino. Quia valdè conſentaneum rationi & iuri eſt (inquit Suarez) vt cum inter Cenſuras ſpecie diuerſas, vna ſit minus grauis, quàm alia, & omnes ad hunc finem tendant corripiendi contumaciam, & reprimendi peccata, quando ille poteſt obtinere per Cenſuram minus grauem, illa tantum imponenda ſit, & non ſtatim eſſe inchoandum à ſuprema Cenſura, vt eſt excommunicatio maior. Sic Suarez *diſp.* 4. *ſect.* 4. *num.* 5. Qui id colligit ex capite *Præſenti* 5. *quæſt* 2. *& ex capite, Veritatis, de dolo & contumac. ex capite* 2. *de teſtibus cogend.* Et ex Gloſſa. *in cap. Cum tu, de vſur. verb. Per pœnam.* & Gloſſa *in cap. Coronatus. diſt.* 74. *verb. Adhuc.* Vbi notant ſuſpenſionem debere antecedere excommunicationem in Sacerdotibus, qui ſuſpendi poſſunt: in laïcis verò, interdictum. Non quod hic ordo ſit ſemper neceſſarius, ſed prudens Iudex debeat illum ſeruare, niſi aliud negotij grauitas requirat, aut niſi probabiliter iudicet nullam eſſe ſpem fructus in præmittenda Cenſura minori, quia tunc inutile eſſet illam ferre.

QVÆSTIO XIV.

An Cenſura impoſita aduerſus committentem aliquod delictum, comprehendat mandantem, ſeu conſulentem?

AFfirmant Sylu. *excom.* 9. *n.* 79 Roſella *eodem verb. caſu* 43. *n. vlt.* eo quod mandans, ſeu conſulens delictum, abſolutè dici poteſt, delictum committere.

Sed longè probabilius reſpondeo; Non comprehendi mandantem, ſeu conſulentem, niſi aliàs in lege, ſeu præcepto exprimatur; aut aliunde lex reddatur fermè inutilis, niſi mandantem comprehendat. Quia leges imponentes Cenſuras, vtpote odioſæ, & pœnales, ſtrictè ſumendæ ſunt: at ſic eſt, quod mandans, aut conſulens delictum, nequit dici propriè, & in rigore, illud delictum facere, aut committere, vt docent Bartol. *in l. ſi is qui pro emptore à n.* 56. *ff. de vſucapionibus, & l. ſed ſi vnius §. ferrus, n.* 2. *ff. de iniuriis* Iaſon, Iulius Clarus, & alij quos affert & ſequitur Dacianus *de tract. crimin. lib.* 9. *c.* 31. *n.* 1. ergo. Sic Sanchez *lib.* 3. *de Matr. diſp.* 48. *n.* 1 & 4. & penes ipſum, Syluester ſibi contrarius, *verb. excommunic. vltima, q.* 4. *dicto* 3. Caiet. Armilla, & Tabiena. Necnon Nauarrus *c.* 27. *numero* 51. Medina *libro* 1. *ſumma, capite* 11. §. 1.

Barthol.

Digitized by Google

Barthol. de Ledeſma, *de excommunic.dub.6.fol.*1002. Henriquez *libro* 13. *cap.*17.*num.* 2. *& cap.* 21. *num.*1. Ledeſma 2.*p* 4.*q.*16.*art.*2.His addi poſſunt Auila 2.*p. c.*4.*diſp.*3.*dub.*1.Ægidius *diſp.*14. *dub.*15.*n.*188. Hurtadus *de Cenſur. diſſ.*15.*n.* 53. Caſtro Palao *de Cenſur. diſp.*1.*punct.*7.*num.*12. & alij communiter.

DISPVTATIO IX.

De cauſis excuſantibus ab incurrendis Cenſuris, & Primò, de Ignorantia.

QVÆSTIO I.

Quis, & quotuplex ſit Ignorantia, de qua in dubium verti poſſit; an excuſet à Cenſura?

REſpondeo quod multiplex. Nam in primis Ignorantia, alia eſt iuris, alia facti, & alia pœnæ. *Ignorantia iuris* dicitur illa, qua quis ignorat legem, præceptum, prohibitionem, qua ſuum factum eſt prohibitum; vt accidit, quando quis percutit Clericum, ignorans, & neſciens prohibitam eſſe ab Eccleſia ſub excommunicatione, percuſſionem Clerici. *Ignorantia facti*, appellatur illa, qua quis ignorat factum ſuum, licèt habeat notitiam legis, ſeu præcepti, quo dictum factum prohibetur, vt contingit, quando quis ſciens eſſe latam Cenſuram contra percuſſores Clericorum, ignorat hunc eſſe Clericum, quem percutit *Ignorantia tandem pœna*, illa eſt, qua quis ignorat pœnam, ſeu Cenſuram annexam facto prohibito: & contingit quando quis percutit Clericum, ſciens hunc eſſe Clericum, & ſimul ſciens prohibitum eſſe ab Eccleſia percutere Clericum: ſed ignorat id prohibitum eſſe ſub Cenſura. De huiuſmodi ignorantiæ diuiſionibus agunt Sotus *in* 4.*diſt.*21.*q.*1.*art.*1.*verſ. Quartus demum caſus.* Nauarr. *cap.*27.*n.*274. Bonac. *diſp.*1. *de Cenſur. q.*2. *punct.*1. *num* 1. & ex illo omnino, non citato, Candid' *diſquiſ.*22.*art.*31. *dubit.*1. Hurtad. *de Cenſur. in communi diſſ.*21.*num. mihi* 87. Suarez *diſp.*4. *ſect.*8. *num.*8. Auila 2. *parte de Cenſur. diſp.*5.*dub.*6.Sanchez *lib.*1. *ſum.cap.*16. *latè à num.*1.Monteſin.*tom.*1.*in* 1.2. *quæſt.*6. *art.*8. *quæſt.*11. Antonius *in ſumma Diana. verb. ignorantia.* & alij.

Rurſus. Quælibet ignorantia ex iis tribus, ſcilicet, iuris, facti, atque pœnæ, poteſt eſſe culpabilis, ſeu vincibilis, & probabilis, ſeu inuincibilis, aut inculpabilis.

Ignorantia culpabilis, ſeu *vincibilis* datur, ſecundum aliquos, quando quis ignorat, quæ ſcire debet, & poteſt, etiamſi actualiter non aduertat malitiam facti. Ita ſentiunt Valentia *tom.*2.*diſp.*6. *quæſt.*6. *puncto* 1.& Zumel 1.2.*quæſt.*76. *art.*3.*diſp.*2. *dicto* 4.& 5.Gerſon. 2.*p. alphabeto* 33. *lit. H.* Adrianus *quodlib.* 7. *art.*1. *ad* 1. *lit. P.* Nauarr. Angel. Vgolin. Azor. & alij penes Sanchez *vbi infra.* Gordonus *tom.*1.*Theol. moral.lib.*1. *quæſt.*8.*cap.*20.*num.*37. & alij recentiores. Sed multò probabilius alij dicunt, quod, vt ignorantia ſit vincibilis, & peccaminoſa, præter obligationem aduertendi, requiratur ante conſenſum, aliqua cogitatio, & conſideratio actualis malitiæ, aut periculi; vel ſaltem expreſſa aliqua dubitatio, vel ſcrupulus malitiæ operis, aliàs opus in quantum malum, non erit voluntarium, cum fieri nequeat, vt voluntas velit malum, quod intellectus non præcognouerit. Sic Vaſquez 1.2. *q.*74.*art.*7.*diſput.*107.*cap.*3. *à num.*6.&

quæſt. 76.*artic.*2. *diſput.* 124. *cap.* 2. *num.* 5. & penes ipſum D.Thom. *de verit. quæſtio* 15. *articulo* 4. *ad* 10. Syluest. *verb.delectatio* 51. *dictio* 4. Corduba *lib.* 1. *q.* 23.*dub.*10.Sic etiã Sanchez *lib.*1.*ſum.c.*16.*numero* 21. & penes ipſum Suarez *diſp.*4.*de Cenſur ſect.*8.*num.*18. Palaus *tom.*1.*tract.* 2. *diſp.* 1. *punct.*15. *n.* 5. Tannerus *in* 1.2.*diſput.*4. *quæſt.*9. *dub.*1. *num.* 17 Layman *lib.*1. *tract.*2.*par.*4.*num.* 6. Ægidius *de actibus ſupernatural. diſput.* 14. *dub.* 11.*n.* 229. Aluarez, Sayrus, Reginaldus, & Salas, quos refert ac ſequitur Diana 4 *parte tract.*4 *reſol.*37.

Ignorantia verò inculpabilis, quæ etiam inuincibilis, probabilis, iuſta, inuoluntaria ſolet appellari, eſt, & dicitur illa, quæ moraliter vinci, ſeu expelli non poteſt, eo quod inculpabiliter priuet cognitione malitiæ actus, vnde nec ipſa eſt culpa, nec cauſa culpæ, ideòque appellatur inculpabilis, ſicut dicitur inuincibilis, quia excludi nequit aut nõ debet: & probabilis etiam, & iuſta, quia bona fide contracta eſt. Sic Suarez *loc. cit.n.*4.Sanchez *num* 3.Hurtad.*de Cenſuris in comm. diſſ.*21. Qui benè iuxta nuper dicta ſic explicat & definit hanc ignorantiam dicendo: quod ignorantia inuincibilis, aut phyſicè, eſt illa, quæ vinci non poteſt, vt quando rei ignoratæ nulla eſt orta dubitatio, nec ſuſpicio. Sic ille. Bauny *tract. de Cenſur. in comm.q.*18.*pag.mihi* 26. & alij citati.

Deinde, ignorantia vincibilis, ſeu culpabilis (quæ etiam improbabilis, iniuſta; & voluntaria dicitur) adhuc ſubdiuiditur in ignorantiam craſſam, ſeu ſupinam & affectatam. *Ignorantia vincibilis craſſa*, ſeu ſupina, dicitur illa; quando quis non ex propoſito, ſed ex quadam negligentia, incuria, ſeu deſidia, ignorat, quæ ſcire poteſt & debet. Dicitur enim *craſſa*, quando ex deſidia oritur; ſumpta metaphora ex hominibus craſſis, & pinguibus, qui deſides eſſe ſolent: *ſupina* verò, quando oritur ex nimia ſollicitudine circa alia, & modica cura ignorantiæ vincendæ, inſtar ſupinè in lecto iacentium, quaſi nihil de rebus curantium. *Ignorantia verò affectata*, eſt illa, qua quis ſtudio ignorat, quod ſcire debere cognoſcit, vt ſic liberius, & ſine remorſu conſcientiæ peccare poſſit, iuxta illud *Pſ.*35. *Noluit intelligere, vt benè ageret.* Quæ vltima ignorantia directè eſt voluntaria; duæ verò priores, indirectè. vt benè explicuit D. Thomas 1.2.*q.*19 *art.*6 & *quæſt.*76. *art.*3. per hæc verba: Ipſa Ignorantia eſt voluntaria, vel directè, vt cùm aliquis ſtudioſè vult neſcire aliqua, vt liberius peccet: vel indirectè, ſicut enim aliquis propter laborem, vel propter aliquas occupationes negligit addiſcere id per quod à peccato retraheretur, talis enim negligentia facit ignorantiam eſſe voluntariam & peccatum. Sic Angelicus Doctor. Et ex illo Bauny *quæſt.*18.*cit.* Sanchez *c.*16. *cit.n.*6. Candidus *diſquiſ.*22.*art.* 31. *dubit.* 2. Corneio *de Cenſur. in gen. diſp. vltim dub. vltim* Qui aduertit, quod ex iis ignorantiis, ignorantia craſſa, & ſupina habeant gradus ſuos; nam alia procedit ex negligentia graui, alia verò ex leui, ita vt ad perfectum voluntarium, quale ad peccatum mortale requiritur, non ſufficiat. Legantur Sanchez *loco citato tomo* 1. *de Matrim. lib.* 9. *diſput.* 32. *numero* 31. Bonac. *diſput.*1.*q.* 2. *punct.*1. & alij citati.

Præterea ignorantia diuiditur in Antecedentem, Concomitantem, & Conſequentem. *Antecedens* appellatur illa, quæ eſt inculpabilis, & inuincibilis, & qua non poſita, actus malus non fieret. v. g. Petrus percutit Clericũ, neſciens omnino illum eſſe Clericũ, aut eſſe ſpecialiter prohibitum percutere Clericum, quod ſi ſciret, illum non percuteret; hic namq; dicitur habere ignorantiam antecedentẽ. *Concomitans* dicitur illa, quæ ita coniuncta eſt cum actu, quod etiamſi non adeſſet, actus nihilominus fieret: contingit autem, cum quis, v.g caſu, & ignorãs occidit inimicũ, quem tamen

Digitized by Google

melius occideret, ſi noviſſet. *Conſequens* tandem ignorantia eſt illa, quæ quouis modo eſt voluntaria, & peccabilis, dicitúrque conſequens; quia ſequitur voluntatem, eo quod verè volita eſt, aut directè, vt cum eſt affectata; aut indirectè, quando ignorans, potuit, & tenebatur illam expellere, ſed non curauit. De hac ignorantiæ diſtinctione agunt Theologi cum D Tho. 1. 2. *q.6. art.8 & q.76. art.1.* Medina 1. 2. *q. 6. art.* 8. §. *ſequitur, vt dicamus.* Menteſinus 1. 2. *quæſt. 6. art.* 8. *quæſt.*11. Suarez *de Cenſuris diſp.4. ſect.8. n.* 5. Sanchez *lib.1. ſum. cap.16. à num.*3. Bonac. *diſp.1. quæſt.2. p.1. n.5.* *Candid. diſquiſ. 22. art. 31. dubit.*4. Caſtro Paleo *tom.1. tract.2. diſp.1. punct.15.*

Denique diſtingui poteſt ignorantia, in habitualem & actualem. Habitualis contingit, quando quis nihil audiuit de lege, aut præcepto; Actualis verò, quando quis iam nouit præceptum, aut legem, & eius memoriam in habitu retinet, tamen hîc, & nunc ad illud non aduertit; quæ ignorantia propriè dicitur, inaduertentia, inconſideratio, ſeu actualis obliuio de qua dari poſſunt omnes feri diuiſiones, quæ de ignorantia ſunt traditæ; nam & poteſt eſſe inuoluntaria, & voluntaria ſaltem indirectè. &c Quod aduertunt Suarez *loco cit.* Sanchez *loco cit. num.*8. Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *capite* 16. *quæſt.* 3. Bonacina *loco citato* & alij.

Ex iis autem ignorantiæ diſtinctionibus, plures quæſtiones ad præſentem diſputationem attinentes, oriuntur, de quibus omnibus claritate conſueta, tractabimus. Sic ergo

QVÆSTIO II.

An ignorantia inuincibilis aut inculpabilis præcepti Epiſcopi, aut Ordinarij, cui annexa eſt Cenſura, ab illa excuſet?

RESpondet tanquam quid certiſſimum: Excuſare à Cenſura. *Primò.* Quia ſic definitur in iure. cap. *Vt animarum, de Conſtitut. in* 6. à Bonifacio VIII per hæc verba: *Vt animarum periculis obuietur: ſententijs per ſtatuta quorumcumque Ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes: dum tamen eorum ignorantia, craſſa non fuerit, aut ſupina:* Sic text. Ergo ex illo ignorantia inuincibilis, aut inculpabilis excuſat.

Secundo. Quia ignorantia inuincibilis, cum tollat omnino voluntarium, excuſat culpam; ergo & cenſuram: cum hæc ſolùm poſſit ferri propter culpam, vt ſupra *diſp.8. quæſt. prima*, eſt habitum. Sic docent omnes Doctores. Canoniſtæ *in d. cap.* Theologi cum D. Thom. 1. 2 *quæſt.* 76. *art.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.22. q.1. art.2. verſ. Quartus demum.* Syl̃ueſt. *excomm.* 2. *num.* 6. Suarez *diſp.4. ſect.* 8. *n.* 6. Bauny *tract.* 1. *de cenſur. in comm. q.17. dicto* 1. Candid. *diſquiſ.22. art.* 31. *dub.* 5. *dicto* 8. Hurtad. *de Cenſur. in comm. diff.* 21. Corneio *diſput. ult. de Cenſur. in genere dub.*1. Sanchez *lib.1. ſum. cap.16 num.* 9. Bonac. *diſp.1. de Cenſur. quæſt.* 2. *pun.*1. *num.*6. Caſtro Palao *tom.6. diſp.1. de Cenſuris punct.*8. *num.*7. & alij omnes.

QVÆSTIO III.

An ignorantia inuincibilis præcepti lati ſub Cenſura, iure peculiari Pontificis, vt Epiſcopi Romani, excuſet etiam ab incurſione Cenſuræ?

RESpondeo, Excuſare. Quia quando Pontifex fert præceptum ſub Cenſura, pro ſuo duntaxat Epiſcopatu, ſe habet ad inſtar aliorum Ordinariorum; at ſic eſt, quod ignorantia inuincibilis præcepto lati ſub Cenſura ab Ordinariis, excuſat ab incurſione Cenſuræ, vt nuper vidimus: ergo. Sic Hurtad. *diſput.* 22. *cit. num. mihi* 96. *verſ. Vnde ignorantia.* Sanchez *lib.* 6. *de Matrimonio diſp.*32. *n.*31. Palao *diſp* 1. *punct.*8. *n.* 7. & antea *tom.*1. *tract.*2. *de peccatis diſp.*1. *punct.*17. *n.* 2. Vaſquez *de excommun dub.*16. *n.*6. Suarez *hic diſp.* 4. *ſect.*8. *n.*10. & alij.

QVÆSTIO IV.

An ignorantia inuincibilis alicuius Canonis, ſeu præcepti Pontificis, vt Pontificis eſt, prohibentis aliquod delictum ſub Cenſura, excuſet Cenſuram?

NEgandum videtur. Quia ſæpe in Cenſuris latis à Sum. Pontificibus dicetur, ſufficere ad incurrendas illas affixionem ad valuas Eccleſiæ ſancti Petri Romæ: ergo enim, qui illas inuincibiliter ignoraret, incurreret.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo dicendo: Excuſare. Quia ad incurrendas cenſuras requiritur contumacia: ſed ſic eſt, quod vbi requiritur ignorantia inuincibilis non adeſt contumacia: ergo vbi requiritur ignorantia inuincibilis, non incurritur cenſura. Minor, in qua poteſt eſſe difficultas, probatur, quia contumacia vt ſup. *diſp.4. quæſt. 6. & ſequent.* eſt habitum, non eſt aliud, quàm inobedientia voluntaria, qua quis monitionem ſuperioris implere contemnit, aut non vult: at ſic eſt, quod qui Canonem, aut Legem ſuperioris inuincibiliter ignorat, nullatenus dicitur, eam non audire, nec eſſe ſuperiori inobedientem, nec conditorem Canonis offendere: ergo nec poteſt dici, talem inuincibiliter Canonem ignorantem incurrere Cenſuras. Sic Sotus *diſt.*22. *quæſt.*1. *art.*1. Candid. *diſquiſ.*22. *art.*31. *dub.* 6. Qui ad rationem dubitandi reſpondet, illa verba contenta in dictis Cenſuris intelligenda eſſe, quoad fori contentioſi præſumptionem; & quoad eos, qui ſunt in culpa, ne publicentur in ſuis terris, quia videlicet, horum ignorantia eſt affectata. Sic ille. Et antea Angelus *verb. excommunicatio 7. caſu* 48. *num.*3. *in fine*, addens quod aliàs ſequeretur, quod quilibet teneretur habere procuratorem in Curia, vel ſtudere iuri canonico, quod eſt impoſſibile multis.

QVÆSTIO V.

An ignorantia inuincibilis præcepti lati ſub cenſura iure communi de aliquo actu, de ſe non malo, ſed tantum malo, quia prohibito, excuſet à Cenſura?

NEgant aliqui, tam ex Canoniſtis, quam ex Theologis. Qui id probant ex cap. *Vt animarum ſup. quæſt.2. cit.* Vbi vt vidimus, definitur, quod ſententia Ordinariorum, non ligat ignorantes: ergo benè ſententia iuris communis, ſeu Pontificij patet, quia ante hanc Conſtitutionem Bonifacij, nulla ignorantia ſtatuti, ſiue Papalis, ſiue Epiſcopalis, excuſabat à Cenſura, & Pontifex ex benignitate, condens ius nouum, decreuit, quod ignorantia præcepti Epiſcopalis excuſet: ergo quantum ad præcepta & ſtatuta Papæ ius antiquum manet incorruptum. Ita ſentiunt Gloſſa *in d. cap. Vt animarum verb. ſtatuta.* Hurtad. *de Cenſuris in communi, difficultate* 22. *numero mihi* 96. ita dicens: Vnde ignorantia inuincibilis Cenſuræ latæ iure communi Pontificio, non impedit incurſum illius, quamuis impediat ignorantia inuincibilis Cenſuræ latæ iure peculiari Pontificis, vt Epiſcopi Romani pro eo Epiſcopatu, ſicut & aliorum Ordinario ita ille, & alij.

Sed probabilius multo longè, imò, vt mihi certum reſpondeo:

Digitized by Google

reſpondeo: Dicendum, quod ignorantia inuincibilis talis præcepti, verè excuſet à cenſura. Quia talis ignorantia, etiamſi ſit præcepti iuris communis, verè excuſat à culpa: ergo & à pœna cenſuræ. Sic Ledeſma, 2. *p. q.* 34. *art.*6. *conc.* 3. Sylueſt. *verb. ignorantia n.* 12. Angel. *verb. excommun.* 7. *caſu vlt. q.* 2. Nauarr. *c.*27. *n.* 16. dicens id eſſe verum apud omnes. Auila 1. *par. cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.*7. *in principio.* Legantur Suarez *diſp.* 4. *ſect.*8. *&* 9. Layman *tract.*5. *par.*1. *cap.*5. *de cenſur. in communi num.*7. Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 1. *num.*6. Sanchez *de Matrim. lib.*9. *diſput.*32. *& lib.* 1. *ſum. cap.*16 *num.*16. & alij penes ipſos, quds ſtatim citabimus.

Nec obſtat fundamentum pro oppoſito adductum. Quia neganda eſt conſequentia. Nam vt benè Sanch. *diſput.* 32. *cit. num.* 11. ex Syluestro, & aliis, ait, argumenta à contrario ſenſu vim non habent, quando in caſu contrario militat eadem, vel maior ratio. At in cenſura iure Pontificio lata procedit ratio in illo textu explicata; nimirum, vt animarum periculis ſubueniatur. Imo maior eſt ratio, cum facilius ius Pontificium commune ignoretur; Vnde ad probationem conſequentiæ, dicendum eſt, quod ibi Pontifex non condat nouum ius, ſed ſolum declaret ius commune quantum ad illum caſum ſpecialem, de quo fuerat interrogatus. Legatur Sotus *diſt.*22. *q.*1. *art.*1. *caſu* 4. & Auila *loc. citato.* Vbi ad argumenta ſecundæ ſententiæ.

QVÆSTIO VI.

An ignorantia inuincibilis Eccleſiaſtici præcepti lati ſub Cenſura, etiam iure Pontificio, excuſet à Cenſura, caſu quo actus ſit contra ius diuinum, & naturale, & homo contra illum peccet?

NEgant in primis vniuerſaliter, excuſari in eo caſu, à Cenſura lata, ſiue iure communi, ſiue Epiſcopi ſtatuto, nonnulli Doctores, affirmantes, quod ſi quis v. g. ignorans inuincibiliter, prohibitum eſſe ab Eccleſia ſub excommunicatione, ne quis Clericum ſuadente diabolo, percutiat, ſi illum ſic percutiat; incurret nihilominus excommunicationem, ex eo quod contra ius naturale & diuinum, quod non ignorabat, iniuriam inferat Clerico, percutiendo illum. Probant ex cap. *Cum illorum de ſent. excommun.* Vbi Pontifex concedit, quod poſſit diſpenſari cum percuſſoribus Clericorum, iuris inuincibiliter ignaris: ergo non excuſat ab ea excommunicatione ignorantia iuris communis eam imponentis: patet, quia diſpenſatio non habet locum, niſi vbi adeſt vinculum. Ita Gloſſa *in cap. A nobis el.* 1. *Verb. non niſi de ſentent. excommun.* Carolus Molinæ *in conſuetud. Pariſienſ.* §. 30. *quæſt.* 41. *col.* 1. Scotus *in* 4. *diſtinct.* 6. *quæſt.* 8. Quos, & alios, citat ac ſequitur Couarr *in cap. Alma mater,* 1. *part.* §. 10. *à num.* 9. *vſque ad* 12.

Negant deinde alij, non vniuerſaliter, ſed ſub diſtinctione, dicendo, quod in dicto caſu; non excuſet ignorantia inuincibilis à cenſura, ſi lata ſit iure communi; benè tamen ſi lata ſit ſtatuto Ordinariorum. Probant id ex cap. *Vt animarum, de conſtitut. in* 6. vbi id ſolum decerni videtur. Ita ſentiunt apud Sanchez, Gloſſa *in d. cap. vt animarum. verb. ſtatuta.* iuncto *verb. ignorantes,* D. Anton. 3. *p. tit.*24. *c.*33. *fine & c.*75. *fine.* Maior *in* 4. *diſt.*18. *qu.*4. *ad finem.* Roſſella *verb. Ignorantia n.*13. Driedo *lib.* 2. *de liber. Chriſt. cap.* 9. *in* 2. *ſent.* Victoria *in ſum. de excommunic. num.* 337. Cordubа *in ſua quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 27. Adrian. 4. *de confeſſ.* 3. *de Clauib.* §. *Ex his aliter.* Vgolinus *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 9. §. 8. *num.* 10. & alij. Citat etiam pro hac parte Auila *infrà citandus,* Angelum *verb. Excommunicatio.* 7. *quæſt.* 2. ſed malè *vt infrà.*

Sed probabilius reſpondeo. Talem ignorantiam præcepti Eccleſiaſtici, excuſare ab omni cenſura, ſiue data ſit à conſtitutione Epiſcopali, ſiue Pontificia: quamuis actus, cui Cenſura adnexa eſt ſit iure diuino & naturali aliàs prohibitus. Vnde ſi, verbi gratia, imponat Papa cenſuram excommunicationis peccato furti, tunc, qui talem pœnam, ſeu præceptum nouum impoſitum ſub tali pœna ignorans, peccatum furti committeret, peccaret quidem contra legem diuinam & naturalem de non furando, cenſuram tamen excommunicationis non incurreret.

Ratio eſt. *Primò.* Quia quantitas pœnæ commetienda eſt cum quantitate delicti, *c. Fælicis. verſ. Illud autem, de pœnit. in* 6 *& cap.*1. *de his, quæ fiunt à mai. per cap.* Sed hic ignorans ius Eccleſiaſticum, ſolum offendit ius naturale & diuinum, contra quem agere norat, vt ſupponimus, non autem ius poſitiuum, quod inuincibiliter ignorabat: ergo ſolius iuris naturalis, & diuini pœnas incurret, non iuris Eccleſiaſtici poſitiui.

Secundò. Quia Cenſura ſolùm fertur ob contumaciam præcepto Eccleſiæ, vt ſæpè diximus; ſed ignorans inuincibiliter præceptum Eccleſiæ, non eſt, nec poteſt dici contumax & inobediens Eccleſiæ: ergo nec poteſt innodari cenſuræ vinculo. Sic ex Canoniſtis tenent Hoſtienſ. Anton. Abbas, Felin. Ioan. Andr. Dominic. Ioan. de Lignano, & Imola apud Sanchez *lib.* 9. *de Matrimonio, diſput.* 3. *numero* 9. Ex Summiſtis Angelus *verb. excommunicatio* 7. *caſu vltimo, numero* 3. (quem benè pro hac parte citant Sanchez citatus, & Suarez vbi *infra*) Sylueſt. *verb. excommunicatio* 2. *notab.* 3. §. 6. *& excommunicatio vltima, quæſt.* 3. §. 4. *& verb. Ignorantia.* §. 8. *dicto* 2. Tabiena, *excommunicatio* 7. *quæſt.* 1. *num.* 2. Nauarr. *in ſum. cap.* 27. *num.* 16. *&* 274. *verſ.* 13. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 2. Lopez 2. *par. inſtruct. cap.* 13. *de excommunicat.* §. *Igitur pro elucidanda.* Barthol. de Ledeſma *de excommunic. dub.* 5. *p.* 996. Martinus de Ledeſma, 2. *p.*4. *quæſt. art.* 6. Petrus de Ledeſma *de Matrimonio, quæſt.*55. *art.*9. *dub.*5. *ad* 4. Rodriguez *tom.*2. *ſum. cap.*77. *in edit.* 2. *num* 3. Vega 1. *tom. ſum. cap.*85. *caſu* 73. Quos & alios refert, ac ſequitur Sanchez *de Matrimonio loco citato & lib.*1. *ſum. cap.*16. *num.*26. Suarez *diſputatio* 4. *de Cenſur. ſectio* 8. *num.*20. (non 2. vt leges apud Sanchez) Graffis, *lib.* 4. *deciſ. cap.*9. *numero* 13. Azor. *libro* 1. *moral. cap.*3. *quæſt.*3. *& cap.*16. *quæſt.*1. *& lib.*7. *cap.*7. *quæſt.*4. Vaſquez *tract. de excommunic. dub.*16. *numero* 6. Bonacina *diſp.*2. *de Cenſur. quæſt.* 2. *puncto* 1. *numero* 7. citans pro contraria ſententia Auilam 2. *par. cap.*5. *diſputat.*5. *dub.*10. *concluſ.*2. Sed non omnino benè, nam ibi ſolùm loquitur, de irregularitatis pœna, quam incurrere illum, quem ignorantia non excuſat ab eo peccato, propter quod impoſita eſt pœna irregularitatis, dicit: de quo aliàs. Noſtram tamen ſententiam expreſsè docet *diſput.*5. *citata, dubio* 7. *in tertia ſententia.* Qui tamen etiam citat malè pro hac parte D. Antonin. 3. *punct. tit.*25. *cap.*33. *circa finem.* & Cordubam *lib.*2. *quæſt. q.*26. *in principio.* Nam hic, ſolùm dicit hanc opinionem noſtram eſſe probabilem; ſed oppoſitam in ſecundo loco à nobis adductam ſequitur, loco ibi citato. Sanctus verò Antoninus eamdem etiam ſententiam amplectitur non *tit.* 25. *c.*33. vt etiam in hoc male citat Auila, cum *titul.* 25. non contineat niſi tria capita, ſed *tit.*24. *c.*33. *in fine.* Candid. *diſquiſ.*22. *art.*31. *dubit.*6. Filliuc. *tr.*11. *cap.*8. *quæſt.*10. *dicto* 3. *n.*253. Bauny *tract.*1. *de cenſur. q.*18. *dicto vlt. pag.*28. Ægidius *diſp.*13. *dub.*10. *concl.*1. *n.*19. Luyſius *l.*1. *de Cenſur. diſput.*5. *dub.*2. Diana *par.* 3. *tract.*6. *reſol.*41. *& par.*4. *tract.*5. *reſol.*85. *& par.* 5 *tract.*

tract. 9. reſol. 17. & penes ipſum, Tannerus to.4.diſp. 6.q.10.dub. 3.n. 4. & Cœleſtinus in Compend. Theol. moral. tract.3. cap. 5.num. 2. Reginald. lib.9.n.199. & 200. Sayrus lib. 1. cap.18.à num. 15. Baſſæus verb.cenſura.num. 29. Villalob. tract. 2, diff. 15. num. 4. & tr. 16. diff. 12. num. 2. Corneio diſput. vlt. de cenſur. in gen. dub. 2. q. 2. Hurtad. de cenſur. in comm. diff. 22. Qui ad fundamentum primæ opinionis reſpondet, dictum textum intelligi de ignorantia vincibili, & culpabili, quod clarè deducit Sanchez loc. cit. num. 10.

QVÆSTIO VII.

An etiam ignorantia inuincibilis, non Eccleſiaſtici præcepti, ſed ſolius cenſuræ, illi annexa, adhuc excuſet, ne cenſura incurratur?

NEgant nonnulli Doctores; exiſtimantes, ignorantiam inuincibilem ſolius cenſuræ, non eſſe ſufficientem, vt excuſet quem, quominus cenſuram incurrat. Quia generaliter loquendo, ignorantia pœna legis, non impedit quominus tranſgreſſor voluntarius legis, pœna eiuſdem legis puniatur: ergo ſatis eſt ad incurrendam quis pœnam cenſuræ, quod ſciat actum iure humano eſſe prohibitum, nec erit neceſſarium, quod ipſe agens contra legem ſciat pœnam cenſuræ pro eo actu conſtitutam eſſe. Conſequentia conſtare videtur. Antecedens inductione probatur: Nam blaſphemus, homicida, adulter, fur, & ſimiles de facto puniuntur pœnis legalibus talium delictorum, ſiue eas ignorauerint, ſiue non, vt conſtat. Ita tenent Doctores citati pro prima ſententia quæſtionis præcedentis; præcipuè Couarr. in cap. Alma mater. 1.par. §.10. num 9. vbi contrariam ſententiam dicit, eſſe manifeſtum errorem, maximamque, vel pudendam oſcitantiam. Driedo lib. 2. de liber. Chriſt. cap. 9. fine. Ledeſma 2 p.4.q 24 art. 6. ad finem. Medina 1. 2. qu.76. art. 3. fine. Corduba lib. 2.quæſt. 25. in princip. Vaſquez tract.de excomm. dub. 26.n. 7. & 8. Hurtadus de cenſur. in comm. diff. 22. Verſu, Addunt Suarez. Luyſius lib. 1. de cenſuris diſput. 5. dub. 3. verſ. Mihi ſanè.

Sed probabilius reſpondeo, Ignorantiam inuincibilem ſolius cenſuræ, ſufficere, vt aliquis ab incurſione cenſuræ excuſetur: etiamſi aliàs ſimplex præceptum Eccleſiæ non ignoret. *Primò.* Quia ignorantes non ligantur ſententiis cap. *Vt animarum, de conſt tut.in 6.* at qui neſcit cenſuram eſſe præcepto annexam, verè eſt ignorans, cum eius vim verè non calleat: ergo.

Secundò, Quia cenſura, quatenus cenſura eſt, non incurritur ab aliquo, niſi præcedat monitio ſub comminatione eiuſdem cenſuræ, vt ſup. diſp. 5. qu. 7. eſt habitum: at qui ignorat cenſuram quamuis ſciat præceptum, & admoneatur per illud, non admonetur ſub comminatione cenſuræ: ergo non incurrit illam. Sic loquendo vniuerſaliter de tribus ſpeciebus cenſuræ, nempe de excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti pœnis, tenent Nauarr. in Man. cap.23. n.47. & cap. 27. num. 16. & 274. verſu 13. & lib. 3. conſil. 10. n. 4. de ſepulturis. Philiarc. de offic. Sacerd. to. 2, par. 1. lib. 3. cap. 4. Rodrig. to. 1. ſum.in 2.edit. cap. 195. Sanchez lib. 9. de Matrim diſp. 32. num.13. & 21. Suarez diſp.4.ſect.9. num.19. Ægidius diſp.13.de cenſur. dub. 10. n. 90. Fillinc. tract. 11.cap 8.q.11 num. 257. Bonac. diſp.1. de cenſur.q. 2.pun. 1.n. 13. Bauny tract. 1. de cenſur. q. 18. dicto vltimo pag. 27. Layman tract. 5. de cenſur. in comm. par. 1. cap.5. n 8. Corneio diſp. vlt. de cenſur. in comm. dub. 2. q. 2. pag.595. Azo. 1.par. lib. 1.cap 15 dub. 3. Candid. diſquiſ. 32. art.32. dubit. 1. Baſſæus verb. cenſura num. 29. & verb. Ignorantia, num. 17. & penes illum, Syluius in ſupplem. q. 21. art. 4. & 1. 2. q. 76. ar. 3. q. 5. & 6. Crouſſers ſect. proœmiali 1. ad regul. S. Franciſci. fol.8. & Diana par. 3. tract. 6. Reſol. 41. & 4. par. tract. 2. Reſol. 36. Machado lib.1. par. 3. tract. 2. docum. 19. num.1. Villalob. tract. 16. diff. 12. num. 2. & alij. Et quidem loquendo de cenſura excommunicationis, vltra citatos DD. id ſentiunt Henriquez lib. 13. cap. 21. num. 1. & cap. 23. n. 2. Graffis 1. par. deciſ. lib. 4. cap. 9. n. 27. & 18. Auila 2. par. cap. 5. dub. 7. verſ. Ex dictis. Angel. Syluest. Sotus, Lopez, Vega, Ruardus, & alij penes Sanchez, num. 13. cit. Palao diſp. 1. pun. 8. n. 7. & to. 1. tract. 2. de peccat. diſp. 1. pun. 17. & 18.

Ad fundamentum Didaci Couarru. neganda eſt conſequentia: Quia quamuis in cæteris pœnis, præcipuè ordinariis, locum habeat id, quod ait Couarr. non verò in hac cenſurarum pœna; tum, quia eſt exorbitans, & extraordinaria: tum etiam, quia eſt medicinalis, & ideo poſtulat peculiarem modum contumaciæ & inobedientiæ, quem aliæ pœnæ non poſtulan. Legantur Nauarr. Suarez, & Sanchez citat

QVÆSTIO VIII.

An ignorantia inuincibilis facti excuſet ignorantem à cenſura illi facto per legem ſtatuta, caſu quo ignorans det operam rei licitæ?

REſpondeo tanquam quid certum; Excuſare. Quia talis ignorantia excuſat omnino a culpa ignorantem: ſed abſque culpa nequit cenſura incurri: ergo. Vnde ſi quis in nemore, licitè venationi incumbens, occidat Clericum exiſtimans inuincibiliter moraliter, eſſe feram, non incurrit excommunicationis cenſuram, occiſioni Clerici per Canonem ſtatutam. Sic docent omnes Doctores. Legantur Suarez diſp.4 ſect.8 à num. 12. Sanchez lib.9. de Matrim. diſput. 32. à num. 23. Hurtad. de cenſur. in comm. diff. 21. Bauny q. 18. cit. dicto 3. Bonac. diſp. 1. q. 2. pun. 1. num. 8. & alij, penes ipſos.

QVÆSTIO IX.

An ignorantia inuincibilis facti, excuſet à cenſura ignorantem, etiam caſu, quo hic det operam rei illicitæ?

NEgant in hoc caſu excuſare ignorantem à cenſura, Gloſſa cap. Si verò el 2. de ſentent. excomm. verb. Ignorauerit. (non, ignorantia, vt citat Sanchez) vbi ſecuta Alanum docet in Canonis excommunicationem incidere illum, qui percutere volens Martinum laicum, errans in perſona, Titium Clericum percuſſerit, exiſtimans illum eſſe Martinum laicum. Syluester verb. excommunicatio. num.6. verſ. Secundo, citans pro ſe Hoſtienſem, & Alanum (non Molanum, vt ſcripſit Sanchez.)

Sed probabilius reſpondeo, Etiam in eo caſu excuſare ab incurſione cenſuræ. Quia ex eo quod ignorans det operam rei illicitæ, v. g. illicitæ venationi, non deſinit ignorare inuincibiliter factum ſuum, cum tali inuincibili ignorantia: at factum ſic ignoratum, nequit eſſe voluntarium, ſeu liberum, cum non procedat à principio intrinſeco cum cognitione: ergo talis ignorantia excuſet ab omni culpa & conſequenter à cenſuræ pœna. Sic tenet Tancretus, Innocent. Andr. Anton. Anchar. Abbas, & Henr. in cit. cap. Si verò; quos citant, & ſequuntur Couar. in cap. Alma mater 1. p. §. 10. n. 15. verſ. Non ad eiuſdem. & Sanchez lib.7. de. matrim. diſp. 101. num. 3. & lib.9. diſp 32. num 14. Graffis 1. part. deciſ. lib. 4. cap. 9. n. 24. Suarez diſp. 4 ſect. 8. à n. 12. Hurtad. de cenſur. in

ſur. in comm. diſſ. 21. *verſ. Hoc ergo ſuppoſito.* Vaſquez *tract. de excommun. dub.* 14. *fine.* Henriquez *lib.* 13. *c.* 23. *num.* 1. Medina 12. *qu.* 76. *art.* 3. *in commento.* §. *Ignorantia circumſtantiæ.* Sayrus *lib.* 1. *de cenſur. cap.* 18. *num.* 18. Candidus *diſquiſ.* 22. *art.* 31. *dub.* 8. & 9. Auila 2. *p. cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 6. *concl.* 2. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. q.* 2. *pun.* 1. *num.* 8. & 9.

QVÆSTIO X.

An item, Ignorantia inuincibilis circunſtantiæ, aut qualitatis culpæ, ob quam imponitur cenſura, excuſet etiam ab incurſione Cenſuræ?

NEgant, & conſequenter, omnes Auctores pro prima ſententia nuper adducti. Et ideo affirmãt, quod ſi quis Clericum percutiat, Clericatus inuinciibiliter ignatus, in excommunicationem incidat, eo quòd rei illicitæ, nempe hominis occiſioni operam daret.

Sed, iuxta nuper dicta, probabilius reſpondeo, etiam excuſare ab incurſione cenſuræ: Quia, licèt talis ignorantia non excuſet factum à culpa, ſeu malitia homicidij, excuſat tamen à malitia ſacrilegij homicidij Clerici, ob quam tantum lata eſt excommunicatio: ergo ſi talis ignorantia excuſat à culpa talis qualitatis & circunſtantiæ: conſequenter excuſabit à cenſura, cum hæc propter culpam dictæ circunſtantiæ inflicta ſit. Sic *ex cap. ſi verò cit.* docent omnes Doctores pro noſtra ſententia nuper adducti. Legantur.

QVÆSTIO XI.

An, qui percutit Petrum Clericum, credens inuincibiliter illum non eſſe Petrum, ſed Ioannem etiam Clericum, Cenſuram excommunicationis incurrat?

NEgant nonnulli apud Henriquez *lib.* 13. *cap.* 23. *num* 1. vbi ſic, noſtram proponens quæſtionem, ait: Quidam excuſare contendunt ab excommunicatione eum, qui intendens percutere vnum Clericum ſibi inimicum, percuſſit aut occidit alium Clericum, quem præmiſſa diligentia putabat eſſe alterum ſibi inimicum: eò quòd ſimilis ei eſſet ſtatura, habitu, voce, & inceſſu. Quia hic non intendebat occidere hominem, aut animal, niſi vt incluſum in Petro, quem odio habet: circa alium verò in ſingulari occiſum ex ignorantia inuincibili, non videtur habere rationem voluntarij, nec voluit occidere hominem, aut Clericum in iſto ſingulari incluſum. Ita refert hanc negatiuam partem Henriquez, qui in Gloſſa *lit. N.* addit, quod licet illa non habeat aſſertorem, poſſint tamen citari pro dicta parte Angelus, Florianus, Carrerius, Cepola, Ripa, & alij quos citat lit. Q.

Sed, vt mihi certum, reſpondeo dicendum, quod talis percuſſor, verè cenſuram excommunicationis incurrat. Quia nulla, in dicto caſu, contingit ignorantia, quæ conſtituat percuſſorem inuoluntarium quoad Clerici percuſſionem, & iniuriam: nam quamuis percuſſio illa ſit inuoluntaria reſpectu perſonæ percuſſæ in particulari, ſcilicet reſpectu Petri, ratione erroris, & ignorantiæ inuincibilis; eſt tamen voluntaria ratione percuſſionis ſacrilegæ, aut iniuriæ factæ ſtatui Clericali, contra quem lata eſt excommunicatio. Ita *ex l. eum qui nocentem* §. *ſi iniuria, ff. de iniurij*, docent Carol. Molineus, quem refert ac ſequitur Couarru. *in cap. Alma mater.* 1. *par.* §. 10. *n.* 15. *verſ. Octauo conſtat.* Corduba *lib.* 1. *q.* 26. §. 2. Barth. de Ledeſma *de pœnit. dub.* 17. *de excomm.* §. *ſed dubium oritur.* & Vega 1. *to. ſum. cap.* 85. *caſu* 107. Quos omnes, ſic citatos ſequitur Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. diſp.* 32. (non 37. vt leges apud Candidum (*num.* 27. Quibus addi poſſũt Sayrus *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 27. *n.* 5. Cornejo *diſp. vlt. de cenſur. in gen. dub.* 2. *in fine.* Candidus *diſquiſ.* 22. *art.* 31. *dubit.* 10. Henriquez *loc. cit.* Qui poſtquam verbis relatis contrariam propoſuit ſententiam; ſuam per hæc verba profert. At re vera ignorantia non excuſat ab ea parte malitiæ, quam hic agnoſcit, & voluntariè exequitur in obiecto: excuſabitur quidem à ſpecie parricidij, aut clericidij, ſi omnino ignorabat eſſe patrem, aut Clericum: at ſi agnouit eſſe hominem & Clericum, incurrit ſacrilegum clericidium: & de eo percuſſus iuſtè conqueritur, quod videns eum eſſe hominem & Clericum, ſponte percuſſerit, cum id malum, & damnum vitare teneretur. Quare hic ſit excommunicatus, & irregularis &c. Sic ille. & penes illum, omnes Thomiſtæ cum D. Thoma 1. 2. *q.* 79. *art.* 3. Couarr. *loc. cit. num.* 14. Bart. Iſernia, & alij; Bonac. *diſp.* 1. *de cenſuris. q.* 2. *pun.* 1. *num.* 29. Molina, *diſp.* 30. & 53. *n.* 2. Sic etiam Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 2. *de peccat. diſput.* 1. *pun.* 17. *n.* 3. & alij.

QVÆSTIO XII.

An etiam incideret in Cenſuram ille, qui proijciens lapidem, quo percuteret Petrum Clericum, fortè caſu, & inculpabiliter percuteret alium Clericum, illac tranſeuntem?

AFfirmandum videtur iuxta noſtram ſententiam nuper quæſt. antecedenti traditam.

Sed tanquam certum reſpondeo: In præſenti caſu non incidere talem percuſſorem Clerici in cenſuram. Quia percuſſio dicti Clerici eſt inculpabilis, vt ſupponit caſus: at ſic eſt quòd cenſura ſolum incurritur ob culpam mortalem, vt ſæpe eſt habitum; ergo. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 27. Qui bene ait, non eſſe hunc caſum ſimilem illi, quem reſoluimus affirmatiuè quæſtione antecedenti. Nam in illo, inquit, & affectus, & opus ipſum externum, ſunt penitus mala & iniuſta: ſiquidem affectus fuit Clericum percutiendi, & adfuit voluntas illum Clericum, putando eſſe alium Clericum, cædendi, ſequutúmque eſt opus. In iſto verò caſu, ſolus affectus fuit malus, qui non inducit cenſuram: opus autem externum cæſionis illius, omninò fuit præter voluntatem, ac proinde culpa vacans, & conſequenter incurſione cenſuræ. Ita ille. Suarez *diſp.* 23. *de cenſur. ſect.* 1. *n.* 54. Bonac. *num.* 20. *cit.* Candid. *loc. cit. dubit.* 11. Palao *tom.* 1 *tract.* 2. *de peccat. diſp.* 1. *punct* 17. *n.* 3. *verſ. Sed quid ſi.*

QVÆSTIO XIII.

An, qui percuſſit laicum, exiſtimans eum eſſe Clericum, & quod tonſuram deferret, inciderit in Cenſuram?

AFfirmatiuam ſententiam abſolutè. & abſque limitatione vlla, tenere Gloſſam in cap. *Si verò el.* 2. *de ſent. excomm. verb. Ignorauerit.* ait Syluest. *verb. Excommunicatio* 6. *num.* 6. *verſ. Secundo quando quis.* Et poſt eidem Gloſſæ, Hoſtienſi, Antonio, & Henrico tribuit hanc ſententiam Couarruuias in cap. *Alma mater.* 1. *p.* §. 10. *num.* 15. *verſ. Duodecimo libet.* non tamen abſolutè, ſed cum limitatione hac; nempe, quod talis percuſſor ſit excommunicatus, donec ſibi conſtet, non eſſe Clericum, ſed laicum, quem percuſſit.

cuſſit. Ita ſentiunt ij Doctores, iuxta intelligentiam Didaci Couarruuias.

Sed, vt certum reſpondeo: Non incidiſſe talem percuſſorem laici, in Cenſuram. Quia re vera non percuſſit Clericum, ſed laicum. Nec obſtat, quod habuerit animum, & voluntatem percutiendi Clericum; nam ad hoc, vt quis cenſuris plectatur, nec animus, nec conſcientia læſa, nec conatus ſufficit, ſi opus externum non ſequatur; vt ſupra habitum. Sic Gloſſa *in cap. In audientia. verb. Iniuriarum, de ſentent. excommun.* Abbas. *Si verò. el. 2. de ſent. excomm. n. 6.* Vbi Anchar. *n.* 4. Federic *conſil.* 13. Aſtenſ. 2. *p. ſum. lib. 7. tit. 3. art.* 2. *q.* 30. *&* 32. D. Anton. 3 *p. tit.* 24. *cap.* 2. §. 2 Angel. *excomm* 5. *caſu* 1. *n.* 25. Sylueſt & Couarr. *loc. cit.* Lopez 2. *p. inſtruct. cap.* 13. *de excomm. §. ſequitur ſexto.* Graffius. 1. *par. deciſ lib.* 4. *c.* 9. *n.* 43. Barth à Ledeſma *loc. cit.* Rodrig. *tom.* 1. *ſum. c.* 80. *in edit.* 2. *num.* 11. Vega 1. *tom. ſummæ cap.* 85. *caſu* 107. Quos omnes refert ac ſequitur Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. cap.* 32. *num.* 28. Vbi ait, immeritò Couarruuias tribuiſſe Gloſſæ, & aliis, oppoſitum noſtræ ſententiæ; nam illi (inquit Sanhcez) ſolum volunt ob conſcientiam erroneam debere dictum percuſſorem ſe reputare excommunicatum, donec de veritate facti certior factus ſit. Quod eſt veriſſimum. Sic explicat in bonum ſenſum prædictos Doctores Sanchez. Sed quidquid ipſi voluerint: ego pro noſtra ſententia addo Ioan. de Lig & Innoc. apud Syluestrum. Suarium *diſput.* 22. *ſect.* 1. *num.* 53. Vbi etiam in ſenſum bonum explicat Gloſſam Vaſquez *de excommun. dub.* 14. *num.* 3. Bonac *diſp.* 1. *q* 2. *punct.* 2. *num.* 22.

QVÆSTIO XIV.

An ignorantia vincibilis culpabilis, venialiter, tantùm, excuſet à Cenſura?

RESpondeo, excuſare, ſaltem à tribus ſpeciebus cenſuræ, nempe ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto; imò & à pœna irregularitatis ob delictum impoſita. Hæc reſponſio conſtat ex ſupra dictis; Quia hæ cenſuræ incurri non poſſunt abſque lethali cauſa: ergo ob ignorantiam vincibilem culpabilem ſolùm venialiter, nulla cenſura contrahi poteſt. Sic omnes communiter Doctores. Qui bene pro caſu præſenti notant, quod ignorantia vincibilis, duplex ſit, alia culpabilis venialiter: & alia culpabilis mortaliter. *Culpabilis venialiter*, datur in illo, qui aliquam adhibuit diligentiam, ad ſciendum id, quod renetur ſcire, non tamen ſufficientem & neceſſariam ad illam ignonantiam vincendam. *Culpabilis verò mortaliter* eſt in illo, qui, aut valdà modicam, aut nullam prorſus adhibuit diligentiam, ad ſciendum quod tenetur, & poterat ſcire. Ex his ergo ignorantiis prima ad minus, ſicut excuſat à mortali culpa; ita & à pœna omni, quæ ſolum ob culpam mortalem incurri poſſunt, vt ſunt prædictæ cenſuræ. Legantur Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. diſp.* 32. *num.* 29. & alij innumeri penes ipſum.

QVÆSTIO XV.

An ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis, quæ affectata, craſſa, aut ſupina non eſt, etiam Cenſuram excuſet?

AFfirmant, apud Sanchez, tractantes de excommunicationis cenſura, Syluest *excommun. vlt q.* 3. Angel. *excommun.* 7. *caſu vlt. num.* 3. Tabiena, *excommun.* 7 *quæſt.* 1. *num.* 2. Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.* 45. *art.* 5. *pun.* 1. *dub.* 2. *concl.* 2. Lopez 2. *par. Inſtruct. cap.* 13. *de excommun §. ſed iam ad* 2. *fol.* 887. Henriquez *lib.* 13. *c.* 23. *num.* 2. Sotus *in* 4. *diſt.* 28. *quæſt.* 1. *art.* 2. *col.* 4. Graffis 1. *par. deciſ. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 20. & Salas 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 8. *tract.* 3. *diſp.* 4. *ſect.* 1. *num.* 6. Quos omnes citat, ac ſequitur Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 32. *num.* 31. *& lib.* 1. *ſum. cap.* 16. *num.* 7. Quibus addi poſſunt, Diana 3. *par. tract. Reſol.* 13. Vbi pro ſua ſententia, citat Portell. *in addit. ad dub. Regul. verb. Ignorantiam, num.* 25. Bonacinam *diſp.* 1. *de Cenſur. quæſt.* 2. *pun.* 1. *num.* 10. & Barboſam *in collectan. tom.* 3. *lib.* 1. *Sexti decret. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. Et pro contraria, citat Sotum & Graffium, *eiſdem locis*, quibus Sanchez pro ſe affert. Iterum eandem ſententiam docet, *par.* 5. *tract.* 9. *Reſol.* 17. adducens pro ſe Tannerum, *tom.* 4. *diſp.* 6. *qu* 10. *dub.* 3. *num.* 4. & Cæleſtinum *Compend. Theol. moral. tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. *& tract.* 14. *Reſol.* 24. *fine.* (ſed an benè citet omnes hos Doctores infra videbimus.) His autem addi poſſunt, Auila *de cenſur.* 2. *par. cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 8. *concl.* 2. licet, *in fine* addat, hanc ſententiam non eſſe ſibi certam, ſed eam ſequi voluiſſe, quia clementior eſt.

Fundamentum horum Authorum vnum eſt, nempe deſumptum *ex cap.* 2. *de conſtit. in* 6. Vbi adſtruitur, quod ſolùm ignorantia craſſa, aut ſupina, non liberat à cenſuris: ergo quæuis alia ignorantia, quæ non ſit craſſa, aut ſupina, etiamſi ſit mortaliter culpabilis, à cenſura liberabit: patet conſequentia, nam exceptio firmat regulam in contrarium.

Negant verò è contra alij Doctores exiſtimantes, eandem ignorantiā minimè à cenſuris excuſare: Quia exiſtimant, nullo modo dari ignorantiam mortaliter culpabilem, quæ non ſit craſſa, aut ſupina, ſiue ſit facti, ſiue iuris, non excuſat à cenſuris, vt ſtatim dicemus; ergo. Sic docent Suarez *diſp.* 4. *ſect.* 10. *n.* 10. vbi non audet dicere, oppoſitam ſententiam eſſe practicè, aut mortaliter probabilem. Corduba *lib.* 2. *q.* 1. *in.* 4. *diuiſione ignorantiæ.* Vaſquez 1. 2. *qu.* 76. *art.* 1. *diſp.* 117. *c.* 1. *n.* 3. *& tract. de excomm. dub.* 15. *in princip.* dicens, in hoc conuenire omnes. (intellige, ſui temporis Authores) Corneio, *diſp. vltim. de cenſur. in gen. dub. vlt.* Palao, *tom* 1. *tract.* 2. *de peccat. diſp.* 1. *punct* 15. *n.* 3. Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *q.* 1. *diuiſione* 4. quatenus ignorantiam vincibilem ſolùm diuidunt in affectatam, craſſam, & ſupinam. Candidus *diſquiſ.* 12. *art.* 34 *dubit.* 4. vbi pro hac parte citat Syluestrum, *verb. Periurium num.* 1. *§ ſecundo, & verb. excomm. vlt. q.* 3. *num.* 4. Sed certè Sylueſter, contrarium potius, licèt obſcurè, indicat, vt ait Suarez. Sic etiam, Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 8. *q.* 12. *n* 162. vbi malè ait, oppoſitam ſententiam vnum tantum habere authorem Lopezium citatum, qui non mouetur vrgente fundamento, ſed quadam pietate ad euitanda animarum pericula. Villalob. 1. *p. tract.* 16. *diff.* 12. *num.* 6. Luyſius *de cenſur. lib.* 1. *diſp.* 5. *dub.* 4. Gordonus, *tom.* 2. *lib.* 7. *q.* 6 *c.* 6. *n.* 3. Machado, *lib.* 1 *part.* 3 *tract.* 2. *docum.* 15. *n* 2. Et in hanc ſententiam valde inclinant Bonac. *loc. cit.* à Diana pro ſua, & Baſſæus *verb. ignorantia*, quatenus ſolum aiunt, poſſe nō improbabiliter defendi cum Sanchez & Nauar. non incurri cenſuras, quando ignorantia eſt vincibilis mortaliter, ſed non craſſa aut ſupina Quod quidem verum eſt, vt nos iam dicimus. Igitur in hac quæſtione

Ego reſpondeo, dicendum: Quod licèt prima ſententia ſit ſatis probabilis, tam ſpeculatiuè, quam practicè loquendo: probabilior longè ſit ſecunda, & in praxi omnino ſeruanda.

Prima pars conſtat ex authoritate tantorum Doctorum, qui illam amplexantur, & ex ratione pro illa adducta: quæ ſic confirmari poteſt: Quia probabile eſt, quod non omnis ignorantia, quæ non excuſat à mortali, poteſt dici craſſa, aut ſupina: at ſic eſt, quod ſola ignorantia craſſa, aut ſupina eſt, quæ non excuſat:

Digitized by Google

cuſat à cenſura, vt patet *ex 2. capite de conſtitut. in 6.* ergo illa alia, licèt non excuſet à mortali, excuſabit à Cenſura. Maior probatur. Quia probabile eſt quod ad hoc vt ignorantia dicatur, & ſit craſſa, aut ſupina, debet procedere ex culpa lata, & ſumma in adhibenda diligentia eorum, quæ ſciri poſſunt, ac debent: ergo cum detur alia ignorantia mortaliter culpabilis, quæ non ſit ita ſumma, excuſabit à Cenſuris, & pœnis.

Secunda pars etiam conſtat, ex ratione, & authoritate pro il'a adducta. *Tertia* verò, nempe quòd ſecun la ſententia ſit in praxi ſeruanda, ſic ex Ægidio probo: Quia in praxi vix vnquam poſſumus diſtinguere, quæ ignorantia ſit illa media inter affectatam & craſſam, aut ſupinam, quæ videlicet ſit mortaliter culpabilis, & non ſit vna ex his duabus. Rurſus quia non videtur credibile, Eccleſiam nunquam velle punire eam negligentiam, quæ committitur in Cenſuris cognoſcendis, quæ præciſè ſufficit ad peccatum mortale, cum in Inferno pœna æterna puniatur à Deo. Sic Ægidius *diſputation. 13. de Cenſuris, dubio 11. n. 95.*

QVÆSTIO XVI.

An ignorantia affectata à Cenſuris excuſet?

RESpondeo tanquam quid certum: Non excuſare. *Primò*, Quia id conſtat ex cap. *Vt animarum de Conſtitution. in 6.* Vbi apertè habetur quod ignorantia craſſa, aut ſupina, non excuſat quem à Cenſuris contrahendis: ergo à fortiori non excuſabit affectata, cum hæc magis augeat voluntarium, & conſequenter peccatum, vt cum communi docet Couarruuias *in capite, Alma. 1. puncto §. 10. numero 17. verſu. Illud ſanè.*

Secundò, Quia ignorantia affectata, ſeu optata, eſt illa, qua quis ignorat id quod ſcire tenetur, eligens illud neſcire, vt liberius peccet, vt ſup. *quæſtion. 1.* eſt habitum: ergo hæc ignorantia eſt directè volita: ergo directè cauſat voluntarium & conſequenter peccatum: ac per conſequens nequit excuſare quem ab incurrendis Cenſuris. Sic omnes cum D. Thoma *1. 2. quæſt. 76. artic. 3.* Nauar. *tom. 1. conſil. libro 1. de conſtitut. conſil. 1. numero 2.* Soto *diſtinction. 28. quæſtion. 1. artic. 2.* Henriquez *lib. 23. cap. 23. num. 1.* Suarez *diſput. 4. ſect. 10. numero 4* Sanchez *lib. 9. de Matrim. diſp. 32. numero 40.* Candid. *diſquiſ. 22. artic. 24. dub. 3.* Ægidius *loc. cit. num. 93.* Corneio *diſp. vltima pag. 596.* & omnes.

QVÆSTIO XVII.

An ignorantia craſſa, ſeu ſupina, tàm facti, quàm iuris, liberet à Cenſura?

AFfirmat, licèt ex parte ſolùm, Bauny *tract. 1. de Cenſur. quæſt. 18.* per hæc verba: Dico quartò: à Cenſura excuſat ignorantia eius craſſa, quando eſt cauſa antecedens, ſine qua non violandæ legis, quæ aliquid prohibebat, aut iubebat, ſub comminatione Cenſuræ; id eſt, quando ignorans eam non violaſſet, ſi ſciuiſſet latam eſſe Cenſuram contra tranſgredientem: cauſa eſt, quod talis non eſt contumax, nec incorrigibilis, cum ſola eum monitio emendare, ac in bonam frugem reuocare potuiſſet. Dico quintò: Quando ignorantia, quæ eſt craſſa, non eſt cauſa ſine qua non, ſed concomitans, hæc à Cenſura non excuſat. Senſus eſt, quod quando ignorans eſt ita diſpoſitus, vt etiam ſi ſciuiſſet opus, cui vacat, eſſe prohibitum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, illud nihilominus feciſſet, eam Cenſuram non effugere, ſed ea teneri, perinde ac ſi ſciens incurriſſet in legem. Hucvſque Bauny.

Sed abſolutè, & ſine diſtinctione vlla, tanquam quid certum, reſpondeo. Nullam ignorantiam craſſam, aut ſupinam, ſiue antecedentem, ſiue comitantem, excuſare à cenſura. Probatur primò, ex capite, *Vt animarum. cit.* vbi dicitur; ſtatutis Ordinariorum excuſari ignorantes, dum tamen eorum ignorantia, non fuerit craſſa, aut ſupina. Qui textus verè loquitur de ignorantia craſſa & ſupina antecedenti, vt ex contextu conſtat, & docent communiter Doctores: ergo nulla excuſat à Cenſura.

Secundò. Quia ignorantia craſſa, aut ſupina, facti, vel iuris poſitiui prohibentis aliquid ſub pœna Cenſuræ, cum ſit ſaltem indirectè volita, eſt moraliter culpabilis; ergo ſicut non eſt potens ad liberandum quem à culpa, nec erit ad liberandum à Cenſurarum pœna, propter culpam impoſitam.

Tertiò. Quia ignorantia craſſa aut ſupina alicuius iuris poſitiui vetantis aliquid ſub ſimplici præcepto, nullo modo excuſat quem à peccato, ſi ex tali ignorantia frangat præceptum, vt omnes conceduntergo ſimiliter omnino, nec ignorantia craſſa, ſeu ſupina Cenſuræ impoſitæ tali facto, aut omiſſioni, excuſare poterit quem ab incurſione talis Cenſuræ, ſi ex dicta ignorantia, tale factum ſub tali Cenſura prohibitum efficiat.

Nec obeſt fundamentum Stephani Bauny, quo motus fuit ad primum ſuum dictum tuendum. Negandum namque eſt, quod tranſgrediens ex ignorantia craſſa, aut ſupina aliquam legem prohibentem aliquid ſub Cenſura, non ſit contumax, aut incorrigibilis. Eſt namque ſatis ſufficiens ad Cenſuram contrahendam. Quia licèt non ſit ita expreſsè & directè, ſicut eſt ille qui tranſgreditur legem ex ignorantia affectata, eſt tamen virtualiter & indirectè contumax, & inobediens, cum negligat legem, aliàs ſatis publicam, & omnibus notam, vt tam craſſa ignorantia illius laboret. Vnde ſatis etiam eſt, quod lex, quantum eſt ex ſe, illum admoneat: quamuis eius admonitio ad aures eius non perueniat, ex ſupina eius negligentia, vt benè docet Suarez *diſputat. 4. ſection. 10. numero 4.* Sic ille *loco citato*, Henriquez *libro 9. de Matrimon. diſputatio 32. numero 31. & ſequent* Sotus, Candidus, Ægidius, Corneio, & Nauarrus citati, *quæſtion. 16.*

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem ignorantia craſſa, excuſet à Cenſura impoſita facienti aliquid ſcienter.

NEgat excuſare, Gloſſa *in capite finali, de offic. & poteſt. Iud. deleg. in 6. verb. ſcienter.* exiſtimans incurrere in Cenſuras, qui ex ignorantia craſſa iuris, aut facti violaret Cenſuras latas contra ſcienter aliquid facientes. Negant etiam poſt Gloſſam, alij Doctores, quos citat Tiraquellus *tractatu de pœnis temporal. cauſa 13. numero 22.* Et fauent ſatis Nauarrus *in ſum. latina capite 27. numero mihi 73. declaration. 1.* Præpoſit. Francus, Roſella, D. Anton. Syluester, & Tabiena citati per Sanchez *loco citato, numero 35.* quatenus aiunt in dicto caſu, ignorantiam inuincibilem excuſare, quaſi innuant non craſſam, aut ſupinam, vt clarè dixit ex illis Nauarrus *loco citato*, & poſt illum in ſimili Alterius *2. tomo de Cenſuris diſputation. 11. de ſuſpenſ. capite 5. verſ. Hoc autem, pagina mihi. 201.* Toletus *libro 1. ſum. capite 48. num. 4. verſ. Quarta habetur.*

Sed, vt mihi certum reſpondeo: Excuſare. Quia quando aliqua Lex, aut Canon, non addit illam particulam,

ticulam, *ſcienter*, craſſa ignorantia requiritur, vt ignorans ne excuſetur ab incurſione Cenſuræ; vt *quæſt. anteced.* eſt habitum: ergo amplius requiritur, quando addit *ſcienter*, aliàs fruſtra adderetur: ergo ad incurſionem Cenſuræ non ſufficiet tunc ignorantia craſſa aut ſupina: quia videlicet, lex noluit Cenſuram inferre niſi contra ſcienter peccantes, non contra ignorantes craſsè, aut ſupinè. Sic Henriquez *libro* 13. *capite* 23. *numero* 3. *initio*. Sic dicens: Si excommunicatio ſub his verbis feratur; *Qui ſcienter, vel auſu temerario fecerit, vel qui præſumpſerit*, excuſatur ab illa, qui ignorat etiam ignorantia craſſa. Sic ille, & penes illum, *litera* C. Caietanus *verb. excommunic. capite* 77. Sylueſter *verb. excommunic.* 7. *numero* 34. Cardinalis Clemens 1. *de priuileg. quæſtione* 38 Medina *libro* 1. *inſtruct. capite* 11. §. 2. Nauarrus *capite* 27. *numero* 141. & 155. & Couarruuias *in capite Alma.* 1. *p* §. 10. *numero* 7. Sed ex iis authoribus, Caietanus nil clarè ad propoſitum affert, ibi, clariùs aliqualiter ſic, *cap.* 55. Sylueſter verò, licet hanc ſententiam afferat, addit tamen in fine, tutius oppoſitum eſſe. Nobiſcum etiam ſentiunt alij Doctores citati: ſed Couarruuias non *num.* 7. ſed 16. & 17. *verſ. Eadem ſanè*, & non ita ſicut nos clarè. Excepto meo Nauarro, qui noſtram ſententiam his verbis docet & probat: A pœna iſtius Clement. ſola ignorantia facti probabilis excuſat, ſecundum Gloſſ. *verb. ſcienter.* quam dixit ſingularis Præpoſitus in capite. *Ex parte* 1. *columna penultima, de appellat.* contra quam renui prælegendo illam Salmanticæ, & nuper conſulendo in ſacro Pœnitentiariæ prætorio cum Ioanne Imol. & Bonif. ſuper eadem. Tum quia dicta Clem. non loquitur ſimpliciter, ſed de contrahente ſcienter: & lex puniens facientem aliquid ſcienter, requirit dolum. *l. ſed ſi lege* §. *ſcire. ff. de petit. hæreditat.* à quo quælibet ignorantia etiam craſſa excuſat. *l. igitur ff. de liber. cau. & l. plagij C. ad l. Flau. de plag.* vbi Gloſſa hoc dicit citans in id alias leges, *verb. iuſta.* Tum, quia alioqui nihil refert, an lex diceret ſimpliciter, qui contrahit, vel qui ſcienter contrahit; quod eſt contra mentem omnium Tum quia certum eſt, quod quacumque ignorantia quis aliquid faciat, verè non facit ſcienter: & ita verè non continetur lege data contra facientem ſcientem: quamuis quoad forum exterius aliud interdum præſumi poſſet; ſed hic de foro conſcientiæ agimus. Huc vſque doctiſſim. Nauarrus. Huic addi poſſunt Sanch. *lib.* 9. *de Matrimonio diſputatione* 32. *numero* 36. & *libro* 2. *ſum. cap.* 10 *num.* 38. Petrus de Ledeſma *in ſumma capite* 3. *de excommunicatione, dubio vltimo dicto* 3. Candidus *diſquiſitione* 22. *artic.* 32. *dubit.* 1. Villalob *tract.* 16. *diffic.* 12. *concluſione* 6. *numero* 10. Bonacina *diſputat.* 1. *de Cenſuris, quæſt.* 2. *puncto* 1. *numero* 12. & *tom.* 3. *de Cenſur. diſputat.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *numero* 9. Laymann. *tractatu* 5. *parte* 1. *capite* 5. *num.* 8. *verſ. Multo minus.* Auila *de Cenſuris parte* 2. *capite* 5. *diſputat.* 5. *dubio* 9. *concl.* 1. & *capite* 6. *diſputatione* 10. *dub.* 6. Baſilius *de Matrim. libro* 10. *capite* 6. *num* 10. Curiel. 1. 2. *quæſt.* 76. *artic.* 4. *dub.* 4. Hurtad. *de Cenſuris in communi, difficult.* 21. *verſu Conueniunt tertiò.* Molina *tractatu* 5. *diſputatione* 71. *numero* 13. Fillincius *tract.* 21. *cap.* 8. *quæſt.* 12. *dicto* 1. *num.* 260. Diana *parte* 3. *tract.* 5. *reſol.* 13. & *tract.* 5. *reſol.* 7. Merolla *in Theologia morali, diſputatione* 1. 2. *dub.* 6. *num* 232. Anguianus *de legibus tom.* 1. *lib.* 4. *controu.* 4. *num.* 18. Machado *libro* 1 *parte* 3. *tract.* 2. *docum.* 19. *numero* 4. Caſtro Palao *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 2. *diſputatio* 1. *puncto* 18. *numero* 1.

QVÆSTIO XIX.

An etiam ignorantia ſupina excuſet, ſicut excuſat craſſa, à Cenſura inflicta contra facientem aliquid ſcienter?

NEgat Henriquez *loc. cit.* addens hæc verba, verbis à nobis ſupra relatis: *Non tamen excuſat ſi faceret ex ignorantia ſupina, & affectata: quæ perinde eſt in re morali, ac ſi directè & ſcienter præſumeret facere contra excommunicationem.* Ita Henriquez *num.* 3. *cit.* Qui citat Caietanum *cap.* 77. *de excommun.* Sotum *in* 4. *diſt.* 28 *quæſt. artic.* 2. *col.* 4. & alios. Sed certè vtrumque authorem malè citat. Nam Caiet. *loco ab ipſo citato*, nil ad propoſitum dicit; neque Sotus cum, ibi, non de præſenti quæſtione, ſed de caſu *quæſt.* 17. *habito*, ſermonem faciat. Vnde

Vt quid certum reſpondeo in caſu præſenti, excuſare à Cenſura ignorantiam ſupinam, ſicuti excuſat craſſa. Quia vtraque eamdem vim habet, eamdémque ſortiuntur formalem rationem, ſolumq; inter ſe differunt in modo ſignificandi, vt habitum eſt *ſupra quæſt.* 2. Et ideo abſque vlla diſtinctione idem de vtraque affirmant Doctores præcipuè quæſt. antecedenti citati. Legatur inter eos Sanchez *lib.* 9. *de Matrimon. diſputatione* 31. *à numero* 36. Qui *numero* 39. explicat Henriquez quaſi ſolùm velit *loc. cit.* affirmare, quod quando ignorantia, eſt adeo craſſa aut ſupina, vt eſſet ingens temeritas, tunc non excuſaret à Cenſura Canonis contra ſcienter facientes lata; eo quod tunc iam dicerentur in dolo eſſe.

QVÆSTIO XX.

An item ignorantia craſſa, & ſupina excuſent à Cenſura Canonis lata ſub his verbis: Si quis præſumpſerit, *vel*, ſi quis auſus fuerit, *vel* auſu temerario fecerit?

NEgant, & conſequenter, Authores pro prima ſententia, nuper *quæſt.* 18. adducti, & Innoc. *cap. Cum medicinalis, fin. de ſententia excommunic.* vbi ait, in hoc caſu probabilem ignorantiam excuſare, craſſam autem & ſupinam reddere faciliorem diſpenſationem, his verbis: Quia ergo per Canones cautum erat in excommunicatis celebrantibus diuina officia ſcienter, & in contemptum clauium, vt irregularitatem incurrant, vt 11. *quæſt.* 3. Si quis Epiſcopus damnatus; ſi quis Epiſcopus in Concilio: extenditur hoc ad ſuſpenſos optima ratione; quia quoad executionem diuinorum non eſt differentia inter excommunicatos & ſuſpenſos, quia iſti, & illi excluduntur à diuinis. Sed ſicut in excommunicatis requiro contemptum, vt irregularitas incurratur, quod notant illi Canones, nam vnus dicit, auſi fuerint; alius dicit, præſumpſerint, ſic & in ſuſpenſis, niſi eos reddat probabilis ignorantia excuſatos, craſſa; & ſupina, vel erronea habilitat ad diſpenſandum. Ita Innocentius *ibi*.

Sed, vt certum etiam reſpondeo: Excuſare. Quia minimè dicitur præſumere, aut auſu temerario facere, qui ignorantia craſſa, aut ſupina aliquid facit: eo quod præſumptio & audacia temeritatem & dolum importent: at ſic eſt, quod Canon petit dolum, ergo non ſatis eſt ignorantia craſſa, ſeu ſupina. vt latè probat Sanchez *loc. cit. num.* 36 ergo. Sic communiter Doctores citati pro noſtra ſententia *quæſt.* 18. legatur Sanchez *loc. cit. num.* 37. & 38. & penes illum, Cardin. D. Anton. Caietan. Nauarr. Roſella, Angel. Sylueſt. Tabiena, Ledeſma, & Sà. Quibus addi poteſt Candidus *loco citato dub.* 2. vbi ſic, ex Sanchez allegato,

Digitized by Google

allegato, & Suario *diſp. 4. ſect. 10. num. 2.* ait. Idem dicendum eſt, quando Canon præcipit, vel punit aliquid, ſub pœna Cenſuræ; ſi adhibet has particulas: *Si quis auſus fuerit, vel auſu temerario fecerit, ſi quis conſultò, ſi quis præſumpſerit, ſi quis temerè, ſi quis temerarius violator extiterit*, non incurrit ſcilicet Cenſuram, ſi quis laborans ignorantia craſſa & ſupina transgreditur legem, ſi lex adhibeat aliquam ex particulis enumeratis. Sic ille, Additque rationem concluſionis huius; quia (inquit) Eccleſia in dictis caſibus, ſolum intendit punire delictum formaliter, & expreſsè volitum, quod præſupponit illius notitiam: ſed ignorantia, etiamſi ſit craſſa & ſupina, non ſupponit delictum directè, & formaliter & expreſsè volitum, ſed tantùm virtualiter, & indirectè; ergo, &c.

Qvæstio XXI.

An deinde, Ignorantia affectata, vel craſſa, vt mortaliter cenſeatur intenta, ſeu affectata, excuſet à Cenſuris, ſcientiam, temeritatem, aut præſumptionem exigentibus?

Affirmat Hurtadus *de Cenſuris in communi, difficult. 21.* Quia (inquit) quod fit ex ignorantia, vel cum ea, quæcumque ſit, non fit ſcienter, nec cum dolo, quia verè fit ignoranter: & quamuis dicta ignorantia ferè æquivaleat ſcientiæ, ſeu dolo, quoad incurrendum culpam, non tamen quoad pœnam, quando hæc imponitur contra ſcienter, ſeu ex dolo peccantes. Et ob eandem rationem excuſat à Cenſura lata, contra eos, qui aliquid facere præſumpſerint, aut contra eos, qui auſu temerario, aliquid fecerint, quia pro eodem ſumuntur, & idem eſt aliquid facere ſcienter, ſeu ex dolo, & illud facere auſu temerario, & præſumere illud facere; imò & illud contemnere. Ita Hurtadus, qui pro ſe citat Angelum & Tabienam *verb. dolus.* Syluestrum *verb. culpa q. 1.* & Vaſquium *tract. de excommunic. dub. 15.* Sed certè hi duo Doctores, non loquuntur de ignorantia affectata, ſed de craſſa tantùm. Tenent etiam hanc ſententiam apud Dianam, (*vbi infra*) Sanchez ſe retractans, in *ſumma, tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 38.* Filliuc. *tom. 2. tract. 22. cap. 7. num. 205.* Bonacina *de Cenſuris diſp. 2. quæſt. 5. punct. 4. num. 9.* Duard. *in Bulla Cænæ lib. 2. quæſt. 36. num. 3.* Cœleſtinus. *in compend. Theol. moral. tractat. 3. capite 5. numero 2.* Quos refert & ſequitur Diana *parte 3. tractat. 6. reſolut. 7. & 5. parte, tractat. 5. reſolut. 11.* Ghilinus *verb. excommunicatio num. 21.* Quem relatum ſequitur Auſonius in ſumma Dianæ *verb. ignorantia num. 7.*

Sed probabilius reſpondeo, Non excuſare. *Primò.* Quia ignorantia affectata, qua ignorans eligit neſcire, quò liberius peccet, non minuit, ſed potius auget culpam, & facit actum directè, & per ſe voluntarium, cum per ſe, & directè eligatur, vt docet D. Thom. *quæſt. 6. & quæſt. 76. artic. 4.* ergo non excuſabit à Cenſuris, ſcientiam, temeritatem, aut præſumptionem exigentibus.

Secundò Quia ignorantia affectata æquiualet ſcientiæ & dolo: ergo quiſquis cum illa contra Cenſuram ſcientiam, temeritatem, &c. requirentem operatur, perinde eſt in re morali, ac directè ſcienter, temerariè & præſumptuosè, contra Cenſuram facere. Ergo clarè conſtat quod ignorantia affectata non poteſt quem à Cenſura dicta excuſare. Antecedens, in quo poteſt eſſe difficultas, patet ex cap. *eos qui, de tempor. ordin. in 6.* Vbi apertè ignorantia affectata ſcientiæ æquiparatur, iis verbis: *Eos qui Clericos parochiæ alienæ abſque ſuperioris Ordinandorum licentia ſcienter, ſeu affectata ignorantia, vel quocumque alio figmento quæſito præſumpſerint ordinare, per annum à collatione Ordinum decernimus eſſe ſuſpenſos.* Gregor. X. & cum eo Gloſſ. *ibi. in ſumma, & verb. affectata*, per hæc verba: Æquipollent ergo ſcientia, & affectata ignorantia. *de clan. deſp. Cum inhibitio*, & dicitur affectata, ex quo ſcire potuit, ſed noluit, imò diſſimulauit. *C. de inceſt. & inutil. nup. l. qui contra.* Sic Gloſſa. & ibidem Anchar. Domi. & alij Doctores. Couarru. *in cap. Alma mater. 1. p. §. 10. num. 17. verſ. Decimo quinto.* ibi: Id verò poterit accidere propter ignorantiam affectatam, quæ cum directè volita ſit, eandem habet ſcientiæ conditionem, & idem operatur, quod operaretur ſcientia ſi adeſſet. Sic ille. & alij. Et ideo hanc noſtram ſcientiam tenent Gloſſa *Clem. 1. verb. ſcienter, de Conſang.* Francus *cap. 2. num. 4 de Conſtitut. in 6.* D. Anton. *3. p. tit. 24. cap. 34.* Roſella *excommun. 1. caſu 43. n. 2.* Syluest. *excommunicatio 9. caſu. 41. num. 76.* Tabiena *excommun. 5. caſu 49. num. 1. notab. 2.* Graffis *1. par. deciſ. lib. 4. cap. 9. num. 38.* Henriquez *lib. 13. cap. 23. num. 3.* Petrus Ledeſma *in ſum. cap. 8. de excommun. dub. vltim. dicto. 3.* Suarez *diſp. 4. de Cenſuris, ſect. 10. num. 3.* Quos omnes refert, & ſequitur Sanchez *lib. 9. de Matrim. diſp. 22. num. 40.* Quamuis poſtea contrarium docuit *in ſum. loc. cit.* His addi poſſunt Molina *tract. 7. diſput. 71. num. 13.* Ægidius *diſp. 13 dub. 11. n. 93.* Layman *lib. 5. tract. 5. part. 1. cap. 5. num. 8. verſ. multò verò minus.* Auila *de Cenſur. part. 2. cap. 5. diſp. 5. dub. 9. concl. 2.* Candid. *diſquiſ. 22. art. 15. dubit. 3.* & id eſſe ſatis probabile, docet Corneio *diſp. vltim. de Cenſuris in communi, dub vlt. in fine.* Tenent rurſus noſtram ſententiam Filliuc. *tom. 1. tract. 11. c. 8. quæſt. 12. dicto 1. n. 260. verſ. Secundum, de affectata* (quamuis poſteà hic, *loc. cit.* à Diana, oblitus ſui, ſuppoſitum docuit.) Villalob. *tr. 16. diff. 12. n. 10. verſ. Mas haſe de aduertir.* Machado *lib. 1 part. 3. tr. 2. docum. 19. n. 4. in fine.* Palao *tom. 1. tr. 2. de peccat. diſp. 1. punct. 18. n. 1.*

Qvæstio XXII.

An Ignorantia concomitans excuſet à Cenſuris incurrendis?

Negant aliqui Doctores exiſtimantes, non excuſare. Quia qui percutit, v. g. Clericum, exiſtimans ignorantia concomitante, eſſe laïcum, non euadet excommunicationem, cum tunc eo ſit affectus animo, vt etiam cognito Clericatu, illum percuteret: ergo ſicut in hoc caſu, hæc ignorantia concomitans non excuſat à peccato ratione prauæ voluntatis, ita nec excuſabit à Cenſuris. Ita ſentiunt apud Sanchez *lib. 9. de Matrim. diſp 32 num. 16. & lib. 1. ſummæ c. 16. n 13.* Couarru. *cap. Alma mater. 1. p. §. 10. n. 15. verſu, Decimo.* Vgolinus *de Cenſur. tab. 1. c. 9. §. 8. fine.* Rodr. *1. p. ſum. cap. 80. num. 11. concl. 11.* Graffis *1. p. deciſ. lib. 4. cap. 7. n. 42.* Mercado *lib. 6. de contract. cap. 9.* Durand *2 diſt. 22. quæſt. 4. num. 5.* & ibi Gabriel *q. 2. artic. 1. notab. 3.* & Sayrus *lib. 1. Clauis cap. 9. num. 33. & 36.* Negant item, apud Henriquez *lib. 13. cap. 23. num. 1 lit. L.* Conrad. Victoria, Aſtudillo, & Specul. coniugat.

Sed probabilius reſpondeo: Ignorantiam concomitantem ſemper excuſare operantem à Cenſuris, & ab aliis iuris pœnis incurrendis. Ratio eſt, quia licet huiuſmodi ignorantia concomitans non excuſet à peccato operantem, ratione illius praui affectus, quem habet circa obiectum ignoratū: excuſat tamen profectò à peccato, illud opus externum, cum hoc opus non procedat ex praua illa voluntate: at ſic eſt, quod Eccleſia ſuis Cenſuris & pœnis non punit actus internos, ſed externos tantùm: ergo cum in hoc euentu actus, ſeu opus ipſum externum à culpa ex-

cuſetur

Digitized by Google

cuſetur, eximetur ſubinde ab excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, & ab aliis pœnis à iure impoſitis. Sic Vaſquez 1.2. *quæſt.* 76. *diſput.* 125. & 126. *& tractat. de excommunic. dub.* 14. *à numero* 4. Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 1. *cap.* 14. *quæſt.* 4. Suarez *diſput.* 4. *de Cenſur. ſect.* 8. *num.* 9. Salas. 1.2. *quæſt.* 6. *art.* 7. *tract.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 2. *à num.* 16. Valentia 1. 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 6. *punct.* 3. Henriquez *lib* 11. *cap.* 10. *initio in Gloſſa, litera A. & lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 1. *in corp. & in Gloſſa litera L.* in quibus locis citat pro hac parte Duraudum 2. *ſent. diſt.* 22. *quæſt.* 4. Gabr. *quæſt.* 2. Marſilium *q.* 15. *art.* 2. Almainum *tract.* 1. *moral cap.* 4. Angeſtum *in moral. cap.* 9. Caſtrum 2. *leg. pœn. c.* 14. Cordubam *lib.* 2. *quæſt.* 9. Viguer. *tit. de Ignorantia*, Sotum, & Sotum maior. Penna cum Caiet. 1. 2. *q.* 76. *art.* 3. & Fratre Medina, *ibidem.* Sed certè ex his authoribus Durand. & Gabriel oppoſitam ſententiam docent, ideoque pro illa benè citantur à Sanchez hanc noſtram tenens doctrinam, *lib.* 9. *de Matrim. diſp.* 32. *num.* 26. *& lib.* 1. *ſum. loc. cit.* Addi adhuc poſſunt his Doctoribus, Nauarra *lib.* 3. *de reſtit. cap.* 1. *dub.* 6. Lopez 2. *part. inſtr. cap.* 13. *de excommun.* §. *ex prædictis ſequitur pag.* 886. Molina *tom.* 4. *diſp.* 55. *num.* 2. *& tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 71. *num.* 8. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 8. *quæſt.* 9. *dicto* 2. *n.* 247. Bonac. *tom.* 1. *diſput.* 1. *de Cenſur. quæſt.* 2. *num* 14. Candid. *de Cenſur. diſquiſ.* 22. *art.* 33. *dubit.* 2. optimè Monteſinus *tom.* 2. *in* 1. 2. *quæſt.* 86. *art.* 3. *diſp.* 8. *q.* 8. *à num.* 99. Hurtad *de Cenſur. in communi, diff.* 21. *verſ. Addit Couarru.* Qui & citat Auilam 2. *p. capite* 5. *diſputat.* 5. *dubit.* 6. Sed malè, quia ibi nil de hac quæſtione. Bauny *tractat.* 1. *de Cenſuris, quæſt.* 18. *dicto* 2. *pagin.* 27. Villalob. *tractat.* 16. *diff.* 12. *numero* 4. *concluſ.* 3. Petrus Corneio *de Cenſuris in communi, diſputatione vltima, dubit.* 1. *quæſt.* 1. Syluius 1. 2. *quæſt.* 76. *artic.* 3. *quæſt.* 6. Baſſæus *verb. ignorantia. numero* 18. Machado *libro* 2. *part.* 3. *tractatu* 2 *docum.* 19. *num.* 3. Palao *tom.* 1 *cit. tract.* 1. *diſp.* 1. *punct.* 17. *num.* 3.

QVÆSTIO XXIII.

An ſaltem, ſi quis laborans ignorantia comitante putans ſe occidere feram, occideret Clericum inimicum, eliciens actualiter hunc actum; Vtinam quod video eſſet Clericus, nam adhuc illum occiderem, *excommunicationis Cenſuram incurreret?*

AFfirmant, & à fortiori authores primæ ſententiæ nuper relati, præcipuè apud Monteſinum Corduba *lib.* 2. *q.* 19.

Sed probabilius reſpondeo, Adhuc non incurrere. Quia licèt ille actus elicitus à voluntate ſit peccatum mortale ſacrilegij, eſt tamen merè internum, & nihil influens in illam actionem exteriorem occiſionis: ergo cum illam non reddat peccaminoſam, nec quid confert ad Cenſuram incurrendam. Sic Authores primæ ſententiæ præcipuè Suarez *loc. cit. num.* 9. Monteſin. *num.* 108. Filliuc. *loc. cit.* vbi cum Suario addit, contrarium eſſe dicendum, ſi dictus Ignorans haberet hunc actum: *Volo occidere illam feram, & ſi Clericus eſt, volo etiam illum occidere*: nam tunc illa actio externa, iam procederet ex illa interna, quæ cum ſit ſacrilegium, etiam externa ſacrilegium eſſet. Sed certè hic caſus vix poteſt contingere, ſi ignorantia comitans ſit inuincibilis, de qua eſt quæſtio, benè tamen ſi ignorantia eſſet vincibilis, vt ſi ille ignorans, aliquo modo, etiam inconſultè, & indeterminatè, dubitaſſet, aut cognouiſſet ibi eſſe Clericum inimicum, quia cum tunc iam non haberet ignorantiam inuincibilem, ſed culpabilem, conſequenter ſaltem inconfuſè vellet ſacrilegium, ac proinde incurreret Cenſuram.

QVÆSTIO XXIV.

An Naturalis obliuio, inaduertentia, & inconſideratio, excuſent à Cenſuris?

REſpondeo tanquam certum; Excuſare ſi hæc ſint abſque craſſa, ſupináue negligentia. Ratio eſt, Quia naturalis obliuio, ſeu inconſideratio comparatur ignorantiæ: at ſic eſt, quod ignorantia, ſi non eſt craſſa, aut ſupina, ſed inuincibilis, excuſat à culpa & à Cenſuris incurrendis: ergo & naturalis obliuio, ſeu inconſideratio, ſi non eſt craſſa aut ſupina, ſed inuincibilis, excuſabit ab vtroque.

Secundò, Quia cum obliuione aut inaduertentia ad præceptum Eccleſiæ latum ſub Cenſura, nequit ſtare contumacia, in eo conſiſtens, quo aliquis monitioni talis præcepti obedire recuſet: at ſic eſt, quod vbi non adeſt contumacia, non eſt locus Cenſuræ: ergo qui obliuione, aut inaduertentia ad tale præceptum illud violat, non incurrit Cenſuram. Sic Suarez *diſput.* 4. *ſect.* 8. *numero* 11. Bonacina *diſput.* 1. *de Cenſuris, quæſt.* 2. *punct.* 1. *numero* 17. Bauny *de Cenſuris in communi tract.* 1. *quæſt.* 18. *dicto.* 1. Candid. *diſquiſ.* 22. *art.* 39. *dubit.* 1. *& alij.* Legantur D. Thom. 2. 2. *quæſtione* 88. *artic.* 6. *in corp. & ad* 2. Nauarrus *tom.* 1. *Conſil. lib.* 2. *de Iureiurando Conſil.* 12. *num.* 1. Azor. 1. *parte inſtit. lib.* 1. *cap.* 16. *dub.* 3. Sanchez *libro* 1. *ſumma c.* 16. *à num.* 8. & alij.

QVÆSTIO XXV.

An Metus grauis, mortis, infamiæ, exilij, &c. purè, & ſimpliciter illatus, excuſet à Cenſuris?

NEgant Durand. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 5. *ad* 3. Caiet. 1. 2. *quæſt.* 96. *artic.* 4. *&* 2. 2. *q.* 125. *art.* 5. Adrianus *de Clauib. quæſt.* 3. *fol.* 153. cum Altiſiodoren. Aſtenſis *libro* 3. *tit.* 11. Alenſ. *part.* 4. *quæſt.* 23. *mem.* 1. *art.* 6. §. 2. Vgolinus *de Cenſuris tab.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. & alij exiſtimantes, metum quantumcumque grauem, cadentemque in virum conſtantem, nunquam excuſare à Cenſura, quia numquam, inquiunt, excuſat ab obſeruatione præcepti.

Probant hoc *ex cap. Sacris, de ijs, quæ vi metúve fiunt.* Vbi loquens Innoc. III. de iis qui metu inducuntur, vt communicent cum excommunicato, ait: quod excommunicantur. Quia (inquit) *licet metus attenuet culpam: quia tamen eam non prorſus excludit cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere; excommunicationis labe credimus inquinari.* Sic Pontifex; vbi cum illo Gloſſa, *in ſumma*, ſic ait: *Si quis metu communicat cum excommunicato, excommunicatur*: ergo, &c.

Sed probabilius longè multò, reſpondeo dicendum, quod talis metus ſimpliciter illatus verè excuſet à Cenſuris: Quia longè multò probabilius eſt, quod dictus metus excuſet à tranſgreſſione præcepti Eccleſiaſtici, cùm non ſit credibile, aut probabile, velle Eccleſiam, matrem vtique pientiſſimam, præcepta ſua cum aperto mortis, infamiæ, exiliive diſcrimine, ab homine cuſtodiri: ergo etiam excuſabit ab incurſione Cenſuræ, cùm hæ ſolum ob tranſgreſſionem præcepti incurrantur. *Confirmatur.* Nam qui ex graui metu peccat alioqui non peccaturus, non cenſetur contumax, nec delinquere ex contemptu poteſtatis eccleſiaſticæ, ſed ex infirmitate: ſed ſic eſt, quod ad Cenſuram incurrendam eſt neceſſarius contemptus ſaltem interpretatiuus: ergo.

Nec obſtat textus, *ex cap. ſacris.* à contrariis adductus. Quia in illo non loquitur Innoc. III. de metu graui cadente in conſtantem virum, ſed de metu leui,

qui

Digitized by Google

qui cum non excuſet communicantem cum excommunicato, maximè in diuinis, aut in crimine, à culpa, nec excuſabit à Cenſura excommunicationis ſaltem minoris incurrenda. Vnde hanc noſtram ſententiam communiter amplectuntur Authores. Illámque colligunt Theologi ex D. Thoma *in Addit. q. 23. art. 3. ad 1. & quodlib. 11. artic. 9. corp. & ad 3.* vbi exponit ipſum cap. *Sacris.* Sotus *diſt. 22. q. 1. art. 4. col. 13.* Ledeſma *2. p. 4. q. 25. art. 3. ad finem* Medina *1. 2. q. 96. art. 4.* Cordub. *in ſum. caſu 142.* Nauarrus *in ſum. cap. 27. num. 36. 63. & 239. & cap. 25. num. 84.* Qui *num. 36. cit.* citat Innocent. *in cap. Si verè, de ſentent. excommun.* Maiorem *in 4. diſtinct. 18. quæſt. 4.* Sylueſtrum *excommun. 5. q. 4.* Henriquez *lib. 13. cap. 21. num. 2.* Suarez *diſputat. 4. de Cenſur. ſect. 3. num. 13.* Caſtro *lib. 2. de lege pœn. cap. vlt. concluſ. 1.* Gutierrez *Canon q. cap. 13. num. 21. & 22.* Auila *2. parte cap. 6. diſputat. 8. dub. 5.* Salas *de legib. diſput. 21. ſect. 1.* Ægidius *diſput. 13. de Cenſur. dub. 12. à num. 97.* Filliucius *tract. 11. cap. 6. quæſt. 4. num. 171. & cap. 8. quæſito 14. num. 269.* Duardus *in Bulla Cœnæ lib. 1. cap. 1. quæſt. 3. num. 49.* Bonacina *diſput. 1. de Cenſur. quæſt. 2. punct. 3. num. 2.* Bauny *tract. 1. de Cenſur. quæſt. 18. verſ. Septimò excuſat.* Laymann *tract. 5. cap. 5. de Cenſur. in commun. 9.* Hurtadus *de Cenſur. in commun. diffic. 23.* Candidus *diſquiſit. 22. art. 41. dubit. 3. dict. 5.* Cornejo *diſput. vlt. de Cenſur. in gen. dub. 1.* Vaſq. *12. diſputat. 161. cap. 1.* Azor *1. parte lib. 1. cap. 11. quæſt. 1.* Diana *3. p. tract. 6. reſolut. 48. verſ. Quarto licitum erit.* Machado *lib. 1. part. 3. tractat. 2. docum. 18. num. in ordine 4.* Villalobos *tract. 16. difficult. 11. num. 1.* Palao *tom. 1. tract. 2. de peccat. diſput. 1. punct. 16. & tom. 6. de Cenſur. diſput. 1. punct. 8. num. 20.*

QVÆSTIO XXVI.

An metus grauis excuſet etiam à Cenſura, caſu, quo hæc lata ſit pro crimine, aliàs lege naturæ prohibito: veluti ſi lata eſſet, contra adulterium, aut inceſtum cum conſanguinea patrantes?

NEgant tunc, dictum metum excuſare à Cenſura, aliqui Doctores, eo fundamento ducti: quia videlicet, in prædicto caſu, metus quantumuis grauis non excuſat à peccato mortali: ergo nec à Cenſura. Antecedens conſtat; quia certum eſt apud omnes, quod ſi quis ex graui metu, committat inceſtum, aut adulterium prohibitum ſub pœna excommunicationis, peccet mortaliter: ergo. Ita ſentiunt Sanchez *lib. 9. de Matrimon. diſputatione 31. num. 4. & 6.* Hurtadus *difficult. 21. cit. num. 100. verſ. At quando.* Caſtro Palao *tom. 6. diſp. 1. punct. 8. n. 11.* Citant etiam Bonacina, & Machado pro hac parte Suarium *diſp. 6. de Cenſur. ſect. 3. num. 3.* Sed certè non ad rem, quia Suarius ibi, non loquitur de præſenti quæſtione, ſed de alia diuerſa, nempe de illa, quæ inquirit, an quando actio per Cenſuram prohibita, redditur intrinſecè mala, ratione talis prohibitionis; an tunc eam exercens contra legem Eccleſiæ, licèt ob metum grauem peccet, & Cenſuram adiunctam tali legi incurrat; & reſpondet, quod ſic. Sed quid refert hæc reſolutio ad quæſtionem de qua nobis hic eſt ſermo? Nihil profectò; Cum diuerſa ſit omnino, & ideo ad illam, contrarium reſpondit, *vbi infrà*, vt ſtatim videbimus. Vnde

Probabiliùs reſpondeo: dicendum, quòd etiam in dicto caſu metus grauis à Cenſura Eccleſiæ excuſet. Ratio eſt, quia licet metus dictus non excuſet à culpa graui commiſſa contra ius naturale; excuſat tamen à culpa contra præceptum Eccleſiaſticum, eo quod non obliget cum tanto damno, & conſequenter à Cēſura, cum hæc non incurratur niſi ob fractionem dicti præcepti. Vnde ſi quis metu mortis adulterium committeret, reuera excuſaretur à Cenſura, ſi quæ lata eſſet contra adulterium patrantes, licèt non excuſaretur à culpa contra caſtitatem; aut iuſtitiam commiſſa. Sic Suar. *diſp. 4. de Cenſur. ſect. 3. n. 14.* ita loquens: Oportet tamen aduertere, aliquando per legem Eccleſiaſticam ſub Cenſura prohiberi id, quod iure naturæ prohibitum eſt; vt, v. g. inceſtum cum conſanguinea. Contingere ergo poteſt, vt metus excuſet illum actum, vt prohibitum ab Eccleſia, etiamſi non excuſet libidinoſum acceſſum, qui intrinſecè malus eſt: & tunc quamuis non omnis culpa excuſetur ratione metus, excuſabitur Cenſura; quia illa non contrahitur, niſi ob violationem præcepti Eccleſiaſtici, vt ſic. Hucuſque Suarius, quem hucuſque retuli, vt videas, quàm malè pro oppoſita parte citetur. Sic etiam tenent Bonacina *diſput. 1. de Cenſur. quæſt. 2. punct. 3. num. 5.* Alterius *tom. 2. diſp. 10. cap. 6. de ſuſpenſ. verſ. in ſecundo caſu.* Vbi ſe citat *in tract. de excommunic.* Ægidius *de Cenſur. diſputat. 13. dub. 12. à num. 98.* & penes illum, Nauarrus *cap. 27. num 63. §. ſeptimum.* Henriquez *lib. 13. cap. 21. num. 3. in fine.* Auila *parte 7. diſputat. 2. dubio 7. concluſ. 5.* & Suarius *loco* à nobis *citato.* Sed ex his Doctoribus, Nauarrus ſolùm & Suarius, omnino benè citantur: alij námque non in ſpecie de noſtra quæſtione agunt. Tenent item hanc noſtram partem Corneio *diſputat. vlt. de Cenſur. in genere, dubio 3. verſ. Sed quæres.* Machado *lib. 1. parte 3. tractatu 2. docum. 18. in fine.* Villalobos *tractatu 16. difficult. 11. num. 2.* Candidus *diſquiſ. 21. artic. 41. dubit. 4. dicto 7.*

QVÆSTIO XXVI.

An item, metus grauis incuſſus in contemptum fidei, aut Religionis, aut poteſtatis Eccleſiæ, excuſet à peccato, & à Cenſura?

AFfirmat adhuc excuſare à Cenſura, licet non à peccato, Candidus *loco nuper citato*, per hæc verba: Dico ſeptimò: Probabilius tamen mihi videtur, quod licet is, qui per grauem metum compellitur in contemptum Eccleſiæ, Religionis, ſeu fidei, committere e. g. furtum prohibitum ab Eccleſia ſub pœna Cenſuræ, peccet lethaliter committendo furtum, quia delinquit contra præceptum naturale, & contra præceptum diuinum tuendæ poteſtatis Eccleſiaſticæ, Religionis, & fidei, quòd obligat etiam cum periculo vitæ: non tamen contraheret Cenſuram; quia præceptum Eccleſiaſticum, quale eſt hoc ad non furandum ſub pœna Cenſuræ, purè & ſimpliciter, vt præceptum Eccleſiaſticum eſt, non obligat cum tanto detrimento. Vnde ſi herus compellet famulum metum graui ad legendum libros hæreticorum hæreſim continentes, aut de Religione tractantes, etiam in contemptum fidei, etſi famulus tunc legens peccaret mortaliter, non tamen incurreret excommunicationem Bullæ Cœnæ latam contra legentes libros hæreticorum hæreſim continentes, aut de Religione tractantes: quia hic non delinquit in præceptum Eccleſiæ hanc lectionem interdicentis, cuius tranſgreſſioni ſtatuta eſt excommunicationis pœna, ſed in præceptum diuinum tuendæ fidei, & Religionis, quod obligat etiam cum periculo vitæ. Hucuſque Candidus. Cuius ſententiam prius docuerat Salas *de legib. diſput. 11. ſect. 1. num. 5. verſ. Ex hac concluſione.*

Sed probabiliùs multò reſpondeo: tunc metum non excuſare à Cenſura. Quia multò probabilius eſt, quod in dicto caſu, velit Eccleſia obligare ſuo præcepto

Digitized by Google

cepto etiam cum diſcrimine grauis damni, nempe vitæ, exilij, &c. ergo ſicut ille qui in poſito caſu, præceptum Eccleſiæ violaret, peccaret mortaliter contra Eccleſiæ prohibitionem; ita etiam Cenſuram latam, tali prohibitioni annexam, incurreret. Sic Henriquez *lib.* 13. *cap.*21. *num.*2. *verſ. Excuſatur à peccato.* Suarez *diſput.*6. *de Cenſur. ſect.*3. *num.*6. dicens, hanc reſponſionem eſſe per ſe notam Ægid. *diſp.*13. *dub.*13. *n.*100. *verſ. Dixi aliquando.* Bonac. *diſput.*1. *de Cenſur. quæſt.*2. *punct.*3. *num.*2. Filliuc. *tract.*11. *cap.*8. *quæſt.*14. *n.* 269. *dicto* 3. dicens, id eſſe commune. Bauny *tract.* 1. *de Cenſur. in commun q.*18. *verſ. Primum cùm eius tranſgreſſio.* Cotncio *dub.*1. *cit. pag.*592. Villalobos *difficult.*11. *citat. num.* 2. *in fine*, & hanc ſententiam eſſe magis communem, & receptam, teſtatur Machado *lib.*1. *parte* 3. *tract.* 2. *docum.* 18. *num* 4. licèt contrariam, nihil definiendo, in vltimo ponat loco.

QVÆSTIO XXVIII.

An tandem, Metus leuis, ſeu non cadens in virũ conſtantem, excuſet etiam à Cenſura?

RESpondeo tanquam certum: non excuſare. Quia metus leuis, quo videlicet timemus malum leue, non excuſat à culpa: ergo nec à Cenſura, cum hæc ob illam incurratur. Sic omnes. Inter quos eleganter Bauny *loc. cit.* per hæc verba: Secundum tempus eſt: cùm metus non eſt eiuſmodi, qui hominem conſtantem mouere poſſit, ac debeat: nam à metu leui, cuiuſmodi eſt offenſiunculæ apud Principem, iacturæ bonorum exiguæ, vt aurei vnius, aut duorum, iuſta nulli, ac probabilis eſſe cauſa poteſt, præcepti Eccleſiaſtici non ſeruandi: ergo nec vitandæ Cenſuræ, qua viſum eſt Eccleſiæ, eius tranſgreſſionem pro auctoritate plectere: ab ea ergo non excuſat metus, cui pro obiecto leue quidpiam obuerſatur cura, ſtudióque conſtantis viri, dignum non ſatis. Sic ille. Hurtad. *de Cenſur. in comm. difficultate* 23. dicens, in hoc omnes conuenire.

QVÆSTIO XXIX.

An Impotentia moralis faciendi id, quod præcipitur ſub Cenſura, excuſet ab illa?

RESpondeo tanquam certum: excuſare. Quia talis impotentia excuſat à peccato, nam ad impoſſibile nemo tenetur: ergo etiam excuſabit à Cenſura, cum hæc ob peccatum incurratur. Sic omnes. Henriquez *lib.*13. *cap.* 18. *num.*4. *&* 5. *& cap.*21. *n.*2. Suarez *diſputat.*20. *ſect.* 2. *num.* 14. Sotus *diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *artic.*2. *caſu* 1. *poſt* 4. *concluſ.* Graffius *lib.* 4. *deciſ. cap.*8. *num.*10. Filliucius *tract.*11. *cap.*8 *quæſt.*8. *num.*241. Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *num.*1. Bauny *quæſt.* 18. *cit. pag.*29. Reginaldus *lib.*9. *num.*206. & alij. Hinc clarè colligentes, eum qui propter impotentiam non reſtituit, non affici Cenſura: v. g. excommunicationis lata contra detentores rei alienæ, aut contra non reſtituentes.

QVÆSTIO XXX.

An etiam excuſet à Cenſura, graue damnum, ſeu detrimentum famæ, vitæ & aliorum bonorum Superioris Ordinis, ſeu illorum vtilitas, aliave cauſa rationabilis?

RESpondeo tanquam certum: etiam excuſare. Quia hæc omnia excuſant ab obſeruatione legis, cum hæc cum graui damno non obliget: ergo etiam excuſabũt ab incurſione Cenſuræ. Ex quo colligitur, quod ille, qui cogitur ſub excommunicationis, v. g. Cenſura, aliquid reſtituere, aut penſionem ſoluere, ipſe autem non poteſt ſine detrimento bonorum Ordinis Superioris, vt vitæ, famæ, &c. aut ſine longè maiori damno, tunc ille, ſicut excuſatur à præcepto reſtituendi, ita & à Cenſura lata, ob id quod non reſtituit, aut ſoluit. Sic omnes. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 21. *num.*2. ibi: Excuſatur ſecundo, quia ſtatim reſtituere non poteſt pecuniam ſine graui detrimento bonorum Superioris Ordinis, vt famæ aut vitæ: vel ſi quid iubet minus honeſtum, vt quod denunciem occultum peccatorem abſque præuia correctione. Sic ille ex D. Thom. & Caietan. 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 7. *ad* 5. *& quæſt.*62. Nauar. *cap* 17. *num.* 55. *& cap.*18. *num.*40. *&* 62. *& cap.*24. *num.* 12. *& cap.* 25. *n.* 5. Sotus *relect. de Secreto, memb.*2. *quæſt.*6. *dub.*5. Corduba *in ſum. q.*63. *&* 64. Suarez *diſput.*20. *ſect.*3. *num.* 9. Bauny, Bonacina, Filliucius *loc. cit.* Qui benè notant, eum, qui tempore excommunicationis, v. g. habuit vnde ſolueret, & non ſoluit, ideóque incidit in excommunicacationem, per ſuperuenientem impotentiam moralem, non liberari ab excommunicatione incurſa, nam hæc ſolum tollitur per abſolutionem, vt aliàs diximus, & dicimus *infra.*

QVÆSTIO XXXI.

An Innocentia à culpa graui, excuſet à Cenſura, ita vt innocens à mortali, in quem lata eſt, non ligetur tali Cenſura, nec teneatur ei obedire?

NEgant quidam excuſare, caſu, quo ſecundum allegata iuridicè probata ſit nocentia, ſeu culpa grauis Innocentis in conſcientia, quia (inquiunt) cum Iudex iuſtè in dicto caſu præcipiat, condemnatus verè tenetur obedire. Ita tenet Durandus *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.*4. *in corpore, ibi:* Sub hoc autem non comprehenditur ſententia, quæ fertur contra illum, qui conuincitur in iudicio per teſtes ſecundum ordinem iuris, licet ſint falſi, ex quo probatum eſt ſufficienter contra eum. Ita ille. Corduba *lib.*1. *quæſt.*43. & alij, quos tacitè refert Ægidius, *vbi infrà.* Citat etiam Sotus pro hac parte D. Thomam *diſtinct.*18. *q.*2. *art.* 1. *quæſt.*4. Alexand. 4. *part.* 18. *memb.* 2. Ricardus *diſt.*18. *artic.* 3. *quæſt.*5. Sylueſtrum *excommun.* 2. §. 2. & Paludanum *diſt.*18. *q.*1. Quibus addit Suarius, Guillelmum Pariſ. *in* 2. *p. tit. de Sacram. Ordin.* §. *Poſt hæc autem.* Gloſſam *in cap.*1. *de ſentent. excomm. in* 6. Couarruuiam *in cap. Alma* 1. *parte*, §. 11. *n.*14. exiſtimantem hanc opinionem eſſe communem, & veram, & in hanc abſolutè loquendo inclinatur Filliuc. *tract.* 11. *cap.*8. *quæſt.*6. licet *in fine* dicat, oppoſitam ſententiam, benigniorem eſſe, & conformem ſenſui pietatis, quem par eſt haberi matris Eccleſiæ.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: excuſare Innocentiam à Cenſura; ita vt Innocens etiam, probatus iuridicè nocens, nullo modo ligetur ea in conſcientia, ſeu quoad Deum. Vnde ille, qui certus eſt ſe eſſe innocentem, quamuis ſecundum allegata & probata legitimè excommunicetur, in rei veritate non eſt excommunicatus, nec priuatus ſuffragiis, & orationibus communibus Eccleſiæ. Ratio eſt manifeſta. Quia talis Cenſuræ ſententia, per ſe, & in rei veritate, eſt iniuſta, & nulla ex defectu cauſæ, ſeu materiæ, quæ eſt peccatum mortale, (licet ſit iuſta quoad præſumptionem) vt ex ſupradictis conſtat: ergo in rei veritate nec ligat, nec ligare poteſt innocentem, etiamſi iuridicè probatus ſit nocens. Sic latè & optimè Sotus *in* 4. *diſt.*22. *art.*3. *verſ. His tamen obſtantibus*, & penes ipſum, Caiet. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.*4. *ad* 2. *argum.* & Adrian. *in quodlib. quæſt.*6. ſic etiam Ægidius *diſput.*23. *dub.*12.

Bauny

Banny *tract.1.quæſt.18. verſ. Quintò excuſatur*. Filliucius *tract.11. quæſt. 7. num.*238. ſibi aliqualiter contrarius. Hurtad. *de Cenſura in communi, difficultate* 24. Sic etiam apud Suarium; Maior *in 4. diſtinct.18.q.2. concluſ.3. corol.*4. Gabriel *quæſt.2. concluſ.* 8. & in re Couarruuias *cap. cit.* §.7. *num.*5. Nauarrus *cap.9. n.4. & cap.27. num.*3. & alij quos ipſe citat, & ſequitur *diſputat.4. de Cenſur. ſect.7. à num.*11. Sic etiam Palao *diſputat. 1. de Cenſur. puncto* 8. *num.* 15. Qui omnes aduertunt, quod licèt huiuſmodi innocens, in foro conſcientiæ, non ligetur prædicta Cenſura, nec teneatur, vt diximus, ei obedire: teneatur tamen in foro externo, coram eis quibus ſententia Cenſuræ eſt nota, & innocentia ignota, ſe gerere vt Cenſura innodatus, vel ratione præcepti à Iudice iuridicè lati, vt Caietanus cum aliis vult; vel ratione ſcandali, ne eis videatur Cenſuram contemnere, vt Hurtadus & alij melius putant; cum talis non teneatur ratione obedientiæ, cum non teneatur immediatè ratione Cenſuræ, ſiquidem non eſt valida; nec ratione alicuius prohibitionis à Iudice ſuperadditæ ipſi Cenſuræ, quia Iudex nullam ponit, cum nihil aliud faciat, quàm ferre Cenſuram: ergo ſolùm ad id tenetur ratione ſcandali. Quod tandem, licèt limitatè, concedit Suarez *loc.cit, num.*17. cum Nauarro *loc. cit.* & abſolutè Palao *loc.cit.num* 16.

Quod ſi quæras, an ſi huiuſmodi, apud Deum, & in foro conſcientiæ, innocens, publicè & cum ſcandalo Cenſuram prædictam violet, incurrat pœnas iure impoſitas contra violantes Cenſuram? vt verbi gratia, ſi illa Cenſura erat excommunicatio, an ille celebrans in publico maneat irregularis?

Reſpondeo non incurrere dictas pœnas abſolutè loquendo, & ita nullo modo manere irregularem, etiam celebrando in publico. Quia ille verè, & in re non eſt excommunicatus: ergo verè, & in re, etiamſi in publico celebret, non violat excommunicationis Cenſuram: ergo verè, & in re, non incurrit irregularitatem. Dixi *verè, & in re*, quia in foro exteriori, ſeu exiſtimatione, ille habebitur irregularis in eo caſu, & vt talis in iudicio condemnabitur. Sic omnino Suarez *loco citato, num.*20. Filliucius *cap.8. cit. quæſt.6. numero* 237. *verſ. Infertur præterea* Hurtadus *difficultate 24. citat. verſ. Nihilominus* Ægidius *dub.12. citat. concluſ.4.num.*119.

Qvæstio XXXII.

An dentur aliæ cauſæ excuſantes ab incurrendis Cenſuris?

Reſpondeo dari. In primis namque datur; Nullitas Cenſuræ ex quacumque cauſa proueniat: Appellatio legitima facta in tempore, & Conſenſus partis in cuius fauorem lata eſt Cenſura. De quibus cauſis egimus ſupra, & dicemus amplius.

Deinde à Cenſura excuſat, conſuetudo rationabilis præſcripta, vt habetur *cap. final. de conſuetud.* Ceſſatio finis totalis legis, aut præcipui; quia tunc omnis obligatio eius interit. Incertitudo iuris aut facti; eo quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis libertatem ſuam, quàm non poſſidentis, *de regul. iur. Regula* 65. & denique omnes cauſæ excuſantes à peccatis, excuſant etiam à Cenſuris, vt ex dictis conſtat. Legantur Henriquez *lib.*13. *cap.*17. *&* 21. Bauny *tract.*1. *de Cenſur. in communi, quæſtione* 18.

Dispvtatio X.

De Effectibus Cenſuræ in communi.

Qvæstio I.

Quot, & qui ſint effectus Cenſuræ in communi?

Respondeo quod effectus Cenſuræ in communi eſt duplex, nempè, proximus, ſeu intrinſecus; & remotus ſeu extrinſecus. *Effectus proximus* Cenſuræ, eſt priuare cenſuratum aliquibus bonis ſpiritualibus, & etiam temporalibus quatenus ſunt ſpiritualibus annexa. Quæ priuatio habet rationem vinculi, aut ligaminis cuiuſdam moralis, ac pœnæ; eo quod applicans Cenſuram cenſurato, auferendo bona, quorum alioqui ille capax eſt, conſtringit, & ligat illum. Quod totum conſtat ex Cenſuræ definitione ſupra tradita; necnon ex hac inductione. Nam Excommunicatio priuat communione Sacramentorum, & fidelium: quorum primum eſt ſpirituale; ſecundum temporale. Suſpenſio priuat iure percipiendi fructus beneficij Eccleſiaſtici, & etiam priuat fructibus, quorum primum eſt ſpirituale, ſecundum temporale. Interdictum priuat diuinis Officiis, & iure licitè contrahendi matrimonium, quorum primum eſt ſpirituale; ſecundum, vt matrimonium eſt contractus humanus, & temporalis: vt plenius dicemus, cum de ſingulis tractabimus Cenſuris.

Effectus verò remotus, ſeu extrinſecus Cenſuræ in communi, nil aliud eſt, quàm fructus bonus, quem Iudex ferens Cenſuram intendit, qui etiam eſt duplex, ſpiritualis videlicet, & temporalis. Spiritualis eſt, obſeruantia Eccleſiaſticæ diſciplinæ: & reſipiſcentia contumacis, ſeu emendatio peccatoris: temporalis verò, reſtitutio rei temporalis, aut reparatio damni, quod illatum eſt innocenti. *Primum* probatur: quia Cenſura applicatur, vt ſpiritus ſaluus fiat, iuxta illud 1. Corinth. 5. *Et tandem ſpiritus eius ſaluus fiat in die Domini. Secundum* etiam conſtat: quia, niſi quis reſtituat temporale, excommunicari poteſt, vt conſtat ex Trident. *ſeſſ. 25. de reformat. cap* 3. Sic omnes Doctores. Legantur Suarez *diſp.6. ſect.*1. Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt.9. artic. vnico.* Filliucius *tractatu* 11. *cap.7. quæſtione* 1. *&* 2. Banny *tractatu 1. de Cenſuris*, § *de Iudice abſoluente à Cenſuris, quæſt.5.pag.*50.

Qvæstio II.

An ſtatim ac reus Cenſuram latam incurrit, ſpiritualium rerum vſu priuetur, ante Iudicis ſententiam?

Reſpondeo tanquam certum: ſtatim priuari. Quia priuatio harum rerum ſpiritualium, eſt quaſi proprietas naturam Cenſuræ conſequens. Vnde eſt illud iuris proloquium communiter receptum: *Cenſura lata per ſe fert executionem*, cap. *Paſtoralis*, §. *verum, de Appellat.* de quo ibi, & in cap. *Is cui, de ſentent. excommunic. in* 6. Et ratio eſt, quia Cenſuræ, eo quod ſpirituales ſunt pœnæ, nullam ad executionem ſui, exequentis actionem exigunt: ergo reus, qui Cenſuram latam incurrit, illico dictarum rerum ſpiritualium vſu priuatur. Sic omnes Doctores. Legantur Suarez *loc.cit.num* 4. Filliucius *quæſt.3. num.*196. *&* 197. Bauny *loco citato, verſ. de conſtantia temporis.*

Digitized by Google

QVÆSTIO VIII.

An etiam Epiſcopi poſſint diſpenſare in effectibus Cenſuræ, quam ipſi tulerunt?

Affirmant aliqui Canoniſtæ; eo ducti fundamento, quia videlicet Epiſcopi poſſunt diſpenſare in omnibus, in quibus Papa, niſi ſit illis prohibitum: ſed nullibi legimus, hanc diſpenſationem eſſe reſeruatam Papæ: ergo.

Sed probabilius reſpondeo: non ſolùm non poſſe Epiſcopos diſpenſare in effectibus Cenſuræ, à qua non poſſunt abſoluere, in quo omnes Doctores conueniunt, verùm etiam nec in effectibus Cenſuræ, quam ipſi tulerunt, & à qua queunt abſoluere. Quia probabilius eſt, quod Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in rebus iure communi, & vniuerſa Eccleſia prohibitis, niſi quando ipſo iure communi eis conceditur, vel aliqua recepta conſuetudine, & traditione: vt colligitur ex cap. *Dilectus, de tempor. Ordin.* & cap. *At ſi Clerici, §. de adulteriis, de Iudiciis.* Sed ſic eſt, quod hæc poteſtas diſpenſandi in effectibus Cenſuræ, manente eadem Cenſura, nec iure communi illis conceditur, nec conſuetudine eſt recepta: ergo. Sic Suarez *loc. cit. num.* 7. Fillicius *loc. cit. quæſt.* 10. *dicto* 2. Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 10. §. 6. *num* 4. & penes ipſum Socin. Senenſ. *in cap. Officij, de ſentent. excommunic. num.* 171. Palao *puncto* 10. *citato.*

Et hæc pauca ſufficiant nunc: nam meliùs explicabuntur effectus Cenſurarum, cum de ſingulis Cenſuris tractemus.

DISPVTATIO XI.

De Abſolutione Cenſurarum in communi.

QVÆSTIO I.

An Cenſura tollatur per mortem eius, qui Cenſura ligatus erat?

Negarunt abſolutè quidam, quos *ſuprà diſput.* 3. *quæſt.* 4. & 5. retulimus.

Sed iuxta ibidem dicta, probabiliùs reſpondeo: tolli abſolutè & directè; licèt aliquo modo, indirectè videlicet, & reſpectiuè, dici poſſit quod non tollatur; quatenus ratione Cenſuræ; v,g. excommunicationis, corpus excommunicati mortuum, remanet inhabile ad ſepulturam Eccleſiaſticam, & anima vt ſit particeps ſuffragiorum communium Eccleſiæ: ſed quia hæc inhabilitas ſolùm permanet in prohibitione Eccleſiæ, & hæc ſolùm reſpectu viuorum directè durer, hinc eſt quod abſolutè loquendo, per mortem ſubiecti, quod ligatum Cenſuris erat, verè directè tollatur, & auferatur Cenſura ab ipſo, licèt non indirectè, & reſpectiuè quoad prædictos effectus, priuationem ſcilicet ſepulturæ, & ſuffragiorum communiem Eccleſiæ. Sic docent Authores *quæſt.* 4. & 5. *citatis*, à nobis adducti. Legantur vlterius Suarez *ibid. cit.* & *diſput.* 7. *ſect.* 2. *à num.* 3. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 9. *quæſito* 1. *à num.* 273. Hurtad. *diſput.* 14. *de excommun. diffic.* 1. *num.* 1. Alterius *lib.* 4. *diſput.* 1. *cap.* 1. *verſ. Si quærat quis.* Couarruuias *cap. Alma* 1. *parte*, §. 11. *num.* 8. Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *parte* 1. *cap.* 7. Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 6. *num.* 101. & Palao *tom.* 6. *diſputat.* 1. *puncto* 11. §. 1.

QVÆSTIO II.

An Cenſura ſemel contracta, etiam tollatur per ſolam emendationem rei, Cenſura dicta ligati?

Affirmandum videtur. Quia ablata cauſa, aufertur effectus, *cap. Cum ceſſante, de Appellat.* ergo ablato peccato, per contritionem, quod fuit cauſa Cenſuræ; aufertur etiam Cenſura.

Sed tanquam certum reſpondeo: non tolli Cenſuram per emendationem Rei. Quia Cenſura fuit applicata Reo, iuriſdictione Eccleſiaſtica: ergo opus eſt, quod eadem iuriſdictione, adhuc ſuppoſita reſipiſcentia, abſoluatur, & tollatur à Reo.

Vnde ad rationem dubitandi reſpondeo: antecedens eſſe verum, loquendo ſolùm de cauſa conſeruante, non de cauſa exiſtendæ Cenſuræ. Vnde cum Cenſura ſit pœna, non pendet in conſeruari à culpa, ſed tantum in fieri, tanquam cauſa motiua ad imponendam Cenſuram: & ideo tranſacta culpa, ſeu remiſſa, durare poteſt pœna Cenſuræ. Sic docent omnes Doctores, ex cap. *A nobis* 2. & cap. *Cum deſideres, de ſentent. excommunicat.* & cap. *Quapropter, de Appellat.* Legantur Suarez *diſputat.* 7. *ſect.* 1. *num.* 8. Filliucius *loco cit. quæſt.* 2. *num.* 276. Bauny *tract.* 1. *tit. de Iudice abſoluente, quæſt.* 1. *verſ. Quid ſi Cenſura.* Raſtellius *de Cenſur. in gen. quæſt.* 7. *artic.* 1. *num.* 1. *pag.* 113. Hurtad. *loc. cit.* Cornejo *de Cenſur. in gen. diſputat.* 11. *dub.* 1. *pag* 579. Alterius *tom.* 1. *lib.* 4. *diſputat.* 1. *cap.* 1. penes illum, Abbas, & Gloſſæ, Palao *puncto* 11. *cit. num.* 4. Nauarrus, Couarruuias, & Ægidius penes ipſum.

QVÆSTIO III.

An Cenſura ſemel contracta, per mortem ferentis illam, extinguatur?

Reſpondeo tanquam certum: non extingui Cenſuram ſemel contractam ſiue ſit à iure ſiue ab homine lata, propter mortem ferentis illam. Sic colligitur clarè, ex cap. *Si Epiſcopus* 11 *quæſt.* 3. & ex cap. *Paſtoralis, §. Præterea, de offic. Ordin.* Et ratio eſt, quia Cenſuræ ita inſtitutæ ſunt, vt non pendeant in conſeruari à vita, vel iuriſdictione ferentis, ſed tantum in fieri; ergo non ceſſant per mortem illas imponentis, tam tranſeant in rem iudicatam. Sic Suarez *ſect.* 1. *cit. num.* 14. Filliucius *loco citato num.* 278. Roſtellius, Bauny, Alterius, & Palao *loco citato*, & alij. Et conſtat ex dictis *ſuprà diſput.* 4. *quæſt.* 23.

QVÆSTIO IV.

An Cenſura ſemel contracta, per ſolam abſolutionem tollatur?

Reſpondeo tanquam certum per ſolam abſolutionem propriè, & perfectè tolli. Probatur primò, ex illo Matth. 16. *Quæcumque ligaueris, vel ſolueris.* Secundò ex cap. *Cum deſideres, de ſentent. excommunicat.* vbi Clemens III. apertè definit, quod ille qui excommunicationem contraxit, non debeat communioni aliorum reſtitui, ante abſolutionis beneficium. *Tertiò* id conſtat à ſufficienti partium enumeratione. Quia Cenſura nec tollitur per mortem ferentis illam; nec per mortem eius in quem fuit lata, nec per abſolutionem cauſæ: igitur ſolum reſtat quod tollatur per abſolutionem. Sic docent communiter Doctores. Legantur Suarez, Alterius, Filliucius, Bauny, Raſtellius, & alij *loco citato.*

Qvæstio V.

An excommunicationis Cenſura lata ab homine, ſub hac conditione; Donec ſatisfeceris; ***etiam non tollatur abſque abſolutione, adhuc ſatisfactione ſequuta?***

Affirmant tunc tolli abſque abſolutione, Alciat. *in cap. 1. de elect. notab. 5. lib. 6.* & Couarruuias *in cap. Alma mater 1. parte §. 11. num. 6. & ſequentibus*, licèt dicat alibi fuiſſe ſequutum contrariam ſententiam. Fundamentum eorum eſt. Quia, ſi aliæ Cenſuræ, nempe ſuſpenſio, & interdictum, latæ ſint ſub conditione, *Donec ſatisfeceris*, non indigent abſolutione, aut relaxatione, ſolutione ſequuta, vt tradunt communiter Doctores poſt Gloſſam *in Clem. 1. de Decim. verb. Donec, in cap. Si quis 81. diſtinct.* ſed eo ipſo cenſetur ablata: ergo idem dicendum eſt de Cenſura excommunicationis lata ſub eadem conditione, *Donec ſatisfeceris.*

Sed adhuc vt ferè certum reſpondeo: nec in dicto caſu tolli Cenſuram excommunicationis abſque abſolutione, etiam ſatisfactione ſequuta. Quia excommunicatio ſemel contracta, non tollitur per ſolam emendationem rei, nempe, *ſi paruerit, ſi ſatisfecerit, ſi reſtituerit*, &c. cum ſemper ſit neceſſaria abſolutio, & ſine illa non tollitur excommunicatio, vi patet *ex cap. Conſideres, cit.* & *ex cap. à nobis 2. de ſentent. excommun.* vbi apertè definitur, quod ille, qui in excommunicatione deceſſit è vita, non ſit cenſendus liber à vinculo excommunicationis, quantum ſpectat ad forum Eccleſiæ, nec ei eſſe communicandum ante abſolutionem, etiamſi in vita ſufficienter ſatisfecerit: ergo ſemper eſt neceſſaria abſolutio.

Ad fundamentum in oppoſitum, deſumptum à ſimili, Hoſtienſ. Abbas, & Gloſſa *in Clement. citat.* & alij, conceſſo antecedenti negant conſequentiam, quia inquiunt, quod ad hoc vt tollatur ſuſpenſio lata ſub conditione, ſatis ſit ſi accedat Iudicis declaratio de ſatisfactione præſtita, ſecus verò in excommunicatione, quæ vt tollatur omnino, indiget abſolutione. Sed certè hæc ſolutio non ſoluit argumentum. Quare negandum eſt antecedens, quia falſum eſt ſaltem loquendo ex vi iuris, quod ſuſpenſio, vel interdictum datum ad tempus ſub dicta conditione, *donec ſatisfeceris*, tollatur abſque abſolutione, etiam conditione impleta, quia nullibi ex iure id colligi poteſt. Nam licèt Innocent. *in cap. Cum bona, de ætate & qualitate*, & alij dicant ſuſpenſionem relaxari, præſtita ſatisfactione, abſque alia abſolutione, loquuntur de ſuſpenſione inflicta ad certum tempus pro delicto præterito, quæ habet tantum rationem pœnæ, non Cenſuræ, ſic Alterius reſpondet. Vnde hanc noſtram ſententiam tenet ipſe cum Hoſtienſ. Abbate, Syluestro, & aliis, *lib. 4. diſput. 1. cap. 1.*

Qvæstio VI.

An ita ſit neceſſaria abſolutio ad tollendam Cenſuram iam contractam, vt nullo modo aliter tolli poſſit?

Reſpondeo dicendum, quod iure ordinario, nullo alio modo tolli poſſit: benè tamen de potentia abſoluta Pontificis. Quia cum hic ſit Iuris auctor, optimè poſſet ferre contra aliquem excommunicationem, exprimendo in ea conditionem, vt cum primùm reus conditionem impleret, liber eſſet ab excommunicatione, non alia abſolutione requiſita. Quo caſu ſi excommunicatus pareret, & conditionem impleret, eo ipſo remaneret, abſque alia abſolutione, ab excommunicatione abſolutus. Quamuis vt verum fateamur, adhuc in iſto caſu, non poſſet dici, quod excommunicatio ſit ſimpliciter ſublata abſque abſolutione, ſed quod lata fuerit abſolutio ſub conditione futura, qua purificata, abſolutio reddita eſt completa, & perfecta. Sic Gloſſa *in Clement. vnica, de Immun. Eccleſiæ verſ. Pro infectis.* Abbas, Felinus, & Syluester, quos refert, ac ſequitur Alterius *cap. 1. citat. prope finem.*

Qvæstio VII.

Quotuplex ſit Cenſurarum abſolutio?

Reſpondeo quod quadruplex. *Primò* enim, alia eſt à iure, alia ab homine: *ſecundò* alia abſoluta, & alia conditionata: *tertiò* alia ſimplex, & alia ad cautelam, & *quartò* alia ſimpliciter, & alia ad reincidentiam. Filliucius *tract. 11. cap. 10. quæſt. 1.*

Qvæstio VIII.

Quid ſit Abſolutio à iure, & quid ab homine?

Reſpondeo quod Abſolutio à iure eſt illa, quæ datur ab ipſa lege imponente excommunicationem, ſub hac forma: *Qui inciderit in excommunicationem ob tranſgreſſionem huius legis; ſi hoc vel illud fecerit, ſit eo ipſo abſolutus.* Abſolutio verò ab homine, eſt illa, quæ ab homine habente iuriſdictionem tribuitur reo. Et de hac eſt ſermo in præſenti, nam de prima nil agunt Authores, quia non eſt in vſu.

Qvæstio IX.

Quid ſit Abſolutio abſoluta & quid conditionata?

Reſpondeo quod *Abſolutio abſoluta*, eſt illa, quæ datur ab abſoluente liberè, abſolutè, & ſimpliciter, nulla appoſita conditione: *Abſolutio verò conditionata*, eſt illa quæ datur ſub aliqua conditione, quod contingit, quando verba abſolutionis includunt diem vel aliam conditionem, ex qua dependet abſolutio, & ideo vocatur conditionata; quia huiuſmodi abſolutio non habet vim, & effectum, quoadvſque adueniat dies, vel purificata ſit conditio. Sic omnes ſupponentes, quod nulla de priori ſit dubitatio, & ideo regulariter ea impenditur, imò & debet impendi, ſi nullum adſit impedimentum, ac ſic eam impendendam: de poſteriori verò, aliquæ ſunt difficultates, pro quibus enodandis ſupponendum eſt, quod in abſolutione, poteſt apponi conditio præſens, præterita, & futura. Quo ſuppoſito ſit

Qvæstio X.

An Abſolutio Cenſurarum data ſub conditione de præſenti, vel præterito, ſit valida?

Reſpondeo tanquam certum: eſſe validam, adimpleta, vel exiſtente conditione. Ratio eſt, quia huiuſmodi conditiones non ſuſpendunt actum, vel effectum, *lege cum ad præſens, Si cert. pet.* ſed ſtatim abſolutio, vel eſt valida, vel nulla: ſi enim conditio exiſtit, eſt valida, quia abſolutio tunc tranſit in abſolutam: ſi verò non exiſtat, eſt nulla abſolutio, quia ceſſat conditio. Sic omnes. Legantur Suarez *diſputat. 3. ſect. 7. num. 3.* & latiùs *diſp. 7. ſect. 8. num. 3.* Alterius *lib. 4. diſputat. 1. cap. 3.* Filliucius *tract. 11. cap. 10. quæſ. 2.* Bonacina *diſputat. 1. quæſt. 3. puncto 7. num. 1.* & alij.

Digitized by Google

QVÆSTIO XI.

An ſit licitum dare aliquando abſolutionem Cenſuræ, ſub conditione de præſenti, aut præterito?

RESPONDEO tanquam certum: eſſe aliquando licitum ſic abſolutionem dare: nempe, quando certò non conſtat de Cenſura,& ad cautelam impenditur abſolutio ad maiorem ſecuritatem, vt regulariter fit à Confeſſariis, antequam ſacramentaliter abſoluant à peccatis, dicendo: *Abſoluo te à Cenſuris in quantum poſſum, & indiges.* Vel etiam quandoque dicendo: *Abſoluo te à Cenſuris*, &c: *Si ſatisfeciſti*, aut, *ſi ex corde à contumacia receſſiſti.* Nam hæ conditiones prudenter apponi poſſunt, vel ad declarandam rem eſſe dubiam: vel ad incutiendum metum: vel ad tollendam ignorantiam. Si verò conditio appoſita, eſſet turpis, aut impertinens, tunc imprudenter adderetur,& nõ ſine culpa ex ſuo genere graui,eò quòd eſſet contra reuerentiam rerum ſacrarum, & abuſus quidam Eccleſiaſticæ poteſtatis: licet in particulari ex paruitate materiæ poſſit eſſe leuis. Sic Suarez *loc. cit. n.* 4. Alter.& Filliucius *loco citato*,& antea Doctores Nauar. *cap.* 26. *num.* 13. Legantur dicta à nobis *tom.* 1. *tract.* 5. *de pœnitent. diſputat.* 2. *quæſt.* 25. 26. & 27.

QVÆSTIO XII.

An etiam ſit valida abſolutio à Cenſura, ſub conditione de futuro data; nempe, Abſoluo te, ſi infra menſem ſatisfeceris?

NEgant quidam, & probant à paritate. Nam abſolutio ſacramentalis lata ſub hac conditione de futuro contingente, eſt nulla, ergo & nulla erit etiam abſolutio a Cenſura. Conſequentia patet à paritate rationis; antecedens verò vt certum docuimus *q.* 27. *cit.* Ob id, ita tenent Syluester *Abſolutio* 3. §. 1. & *excommunicat.* 1. §. 19. D. Anton. 3. *parte tit.* 24. *cap.* 77. §. 1. Angelus *abſolutio* 3. & *excommunicatio* 2. §. 5. & ex parte Auila 2. *parte cap.* 7. *diſput.* 3. *dub.* 15.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe validam talem abſolutionem. Quia Cenſura poteſt ferri validè ſub conditione de futuro, vt conſtat *ex cap. Præterea* 2. *de Appellat.* & cap. *Salernitana, diſtinct.* 63. & ex dictis *ſup. diſput.* 1. *quæſt.* 15. ergo etiam abſolutio, quæ fauorabilior eſt. Sic Nauarrus *cap.* 26. *num.* 12. & *de pœnitent. diſtinct.* 6. *cap.* 1. *in principio, num.* 64. Couarr. *in cap. Alma mater* 1. *parte*, §. 11. *num.* 6. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 7. Suarez *diſput.* 7. *ſect.* 8. *num.* 7. Alterius *lib.* 4. *diſput.* 1. *cap.* 3. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 10. *quæſ.* 2. *num.* 310. Reginaldus *lib.* 9. *num.* 52. Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. *num.* 1. Vaſquez *de excommunic. dub.* 18. Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 16. *num.* 218. Hurtad. *diſput.* 14. *diffic.* 2. Laymann. *lib.* 1. *ſumm. tract.* 5. *parte* 1. *cap.* 7. *num.* 2. Palao *tom.* 6. *diſput.* 1. *punct.* 11. §. 2. *à num.* 2. & alij. Qui omnes ad argumentum contrariorum, conceſſo antecedenti, negant conſequentiam. Quia non eſt eadem ratio abſolutionis à Cenſura, & à peccatis ſacramentaliter: Nam abſolutio à peccatis non poteſt manere ſuſpenſa propter conditionem adiunctam ex intentione Miniſtri, quia non inde pendet, ſed ex Chriſti inſtitutione, & intentione: At verò abſolutio à Cenſura eſt quædam ſententia humana inducta à iure poſitiuo, & ideo eius effectus pendet ex voluntate ipſius abſoluentis, qui proinde poteſt adiecta conditione, ſuſpendere effectum, vt non ſequatur, niſi impleta conditione.

QVÆSTIO XIII.

An non ſolum ſit valida, ſed etiam licita Abſolutio, lata ſub conditione de futuro?

AFfirmat Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 22. §. 1. *num.* 2. ex eò quòd talis modus abſoluendi, nullo iure ſit prohibitus: ergo.

Negat contra Nauarrus *loc. cit.* Quia, inquit, abſolutio non debet ſuſpenſa manere, argument. cap. *Ad hæc quoniam, de Appellat.* ergo non poteſt ſic tradi, abſque culpa.

Sed clariùs, & diſtinctiùs reſpondeo: dicendum, quod, licet in rigore iuris loquendo, non ſit per ſe malus,nec iure prohibitus hic modus abſoluendi; & ideo, ſi neceſſitas, vel vtilitas occurrat, non ſit illicitum illo vti: Tamen regulariter loquendo, non eſt licitus; quia in Eccleſia non eſt in vſu, neque in iure. Sic Suarez, Alterius, & Filliucius *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

Quid ſit Abſolutio ſimplex; quidque, ad cautelam?

REſpondeo quod *Abſolutio ſimplex*, eſt illa quæ datur ſimpliciter & ſine vlla reſtitutione homini Cenſura innodato, de cuius Cenſuræ valore non eſt dubium. *Abſolutio* verò *ad Cautelam*, eſt illa, quæ datur ſub conditione, *ſi indiges; ſi contraxiſti*, &c. quando Cenſura ignoratur, aut dubitatur de illa, tunc namque ad cautelam datur ad ſuperabundantiam, vel ad maiorem certitudinem, & tollendam omnem dubitationem, & ideo datur ad eam tollendam ſi in re eſt. Imò interdum etſi nulla ſuſpicio, aut dubium ſit Cenſuræ contractæ, præmitti ſolet abſolutio Cenſurarum, ante abſolutionem à peccatis,vel ante collationem ordinum, aut Eccleſiaſtici beneficij, aut alterius priuilegij ad tollendum impedimentum, ſi quod fortè ſubeſt. Sic omnes. Legantur Sayrus *lib.* 2. *de Cenſur. cap.* 16. *num.* 7. Couarr. *in cap. Alma mater* 1 *p.* §. 7. *n.* 7. & §. 12. *n.* 7. Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 23. §. 1. *n.* 9. Suarez *diſput.* 7. *ſect.* 8. *num.* 12. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 10. *num.* 311. Alterius *lib.* 4. *diſput.* 2. *cap.* 4. Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 7. *n.* 2. Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 16. & Caſtro Palao *tom.* 6. *diſput.* 1. *puncto.* 11. §. 2. *num.* 4.

QVÆSTIO XV.

Quid ſit Abſolutio ſimpliciter? *& quid,* ad reincidentiam?

REſpondeo quod Abſolutio ſimpliciter, ſeu abſque reincidentia, eſt illa per quam tollitur Cenſura abſolutè, & in perpetuum: Abſolutio verò ad reincidentiam, illa, per quam tollitur Cenſura,non in perpetuum, ſed ita vt reditura ſit, poſt aliquid tempus vel poſt aliquem effectum. Qui modus abſolutionis valde conueniens, frequens, & vſitatus eſt. Legantur Suarez *loc. cit. à num.* 16. Filliucius *à num.* 313. Alterius *cap.* 5. & alij communiter.

QVÆSTIO XVI.

Quotuplex ſit Abſolutio ad reincidentiam?

REſpondeo quod duplex. Vna, ſic impropriè dicta; altera, propriè. *Prima*, & impropriè dicta, dicitur, & eſt illa, quæ ex intentione abſoluentis non conceditur in perpetuum, ſed ſolum ad

Digitized by Google

limitatum tempus, vel effectum, quæ frequentius datur, licet de Cenſura non conſtet, nec dubitetur, vt cùm quis abſoluitur, vt poſſit teſtimonium liberè ferre cap. *Veniens* 2. *in fine, de teſtib.* vel, vt poſſit beneficium obtinere, vt in litteris ad beneficia conferenda ſolet Pontifex id ſeruare, & colligitur ex cap. *Apoſtolicæ, de Exception.*

Secunda, & propriè dicta, eſt illa, quæ ex intentione abſoluentis datur, non ſolùm ad limitatum tempus, vel effectum, ſed etiam, vt ſimpliciter valeat, & ſit perpetua; ſub conditione tamen ſatisfaciendi, vel aliquid faciendi intra certum tempus, quo tranſacto, & non impleta conditione appoſita, iterum incidatur in eandem Cenſuram. Sit exemplum. Si à Sede Apoſtolica abſoluatur excommunicatus cum onere, vt intra certum tempus ſe præſentet Iudici qui eum excommunicauit, aut vt parti ſatisfaciat, ſi ſe præſentauerit, aut ſatisfecerit, erit abſolutus ſimpliciter & in perpetuum, ſi ſecus contigerit, denuo excommunicationis Cenſura obſtrictus erit, & recidentia reſeruatur ei cui prima excommunicatio reſeruata erat. Sic Suarez, Filliucius, & alterius *loco cit.* Nauarrus *cap.* 17. *num.* 46. & 113. Syluester *excommunicatio* 2. §. 1. Palao *tom.* 6. *diſput.* 1. *puncto* 11. §. 2. *num.* 7.

Qvæstio XVII.

An qui abſolutus eſt ad reincidentiam, hoc ſecundo modo, (*v. g.* ad tres dies, ita vt ſi intra eos non ſoluat, reincidat in excommunicationem) *& impleto tempore non poteſt ſatisfacere, reincidat in conſcientia in excommunicationem?*

AFfirmant quidam. Quia prædictus fuit abſolutus ſub conditione ſoluendi intra terminum præfixum à Iudice: verbi gratia, intra tres dies: ergo deficiente conditione, quamuis deficiat abſque culpa, reincidet in conſcientia in excommunicationem, ita Suarez *diſputat.* 7. *ſect.* 8. *num.* 27 Filliucius *tractatu* 11. *cap.* 10. *quæſt.* 4. *num.* 316. Hurtado *diſputat.* 14. *de excommunicat. difficult.* 3. *num.* 12. Luyſius *lib.* 2. *de Cenſuris, diſputat.* 24. *dub.* 2. & apud Dianam, Villalobos *tom.* 1. *tractatu* 16. *difficult.* 23. *num.* 6. Sed certè hic Author potius aliquo modo in contrariam partem inclinat, & ideo pro illa citatur à Machado, *vbi infrà.*

Probabiliùs ergo reſpondeo: quòd licèt prædictus, ad ſummum, in foro exteriori reincidat in excommunicationem, non tamen in foro conſcientiæ. Quia non eſt tunc inobediens Iudici, nec contumax: ergo tunc non poteſt reincidere in excommunicationem, cum hanc nequeat quis incurrere ſine contumacia. Sic Auila 2. *parte cap.* 7. *diſputat.* 3. *dub.* 14. *concluſ.* 1. *verſ. Petis,* & penes ipſum, Corduba *in ſum. quæſt.* 20. *punct.* 3 Rodriguez *in Bulla,* §. 9. *num.* 57. & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 29. *num.* 2. *in fine, & num.* 3. in Gloſſa *lit. V.* Machado etiam *lib.* 1. *parte* 3. *tract.* 2. *docum.* 21. *num.* 5. & dicunt probabilem æquè, Præpoſitus *in* 3. *parte, quæſt.* 1. *de Cenſur. in comm. dub.* 15. *num.* 113. & Diana *parte* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 15. vbi citat etiam Nauarrum *cap.* 27. *num.* 277. ſed non benè, quia licet de hac materia ibi agat, ſed non de hac quæſtione. Tenent tamen adhuc, Alterius *lib.* 4. *diſputatione* 1. *cap.* 5. *verſ. Hac autem abſolutio.* Palao *tomo* 6. *diſputatione* 1. *puncto* 11. §. 2. *numero* 8. & 10. Laymann *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 1. *cap.* 7. *in fine.* Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 16. *num.* 216. & alij.

Qvæstio XVIII.

An excommunicatus ad inſtantiam Creditoris, donec debitum ſoluat, ſatis ſit, ad hoc vt non reincidat in excommunicationem, quod Creditor ſolutionem debiti differat, ſine Interuentione Iudicis?

NEgat Hurtadus *diſputatione* 14. *de excommunic. difficult.* 3. his verbis: Vnde excommunicatus, qui non ſoluit debitum, & abſolutus fuit ad reincidentiam ad tres dies, ſiue omnino abſolutè, ſeu priori modo dicto, ſiue pro reliquo tempore vltra tres dies ſub conditione alicuius abſolutè poſita, abſque aliquo indicante reſpectum ad culpam, non impeditur à reincidentia in excommunicationem, ex eo quòd pars conſentiat; quia conſenſus partis tantum poteſt deſeruire, vt ſic abſolutus non peccet non ſoluendo: quod non ſufficit, vt non reincidat, quia incidit ob antiquam culpam, & vi antiquæ ſententiæ, & abſque noua culpa requiſita, vt defectu conditionis requiſitæ ad perſeuerantiam abſolutionis. Hucuſque Hurtadus. Pro cuius ſententia citat Bonacina, Nauarrum *cap.* 27. *num.* 25. Sayrum *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. & Vgolinum *tab.* 1. *cap.* 20. §. 6. *n.* 5. Sed ex iis, Nauarrus ſaltem oppoſitum docet, *vbi infrà.*

Sed diſtinctiùs, & probabiliùs reſpondeo: eſſe quidem ſatis, vt Excommunicatus abſolutus ad tempus, non reincidat in excommunicationem, quòd Creditor ſolutionem differat, ante elapſum tempus à Iudice aſſignatum, & conſequenter ante contractam denuò excommunicationem. Ratio eſt, quià ad impediendum, ne incurratur futura excommunicatio, non requiritur actus iuriſdictionis: ergo ſufficiet dilatio temporis, aut ſolutionis à Creditore factæ, etiam ſine interuentu Iudicis. Sic Villalobos *tract.* 16. *difficultate* 23. *num.* 4. per hæc verba: [Mas quando la parte concede al Iuez que le abſuella *ad reincidentiam,* por quince dias, iantes que ſe cumplà el termino, lo alarga la parte por otros quince dias, en tal caſo haſta que ſe cumplan todos los treintà dias no incurre la deſcomunion, como dicen Abad *cap. Præterea, de Appellat.* Deciúſque *ibid. num.* 4. Felin. *cap. De cauſis num.* 2. *de offic. legati*; Suarez *diſputat.* 7. *ſect.* 8. *num.* 23. Couarruuias *cap. Quamuis pactum, in principio, num.* 5. y Rebuſo *in concord. tit. de prorogat. dilationis, gloſſ.* 1. el qual dice que es comun. La racon es, porque el termino del Iuez fue en fauor de la parte, y aſſi ella le puede prorogar, &c.] Sic ille. Nec non Alterius *lib.* 4. *diſput.* 1. *cap.* 5 *verſ. Ex his ſequitur.* Nauarrus *cap.* 27. *num.* 15. Gutierrez *de iuram.* 1. *parte cap.* 49. *num.* 11. & Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *num.* 1.

Secus dicendum eſt, caſu, quo debitor ſit excommunicatus ad inſtantiam Creditoris donec debitum ſolueret; nam in eo non eſt ſatis quod Creditor ſolutionem differat, ad certum tempus, vt Debitor cenſeatur abſolutus ad reincidentiam pro tempore prorogato; ſed neceſſe eſt, vt à Iudice abſoluatur cum eadem temporis prorogatione, quia, vt nuper diximus, excommunicatio ſemel contracta non poteſt tolli niſi per abſolutionem Superioris. Legantur Suar. *loco citato. num.* 23. & Alterius *cap.* 5. *citato.*

Digitized by Google

QVÆSTIO XIX.

An, quando Excommunicatus à iure, vel ab homine, ob iuſtum impediment[um] abſoluitur à caſu Papali, per eum, qui aliàs abſoluere non poſſet, debeat, ne reincidat, ceſſante impedimento, ſe præſentare Pontifici?

RESpondeo debere ſe præſentare Pontifici, quàm primùm commodè poſſit: hoc eſt, quoad forum exterius, intra tempus arbitrio boni viri deſignandum, nempe poſtquam præparauit ea, quæ ſunt neceſſaria ad iter faciendum, argum. *l. 1. ff. de Iud. delib. cap. De cauſis, de offic. Deleg.* quoad interius verò forum, relinquitur conſcientiæ abſoluti. Argum. Gloſſ. *cap. Significaſti 2. de Homic.* vt inquit Nauarrus *cap 27. num. 89. & 113.* Addens, quod qui iuſtum habet impedimentum, arbitriq boni viri, vt adire nequeant Sedem Apoſtolicam, vel legatum à latere, poſſint abſolui ab Epiſcopo ſi ſatisfaciant, & iurent, ſublato impedimento, ſe præſentaturos apud Sedem Apoſtolicam: & niſi ſe præſentauerint cum commodè poterunt, reincidunt in eandem excommunicationem cap. *Eos qui, de ſentent. excommun. in 6.* Sic ille. Et etiam Henriquez *lib. 13. cap. 29. num. 3.* adiungens, quod caſu quo vacet Sedes, non liceat diu expectare donec prouiſum ſit de Paſtore. Syluester *excommunicat. 8. §. 3.* Alterius *lib. 4. diſputat. 1. cap. 5.* Caſtro Palao *puncto 11. cit. §. 2. num. 8.*

QVÆSTIO XX.

An reus abſolutus ab inferiori, (ob aliquod impedimentum) à Cenſura reſeruata Papæ, ad reincidentiam; ſi ante terminum reincidentiæ ſatisfaciat parti, teneatur adhuc ſe præſentare Papæ?

AFfirmant, adhuc ſe teneri ad præſentandum Papæ, Corduba *in ſum. caſu 60.* & Rodriguez *in expoſit. Bullæ, §. 9. num. 55.*

Sed probabiliùs reſpondeo: in eo caſu non teneri ſe amplius præſentare Papæ. Sic Nauarrus *cap. 26. n. 26. verſu, An autem,* his verbis: Nec obſtat quod excommunicatus reincidit in eandem. excommunicationem, ſi non paruerit mandatis Excommunicatoris, quàm citò commodè poterit, per *dict. cap. Eos.* Tum quia non eſt idem de Confeſſo peccata reſeruata. Tum, quia aliud eſt teneri ad abſolutionem quærendam; aliud reincidere in excommunicationem, ſi non paruerit. Tum, quia non videtur teneri ad parendum Iudici, ſi cum parte concordauerit, vel aliàs ſatisfecerit tantum, quantum debebat coram Deo. Quia mens præfati cap. *Eos,* illa videtur eſſe; quæ magis eſt attendenda, quàm verba, præſertim in foro conſcientiæ cap. *penult. de reg. iur. lib. 6.* & *l. In conditionibus, ff. de condit. & demonſt.* Sic mens Nauarr. quem citant, & ſequuntur Henriquez *loc. cit.* & Alterius etiam; vbi noſtram reſolutionem per hæc verba docet, & explicat: ſi quis tamen ad inſtantiam partis incurrit excommunicationem reſeruatam Papæ, aut Epiſcopo, & propter aliquod impedimentum abſolutus ſit ab Inferiori ad reincidentiā, niſi infra menſem ſatisfecit, & antequam elapſus ſit menſis præſtet ſatisfactionem realem parti, vel cum ea concordauerit, non tenetur amplius ſe præſentare ſuperiori: quia Superior ſic excommunicans præſumitur nolle, debitorem vinculo excommuniationis ligatum retinere, niſi quantum expedit in fauorem partis, vt annotauit Nauarrus *in man. cap. 26. num. 26.* Hucuſque Alterius.

QVÆSTIO XXI.

An prædictæ obligationi comparendi Pontifici ſatisfaciat quis, ſi id faciat; medio procuratore?

NEgat Vgolinus *de Cenſur tab. 1. cap. 14. §. 5. n. 4.* quem citat, & ſequitur Caſtro Palao *tom. 6. de Cenſur. diſput. 1. puncto. 11. §. 2. num. 8.* cenſentes, eſſe neceſſarium quod perſonaliter ſe præſentet Pontifici, nec ſufficiat medio procuratore.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſatisfacere, ſe medio procuratore Pontifici comparendo: Quia iuxta regulam iuris. *Quod per alium facis per te ipſum facere videris*: ergo. Sic Nauarrus *cap. 27. num. 46.* (non 49. vt leges apud Palaūm) ex Caietan. *verb. excommunic. caſu 69* Sayrus *lib. 2. Theſauri cap. 16. num. 13.* Geminianus in cap. *Eos qui, de ſentent. excommunic. num. 6.* & *ibi* Stephanus Coſta *n. 16.* Henriquez *lib. 17. cap. 29. num. 3.* his verbis: Et impeditus, qui ſe aliàs præſentare deberet, non tenetur vice ſui mittere procuratorem: & tamen ſatis eſt, vt pro obedientia & debita ſatisfactione ſuſcipienda, mittat procuratorem vice ſui, quamuis perſonaliter ire poſſet. Sic ille ibi, & anteà *lib. 3. pœnitent. cap. 9. in fine, lit. O. P.* de quò amplius *infrà; tractatu de excommunicat. diſputatione 17. quæſtione 67.*

QVÆSTIO XXII.

An abſolutio à Cenſura habet in iure formam præſcriptam, & determinatam?

REſpondeo tanquam certum: non habere, & ideo, eam tantum ſufficere, quæ voluntatem abſoluentis declaret, vt ſi diceret: *Ego te abſoluo à vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti.* Nec enim eſt neceſſarium exprimi cauſam ob quam eſt incurſa, tametſi id ſit expediens, vt *infrà tract. de excommunicatione diſputat. 17. queſt. 115.* latiùs dicemus. Sic omnes Doctores.

De aliis quæſtionibus quæ hîc deſiderari poſſunt, videantur à nobis *infrà* dicenda *tractatu de excommunicat. diſput. 16. per totam.*

TRACTA

TRACTATVS SECVNDVS DE PRIMA CENSVRA IN SPECIE,

NEMPE:

DE EXCOMMVNICATIONE IN GENERE.

DISPVTATIO I.

De Voce, Definitione, & Diuiſione Excommunicationis.

QVÆSTIO I.

Quid nomine Excommunicationis ſignificetur?

RESPONDEO quod Excommunicatio dicitur, à nomine *communio*, & præpoſitione, *ex*, & ita excommunicatio, idem eſt, ac extra communionem: vel, eo quod homo ſeparatur per excommunicationem, à conſortio, ſermone, & conſilio fidelium, vt Couarruuias *in cap. Alma mater 1. parte initio, num. 1.* Viualdus *in Candelab. aureo, tract. de excommun. q. 1.* & alij volunt. Vel eo quod ſeparetur à participatione Euchariſtiæ, quæ per Antonomaſiam dicitur communio, ſeu ſynaxis, iuxta D. Dionyſ. *de Eccleſ. Hierarch. cap. 3.* Sic ex illo, & ex Soto *diſtinct. 22. q. 1. artic. 1. in princip.* docet Henriquez *lib. 13. de excommunic. cap. 1. num. 1.* per hæc verba: Nomen excommunicatio, deducitur à communione, quia fideles in Euchariſtiæ participatione maximè vniuntur. Nam olim in primitiua Eccleſia, dum feruor erit in frequentando quotidie communionem, dura pœna erat priuari communione Euchariſtiæ: ſed refrigeſcente feruore erga communionem, adiecit Eccleſia priuationem aliorum Sacramentorum, & bonorum. Sic Henriquez. Cui conſonant Auila *parte 2. de Cenſur. diſput. 1.* Alterius *tom 1. de Cenſur. lib. 1. diſput. 2. cap. 1.* Sayrus *lib. 1. de Cenſur. cap. 3.* Filliucius *tract. 12. cap. 1. quæſito 1.* Bonacina *diſput. 2. de Cenſur. quæſt. 1. punct. 1.* Raſtellius *de Cenſur quæſt. 8 artic. 1. pag. 145.* Hurtad. *tract. de excommunic. diſput. 1. difficult 2.* Villalobos *tract. 17. difficult. 1.* Machado *lib. 1. parte 3. tract. 3. docum. 1.* Caſtro Palao *tom. 6. de Cenſur. diſp. 2. punct.*

QVÆSTIO II.

Quibus nominibus fuerit olim appellata excommunicatio?

RESpondeo quod multis. *Primò Medicina*, cap. *multi 2. quæſt. 1. Secundo. Mucro Epiſcopi*, cap. *Viſis 16. quæſt. 2.* Quia eſt cæleſtis, & ſpiritualis gladius Epiſcopi, vt aiunt Concil. Turrian. 2. *canon.* 24. & D. Cyprian. *epiſt. 62. Tertiò Mors*, cap. *Abeſt. 11. q 3.* & cap. *Per Venerabilem Qui filij ſint legitimi*, eo quòd per eam priuatur excommunicatus fructibus vitæ ſpiritualis. Et idèo in iure dicitur: *Quartò, Maxima pœnarum*, cap. *Corripiantur. 24. quæſt. 3. Quintò, Neruus Eccleſiaſticæ diſciplinæ*, Clement. 1. *de ſentent. excommunic. Sextò, diſtrictio Eccleſiaſtica diſciplina.* cap. *Nuncius, de decim. Septimò: Virga Apoſtolica, virgáque ferrea*; vt per ipſam confringatur peccatoris ſuperbia, & tradatur in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat. D. Hieronym. *Epiſt. 53. Octauò, Cenſura diuina; exhortatio, & caſtigatio.* Tertul. *in Apolog. cap. 39.* Nonò *Anathema*, cap. *conſpiratores* cap *Nullus.* cap. *Engeltrudam 3. quæſt. 4.* hoc eſt, execratio, maledictio, & ſegregatio ab aliis. *Decimò* appellata Anathema, Maram Atha cap. *Guilliſarius 23. quæſt. 4.* & D. Paulus 1. *ad Corinth. 26.* ibi: *Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit Anathema Maram Atha.* Id eſt, ſit excommunicatus maiori excommunicatione, vſque ad aduentum Domini. Legantur de his vocibus Henriquez *lib. 13. cap. 1. numero 1.* & cap. 20. *in fine.* Suarez *diſput. 8. ſect. 2. à num. 2.* Alterius *lib. 1. diſput. 2. cap. 1.* Filliucius *tract. 12. cap. 1. quæſt. 1.* Bauny *tract. 2. diſput. 1. quæſt. 2 & 3.* Sayrus *lib. 1. cap. 1.* Vgolinus *tab. 2. cap. 33. §. 1.* Ægidius *diſput. 14. dub 1.* Villalobos, & Machado *loco citato.* Baſſæus *excommunicat. 1. num. 1.* Viualdus *in Candelab. aur. parte 2. tract. de excommunic. num. mihi 15.*

QVÆSTIO III

Quod nomen ſit Anathema, *Græcum, an Hebraicum; quidque propriè ſignificet?*

AFfirmant eſſe nomen Hebraicum, ſiue Syriacum: ſignificaréque propriè idem, quod deteſtatio, execratio, maledictio, D. Hieronym *in epiſt. ad Galat. cap. 1.* Alciat. *in cap. Cum non ab homine, de Iud.* Sotus *in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. artic. 1* & alij. Qui id probant ex Num. *cap. 21.* Vbi poſtquam Hebræi ſubuerterant loca Homorreorum, illa vocarunt *Horma*, id eſt, *Anathema*, & Ioſue *cap. 6.* cum Hierico eſſet ſubuertenda dixit; ſit ciuitas hæc Anathema, id eſt execrabilis, deteſtabilis. Vnde quia excommunicatus maledicitur, & arcetur à communione fidelium; ideo dicitur *Anathema*, id eſt, homo execrabilis, & deteſtabilis.

Alij reſpondent eſſe nomen Græcum, ſignificareque dona ex voto in memoriam accepti beneficij,

Deo

Digitized by Google

Deo in Templo appenſa, & ideo ſeparata à rebus prophanis. Vnde quemadmodum non licebat donaria illa contingere propter honorem Dei, quia illa erant dicata; ita per contrarium excommunicatus, quia à Deo erat ſeparatus, & non licebat cum eo communicare, ideo dictus eſt Anathema. Ita ſentiunt D. Athanaſ. ad Rom. & D. Chryſoſt. *ibid. Homil.* 16. Auguſt. *lib.* 4. *quæſt. in num. cap.* 40. & 41. S. Thom. & Caiet. *in Epiſt. ad Rom. cap.* 9. Couarruuias *in cap. Alma.* 1. *p.* §. 8. *num.* 6. Bauny *quæſt.* 3. *cit.*

Sed clariùs reſpondeo: quod hæc vox *Anathema* ſit æquiuoca, & ſic deriuatur, & à verbo, quod Hæbraicè, eſt idem, quod *execror*, & à verbo, quod Græcè, idem eſt ac *ſuſpendo*, ideóque ſumpta Hebraicè, idem eſt, ac deteſtatio, execratio, & maledictio, & debet pronuntiari penultima correpta, *Anathema*: ſumpta verò Græcè, idem eſt, ac donum Deo dicatum, & in templo appenſum, & tunc longa penultima eſt pronuncianda, *Anathema*. Legatur *diſput.* 8. *ſect.* 2. *num.* 4. vbi hoc modo videtur concordare ſententias ſupra relatas.

QVÆSTIO IV.

An Excommunicatio in communi, prout includit maiorem, & minorem, rectè ſic definiatur: Eſt Cenſura, qua homo baptizatus ab aliqua communione Eccleſiaſtica ſeparatur.

RESpondeo rectè ſic definiri. Quia *Cenſura* ponitur loco generis, quia ſunt, & aliæ duæ ſpecies Cenſuræ, nempè, ſuſpenſio, & interdictum, vt ſupra *diſp.* 1. *q.* 3. eſt habitum, reliquæ autem voces ponũtur loco differentiæ, per illas namque differt excommunicatio, à ſuſpenſione, & interdicto, vt *loco citato* diximus. Sic D. Thom. *in Addit. quæſt.* 21. *artic.* 1. *ad* 2. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *artic.* 1. *verſ. Igitur ſi excommunicat.* Henriquez *lib.* 13. *cap.* 1. *num.* 2. Suarez *diſp.* 8. *ſect.* 1. *à num.* 1. Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſputat.* 2. *cap.* 3. Vgolinus *cap.* 25. *num.* 2. Valentia 3. *part. diſput.* 7. *q.* 17. *punct.* 1. Filliuc. *tract.* 11. *cap.* 1. *quæſt* 2. *num.* 3. Viuald. 2. *part. Candelab. tract. de excomm. n.* 2. Hurtad. *diſput.* 1. *de excommun. difficult.* 1. Machadus *lib.* 1. *p.* 3. *quæſt.* 3. *docum.* 1. Corneio *de excommun. diſputat* 1. *dub.* 1. dicens, excommunicationem in communi, ita, vt *ſuprà*, ab omnibus definiri, quia, quamuis aliqui verbis differant, ſenſu verò conueniunt.

QVÆSTIO V.

An Excommunicatio, prout abſtrahit à maiori, & minori, priuet fideles quacumque communione, ſeu communicatione?

RESpondeo tanquam certum; non priuare quacumque, ſed tantum aliqua, vt conſtat ex definitione tradita. Pro cuius maiori explicatione aduertendum eſt, quod duplex detur inter fideles communio, ſeu communicatio. Altera ciuilis; & altera ſacra, ſeu ſpiritualis. *Communio ciuilis*, politica, ſeu naturalis, conſiſtit in actionibus, quæ ad humanam ſocietatem pertinent, & reperiuntur etiam inter infideles; vt eſt confabulatio, mutua ſalutatio, & habitatio, communis menſa, & alia huiuſmodi, quæ intra limites politicæ ſocietatis, continentur. *Communio verò ſacra*, ſeu ſpiritualis, eſt communicatio in rebus ſpiritualibus, & ordinis ſupernaturalis, quibus homines ad vitam æternam ordinantur, & diriguntur, & hæc eſt propria fidelium.

Rurſus hæc communio, ſeu communicatio ſpiritualis eſt triplex; *exterior*, videlicet, *interior*, & *mixta*. *Exterior* purè; eſt communicatio in eiſdem ceremoniis ſacris, in aſſiſtentia ad diuina officia, & in Sacramentis, & ceteris huiuſmodi actionibus, præſcindendo à fructu ſpirituali, qui ex tali communicatione in anima redũdat. *Interior* purè ſpiritualis, eſt communicatio in gratia, fide, ſpe, & charitate, per quam ſibi inuicem communicant fideles, & tanquam vnius corporis myſtici membra, Chriſti capiti vniuntur. *Mixta* eſt, communicatio ſpiritualis, partim externa; vt participatio Sacramẽtorum, vſus ſacrificij, & communio in orationibus, ceremoniis, & in aliis officiis, & rebus ſacris: & partim interna; vt participatio ſuffragiorum, & ſacrificiorum Eccleſiæ, applicatio orationum communium ad impetrandum à Deo aliquod beneficium, &c. Quibus ſcitis.

Dico, quod excommunicatio, vt ſic, non priuat fidelem interiori communicatione, aut communione; quia iſta interior communicatio reſultat ex gratia, fide, ſpe, & charitate, at nulla excommunicatio tollit per ſe gratiam, & charitatem, cum hoc ſit proprius effectus ſolius peccati mortalis: ergo. Priuat autem tantum exteriori communicatione; tam ciuili, quam ſacra, ſeu ſpirituali, partim interna, & partim externa. Sic Nauar. *cap.* 27. *n.* 17. Suar. *diſp.* 8. *ſect.* 1. *n.* 4. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 1. *q.* 2. *num.* 5. Alter. *cap.* 3. *cit.* Bauny *tract.* 2. *diſp.* 1. *de excomm. q.* 1. Tolet. *l.* 25. *cap.* 4. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 17. *punct.* 1. Bonac. *de Cenſur. diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 1. *n.* 2. Syluius *in ſupplem. q.* 22. *art.* 1 Baſſæus *excommun.* 1. *num.* 2. Corneio *diſp.* 1. *de excommunic. dub.* 2. *per totum.* Hurtad. *diſp.* 1. *de excomm. diff.* 1. Raſtellius *de Cenſur. in ſpecie, q.* 8. *art.* 1 Palao *diſp.* 2. *cit. punct.* 1. *n.* 3.

QVÆSTIO VI.

An Excommunicatio maior, ſit Cenſura, quæ priuat fidelem omni Eccleſiaſtica communione?

RESpondeo affirmatiuè. Priuat namque excommunicatio maior hominem baptizatum omni communione, hoc eſt, tam ciuili ſeu humana, quatenus ab Eccleſiæ poteſtate, & voluntate pendet; quàm ſacra & præcipuè Sacramẽtorum perceptione. Sic habetur in cap *Si quem, de ſent. excomm.* vbi videtur, quod excommunicatio maior eſt *illa, quæ à communione fidelium ſeparat; Minor verò, quæ à perceptione Sacramentorum.* Sic enim ait Greg. IX. ibi: *Dicendum eſt, eum non tantùm minori, quæ à perceptione Sacramentorum, ſed etiam maiori excommunicatione, quæ à communione fidelium ſeparat eſſe ligatum.* Ex quo conſtat, quod excommunicatis maiori excommunicatione, omnis cùm fidelibus communicatio interdicitur: excommunicatis verò, excommunicatione minori, ſola perceptio Sacramentorum. Sic omnes Doctores. Legantur nuper citati. Et Ægidius *de Cenſur. diſput.* 14. *dub.* 1. Hurtad. *diſput.* 1. *de excommunic. difficult.* 3.

QVÆSTIO VII.

An Excommunicatio adæquatè diuidatur in Maiorem, & Minorem?

NEgandum videtur. Quia præter excommunicationem maiorem, & minorem, datur excommunicatio maxima: ergo excommunicatio non diuiditur adæquatè in maiorem, & minorem. Antecedens probatur, quia Anathema eſt excommunicatio, & tamen non eſt minor, cum priuet omni fidelium communicatione: nec eſt maior, vt colligi videtur ex cap. *Nemo Epiſcoporũ* 11. *q.* 3. & ex c. *Engeltrudã* 3 *q.* 4. ergo, &c.

Sed vt certum reſpondeo: affirmatiuè. Quia ita colligitur ex cap. *Si quem, cit.* & cap. 1. *de exceptionib. in* 6. vbi Gloſſa *verbo, ſpecietn.* ſic ait: Hoc ideo dixit, quia

Digitized by Google

quia duplex eſt excommunicatio, altera autem ab agendo repellit, ſcilicet maior: altera non, ſcilicet minor. Sic Gloſſa, cui conſentiunt omnes Doctores.

Vnde ad rationem dubitandi, negandum eſt antecedens, ad cuius probationem, negandum eſt, quod Anathema, non ſit excommunicatio maior, quia verè identificatur cum illa, quoad totalem priuationem communionis Eccleſiaſticæ, ſolúmque differt ab illa, penes ſolemnitatem, quia fertur candelis accenſis, & extinctis, ac pulſatis campanis: textus autem in probationem antecedentis adducti loquuntur de excommunicatione minori. Legantur Suarez *diſput.* 8. *ſect.* 2. *à num.* 2. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 2. *à num.* 2. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 2. & 24. Hurtad. & Corneio *diſput.* 1. *de excommunicat. dub.* 3. *in princip.* & *q.* 2. & 3. Vbi benè probat, quod omnes communicationes maiores ſint eiuſdem ſpeciei infimæ, eiuſdémque rationis eſſentialis, cum omnes priuent omni communicatione: & etiam omnes excommunicationes minores ſint quoque eiuſdem ſpeciei infimæ, & eiuſdem rationis eſſentialis, cum omnes ſeparent ab eadem omnino communicatione in perceptione Sacramentorum.

Qvæstio VIII.

An, quando abſolutè à iure, vel ab homine imponitur excommunicatio, & non additur, Maior, *vel* Minor, *intelligendum ſit de excommunicatione maiori?*

Negandum videtur. Quia multi ſunt Canones, in quibus nomen excommunicationis abſolutè, & ſine addito pronuntiatur, & tamen non poteſt intelligi de maiori excommunicatione, vt cap. *Significauit.* & cap. *Nuper, de ſent. excomm.* & cap *Cum excomm.* cap. *Ad menſam*, cap. *Si quis frater* 11. *q.* 3. ergo.

Sed vt certum reſpondeo: iam nunc intelligendum eſſe de excommunicatione maiori. Quia ſic definiuit Gregor IX. in cap. *Si quem, de ſent. excomm.* per hæc verba: *Si quem ſub hac forma verborum, illum excommunico, vel à ſimili, à Iudice ſuo excommunicari contingat, dicendum eſt, eum non tantum minori, quæ à perceptione Sacramentorum, ſed etiam maiori excommunicatione, quæ à communione fidelium ſeparat, eſſe ligatum.* Sic totus textus. Addo quod excommunicatio vt ſic, analogicè dicitur de maiori, & minori: at ſic, quod analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato: ergo excommunicatio per ſe ſumpta ſtare debet pro excómunicatione maiori, quæ eſt excommunicatio ſimpliciter, cum abſolutè priuet omni communicatione fidelium, & non pro excommunicatione minori, quæ eſt excommunicatio ſecundum quid, cum ſolum priuet particulari quadam communicatione. Sic Ioann. Monachus in Gloſſa *Extrauag.* 1. *de ſent. excomm. verb. excommunicamus.* Maior *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. Nauar. *in tract. de datis & promiſſ. notab.* 4. Couar. *in cap. Alma mater* 2. *p.* § 8. *num.* 5. Abbas *in cap. Si quem, cit.* Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 2. *n.* 9. & *diſp.* 8. *ſect.* 3. *n.* 3. Sayrus *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 19. Salas *de legib. diſput.* 5. *ſect.* 1. *num.* 23. Auila *p.* 2. *diſp.* 2. *dub. vnico.* Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 2. *cap.* 2. Ægidius *diſputat.* 14. *dub.* 1. *num.* 5. Filliucius *tractatu* 12. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *dicto* 3. *num* 8. Hurtadus *diſput.* 1. *de excommun. diff.* 3. *verſ. Addimus.* Syluius *in ſuppl. quæſt.* 21. *artic.* 1. & 3. Tolet. *lib.* 2. *cap.* 5 *n.* 1. Ballæus *excommunicatio* 1. *num.* 3. Corneio *diſput.* 1. *de excommunic. dub.* 4. Bonacina *de excommun. diſput.* 2. *punct.* 2. *num.* 2. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 3. *docum.* 2. *num.* 3. Laymann. *tract.* 5. *parte* 2. *cap.* 1. *de excommun. n.* 1. Palao *diſp.* 2. *punct.* 2. *num.* 3. Laymann *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap* 1. *num.* 1. & alij communiter. Qui ad rationem dubitandi reſpondent, quod in dictis capitibus, & in aliis, in quibus agitur de excommunicatione minori, apertè ex antecedentibus, & ſubſequentibus verbis, colligitur ſermonem eſſe de minori excommunicatione, & ſic non mirum quod de illa ibi intelligatur.

Qvæstio IX.

An Excommunicatio maior, in aliquas alias ſpecies, ſeu modos excommunicationis, diuidatur?

Reſpondeo affirmatiuè. Nam primo diuiditur, in eas excommunicationes, quæ ſunt à iure, & ab homine. Excommunicatio *à Iure* eſt illa, quæ continetur in iure canonico, aut fertur per modum legis, qualis eſt excommunicatio lata à Concilio, vel ab Epiſcopo Romano per ſtatutũ perpetuum, quod continetur in Extrauagantibus, Clementinis, Bullis, aut decretis Pontificum. Excommunicatio vero *ab homine*, eſt illa quæ per aliquem Iudicem Eccleſiaſticum fertur in reum per modum mandati, ſeu ſententiæ temporariæ. Eſt autem in vtramque, hæc differentia, quod excommunicatio à iure perſeuerat, etiam mortuo eius authore; Excommunicatio verò ab homine; minimè. Nam mortuo eius authore aut depoſito ab officio, moritur; aut cum excommunicatis, vel cum cauſa excommunicationis expirat. De quo diximus *tract.* 1. *quæſt.* 11.

Rurſus Excommunicatio diuiditur in excommunicationem latæ ſententiæ; & ferendæ, ſeu comminatoriæ. Prima, ipſo iure, ſeu facto incurritur, abſque vllius ſententiæ expectatione: Secunda verò, non ligat ſtatim, ſed deſideratur ſententia. De qua etiam *ſupra.*

Deinde Excommunicationis alia eſt iuſta, alia iniuſta. Iuſta eſt illa in qua nulla circunſtantia deſideratur, earum, quas poſtulant Canones, ne ſit iniqua, qualis erit, vt feratur à legitimo iudice, iuxta legem & præceptum Eccleſiæ, iuris ordinę ſeruato, cum intentione debita, &c. Iniuſta è contra eſt illa, cui deeſt aliqua ex circumſtantiis, excommunicationi iniuſtæ aſſignatis; talis erit, ſi timore terreno, ſi contra ordinem iuris, ſi propter odium alicuius, vel ad fauorem, ſine iuſta cauſa infligatur.

Denique Excommunicatio diuiditur in validam, & inualidam. *Valida* eſt, quam Eccleſiæ leges non irritant. *Inualida*, quam irritam leges Eccleſiæ decernunt. Eſtque talis maximè in his caſibus. *Primò* dicitur nulla, ſi feratur poſt appellationem legitimam. *Secundò*, ſi continet intolerabilem errorem: veluti, ſi propter bonum opus, aut culpam venialem, & non mortalem inferatur. *Tertiò*, ſi non feratur à Iudice proprio rei. *Quartò*, ſi à Iudice ſuo lata ſit, ſed excommunicato. *Quintò*, quando excommunicatio fertur contra ſubditum contra ſui priuilegij tenorem. *Sextò*, ſi in ferenda excommunicatione non ſeruetur ordo neceſſarius iuris. *Septimò*, ſi quis excommunicet aliquem, eo quod non det id, quod de iure dare non debet. De his & aliis caſibus vſque ad 12. (non vſque ad ſolos quinque, vt ait Alterius) tractat Gloſſa *in cap. Præſenti, de ſentent. excomm. in* 6. *verb. Ad cautelam.* Quos ad quindecim multiplicat Syluester *excomm.* 2. § 1. & 2. Legantur etiam pro tota hac quæſtione Couar. *in cap. Alma* 1. *p.* § 7. *num.* 5. & 11. D. Th. Palud. Maior, & Durand. *in* 4. *diſtinct.* 18. Nauar. *cap.* 27 *à num.* 3. Sotus *in* 4. *diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 1. Caiet 22. *quæſt.* 70 *artic.* 4. Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 1. *cap.* 5. *per totum.* Bauny *diſput.* 1. *de excommun. q.* 4. *pag.* 70. Filliucius *tract.* 12. *cap.* 1. *quæſt.* 4. Auila 2. *part. cap.* 1. *diſp.* 2. & *cap.* 6. Sayr. *lib.* 1. *cap.* 4. Tolet. *lib.* 2. *cap.* 4. Bonacina *diſput.* 2. *de Cenſur. quæſt.* 1. *punct.* 2. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 2. *num.* 2.

Hic aliqui tractant de cauſis, efficienti, formali, materiali,

Digitized by Google

materiali, & finali excommunicationis, repetendo iterum eaſdemmet quæſtiones & difficultates, quas tractatu de Cenſuris in communi enodauerunt. Quapropter, ne nos in eamdem incidamus Cenſuram, ad ea, quæ Tractatu primo latè diximus vos remitto.

DISPVTATIO II.

De Pœnis, ſeu Effectibus, quaſi in communi, Excommunicationis maioris?

QVÆSTIO I.

Quot, & quæ ſunt pœnæ, vel effectus, quos infert excommunicatio maior in Excommunicatum?

RESPONDEO quod licèt pœna, damnum, ſeu effectus adæquatus huius Cenſuræ, ſit vnicus tantùm; nempè, totalis priuatio Eccleſiaſticæ communicationis, vt conſtat ex definitione illius tradita *ſup. diſp.1. q 6.* quia tamen in illa communicatione, qua excommunicatus maiori excommunicatione priuatur, plura includuntur bona, inter ſe valdè diuerſa; vt liquet ex habitis ſupra *qu.5.* ideo per reſpectus ad illa bona, plures diſtinguuntur effectus inadæquati, & ſunt numero duodecim.

Primus igitur effectus maioris excommunicationis eſt priuatio communium ſuffragiorum Eccleſiæ *Secundus* eſt priuatio participationis Sacramentorum, tam actiuæ quàm paſſiuæ. *Tertius* eſt, priuatio rerum ſacrarum & diuinarum. *Quartus* eſt, priuatio, & inhabilitas ad Ordines Eccleſiaſticos, & actus illorum. *Quintus* eſt priuatio, & vſus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. *Sextus* eſt, Inhabilitas ad exercendos actus legitimos in iudicio. *Septimus* eſt Incapacitas ad conferenda beneficia Eccleſiaſtica. *Octauus* eſt Incapacitas ad obtinendaa beneficia Eccleſiaſtica, & fructus illarum. *Nonus* eſt Incapacitas ad obtinendum Reſcriptum. *Decimus* eſt Priuatio communicationis ciuilis cum aliis fidelibus. *Vndecimus* eſt Quod Excommunicatus per integrum annum, fit ſuſpectus de hæreſi. *Duodecimus* eſt. Quod Clericus, qui excommunicatus miniſtrat ſolemniter in ordine ſacro fit irregularis. De his ergo omnibus effectibus in particulari eſt nobis agendum, diſputationibus ſequentibus, cum D. Thoma *in add.q. 23.* Scholaſticis *diſt.18.* De quibus etiam agunt Sotus *diſt.22.q.1.art.1.& 4* Ledeſma *q.25* Victoria *in ſum.tit.de excom.* Caiet.*quodlib.2.q.12.* Tabiena *excom.1.* Syln.3.& Angel.*vlt.* Nau.*c.27.à n.27.* Couar. *in cap. Alma. 1.p.§.6.& alibi.* Caſtro *verb. Excommun.* Nicol.Floue *de excom. § de 2.* D. Anton. *3.p. tit.25.c.72.aliàs 76.* Polancus *in director. fol. 77.* Ioan. Legin.*tr.de Cenſ.§. 25.* quos omnes refert Henriquez *lib.13.c.4.in princ.Gloſſ.* Suarez *de Cenſ.à diſp.9.* Fillinc. *tr.12.à c.1.* Alterius *tom.1.lib.1.à diſp.5.& lib.2.à diſp.1. vſque ad* 8. Ægidius *diſp.14.à. dub. 4. vſque ad 13.* Bocina *diſp. 2. de Cenſur. q.2. per octo puncta.* Bauny *de Cenſur.tr.6.diſp.7.per totam.* Hurtadus *tr.de excommun. à diſp.2.vſque ad 12.* Layman *tr.5.part.2.c.1.& 3.* Auila *part.2.c. 6.à diſp. 1. vſque ad 11.* Corneio *tr. 5. de excommun. à diſp. 10. per totam.* Llamas 1. *parte Method. cap.9. per totum.* Viualdus 2. *parte Candel. vbi de excommunic. à numero 81. pag. mihi 21.* Pater Vaſquez *tract.de excommun. à dub.2. vſque ad duodecimum.* Villalob *tractat. 17.à diff. 3. vſque ad decimam quintam.* Baſſæus *excommunicat. 3. per totam.* Machado *libro 1. parte 3. tract.3. à docum.4. vſque ad decimumoctauum.* Toletus *libro 2. cap.11.12.& 13.* Angles *quæſt.vnica de excommunicat. ab artic.3. pag. mihi 36.* Caſtro Palao *tom.6. oper.moral. diſputatione 2. à puncto 6. vſque ad vigeſimum.*

QVÆSTIO II.

An Excommunicatio maior inducat dictos effectus in Excommunicatum, iure diuino, an Canonico?

AFfirmant inducere effectum ſaltem prohibentem communicationem in diuinis, Couarru. *in cap. Alma. 1.par. §.1.* & Vaſquez *de excomm. dub.7.* Quia putant hanc communicationem prohibitam eſſe à Chriſto Domino, illis verbis: *ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Matt.18.*

Sed omnino oppoſitum reſpondeo, dicendum quod omnes abſolutè effectus excommunicationis inducantur ab illa iure humano, non diuino. *Primum* conſtat; ex cap. *Excommunicatos 11.q.3.* vbi Calixtus Papa ſic ait: *Excommunicatos quoſcumque à Sacerdotibus, nullus recipiat, ante vtriuſque partis iuſtam examinationem: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec Aue eis dicat: quia quicumque in his, vel aliis prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubiacebit.* Sic Pontifex, cuius verba etiam refert, ſed non ita fideliter, Bauny *tr.6. diſp.7 q.1.pag.248.*

Secundum etiam patet. Quia longè probabilius eſt, quod excommunicatio etiam quoad effectum priuandi excommunicatum communicatione in diuinis, non eſt inſtituta iure diuino, ſed humano vt diximus ſupra *tract.1. diſp. 2. q.5.* cum Suario, Filliucio, & aliis authoribus ibi adductis.

QVÆSTIO III.

An Excommunicatio inualida etiam inducat in Excommunicatum præfatos effectus?

AFfirmat, apud Dianam, Valerus *in differ. vtr. fori. verb. Excommunicatio differ.8.per totam.*

Sed tanquam certum, reſpondeo; quod non Quia ſententia nulla, non eſt ſententia: ergo excommunicatio nulla, nec in foro interiori, neque in exteriori ſuos operatur effectus; dummodò publicentur nullitatis cauſæ, vt ſic euitetur ſcandalum. Sic Nau. *cap.27. numero 3. fine* per hæc verba: Iniuſta verò inualida, ſeu nulla (*intellige, excommunicatio*) nihil aliud operatur in foro interiori, nec exteriori, quàm quòd obligat excommunicatum ad ſeruandum eam, quoad populus ſibi perſuadeat, aut debeat perſuadere cauſas nullitatis ad euitandum ſcandalum, vt diximus, in cap. *Cum contingat, de reſcript. remed.2. & in d.cap.pen. de ſentent: excommun.* Sic ille. Et etiam Auila 2. *parte, cap.6. diſputatione 1. dub. 1. in fine.* Gutierrez *Can. quæſt. cap.4. numero 36.* Mexia *in l. Regia Toleti, de los proprios, y rentas. part.5. fundam.2.à num.28.* & penes ipſum. Palud. D. Anton. Gabriel, Syluius, & Turrianus & alij, quos omnes citat ac ſequitur Diana *parte 5. tract.9. reſol.26.*

QVÆSTIO IV.

An Excommunicatio iniuſta, ſed valida, habeat ſuos effectus?

REſpondeo tanquam certum: habere. Quia talis excommunicatio eſt verè, & propriè excommunicatio,

communicatio, cum non differat quoad eſſentialia ab excommunicatione iuſta: ergo debet habere omnes ſuos effectus, tam in foro interiori, quàm exteriori. Sic Nauarr. & Auila *loc.cit.*& Diana *loc.cit.reſol.*27. de quibus etiam diximus *ſup. tract.*1. *diſput.*7. *quæſt.*12. vbi etiam tractauimus, quid dicendum in caſu, quo excommunicatio eſt iuſta ſecundum allegata, & probata, qui tamen excommunicatus re vera eſt innocens.

QVÆSTIO V.

An olim, iure antiquo, omnes excommunicati maiori excommunicatione, erant vitandi?

RESpondeo tanquam certum, affirmatiuè. Quia ita ſtatutum à iure erat; vt patet ex Can. *Excommunicatos*: quem *quæſt.*2. retuli; & ex Can. *Cum non ab homine, de ſent. excommun.* vbi ita ait Clemens III. *Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod à communione illius, qui pro ſacrilega manuum iniectione in Clericum, in edictum excommunicationis incidit, licet denunciatus non ſit, debes abſtinere: niſi fortè id tibi ſoli pateret, in quo caſu ipſum priuatim tantummodò euitabis, quandiu ab Eccleſia toleratur: vt ſaltem verecundia rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur.* Sic Clemens. Iuxta cuius decretum, olim omnes excommunicati maiori excommunicatione vitandi erant, ita tamen, vt publici excommunicati, publicè; occulti verò, occultè vitandi eſſent. Sic omnes fatentur. Legantur Ægidius *diſp.*14.*de Cenſuris, dub.*2.*n.*8. Auila 2.*p.cap.*6.*diſp.*2.*dub.*1. Hurtad.*diſp.*2.*de excom. diff.*3. Bauny *de Cenſur. tract.*1. *q.*13. *pag.*63. Henriquez *libro* 13. *capite* 5. *numero* 1. Couarruuias *in cap. Alma* 1.*p.*§.2. *n.*6.& 7.

QVÆSTIO VI.

An nunc, iure nouiori, ſolùm & neceſſariò, ſint vitandi, omnes notoriè excommunicati, iuxta decretum Baſilienſ. Concilij: aut iuxta Concilium Conſtantienſe, ſolummodò Excommunicati nominatim denunciati, & notoriè percuſſores Clericorum?

AFfirmant eſſe à nobis vitandos omnes notoriè excommunicatos, licèt non ſint denunciati, neque notoriè percuſſores Clericorum, iuxta decretum latum à Concilio Baſilienſi *ſeſſ.*20. ad finem vndecimo Calend. Februarij: anno Domini milleſimo quadringenteſimo treceſimo quinto. Abbas *in Clem.*2. *de ſent. excomm.* Felin. *in cap. Rodulphus de Reſcript.n.*39. quos citat, & ſequitur Syluest. *excommunicatio* 5. *numero* 9. Nauarr. *de pœnit. diſt.*6. *cap.*1. §.*laboret. n.*10. & in *Manuali cap.*27.*n.*35. Couarr. *cap. Alma mater.* 1.*part.* §.2.*num.*7. Vgolinus *tab.*1. *capite* 13. §.7. *numero* 7.

Quorum fundamentum eſt. Quia decretum Concilij Baſilienſis, fuit poſterius tredecim fere annis, aut ſecundum alios trigeſimo interiecto, decreto Concilij Conſtancienſis: at ſic eſt, quod Concilia poſteriora mutant decreta priorum, quantum ad mores: ergo.

Sed, iam vt certum reſpondeo: Nunc ſolummodò eſſe vitandos duo genera Excommunicatorum, videlicet eos, qui expreſsè, ſpecialiter, & nominatim, ſunt denunciati; & eos qui notoriè percuſſores Clericorum fuerint, quamuis denunciati non ſint: non obſtante decreto dicti Concilij Baſilienſis, etiamſi poſtea fuerit innouatum in Concilio Lateranenſi à Leone X. *ſeſſ.*11.

Probatur, *Primò* ab aliquibus. Quia hac in re ſtandum eſt potiùs decreto Concilij Conſtantienſ. quàm Baſilienſis & Lateranenſ. licèt decretum horum fuerit poſteriùs. Primò, quia Concilium Baſilienſe non potuit abrogare, aut reſtringere decretum Conſtancienſis, cum ad hoc poteſtatem non habuerit, nec in hoc fuerit à Nicolao V. approbatum, vt benè Suarez probat. Decretum etiam Leonis X. quo videbatur decretum Baſilienſis confirmari, ſolùm fuit pro Gallis, vt etiam probat Suarez cum aliis: ergo

Secundò. Quia dato, quod prædicta Baſilienſis, & Lateranenſ. Concil. conſtitutio, eſſet legitima, & vniuerſalis, adhuc ſtandum eſt nunc Conſtitutioni Conſtancienſ. Concilij, quia illa vniuerſali conſuetudine abrogata eſt; & hæc generali applauſu recepta, & praxi totius Eccleſiæ approbata, cum videamus apertè per totam Germaniam, Galliam, & Angliam Catholicos, ſine vllo ſcrupulo cum notoriis hæreticis, & conſequenter cum notoriis excommunicatis communicare, & conuerſari. Et ideo ſic tenent D. Anton.3. *part.tit.*25. *cap.*3.& *tract.de Cenſur.cap.*83.*aliàs de excomm. cap.*79. Caiet. *verb. excomm. minor.* & 21. *q.*12.*art.*2. Victoria *de excomm. n.*10. Adrian. *in* 4. *in materia de Euchar. q.penult.* & *de Clauib.q.*3. Maior *in* 4. *diſt.*18. *q.*3. Sotus *diſt.*22.*q.*1.*art.*4. Turrecremata, *qui interfuit Concilio Baſilienſ.*2.*p.ſum. Eccleſ. cap.*100. Gutierrez *lib.*1.*Canon.cap.*1. qui & refert, hoc ipſum tenuiſſe poſtea Syluestrum *in conflatorio Epiſtolarum*, poſtquam vidit in Turrecremata illud decretum Baſilienſe conditum fuiſſe, poſtquam Eugenius V I. reuocauerat idem Concilium. Sic etiam tenet Doctiſſim. Nauarr. *in nouis impreſſ. cap* 9.*num.*8.*in fine*,& *cap.*27. *n.*35. *in fine*, & *de Oratione*, *cap.*22. *Miſcell.*2.*num.*5. Suarez *diſp.*9.*ſect.*2. Henriquez *lib.*13. *cap.*5. *num.*1. & 3. & penes ipſum, vltra ferè omnes citatos, Petrus Soto *de excomm. lect.*3. Ledeſma *q.*25.*art.*1.*col.*3. Medina *C.de pœnit. tract.*2. *q.de Confeſſ. facta excommunicato.* Taper *art.*1. *contra Luther.* Angel. *excomm.*8. §.7. Perez *l.*3.*tit.*4.*lib.*8. *ordin.* Corduba *lib.*3. *q.*6. & *caſu* 142. Frat. Medina *lib.*1. *inſtruct. cap.*11. §.7. Cano, Penna, & alij. Sic deinde Viualdus *de excommun.n.*70. & 74. Angles *diſt.*18. *q.vnica*, *art.*4. Alterius *libro* 1. *diſp.*6.*cap.*1. dicens, nunc non eſſe authorem, qui ab hac ſententia recedat. Driedo *de libert.Chriſt. pag.*88. Ægidius *diſp.*14.*dub.*2.*n.*9. Auila *part.*2. *cap.*9. *diſp.*2. *dub.*1. Bauny *de Cenſur. in communi, q.*13.*pag.*63. Hurtadus *diſp.*2.*de excomm. diff.*3. Corneio *diſp.*10. *de excomm. dubio vlt.pag.*708. Bonac.*diſp.*2 *quæſt.*2.*punct.*1. §.1.*num.*2.& *diſp.*8.*q.*2 *punct.*1.*n.*9. Filliuc. *tr.*12.*c.*2. *à num.*39. & *tract.*13.*num.*63. Vaſquez *de excommun. dub.*2. *à n.*5. *vſque ad nonum.* Layman. *tract.*5.*part.*2. *cap.*4.*in principio.* Llamas 1 *p.method.cap.*9.§.12.& 21. Villalob. *tom.*1. *tract.*17.*diff.*3. *num.*1. Machado *lib.*1. *part.*3.*tract.*3.*docum.*3.*num.*1. Sanchez *lib.*2.*ſum.cap.*9. *num.*3.4. & 5. Azor. *tom.*1. *lib.*8. *cap.*21. *q.*1. Palao *diſp.*2.*punct.*4.*n.*5. Miranda *in Manuali Prelator tom.*2. *q.*35. *art.*5. *concl.*2. & alij communiter. Qui omnes ex dicta extrauag. colligunt, & vt iam certum docent, nullum excommunicatum eſſe neceſſariò vitandum, quamuis certò conſtet, incurriſſe excommunicationem à iure, vel ab homine, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter latam, ſi non ſit nominatim declaratus excommunicatus (imò & denunciatus vt *infra*) aut publicus percuſſor Clerici, ita vt adeò notoriè conſtet in excommunicationem latam à Canone incidiſſe, quod eius factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari: nec aliquo ſuffragio excuſari.

Digitized by Google

QVÆSTIO VII.

An qui expreſſè, & nominatim eſt declaratus excommunicatus, ſit neceſſariò vitandus, antequam denuncietur, ſeu vt excommunicatus publicetur?

AFfirmant Adrianus *in 4. in materia de Confeſſione, quæſt.9.* Medina *C. de Confeſſ. quæſt. de Confeſſione Confeſſori excomm. ſcient. facta*, & Petr. de Soto *lect.6. de Confeſſ. & lect. vltima de excomm. §. Iam verò.* ita dicens: tamen poſt declarationem Concilij Conſtancienſis certè omnibus conſideratis, tutò credere poſſumus, tantum incurri hanc excommunicationem (*intellige, minorem*) ex participatione cum excommunicatis; ex participatione (inquam) illicita, hoc eſt, vel cum nominatim excommunicati ſunt, vel denunciati, extra caſus illos, in quibus permittitur participatio: vel etiam per participationem cum illo, qui manus violentas iniecit in Clericum, & excommunicationem incurrit tam apertè, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. Hunc enim Concilium Conſtancienſe declarauit vitandum ſicut nominatim excommunicatum. Hucuſque Pet. Soto.

Sed probabilius longè reſpondeo dicendum, quod excommunicatus à iure, quantumuis publicus, nullo modo eſt neceſſariò vitandus, donec ſit nominatim denunciatus; excepto caſu percuſſionis notoriæ Clerici, vt eſt ſupra habitum. Idemque eſt dicendum, loquendo de excommunicato per ſententiam generalem, ſiue ſpecialem; neque enim hic eſt vitandus, donec vt excommunicatus publicetur, & nominatim declaretur, proprio expreſſo nomine, aut officio, vel in templo, vel affigendo literas in publico loco, iuxta dicta ſupra *tract.1. diſp.7. q.22.*

Ratio eſt. *Primò.* Quia conſuetudo ſic declarauit, & acceptauit dictam Concilij Conſtantienſis Extrauagantem. *Secundò.* Quia huic declarationi fauent, & ſatis, verba dicta decreti, tam Conſtancienſis quàm Baſileenſis: nam poſtquam dixit, quod ratione Cenſuræ, aut excommunicationis generalis, nemo teneretur vitare excommunicatum, addit: *Niſi ſententia, vel Cenſura huiuſmodi fuerit in, vel contra perſonam, Collegium, &c. à Iudice publicata, vel denunciata ſpecialiter & expreſſè*: ergo ex dicto decreto, clarè colligitur, quod vt quis vitetur, neceſſariò debeat eſſe nominatim denunciatus. Ex quo etiam conſtat, quod ille, cui data eſt Cenſura excommunicationis in ſcripto contra aliquem, vt eum denunciet, non teneatur illum vitare ante factam denunciationem. Sic Nauar. *in Manuali, cap.27. num.35.* (non 52. vt leges apud Suarium) *verſ. Nota primò. &c. & in d. cap.1. de pœnit. diſt.6. §. laboret. num.21. aliàs 23.* Couarru. *in cap. Alma mater. 1. part. §.2.* (non 6. vt inuenies apud Auilam) *num.7. verſ. Quartò ex eadem.* Henriquez *lib.13. cap.5. num.3. in fine.* Suarez *diſp.9. ſect.2. n.8.* Vaſquez *de excomm. dub.2. num.10.* Ægidius *diſp.14. dub.2. n.10* Auila *2. part. cap.6. diſp.2. dub.3. concl.2.* Sanchez *in ſum. lib.2. à num.4.* Caiet. *verb. Abſolutionis impedim.* Syluest. *excomm. 5. num.24.* Gutierrez *lib.1. Can. c.1. n.29.* Vgol. *§.7. cit. n.7.* Hurtad. Bauny, & alij ſupra citati. Luyſius etiam *lib.2. de Cenſur. diſp.9. dub. 2.* Villalob. *loc. cit. n.3.* Alterius *lib.1. diſp.6. c.2.*

QVÆSTIO VIII.

An ille, qui de hæreſi, aut de crimine, cui conſtat annecti excommunicationem, eſt denunciatus; ſtatim ſit vitandus, tanquam nominatim excommunicatus?

AFfirmant quidam Doctores. Quia (inquiunt) cum ſit manifeſtũ hæreſi eſſe annexam excommunicationem; perinde eſt aliquem hæret cum denunciare, aut declarare; ac excommunicatum. Sic Suarez *diſp.9. de Cenſur. ſect.2. num.10.* his verbis: Denique aduertunt Couarru. *d. §.2. num.6.* & Soto *diſt.1. q.5. art.6. diſt.13. q.1. artic.3. diſt.22. q.1. art.4.* Satis eſſe, vt aliquis cenſeatur nominatim excommunicatus, quod in eum lata, & publicata ſit ſententia declaratoria criminis commiſſi; cui iure ipſo annexa eſt excommunicatio: quando videlicet, tale ius certum, & indubitatum eſt, nam tunc per inde eſt, declarare illum commiſiſſe tale crimen, ac declarare incurriſſe Cenſuras illi crimini annexas: imò is videtur ſcopus talis ſententiæ declaratoriæ. Ita Suarez. His authoribus addi poſſunt Henriquez *lib.5. de Miſſa, cap.15. num.4. & lib.13. de excomm. cap.5. num. etiam 4.* & penes ipſum *lit. Z.* Perez *l.3. tit.4. lib.8. de ordin. pag.113.* & Bannes *2.2. q.12. art.2.* Ita etiam Medina *C. de Confeſſ. quæſt. ſup. cit. §. Per hæc patet.* Gutierrez *q. Canon. lib.1. cap.1. num.42.* & Rodriguez *tom.1. ſum. cap.82. in ſect. edit. n.6. & in Bulla §.9. numero 28* His addi poſſunt Auila *2. part. capite 6. dub.3. verſ. Sed eſt primò notandum poſt 3. concluſ.* Villalob. *tractatu 17. diff. 3. numero 4.*

Sed probabilius reſpondeo: Non eſſe vitandum donec expreſſè denuncietur excommunicatus, quia quoad vſque id fiat, non cenſetur nominatim excommunicatus. Ratio eſt. Quia in decreto vtriuſque Concilij Conſtanc. & Baſileenſ. expreſſè dicitur, neminem teneri vitare excommunicatum, niſi Cenſura fuerit à Iudice denunciata contra perſonam, &c. ſpecialiter, & expreſſè: at quoties quis denunciatur de ſolo crimine, cui conſtat excommunicationem annecti, non eſt denunciata Cenſura ſpecialiter, & expreſſè, ſed ſolùm virtute, & per quandam conſequentiam: ergo. Sic optimè Sanchez *libro 2. ſum. capite 9. numero 4. & ſequenti*, & penes illum, Nauarr. *capite. Quando de conſecr. diſt. 1. latinè in 1. edit. cap.22. n.6. & in 2. in Miſcell.47. de orat. numero 2.* & Graffius *in 1. part. deciſ. libro 4. capite 11. in fine.* His addi poſſunt. Hurtadus *diſputatione 2. de excommunic. diff. 3. verſ. Addimus.* Filliuc. *tractatu 13. capite 4. quæſt. 5. & 6.* Bauny *tractatu 1. de Cenſuris; quæſt.13. pag. 63.* Alterius *tom.1. libro 1. diſputatione 6. capite 2. verſ. Hæ rationes.* Bonacina *diſputatione 2. quæſtione 2. puncto 1. §.1. numero 2. verſ. Aduertendum.* Ex dictis colligens, quod ſi Pontifex excommunicet Titium cum fautoribus ſuis, Titium vitandum eſſe, non verò fautores; quia non ſunt denunciati. Reginaldus *libro 1. numero 118.* Viuald. *de excommunic. numero mihi 75. verſu, Pro cuius conſtitutionis:* Machado *lib.1. part 3. tract.3. docum.3. num.3.* Diana *parte 5. tract.9. reſol.62.* Palao *puncto 4. cit. numero 5.*

QVÆSTIO IX.

An, vt quis teneatur vitare excommunicatum iam denunciatum, ſufficiat dubium; aut ſaltem, quæuis fama dictæ denunciationis?

REſpondeo: Neutrum horum ſufficere; ſed neceſſariò requiri adeò publicam famam, vt conferat notitiam certam moraliter dictæ denunciationis. Quia intentio dictæ Extrauagantis Concilij Conſtant. fuit omnino dubia, & ſolum obligare in ſe certa. Sic Suarez *diſp.9. ſect.2. n.9* Filliuc. *tract.13. c.4. quæſt.6. numero 4.* Nauarr. *libro 5. concil. de ſentent. excommun. conſil.54.* Bonacina *diſputatione 2. de Cenſuris, quæſtione 2. puncto 1. §.1. numero 9. verſ. Sed modo.* Hurtadus *diſputatione 2. de excommunication. difficultat.3. verſu, Addit Suarez.* Qui & notat, quod idem quod dictum eſt, de his excommunicatis, videlicet,

Digitized by Google

quod non ſint neceſſariò vitandi,quouſque denunciati ſint, etiam ſit verum de ſuſpenſis & interdictis, non ſolùm perſonis,ſed etiam locis , vt conſtat ex ipſamet Extrauaganti citata. Sed qua ratione ſit intelligendum , vt habeat verum , hoc additum dicemus tract. de ſuſpenſione , & interdicto.

QVÆSTIO X.

An qui notorietate iuris , eſt notorius percuſſor Clerici , ſit excommunicatus vitandus?

RESpondeo tanquam certum,Non eſſe vitandum ; niſi aliàs ſit etiam notórius percuſſor Clerici,notorietate facti. Quia id expreſsè habetur in dicto Decreto Concilij Conſtanc. Vbi hanc notorietatem facti, eiuſque euidentiam requirit ad tollenda dubia, & ad pacandas fidelium conſcientias , ne pro quolibet dubio cogerentur euitare excommunicatos,& ſubirent peccandi periculum. Sic Suarez *diſp. 9. ſect. 2. num.*11.Bonac. *diſp. 2.q.2. punct.*1.§.1.*num.*3. per hæc verba : Aduertendum tamen eſt , aliquem dici poſſe notorium Clerici percuſſorem dupliciter. Primò ; notorietate iuris. Secundò , notorietate facti. Notorietas iuris contingit , quando quis confeſſus eſt in iudicio ſe Clericum percuſſiſſe, aut quando fama conſtat ipſum percuſſiſſe Clericum. Notorietate facti contingit, quando aliquis percuſſit Clericum in præſentia multorum , ita vt percuſſionem nequeat vlla tergiuerſatione celare, nec aliquo ſuffragio excuſare. Hoc poſito , aſſero illum , qui notoriè percuſſit Clericum notorietate iuris , non eſſe excommunicatum vitandum , ſed illum dici vitandum , cuius percuſſio notoria eſt , notorietate facti , ita vt non poſſit ſuam percuſſionem vlla tergiuerſatione celare.Sic ille.Hurtatus *diſp. 2. de excomm. diſt. 3. verſ. Circa poſteriores.* Palao *diſp. 2. punct. 4. num. 7.*

QVÆSTIO XI.

An vt percuſſor Clerici ſit excommunicatus vitandus,ſit neceſſum,quod & percuſſio ſit coram multis teſtibus ; & quod nulla poſſit tergiuerſatione celari , aut excuſari?

RESpondeo tanquam certum : vtrumque eſſe neceſſarium , vt conſtat ex citata Extrauaganti , & nuper habitum eſt. Requiritur ergo in primis aliquis numerus teſtium,de quarum quantitate *infrà* dicemus , & requiritur deinde , quod nulla poſſit tergiuerſatione celari , aut excuſari. Vnde ſi percuſſor poſſit percuſſionem à ſe factam aliquo titulo, aut apparenti indicio, ac ſuffragio excuſare , non diceretur, aut eſſet excommunicatus vitandus Continget autem hoc ſi percuſſor excuſet ſe dicendo , percuſſiſſe illum titulo defenſionis, aut neſciuiſſe illum eſſe Clericum , eo quod habitum Clericalem non geſtaret : aut ſe ioco percuſſiſſe , aut alio modo quo percuſſio non cenſeatur mortaliter ſacrilega. Sic Auila *2. parte cap.6 diſp.2.dub.4.in fine,* his verbis ; Tertiò ſequitur quod licet factum ſit notorium, tamen ſi eſt aliquod dubium iuris , non tenemur eum vitare , v. g. Petrus notoriè percuſſit Clericum , tamen allegat non incurriſſe excommunicationem, quia ille non geſtabat habitum Clericalem , & Petrus neſciebat eſſe Clericum: vel allegat ſolùm percuſſiſſe vim vi repellendo vel aliquid huiuſmodi.Sic ille. Et ante illum Gutierrez *lib. Can. qq. cap. 1. n.* 12. Corduba *in ſum.q.* 187. *punct.*4. Aragon 2. 2. *q.*10.*art.*9. & Bonac. *loc. cit.n.*3. addens, quòd prædicta excuſatio debeat eſſe probabilis, aut probabile dubium ingerere; nam ſi contingeret eam fictam eſſe,adhuc eſſet excommunicatus vitandus , cum ficta excuſatio non tollat certitudinem facti. Sic etiam Hurtad. *loco citato.* Alterius *libro 1. diſputatione 6. cap. 2. verſ. Quamobrem.* Palao *loco citato, numero 7.*

QVÆSTIO XII.

Quot teſtes requirantur vt percuſſor Clerici dicatur , notorius , notorietate facti , percuſſor ; *& conſequenter ſit , vt excommunicatus vitandus?*

AFfirmant quidam Doctores, eſſe neceſſarium,& ſufficere , quod percuſſio fiat coram decem teſtibus. Quia , inquiunt , vt aliquid dicatur notorium notorietate , aut euidentia facti,requiritur quod ſciatur à tota ciuitate , vel oppido , vel à maiori parte:at ſic eſt quod decem perſonæ faciunt populum;ergo vt aliquod factum dicatur notorium , neceſſum eſt , & ſufficit , quod fiat coram decem perſonis.Sic docent Adrianus *in 4. in mat. de Euchar. ante vltim.dub.§.oritur quando.* Sotus *diſt. 12. q. 1. art. 6. verſ. Ambiguitas. poſt 4. concl.*citans Archidiac. *ſuper cap. Cum dilectus extra. de purgat. Canon.* & Panormit. *ſuper cap. Veſtra. de cohabit. cler. & mulier.* Ita etiam ſentiunt, apud Bonacina , Grauet , Cynus , & Baldus. Armilla etiam , *verb. Notorium. n.* 1. & penes ipſum , Raym. Angel.*eo. verb. verſ. Sed quot hominum.* Vbi docet ita hoc eſſe verum , quod ſi vicinia non habeat decem homines ,ſeu perſonas , non poteſt oriri notorium. Si verò habeat decem perſonas ſolum, ita vt omnes ſciant : ſi autem habeat plus , quod omnes ſciant,vel maior pars ; & illa pars non ſit minor decem perſonis. Ita etiam ſentit Nauar. *cap. 25.n.* 73.

Alij autem tenent eſſe neceſſum, & ſufficere,quod delictum , ſeu factum, fiat coram ſex perſonis : Quia, inquiunt , eſt maior pars eorum , qui requiruntur ad conſtituendum populum , licèt de facto non ſit maior pars populi : Ita Sylueſt.*verſ. Notorium,*& penes ipſum.

Alij tandem putant , nullum , in hac re, numerum teſtium aſſignari poſſe , qui ſemper neceſſarius ſit , ſed ſecundum eorum qualitatem , & particulares circunſtantias, interdum maiorem numerum, interdum minorem requiri , & ſufficere poſſe. Nam vt conſtat, maior numerus teſtium requiri videtur reſpectu magnæ ciuitatis,quàm reſpectu oppiduli,aut collegij,&c. Et ita concludunt , in hac re nullam certiorem regulam aſſignari poſſe, quàm prudentis arbitrij. Ita Suarez *diſp.9.ſect.2.n.* 11. Auila 2.*p. cap.6.diſp.* 2.*dub.*4. & penes ipſum, Panorm. Ioan. Andreas Cardin. Hoſtienſ. Anton. Gomez,& alij.Bonacina *diſputatione 2. de Cenſuris , quæſt. 2. puncto 1. §.1. numero 5.* & penes ipſum Ægidius *diſputatione 14. dub. 2. numero 11.* Filliuc *tract.13.cap. 3. quæſt. 5.* & alij. Sed ex his Ægidius , certè id non relinquit prudentis arbitrio , vt *infrà* : & quamuis bene Filliuc. non tamen *cap. 3.* ſed *4. num. 66.*

Sed clarius , & certius reſpondeo , dicendo, *Primò* Ille dicetur publicus , ſeu notorius percuſſor Clerici, qui vt excommunicatus vitari debet , qui delictum patrauit , coram maiori parte viciniæ , collegij , aut oppidi. Hæc reſponſio eſt communis omnium. Et expreſſa Henrici *libro 13. de excomm. cap. 5. num. 2.* Vbi ſic ait : Iubet item Concilium vitari notorium Clerici percuſſorem. Notorius dicitur peccator , qui in maiori parte Viciniæ aut Collegij , aut etiam oppidi , notus eſt per teſtes oculares : vt de notorio concubinario aſſerunt Doctores, quamuis non eſſet per ſententiam denunciatus. Sic ille. Et penes ipſum *Lu. H.*Sot.Sylu.Nau.Angel.Ledeſma,& alij.Id&non aliud docet Ægid.*diſp.*14.*dub.*2.*n.*11.ſic dicés.Nota 3.

quoſdam

Digitized by Google

quoſdam variè diſputare, quando percuſſio Clerici ſit ita publica, vt percuſſor debeat vitari. Sed hac in re dicendum eſt, tunc dici abſolutè talem quando plurimis in ciuitate nota eſt, ita ut negari non poſſit, neque vlla ratione probabiliter defendi iure facta, & tunc per totam ciuitatem publicè debet vitari: reſpectiuè verò dicitur publica, quando nota eſt maiori parti collegij, in quo habitat, modò ſaltem decem ibi ſint, & tunc in illo collegio debet vitari, non tamen publicè, donec factum publicè innoteſcat. Sic ille. Non ergo benè citatur à Bonacina.

Reſpondeo *Secundò.* Si percuſſio Clerici fiat in magna Vrbe, ſeu oppido, tunc non eſt ſatis vt dicatur notoria, quod fiat coram paucis teſtibus, nempe ſex, octo, aut decem: vt benè Henriquez *loc. cit.* nec minùs requiritur, quod patrata ſit coram maiori parte vt benè Nauarr. & alij *infrà* citandi; ſed ſat eſt, & requiritur, quod percuſſio fiat coram pluribus ad arbitrium viri prudentis, attenta qualitate teſtium, tempore & loco: quia ſi fiat coram grauibus perſonis, & in foro, & diù, ſufficiet quod fiat coram paucioribus; quàm ſi fiat coram non grauibus, & in alio loco, non tam publico, & noctu. Sic Hurtad. *diſp. 2. de excommunic. diff. 3.* Nauarr. *cap. 25. num. 73.* vbi ait, quod ad hoc, quod percuſſio Clerici dicatur in Vrbe magna notoria, non requiratur quod toti ei ſit notoria, vt poſſet contingere ſi fieret in foro, tota ciuitate ipſa in feſto aliquo, vidente; ſed ſufficiat quod ſit notoria regioni, viciniæ, aut Collegio, vt notoria dicatur. Sic etiam Bonacina *loc. cit. num. 6.* ita dicens: Hinc ſequitur, delictum commiſſum coram decem non eſſe notorium reſpectu magnæ ciuitatis: quamuis ſit notorium reſpectu Collegij, aut viciniæ.

QVÆSTIO XIII.

An ſi quis, coram me, & alijs paucis teſtibus, non ſufficientibus ad faciendum delictum notorium, percutiat Clericum; teneatur illum, ſaltem in occulto, tanquam excommunicatum vitare?

AFfirmant quidam Doctores, teneri in eo caſu, omnes, qui interfuerunt percuſſioni, occultè percuſſorem vitare, quandiù delictum non publicatur, eò quòd notoriè conſtat ipſis commiſſum fuiſſe tale delictum: Suarez *diſp. 9. ſect. 2.* Duard. *in expoſit. Bullæ quæſt. 7. num. 4.* Filliuc. *tract. 13. cap. 4. quæſt. 5. verſ. Dices præterea. num. 66.* Villalobos *tract. 17. diff. 3. num. 5.* Alterius *tom. 1. lib. 1. diſp. 6. cap. 2. verſ. Si quærat aliquis. pag. 58.*

Sed probabilius reſpondeo: Nec adhuc occultè teneri in dicto actu percuſſorem vitare; donec crimen factum ſit publicum, quia tunc vitandus eſt etiã publicè. Ratio eſt. Quia licèt dicta percuſſio mihi, & aliis paucis teſtibus conſciis, ſit notoria, nõ tamen abſolutè eſt talis quod requirit dicta extrauagans, cum abſolutè & ſine reſtrictione vlla id petat; ergo qui illam patrauit, non erit, nec dicetur pro tunc notorius percuſſor, ac proinde nec occultè erit neceſſariò vitandus. Sic Couarru. *in cap. Alma mater. 1. p. §. 2. n. 7.* Nauarr. *cap. 25. num. 73.* quatenus ait, quod ſcientia pauciorum quàm ſex; non facit rem notoriam. Aragon *2. 2. quæſt. 10. art. 9. col. 7.* quos citat, & ſequitur Auila *2. part. cap. 6. diſp. 2. dub. 4. verſ. Secundo ſequitur.* Bonacina *diſput. 2. quæſt. 2. punct. 1. §. 1. num. 7.* Hurtad. *diſput. 2. de excommunic. diff. 2. in fine.* Laymann *tract. 5. part. 2. capite 3. numero 2.* his verbis: Si quis Clericum, te aliiſque tribus, aut quatuor teſtibus præſentibus, in domo priuata percuſſit, non erit ille tibi, aliiſque tribus, nec priuatim quidem euitandus: quia licet factum his notorium ſit, non tamen abſolutè notorium, ſiue publicum exiſtit, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Sic Laymann, & penes ipſum etiam Gomez *3. reſol. cap. 1. num. 42.*

QVÆSTIO XIV.

An ipſi excommunicati tolerati, ſeu nõ neceſſariò vitandi; poſſint licitè ex ſe incipere, & ſe ingerere ad communicandum cum alijs fidelibus?

REſpondeo tanquam certum: Quod nullo modo. Quia huiuſmodi excommunicatis propriè, nihil fauoris fuit conceſſum per Concil. Baſileenſe in Extrauag. *ad euitanda ſcandala*, vt ex contextu illius patet: ergo ipſi ex parte ſua eodem modo tenentur alios fideles vitare, atque ante illud Concilium tenebantur euitare. Verum eſt, quod per accidens, & ex conſequenti aliquid eis commodi eueniat, vt iam dicemus. Sic Filliuc. *tractatu. 13 capite 3. quæſtione 9. numero 53.* ſic dicens: Dico 2. Si loquamur de toleratis, vel occultis, etiam ij tenentur ex ſeipſis vitare alios: in gratiam tamen aliorum, ſi ij cum ipſis agant, poſſunt & ipſi viciſſim agere, quantum poſtulat aliorum cauſa. Primum probatur ex Extrau. *Ad euitanda*, quæ declarat in fine, non eſſe ſuæ intentionis in aliquo ſuffragari ipſis excommunicatis: conſequenter remanent in prohibitione iuris antiqui, quæ neminem excipiebat, & æquè ſe extendebat ad denunciatos, & ad occultos. Secundum patet ex eadem, & neceſſaria ratione: nam cum illa concedat aliis facultatem communicandi cum ipſis, ne hæc ſit fruſtratoria, debet neceſſaria conſequentia inferri, & ipſos requiſitos à non excõmunicatis poſſe viciſſim agere in fauorem ipſorum. Sic ille, & omnes. Ægidius *diſputatione 14. dub. 2. in fine.* Hurtad. *diſputatione 2. de Excommunicat. diff. 4.* Viuald. *de excommunic. num. 76. & 77. & 88.*

QVÆSTIO XV.

An etiam ipſi fideles peccent communicando cum Excommunicatis toleratis, ſeu non vitandis?

AFfirmatiuam ſententiam tenere aliquos innuit Ægidius *diſp. 14. dub. 3. num. 12.* Fundamentum eorum potuit eſſe. Quia ſi excommunicatis eſt prohibitum nobiſcum communicare: ac proinde peccant nobiſcum loquendo: ergo & noſcum cooperemur peccatis illorum.

Sed, vt certum reſpondeo: Nullo modo peccare dictos fideles communicando cum dictis excommunicatis in rebus ciuilibus (nam quid dicendum de communicatione in diuinis diximus ſupra, & ex *infrà* dicendis conſtat) Ratio eſt. Quia ad minus conceſſit Eccleſia ſuis fidelibus ad pacandas conſcientias, in prædicta Extrauag. In hac reſponſione conueniunt omnes, vt ait Ægidius *loc. cit.* Illamque optimè explicat & probat Viuald. *loc. cit.* ex Ledeſma & Soto, & reſpondet rationi dubitandi ſic: Aut enim (inquit) fidelis ipſe prius incipit communicare cum Excommunicato, aut è diuerſo: ſi ſit primus, neuter peccat, quia fidelis habet priuilegium: Excommunicatus ſimiliter non peccat reſpondendo, quod conceditur illi in fauorem fidelis. Quando verò ipſe excommunicatus prior incipit communicare cum fideli, peccat ſicut olim. Sic ille. Hurtad *diſp. 2. cit. diff. 4.* & alij penes ipſos.

Digitized by Google

DISPVTATIO III.

De primo effectu Excommunicationis maioris, nempè : De priuatione communium ſuffragiorum Eccleſiæ.

QVÆSTIO I.

Quænam dicantur ſuffragia communia Eccleſiæ & quid, ſuffragium priuatum?

RESPONDEO : Quod ſuffragium commune Eccleſiæ, nil aliud ſit, quàm communis totius Eccleſiæ oratio; qualis eſt ſacrificium Miſſæ, recitatio horarum Canonicarum, & cæteræ preces, quæ in Eccleſia publicè fiunt, vt Matutinæ, Veſperæ, &c. benedictiones, & aliæ orationes, quæ fiunt ab eiuſdem Eccleſiæ Miniſtris, nomine & perſona totius Eccleſiæ, ad impetrandum ſuis fidelibus auxilium ſpirituale, quo iuuentur in ſpiritu, vel ad ſatisfactionem pro pœna temporali, vel quoad meritum de congruo, aut impetrationem aliquorum bonorum, præſertim ſpiritualium, vel quæ ad ſpiritualia conferant, &c. Poteſt etiam ſuffragij nomine intelligi, auxilium quoddam quod vnus fidelis confert alteri, ei meritum operis communicando, ſiue, vt pro eo ſatisfiat, quod ad iuſtitiam commutatiuam attinet? ſiue vt ei aliquid impetretur, quod eſt iuſtitiæ diſtributiuæ.

Suffragium verò priuatum, ſeu particulare, nil aliud eſt quàm hominis priuati, ſeu particularis oratio, Ieiunia, Eleemoſynæ,&c. quæ quidem fiunt ab illo, non tanquam ab Eccleſiæ miniſtro, ſed tanquam à particulari perſona, intendente, vt horum operum fructum aliquem manet ad eos, qui communibus charitatis cum ipſo deuincti ſunt vinculis: applicando per hoc tacitè ſua merita, vt eorum intuitu Deus eos adiuuet. Priuari ergo communibus Eccleſiæ ſuffragiis, eſt carere fructu, qui ex communibus ſacrificiis, & orationibus Miniſtrorum Eccleſiæ ad fideles abundanti copia deriuatur. Sic Suarez *diſp. 9. de Cenſuris, ſect. 1. num. 1.* Auila *part. 2. cap. 6. diſp. 4. dub. 1.* Alterius *tom. 1. lib 1. diſp. 5. cap. 1.* Filliuc. *tract. 12. cap 2. quæſ. 1.* Bonacina *diſp. 2. quæſt. 2. punct. 1. num 1.* Bauny *de excomm. diſp. 7. q. 12.* Ægid *diſp. 14. dub. 6.* Hurtad *diſp. 3. de excomm. diff. 1.* Corneio *tract. 5. diſp. 10. de excomm. §. 3. dub. 1.* Palao *diſp. 2. punct. 6.* & omnes.

QVÆSTIO II.

An Eccleſia poſſit priuare excommunicatum communibus eiuſdem Eccleſiæ ſuffragiis, & commodis?

REſpondeo tanquam certiſſimum : Poſſe. *Primò,* Quia de facto id facit, vt *infra.* *Secundò.* Quia Eccleſia eſt bonorum ſuorum domina, ſeu Chriſti nomine, meritorum eius diſpenſatrix : ergo ſicut ea poteſt applicare dignis, ita & indignis negare. Sic omnes leguntur, Bauny *quæſt. 12. cit. aſſert. 1.* Suar. *ſect. 1. cit.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO III.

An Eccleſia de facto priuet excommunicatum non toleratum communibus Eccleſiæ commodis & ſuffragiis?

REſpondeo tanquam quid certum : Affirmatiuè. Quia hæc eſt voluntas Eccleſiæ, expreſſa in *cap. à nobis 28. & cap. Sacris 38. de ſent. excom.* Vbi Innocent. III. placuit, vt excommunicato nihil eſſet nobiſcum commune, tam in vita, & congreſſu, quàm in ſuffragiis, & orationibus communibus. Sic omnes DD. Theologi *in 4. diſt. 18.* Vbi Magiſter, & D. Tho. *q. 2. art. 1.* Bonau. Gabriel, Palud. & alij. Sotus *diſt. 22. q. 1. art. 4.* Nauarr. *cap. 27. num. 17. & ſequent.* Couar. *in cap. Alma 1, part. initio, à numero 3. & §. 4. 5. & 6.* Syluest. *excom. 1.* Tabiena 3. & Angel. *vlt.* Henriq. *lib. 13. cap. 12. n. 3.* Suarez *diſput. 9. ſect. 1. n. 2.* Vaſquez *tract. de excomm. dub. 2.* Filliuc. *tract. 12. cap. 2. num. 25.* Alterius *tom. 1. lib. 1. diſp. 5. cap. 1.* Bonac. *diſput. 2. q. 2. punct. 1. num. 3.* Ægidius *diſp. 14. dub. 6.* Bauny *loc. cit. aſſertione 2.* Hurtad. *de excommun. diſp. 3. diff. 1.* Palao *diſputat. 2. punct. 6. num. 3.* Auila *2. p. cap. 6. diſputat 4. dubit. 2.* & alij.

QVÆSTIO IV.

An etiam priuet Eccleſia Excommunicatum non toleratum, ſuffragiis priuatis, & particularibus?

AFfirmarunt aliqui Doctores, exiſtimantes; Excommunicatum, non ſolùm priuari ſuffragiis publicis, & communibus Eccleſiæ, ſed etiam priuatis, & particularibus. Quia Canones *A nobis & Sacris, de ſent. excom.* abſolutè definiunt excommunicatum eſſe priuatum communione fidelium : at ſic eſt, quod in communione fidelium, quæ explicatur in ſymbolo Apoſtolorum, *Sanctorum communionem*, non ſolùm includuntur ſuffragia communia & publica Eccleſiæ, vt ſunt ſacrificia, Orationes publicæ, &c. Sed etiam ſuffragia priuata, & particularia, vt ieiunia, macerationes, & alia ſimilia, quæ ab vnoquoque fidelium priuatim fiunt, ergo Ita tenuit Latomus (non Iacobus, vt leges apud Petr. Corneio) *art. 7. contra Lutherum.* cuius ſententiam, vt probabilem ſequutus fuit poſteà Philipp. Faber *in 4. diſt. 25. diſp. 4. dub. 151.*

Sed vt certum ferè reſpondeo : Non priuare Eccleſiam excommunicatum ſuffragiis particularibus & priuatis vniuſcuiuſque fidelis, ſed ſolùm ſuffragiis communibus. Vnde licitum erit priuatim pro excommunicatis orare, propriam & perſonalem orationem pro illis offerendo, & modo, quo inter membra Eccleſiæ fieri poteſt. Quia ferè certum eſt, hanc communionem non eſſe de facto prohibitam ab Eccleſia, vt praxis, & conſuetudo id ſatis oſtendunt. Et quidem, ſi hoc modo licet orare pro Ethnicis, & publicanis, & quibuſcumque infidelibus, meliori iure licebit etiam pro excommunicatis. Sic D. Thom. *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. quæſtiun. 1.* Durand. *ibi q. 3.* Ricard. *art. 7. q. 2.* Palud. *q. 1. art. 1.* & Gabriel *q. 2. dub. 1.* quos omnes refert, & ſequitur Suarez *diſp. 9. ſect. 5. n. 2.* Sotus *diſt. 22. q. 1. art. 4.* Vbi videtur ſentire, nec poſſe Eccleſiam priuare excommunicatum huiuſmodi priuatis orationibus, quia pertinent ad illam Sanctorum Communionem, quæ in ſola charitate fundatur. Auila *2. part. cap. 6. diſp. 4. dub. 1. concl. 1.* Nauarr. *in Man. cap. 27. n. 36. verſ. Ad Quintum.* Vbi id variis rationibus confirmat. Abbas *in dicto cap. A nobis. n. 6.* ex mente Innocentij. Alterius *tom. 1. lib. 1. diſp 5. c. 9.* Hurtad. *diſp. 3. de excomm. diff. 6. in principio.* Vaſquez *de excomm. dub 2. n. 2.* vbi ait, hanc eſſe communem opinionem.

Digitized by Google

opinionem omnium. Bonacina *diſput. 2. quæſt. 2. punct. 1. §. 3. num.* 6. 7. & 8. Henriquez *lib. 13. cap. 12. num. 3.* Ægidius *diſp. 14. dub. 6. num.* 37. Vgolinus *tab. 2. c. 9. §. 3.* Filliuc. *tract. 12. cap. 2. quæſt. 8. num* 51. Corneio *tract. 5. de excomm. diſp. 10. §. 3. dub. 3.* Bauny *de excomm. diſp. 7. quæſt. 12. aſſertione 3. & 4.* Vbi latè probat, non ſolùm mente & animo, verùm etiam ore, fidelibus licere priuatim pro excommunicato Deo preces fundere. Citatque pro hac parte D. Thomam & Auilam *loc. cit.* Hoſtienſem in ſumma *lib 5. de ſentent. excomm. num.* 17. Syluestrum *verb. excomm. 1. n. 2. & verb. Miſſa 1. §. 4.* & Sayrum *lib. 2. Theſauri. cap. 4.* Sic etiam Diana *part. 6. tract. 9. reſol.* 77. Machado *lib. 1. part. 3. tract. 3. docum. 4. num.* 3. Palao *punct. 6. citato numero* 3.

Nec obeſt fundamentũ contrariorum Reſpondetur namque, quod Canones citati non prohibent hanc communicationem priuatam; nam ſolùm prohibent communicationem in oratione cum excommunicato; per orationem autem priuatam non dicitur quis propriè communicare cum excommunicato: quia communicatio dicitur illa, per quam plures ſunt participes bonorum communium. Vnde huiuſmodi oratio priuata, non dicitur propriè, nec eſt communicatio cum illo, ſed eſt quoddam opus miſericordiæ, & ſpiritualis eleemoſyna, quæ fit ex bonis propriis & priuatis, quæ quidem non eſt prohibita, ſed licita, ſicuti eſt eleemoſyna corporalis excommunicato facta. Sic reſpondet Suarez, & ex illo, non citato, Alterius & Corneio.

Qvæstio V.

An peccet mortaliter, qui ſuffragia communia Eccleſiæ pro Excommunicatis non toleratis in particulari, offert?

Reſpondeo tanquam certum: Peccare; & mortaliter: *Primum* conſtat; nam facit contra prohibitionem Eccleſiæ, vt patet ex dictis *q. 3. Secundum* etiam liquet. Quia facit contra prohibitionem Eccleſiæ in materia graui; pertinet enim ad maieſtatem Eccleſiæ, vt eius bona non communicentur ingratis ac immorigeris, ea repugnante, & cum ratione. Sic omnes communiter. Bauny *quæſt. 12. cit. Aſſertione 2. pag.* 171. Qui & citat Henriquez *lib. 9. cap. 15. §. 3. lit. P.* Nauarrum *de horis, cap. 19. num.* 67. & Sayrum *lib. 2. cap. 3. num.* 15. Sed ex his Henriquez, ſolùm ait, dictum offerentem, peccare. Scribit namque ſic, *cap. 15. cit. §. 3. non 13. lit. P.* At ſi Sacerdos ſpeciali intentione offerat pro denunciato, peccat: ſed prodeſt ei, quatenus offert nomine Chriſti: non verò nomine Eccleſiæ. Sic ille. Tenent etiam noſtram ſententiam Couarru. *in cap. Alma. 1. p. §. 6. num. 4.* & rurſus ex D. Thoma *quodlib. 11. art. 9.* Nauar. *in Man. cap. 27. n.* 56. Suarez *diſp. 9. ſect. 1. n. 4. concl. 2.* Filliuc. *tract. 12. cap. 2. quæſt. 3. n.* 37. Bonac. *diſp. 2. q. 1. punct. 1. n. 4.* Alterius *tom. 1. lib. 1. diſp. 5. cap. 1. in fine.* Ægidius *diſp. 14. dub. 6. n. 38. verſ. Nota tertio.* & Palao *diſp. 2. punct. 6. numero* 4. Qui tamen ſolum ait, id fieri nullatenus licere.

Qvæstio VI.

An etiam peccaret mortaliter, qui ſuffragia Eccleſiæ offerret pro Excommunicatis quaſi in communi, eadem intentione, qua ſolent offerri pro cæteris peccatoribus non excommunicatis?

Negat Leſdema *in 4. parte 2. q. 23.* exiſtimans, ſolùm peccare venialiter. Huius authoris opinionem refert Alterius *loco citato*, innuens clarè eſſe probabilem.

Sed certè, vt certum mihi reſpondeo: Peccare etiam mortaliter. Quia etiam offerendo pro excommunicatis dicto modo facit contra iuſtam prohibitionem Eccleſiæ in re graui, vt ex dictis conſtat: ergo peccat mortaliter. Sic Alterius *tom. 1. lib. 1. diſput. 5. capite 1. in fine.* Legatur etiam Hurtadus *diſput. 3. cit. diff. 2. in principio.*

Qvæstio VII.

An item peccaret mortaliter, qui offerret ſuffragia communia Eccleſiæ, pro Excommunicatis omnibus in vniuerſali, tanquam pro exteris, ad impetrandum eis reductionem ad obedientiam Eccleſiæ?

Negant nonnulli Doctores, & ita negant, vt exiſtiment, nec peccare venialiter prædictum, tali modo pro excommunicatis ſuffragia Eccleſiæ offerentem Quia ipſamet Eccleſia in Paraſceue publicè orat pro Hæreticis & Schiſmaticis, qui excommunicati ſunt: ergo & quilibet licitè, & abſque vllo peccato, poteſt pro illis publicè orare, ac proinde offerre pro illis ſuffragia Eccleſiæ ad impetrandam eis reductionem ad obedientiam Eccleſiæ. Ita Sylueſt. *verb. Excommunicatio 1. num. 2. & verb. Miſſa 1. n. 8. verſu. Quartum*; & penes ipſum *Sum. Confeſſor. lib. 3. tit. 33. quæſt.* 169. & Hoſtienſ. & apud Corneio, Marianus Socinus *in cap. Sacris, de ſent. excommun. n.* 142 & Hoſtienſ. etiam *cap. Cum. voluntate. eod. tit.* & penes Alterium, Maiolum *de irregularit. lib. 3. cap. 25. num. 3.* Et tandem ex ſententia Hurtadi & Auilæ, Nauarr. *tr. de Orat. cap. 19. concl. 6. n. 70.* & Couarruuias *in cap. Alma mater. 1. p. §. 6. num. 3.* Sed certè ex his authoribus, Couarruuias ſaltem, nullo modo docet eſſe licitum vnicuique fidelium offerre ſuffragia communia pro Excommunicatis, adhuc ex intentione, vt Deus illos conuertat, & Eccleſiæ obediant; nam ſolùm ait, Eccleſiam Catholicam quandoque, hoc eſt, in die Veneris ſancti, pro Excommunicatis Hæreticis, nec-non Paganis, Iudæis, & Infidelibus, vt exteris, & ab vnione Eccleſiæ alienis, quibuſdam orationibus ad id ordinatis, vt Deus ad Eccleſiæ vnitatem, & pœnitentiam reducat, orare. Deinde, nec hanc ſententiam docet meus Nauarrus; cùm expreſsè illam impugnet *loc. cit. num.* 69. his verbis; Ad quod dubium, dicet fortè aliquis, illud dilui ab Hoſtienſi *in d. c. Cum voluntate col. 2.* communiter recepto per Doctores, & eruditum Ioannem de Tribugo in ſum. *Confeſſ. lib. 3. tit. 33. q.* 159. quatenus ait, nos non poſſe ſpecialiter orare pro excommunicatis, generaliter tamen ſic. Nam & Eccleſia, ipſo die Veneris ſancto pro Hæreticis orat. Cæterùm id emunctioris naris viro non ſatisfaciet, ſi perpenderit, quod ſecundum hoc poſſet quis applicare orationes Eccleſiæ legitimè excommunicatis generaliter, quod eſt abſurdum. Sic Nauar.

Vnde vt certum ferè reſpondeo peccare, & mortaliter illum, qui etiam ad illum finem pro excommunicatis offert ſuffragia communia Eccleſiæ. Quia certum ferè eſt, quod Eccleſiæ intentio eſt, vt nullo modo publicè fiat oratio pro Excommunicatis: ergo nullus fidelis, abſque mortali peccato poterit contra intentionem Eccleſiæ, publicè aut nomine eius pro dictis Excommunicatis orare. Sic omnes communiter. Hurtad. *loc. cit. diſp. 3. diff. 2. n. 4.* per hæc verba: Eccleſia ſimpliciter & abſolutè, & abſque vlla reſtrictione priuat excommunicatos ſuffragiis communibus ad eos directis, & ideo nunquam pro excommunicatis, adhuc in communi ſub nomine excommunicatorum publicè orat, quamuis feria illa ſexta, quia

Digitized by Google

in ea Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, oret publicè pro Hæreticis, Schiſmaticis (quamuis excommunicati ſint) auferendo pro ea vice excluſionem ab ea oratione, quo Eccleſia tacitè prohibet, ne extra eam vicem pro Hæreticis & Schiſmaticis, quamuis excommunicatis toleratis, publicè oretur, & ne aliquando pro eis alia communia ſuffragia offerantur: & tacitè ſignificat eſſe priuatos illis. Sic ille. Ex quo patet ad fundamentum pro contraria opinione adductum. Sic etiam Suarez *diſp 9. ſect. 1. n. 5.* Filliuc. *tr. 12. cap. 2. q. 3.* Alterius *lib. 1. diſp. 5. cap. 4.* quamuis expreſsè affirmet oppoſitum eſſe probabile. Vaſqez *de excommun. dub 2. n. 3.* Auila *2. parte cap 6. diſp. 9. dub. 3.* & penes ipſum, Sotus *diſt. 22. q. 1. art. 1. col 12. & art. 4. col. 7. & lib. 9. de Iuſt. q. 2. art. 2. ad 3.* Palud *in 4. diſt. 18. q. 1. concl. 2.* Angel. *excomm. vlt. n. 15.* Ledeſma *2. p 4. q. 23. art. 1. dub. penult.* & Medina *lib. 1. ſum. cap. 11. §. 1.* ſed ex his Authoribus, quos citat Ledeſma ſolum dicit eſſe peccatum veniale, offerre pro dictis excommunicatis, vt diximus *q. 6.* Tenent etiam Corneio *diſp. 10. de excomm. §. 3. dub. 1.* Villalob. *tract. 17. diff. 4. num. 3.* Machado *lib. 1. part. 3. tract. 3. docum. 4. n. 2.* Palao *loc. cit. num. 5.*

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem licitè poſſet Sacerdos dicere in alijs diebus in Miſſa, Orationem illam pro Hæreticis & Schiſmaticis, quam pro ſolo die Veneris ſancti, & officio, Eccleſia inſtituit?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Nauarrum *c. 19. de Orat. cit. num. 71.* ait Alterius, vbi *infra.* Eo quod Nauarrus dicit: *Quod licet nemo debeat, vel poſſit orare nomine Eccleſiæ, & velut perſona publica, pro infidelibus & excommunicatis, orationibus deputatis ad orandum pro ſuis membris: ſed ſic orationibus, quas habet illa compoſitas ad orandum pro infidelibus & excommunicatis, & alijs per ipſummet orantem componendis & eligendis.* Ita ille. Sentit ergo quod licitè poſſit Sacerdos in aliis diebus vti in Miſſis, illa oratione, pro die Veneris ad orandum pro Hæreticis, ab Eccleſia aſſignata.

Sed vt certum reſpondeo: Non poſſe licitè, imò abſque graui mortali, dicere in aliis Miſſis, aut Officiis, prædictam orationem pro Hæreticis, aut Schiſmaticis. Ratio eſt. Quia prædictus Sacerdos verè participaret in Sacris cum excommunicatis: ergo peccaret, & mortaliter. Conſequentia eſt certa. Antecedens probata. Quia Eccleſia non inſtituit eam orationem tali intentione, nec dedit licentiam ſuis Miniſtris vtendi illa ſuo nomine, niſi in tali officio & die. Secus verò eſt dicendum ſi quis priuatim & propria deuotione vteretur illa oratione ad orandum pro Hæreticis, & Apoſtatis, vt priuata perſona, quia ita id facere poteſt illa oratione ſicut quibuſcumque aliis verbis ab ipſo compoſitis. Et hoc ſolùm voluit Nauarr. vt explicat Suarez. Sic iſte *diſp. 9. ſect. 1. n. 5.* Alterius *lib. 1. diſput. 5. capit 2. col. 3. verſ. Quamuis Nauarrus.*

QVÆSTIO IX.

An adminus poſſet quis offerre indirectè ſacrificium, & alia ſuffragia communia Eccleſiæ pro Hæreticis, Schiſmaticis, &c. in communi?

REſpondeo tanquam certum: Quod ſic. Quia licitum omnino eſt, offerre Deo ſacrificium, & fundere alias orationes publicè, pro augmento & extenſione Eccleſiæ & Fidei &c. ergo conſequenter erit licitum pro Hæreticis & aliis excommunicatis indirectè prædicta ſuffragia offerre: Patet, quia Eccleſia non aliter poteſt augeri, quàm per Hæreticorum, & aliorum Infidelium reductionem, & conuerſionem: ergo applicandò dicta ſuffragia directè pro augmento Eccleſiæ; applicatur conſequenter indirectè pro dictis Hæreticis, modo explicato Sic Azor. Bellarm. Nauarr Fagundez & alij, quos citauimus *1. parte tr. 8 de ſacrif. Miſſæ, diſput. 2. quæſt. 22.* Alterius *tom. 1. de Cenſuris, libro 1. diſp. 5. cap. 2.* Hurtad. *diſp. 3. de excommun. dif. 2. num. 6.* Palao *puncto 6. citato, num. 6.* & omnes.

QVÆSTIO X.

An liceat offerre ſuffragia Eccleſiæ pro excommunicatis non toleratis (hoc eſt, pro excommunicatis nominatim denunciatis, aut publicis Clericorum percuſſoribus) caſu quo per contritionem ſint iuſtificati ante obtentam excommunicationis abſolutionem?

AFfirmant poſſe, in dicto caſu, ſuffragia Eccleſiæ communia pro excommunicatis, non toleratis offerre, eo quod Eccleſia non videatur velle ſua ſuffragia ſubtrahere iis, qui Deo ſunt reconciliati, apud Dianam, Henriquez *lib. 8 cap. 15. num. 3. in Gloſſa, lit. P.* Sayrus *de Cenſuris, lib. 2. cap. 3. num. 5.* Auila *de Cenſur. part. 2. cap. 6. diſput. 4. dub. 2. concl. 1.* Nauarr. *cap. 27. num. 36.* Couarru. *in cap. Alma. part. 1. § 6. n. 4. concl. 9.* Megalius *in 3. p. lib. 2. cap. 2. n. 18.* & Faber *in 4. diſt. 25. q. 1. diſp. 4. cap. 4. n. 142.*

Sed ex his authoribus, oppoſitum docet Henriquez *loc. cit.* à Diana, per hæc verba: At ſi Sacerdos ſpeciali intentione offerat pro denunciato, peccat: ſed prodeſt ei quatenus offert nomine Chriſti, non verò nomine Eccleſiæ. Sic ille. Auila tamen, licet doceat poſſe quem offerre pro dictis excommunicatis communia ſuffragia Eccleſiæ; addit verò, non poſſe pro illis nominatim orare. Nauarrus deinde licet hanc partem teneat, eſt tamen cum aliqua limitatione: Ait namque *num. 56. cit. verſ. Duode imo.* non eſſe mortale orare pro excommunicato nulliter, ſeu inualidè, nec pro excommunicato validè, ſed ex iniuſta cauſa; nec pro excommunicato iuſtè, quem credimus verè pœnitere; *modo non fiat expreſsè publicè pro illo.* Ita Nauarr. Quem in omnibus ſequitur Couarru. *loco cit.* vt ex his eiuſdem verbis conſtat: Poterit quis, vt Eccleſiæ miniſter, vel, vt perſona publica ſecretè tamen orare, aut ſacrificium applicare illi excommunicato, qui mortalis criminis iam pœnituit, & diligenter abſolutionem impetrare curauerit, licet nondum ſit abſolutus. Ita ille ex Hoſtienſi, *cap. Cum voluntate, de ſent. excomm.* & Nauarro *cap Quando, de conſecr diſt 1. notab. 19. num. 68.* Turrecremata *in cap. Si quis Epiſcopus. 11. q. 3.* Riccardo *in 4 diſt. 18.* & D. Antonio *3. p. tit. 24. cap. 76.* His Doctribus addi poſſunt Palac. *diſt. 18. diſp. 3. col. 22.* & Ledeſma *4. p. 2. q. 23. art. 6.* Valent. *tom 4 diſp. 7. quæſt. 17. num. 8.*

Sed iis grauiſſimis Authoribus non obſtantibus, probabilius reſpondeo: Nullo modo, nec publicè, nec ſecretè, licere offerre ſuffragia cõmunia Eccleſiæ pro excommunicatis non toleratis, etiam per contritionem iuſtificatis, antequam abſolutionem excommunicationis obtineant, quamuiſque non ſtet per ipſos, quod non ſint à tali Cenſura abſoluti.

Ratio eſt. Quia cum excommunicatio non auferatur per ſolam interiorem pœnitentiam, vt apud omnes eſt notum, ſemper prædicti remanent excommunicati, quamdiu non ſunt abſoluti: ergo & conſequenter priuati communibus Eccleſiæ ſuffragiis. Neque dici poteſt (vt ab aliquibus dicitur) quod excommunicatio tollatur quoad iſtum effectum, licet non

quoad

Digitized by Google

quoad alios: Quia contra eſt, Primò, quod hoc eſt voluntariè dictum, cum nullo iure conſtat. Secundò, quia oppoſitum innuit Innoc. III. *cap. Sacris, de ſent. excomm.* ſignificans pro talibus excommunicatis ante abſolutionem, nec oblationes recipiendas, neque orationes Deo offerendas eſſe.

Nec poteſt dici, ſecundò, hoc eſſe verum loquendo de ſuffragiis & orationibus publicè pro excommunicatis factis, non verò de illis factis occultè, & ſecretè. Quia contra eſt, primò. quia hæc diſtinctio in nullo iure fundatur. Secundò. Quia ea, quæ decent Miniſtros Chriſti in occulto, etiam in publico decere debent. Ideo hanc noſtram ſententiam communiter ſentiunt Doctores. Adrianus *in materia de clauib. q. 3. ad 1. & vltim.* Sotus *in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 1. in fine in ſolut. dubij* 2. Alanus *lib. 2. de ſacrif. Miſſæ cap.* 31. quos citant, & ſequuntur Suarez *diſp. 9. ſect. 3. num. 2.* & Alterius *tom. 1. lib. 1. diſp. 5. cap. 9. col. 2.* Vaſquez *de excommun. dub. 2. num.* 2. (non 4. vt leges apud Dianam. Filliuc. *tract. 12. cap. 2. num.* 45. Layman. *lib. 2. tract. 5. part. 2. cap. 2. numero* 4. Ægidius *diſputatione* 14. *dub.* 6. non 7. vt inuenies apud Laymanium) *diff. 2. num.* 49. Luyſius *lib. 2. de Cenſuris diſputat. 9. dub.* 2. Hurtad. *diſp. de excommun. diff.* 5. vbi ad fundamentum contrariorum reſpondet, quod ex eo quod Eccleſia ſit pia mater, non colligitur ipſam velle, vt ſine abſolutione ceſſet excommunicatio quoad effectum aliquem, præſertim principaliſſimum, quia id non expedit, vt ſic excommunicatio magis timeatur. Addo & ego, quod id, neque coniecturaliter poſſit colligi ex intentione Eccleſiæ; cùm expreſsè Clem. III. cap. *Cum deſideres de ſent. excomm.* dicat, quod dum conſtet reum *excommunicatum eſſe, non tamen abſolutum, nec Epiſcopus, nec alij debent communicare eidem, niſi fuerit ſecundum formam Eccleſiæ abſolutus.* Sic etiam docent Præpoſitus *in 3. p. quæſt. 2. de excommun. dub. 6. num.* 38. Gordonus *tom. 2. lib. 7. q. 8. cap. 1. num.* 7. Corneio *de excomm. diſput.* 20. §. 3. *dub.* 2. Mercerus *de Sacram. in 3. p. q. 21. dub. 3. n.* 2. quos citat, & ſequitur Diana *part. 5. tract. 9. reſ.* 75. His addi adhuc poſſunt Bauny *diſp. 7. de excomm. maiori, q. 13. per totam*, vbi ait, hanc noſtram ſententiam, eſſe certam. Villalob. *tr. 17. de Cenſur. diff. 4. n.* 5. Et, ni fallor, Machado *lib. 1. part. 3. tr. 3. docum. 4. n.* 5. Baſſæus *verb. Excommunicatio* 3. *num* 2. & alij cum quibus id antea diximus, licet obiter, *part. 2. tr. 8. de ſacrif. Miſſæ, diſp. 2. quæſt* 9. Bonac. *diſp. 2 q. 2. punct.* 1. §. 2. *n.* 2. vbi n. 1. citat Reginald. pro parte contraria *lib. 32. n. 13. & n.* 2. citat illum pro ſe eodem *libro n.* 11. Palao *diſp. 2. punct. numero* 8. & alij.

QVÆSTIO XI.

An ſaltem liceat applicare communia Eccleſiæ ſuffragia pro excommunicato occulto defuncto in gratia?

AFfirmat Diana *reſol.* 75. *cit.* ita dicens. Certum eſt autem apud me quod etiam non improbabile putant Præpoſitus *vbi ſup. n.* 37. & Suarez *diſp. 7. ſect. 1. n. 7. in fine.* licere applicare communia ſuffragia Eccleſiæ ei, cuius excommunicatio eſt occulta, ſi mortuus eſt in gratia: cum enim in eo caſu communius, moraliter loquendo, non poſſit impetrari abſolutio, ſine aliqua defuncti infamia, poteſt ſine peccato negligi; non videtur autem Eccleſiam velle priuare hominem communibus ſuffragiis, quo caſu non poſſit abſque nota abſolui ab excommunicatione. Capitula (intellige, *iuris*) citata (hoc eſt, *pro oppoſito*) apertè agunt de eo, cuius publica, & nota erit excommunicatio. Huc vſque Diana, nullum pro ſe referens authorem, cum poſſet Nauarrum *in Man. c. 27. num. 271. verſ. Nec obſtat prædictum cap.* & Alterium *lib. 1. diſp. 5. cap. 6. col.* 3. citans (& benè) pro ſe Nauarrum *cap. 27. cit. n. 36. verſu, Ad ſecundum.* Imò & Suarium; cum in hanc ſententiam, ſe valde incliuet, vt hæc eius verba demonſtrant. Neque exiſtimo (*ait loc. cit.*) eum, qui bona fide, & ſine culpa excommunicatus moritur occulta Cenſura; ſi alioqui decedit in gratia, priuari fructu communionum ſuffragiorum Eccleſiæ, ex intentione eiuſdem Eccleſiæ. Nihilominus tamen, ſi occultè etiam poſſet abſolui, & abſque vlla infamia, alicuius periculi, ſeu nocumenti, optimum eſſet, illam abſolutionem procurare, & aliquid veritatis afferre poſſet, ſi fortè verius eſt, abſque abſolutione non frui Eccleſiæ ſuffragiis. Huc vſque Suarez.

Sed probabilius reſpondeo: Quod non liceat. Quia probabilius exiſtimo, eſſe prohibitum, abſolutè, & abſque vlla diſtinctione per iuris capita, applicare ſuffragia communia Eccleſiæ, excommunicato etiam tolerato, ſeu occulto, viuo per contritionem in gratia, ſiue defuncto cum illa ante obtentam abſolutionem: ergo. Antecedens conſtat ex cap. *Cum deſideres* nuper citato; & ex cap. *A nobis de ſent. excommunic.* Vbi nulla fit exceptio excommunicati, viui, ſiue defuncti; contriti, aut non contriti: ergo quomodocumque exiſtat, neceſſaria eſt illi abſolutio à Cenſura, vt fiat ſuffragiorum communium capax.

QVÆSTIO XII.

An liceat publicè orare, & ſacrificia offerre pro Excommunicatis publicè toleratis?

AFfirmant plures Doctores. Quia, inquiunt, Concilium Conſtantienſe abſolutè concedit, vt poſſimus cum talibus communicare in omnibus officiis diuinis: Atqui ſub hac communicatione comprehendit illam oblationem, & applicationem ſuffragiorum, quia cum ſit fauorabilis, eſt extendenda quantum verba patiuntur: ergo. Ita docent Nauarr. *cap. 27. n.* 36. Henriquez *lib. 1. cap. 11. n.* 2. & penes ipſum, *lit. K.* Hoſtienſ. in *cap. Cum voluntate, de ſent. excomm.* D. Anton. *3. p. cap. 25. n.* 76. Angel. *excomm. vlt.* Victoria §. 332. Sum. Confeſſ. *lib. 3. tit. 33. q.* 159. & Ledeſma *q.* 25. His addi poſſunt Ægidius *diſp. 14. dub. 6. num.* 40. Hurtadus *diſp. 3. de excomm. diff.* 4. Megala *in 1. part. lib. 2. cap. 2. n.* 20. Diana *part. 5. tract. 9. reſol.* 74. Sayrus *lib. 2. cap. 4. n.* 6. Reginald. *lib.* 32. *numero* 79. & (ni fallor) Machado *libro 1. part. 3. tract. 3. docum. 4. n.* 4. & Villalob. *tr. 17. diff. 4. concl. 3. n.* 8. Vgolin. *tab. 1. §. 2. n.* 3. Palao *diſp. 2. p. 6. n.* 10. & alij.

Sed probabilius, & ſatis reſpondeo: Nullo modo licere alicui Miniſtro Eccleſiæ, oratione publica orare, nec ſacrificium offerre, aut aliud ſuffragium commune, pro Excommunicatis publicè toleratis. Ratio eſt. Quia Concilium Conſtanc. nullum fauorem voluit concedere huiuſmodi Excommunicatis, vt conſtat ex his Concilij verbis: *Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari*: ac ſic eſt, quod iure antiquo, omnes excommunicati, tam tolerati, quàm non tolerati, excludebantur ab oratione publica, ſacrificio, & cæteris ſuffragiis communibus Eccleſiæ: ergo & modo debent excludi tolerati, quia ius antiquum, quoad hos excommunicatos nihil eſt innouatum. Tunc vlterius; ergo ſi Eccleſia excludit huiuſmodi excommunicatos à communibus ſuffragiis eiuſdem, taliter quod reddat eos inhabiles ab illa participanda, clarè ſequitur quod Miniſtri Eccleſiæ nequeant licitè offerre pro dictis excommunicatis toleratis. Sic Sotus *lib. 10. de Iuſt. quæſt. 5. art. 3. col. 6. & in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. concl.* 2. Ricard. *diſt.* 18. Adrian. *tit. de Clauib. quæſt.*

Digitized by Google

quæſt. 3. pag. 113 Suarez *diſp. 9. ſect. 2. à num.* 17. Alterius *tom. 19. li. 1. diſp. 5. cap. 5.* Vaſquez *de excomm. dub. 2.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 17. punct. 2.* Auila *2. part. diſp. 4. dub. 1. concl. 3.* & clariùs *cap. 6. diſp. 9. dub. 6.* Couarru. *in cap. Alma mater. 1. p. §. 6 num. 4.* & penes illum D. Thom. Gabriel. & Communis. Sic etiam Bonacina *diſp. 1. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 1.* Filliuc. *tr. 12. cap. 2. quæſt. 4. dicto. 2 num.* 40. Gordonus *tom. 2. lib. 7. q. 8. cap. 1. num. 4.* Mercerus *in 3. part. q. 21. dub. 3.* Baſſæus *verb. excommunicatio. 3. num. 1. verſ. Conueniunt autem.* & alij quos citauimus, & ſequuti fuimus *2. parte, tractatu 8 de ſacrif. Miſſæ, diſputatione 2. q. 10.* Quibus adhuc adde Bellarminum *libro 2. de Miſſa, cap. 6.* Scortiam *lib. 2. de ſacrif. Miſſæ, cap. 2. num. 4.* & Alanum *lib. 2. de Euchariſtia, cap. 33.*

QVÆSTIO XIII.

An ſaltem, poſſit quis licitè, & cum fructu, orare nomine Eccleſiæ, pro dictis Excommunicatis toleratis, ſi iam ſint per contritionem iuſtificati, ante obtentam abſolutionem?

AFfirmant, & potiori iure, omnes authores, quos ſupra *quæſt.* 10 pro prima ſententia adduximus.

Sed probabilius reſpondeo: Nec licitè, nec cum fructu poſſe quem pro illis publicè, ſeu nomine Eccleſiæ orare. Quia quantum ad hunc effectum, eadem ratio militat, reſpectu vtriuſque excommunicati, nempe non tolerati, & tolerati; ſed neq; licitè, neque cum fructu, poteſt pro non tolerato, etiam contrito, nomine Eccleſiæ orare, vt habitum eſt, *quæſt.* 10 neque pro tolerato contrito; quod ſi de facto oratio pro ipſo fiat, minimè illi erit profutura: eo quod vterque eſt priuatus communicatione paſſiua horum ſuffragiorum, Sic omnes authores ferè citati pro noſtra ſententia. *quæſt.* 10. & 12. Legatur inter illos, Corneio *diſp. 10. de excomm. §. 3. dub. 2. quæſt.* 1.

QVÆSTIO XIV.

An fructuosè, & licitè, poſſit offerri ſacrificium Miſſæ à Sacerdote, nomine Eccleſiæ, pro Excommunicato quolibet, iam contrito; ante obtentam abſolutionem ab excommunicatione?

AFfirmant etiam omnes authores citati pro prima ſententia *quæſt.* 10. & inter illos expreſſius Faber *in 4. ſent. diſt. 25. q. 1. diſt. 4. cap. 4. n.* 148 quem citat Diana *part. 5. tract. 9. reſol.* 76. dicens eius ſententiam eſſe ſatis probabilem. Ait igitur Faber duo. *Primum eſt*, quod Sacerdos offerens Miſſam pro excommunicato contrito, non peccet mortaliter, nec venialiter, quia non eſt prohibitum offerre Miſſam pro Excommunicato tali. *Secundum* eſt, quod huiuſmodi Miſſæ ſacrificium valeat, & proſit ipſi excommunicato pœnitenti, ſiue Sacerdos offerat in perſona Chriſti, ſiue in perſona Eccleſiæ, ſeu, vt particularis perſona. Ratio eſt. Quia Eccleſia non intendit hunc pœnitentem excludere ab his ſuffragiis, ſed ſolum contumacem: neque ipſe, vt particularis perſona peccat, ſed opus bonum & rectè facit, & ideo, vt eſt ab illo, vt etiam eſt particularis perſona valet, & ei prodeſt. Ita Faber.

Sed probabilius reſpondeo: Nec fructuosè, nec licitè poſſe nomine Eccleſiæ ſacrificium pro dictis excommunicatis, etiam contritis, offerre. Patet. Quia hoc ſacrificium Miſſæ, oblatum à Sacerdote nomine Eccleſiæ, pro dictis excommunicatis, non habet effectum ex merito ipſius Eccleſiæ; cum hæc expreſsè nolit ſuam interceſſionem, & meritum interponere pro talibus excommunicatis, vt habitum eſt *ſup. q.* 10. ergo nihil eis proderit quantum eſt ex hac parte. Deinde Sacerdos, ſic nomine Eccleſiæ ſacrificium Miſſæ offerens, peccat (& mortaliter, *vt ſup.* eſt habitum) cum faciat contra prohibitionem ipſius Eccleſiæ: ergo clarè ſequitur, quod nec fructuosè, nec licitè poſſit nomine Eccleſiæ pro talibus Excommunicatis à Sacerdote offerri. Sic debent ſentire omnes authores citati *quæſt.* 10. pro noſtra ſententia. Et expreſsè illam tenent Henriquez *lib. 9. cap. 13. §. 3. lit. P.* Sotus *diſt. 22. q. 1. art. 3.* Suarez *diſp. 9. ſect. 4. n. 5.* Vaſquez *de excomm. dub. 11. num.* 13. (non dub 71. n. 73. vt citat Diana) Luyſius *lib. 2. de Cenſuris, diſp. 9. dub. 2.* Hurtad. *diſp. 3. de excomm. diff.* 3. Corneio *diſp. 10. de excomm. §. 3. dub. 2. quæſt.* 2. Quorum ſententia placuit Dianæ, *reſol. 76. cit.* licet in fine reſolutionis putet, vtramque ſententiam eſſe ſatis probabilem. Tenent deinde noſtram ſententiam Auila *2. part. cap. 6. diſp. 4. dub. 1. concl.* 3. Banny *diſp. 7. de excomm. q. 12. Aſſertione* 3 Bonacina *diſp. 2. quæſt. 2. punct. 1. § 3. n. 5.* Ægidius *tom. 1. q. 83. art. 1. dub. 9. & de Cenſur. diſp. 14. dub. 6. verſ. Nota tertio. num.* 38. Palao *de Cenſuris, diſp. 2. puncto 6. num.* 8.

QVÆSTIO XV.

An ſaltem, poſſit Sacerdos nomine, & perſona Chriſti, applicare fructuosè ſacrificium Miſſæ cuicumque Excommunicato, ſiue exiſtat in peccato, ſiue per contritionem in gratia?

AFfirmant quàm plures Doctores. Quia inquiunt in hoc caſu, concurrunt omnia neceſſaria, vt ſacrificium ſit fructuoſum: nam datur verus miniſter applicans; & verum ſacrificium; & ſubiectum cui applicatur eſt aptum ad recipiendum fructum: nam ex propria natura huius ſacrificij, quæ eſt ex inſtitutione Chriſti habet poſſe efficaciter prodeſſe, quibus à Miniſtro, ab eodem Chriſto Domino deputato offeratur: certum eſt enim, efficaciam eorum, quæ à Chriſti inſtitutione pendent, non poſſe ab Eccleſia auferri: ergo planè ſequitur quod Miſſæ ſacrificium oblatum nomine Chriſti proſit cuicumque excommunicato, nempe in peccato exiſtenti, quantum ad interceſſionem, aut impetrationem remiſſionis peccatorum: exiſtenti verò in gratia per contritionem, quantum ad ſatisfactionem, Ita Suarez *diſp. 9. ſect. 4. numero* 4. Sotus *in 4. diſt. 22. q. 1. art.* 4. Auila *2. p. cap. 6. diſp. 4. dub.* 1. Filliuc. *tract. 12. cap. 2. q. 7. num.* 48. Reginald. *libro 32. numero* 13. quos omnes ſic citat, & ſequitur Bonacina *diſp. 2. quæſt. 2. puncto 1. §. 3. numero 3. & 4.* His addi poſſunt Henriquez *libro 9 capite 15. §. 3. littera P.* Hurtadus *diff. 3. citata*, Corneio *dub. 2. citat. quæſt. 2. pag.* 684. (qui omnino malè citatur à Diana pro oppoſita parte.) Ægidius *diſput. 14. de Cenſuris dub. 6. cit.*

Sed æque probabiliter reſpondeo: Non poſſe Sacerdotem applicare fructuosè ſacrificium Miſſæ Excommunicatis, etiamſi id faciat nomine, & perſona Chriſti. Ratio eſt. Quia Eccleſia omnino prohibet Sacerdoti offerre ſacrificium Miſſæ, tam nomine Eccleſiæ, quàm nomine Chriſti, pro excommunicatis, vt omnes concedunt: ergo ſi Eccleſia habet poteſtatem excommunicandi, vt omnes, tanquam certum de fide, fatentur, neceſſum eſt dicere, quod per excommunicationis Cenſuram reddat hominem incapacem effectus ſacrificij, præſertim præcipui.

Nec obeſt fundamentum contrariorum; Negandum enim eſt, quod ſubiectum, cui ſacrificium applicatur, quando per excommunicationem eſt ligatum, ſit capax fructus illius Eſt namque omnino incapax, cum Eccleſia habet poteſtatem à Chriſto Domino acceptam, ad excommunicandos contumaces eiuſdem Eccleſiæ;

Digitized by Google

Eccleſiæ; & conſequenter ad reddendos illos incapaces omnis fructus ſacrificii Miſſæ. Et ita noſtram ſententiam docent Vaſquez, Luyſius de Torres, & Diana *locis nuper citatis*. Et multi ex Doctoribus, quos generalius tractando de hac materia, citauimus pro noſtra ſententia 2. *part. tract.* 8. *diſp.* 2. *q.* 9.

QVÆSTIO XVI.

An liceat Sacerdoti in Memento Miſſæ orare pro excommunicatis, etiam non toleratis?

NEgant nonnulli Doctores abſolutè; quia exiſtimant, quod Sacerdos in Memento Miſſæ orat vt perſona publica, & vt Miniſter Eccleſiæ: at ſic eſt, quod eſt prohibitum Sacerdoti, orare pro excommunicatis, vt eſt perſona publica, ſeu Miniſter Eccleſiæ vt ſupra eſt habitum: ergo. Maior probatur: quia *Memento* eſt pars Miſſæ, vt conſtat, ſed quælibet pars Miſſæ celebratur à Sacerdote tanquam à perſona publica: ergo. Ita Ledeſma 2. *part.* 4. *q.* 23. *art.* 3. *in fine*. Medina *in ſum. libro* 1. *capite* 15. §. 1. & Cano quos citat, & tandem ſequitur Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 5. *in fine dubij*.

Affirmant verò è contrà abſolutè alijs; quia per oppoſitum omnino putant, quod Sacerdos in *Memento*, orat, vt perſona priuata & particularis: ſed orare hoc modò pro excommunicatis, non eſt prohibitum Sacerdoti, vt ex ſupra dictis liquet: ergo. Sic apud Auilam *loc. cit.* tenent Syluest. *excommunicatio* 1. *num.* 2. & *Miſſa*. 1. *q.* 8. Tabiena *verb. excommunicatio* 1. *n.* 5. Armilla *eod. verb. n.* 4. Sotus *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 1. *col.* 12. Palac. *in* 4. *diſt.* 18. *diſp.* 3. Nauarr. *tractatu de orat. capite* 19. *concl.* 1. *numero* 71. & Couarruuias *capite Alma macer.* 1. *p.* §. 9. *numero* 4. *concl.* 7. Ita etiam Henriquez *libro* 15. *capite* 12. *num.* 13. *in fine*, per hæc verba: Sacerdos poteſt Deo in Memento Miſſæ commendare etiam denunciatum: agit enim vt priuatus homo.

Sed diſtinctius, & probabilius reſpondeo: licere Sacerdoti, in *Memento* Miſſæ (imò & in aliis eius partibus) ſuo nomine, & quatenus eſt priuata perſona, ſecretas & priuatas orationes, & preces, pro excommunicatis, etiam non toleratis, effundere: non tamen licere ei id facere, vt perſona publica, ſeu nomine Eccleſiæ, aut exprimendo, ita vt poſſit audiri, nomina Excommunicatorum. Pro qua reſponſione nota, quod Sacerdos in *Memento* & in aliis partibus Miſſæ, poteſt dupliciter orare; primo modo, vt Miniſter Eccleſiæ, intendens applicare excommunicatis ſacrificium, & orationes, quæ dicũtur in Miſſa, & in hoc ſenſu, verum eſt, quod dicit prima opinio. Secundo modo, vt perſona particularis & priuata, non intendens applicare excommunicatis ſacrificium, nec orationes Miſſæ, ſed ſolùm commendare eos Deo; & hoc modo, non ſolùm in *Memento*, ſed in aliis partibus Miſſæ, poteſt Sacerdos eleuare cor ad Deum, & orare pro excommunicatis non toleratis, vt conſtat, tum ex dictis, tum etiam, quia quamuis Sacerdos in Miſſa exerceat miniſterium publicum, non tamen deſinit eſſe perſona priuata, & ideo, vt talis optimè poteſt orare pro dictis excommunicatis. Sic docent authores citati pro ſecunda ſententia: Necnon Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 1. §. 3. *Propoſit.* 3. *n.* 6. & 7. qui tamen & citat pro ſe Auilam *dub.* 5. *cit.* ſed nõ ita benè: nam quamuis propè finem dubij *verſ. Hac opinio*, hæc noſtra ſententia ei placeat; in fine tamen concludit, quod abſolutè loquendo tenenda ſit prima opinio, à nobis relata. Suarez *diſp.* 9. *ſect.* 5. *numero* 5. Vaſquez *de excomm. dub.* 2. *n.* 3. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 2. *q.* 7. Ægid *diſp.* 14. *dub.* 9. *n.* 37. *verſ. Item poteſt*. Hurtad. *diſp.* 3. *de excom. diff.* 6. *verſ. Non tamen*. Gordonus *tom.* 2. *lib.* 7. *q.* 8. *cap.* 1. §. 5. *n.* 19. Cornejo *de excom. diſp.* 10. §. 3. *dub.* 3. Diana *part.* 4. *tract.* 9. *reſol.* 77. *verſ. Sed difficultas eſt*. Sotus Saytus, Lugo, Philibertus, Villalobos, & alij, quos citauimus *tom.* 1. *tract.* 8. *de ſacrif. Miſſæ*, *diſp.* 2. *quaſt.* 11.

Nec obſtat argumentum factum pro prima opinione. Reſpondendum eſt enim, quod quamuis Sacerdos in *Memento* Miſſæ, oret vt perſona publica, & vt Miniſter Eccleſiæ; non tamen ita exuit perſonam priuatam, quin poſſit, vt perſona priuata, & nomine proprio, orare pro quibus ipſe voluerit, ac proinde etiam pro excommunicatis, quamuis non toleratis, & hoc ſimul cum oratione nomine Eccleſiæ facta, & in qualibet parte Miſſæ.

QVÆSTIO XVII.

An Indulgentiæ obtineri poſſint ab excommunicato contrito, ante obtentam excommunicationis abſolutionem?

NEgãt Suarez, Vgolinus, Syluest. Nunnus & Sotus, quos refert, & ſequitur Fauſtus *de Iubil. libro* 3. *q.* 35. Filliuc. Layman, Pollacus, Lauorius, Sanctarell. Nunnus & Moure, quos citat, & ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 12. *reſol.* 13. Et nos omnes pro hac parte adduximus *tract.* 5. *de pœnit. diſp.* 14. *q.* 39. Et nunc his addimus Bonacinam *de Cenſur. diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 1. §. 3. *in fine*. Alterium *lib.* 1. *diſp.* 4. *cap.* 6. *dub.* 3. Antonium de Quintanaduẽnas *tract. de Iubil. cap.* 24. *n.* 91. *pag* 299. ita dicentem: Si por no ſatisfacer à la parte ò otra cauſa vn deſcomulgado no alcançaua abſolucion de ſu Cenſura, y haçe vn acto de contrition, aunque haga los ayunos, oracio, limoſna, &c. y ſele comutara ſi puede la Confeſſion, ò ſe eſcuſara della por impoſible, y la Comunion ſe comutara: no ganaua eſte Iubileo, por ſer en eſto miembro apartado de Igleſia, y que no puede gozar ſu eſpiritual influxo, como es la Indulgencia. Ita Antonius.

Horum Authorum ſententia poteſt probari, ſeu confirmari, ex à nobis ſupra conceſſis. Vt probabilius namque aſſeruimus. *quaſt.* 10. & 12. nullo modo poſſe aliquem offerre ſuffragia communia Eccleſiæ pro excommunicatis adhuc toleratis, etiam iuſtificatis per contritionem, ante abſolutionem ab excommunicatione, eo quod ſemper remaneant verè excommunicati, & conſequenter incapaces Eccleſiæ ſuffragiorum communium: ergo idem omnino eſt aſſerendum in caſu præſenti, & conſequenter dicendum, quod nullo modo poſſint excommunicati contriti adhuc, conſequi Indulgentias à Prælatis conceſſas, antequam abſolutionem ab excommunicatione obtineant.

Sed certè, his non obſtantibus, æquè probabiliter reſpondeo nunc, ſicut anteà 1. *part. loc. cit.* reſpondi: Poſſe obtineri ab Excommunicato contrito Indulgentias à Prælatis conceſſas, etiam ante obtentas excommunicationes, dummodo faciat ieiunia, orationes, eleemoſynas, & alias actiones, quæ illi per excommunicationem minimè ſunt prohibitæ, licèt alij fideles nequeant dicto excommunicato Indulgentias applicare.

Prima pars huius reſponſionis ſuadetur *Primò*. Quia piè credi poteſt, hanc eſſe mentem concedentis Indulgentias. *Secundò*. Quia excommunicatus nullo præcepto prohibetur præſtare opera pro quibus datur Indulgentia; poteſt enim orare in Eccleſia, ieiunare, eleemoſynam pauperibus erogare; & licet non poſſit recipere Sacramenta, nec aſſiſtere publicis officiis Eccleſiæ, poſſunt tamen illi hæc omnia in alia pia opera commutari: ergo ſi excommunicatus contritus impleat opera iniuncta pro lucrando iubileo, aut Indulgentia, rectè poterit acquirere Indulgentias.

Vnde

Digitized by Google

Vnde hanc partem noſtræ reſponſionis expreſsè docent Nauarr. *tract. de Iubil. notab.* 18.*n.* 14. Et ex illo Henriquez *lib.*7.*cap.*18.*n* 2. *in fine*. Sà *verb. Indulgentia. n.* 2. Boſſius, Alphonſus de Leone, & Zerola, quos adduximus 1.*p.loc. cit. quæſt.* 39. Et dicunt valdè probabilem Alterius, Diana, & Quintanaduenas *loc. cit.*

Secunda verò pars apertiùs probatur. Quia iure communi prohibitum eſt fidelibus applicare excommunicato, licèt contrito, communia Eccleſiæ ſuffragia: ſed inter communia Eccleſiæ ſuffragia connumerantur Indulgentiæ: ergo has nequeunt fideles excommunicato applicare. Et dato, quod illicitè eas excommunicato applicarent, eſſet ſine fructu, ob defectum capacitatis ſubiecti, vt ex dictis conſtat. Sic tenent communiter omnes: & à fortiori authores pro prima ſententiâ adducti.

Vnde ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ, in quantum noſtræ contrariatur, reſpondeo. Ad primum, quod eſt Antonij, dico, quod licet Excommunicatus contritus, ante obtentam abſolutionem ab excommunicatione, ſit membrum ſeparatum ab Eccleſia, non tamen ita, vt nequeat participare aliquod influxum ſpirituale manans ab ipſa, præſtando videlicet, per ſeipſum, quidquid Eccleſia præſtare iubet. Vnde ſicut excommunicatus contritus, per ſua opera bona, vtpotè facta in gratia, meretur augmentum eius, & ſatisfactionem pro pœna ſuorum peccatorum, &c. etiam ante obtentam abſolutionem à Cenſuris; ita abſque dubio, poterit conſequi per Indulgentiam eandem ſatisfactionem, per eademmet opera, ſi illis ſit adiuncta Indulgentia.

Ad Confirmationem reſpondeo: Negando conſequentiam ſeu paritatem. Diſcrimen eſt, quod excommunicatus, quamuis contritus, ſemper remanet excommunicatus ante obtentam ab excommunicatione abſolutionem, & conſequenter omnino incapax, vt illi applicentur à fidelibus ſuffragia communia Eccleſiæ, & conſequenter Indulgentiæ, cum hæc ſit præcipua pœna, ſeu effectus communicationis. Non verò manet incapax, vt ipſemet per ſua bona opera conſequatur Indulgentiam conceſſam illa præſtantibus: tum quia per hoc non dicitur propriè, quod applicentur ei à reliquis fidelibus ſuffragia communia Eccleſiæ; cum potius ipſemet excommunicatus, illa ſibi applicet præſtando opera iniuncta pro Indulgentia lucranda Tum etiam. Quia quod Eccleſia per excommunicationem intendit, eſt reddere excommunicatos incapaces fruendi communibus Eccleſiæ ſuffragiis, applicatis illis nomine Eccleſiæ à fidelibus, & ideo id eis ſub graui culpa prohibuit, *vt q.* 10. eſt oſtenſum; non tamen tendit reddere illos incapaces fruendi Eccleſiæ ſuffragiis, caſu quo ipſimet excommunicati iam contriti, per ſua opera priuata & perſonalia, vtpotè facta in gratia, id mereantur Id namque piè colligitur, primò ex pia mente concedentis Indulgentiarum ſuffragia. Secundò, quia id non vetuit Eccleſia, nec aliquo præcepto prohibuit excommunicato, vt præſtet opera pro quibus datur Indulgentia, ſibique illam applicet, ſicut prohibuit alijs fidelibus, ne talis Indulgentiæ ſuffragia excommunicato applicent. Tertiò tandem. Quia vt excommunicatio ſortiatur ſuum effectum, ſufficit vt priuet excommunicatum applicatione ſuffragiorum Eccleſiæ facta à fidelibus per opera ab ipſis nomine Eccleſiæ præſtita, etiamſi careat priuatione particulari ſuffragiorum, quia gaudet excommunicatus fruendo Indulgentiis datis pro operibus à ſe exhibitis.

QVÆSTIO XVIII.

An orant publicè pro excommunicandis, vitandis, peccet mortaliter, & incurrat minorem excommunicationem?

NEgat incurrere excommunicationem minorem, licet affirmet peccare mortaliter Auila 2.*part.capite* 6.*diſp.*9.*dub.*4. per hæc verba: Sit concluſio, quamuis peccet mortaliter, vt dixi, non tamen incurrit minorem excommunicationem. Sic tenent aliqui Viri docti. Et probatur; nam orare pro excommunicato, non eſt communicare cum illo, quia non eſt orare cum illo, nec coram illo, vt dicunt Caiet. & Syluester ſtatim citandi. Ita Auila.

Sed probabilius reſpondeo; Non ſolùm peccare mortaliter, vt ſupra cum communi diximus; ſed etiam minorem excommunicationem incurrere. Sic Doctiſſ. Nauarr. *cap.*27.*n.* 36. ita ſcribens; Ad tertium, quod incurrit minorem excommunicationem, qui, vt Miniſter Eccleſiæ, aut nomine eius, orat pro excommunicato denunciato: quia ex dictis S. Thomæ *art.*9.*& in* 4.*diſt.* 18.*q.* 2. *art.*1.*q.* 1. colligitur, quod non ſolùm eſt vetitum orare cum excommunicato, vt prædictum eſt, ſed etiam orare pro eo oratione publica Eccleſiæ nomine facta. Sic ille. Ex quo reſponſum manet fundamento Auilæ. Sic etiam Bonacina *diſp.*2.*q.*2.*punct.*1.*num.*5.

DISPVTATIO IV.

De ſecundo effectu maioris Excommunicationis, qui eſt priuatio paſſiua participationis Sacramentorum?

QVÆSTIO I.

An peccet mortaliter Excommunicatus, quodlibet ſuſcipiendo Sacramentum?

RESPONDEO tanquam certum: Peccare mortaliter per ſe loquendo. Quia facit contra prohibitionem Eccleſiæ in materia graui, vtpotè pertinente ad cultum Sacramentorum Eſt namque hæc prohibitio in iure expreſſa, *cap. cum illorum. & cap. Si quem. de ſentent. excomm. In cap. Illud. & cap. Si celebrat. de Cler. excomm. miniſtran.* Et ideo ſic docent omnes Doctores. Canoniſtæ *in cap. cit.* præcipuè Gloſſa *in cap. Illud. diſt.*95.*verb. Negantur.* Vbi ait ad intelligendum de receptione ſingulorum & omnium Sacramentorum: quia cum omnia Sacramenta ſint eiuſdem generis, eodem iure cenſeri debent; *arg. cap. Denique. diſt.*4. & aliis iuribus per Gloſſ. citatis. Theologi *in* 4.*diſt.*18 vbi D.Thom. D.Bonau. Ricard. Palud & alij. Argentina *diſt.*19 *art.*4. Sotus *diſt.*22.*art.*1. Nauar. *c.*27.*n.*18 Couar. *in c. Alma. parte* 1.§.6.*num.*5. Suarez *diſp.*10 *ſect.*1. Alterius *lib.*2.*diſp.*6.*c.*3. Filliuc. *tr.* 12.*c.* 3. Ægid *diſp.*14.*dub.*5 Henr *lib.*13 *c.*10. *&* 12. Auila *part.c.*6.*diſp.*3. Bonac. *diſp.*2.*q.*2.*punct.*2. Vaſq. *de excom. dub.*4. Hurt. *diſp.*4.*de excom.* Layman *lib.* 2.*tr.*4. *part.* 2. Bauny *diſp.* 7. *de excom. maiori à q.*1 Luyſius *lib.* 2. *de Cenſ. diſp.*9. Machado *lib.*1.*part.*3.*tr.*3.*docum.*5. Villal. *tr.*17.*diff.*5. Toletus *lib.*1.*cap.*11. Archangel. *diſt.*18.*&* 19. *à pagina* 225. & alij Summiſtæ. Qui omnes affirmant peccatum ad ſpeciem ſacrilegij pertinere. Meritóque id affirmant, cum verſetur circa mortalem Sacramenti prophanationem.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

An, non ſolum Excommunicatus denunciatus, & publicus percuſſor Clerici; ſed etiam quilibet alius excommunicatus publicus, ſeu occultus, peccet mort. quodlibet recipiendo Sacramentum?

RESPONDEO tanquam certum: omnes peccare mortaliter. Quia non cogimur ad limitationem aliquam adhibendam ob Extrauag. *Ad euitanda*, quia per illam, vt diximus *ſuprà*, nullus fauor tribuitur excommunicato: ergo nullus excommunicatus, quantumuis occultus, eſt liber à priuatione paſſiua Sacramentorum, alioqui magnus, & gratia illi fieret: manet ergo etiam reſpectu illius, ſicut & aliorũ excommunicatorum, integrum ius antiquum per quod priuantur participatione Sacramentorum. Sic omnes. Legantur Nauarr. Couar. Suarez, Alterius *loc. cit.* & Caſtro Palao *de Cenſur. diſput. 2. puncto 7. num. 2.*

QVÆSTIO III.

An duo committat peccata, in confeſſione explicanda, excommunicatus, qui ſcienter Sacramentum aliquod ſumit?

AFFIRMANT Suarez, Henriquez, Bonac. Nugnus, Molfeſ. & alij, quos citauimus 1. *p tract. 5. diſp. 8. §. 8 q. 14.* Quia huiuſmodi, & exercet actum prohibitum, & indignè ſumit Sacramentum: ergo duo committit peccata in confeſſione explicanda.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non committere duo peccata, & ideo non teneri, niſi de vnico confiteri. Quia æquè probabile eſt, in eo caſu non efficere contra duas obligationes ſpecie diſtinctas, cum lex humana ſub eadem ratione formali religionis prohibeat ſub excommunicatione, idem quod lege diuina erat prohibitum. Sic Vaſquez, Alterius, Fagundez, Corduba, & Diana, quos adduximus, *quæſtione* 14. citata.

QVÆSTIO IV.

An Excommunicatus recipiens aliquod Sacramentum; pœnam aliquam, aut Cenſuram, ipſo iure incurrat?

AFFIRMANDUM abſolutè videtur. Quia Excommunicatus ex officio adminiſtrans ſolemniter Sacramentum, incurrit ipſo iure irregularitatem: ergo & recipiens: quià cum ſint correlatiua, eadem eſt ipſorum ratio.

Sed tanquam certum reſpondeo: Excommunicatum recipientem generaliter quodcumque Sacramentum, non incurrere, ipſo iure, aliquam pœnam, aut Cenſuram; benè tamen ſuſcipientem Ordinis tantummodo Sacramentum, contra quem lata eſt pœna irregularitatis.

Prima pars habetur *cap. 1. de excomm. in 6.* & probatur: quia in iure nulla pœna, Cenſura, vel irregularitas eſt poſita generaliter contra excommunicatos præſumentes ſuſcipere Sacramentum quodlibet; ergo tales ſolùm debent puniri arbitrio ſuperioris pro qualitate criminis, & qualitate perſonæ.

Secunda verò *pars* conſtat. Quia Excommunicatus ſuſcipiens Ordinis Sacramentum, ipſo iure incurrit irregularitatem, vt *infrà* cum communi dicemus: ergo. Sic docent omnes. Legantur pro nunc Suarez *diſput. 10. ſect. 1. num. 4.* Vgolinus *tab. 1. cap. 14. num. 12.* Alterius *lib. 1. diſputat. 6. cap. 5. verſ. Secundò quæri poteſt.* Bonacina *diſput. 2. quæſt. 2. punct. 2. §. 1. in fine.* Palao *diſput. 2. punct. 7. num. 6.* Ægidius *diſput. 14. dub 5 num. 32.* & Hurtadus *diſput. 4. de excommunicat. difficultate 1.*

Ad rationem dubitandi, neganda eſt conſequentia. Quia ius commune non poſuit pœnam irregularitatis contra excommunicatum recipientem quodlibet Sacramentum; ſed contra Miniſtrantem: & in pœnis, iuxta veriorem legum interpretationem, fieri non debet extenſio, etiam reſpectu relatiuorum, vt colligitur clarè ex cap. *Latores, de Cler. excomm. miniſtrante.*

QVÆSTIO V.

An ſaltem Excommunicatus poſſit in aliquo caſu recipere Sacramenta, ſine peccato?

RESPONDEO tanquàm certum; poſſe. *Primò*, in caſu, quo excommunicatus ignoraret inuincibiliter huiuſmodi ius, ſeu prohibitionem. *Secundò*, ſi ignoraret, ſe eſſe excommunicatum, aut id non aduerteret, quæ eſſet ignorantia facti. *Tertiò*; ſi vrgeret neceſſitas recipiendi Sacramentum, ob vitandam grauem infamiam, vel ſcandalum, vel mortis periculum, etiam extrinſecus illatum, vel etiam ob eminentem mortis articulum & quid ſimile. Sic omnes. Suarez *diſputat. 16. ſect. 1. num. 4.* Filliucius *tract. 12. cap. 3. quæſito 2. num. 56.* Præpoſitus *in 3. part. queſt. 2. de excommun. dub. 6. num. 39.* Mercerus *in 3. part. q. 11. dub. 4.* Diana *parte 5 tract. 9. reſol. 81.* Bauny *diſput. 7. de excommun. queſt. 7. verſu, ſunt tamen.* Qui ex Reginaldo *lib. 32. cap. 1. n. 2.* addit, quod in his caſibus, non modò excommunicatus non peccet in receptione Sacramentorum, ſed & eorum gratiam recipiat, eo quòd ei non apponit obicem, vtpotè de admiſſis dolens ex animo, Deique cauſa, vt ſupponimus, retinénſque cum eo dolore, habilitatem ad Sacramenta, non obſtante excommunicatione, cum hic eius effectus, voluntate Eccleſiæ in poſtremo euentu, ſcilicet, ſcandali, & mortis, quæ timetur, ceſſet, in priori autem reipſa, ac naturæ iure. Sic ille. Hurtad. *diſput. 4. de excommun. diffic. 1.* Machado *lib. 1 parte 3. tract. 3. docum. 5 num. 2.* & latè Alterius *lib. 1. diſput. 6. à cap. 6.* Palao. *puncto 7. cit. num. 1.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An Sacramenta Confirmationis, Euchariſtiæ, Ordinis, Matrimonij, & Vnctionis Extremæ, recepta ab Excommunicato, ſint valida?

RESPONDEO tanquam certum: eſſe valida, quantum ad ſubſtantiam, etiamſi extante excommunicatione, ab Excommunicato recipiantur. Quia vt hæc Sacramenta rata ſint, ac valida, ſolùm requiritur debita materia, cum forma præſcripta, intentio Miniſtri & recipientis neceſſaria: ſed hæc omnia poſſunt reperiri in Sacramentis excommunicato collatis: ergo tũc rata, & valida erunt. Etiam caſu, quo ab excommunicato ſponte, maláque fide recipiantur: quia etſi illicitè, validè tamen reciperentur; eò quòd Eccleſia nec per excommunicationem poſſit id impedire, cum Sacramentorum natura, & virtus à Chriſti inſtitutione dependeat. Sic omnes. Nauar. *cap. 27. num. 67.* Couarruuias *in cap. Alma, parte 1. §. 6. num. 5. verſ. Cæterum.* Suarez *diſput. 10 ſect. 3. à n. 1.* Graffis *lib. 1. deciſ. cap. 18* Henriq. *lib. 13. cap. 10. n. 1* ita dicens: Sacramenta conferuntur validè homini excommunicato. Non quidem Baptiſmus, ante quem nemo excõmunicatur; ſed Cõfirmatio, Euchariſtia, Vnctio, & Matrimoniũ, (de abſolutione dicetur poſtea) ſed conferens, aut recipiens ſcienter peccat mortaliter. Et excõmunicatus

qui ſic recipit Ordines,etiam minores ſit irregularis, &c. Sic ille,& apud ipſum *lit. A.* D.Thom. Sotus,Victoria , & alij, Bauny *diſput 7.cit.quaſt.2.aſſertione* 1. Qui id latè probat inductione facta per dicta quinque Sacraméta.Diana *parte 5.tract.9.reſolut.*82.Alterius *lib.1.diſput.6.cap.5.pag.*63. Bonacina *diſput.2. quaſt.2. punct.2.§.1.num.*1. Vaſquez *de excommun.dub.*4.Auila. *cap.6.diſput.3.dub.*4. dicens , id certum eſſe apud omnes. Filliucius *cap.3.cit. quaſ. 3. num.*57. Reginaldus *lib.32.num.*4.Hurtadus *diſput. 4. de excommun.diffic.*3. Qui etiam id de ſingulis Sacramentis præfatis probat , præcipuè de Matrimonio , (contra Martinum de Magiſtris)ex cap. *Significaſti, de eo qui duxit in matrimon. quam polluit.* Et alij omnes.

QVÆSTIO VII.

An Excommunicatus , qui ſic matrimonium contraxit, poſſit licitè ſolemnem in Eccleſia benedictionem recipere , ante excommunicationis abſolutionem ?

RESpondeo tanquam certum : quod non. Quia illa benedictio , eſt quædam ſpiritualis communicatio , & veluti quoddam Eccleſiæ ſuffragium,quibus bonis priuatus eſt excommunicatus. Sic docent Doctores in cap. *Significaſti , nuper cit.* Nauar.*in cap. Conſideret , §. Cautus , de pœnit.diſt.5.num.*16.Couar. *in cap. Alma,part.*1.§.6.Suarez *diſput.10.ſect.3.num.*4. Alterius *lib.1. diſput.6. cap. 5. verſ. Si interroges.* Qui ſecus dicendum affirmant , loquendo de vſu ipſius Matrimonij , qui eſt ipſa copula ad procreationem liberorum , nam hæc per excommunicationem non impeditur , nec cohabitatio aut petitio , ſeu redditio debiti.

QVÆSTIO VIII.

An Excommunicatus ſuſcipiens Sacramentum Ordinis maneat ſuſpenſus ab vſu Ordinis ſuſcepti ?

RESpondeo tanquam certum. Manere ſuſpenſum; ita vt , etiam obtenta abſolutione ab excommunicatione , nullo modo poſſit exercere actus illius donec diſpenſatus fuerit , etiamſi ignorans culpabiliter ordines ſuſceperit. Sic habetur in cap. *Præter hoc , §. verum , diſtinct.32.& in cap.1.& vlt. de eo,qui furtiuè Ordin. ſuſcept.* Sic communis omnium. Suarez & Alterius *loc. cit.* Legantur dicenda à nobis *tract. de ſuſpenſ.*

QVÆSTIO IX.

An Pœnitentiæ Sacramentum , bona fide , vel in neceſſitate , aut cum inuincibili ignorantia, ab Excommunicato ſuſceptum , ſit ratum , ac validum ?

NEgant eſſe validum , ac ratum plures Doctores. *Primò* , quia excommunicatio priuat vſu,aut receptione Sacramentorum ; cap. *Si celebrat. de Clerico excommunicat. miniſtrante :* Ergo homini excommunicato collata non erunt valida. *Secundò*, quia Miniſter excommunicatus nequit abſoluere validè ; vt *infrà* : ergo nec pœnitentiæ Sacramentum ab excommunicato validè recipi. Ita tenent Syluefter *verb. Confeſſ.1.quaſt.3. Confeſſor.3.num. 12.* & *verb. excommunic.4.num.*1.Adrianus *quaſt.3.de Clauibus.* Paludan. *in 4.diſtinct.17.quaſt.6,artic.1.& diſt.18.q. 9. artic. 2.* Gabriel *quaſt.1.art.3.dub.*2.Maior *quaſt.9* Sot. *diſt.22. quaſt.1.art.*1. Ledeſma 2. *p.4.q.23.artic.*1. Petrus Ledeſma *in ſumma cap. 20. de pœnit. §. la ſegunda duda.* Vaſquez *de excomm. dub. 4. num.* 8. Sancius *in ſelectis diſput. 32. num.* 11. Hurtado *diſput.8. de pœnit.diffic.7. & de excommun.diſput.4. diffic.*3. & Megala *in 1.parte lib.5.cap.19.quaſt.*4. Quos omnes pro hac parte retulimus 1.*part.tract.5.diſput.5.quaſt.*77. His addi poſſunt Viualdus 2.*parte candelab. de excommun. n.* 30.*concl.*1. qui quamuis *in 2. concluſ.* dicat oppoſitam ſententiam eſſe probabilem , & in praxi tutam , in prima tamen affirmat , hanc eſſe communiorem , & valde probabilem,D.Anton. 3. *part. tit.* 14. *cap.* 19. §.4. Felinus, Ioan. de Medina, Gerſon , Roſella , Tabiena, & alij quos citat Henriquez *lib.16. cap. 12. lit. E.* Ita etiam Archangalus *diſtinct.*18.*col.*29.*lit.C.* Luyſius Turrian. *lib. 2. diſput. 9. dub.* 4.

Sed probabiliùs reſpondeo : validum , ac ratum eſſe dictum pœnitentiæ Sacramentum ; & ideo non teneri pœnitentem illud reiterandum , caſu quo , vt ſupponit quæſtio , bona fide , aut in neceſſitate , aut naturali obliuione,aut inuincibili ignorantia excommunicationis, proceſſit , & abſolutus fuit à peccatis, antequam ab excommunicatione. Quia quamuis abſolutio à peccatis , ante abſolutionem ab excommunicatione ſit prohibita , ita vt , qui illam dat , & qui illam recipit ſcienter , mortale ſacrilegium committant , nullo tamen iure eſt irrita ; & iure quidem optimo , cum nullo modo ſit de eſſentia huius Sacramenti, quod pœnitens prius abſoluatur ab excommunicatione , quàm à peccatis. Sic Nauar. *in cap. 1. de pœnit.§. Cautus, num.*23. & *cap.vlt. num.*38. & 45. Pet. Sotus *lect. 4. de excommun.* Couar. *in cap. Alma mater , 1.p.§.2.&§.6.à num.*7. Suarez *de pœnit.diſp.31. ſect.3.num.6.& de Cenſur. diſput.10.ſect.3.num.*9. Vbi pro hac parte citat Adrianum, Paludanum, & Medinam. Sanchez *lib.2.ſum.cap.8.n.*5. Tolet. *lib.3.cap.*10. Laymann. *lib.5.tract.6.cap. 12.num.12.& lib.1.tract.3. parte 2. cap.2. num.*1 Ægid. 1.*parte diſput.8. num.*104. & *de Cenſur. diſput.14.dub.5. num.*28 Lugo *diſput.16. de pœnit. num.*614. Villalobos *tom.1. tract.9. diffic.40. num.*7. Diana 5. *part. tract.4. reſolut.78. & tractatu 5. reſolut.*68. & *part. 5.tract.9. reſolut.*82. Bonacina, Coriolanus,& Thomas à Ieſu, quos omnes citauimus 1. *parte quaſt.77. cit.* Quibus nunc addi poſſunt , Alterius *lib.1.diſput. 6.cap.* 5. Auila 2.*parte cap.6. diſput.3. dub.4.verſ.Tertia opinio , & verſ. Prima concl.* Victoria *in ſum. tit. de excommun.n.*3.Henriquez *lib.13. cap.12. num.*2. ita benè dicens : Secundò , ſi nihil ex neceſſariis ad Sacramentum deſit ex parte pœnitentis , valet peccatorum abſolutio , impenſa excommunicato: & confert ei effectum gratiæ , vt ſi confeſſio ſit integra , & cum dolore , ac debito propoſito : & ab eo præcepto (ne excommunicatus indignè recipiat) excuſetur per ignorantiam. Sic ille. Et penes illum, *num.1.lit. B.* Angel. Angles, Ricard. Monal.& alij. Sic etiam Valentia *tom.4. diſput. 7. quaſt.17.puncto* 2. Sayrus *tom.1.lib.2 .cap .2.num.*3.Raynaudus *de monit. parte 2. cap.2. num.* 8. Bauny *diſput. 7. de excomm.q.2. Aſſertione* 2. Graffius *lib. 1. deciſ. cap.*18. Llamas 1.*p. method. cap.9.§.13. pag.* 1[illegible]. vbi reddit rationem noſtræ opinionis , ita dicens : Quia Mater pientiſſima Eccleſia , in caſu inculpabilis ignorantiæ , vel obliuionis,vel naturalis inaduertentiæ , neminem intendit iuriſdictione priuare , vel abſolutione incapacem reddere. Sic Llamas, Vgolinus *tab. 2. cap.7.§.2.* Reginaldus *lib.6.num.*162. Machad. *lib.1.part.3.tract.3. docum.5. num.*4. Syluius *in ſupplem. quaſt.21. artic.* 4. Baſſæus *excommunic.3. num4. verſ. Sed grauiſſima* , qui tamen malè citat pro hac parte Vaſquium *eodem loco* à nobis pro oppoſita *citato.* Cornejo *diſput. 10. de excommun.§.2.dub. vlt.* Palao *diſput. 2. puncto 7. num.* 4. & alij communiter.

QVÆSTIO

QVÆSTIO X.

An Sacramentum Pœnitentiæ receptum ab Excommunicato ſit validum, etiam quando hic ad illud acceſſit volens priùs à peccatis, quàm ab excommunicatione abſolui?

AFfirmant adhuc in hoc caſu eſſe validum tale Sacramentum, licet informe, Caiet. *in ſum. verb. Abſolutionis impedim.* quem citat, & ſequitur Couar. *in cap. Alma 1. part. §.6. num.7. verſ. Cæterum Caietanus.* ita dicens: Planè vbi excommunicatus non confitetur, nec manifeſtat Sacerdoti ſtatum eius, & peccatum, quod vel ex ſcientia iuris, vel ex ſupina ignorantia contraxit, volens abſolui à peccatis priuſquam ab excommunicatione, dubio procul confeſſio integra non eſt, & hac ratione ſacramentalis abſolutio minimè confertur, eritque iteranda confeſſio. Quod ſi excommunicatus manifeſtet Sacerdoti excommunicationem, & culpam illam, qua afficitur, vel ſcientia iuris, vel ignorantia ſupina; volens, prius à peccatis, quàm ab excommunicatione abſolui, & nihilominus abſoluatur, dicendum erit abſolutionem ſacramentalem eſſe, non obſtante obice, qui eius effectui oppoſitus eſt, atque ob id minimè iterandam eſſe confeſſionem, ſi ſequamur opinionem, quam ex D. Thoma in dicto numero decimotertio adduximus. At ſi contrariam ex Adriano, Medina, & aliis probauerimus, ſatis itidem probari debet & hæc quarta concluſio contra Caietanum, cuius tandem opinio, vt inibi diximus, frequentiori Theologorum iudicio probatur. Hucuſque Couarruuias.

Sed probabiliùs longè, imò vt mihi certum reſpondeo: tale Sacramentum, ſic ab excommunicato receptum omnino eſſe inualidum, ideóque reiterandum conſequenter. Sic optimè Nauarrus *cap.9. citat. num. mihi* 5. ita dicens: Secundò deducitur, inanem eſſe abſolutionem conceſſam illi excommunicato, qui non ſolum intelligit ſe eſſe excommunicatum, ſed etiam nouit eſſe lethalem culpam; vel recipere, vel procurare ſibi dari abſolutionem à peccatis, antequam ab excommunicatione abſoluatur. Quoniam huiuſmodi defectus eſt ſubſtantialis, non quia abſolutio excommunicato impenditur ſcienti ſe talem eſſe, ſed potiùs, quia integram confeſſionem non facit, ſiquidem non confitetur peccatum illud, quod perpetrat, petendo ſibi abſolutionem conferri, ſciens, ſe peccare petendo, & accipiendo eam, & Sacerdotem impendendo. Et quamuis integra fuiſſet confeſſio; putà ſi ipſe confiteretur illud peccatum, quod in expetenda abſolutione committit, tamen adhuc nihil valeret, quia deficit contritio, vel attritio debita, quæ confeſſionem comitari debuiſſet, vt conſtat ex ſupradictis *in cap.1. num.37. & ſeq.* Hucuſque Doctiſſ. Nauarr. Et poſt illum, Henriquez *lib.11. cap.12. num.2.* per hæc verba: Si ligatus excommunicatione etiam minori velit ſcienter abſolui à peccatis ſine abſolutione excommunicationis, (& præſertim ſi confeſſarium induxit, vt ita ageret) irrita eſt abſolutio, quia confeſſio non eſt integra & cum dolore, & propoſito debito. Sic ille. Viualdus *de excommunicat. num.31. concluſ.3. pag. mihi* 11. his verbis: Quando excommunicatus maiori excommunicatione accedit ſcienter, & intelligit ſe malè facere, tunc confeſſio eſt nulla, ſiue confiteatur illud peccatum, quod ibi committit, ſiue non. Communis, vt notat Nauarrus *ſuprà.* Et hoc modo limitandus eſt Caiet. qui locutus eſt generaliter. Ita Viuald. Qui certè benè explicat Caietanum, Auila *2. parte cap.6. diſputat.3. dub.4. concluſ.3.* Alterius *cap.5. cit. pag.66.* Bauny *diſputatione 7. de excommunicat. quaeſt. 2. verſ. Dixi in aſſertione.*

QVÆSTIO XI.

An etiam Sacramentum Pœnitentiæ ſit inualidum, ſi ſuſcipiatur ab excommunicato culpabiliter mortaliter ignorante ſe eſſe excommunicatum, vel quod eſt mortale ſic accedere?

NEgant plures Doctores, exiſtimantes in hoc caſu confeſſionem eſſe validam, ſed informem; hoc eſt, quod pœnitens talis non recipit fructum ſeu gratiam Sacramenti; non tamen tenetur repetere peccata, ſed dumtaxat illud quod committit, accedendo dicto modo ad confeſſionem. Ita Caietanus *verb. Abſolutionis impedim. & verb. Confeſſionis iteratio, & tom.1, opuſc.5. quaeſt.2.* quem citat, & ſequitur Nauarrus *in cap. Fratres, de pœnit. num.45.* & *in manuali cap.9. num. mihi* 4. Ricardus *diſtinct.* 16. *artic.9. q.2.* Auila 10. *nuper cit.* Viualdus *loco etiam cit. concluſ.* 4. Henriquez *lib.13. cap.12. num.2.* ita ſcribens: Quintò: admiſſa vera ſententia, interdum dari confeſſionem informem, quæ iteranda non ſit Si pœnitens ex ignorantia vincibili, quæ ſit peccatum mortale, ſed non craſſa, omiſit confiteri propriam excommunicationem, aut monere Confeſſarium, vt prius abſoluat ab illa, quàm à peccatis, hic recipit verum abſolutionis Sacramentum, ſed informe, & abſque effectu gratiæ: nec tenetur iterare amplius confeſſionem illorum peccatorum. Ita Henriquez, & penes illum, Nauarrus *loc. cit.* Couar. Sotus, Canus, & alij.

Sed multò longè probabilius reſpondeo: etiam tale Sacramentum ſic ſuſceptum ab excommunicato, eſſe inane, & inualidum, ac proinde omnino reiterandum. *Primò*, quia prædictus excommunicatus culpabiliter mortaliter ponit obicem gratiæ: ergo nec recipit Sacramentum nec conſequenter fructum eius. *Secundò*, quia confeſſio facta cum conſcientia mortalis culpæ, eſt mortalis, & conſequenter nulla omnino: ergo talis etiam erit confeſſio facta ab excommunicato ſciente verè ſuum impedimentum, aut ſi illo ignorante, non niſi vitioſè, ac cum mortali culpa. Sic docent communiter Doctores, præcipuè, & à fortiori omnes citati pro prima ſententia *quaeſt.9.* Suarez *diſput.9 ſect.3. num.9.* Vgolinus *tab.2. cap.7. §.2. n.6.* Sayrus *lib.1. cap.2. num.2.* Ægidius *diſputat.14. dub.5. num.29.* Fillilucius *tract.12. cap.3. à num.* 58. Bonacina *diſput.2. quaeſt.2. punct.2. §.1. num.1. verſ. Si verò culpabiliter.* Qui tamen malè citat pro hac parte Henriquez, eodem loco, quo nos pro contraria adduximus, vt ex eius verbis conſtat. Bauny *diſput.7. de excommun. quaeſt.2.* Diana *parte 5. tract.9. reſolut.*81.

QVÆSTIO XII.

An Abſolutio data à peccatis, & non ab excommunicatione, ſit per ſe, & directè, ac ex natura rei, valida?

NEgare debent, qui negant, abſolutionem peccatorum valere, caſu, quo pœnitens, manente excommunicatione, etiam minori, abſoluatur à peccatis. Sunt autem Syluest. Gabr. Palud. Adrian. Maior, & alij pro prima ſententia *ſup. q.9.* relati. Et probatur. Quia Eccleſia potuit per excommunicationem à paſſiuo Sacramentorum vſu ita arcere aliquem, vt attentata receptio eorum eſſet inanis & irrita, ſicut potuit Sacramentum Matrimonij inter affines, & conſanguineos irritare: at id non poſſet, ſi ex natura rei, & per ſe eſſet valida abſolutio à peccatis data ante abſolutionem excommunicationis: ergo.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo: dicendum, quod talis abſolutio, per ſe, abſolutè, directè, & ex natura rei ſit valida. Probatur. Nam omnium opinione,

nione, ac ſenſu, poſſunt Sacerdotes, cum ad eos pœnitentes adeunt, caſibus reſeruatis impediti, qui excommunicationem annexam habent, vrgétque neceſſitas abſoluendi, nec eſt facilis ad eum, qui excommunicauit, additus, poſſunt (inquam) à peccatis abſoluere, & eos pro abſolutione Cenſuræ ad Superiorem remittere, vt docet praxis Eccleſiæ, & conſtat ex dictis 1. *parte tract.* 5. *diſputat.* 12. *quæſt.* 33. ergo ex praxi Eccleſiæ conſtat, excommunicationem per ſe, & directè vim, aut effectum Sacramenti non impedire. Sic ſentire debent Authores citati ſupra pro noſtra ſententia *quæſt.* 9. Legantur Bauny *diſputat.* 7. *de excommunicat. quæſt.* 3. *dicto* 2. *pag.* 254. Qui ad argumentum pro oppoſito adductum, negat Eccleſiam poſſe per ſe primò, ac directè, ſic aliquem à paſſiuo Sacramentorum vſu arcere, vt hæc ſint, cum ſuſcipiuntur inualida: quia eorum valor à materia, forma, eorúmque applicatione cum intentione debita pendeat: at hæc, cum ſint iuris diuini, non ſubſunt Eccleſiæ, aut Pontifici: ergo directè & per ſe primò, facere nequeunt, ne ſuſcepta operentur in anima, id cuius cauſa ſunt à Deo inſtituta. Poſſunt tamen per accidens vſum illum impedire, & de facto id faciunt, quando occaſione peccati, quod Cenſura plectitur, iuriſdictionem actualem excommunicato adimunt, ſine qua, pœnitentiæ vis ad productionem gratiæ, eſt nulla. Sic Bauny. Et ante illum, Alterius *lib.* 1. *diſput.* 6. *cap.* 5. *Ad quintum.* Qui ſecundò reſpondet, quod gratis conceſſo, quod Eccleſia poſſit ita priuare excommunicatum paſſiua receptione Sacramentorum, vt Sacramenta per ipſum recepta, ſint irrita, & nulla; non tamen hinc infertur neceſſariò, quod ita de facto diſpoſuit; quia nullibi reperitur in iure ſtatutum, & effectus excommunicationis, pendent ex voluntate Eccleſiæ. Vnde voluit, vt ſuffragia communia, non prodeſſent excommunicato, de quo poterat diſponere; de Sacramentorum verò receptione, nihil dixit, nec decreuit, quia ſunt iuris diuini.

Ad inſtantiam verò de Matrimonio dicendum, quod ex eo quod Eccleſia ſtatuerit, Matrimonium inter conſanguineos vſque ad quartum gradum contractum eſſe inualidum, non ideo diſpoſuit de illo, vt Sacramentum eſt, ſed quia Matrimonium, inter alia Sacramenta, habet hoc peculiare, nempè, vt ſit contractus, ſub hac ratione declarat Eccleſia, quas conditiones debeant habere, qui contrahere volunt matrimonium, vt talis contractus ſit validus, & ſubſiſtat.

QVÆSTIO XIII.

An, quando excommunicatio in foro interiori eſt nulla, poſſit excommunicatus, priùs à peccatis, quàm ab excommunicatione, abſolui?

RESpondeo poſſe: Quia talis excõmunicatio, verè, & ſimpliciter non eſt excommunicatio, ſed tantùm in foro externo, vt ſupra eſt habitum: ergo prò foro conſcientiæ, non eſt eius quærenda abſolutio: ergo, quæ eſt à peccatis anteponi poteſt ei, quæ eſt à Cenſuris. Sic Bauny *diſp.* 7. *de excomm. quæſt.* 3. *dicto* 3.

QVÆSTIO XIV.

An Miniſtri Eccleſiæ, mortaliter, ex vi Cenſuræ, peccent, dando Sacramentum aliquod excommunicato euitando, ſeu, non tolerato ab Eccleſia?

RESpondeo tanquam certum: mortaliter, etiam ex vi Cenſuræ, peccare. Quia ſic in primis colligitur ex *cap. Epiſcoporum, de priuileg. in* 6. *ex cap. Significaſti, & cap. Cum deſideres, de ſent. excomm.* vbi generatim omnibus ſub graui pœna interdicitur communicatio cum excommunicatis in rebus ſacris, & præcipuè in vſu Sacramentorum: ergo manifeſtum eſt, mortaliter peccare Miniſtrum dãdo excommunicato euitando Sacramentum quodlibet: niſi aliàs illum aliqua neceſſitas, vel alia cauſa grauis excuſet; vt *infrà.* *Secundò*, quia per Extrauag. Concilij Conſtanc. nihil innouatum eſt circa excommunicatos euitandos, hoc eſt, denunciatos, & publicos percuſſores Clericorum, vt *ſup.* eſt habitum: ſed ſic eſt quod ante dictum Concilium, prohibitum erat Miniſtris Sacramentorum, præbere illa excommunicatis quibuſcumque, vt conſtat ex multis decretis 11. *q.* 3. ergo & nunc prohibitum manet illis tribuere Sacramenta excommunicatis euitandis. Sic docent omnes. Legantur Suarez *diſp.* 10. *ſect.* 2. *n.* 2. Alter. *l.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 4. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 2. *n.* 5. Filliuc. *tract.* 12. *c.* 3. *quæſ.* 4. *n.* 62. Vgol. *tab.* 2. *cap.* 7. §. 1. Palao *diſput.* 2. *punct.* 7. *num.* 7.

QVÆSTIO XV.

An Miniſter peccet mortaliter, adminiſtrando aliquod Sacramentum excommunicato laboranti ignorantia inuincibili, ſeu obliuione, ſe eſſe excommunicatum?

RESpondeo tanquã certũ: peccare mortaliter talem Miniſtrum, ſi conſcius eſſet talis excommunicationis, etiamſi non peccaret ipſe excommunicatus recipiens à dicto Miniſtro Sacramentum. Ratio primi eſt, quia propter ignorantiam ſubditi non liberatur Miniſter à tranſgreſſione præcepti Eccleſiæ de non communicando in diuinis cum excommunicato. *Ratio verò ſecundi eſt.* Quia ignorantia, ſi inuincibilis eſt, ipſius excommunicationis, ſeu ſi illius oblitus ſit, ipſum excommunicatum excuſat. Sic Suarez *num.* 5. Alterius *loc. cit. verſ. Poteſt tandem.* Bonacina *n.* 5.

QVÆSTIO XVI.

An, quoties Excommunicato eſt licitum, recipere Sacramentum; licitum ſit quoque Miniſtro, illud ei conferre?

NEgatiuam ſententiam tenere Vaſquez *de excommunic. dub.* 4. *num.* 8. ait Bonacina *vbi infrà.* Sed certè falsò hoc illi tribuit; nam ibi Vaſquez ſolùm docet, quod non liceat excommunicato, propter ſcandalum vitandum nec dare, nec recipere Sacramenta; de quo *infrà.* Vnde

Tanquam certum reſpõdeo: licitum eſſe Miniſtro. Quia tota ratio prohibitionis miniſtrandi Sacramenta excommunicato, quam habet Miniſter, oritur ex indigna petitione ſubditi: ergo quoties ſubditus excommunicatus, non obſtante Cenſura, non peccat petendo, & recipiendo Sacramenta; nec alter peccabit miniſtrando. Imò, ſi Ordinarius eſt Paſtor, tenebitur ex iuſtitia adminiſtrare Sacramenta excommunicato in neceſſitate cõſtituto; ſi verò nõ ſit Ordinarius, tenebitur ex charitate, pro ratione neceſſitatis; quæ quidem debet eſſe talis, vt excommunicatus non poſſit priùs abſolui ab excommunicatione, antequam recipiat Sacramentum, quia ſi ipſe Miniſter poſſit priùs abſoluere ab excommunicatione, quàm conferre Sacramentum, non poteſt ſine peccato, ante abſolutionem, adminiſtrare Sacramentum, quamuis reus, non peccaret ſi in tali neceſſitate conſtitutus reciperet Sacramentum ante abſolutionem ab excommunicatione, vbi Miniſter recuſaret abſoluere. Sic Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 6. *cap.* 4. *in principio.*

Bonac.

Digitized by Google

Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 2. §. 2. *num.* 4. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 3. *queſ.* 4. Suarez *diſput.* 10. *ſect.* 2. *num.* 5. & 6. & 13.

Qvæstio XVII.

An ſi Excommunicatus, ita ſit proximus morti, vt non poſſit priùs ab excommunicatione, quàm à peccatis abſolui; poſſit tunc licitè prius à peccatis abſolui?

Affirmat Adrianus *q.* 1. *principali, de clauib. dub. penult.* & Medina *tract.* 1. *de Confeſſione ab excommunic. facta*, & Filliuc. *loc. cit.* quod in hoc caſu abſoluendus ſit priùs à peccatis, quia neceſſitas excuſat.

Sed clarius reſpondeo. *Primò*, quod vix contingere poſſit caſus, vt quis dum confitetur ſit adeò proximus morti, vt animam iam exhalet, antequam Sacerdos tradat abſolutionem ab excommunicatione priùs, & deinde à peccatis. *Secundò*, quod dato tali caſu neceſſitatis, dico, quod nulla dari poteſt, vt cogat Sacerdotem abſoluere à peccatis priuſquam ab excommunicatione. Quia eiſdem verbis poteſt vti ad abſoluendum ab vtroque; nempe. *Ego te abſoluo*, cum intentione abſoluendi à Cenſura, & à peccatis; & tunc ſimul tempore vtraque tollet, prius tamen natura ipſam cenſuram, vt diximus 1. *p. tract.* 5. *diſp.* 2. *q.* 38. Sic Sotus *diſp.* 22. *art.* 1. *verſ. Poſtremum tamen dubium.* Suarez *diſp.* 10. *ſect.* 2. *n.* 7. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 6. *in fine.* & alij.

Qvæstio XVIII.

An Miniſtrans Sacramenta Excommunicato vitando, peccet mortaliter; & pœnam aliquam, aut cenſuram incurrat?

Reſpondeo peccare, & contra religionem, mortaliter: Et incurrere aliquas cenſuras, & pœnas. *Primum* conſtat. Quia admittit ad Sacramenta quem his priuari Eccleſia præcipit, in cap. *Si celebrat. de Clerico excomm. miniſtrante, & cap.* 3. *de priuilegiis.*

Secundum etiam eſt manifeſtum. Nam qui excommunicatis vitandis Sacramenta miniſtrant, & incurrunt excommunicationem minorem, quæ generatim lata eſt propter communicationem cum excommunicatis in ſacris; & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ donec ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerat, ſatisfaciat competenter. Sic habetur *in cap. Epiſcoporum, de priuileg. in* 6, per hæc verba: *Qui verò contra præſumpſerint, præter alias pœnas à iure ſtatutas ingreſſum Eccleſiæ ſibi nouerint interdictum, donec de tranſgreſſione huiuſmodi ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerunt, ſatisfecerint competenter.* Sic Bonifac. VIII.

Addit Clemens III. in cap. *ſignificauit, de ſentent. excommun.* quod Clerici, qui ſcienter, & ſponte participauerunt cum excommunicatis ab ipſo Pontifice, & ipſos in officiis receperunt, eadem excommunicationis ſententia cum ipſis inuolui. Hoc eſt eadem excommunicatione cum excommunicatis incurrant: vt explicat ex Abbate, Gloſſa *in d. cap.* Sed aduerte, quod vt hæc pœna incurratur, quinque conditiones requiruntur. *Prima*, quod excommunicatio ſit Papalis. *Secunda*, quod participatio ſit in officiis diuinis. *Tertia* quod participans ſit Clericus. *Quarta, & quinta* vt ſcienter, & ſponte id faciat, hoc eſt, quod ſciat ſe participare in diuinis cum excommunicatis à Papa, & nec vi, nec metu id faciant, alioqui non ſponte fieret. Quæ omnia expreſsè continentur in textu dicti capitis, & docet Gloſſa *in cap. ſtatuimus, de ſentent. excommunicat. in* 6. Addit *ſextam* conditionem Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 58. ex rationabili vſu receptam, & eſt, quod ſit excommunicatus nominatim, vel æquiualenter ad nominatim. Legantur Suarez *diſputat.* 10. *ſect.* 2. *num.* 9. Diana *parte* 5. *tractat.* 9. *reſolut.* 82. Filliucius *tractat.* 12. *cap.* 3. *numero* 58. & 59.

Qvæstio XIX.

An etiam peccent mortaliter, ex vi cenſuræ, Miniſtri Eccleſiæ, miniſtrando Sacramenta excommunicatis occultis, ſeu toleratis ab Eccleſia.

Reſpondeo tanquam certum: Non peccare ex vi Cenſuræ, ſeu præcepti Eccleſiaſtici. Quia nulla extat prohibitio Eccleſiæ, qua Sacerdos prohibeatur miniſtrare excommunicatis toleratis Sacramenta. Cum potius per Concilium Conſtanc. in Extrauag. *Ad euitāda*, quæ ab Eccleſia eſt recepta, facultas detur fidelibus communicandi cum excommunicatis toleratis in rebus ſacris, & Sacramentis: ergo ex vi præcepti, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, non peccabunt Miniſtri Eccleſiæ, miniſtrando excommunicatis toleratis Sacramenta, (quamuis peccent excommunicati recipientes illa.) Et conſequenter non incurrent pœnas, aut cenſuras, quæ iure antiquo erant poſitæ contra conferentes Sacramenta excommunicatis. Sic omnes. Legantur Suarez *diſp.* 10. *ſect.* 2. *n.* 10 Alterius *lib.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 4. *verſ. ſi verò quæratur.* Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 2. §. 2. *n.* 1.

Qvæstio XX.

An ſaltem peccet Miniſter, contra ius naturale, & diuinum, conferendo Sacramenta Excommunicatis toleratis, quamuis non peccet contra prohibitionem Eccleſiæ?

Negandum videtur. Quia, vt inſuper eſt habitum, Concilium Conſtantienſe conceſſit fidelibus communicare cum excommunicatis toleratis in rebus diuinis, & Sacramentis: ergo hæc miniſtrans illis non peccabit, aliàs nullus fauor redundaret ex tali conceſſione ad Miniſtros Eccleſiæ, ſi in re maneret eadem prohibitio, quamuis ex alio capite.

Sed, vt certum, reſpondeo peccare, & mortaliter, abſolutè loquendo, in aſſignato caſu, contra ius naturale & diuinum. Quia confert Sacramenta indignè petenti. Nam excommunicatus occultus, aut toleratus, ex ſui genere, rem malam agit, cum accedit ad Sacramentum indignè: ergo & malè aget Miniſter cooperans ad hanc actionem, dando ei Sacramentum.

Confirmatur. Nam Eccleſia non poteſt auferre obligationem, quæ prouenit ex intrinſeca natura Sacramenti quod adminiſtratur, qualis eſt, quod Miniſter teneatur iure naturæ Sacramenta tradere tantum dignis, & diſpoſitis: at excommunicatus etiam toleratus, & occultus petens Sacramentum, eſt indignus ad illud recipiendum, & peccat mortaliter recipiendo: ergo & Miniſter, ei Sacramentum conferendo. Sic omnes. Adrianus *in* 4. *q.* 3. *de Clauib.* Driedon. *de libert. Chriſt. pag.* 89. quos citat, & ſequitur Couarr. *in cap. Alma mater.* 1. *p.* §. 2. *in fine.* Suarez *diſp.* 10. *ſect.* 2. *n.* 10. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 4. *verſu, Secundo dicendum eſt.* Vaſquez *de excomm. dub.* 2. *num.* 12. Filliuc. *loc. cit. n.* 65. Bonacina *diſp.* 2. *q.* 2 *punct.* 2. §. 2. *n.* 1.

Et ad rationem dubitandi reſpondeo: *Primò* fauorem Concilij non fuiſſe factum ipſis excommunica-

Digitized by Google

tis toleratis; ſed communicantibus cum illis, in eorum vtilitatem,& commodum,vt ſupra eſt habitum. Vnde priuilegio dictæ conſtitutionis, maiorem facultatem competit modo Miniſtris Eccleſiæ in adminiſtratione Sacramentorum erga excommunicatos toleratos, quam antea habebant. Nam facilius poſſunt eis nunc præbere Sacramenta,quàm antea poterant. Quia nunc facile poſſunt eis fidem adhibere, ſi dicant ſe eſſe abſolutos, imò, ex eo ſolùm quod petant Sacramentum, poſſunt id præſumere, niſi oppoſitum euidenter conſtet, aut & ſic poſſunt eis licitè præbere Sacramenta; quod quidem ſecus erat ante Concilium Conſtanc. quia tunc non erat licitum Miniſtro tradere Sacramentum excommunicato niſi de abſolutione ei aliquomodo conſtaret: ſicut debet hoc tempore obſeruari cum excommunicatis vitandis. Legantur Suarez, & Alterius *citati.* Bonacina *loco citato, num.* 3. & alij.

Qvæstio XXI.

An peccent Miniſtri Eccleſiæ conferentes Sacramenta excommunicato occulto publicè illa petenti?

Reſpondeo tanquam certum: non peccare, caſu quo ſine infamia denegare Sacramenta nequeat. Quia plus obligat præceptum non infamandi proximum, quàm adminiſtrandi Sacramenta, v. g Euchariſtiæ indigno. Sic Suarez, Hurtado, Ochagauia quos citauimus 2 *p.tract.7.diſput.7 quæſt.*57.vbi *q.*56. ſecus dicendum duximus, loquendo de peccatore occulto, occultè petente Euchariſtiam, quod ſcilicet deneganda ſit, etiam à ſuo Parocho; eò quod nullum habeat ius petendi illam: ergo cum aliàs, ſine vlla infamia poſſit illi denegari, omnino denegari debet. Legantur D. Thom. *in* 4.*diſt.*9. *art.*5. Suarez, Hurtado, Ochagauia, & alij *ibid. citati.* Canoniſtæ *in cap. Cum non ab homine, de ſentent. excommunic. & cap. Si Sacerdos, de offic. Ordinar.*

DISPVTATIO V.

De eodem ſecundo effectu excommunicationis; nempe: de priuatione actiua adminiſtrandi,& conficiendi Sacramenta.

Qvæstio I.

An Excommunicati non tolerati (quales ſunt nominatim denunciati,aut publici Clericorum percuſſores) peccent mortaliter, conficiendo, vel miniſtrando Sacramenta?

Respondeo tanquam certum: peccare mortaliter, & committere ſacrilegium,ſi id extra caſum neceſſitatis faciant. Quia id faciunt contra prohibitionem Eccleſiæ interdicentis excommunicatis Sacramentorum adminiſtrationem,*cap. Si celebrat, de Cler. excommun miniſtran.& cap.Latores, eod. tit.*ergo. cum hæc tranſgreſſio ſit de re graui, peccabunt mortaliter. Cauſa autem,cur huiuſmodi excommunicatis interdixit Eccleſia vſum actiuum Sacramentorũ, fuit; quia non decuit Eccleſiam committere bonorum ſuorum vſum, & adminiſtrationem hominibus ſibi parere nolentibus. Vnde hæc reſponſio eſt communis omnium, & conſtat ex dictis *diſput.* 4. *quæſt.* 1. quia tam grauis materia eſt actio miniſtrandi, quàm recipiendi Sacramenta, & tenent omnes ibi citati. Legantur in ſpecie pro hac quæſt. D. Thom. 3. *parte quæſt.*64.*artic.*6. Suarez *diſputat.* 11. *de Cenſuris ſect.* 1. Alterius *lib.*1. *diſput.* 7. *cap.* 1. Ægidius *diſputat.* 14.*de excommun.dub.*5. *à num.*34 Hurtadus *diſput.*4.*diffic.* 2. Auila 2 *parte cap.*6.*diſput.*3. Bonacina *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *punct.*2. §. 3. & 4. Diana *parte* 5. *tractatu* 9.*reſolut.*83. Machado *lib.*1.*parte* 3. *tract* 3. *docum.*6. *num.* 1. Palao *tom.* 6. *de Cenſur. diſput.* 2. *puncto* 8. & alij.

Qvæstio II.

An Ignorantia inuincibilis, aut naturalis obliuiò, ſeu inaduertentia, excuſet excommunicatum à peccato adminiſtrandi, aut conficiendi Sacramenta?

Reſpondeo tanquam certum,ex dictis *ſup.tract.* 1. *diſput.*9. *à quæſt.*2. Excuſare omnino. Quia ſic in ſpecie docetur in cap. *Apoſtolicæ, de Cler. excommun. miniſtrante*, illis verbis: *Verùm quia tempore ſuſpenſionis ignari celebraſtis diuina, vos reddit ignorantia probabiles excuſatos.* Sic Gregor. IX. vbi Gloſſa, & alij omnes Canoniſtæ. Legantur Suarez, & Alterius *loco citato.* Qui omnes, ſecus dicunt,caſu quo ignorantia eſſet craſſa, aut ſupina.

Qvæstio III.

An licitum ſit Excommunicato non tolerato, celebrare, aut miniſtrare alteri Sacramentum; ne ſe infamet,aut occultum delictum ſuum,publicum faciat, & ne ſcandalum generet;aut aliud graue incommodum incurrat?

Negant aliqui Doctores, eo quod exiſtiment, vſum, aut adminiſtrationem Sacramentorum, eſſe vetitum huiuſmodi excommunicato, iure diuino, & naturali; & ideo quamuis ſe infamet, aut prodat, tenetur vitare talem vſum Sacramentorum & adminiſtrationem. Ita Syluester *Excommunicatio* 3. *num.*1. §. *Quintò excluditur.* Couarruuiàs *in cap. Alma* 1.*parte* §.2.*num.* 11. *verſ. Hæc obiter adnotauimus.* Quos citat & ſequitur Vaſquez *de excomm.dub.*3.*n.*6.& 7. Quibus adde Luyſium *lib.*2.*de Cenſur. diſput.* 10 *dub.*2.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: licitum eſſe, in dictis caſibus, excommunicato, habita prius contritione, miniſtare alteri, aut conficere Sacramentum. Quia probabiliùs longè eſt, non velle piam Matrem Eccleſiam, ſuos fideles, cum tam graui damno, ſuis Cenſuris ligare. Quod expreſè conſtat ex Rubrica Miſſalis §. *De defectibus diſpoſitionis animæ.* Vbi decernitur, quod quando Sacerdos in altari exiſtens, *recordatur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum*: non teneatur relinquere Miſſam, ne ſe prodat: *Sed conteratur* (inquit Rubrica)*cum propoſito petendi abſolutionem. Ante conſecrationem autem, ſi non timetur ſcandalum, debet Miſſam incæptam deſerere.* Sic ibi. Ergo clarè cõſtat ex hac Rubrica,quod intentio Eccleſiæ non ſit obligare ſuis Cenſuris Miniſtros ſuos, cum periculo grauis infamiæ,aut ſcandali. Poterunt ergo in prædictis caſibus, habita prius contritione, conficere & adminiſtrare Sacramenta, cum propoſito tamen petendi poſtea abſolutionem. Sic D. Thom. 3.*p.*83.*art.*6. D. Bonauent. *in* 4.*diſtinct.* 13. *in princip* & Sotus *q.*1.*art* 6. Nauar. *in cap.*1.*de pœnit.* §. *Laboret, in fine, diſtinct.*5. & *in ſimili caſu, in man. cap.*21.*num.*49.& *cap.*25. *numero* 76. Caſtro *lib.*2. *de lege pœnali cap. vlt.* Suarez *diſputat.* 11. *sect.*1. *num* 4. & antea *diſp.*6.*ſect.*3.*à num.*7 (non *diſp.*7.*ſect.*2.vt inuenies

uenies citatum apud eundem Suarium *num.4.cit.*) Vbi latè id probat. Alterius *lib.1. diſp. 6. cap.8. in fine, & diſp.7.cap.1.prope finem.* Ægid.*diſp.14 dub 5.n.34.verſ. Ad vitandam autem infamiam.* Bauny *diſp.8 de excomm. q.4.* per hæc verba: Dixi; *extra caſum neceſſitatis moralis*, hæc enim cum adeſt, ſiue ſit intrinſeca ratione ſcandali, aut infamiæ, quam ſibi excommunicatus apud plebem metuit, niſi celebret (maximè ſi in eo loco degat vbi eius excommunicatio non eſt nota, nam vbi eſt cognita, infamia iuſtè timeri nequit) ſiue extrinſeca ratione mortis, quæ ei proponitur, niſi pareat, iuſta eſt illa cauſa, Sacramenta non negandi poſtulanti. Sic ille. Layman *lib.1.tract.5.cap. 2. num.5.* Præpoſitus *in 3.p.q.2.de excomm.dub.8.n. 44.* Corneio *diſp.10.de excomm.§.1.dub. 1.* Palao *diſp.2.punct.8.n 4.* Diana *part.5.tract.9.reſol.83.* & alij cõmuniter penes ipſos. Legantur dicta à nobis *ſupra tract.1.diſp 9.q.25. & ſequen. & part. 2.tract.7.q.39.*

QVÆSTIO IV.

An Excommunicatus non toleratus, aut vitãdus, poſſit miniſtrare Sacramenta ob mortis periculum vitandum?

NEgant expreſsè Vaſquez *de excõmun.dub.7.n.15.* his verbis: Mihi videtur, quod non liceret, etiam ob mortem vitandam, cum excommunicato communicare in communione Sacramentorum: quia ſiue ab excommunicato confecantur, ſiue illi dentur, ſemper fit iniuria Sacramento, & hac ratione Herminigildus ab hæretico Euchariſtiam noluit ſumere, ſed potius mori, vt refertur *cap. Herminigildus 24.q.1.* Sic ille ibi. & anteà *eod.tom.4. q.93. art.1.n. 16 & 17. & 1.2.diſp. 161.c.vlt.n.17.* Cuius doctrinam ſequitur Luyſius, ſuus doctus Diſcipulus *lib.2.diſp.10.dub.3.* referens pro hac eadem ſententia Syluestrum *excomm.5.n.6.* & Nauarrum *cap. inter verba 11.q. 3. preludio 3.* (non *practica 3.* vt leges apud Dianam) & alios.

Sed, iuxta dicta, probabilius longè reſpondeo: poſſe in dicto caſu miniſtrare Sacramenta alicui, habita contritione, prius. Quia lex Eccleſiaſtica nec obligat cum tanto mortis periculo; nec pia Eccleſia mater id intendit, ſed potius in eo caſu effectum excommunicationis ſuſpendit. Eſt communis ſententia Doctorum. Suarez, Alterius, Ægidius, Præpoſitus, Corneio, Palao *loc.cit.* Bauny *loco* etiam *cit.* Quia (inquiens) non videtur Eccleſia, ſeueritate tanta imperare ſuarum legum cuſtodiam, vt has ſeruari velit, cum periculo infamiæ, ſcandali, aut capitis. Diana *reſol.83.cit.* & expreſſius *reſol.96.* Faber *in 4.ſent. diſt.25.q.1.diſp.4.c.4. num.165.* & alij communiter. Imo tandem, ipſimet Vaſquez & Luyſius, nobiſcum ſentiunt dicendo: Poſſemus dicere, licitum hoc eſſe, non quia licitum ſit, manente excommunicatione, ſed quia pro tali euentu, Eccleſia non vult aliquem excommunicare. Sic illi, & alij ſupra citati. Qui benè addunt hanc reſolutionem eſſe intelligendam caſu, quo ex tali Sacramentorum adminiſtratione, (aut receptione) nec ſcandalum ſequatur, nec Religioni inferatur iniuria, quia tunc prius debet quis mori, quam Sacramenta miniſtrare, aut recipere, vt fecit ob hæc, Herminigildus Rex, vt colligitur clarè ex Gloſſa *in d. cap. cœpit Herminigildus*, ex quo ſoluta manet inſtantia ex *dicta cap.* à Vaſquio pro ſe adducta.

QVÆSTIO V.

An Sacerdos excommunicatus vitandus, poſſit, caſu, quo ſit morti vicinus, & non habeat aliũ, cui poſſit confiteri, licitè miniſtrare ſibi Euchariſtiam, ſiue celebrando Miſſam, ſiue ſumendo formam ex præconſecratis?

NEgant, vel ſaltem dubitant, nonnulli quos ſuppreſſis nominibus, refert Suarez *diſp. 11.ſect. 1. n.3.* eo quod Sacramentum Euchariſtiæ non ſit ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem. Et quidem aptè tenet hoc ipſum, in caſu ſimillimo, Aula *2.part. ar.6. dub.3.concluſ. 4.* & penes ipſum, Victoria, Cano, & Palatios.

Sed longè probabilius, imo vt mihi certũ, reſpondeo: poſſe licitè ſibi Euchariſtiam, quouis modo ex dictis miniſtrare (habita prius contritione) quia licèt hoc Sacramentum in re ſumptum, non ſit ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, ſatis eſt, quod ſit valde vtile, & ex præcepto diuino neceſſarium, vt non teneatur tunc Sacerdos ab eo abſtinere, cum tanto ſui detrimento. Præſertim, quia ſi talis Sacerdos fortè non eſt contritus, ſed tantùm attritus; tunc tale Sacramentum erit ei vnica, & efficax cauſa ſalutis, ac proinde ei talis Sacramenti receptio ſimpliciter erit neceſſaria ad ſalutem. Quod à fortiori conſtabit ex dicendis neceſſitate tertiæ perſonæ. Sic Suarez *diſp.11.ſect.1.n.3.* Alterius *lib.1.diſp.7.cap.1.verſ.ſi autem.* Præpoſitus *in 3.p.q.2.de excomm.dub.8.n.41.* Hurtadus *diſp.4.de excomm.diff.2.verſ.Circa hanc difficultatem.* Corneio *diſp.10.de excomm.§.1.dub.1.num.3 verſ. Infero tertio.* Filliucius *tract.12.c.3.quæſ.6.n.68. dicto 2.* Diana *reſol.83.cit.*

QVÆSTIO VI.

An Excommunicatus vitandus poſſit, vrgente extrema neceſſitate alterius, licitè miniſtrare Sacramentum Baptiſmi?

REſpondeo tanquam certum, poſſe. Quia in hoc euentu ſtrictius obligat præceptum naturale ſubueniendi proximo in eo periculo, quàm prohibitio humana non adminiſtrandi Sacramentum illud. Sic habetur definitum *in cap.ſi quem fortè 24.q.1.& in cap. Præter.§.Verum,diſt.32.* vbi hæc verba habentur: *Subito morituro prius Baptiſmate, quàm Dominici corporis communione, vel alijs Sacramentis conſulitur, & dum fortè Catholicus non inuenitur, ſatius eſt ab hæretico Baptiſmi Sacramentum ſumere, quam in æternum perire.* Sic omnes. Legantur D Thom *3.p.q.64 art.6.ad 3.& in 4 diſt.5. q.1.art.2.q.5.* vbi Riccard. Sotus, & alij Scholaſtici. Suarez *tom.3.diſp.71 ſect.5.& tom.5.diſp.11.ſect. 1.n. 5.* Alterius *lib.1.diſput.7.cap. 3.* & alij nuper citati.

QVÆSTIO VII.

An dictus excommunicatus vitandus, non ſolùm poſſit, ſed etiam teneatur ſub mortali, miniſtrare Baptiſmum paruulo, aut adulto non baptizato, animam agenti?

REſpondeo tanquam certum: Non ſolùm poſſe, ſed & teneri ſub mortali. Quia iſte verè tenetur ſubuenire pereunti fame ad ſaluandã eius vitam corporalem, *c. Paſce, diſt 89.* ergo à fortiori tenebitur baptizare moriturum ſine baptiſmo, ad ſaluandam eius vitam ſpiritualẽ Sic Scot *in 4.diſt.5.q 2.* Nauarr. *c.22.* (non 21. vt citatum inuenies apud Petrum Corneio) *n.6.* vbi ſic ait: Tertiò (ſubintellige, *peccat mortaliter,*) qui eſt in cauſa, aut in notabili culpa, vt aliquis ſine

Digitized by Google

Baptiſmo moriatur, aut renuit dare Baptiſmum petenti in articulo mortis, cum nullus eo aptior ipſum baptizare velit. Sic ille. Corneio *diſputat.* 10. *de excommun.* §. 1. *dub.* 2. *verſ. Quæ concluſio*, & antea Paludanus *in* 4 *diſt.* 5. *quæſt.* 2. *art.* 1. & Reginaldus *lib.* 27. *num.* 45. Quos nos citauimus; & pro hac eademmet parte 1. *parte tract.* 2. *de Baptiſmo*, *diſputat.* 4. *quæſt.* 5. *verſ. Nota hic.* Legantur etiam Sayrus *lib.* 2. *Theſauri cap.* 2. *num.* 11. & 18. Suarez *diſput.* 21. *ſect.* 2. *num.* 14. Auila 2. *parte cap.* 6. *diſput.* 3. *dub.* 3. & Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. puncto* 8. *num.* 4.

QVÆSTIO VIII.

An Sacerdos Excommunicatus vitandus, baptizans aliquem in extrema neceſſitate, cum ſolemnitate, & ceremoniis, peccet mortaliter?

RESpondeo tanquam certum: peccare mortaliter. Quia ſolemnitas non eſt neceſſaria ad eſſentiam Baptiſmi: at ſic eſt, quod excommunicato ſolùm permittitur in neceſſitate id, quod ad eſſentiam Sacramenti ſpectat: ergo ſi adhibeat ſolemnitatem, reus erit mortalis criminis. Sic Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 17. *num.* 16. Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 7. *cap.* 3. *col.* 1. & 2. *pag.* 79. *loc. cit. verſ. Aduertit tamen.*

QVÆSTIO IX.

An licitè poſſet Sacerdos excommunicatus miniſtrare Baptiſmum, in dicto caſu neceſſitatis, ſi adeſſet laicus non excommunicatus, qui baptizare poſſet?

NEgat Suarez eò ductus; quia videlicet, Sacerdos excommunicatus eſt ſuſpenſus à munere etiam baptizandi: ergo non licebit vſurpare hoc miniſterium, niſi quando ex inopia alterius conferentis, proximus eſt in neceſſitate: tunc vlterius, ſed in dicto articulo non eſt talis inopia, cum poſſit Baptiſmus à laico conferri: ergo. Ita Suarez *diſputat.* 11. *ſect.* 1. *num.* 12. citans pro ſe Syluestrum *verb. Baptiſmus* 3. *num.* 1. & Nauarrum *in ſumma cap.* 22. *num.* 7. Sed ex his, Syluester ſolùm ait, quòd eo caſu ſit melius baptizari à laico. dicit namque ſic: Addo etiam, niſi maior eſſet ab Eccleſia præciſus; ita quod præſente Sacerdote excommunicato, vel hæretico, vel ſuſpenſo, melius eſt baptizari à laico. Ita Syluester. Ex eius ergo ſententia, licèt meliùs eſſet baptizari, in eo articulo mortis à laico, non tamen eſſet malum, ſed minus bonum baptizari à Sacerdote excommunicato. Nauarrus verò, ſolum affirmat, in præaſſignato caſu non peccare laicum baptizantem, præſente Sacerdote excommunicato; Ait namque ſic: Peccat autem laicus, qui (etiam in neceſſitate) baptizat, præſente Clerico; & Clericus minor, præſente Presbytero; & mulier, præſente viro; & infidelis præſente fideli: niſi aptior ſit excommunicatus, aut alio modo impeditus. Hæc meus Nauarrus. Solum ergo docet, quod tunc non peccaret laicus baptizando; non verò quod non poſſet etiam, imò potius licitè baptizare Sacerdos. Sed quidquid velint hi Doctores: addi tamen poſſunt pro ſententia hac Suarij, Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 7. *cap.* 4. *col.* 1. *verſ. Sed contra* Bauny *diſputat.* 7. *de excommunic. quæſt.* 4. *verſ. Quamquam.*

Sed probabilius reſpondeo: licitè poſſe, in dicto caſu, excommunicatum Sacerdotem, miniſtrare Baptiſmum; etiam præſente laico non excommunicato. Ratio eſt, quia quando pluribus conceditur priuilegium, ſeruādum eſt inter ipſos ius communiter *l. Aſſiduis*, *Cod. qui potiorem in pignore habeant*: ſed iure communi, munus baptizandi, ſolùm competit Sacerdotibus ratione ſuæ Ordinationis: vt habetur *cap. Diaconos*, *diſtinct.* 93. & cap. *Conſtat*, *de conſecr. diſt.* 4. ergo cum in extrema neceſſitate conceďatur vniuerſis, ſiue excommunicatis, ſiue non, facultas licitè baptizandi, ſeruandum eſt ius commune, & ſic præferendus eſt laico Sacerdos. Sic Henriq. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. ita ſcribens. Debitus ordo inter miniſtros ſeruandus eſt; non enim debet fœmina ſi præſens ſit vir: nec vir laicus, etiam in neceſſitate, baptizare, præſente Clerico, etiam excommunicato. Sic ille. & penes ipſum, *lit. G.* Victoria §. 30. Quibus addi poſſunt Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 27. *num.* 10. Sayr. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. & Corneio *diſput.* 10. *de excommunicat.* §. 1. *dub.* 2. *quæſito* 4.

Nec obſtat argumentum Suarij. Negandum enim eſt illi, quod in dicto neceſſitatis caſu, ſit Sacerdos excommunicatus, ſuſpenſus à munere baptizandi, vt conſtat ex ratione pro noſtra reſponſione adducta.

QVÆSTIO X.

An in eodem mortis articulo, liceat excommunicato vitando, miniſtrare Sacramentum pænitentiæ, quando non eſt alius miniſter præter ipſum?

NEgant quam plures Doctores. Quorum ratio eſt, quia excommunicatus manet priuatus iuriſdictione, quam omnino requirit Sacramentum Pœnitentiæ in ſuo Miniſtro, vt habetur cap. *Si celebrat de Cler. excommunic. miniſtrante*: ergo neque validè, & conſequenter neque licitè poteſt, etiam in neceſſitate extrema, illud adminiſtrare. Ita Adrianus *q.* 3. *de Baptiſmo*, *in* 2. *argument: ad oppoſitum.* Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. Marſil. *quæſt.* 12. *art.* 4. *memb.* 3. Nauarrus *de pœnit. diſtinct.* 6. *cap.* 1. *in princip. num.* 87. & *in man. cap.* 26. *num.* 26. Turrecrem. *in cap. Verbum Dei*, *quæſt.* 5. *de pœnit. diſtinct.* 1. Couarruuias *in cap. Alma mater* 1. *parte*, §. 6. *num* 8. Medina *Cod. de Confeſſ. quæſt. de Confeſſione excommunicato ignoranter facta.* Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 12. §. 16. *num.* 9.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: licere omnino Sacerdoti excommunicato vitando, miniſtrare in articulo mortis Sacramentum Pœnitentiæ, dummodo talis Sacerdos iam ſit contritus. Ratio eſt, quia in articulo mortis, omnes Sacerdotes poſſunt abſoluere quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, quacumque Cenſura affectis: ergo ſi omnes Sacerdotes, etiam illi qui ſunt quacumque Cenſura ligati; nam ly *omnes*, quoſcumque comprehendit. Conſequentia patet. Antecedens verò probant verba Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. quæ ſunt huiuſmodi: *Veruntamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & Cenſuris abſoluere poſſunt.* Sic Concilium.

Ex quo conſtat quid reſpondendum ſit ad rationem contrariorum. Dicendum namque eſt, quod Sacerdos excommunicatus nullo modo maneat priuatus iuriſdictione pro articulo mortis pœnitentis, nam pro eo articulo ex voluntate Eccleſiæ ſuſpenditur excommunicatio, quoad priuationem iuriſdictionis, & quoad prohibitionem abſolutionis. Et ideo hanc noſtram ſententiam, poſt Concilium præcipuè Tridentinum, tenent communiter Doctores, vt fatetur Doctiſſimus Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 271. mutando ſententiam, quam *loco citato* tenuerat, ſic dicens: Septimo, quod per eadem verba (*nempe Concilij*) auſim dicere quod Sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus

Digitized by Google

nunciatus poteſt hodie abſoluere licitè contritum in prædicto articulo, ſicut non excommunicatus. Tum, quia Concil. vniuerſaliter nullum excipiendo loquitur. Tum, quia non obſtat, quod per excommunicationem tollatur, vel certè ſuſpendatur iuriſdictio, quam ſaltem habitualem habet iure diuino. §. *Eccleſ. 16. q. 1.* ſine qua non poteſt conſiſtere abſolutio; quia probabiliter credi poteſt, piam matremEccleſiam non auferre illi, nec ſuſpendere iuriſdictionem, quoad talis articuli tempus. Et *infra*. Auſim inquam id nūc dicere, quamuis ante prædictum Conciliū Communis contra tenuerit *in cap. Non eſt, de ſponſal.* S. Thomas *in 4. lib. ſent. diſt. 17. q. 3. & 3. p. q. 82. art. 7. ad 2.* quam ipſe quoque immemor prædicti Concilij ſequutus fui ſupra *cap. 26. n. 26.* Hucuſque Nauarr. Syluester etiam *verb. Cōfeſſor. 25. vlt.* Angel. *cōfeſſio 5. n. 2.* Durand. *in 4. diſt 19 q. 2.* Maior *ibi. q. 1.* Sotus *diſt. 18. q. 4. art. 4.* Cano *in relect. de pœnit. p. 5.* Ruard. *art. 3. contra Luther.* Ledeſma *1. p. q. 21. art. 6. & q. 22. art. 1.* Quos citant & ſequuntur Suarez *diſp. 11. ſect. 1. à n. 7.* & Alterius *lib. 1. diſp. 7. cap. 3. verſu. Sed hac ſententia.* Caiet *in ſumm. verb. Abſolutio,* & Palac. *in 4. 5. & 6 diſt. diſp. 3. col. 15. cōcl. 4.* Quos citat, & ſequitur Auila *2. p. cap 6. diſp. 3. dub. 1. cōcl. 4. & dub. 3. concl. 3.* Filliuc. *tract. 1 1. cap. 3. quaſ. 8. n. 74.* dicēs, videri ſibi rem certam. Ægidius *tom. 1. in 3. p. q 64. art. 6. dub. 2 concl. 2. n. 46.* (vbi citat Syluestrum *loc. cit.* & apud ipſum Palud. Aureol. & Archidiac.) *& tom. 2. diſp. 14. dub. 5. n. 34.* Bauny *diſp. 7. de excomm. q. 4. pag. 255. aſſert. 1. & 2* & penes ipſum, Palud *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 2.* D. Anthon *3. p. tit. 14. cap. 19.* Tabiena *Abſolutio 1. num. 32.* & alij magnæ authoritatis Theologi. Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 4. n. 2. & lib. 3. de excomm. cap. 11. n. 2.* ibi: Sacerdos excommunicatus, & contritus poteſt abſque periculo irregularitatis, & debet morientem abſoluere à peccatis. Sic ille. Qui *lit. M* ait, id planè colligi ex Tridentino *loc. cit.* citatque pro hac parte, vltra Victoriam, Caietan. & Nauarrum, & omnes Recentiores, D. Thomam *in addit. q. 8. art. 6.* Sic etiam Hurtad. *diſp. 4 de excomm. diff. 2.* Corneio *diſp. 10. de excomm. § 1. dub. 3* Viualdus *1. p. candelab. vbi de Abſolutione n. 79.* Vaſquez *tom. 4. in 3. p. q. 93. art. 1.* (non 2. vt inueni citatum apud Luyſium) *dub. 4.* Qui & citat D. Thomam in *4. diſt. 19 q. 1. art. 3. quaſt. 1.* Capreolum, & alios. Baſſæus *excommunic 3. num. 6. & 7.* Bonac. *diſ. 2. q. 2. punct. 2. §. 4. n° 8. verſ. Secundo.* Villalob. *tom. 1 tract. 17. diff. 6. num. 3.* Machado *lib. 1 part. 3. tract. 3. docum. 6. n. 4.* Diana *part. 5 tract. 9. reſolut. 83.* Layman *lib. 5. part. 1. cap. 2. num. 5.* Nec non Sanchez, Granados, Lugo, Trullench, & alij quos citauimus *1. part. tract. 5. de pœnit. diſput. 11. quaſt. 16.* Palao *diſput. 2. de Cenſuris, punct. 8. num. 2.* & alij.

QVÆSTIO XI.

An etiam ſi quis Sacerdos ſit excommunicatus propter hæreſim, poſſit licitè adminiſtrare pœnitentiam exiſtenti in articulo mortis?

NEgant tunc, dictos hæreticos poſſe, eo quod careant fide, in qua iuriſdictio Eccleſiaſtica fundatur, ac proinde ſint incapaces priuilegij conceſſi Sacerdoti pro articulo mortis. Gloſſa *in cap. Præter hoc. §. Ad hoc verb. Per manus, diſt. 32.* Abbas *in cap. Non eſt, de ſponſal. n. 9.* Sotus *in 4. diſt 18. q. 4. art. 4. verſ. At vero* & Ledeſma *2. p. 4. q. 21. art. 5.* Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 23.* & tenuit Nauarr. *in Man. cap. 26. num. 26.* & ideo pro illa citant illum, Suarius, & Vaſq & nos eodem modo, *1. p. tract. 5. diſp. 11. q. 16.* Et benè, quia quamuis in nouioribus impreſſionibus, id concedat excommunicatis etiam denunciatis, & etiam Schiſmaticis, negat tamen hæreticis, per hæc verba: Quamuis autem hæc fuerit opinio communis ante Concilium Tridentium, poſt illud tamen videtur verius contrarium, ſcilicet, quod omnis Sacerdos Catholicus, etiamſi ſit excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, etiam denunciatus, poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, & cenſura, vt dicimus infra *cap. 27. num. 272.* vbi ponderantur verba Concilij ibidem relata: & idem credimus de Schiſmatico, ſi non eſſet hæreticus, licèt non de hæretico. Sic ille.

Sed probabilius longè, (ne dicam vt aliàs certiſſimè) reſpondeo etiam Sacerdotem hæreticum, (quantum attinet ad vim excommunicationis contractæ ob hæreſim) licitè poſſe abſoluere pœnitentem in articulo mortis: ſi aliàs interius conuerſus fuerit ad fidem, & pœnitentiam, quia id manifeſtè conuincunt verba Concilij nuper adducta, nempe: *Atque ideo omnes Sacerdotes, quoſlibet pœnitentes, à quibuſvis peccatis, & Cenſuris abſoluere poſſunt.* In quibus verbis, tria ſigna vniuerſalia inueniuntur, nempe: *Omnes Sacerdotes: Quoſlibet pœnitentes: & à quibuſuis peccatis:* ſed in omnium ſententia, hoc vltimum ſignum comprehendit quæcumque peccata, affecta quacumque Cenſura: ſecundum verò, omnes pœnitentes excommunicatos etiam & hæreticos: ergo & primum ſignum debet ſimiliter amplecti, & continere, omnes Sacerdotes quacumque Cenſura etiam propter peccatum ob hæreſim contractam alligatos.

Vnde ad fundamentum contrariorum dicendum eſt, quod licèt iuriſdictio ad abſoluendum à peccatis, in ſua prima acquiſitione, pendeat à fide; cum ſupponat neceſſariò Sacramentum Ordinis, & hoc ſupponat Baptiſmum; cum ſit caput cæterorum omnium Sacramentorū, tamen in ſui conſeruatione nō pendet iuriſdictio à fide, aliàs per hæreſim mētalem perderetur, quod eſt falſum: neque etiam dependet à fide in ſui reſtitutione, quando poſtquam ſemel fuit per hæreſim externam amiſſa, iterum conceditur ei in articulo proximo mortis. Vnde iura, in quibus dicitur, hæreticos carere poteſtate iuriſdictionis ligandi, atque ſoluendi, intelligenda ſunt extra mortis articulum. Sic Palud. Dur. Maior, Capreol. Syluest. Victoria, Armilla, & alij, quos citat & ſequitur Suarez *diſput. 11. ſect. 1.* Qui tamen malè citat pro hac parte Nauarrum. Vaſquez *loc. cit.* Alterius *cap. 1. cit. verſ. Ego tamen, & verſ. Quamobrem* (inquiens) ſatis clarum eſſe arbitror ex his, quæ dicta ſunt, Sacramentum Pœnitentiæ ob eius neceſſitatem licitè adminiſtrari poſſe in articulo mortis, ab excommunicato etiam præciſo, & denunciato, quamuis ſit hæreticus, Schiſmaticus, & apoſtata: & eodem modo ſine vlla culpa peti poſſe, imo debere per ſe loquendo, ſi ab alio Sacerdote recipi nequeat. Sic ille, & omnes nuper pro noſtra ſententia *quaſt. 10.* adducti. Legantur dicta à nobis *1. p. tract. 5. diſp. 11. q. 16. & ſeqq.*

QVÆSTIO XII.

An præſente Sacerdote ſimplici non excommunicato, poſſet licitè Sacerdos excommunicatus vitandus, abſoluere pœnitentem in articulo mortis?

NEgant tunc poſſe, eo quod tunc miniſterium excommunicati non ſit neceſſarium, Suarez *tom. 4. in 3. p. diſp. 26. ſect. 4. n. 4. & tom. 5. diſp. 11. ſect. 1. num. 10 & 11.* Zambran. *de caſib. in art. mortis, cap. 4. dub. 4. n. 16.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 13. num. 10.* Alterius *lib. 1. diſp. 7. cap. 3.* Palao *punct. 8 cit. n. 2.* & alij addentes id eſſe verum, etiam in caſu quo excommunicatus eſſe doctus & prudens, minimè verò non excommunicatus.

Sed probabilius reſpondeo poſſe etiam in dicto caſu. Quia non eſt maior ratio vnius quàm alterius, cum

Digitized by Google

cum vterque ſint Confeſſores tunc ex priuilegio, pro articulo mortis. Sic Cardin. Lugo *de pœnitent. diſp.* 18. *ſect.* 2. *num.* 37. vbi poſt relatam ſententiam Suarij & aliorum Doctorum, ſic ait: Hanc graduationem, & ordinem, maximè cum ea neceſſitate, qua ab iis Auctoribus adſtruitur, vt abſolutio aliter data non valeat ex defectu iuriſdictionis, nimis ſcrupuloſam exiſtimo: incredibile enim eſt, Eccleſiam noluiſſe dare in eo articulo facultatem, niſi obſeruaretur ille ordo, quem ne doctiſſimi quidem homines ſciunt, nec niſi cum magno ſtudio & attentione cognoſcere poſſunt; quomodo infirmus aut moribundus ad eam ſubtilitatem ſpeculandam obligari prudenter poterat? Dicendum ergo eſt, Eccleſiam, poſita neceſſitate, quod ſcilicet periculum ſit mortis, & proprij Confeſſarij copia non ſit, omnibus aliis indifferenter facultatem concedere: nam omnes ibi enumerati, ſi verè iuriſdictione carent, Sacerdotes ſimplices ſunt: nec refert, quod hic Sacerdos, alibi fortè expoſitus ſit, vel iuriſdictionem habeat, nam hic, & nunc eſt ſimplex Sacerdos, & verba Tridentini vniuerſalia ſunt, vt in caſu neceſſitatis omnis Sacerdos poſſit abſoluere. Hucuſque Lugus. Quem nos in eodem caſu ſequuti ſumus 1. *p. tract.* 5. *diſp.* 11. *quaeſt.* 21.

QVÆSTIO XIII.

An licitum ſit Excommunicato non tolerato, Euchariſtiam in articulo mortis adminiſtrare?

NEgant, eò quòd hoc Sacramentum non videatur tam neceſſarium ad ſalutem, ſicut Baptiſmus, & Pœnitentia, Victoria, Cano, & Palac. *in* 4. *diſt.* 5. *diſp.* 3. *col.* 23. §. *Sciio tamen.* Quos citat, & ſequitur Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 3. *concluſ.* 4. (non 3. vt leges apud Dianam) cum hac tamen limitatione, quod intelligatur, in caſu quo infirmus receperit Sacramentum Pœnitentiæ: quia, ſi non poteſt hoc Sacramentum recipere, vel quia non poteſt loqui, nec cõfiteri per ſigna, vel quia Sacerdos non toleratus eſt mutus, nec poteſt illum abſoluere, tunc, (inquit hic author) licitè poterit miniſtrare Euchariſtiam. Cuius opinionem amplectitur Hurtad. *diſp.* 4. *diff.* 2 Baſſæus *verb. excomm.* 3. *num.* 7. & Ægidius *tom.* 1 *quaeſt.* 64. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 48. Hanc eandem ſententiam abſolutè & ſine vlla limitatione, docet Sayrus *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. & apud illum alij grauiſſimi Doctores. Vaſquez *tom.* 4. *in* 3. *p. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 18. Pro illáque poteſt citari Alterius *lib.* 1. *diſp.* 7. *cap.* 6. *per totum*, quatenus latè defendit cum Adriano, Durando, Paludano, & Syluestro, minimè poſſe recipi Sacramentum Euchariſtiæ in articulo etiam mortis à Sacerdote excommunicato, non tolerato ab Eccleſia.

Sed probabilius reſpondeo licitum eſſe Excommunicato non tolerato, adminiſtrare Euchariſtiam in articulo mortis, ſi non eſt alius, cui competat illam miniſtrare. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum, ad minus, eſt neceſſarium neceſſitate præcepti diuini, iuxta illud, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis*, quod quidem obligat ſemper pro articulo mortis, vt diximus 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 1. *quaeſt.* 4. ergo vrget tunc neceſſitas implendi præceptum diuinum, quod ſtrictius obligat quàm humanum: ergo, non obſtante prohibitione facta ab Eccleſia ratione excommunicationis, poteſt in articulo mortis licitè Euchariſtia peti à dicto excommunicato, & ab eo licitè adminiſtrari; eò quòd tale Sacramentum valdè ſit neceſſarium homini in mortis articulo conſtituto; tum propter fructum & iuuamen illius diuini Sacramenti: tum etiam, quia accidere poteſt, vt quis per illud Sacramentum recipiat primam gratiam, quam antea non habebat. Quod contingere poteſt in duobus præcipuè caſibus, nempe: vel accedendo infirmus ad Euchariſtiam, inculpabiliter ignorando ſtatum peccati, quem habet; aut quia ritè ſe exiſtimat abſolutum fuiſſe, cum non fuerit: vel etiam accedendo ad Euchariſtiam, cognoſcendo quidem peccatum mortale, quod commiſit, ſed cum ſola attritione, reputata contritione, tunc enim virtute huius Sacramenti fiet ex attrito contritus, & primam gratiam recipiet, vt cum Suario, Henriquez, Palud. Soto, Toleto, Granado & aliis diximus 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 11. *quaeſt.* 4. & 5. ergo non eſt veriſimile piam Matrem Eccleſiã velle ſuam prohibitionem cum tanto rigore, & damno ſalutis ſuorum filiorum obligare. Sic docent Nauarr. *cap.* 22. *num.* 4. Suarius 3. *part. quaeſt.* 82. *diſp.* 72. *ſect.* 4. & *tom.* 5. *diſp.* 11. *ſect.* 1. *à num.* 17 Bonacina *diſp.* 2. *quaeſt.* 2. *punct.* 2. §4. *ſub num.* 8. Filliucius *tract.* 22. *cap.* 3. *quaeſ.* 8. *dicto* 2. *num.* 75. Corneio *diſp.* 16. *de excommun.* §. 1. *dub.* 4. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 83. Layman *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Sic etiam quidam Recentiores, quos ſuppreſſis nominibus citat Henriquez *lib.* 13. *cap.* 11. §. 2. *lit. N.* & videtur ſequi caſu quo infirmus confiteri non poſſet. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 6. *num.* 1. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tractat.* 3. *document.* 6 *num.* 2. Caſtro Palao *de Cenſuris*, *diſput.* 2. *punct.* 8. *num.* 7.

QVÆSTIO XIV.

An etiam ſit licitum Excommunicato non tolerato, miniſtrare infirmo conſtituto in mortis articulo, Sacramentum Extremæ Vnctionis; etiam caſu, quo Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ receperit?

AFfirmat Præpoſitus *in* 3. *part. quaeſt. vnica, de Sacrament. Extrem. Vnctionis, dub.* 6. *num.* 144. Quia licèt in tali caſu (inquit) non ſit ad ſalutem infirmi neceſſarium, eſt tamen maximè vtile, & conducens ad remiſſionem venialium, & ad robur contra diabolicos inſultus maximè neceſſarium: ergo Eccleſia, quæ propter longè inferiorem vtilitatem permittit commercium cum nominatim excommunicato, non cenſetur in noſtro caſu illud prohibere, ergo licebit Paſtori in alterius fauorem miniſtrare. Ita ille. Quem ſic relatum ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 81. his verbis: Nota tamen quod contrariam ſententiam tenet cum Suarez, Ochagauia *de Sacram. Extrem. Vnct.* *q.* 10. *n.* 3. Sed tu ne deſeras ſententiam Præpoſiti. Sic ibi Diana aliter alibi; vt *infrà.* Citat etiam Alterius pro hac parte, Victoriam *in ſum. n.* 145. & Nauarrum *c.* 25. *num.* 131. Sed Nauarrus non loquitur ibi de Miniſtro excommunicato, vnde malè pro hac parte adducitur.

Sed tanquam ferè certum, reſpondeo non eſſe illi licitum, caſu ſaltem quo infirmus receperit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ. Ratio eſt, quia tunc Sacramentum Vnctionis Extremæ, non eſt neceſſarium ad ſalutem infirmi: ergo ſolùm propter maiorem vtilitatem infirmi, non eſt aſſerendum velle Eccleſiam conferre Excommunicato vitando priuilegium miniſtrandi moribundo Sacramentum Vnctionis Extremæ; aliàs id deberemus fateri loquendo de aliis Sacramentis, Pœnitentiæ videlicet, & Euchariſtiæ in aliis caſibus extra articulum mortis, cum in omnibus, hæc Sacramenta valdè ſint vtilia, illa ſumentibus. Negant cõmuniter DD. Suarez, Bonac. Filliuc. Ortiz, & alij plures, quos citauimus 1. *part. tract.* 4. *diſput.* 3. *quaeſt.* 18. & *diſp.* 9. *quaeſt.* 6. & eſt communis, vt ex ſtatim dicendis conſtabit. Et tenet expreſsè Diana *eadem p.* 5. *cit. tract.* 9. *reſol.* 83. *fine*, & *tract.* 10. *reſol.* 77. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 7. *cap.* 8. *verſ. de Extrema Vnctione.* Palao *loc. cit. num.* 9. & alij.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An ſaltem caſu, quo moribundus non poſſit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ recipere; poſſit tunc Paſtor excommunicatus vitandus, Sacramentum Extremæ Vnctionis, licitè dicto moribundo tribuere?

NEgant adhuc Suarez *tom.3.in 3.part.diſp.44.ſect.3.n.6.* Bonacina, Torreblanca, Filliuc. Villalob. & alij *1.p.tract.4.diſp.4.quæſt.6. citati*, & Sayrus apud Bonacinam *vbi infra*. Et neſcio, an id teneat Henriquez *lib.13. cap.11. num.2.* quia certè ſuam mentem obſcurè hic indicat. Sentiunt tamen clarè Alterius *cap.8.cit. verſ. Sed dubitari.* Nauarrus ſtatim citandus.

Sed probabilius reſpondeo poſſe tunc licitè, Excommunicatum dictum, Sacramentum Extremæ Vnctionis, moribundo miniſtrare. Quia, cùm hoc Sacramentum faciat etiam de attrito contritum,(vt cum communi diximus *1.part.tract.1.de Sacrament.in gener. diſput.3 quæſt.5.& tract.4.de Extrema Vnctione, diſp.4. quæſt 13.*) fieri poteſt, ſecundum ea, quæ frequentius accidunt, vt æterna ſalus moribundi hominis pendeat, ex receptione iſtius Sacramenti, ſi fortè erat tantùm attritus, ideóque hoc Sacramentum iam erit illi in hoc caſu, ſimpliciter, & abſolutè ad ſalutem neceſſarium,& conſequenter eadem ratione,qua poteſt miniſtrare pœnitentiam, poteſt, & hoc Sacramentum. Sic expreſsè tenet iam in præſenti caſu Suarez *tom.5:de Cenſuris, diſp.11 ſect.1 num.23. verſ. de aliis autem.* Bonacina *diſput.2.de Cenſuris, punct.2. quæſt 2. §.4. num.8. in fine.* Fillincius *tract.12. cap.3. quæſ.8.dicto 3. num.76.* Auila *2.part.cap.6.diſp.3.dub.3. concluſ.5.* Ægidius *diſp.14.de Cenſuris, dub.5. n.34.* Hurtad.*diſp.4.diff.2.verſ.Et ob ſupra dictam.* Corneio *diſp.10. de Cenſuris, §.1.dub.4.verſ.Quæres.* Machado *lib.1.part.3. tract.3. docum.6. num.2.* Layman.*tract.5. part.1.cap.2.n.5.verſ. Tertius effectus*, citans Suarium, & Auilam *loc.cit.*necnon & Nauarrum *cap.22.num.4.* Sed tunc, malè, cùm oppoſitum iis verbis doceat, ibi: *Tertiò* peccat qui ſuſcipit aliquod Sacramentum à Sacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius adminiſtratione ſuſpenſo, & denunciato pro tali,vel à notorio concubinario, excepto Baptiſmo, & Communione, tempore neceſſitatis. Sic ille. In hanc noſtram ſententiam inclinat Baſſæus *excommunicatio 3. num.7.*& tenet expreſsè Diana *part.5.tract.3.reſol.89. & tract 6.reſol.82.verſ.Igitur.* vbi ſic ait:Igitur ex omnibus ſupradictis apparet, in articulo mortis poſſe excommunicatum, etiam non toleratum conferre Sacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ. Reſtat modo inquirere, quid dicendum de aliis quatuor Sacramentis? Reſpondetur, nec licitè peti, nec dari poſſe in eodem mortis articulo ab excommunicato denunciato. Ratio, quia non ſunt neceſſaria ad ſalutem.Hoc tamen intelligendum eſt per ſe,& regulariter loquendo, nam contingere poſſunt aliqui caſus, in quibus liceat aliqua ex illis Sacramentis miniſtrare. *Primus* eſt, quando exiſtens in articulo mortis, non poteſt Sacramentum Pœnitentiæ,neque Euchariſtiæ recipere, quia nullum dedit contritionis, neque motus ſignum, nam tunc probabilius iudico licitum eſſe miniſtrari illi à tali excommunicato Sacramentum Extremæ Vnctionis!, &c. Sic ibi Diana, & etiam *tract.10.reſol.77.* & penes ipſum Trullench. *in Bulla Cruc. lib.1. §.3. dub.7. num. 2.* Auſonius *verb. excommunic.effectus,n.19.* Palao *diſp.2.de Cenſur.punct.8.n.5.* vbi veriſſimum putat,in eo caſu,non ſolùm poſſe excommunicatum Extremam Vnctionem ægroto conferre, ſed adhuc debere.

QVÆSTIO XVI.

An Epiſcopus excommunicatus vitandus, poſſit in aliquo caſu, licitè Sacramentum Ordinis alicui miniſtrare?

NEgant communiter Doctores pro vtraque parte nuper citati, ſed præcipuè Alterius *lib.1. diſp.7. cap.5.verſ.de aliis tribus.* Quia, (inquiunt) non poteſt excogitari caſus, moraliter loquendo, in quo neceſſarium ſimpliciter ſit, recipere Ordines ab Epiſcopo ab Eccleſia non tolerato,cum hoc Sacramentum non ſit medium neceſſarium ad ſalutem reſpectu ſingulorum hominum.

Sed probabilius reſpondeo poſſe in aliquo caſu. Veluti ſi contingeret (vt poteſt) quod in aliqua Prouincia remota eſſet magna neceſſitas Sacerdotum,ſeu Clericorum,& non eſſet niſi vnus Epiſcopus excommunicatus non toleratus; tunc enim ob bonum commune, quod ſemper eſt præferendum priuato, licitè poſſet Sacramentum Ordinis aliquibus miniſtrare: quia credendum eſt in hoc caſu, ex voluntate Eccleſiæ ſuſpendi Excommunicationem quoad priuationem iuriſdictionis, ſic Suarez *diſp.11.ſect.1. num 25.* Corneio *diſp.10.§.1. dub.4.verſ.Secundus eſt*,& Diana *part.5. tract.9. reſol.83.* & indicat Henriquez *lib.13. cap.11.n.2. in fine*: cum ſolùm dicat; ob illum tantum finem,vt fiat de attrito contritus: non debere Paſtorem denunciatum miniſtrare infirmo Sacramentum Ordinis, & Matrimonij. Indicat ergo,poſſe ob alium finem.

QVÆSTIO XVII.

An Parochus excommunicatus vitandus, validè poſſit aſſiſtere Matrimonio eius, qui in mortis articulo ducit vxorem, quam vſque ad illum, in concubinam habuerat?

NEgabunt neceſſariò, qui affirmant Parochum eſſe Miniſtrum Matrimonij. Hi ſunt, vt vidimus *2.p.tract.9. de Matrim. diſput.4. q.10. & diſp.7.q.25.* Canus,Guillerm.Pariſienſ.Eſtius,& Syluius.

Sed multò longè probabilius reſpondeo validè poſſe Matrimonio aſſiſtere. Quia longè multò probabilius eſt, quod Parochus non ſit Miniſter Matrimonij,vt *quæſt.10.cit.* diximus.Deinde Parochus nullo modo priuatur per excommunicationem quamcunque officio Parochi: ergo validè aſſiſtere poterit Matrimonio. Sic Sanchez *lib.3. diſp.21. num.4.* & penes ipſum, Nauarr.Salzedo, Petr.de Ledeſma,& Henriquez, ſic etiam Baſilius, Vaſquez, Suarez, Ægidius, Hurtado,& alij quamplures, quos adduximus *diſp.7. cit.q.25.* & eſt communis.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem Parochus ille excommunicatus vitandus peccet, aſſiſtens Matrimonij Sacramento,in caſu aſſignato?

AFfirmat peccare, & mortaliter, Baſilius *lib.5.de Matrim.cap.17.num.11.* & apud ipſum Couarr. Quia in eo caſu,communicat cum aliis in ſacris,quod eſt grauiter interdictum excommunicato: ergo.

Alij verò affirmant etiam, peccare: ſed non mortaliter, ſed venialiter tantùm. Vaſquez *de excomm. dub.7.num.7.* & Poſſeuinus *cap.10. n.21.* His accedit Sanchez *lib.3.de Matrim.diſp.21.num.8.* docens,peccare quidem in eo caſu Parochum,venialiter,nō quia communicat cum aliis, cum id faciat, non ſolùm ob vtilitatem, ſed etiam ob neceſſitatem contrahentium,

ſed

Digitized by Google

ſed quia benedicit ſponſis illis verbis : *Ego vos coniungo in nomine Patris,*&c Ita Sanchez quem ſequuntur Villalob. & Diana citati à nobis 2. *part. tract. 9. diſput. 7. quæſt. 27.* Quibus addi poteſt Alterius *lib. 1. diſp.7.cap.5.col.2.verſ.Dices.*Quamuis non ita firmiter id aſſerat, cum tantum dicat, fortaſsè peccare venialiter, ſi dicamus talem actum aſſiſtendi, requirere iuriſdictionem, cum tunc ſit ſuſpenſa.

Sed æquè probabiliter reſpondeo nec venialiter peccare. Quia æquè probabile eſt, quod nec benedicere, (relatis verbis,) ſponſis, ſit actus iuriſdictionis: ergo adhuc ex hac parte, nec venialiter peccat præfatus Parochus matrimonio aſſiſtens. Sic Hurtad. *de Matrim. diſp.5. diff. 8. num.27.* (quem *dicta quæſt.27.* citauimus) & *diſp.4.de excomm.diff.2.in fine.* Legantur Suarez, & Cornejo. *locis cit.*

QVÆSTIO XIX.

An etiam Excommunicatus vitandus validè, & licitè poſſit, coram Parocho non excommunicato, contrahere Matrimonium, cum ſua concubina, in mortis articulo?

NEgant, generaliter loquendo, communiter Doctores; quia in ſpecie de hoc caſu pauci agunt. Sed probabilius reſpondeo poſſe, validè, & licitè. Quia licèt ipſe contra excommunicatus ſit etiam Miniſter ſimul cum altero contrahente, tamen in caſu mortis aſſignato, non eſt cenſendus priuatus ab Eccleſia actiua participatione Sacramenti Matrimonij, eo quòd ita maximè expediat ſaluti ſpirituali ipſius infirmi, aut temporali commodo filiorum. Sic Hurtad. *diſp.4.cit.diff.2.num.24.* ita dicens : poterit quoque in eo periculo licitè contrahere Matrimonium, non vt legitimet filios concubinæ, ſed vt ſatisfaciat obligationem iuſtitiæ, erga concubinam, ſi ei eſt obligatus, quia hæc obligatio iuſtitiæ, ſtrictior eſt quam prohibitio adminiſtrandi, & ſuſcipiendi Sacramentum. Sic ille.

QVÆSTIO XX.

An item liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato, adminiſtrare Sacramentum Confirmationis alicui homini, in aliqua extrema neceſſitate conſtituto?

NEgant omnes Doctores generaliter loquendo, de hac materia, & in particulari, & in ſpecie de illa tractando, negant Alterius *lib.1. diſp. 7.cap.8. verſ. Tandem de Confirmatione.* Quia hoc Sacramentum nec eſt neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem ratione medij, nec de illo datur præceptum diuinum, nec humanum, vt diximus cum communiori, & probabiliori ſententia 1. *part.tract.3. de Confirmat.diſp.1. quæſt. 5. & 6.* ergo ſi nullum graue peccatum eſt, etiam ſpontè omittere hoc Sacramentum, nullus poteſt dari caſus neceſſitatis in quo liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato adminiſtrare hoc Sacramentum, cum per excommunicationem ſit priuatus iuriſdictione adminiſtrandi Sacramenta, extra caſum neceſſitatis.

Affirmatiuam tamen ſententiam forſitan defenderet Præpoſitus, qui, vt ſupra *quæſt.14.* fine hæſitatione defendit, poſſe Paſtorem nominatim excommunicatum adminiſtrare moribundo Extremæ Vnctionis Sacramentum, etiamſi hoc Sacramentum non eſſet ad ſalutem infirmi neceſſarium, quia videlicet fuerit confeſſus; quia ſufficit (inquit) quod ſit maximè vtile, & conducens ad remiſſionem venialium, & ad robur contra diabolicos inſultus maximè neceſſarium. Sic ille. Nunc ergo : Sed ſic eſt, quod etiam Sacramentum Confirmationis eſt maximè vtile, ſiquidem ſicuti alia Sacramenta, producit gratiam habitualem. Rurſus imprimit Characterem in anima, qui eſt quoddam ſignum ſpirituale, quo miles Chriſti ad pugnam ſpiritualem deſignatur, & tandem propriam, & ſpecialem producit gratiam, nempe ſpecialem protectionem Spiritus ſancti, ac robur ad tenendam, & confitendam fidem coram tyranno, vt diximus 1.*part. tract. 3. diſp.4. q.9.* ergo etiam ſolùm propter hæc bona, poterit Epiſcopus nominatim excommunicatus adminiſtrare cuilibet Confirmationẽ.

Ego quidem in hac quæſtione reſpondeo dicendum, quod poſſit quidem Epiſcopus excommunicatus vitandus, adminiſtrare Confirmationem alicui, in caſu dumtaxat, (ſi eſt dabilis) quod non poſſet aliud recipere Sacramentum, videlicet, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, aut Extremæ Vnctionis : minimè verò aliàs.

Prima pars huius reſponſionis conſtat ex dictis *quæſt. 15.* vbi loquendo de adminiſtratione Extremæ Vnctionis, idem diximus, & probauimus : at ſic eſt, quod eadem ratio eſt de Confirmationis Sacramento: ergo. Sic inſinuat expreſsè, aut, vt melius dicam, ex ſententia aliorum id docet Henriquez *lib 13. cap. 12. num. 2.* his verbis : Si autem morienti nullum Sacramentum conferri poſſet præter Extremam *Vnctionem*, aut Confirmationem, dicerent fortaſsè: quod poſſent hæc conferri ab excommunicato. Sic ille.

Secunda verò pars noſtræ reſponſionis probatur eadem ratione, qua *quæſt. 14.* probauimus, non eſſe veram ſententiam Præpoſiti exiſtimantis, poſſe Parochum nominatim excommunicatum adminiſtrare Sacramentum Vnctionis Extremæ infirmo, propter ſolam vtilitatem illi, ex tali Sacramento prouenientem.

DISPVTATIO VI.

De eodem ſecundo effectu Excommunicationis maioris, nempe: De validitate, & inualiditate Sacramentorum collatorum ab Excommunicatis toleratis, & non toleratis?

QVÆSTIO I.

An Sacramenta collata ab Excommunicato vitando, ſeu non tolerato ab Eccleſia, ſint valida?

NEGARVNT olim nonnulli, affirmantes, Hæreticos, Schiſmaticos, & omnes alios præciſos ab Eccleſia, non poſſe validè conficere Sacramenta, vel ſaltem Sacramenta ab ipſis collata, nullum ſortiri effectum: tum quia qui ſanctus non eſt, non videtur poſſe alium ſanctificare, tum etiam quia excommunicati non ſunt membra Eccleſiæ: ergo non poſſunt, vt Miniſtri Eccleſiæ operari.

Sed, vt de fide certiſſimum, reſpondeo eſſe valida, & ſortiri ſuum effectum, dummodo omnia neceſſaria ad ſubſtantiam Sacramentorum concurrant. Quia de fide eſt, quod valor ac veritas Sacramentorum non dependet ex fide, vel ſanctitate Miniſtri, vt probauimus ex Conciliis, Niceno, Cõſtantienſi, Carthaginen. & Trident. 1.*p.tract.1.diſp.4.2.& 3.* ergo Sacramentum collatum ab hæreticis, & ab aliis ab Eccleſia præciſis, valida

Digitized by Google

lida omnino erunt, ſi omnia neceſſaria concurrant, & ſortientur ſuum effectum, ſi recipiens obicem non ponat. Sic tenent omnes Catholici. Nec obſtat, quod excommunicatus non ſit membrum Eccleſiæ, eo, quod ſit priuatus bonis ſpiritualibus, quæ ſunt communia fidelibus; quia quando confert Sacramenta, ſe gerit vt Miniſter Chriſti, qui etiam per membra à ſe abſciſſa operatur. Verum, vt hæc in genere dicta, clarius innoteſcant, per ſingula Sacramenta diſcurramus.

QVÆSTIO II.

An Baptiſmus collatus ab Excommunicato vitando ſaltem extra caſum neceſſitatis ſit validus?

NEgandum videtur. Quia Baptiſmus collatus à non baptizato, non eſt validus: ergo neque erit, collatus ab Excommunicato ab Eccleſia præciſo. Conſequentia eſt manifeſta ex paritate rationis. Antecedens etiam, ex D. Iſidoro relato *in cap. Si quis ignorantiam 1. q. 1.* ſic dicente: *Si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari & ipſe vlterius non ordinetur.*

Sed de fide reſpondeo eſſe validum baptiſmum collatum à dicto excommunicato, ſi requiſita adſint, etiam extra caſum neceſſitatis. Quia de fide, quod Baptiſmus collatus ab infideli & à fortiori ab hæretico, eſt validus, dummodo habeat intentionem faciendi, (ſaltem) quod Catholica Eccleſia facit: ergo meliori iure, erit validus, ſi conferatur ab excommunicato vitando, etiam extra caſum neceſſitatis. Conſequentia eſt legitima, & antecedens definitum in Concil. Florent. ſub Eugenio IV *cap.* 5. Lateranen ſub Innoc III. & Trid. *ſeſſ. 7. can.* 4. & in *cap. A quodam Iudæo, de Conſecr diſt.* 4. definit Nicolaus Papa, eſſe verum baptiſmum datum à Iudæo quamuis non ſit membrum Eccleſiæ, & etiam ibidem cap. *Tunc valere.* cap. *Siue hæreticus.* cap. *Si quis apud hæreticos*, & cap. *oſtenditur.* Et ſic docent omnes PP. & Doctores, vt diximus 1. *part. tract.* 1. *de Baptiſm. diſp.* 4. *quæſt.* 4.

Vnde ad argumentum in oppoſitum, negandum eſt omnino antecedens, cum oppoſitum ſit de fide. Vnde ad eius probationem, bene reſpondet Gloſſa, quod relata verba dicta fuerint à B. Iſidoro, non ex propria ſententia, ſed ex aliorum, qui falsò exiſtimarunt, quod Baptizati à non Baptizatis ſint rebaptizandi. Et ideo ſtatim Sanctus poſuit veram ſolutionem ſubiungendo hæc verba: *Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed Spiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi licet Paganus ſit qui baptizat.* Legantur D. Thom. 3. *p. q.* 67. *art.* 5. & ibi omnes Theologi. Alterius *lib.* 1. *de Cenſur diſp.* 8. *c.* 2. *per totum.* Cornejo *diſp.* 10. *de excomm.* §. 1. *dub.* 5. & alij.

QVÆSTIO III.

An etiam Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo excommunicato vitando, extra caſum neceſſitatis, ſit validum?

NEgant Magiſt. *diſt.* 13. *cap.* 4. *& diſt.* 25. Innocent, & Panormitan. *in cap. Quanto, de conſuetud.* Gloſſa *in cap. Accedens, diſt.* 50. vt referunt Caſtro *de iuſta hæret. punit. cap.* 22. *pag. mihi* 252. & Couarr. 1. *p. var. cap.* 10. *n.* 8. Et eſſe probabilem horum ſententiam, innuit Ludouicus de S. Iuan. *q.* 1. *de Confirm. art.* 7. *dub.* 4 *pag.* 100.

Sed certiſſimè omnino reſpondeo: Tale Sacramentum collatum ab Epiſcopo excommunicato nominatim, aut hæretico, eſſe validum: licet mortaliter peccet Epiſcopus prædictus illud conferendo. Ratio eſt, quia nulla excommunicatio, neque degradatiõ, neque hæreſis, tollere poteſt characterem, aut ordinem Epiſcopalem, in quo fundatur poteſtas confirmandi ergo etſi illicitè, quia contra prohibitionem Eccleſiæ, validè tamen efficeret hoc Sacramentum, ſi id intentaret. Sic Caſtro *loc. cit.* dicens hanc noſtram ſententiam eſſe certam de fide. Alterius *lib. de Cenſur diſp.* 8. *c.* 3. *per totum*, vbi ait, contrariam ſententiam, non ſolùm eſſe falſam, ſed etiam erroneam, Henriquez *lib* 3. *cap.* 6. *n.* 2. Suarez, Ægidius, Fillincius, Bonacina, Ochagauia, Lublinus, & alij, quos citauimus 1. *part. tract.* 3. 3. *diſp.* 2. *q.* 5. agendo de eademmet difficultate, vbi de alijs concernentibus illam egimus.

QVÆSTIO IV.

An deinde Sacramentum Euchariſtiæ ſit ratum, ſi extra caſum neceſſitatis, conficiatur ab excommunicato vitando?

NEgarunt etiam Magiſt. *in* 4. *diſt.* 13. *cap.* 1. & Gratian. *in cap. Quod quidem* 1. *quæſt.* 1. *&* 24. *quæſt.* 1. *in* 2. *part. quæſt. quæ poſt cap. Audiuimus*, incipit ibi: *Si autem*, vt refert Caſtro *loc. cit. cap.* 21. *fol.* 248. *pag.* 2. Quorum fundamentum fuit. Quia excommunicatus & eſt extra Eccleſiam, & etiam ſeparatus ab vnitate Chriſti, maximè ſi ſit hæreticus: ergo nihil agere poteſt nomine Eccleſiæ, & Chriſti: tunc ſic, ſed Sacerdos conſecrans Euchariſtiam, hoc agit in perſona Chriſti, & totius Eccleſiæ: ergo qui ſunt ſeparati à Chriſto, & extra Eccleſiam vt excommunicatus, non poterit validè conſecrare.

Sed, vt quid certiſſimum reſpondeo eſſe validum Sacramentum Euchariſtiæ, etiam ſi conficiatur à Sacerdote excommunicato vitando, & quomodolibet ea Eccleſia præciſo. Ratio eſt nuper aſſignata, quia Sacerdos, nec propter hæreſim, excommunicationem, degradationem, aut quamcumque aliam Eccleſiæ cenſuram, amittit characterem in ordinatione acceptum, nec eſt incapax illius, vt conſtat ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *can.* 9. ſed per characterem Sacerdotalem datur poteſtas ad conficiendum Euchariſtiæ Sacramentum: ergo, ſi hic, qui habet huiuſmodi characterẽ, quantumuis præciſus ab Eccleſia per eius cenſuram ſit, ritè proferat conſecrationis verba, ſuper debitam materiam, omnino conficiet hoc Sacramentum; licet alias mortaliter peccet, & ideo fructum huius Sacramenti non percipiat. Sic tenent cum D. Thoma 3. *part. q.* 82. *art.* 7. omnes Theologi. Legantur Suarez ibid *diſp.* 77. *ſect.* 2. Vaſquez *diſp.* 216. & alij quos citauimus pro hac noſtra ſentẽtia 2. *part. tract.* 8 *diſp.* 2. *q* 2. Caſtro *loc. cit.* dicens; oppoſitum, eſſe manifeſtiſſimum errorem. Alterius *de Cenſur. lib.* 1. *diſp.* 8. *cap.* 4. dicens, contrariam ſententiam eſſe erroneam.

QVÆSTIO V.

An rurſus Sacramentum Ordinis, ſit validum, ſi conferatur ab Epiſcopo excõmunicato, hæretico, aut alio quocumque modo, præciſo ab Eccleſia, extra caſum neceſſitatis?

NEgarunt rurſus, Magiſter *diſt.* 13. *cit. cap.* 4. *& diſt.* 21. Guillelm. Pariſienſ. *in ſacramentali*, & Gratianus 1. *quæſt.* 1. *& cauſa* 9. *quæſt.* 1. exiſtimantes, Epiſcopum hæreticum validè non poſſe Ordinis Sacramentum conferre. His accedunt Ioan. Andreas *in cap. Accedens, diſt.* 50 Gloſſa *ibidem, & in cap. Degradatio, de pœnis in* 6 & alij Canoniſtæ defendentes, Epiſcopum degradatum non poſſe validè Ordines conferre. Et horum ſententiam eſſe probabilem innuit Alterius *vbi infra.*

Sed, vt quid certiſſimum reſpondeo. Eſſe validum tale Ordinis Sacramentum, etiam ſi conferatur ab Epiſcopo

Digitized by Google

Epiſcopo degradato. Quia(vt nuper eſt habitum) poteſtas ordines conferendi, eſt annexa characteri Epiſcopali: at hic, nec per excommunicationem, nec per hæreſim, nec per degradationem, nec per quodlibet aliud peccatum deleri poteſt, vt diximus 1. *part. tract.*1 *diſp.*3.*quæſt.*21.*&* 22.& ex Conciliis,& Patribus: ergo Epiſcopus nequit priuari per hominem dignitate Epiſcopali, & conſequenter, neque à validè, licet benè à licitè, conferendi Ordinem ſacrum. Sic D. Thom. Sotus, Henriquez, Vaſquez, Granados, Hurtad. Layman., & alij, quos adduximus 2.*part tract* 6. *de Ordine*, *diſp.* 4. *quæſt.* 3. quibus addi poſſunt Alterius *diſp.*8.*cit.cap.*5. Sayrus *lib.*2 *cap.*1. *num.* 10. Suarez *diſp.* 9. *ſect.* 2. *num.* 5. Corneio *diſp.* 10.*de excommun.* §. 1. *dub.* 5. & alij.

Qvæstio VI.

An matrimonium inter excommunicatos, extra caſum neceſſitatis contractum, ſit validum?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe validum,& ratum, quamuis ipſi contrahentes, eo quod ſint excommunicati, peccent contrahendo. Sic definitur ab Innocent. III in cap. *Significaſti, de eo, qui duxit in matrim.* declarans, validum fuiſſe Matrimonium contractum à quodam excommunicato. Vbi Gloſſa *in ſumm. caſus.* inquit. Nota, quod excommunicatus contrahere poteſt Matrimonium: licet alia Sacramenta denegantur eidem. Ex quibus clarè conſtat, Matrimonium non ſolùm in ratione contractus, ſed etiam quatenus Sacramentum, inter excommunicatos celebratum etiam extra caſum neceſſitatis (de quo loquitur textus) validum & ratum eſſe. Sic omnes DD. Gloſſa *cit.* & Gloſſa margin. monent, vt de hac re videatur Felin. *in cap.* 1. *vt lit. non conteſt.* Alterius *lib.* 1. *diſp.*8.*cap.*6. & alij omnes.

Qvæstio VII.

An Sacramentum Extremæ Vnctionis collatum moribundo à Parocho excommunicato vitando, ſit validum, ſi illud conferat, extra caſum abſolutæ neceſſitatis?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe validum: (quamuis Parochus grauiter in eo caſu peccet, iuxta infra dicenda.) Ratio eſt, quia collatio huius Sacramenti eſt actus Ordinis Sacerdotalis, qui quidem fundatur in charactere Sacerdotali, qui indelebilis eſt, vt ſupra eſt habitum: ergo per nullam cenſuram poteſt Sacerdos reddi inhabilis, ad validè conferendum hoc Sacramentum, cum non pendeat ex poteſtate iuriſdictionis, ſed ordinis. Sic omnes. Legatur Alterius *diſp.* 8. *cit. cap.* 5. *verſ. De Sacramento Extremæ Vnctionis.* Hurtad. *diſp.* 4. *diff.* 4. & alij.

Qvæstio VIII.

An Sacramentum Pœnitentiæ collatum ab Excommunicato Parocho non tolerato, extra articulum neceſſitatis, & circa materiam neceſſariam, ſit validum?

AFfirmarunt nonnulli Doctores, etſi Catholici, eo quod exiſtimarunt, omnes Sacerdotes ex vi ſuæ ordinationis, inſtitutos eſſe Miniſtros ſufficientes huius Sacramenti, per illa verba: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata*, &c. ergo nequit Eccleſia illos mutare, neque eorum actum irritare, magis quàm in aliis Sacramentis. Ita tenuit Armacanus *lib.*11.*de quæſt. Armenorum, cap.*4. in cuius ſententiam inclinat Almain. *diſt.* 17. *art.*4. & reputauit probabilem Durand. *diſt.*19. *q.* 2.

Sed, vt quid certiſſimum, reſpondeo quod Sacramentum Pœnitentiæ collatum à prædicto Parocho excommunicato non tolerato, extra caſum extremæ neceſſitatis ipſius pœnitentis, de quo ſupra eſt habitum, eſſe inualidum,& nullum. Ratio eſt, quia de eſſentia huius Sacramenti eſt, quod Miniſter illius habeat iuriſdictionem, patet ex *cap. omnis vtriuſque ſexus*, & ex decretis Concilij Florent.& Trident. *ſeſſ.*14.*c.*7. Sed ſic eſt, quod omnis Excommunicatus eſt priuatus iuriſdictione omni, vt habetur *in cap. Ad probandum, de re iudicata, cap. Romana, de offic. Vicar. in* 6. *cap ſi is, cui, de offic. deleg. in* 6. *cap. Duobus, de ſent excommunicat. cap. Audiuimus* 14 *quæſt.*1.*cap. Si celebrat de cler. excom. miniſtrante:* ergo Sacerdos excommunicatus non erit miniſter ſufficiens ad validè conficiendum Sacramentum Pœnitentiæ; patet, quia per excommunicationem non tantùm prohibetur Excommunicatis Miniſtris, ne poſſint licitè abſoluere; ſed aufertur ab illis poteſtas neceſſaria ad valorem talis actus, nempe iuriſdictio, quæ quidem & dari, & auferri poteſt per hominem.

Vnde ad fundamentum contrariorum, negandum omnino antecedens eſt. Quia in ordinatione, vel ſolum accipit Sacerdos iuriſdictionem in habitu, ſed non in actu, nam hanc ſolum habet à Papa vel à Prælato cum eligitur ad munus abſoluendi, vt volunt Palud *diſt.* 17. *q.* 3. Syluester *Confeſſor* 1. § 2. & Nauar. *in Man. cap* 4. *num.*10. vel ſi accipiunt in ſua ordinatione veram poteſtatem iuriſdictionis, hæc ſolum eſt inchoata, & incompleta: nam illa completur in ratione iuriſdictionis per applicationem, & ſubiectionem materiæ, id eſt, ſubditorum, quæ fit per Summum Pontificem,& Prælatos Eccleſiæ, vt docent Maior *in* 4. *diſt.*19, *quæſt.*1. D. Anton. 3.*part. tit.*17.*cap.*4.& Angel. *confeſſio* 3.*num.* 4.& alij. Vel tandem dicendum eſt ſecundum alios, quod poteſtas iuriſdictionis in Sacerdote, eſt diſtincta à poteſtate ordinis tam in eſſentia, quàm in modo, ſeu tempore, quo confertur: nam poteſtas ordinis datur per impreſſionem characteris, & ideò manet immutabilis, poteſtas verò iuriſdictionis datur moraliter per extrinſecam conceſſionem, aut alicuius Eccleſiaſtici muneris traditionem, per quam aliquis Paſtor; & ideo mutari & tolli poteſt per hominem, vt fit quando Prælatus excommunicat nominatim Sacerdotē, ideóque ſi huiuſmodi Sacerdos excommunicatus intentet aliquem abſoluere, erit abſolutio nulla ex defectu iuriſdictionis. Hic modus philoſophandus eſt D. Thomæ 22. *quæſt.*39.*art.*3 *& in* 4. *diſt.*17.*quæſt.*1.*art.*3 *quæſt.*4. D. Bonauent. *diſt.*19.*art.*3. *quæſt.*1. Soti *diſt.*18 *quæſt.*4.*art.*2.& aliorum. Et ideo noſtram reſponſionem tenet communis Theolog. D. Thom. *diſt.*17.*cit. & diſt.*19. *quæſt.*1.*art* 3.*quæſt.*1. Palud. *diſt.*17.*quæſt.*3.*art.*1.*& diſt.*19.*quæſt.*1 *art.* 3. & ibi Capreol Gabriel, Sot & alij Scholaſtici Nauarr. *in Man. cap.*9 *num.*8.*& cap.*27. *num.*259. Couarr. *in cap. Alma mater, p.*1.§.6 *num.*7.*verſ. Sexta concluſio* dicens, eſſe omnium concordem ſententiam. Angel Syluest. & D Anton. quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 1. *diſp.*8.*cap.*7. Suarez *diſp.*11.*ſect.*3 *num.* 12. Vaſquez *de excommunicatione, dub* 4. Henriquez *lib.*13.*cap.*10.*n.*2. Ægidius *de Cenſur. diſput.*14.*dub.*5.*num* 34. Filliucius *tract.*11.*cap.*3.*quæſ.* 9. Palao *diſput.*2. *punct* 8. *num* 1. Sayrus, Reginaldus, Vgolinus quos affert,& ſequitur Bonacina *diſp.*2.*quæſt.*2.*pun.*2.§.4.*n.*1. Hurtad. *diſp.*4. *de excommunicat. diſp.*4. Corneio *diſp.*10.*de excomm.* §. 1. *dub.* 5. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 83. & alij omnes. Et nos etiam cum aliis 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 5. *quæſt.* 78.

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

An ſaltem Prælatus excommunicatus vitandus, ſi iſtò non poſſit per ſe validè, extra neceſſitatis caſum, abſoluere, poſſit alteri ſuas vices committere?

AFfirmant Henriquez *lib.6. de pœnit. cap.6. num. 3. & cap.7. in fine*, Palud. *in 4. diſt. 23. quaſt. 2. art. 2. num.* 17. Nauarrus *in cap. Placuit, num.* 51. Ledeſma vterque, Tabiena, Armilla, & alij quos citat, & ſequitur Fagundez *de quinque precept. precept. 2. lib. 7. cap. 2. num.* 49. (citans, ſed malè, pro ſe Thomam Sanchez *lib. 3. de Matrimonio, cap* 21. *num.* 7. cum oppoſitum ibi doceat *num.* 9.) Baſil *lib. 5. de Matrimonio, cap.* 17. §. *vnico, num.* 14. Boſſius, & Rodriquez, quos omnes pro hac ſententia adduximus 1. *part. tract.* 5. *de pœnitentia, diſput.* 11. *quaſt.* 53. citat etiam Suarez pro eadem ſententia, Syluestrum *verb. Vnctio, num.* 4. & benè. Sed non aduertit, quod oppoſitum alibi doceat, *vt infra.* Fundamentum horum authorum eſt, quod dare prædictam licentiam, non eſt actus iuriſdictionis, ſed ordinis: ergo quantumuis ſit excommunicatus, validè poterit illam dare.

Sed probabilius longè reſpondeo dicendum, quod neque Epiſcopus excommunicatus, poſſit aliquem Sacerdotem in Confeſſorem approbare, aut exponere; nec minus Parochus excommunicatus dare licentiam alteri audiendi confeſſiones ſuas vices ei committendo.

Prima huius reſponſionis pars, vt probabilior tradita fuit à nobis 1. *part. loc cit.* Quia videlicet, probabilius iudicauimus, ſicut & nunc facimus, quod approbare aliquem ad confeſſiones audiendas, non ſit actus ordinis, ſed iuriſdictionis: at ſic eſt, quod Epiſcopus excommunicatus caret omni iuriſdictione: ergo inualidè concederetur talis approbatio ab ipſo. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 9. dicens, hanc ſententiam eſſe veriſſimam, & *num* 7. citat pro hac parte, & benè, Syluestrũ *verb. abſolutio 2. quaſt. 6. & verb. Confeſſor 2. quaſt.* 4. Sotum *diſt.* 18. *quaſt. 4. art.* 3. Victoriam, & Gutierrez. Sic etiam Suarez *de pœnitem diſp. 28. ſect 5. & de Cenſur. diſp. 11 ſect. 3. in fine.* Alterius *lib. 1. diſp. 8. cap.* 1. & alij.

Secunda verò pars, etiam clarius conſtat. Quia delegare ſuas vices, audiendi cõfeſſiones alteri, eſt actus iuriſdictionis, & non ordinis: Sed Prælatus, ſeu Parochus excommunicatus non toleratus eſt priuatus omni iuriſdictione: ergo non poteſt ad hunc finem audiendi confeſſiones vices ſuas alteri committere, quia nemo dat, quod non habet. Maior in qua poteſt eſſe ſolum difficultas, conſtat; quia interdum non Sacerdos dat facultatem audiendi confeſſiones, vt conſtat: ergo talis actus non eſt ordinis, ſed iuriſdictionis. Sic Suarez *loc. cit.* dicens oppoſitam ſententiam eſſe falſam. Alterius *loco citato; & ibidem cap. 7. in fine.*

QVÆSTIO X.

An ad minus, Confeſſarius excommunicatus non toleratus, poſſit abſoluere validè à venialibus?

AFfirmat Vaſquez *tom. 4. in 3. part. quaſt. 93. art. 1. dub 6. à num.* 5. Quia exiſtimat iure diuino, & non tantum conceſſione ſuperiorum, eſſe conceſſum cuilibet Sacerdoti, vt poſſit abſoluere à venialibus peccatis. Vnde ſequitur (ait ipſe Vaſquez *num.* 8.) quod quamuis aliquis prohiberi meritò poſſit lege aliqua aut præcepto, ne etiã circa venialia adminiſtret Sacramentũ, ſicut de facto prohibitus eſt excommunicatus, quia ei interdicitur omnis Sacramenti adminiſtratio, tamen ſi de facto abſoluat à venialibus, abſolutio rata eſt, ſi autem poſſet tantum iure humano, conceſſa materia abſoluere à venialibus, poſſet omnino irritari abſolutio, & alicui denegari iuriſdictio. Hucuſque Vaſquez dicens *num.* 5. ſic teneri neceſſario dicere, qui docent, iure diuino eſſe conceſſum Sacerdoti abſoluere à quibuſvis peccatis venialibus. Sunt autem apud ipſum, Sotus *in 4. diſt.* 18. *q* 4. *art. 2. ad* 3. Ruard. Taper. *art. 3. contra Cal. pag.* 100. Caiet. *verb. Abſolutio, cap.* 2. Canus, Ledeſma, Palud. & Capreol quos etiam ſic pro hac parte adduximus *part. 1. tract. 5. diſp. 11. quaſt.* 11.

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe validè adhuc à venialibus abſoluere. Quia probabilius omnino eſt, iuriſdictionem, reſpectu etiam venialium; non iure diuino, ſed ſolùm iure Eccleſiaſtico, Sacerdotibus competere, vt cum Nauarro, Suario, Ægidio, Henriquez, Medina, Valentia, Granado, & aliis pluribus diximus 1. *part. tract. 5. diſp. 11. quaſt. 11. cit. & diſput. 12. quaſt.* 6. ergo talem iuriſdictionem poteſt Eccleſia ſuſpendere, at ſic eſt, quod de facto id facit cum excommunicato non tolerato: ergo validè à venialibus tunc nequibit, ob defectum iuriſdictionis, abſoluere. Sic expreſsè Alterius *lib. 1. diſput. 8. cap. 8. verſ Nihilominus.* Auila 2. *part. cap. 6. dub. 1. concluſ.* 3. Præpoſitus *in 3. part. q. 2. dub. 8. num.* 49. Raynaud. *de monit. part. 2. cap. 2. num.* 23. & Diana *part. 5. tract. 9. reſol.* 84.

QVÆSTIO XI.

An confeſſio peccatorum mortalium, facta cum excommunicato vitãdo, ſit inualida, & neceſſariò iteranda, etiamſi pœnitens inuincibiliter ignoret Confeſſorem eſſe excommunicatum?

AFfirmat abſolutè, & abſque vlla diſtinctione, apud Auilam, Palacius *in 4. diſt. 17. diſp. 7. col.* 12. eo quod Excommunicatus vitandus caret iuriſdictione, quæ, vt nuper diximus, eſt omnino neceſſaria ad validam abſolutionem.

Sed diſtinctione aliqua vtendo, ſic veriſſimè reſpondeo, eſſe quidem omninò inualidam, & iterandam confeſſionem, caſu, quod pœnitens, inuincibili etiam ignorantia, procedente ex priuato, & particulari errore ipſius, ignoraret Confeſſorem eſſe excommunicatum: ſecus verò ſi talis ignorantia procederet ex publico, & communi errore, quia tunc confeſſio verè eſſet valida, & rata, & ideo non repetenda. Quia in hoc ſecundo caſu, propter bonum commune, confert Eccleſia tali excommunicato iuriſdictionem: quam non confert in primo caſu, cum in illo ceſſet ratio boni communis, & ſolùm reperiatur ratio boni particularis, quod non attenditur à legibus. Sic Sanchez *lib. 3. de Matrimonio, diſp. 22. num.* 46 Bonacina *de Matrimonio quaſt. 2. punct. 8. num. 31. & 32. & de Cenſur. diſt. 2. quaſt. 2. punct. 2. §. 4. num. 2. &* 3. Trullench. *in Bullam, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub.* 4. quos nos citauimus, & ſecuti ſumus 1. *part. tract. 5. de pœnitentia, diſp. 5. quaſt.* 79. quibus nunc addi poſſunt, Suarez *diſp. 11. ſect. 2. n.* 14. Couarr. & Vgolinus penes ipſum. Auila 2. *part. cap. 6. diſp. 3. dub. 1. concluſ. 3. verſ. Hinc ſequitur*, & apud ipſum Victoria *de excommunicatione, quaſt.* 33. Caietanus *verb. Abſolut. impediment. & verb. Confeſſionis iteratio.* Nauarrus *cap. 9. num.* 4. Ægidius *diſp. 14. dub. 10. n.* 88. Filliucius *tract. 12. cap. 3. num.* 78. Cornejo *diſp. 10. de excomm. dub. 5. verſ. ſed quares.* Hurtad. *diſp. de excomm. diff. 4. verſ. Circa quam.* Alterius *lib. 1. diſput. 8. cap.* 8. & communis.

QVÆSTIO XII.

An Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Eucharistiæ, Matrimonij, & Vnctionis extremæ, collata ab excommunicato tolerato, (hoc eſt, non nominatim denunciato, nec publico percuſſore Clerici) etiam extra caſum neceſſitatis, ſint valida, ac rata?

RESpondeo tanquam quid certum: Eſſe omnino valida. Ratio eſt, quia hæc Sacramenta, etiã collata ab excommunicato non tolerato, ſunt valida: caſu quo adſit materia, forma, & intentio miniſtri, vt ſupra eſt oſtenſum; ergo à fortiori erunt valida, ſi cum his omnibus requiſitis, ſint ab excommunicato tolerato collata. Sic docent omnes Doctores. Quare ſolum poteſt eſſe difficultas de Sacramento dumtaxat Pœnitentiæ, an ſcilicet ſit validum, ſi conferatur extra caſum neceſſitatis, ab excommunicato tolerato. Pro cuius reſolutione, ſit

QVÆSTIO XIII.

An etiam Sacramentum Pœnitentiæ collatum ab excommunicato tolerato extra articulum neceſſitatis, ſit validum, ac ratum?

NEgatiuam ſententiam tenuiſſe Paludanum *in 4. diſt.17.q.6.art* 3. & D Anton. *3.p.tit.23.cap.7.* ait Alterius *lib.1.diſp.8.cap.8.verſ. Probant ex cap.2.* Sed certè ex his, D Anton. (quem pro nunc ſolùm vidi) malè citatur pro hac parte, nã *tit* 23 citatus, nõ continet niſi quinque capita, Et *tit.24.cap.7.* in quo fortaſſis voluit Alerius citare illum, ſolum ait, Eccleſiam etiam occulta crimina ligare: de hac tamen noſtra quæſtione nil definit, quia nec de illa dubitauit.

Probatur tamen hæc pars, quia excommunicatus, quantumuis ſit occultus, & toleratus ab Eccleſia, re vera manet priuatus iuriſdictione, quæ eſt omnino neceſſaria ad abſoluendum, vt ſupra eſt habitum: ergo Sacramentum Pœnitentiæ ab illo collatum omnino inane erit.

Sed, vt quid certiſſimum, reſpondeo Sacramentum Pœnitentiæ collatum à Sacerdote excommunicato tolerato, etiam extra caſum neceſſitatis, eſſe per ſe loquendo, validum, ac ratum.

Probatur, quia abſolutio data à huiuſmodi Confeſſore, nec eſt inualida ex defectu ipſius Confeſſoris excommunicati: nec ex defectu pœnitentis: ergo ex omni parte eſt valida. Antecedens quoad primam partẽ, conſtat: quia ſi ex defectu ipſius Confeſſoris foret inualida, eſſet, quia ille careret iuriſdictione ad abſoluendum: at hac poſt Concilium Conſtant. non caret; vt conſtat, cum ipſummet Concilium concedat fidelibus, vt non teneantur vitare huiuſmodi excommunicatos in vſu Sacramentorum, quo priuilegio conceſſo, conſequenter relinquit ipſis excommunicatis poteſtatem neceſſariam ad ipſa Sacramenta conficienda: ergo ex defectu Miniſtri non erit inualida abſolutio à peccatis data. Ex qua doctrina ſoluta manet ratio pro contrariis adducta, falſum enim eſt antecedens, poſt Conſtant. Concilium.

Secunda verò pars antecedentis, etiam cõſtat. Quia pœnitens non peccat recipiendo Sacramentum ab huiuſmodi excommunicato tolerato; cum adhuc in receptione Sacramentorum, poſt Conſtant. Concilium non teneatur illum vitare, vt nuper eſt dictum: ergo ſi aliàs, vt poteſt, debitè diſpoſitus accedat, validè ab illo recipiet Sacramentum. Sic omnes communiter. Henriquez *lib.13 cap.6.num.2.& cap.10.n.3.* vbi ſic ait: Si Sacerdos à quo petit abſolutionem non ſit denunciatus, aut notorius Clerici percuſſor (aut denunciatus ſit toleratus) valet ſententia. & abſolutio ab eo data: niſi fortè pœnitens peccet, non paratum, qui non eſt ſuus paſtor, ſcienter inducendo, fictamque confeſſionem faceret. Sic ille. Couarr. *cap. Alma mater, 1.part.§.6.num.7.concluſ.5.* & penes ipſum, ſuus Doctus Magiſter Nauarr. *in cap.1.§. laboret, de pœnit. diſt.6.à n.10.* Adrian. Caiet. & Ioan. de Medina, Suarez *diſp.11.ſect.4.* Alterius *loc.cit.* Filliucius *tract.12.cap.3. quæſt. 7.num.70.* Sayrus *lib.2.cap.2.num.8.* Auila *2.part. §.3 pũct.3.* Hurtad. *diſp.4.diff.4.in fine.* Cornjeo *diſſ.10. de excomm.§.1.dub.vlt.* Vaſquez *tract. de excomm.dub.3* Balſæus *excomm.3.num 6.* Machado *lib.1.part.3.tract.3 docum.6.n.7.& docum.12.n.2.* Villalob. *tract.17.diffi.6. num.6.* Diana *part.5.tract. 9.reſol. 83.* & penes illum, Raynaud *de monit.part.2. cap.2.num.14.* & omnes cõmuniter.

QVÆSTIO XIV.

An huiuſmodi excommunicati tolerati poſſint non ſolùm validè, ſed & licitè conferre Sacramenta, quando fideles illa poſtulant ab eis?

NEgant Adrianus *quæſt.3.de Baptiſmo in 2. argum. ad oppoſitum,* & Caiet. *in ſumm verb. Abſolutionis impedimenta.* vbi loquendo de his excommunicatis toleratis, ita ait: Nam ibi (*nempe in Extrauag. Concilij Conſtant.*) conceditur receptio Sacramentorum ab excommunicatis miniſtris, niſi altero dictorum modorum (nempe, *aut per notoriam percuſſionem Clerici, aut propter publicam nominatim denunciationem*) fuerint excommunicati; & hoc in fauorem animarum, & innocentum; non in releuamen ipſorum excommunicatorum: licèt enim ipſi Miniſtri excommunicati abſoluentes, damnationem incurrant: pœnitentes tamen abſolutionis beneficium conſequuntur Et hoc quantum ad fructum abſolutionis ſpectat, intellige, ſi; & quando pœnitens excuſatur à peccato inducendi Confeſſorem excommunicatum ad Sacramenti miniſtrationem. Hucuſque Cardin, Caiet.

Sed certè longè multò probabiliùs, imò & mihi ferè certum reſpondeo. Non ſolùm validè, vt ſuprà eſt habitum; ſed & licitè poſſe huiuſmodi Confeſſarios excommunicatos toleratos, miniſtrare Sacramenta toties quoties ab iis miniſtrari fideles poſtulauerint. Quod intellige, ex vi excommunicationis præciſè: nam ex alio capite, ſi talis excommunicatus ſit in peccato mortali, indignè adminiſtrabit Sacramenta, (niſi aliàs per contritionem reddatur ad ſtatum gratiæ antequam illa adminiſtret) ob prauam diſpoſitionem.

Ratio huius reſponſionis formatur ſic ex dictis. Nam fideles poſt Concil. Conſtant. poſſunt licitè petere, & recipere ab huiuſmodi excommunicatis toleratis Sacramenta: ergo etiam erit licitum ipſis excommunicatis, à quibus petuntur ea adminiſtrare: patet conſequentia, quia eo ipſo quod mihi conceditur communicatio cum altero, neceſſum eſt quod alteri non ſit prohibita; cum repugnare videatur mihi eſſe licitum, quod ſine peccato alterius facere non poſſum. Sic communis ſententia. Sotus *in 4. diſt.1.quæſt.5.art.6.& diſt.22.quæſt.1.art.4.* Couarr. *in cap. Alma mater, 1.part.§. 2. & 6.num.7.* Driedo *lib.1. de libertate Chriſtiana, cap.* 8. & Victoria *quæſt. 5.de* quos citat, & ſequitur Suarez *excommunic.diſput.* 11. *ſect. 4. num. 2. & ſeq.* Sanchez *lib. 7. de Matrimonio, diſput.9.num.8.* qui optimè & latè id probat, & citat Ledeſmam *1.part quæſt 5.art.6.dub.penult.*& Lopez *2.part.inſtruct.* vbi *de Sacrament.in gener.cap.59.col.18.*

Digitized by Google

Bauny diſp. 7. de excomm. q. 4. aſſertione 2. quamuis illam non directè probet. Raynaud. de monit. part. 2. cap. 2. n. 24. Præpoſitus in 3. p. quæſt. 2. de excomm. dub. 8. n. 44. Cornejo diſp. 10. de excomm. §. 1. dub. vlt. Diana part. 5. tract. 9. reſol. 83. Et communis.

QVÆSTIO XV.

An ad hoc vt excommunicatus toleratus licitè poſſit conferre petentibus Sacramenta, debeant hi habere aliquam, ſaltem communem, neceſſitatem, aut vtilitatem?

AFfirmant communiter Doctores. Bauny loc. cit. ſcribens: Toleratum licitè conferre Sacramenta, quoties, aut ipſius grauis neceſſitas, aut notabilis proximi vtilitas exigit, indubitati eſt iuris. Ita ille. Filliuc tract. 12. cap. 3. q. 7. num. 72. ita loquens: Si pertineat ad fauorem petentis, aut moraliter ſit neceſſarium, vel vtile, vt excommunicatus conferat Sacramenta, tunc poteſt ſine peccato. Cornejo dub. vlt. cit. & alij communiter.

Sed probabilius reſpondeo licitè poſſe prædictos excommunicatos Sacramenta conferre petentibus, etiam ſine ſpeciali cauſa, aut neceſſitate; dummodò licitè Sacramenta ab ipſis petant (de quo infra dicemus.) Ratio eſt, quia quoties alicui aliquis actus conceditur vt licitus, neceſſarium eſt vt eidem concedantur omnia, ſine quibus talis actus licitus eſſe non poteſt: ſed licitum eſt fidelibus poſt Concil. Conſtant. petere ab huiuſmodi excommunicatis Sacramenta, adhuc non interueniente ſpeciali neceſſitate, aut vtilitate, vt infrà: ergo & licitum erit his excommunicatis, tunc Sacramenta illis miniſtrare; patet conſequentia, nam ſi illi non poſſent licitè miniſtrare, non poſſent illi licitè petere, vt miniſtrarent, propter inductionem ad malum; ergo quotieſcumque licitè illi petunt Sacramenta, poſſunt & hi licitè ipſa eiſdem adminiſtrare. Sic tenet expreſsè Raynaudus, (citatus vbi ſupra à Diana reſol. 83.) per hæc verba: Quamuis nonnulli Doctores de quocumque Miniſtro excommunicato pronuncient, eum prohiberi miniſtrare quæcumque Sacramenta, tamen mollior nunc ſententia ſentit de excommunicato tolerato; quem negat quidem poſſe ſe inferre ad Sacramentorum adminiſtrationem: admittit tamen poſſe illa adminiſtrare ſi adeatur, etiam abſque neceſſitate; ſiue ſit Paſtor; ſiue non ſit: neque item fideles eum adeuntes; & iure ſuo vtentes, peccant, ſiue aduerſus legem de non communicando, quæ poſt Martinum V. non vrget; ſiue ob cooperationem in peccatum Miniſtri, non enim ibi vlla cernitur cooperatio ad peccatum, quia non peccat Miniſter toleratus, ſi requiſitus miniſtret. Hæc Raynaudus.

QVÆSTIO XVI.

An licitum ſit his excommunicatis toleratis, ſe ingerere, & inuitare ad Sacramenta fidelibus miniſtranda?

REſpondeo tanquam certum: Non eſſe eis id licitum. Quia per Extrauag. *Ad euitanda.* Martini V. & Concilij Conſtantienſis nullus fauor, aut releuamen aliquod, eſt dictis excommunicatis conceſſum: ergo non eſt data eis facultas communicandi, ſiue in diuinis, ſiue in humanis cum aliis: ſed ſolùm eſt data facultas aliis fidelibus communicandi in dictis rebus, cum ipſis. Poſſunt ergo duntaxat huiuſmodi excommunicati tolerati admittere alios, vt ſi velint, ſecum communicent; ipſi verò tenentur alios vitare, licet poſſint non vitari ab aliis. Sic Suarez diſp. 11. ſect. 4. num. 10. Raynaudus loco cit. Connejo diſp. 10. de excommunicat. §. 1. dub. vlt. verſ. Tertiò nota. Filliucius tract. 12. cap. 3. quæſt. 7. dicto 4. num. 72. Sanchez lib. 7. de Matrimonio, diſput. 9. num. 8. Henriquez lib. 13. cap. 6. num. 4. littera A, & B. Bauny diſp. 7. de excommunicatione, quæſt. 6. aſſert. 4. Alterius lib. 1. diſp. 10. cap. 2. in princip. ex Nauarro cap. 25. num. 93. & cap. 27. num. 20. & 244.

QVÆSTIO XVII.

An licitum ſit alicui, petere etiam abſque neceſſitate Sacramenta à Miniſtro excommunicato tolerato, parato ſua ſponte adminiſtrare, ſi, illa adminiſtrando, peccaturus ſit?

NEgant Sotus diſt 1. quæſt. 5. art 6. Reginaldus lib. 1. num. 165. Suarez de Sacrament. diſput. 18. ſect. 2. Bonacina de Sacramem. in genere, diſp. 1. quæſt. 6. punct. 5. num. 2. & Grenad. de Sacrament tract. 5. diſp. vlt. à num. 4. Quos omnes pro hac parte citauimus 1. p. tract. 1. de Sacram. in gen. diſp. 5. quæſt. 9 Fundamentum eorum eſt. Quia in tali caſu petens Sacramenta ab excommunicato miniſtrante in mortali, cooperatur peccato illius: ſed qui cooperatur peccato alterius peccat: ergo.

Sed probabilius reſpondeo licitum illi eſſe. Quia tunc petens, ex vna parte, vtitur iure ſuo; & ex alia, nullo modo inducit Miniſtrum ad illi Sacramenta miniſtranda, cum ad id paratus ſit; ergo nullo modo cooperatur peccato illius: ergo nulla ex parte erit illicitum illi, petere Sacramenta ab excommunicato tolerato, etiam extra caſum neceſſitatis, quando paratus eſt Sacramenta miniſtrare, Sic Vaſquez de excommunicatione, dub. 3. à num. 1. Sanchez lib. 7 de Matrimonio; diſput. 9. num 8. D. Thom. Viuald. Ioann. de Cruce, Becan. & alij quos citauimus 1. part. loc. cit. imò idem docet Bonacina de Cenſuris, diſp. 1. quæſt. 2. punct. 2. §. 3. in fine. Henriquez num. 4. cit. vbi littera C, id probat exemplo vſurarij parati, à quo (inquit) licet petere mutuum ſub vſuris; & petens non cenſetur illum moraliter inducere ad malum, ſed vtitur malitia hominis parati ad effectum, quem ille poſſet inculpatè facere. Sic ille. Bauny diſp. 7. de excomm. q. 6. aſſert. 2.

QVÆSTIO XVIII.

An item liceat petere Sacramenta à Miniſtro (etiam non Paſtore) excommunicato tolerato extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis, ſi aliàs non ſit ad ad miniſtrandum paratus?

NEgant abſolutè apud Bonacinam, Henriquez lib. 13. cap. 6. num. 3. Vaſquez de excommunicatione, dub. 3. num. 2. Nauarrus cap. 9. num. 10. Suarez diſp. 11. ſect. 4. Sayrus lib. 2. cap. 2. num. 9. & Valentia tom. 4. diſp. 7. quæſt. 11. punct. 3. verſ. Alias autem. Sed his Henriquez, oppoſitum ſentit loquendo in caſu, quo petatur Sacramentum à Parocho excommunicato occultè. Nam eodem num. 3. in princip. ita ait: Ex hoc fauore Concilij Conſtant. colligitur primò ſubditos licitè inducere Parochum occultè excommunicatum, vt ſibi Sacramenta miniſtret, quem ſubditi extra tempora etiam præcepti poſſunt per iudicem Eccleſiaſticum iure compellere, vt Sacramenta miniſtret, cum ſit ratione officij publici obligatus. Et infra: At re vera Concil. Conſtant. concedit abſolutè priuilegium, vt etiam extra neceſſitatem liceat inducere Parochum: & colligitur in fauorem ouium, Parochum

Baptiſmo moriatur, aut renuit dare Baptiſmum petenti in articulo mortis, cum nullus eo aptior ipſum baptizare velit. Sic ille. Corneio *diſputat.* 10. *de excommun.* §. 1. *dub.* 2. *verſ. Quæ concluſio*, & antea Paludanus *in* 4 *diſt.* 5. *quæſt.* 2. *art.* 1. & Reginaldus *lib.* 27. *num.* 45. Quos nos citauims; & pro hac eademmet parte 1. *parte tract.* 2. *de Baptiſmo*, *diſputat.* 4. *quæſt.* 5. *verſ. Nota hic.* Legantur etiam Sayrus *lib.* 2. *Theſauri cap.* 2. *num.* 11. & 18. Suarez *diſput.* 21. *ſect.* 2. *num.* 14. Auila 2. *parte cap.* 6. *diſput.* 3. *dub.* 3. & Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. puncto* 8. *num.* 4.

QVÆSTIO VIII.

An Sacerdos Excommunicatus vitandus, baptizans aliquem in extrema neceſſitate, cum ſolemnitate, & ceremoniis, peccet mortaliter?

RESpondeo tanquam certum; peccare mortaliter. Quia ſolemnitas non eſt neceſſaria ad eſſentiam Baptiſmi: at ſic eſt, quod excommunicato ſolùm permittitur in neceſſitate id, quod ad eſſentiam Sacramenti ſpectat: ergo ſi adhibeat ſolemnitatem, reus erit mortalis criminis. Sic Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 17. *num.* 16. Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 7. *cap.* 3. *col.* 1. & 2. *pag.* 79. *loc. cit. verſ. Aduertit tamen.*

QVÆSTIO IX.

An licitè poſſet Sacerdos excommunicatus miniſtrare Baptiſmum, in dicto caſu neceſſitatis, ſi adeſſet laicus non excommunicatus, qui baptizare poſſet?

NEgat Suarez eò ductus; quia videlicet, Sacerdos excommunicatus eſt ſuſpenſus à munere etiam baptizandi: ergo non licebit vſurpare hoc miniſterium, niſi quando ex inopia alterius conferentis, proximus eſt in neceſſitate: tunc vlterius, ſed in dicto articulo non eſt talis inopia, cum poſſit Baptiſmus à laico conferri: ergo. Ita Suarez *diſputat.* 11. *ſect.* 1. *num.* 12. citans pro ſe Syluestrum *verb. Baptiſmus* 3. *num.* 1. & Nauarrum *in ſumma cap.* 22. *num.* 7. Sed ex his, Syluester ſolùm ait, quòd eo caſu ſit melius baptizari à laico. dicit namque ſic: Addo etiam, niſi maior eſſet ab Eccleſia præciſus; ita quod præſente Sacerdote excommunicato, vel hæretico, vel ſuſpenſo, melius eſt baptizari à laico. Ita Sylueſter. Ex eius ergo ſententia, licèt meliùs eſſet baptizari, in eo articulo mortis à laico, non tamen eſſet malum, ſed minus bonum baptizari à Sacerdote excommunicato. Nauarrus verò, ſolum affirmat, in præaſſignato caſu non peccare laicum baptizantem, præſente Sacerdote excommunicato; Ait namque ſic: Peccat autem laicus, qui (etiam in neceſſitate) baptizat, præſente Clerico; & Clericus minor, præſente Presbytero; & mulier, præſente viro; & infidelis præſente fideli: niſi aptior ſit excommunicatus, aut alio modo impeditus. Hæc meus Nauarrus. Solum ergo docet, quod tunc non peccaret laicus baptizando; non verò quod non poſſet etiam, imò potius licitè baptizare Sacerdos. Sed quidquid velint hi Doctores: addi tamen poſſunt pro ſententia hac Suarij, Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 7. *cap.* 4. *col.* 1. *verſ. Sed contra* Bauny *diſputat.* 7. *de excommunic. quæſt.* 4. *verſ. Quamquam.*

Sed probabilius reſpondeo: licitè poſſe, in dicto caſu, excommunicatum Sacerdotem, miniſtrare Baptiſmum; etiam præſente laico non excommunicato. Ratio eſt, quia quando pluribus conceditur priuilegium, ſeruãdum eſt inter ipſos ius communiter *l. Aſſiduis, Cod. qui potiorem in pignore habeant*: ſed iure communi, munus baptizandi, ſolùm competit Sacerdotibus ratione ſuæ Ordinationis: vt habetur cap. *Diaconos, diſtinct.* 93. & cap. *Conſtat, de conſecr. diſt.* 4. ergo cum in extrema neceſſitate cõcedatur vniuerſis, ſiue excommunicatis, ſiue non, facultas licitè baptizandi, ſeruandum eſt ius commune, & ſic præferendus eſt laico Sacerdos. Sic Henriq *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. ita ſcribens. Debitus ordo inter miniſtros ſeruandus eſt; non enim debet fœmina ſi præſens ſit vir: nec vir laicus, etiam in neceſſitate, baptizare, præſente Clerico, etiam excommunicato. Sic ille. & penes ipſum, *lit. G.* Victoria §. 30. Quibus addi poſſunt Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 27. *num.* 10. Sayr. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. & Corneio *diſput.* 10. *de excommunicat.* §. 1. *dub.* 2. *quæſito* 4.

Nec obſtat argumentum Suarij. Negandum enim eſt illi, quod in dicto neceſſitatis caſu, ſit Sacerdos excommunicatus, ſuſpenſus à munere baptizandi, vt conſtat ex ratione pro noſtra reſponſione adducta.

QVÆSTIO X.

An in eodem mortis articulo, liceat excommunicato vitando, miniſtrare Sacramentum pœnitentiæ, quando non eſt alius miniſter præter ipſum?

NEgant quam plures Doctores. Quorum ratio eſt, quia excommunicatus manet priuatus iuriſdictione, quam omnino requirit Sacramentum Pœnitentiæ in ſuo Miniſtro, vt habetur cap. *Si celebrat. de Cler. excommunic. miniſtrante*: ergo neque validè, & conſequenter neque licitè poteſt, etiam in neceſſitate extrema, illud adminiſtrare. Ita Adrianus *q.* 3. *de Baptiſmo, in* 2. *argument: ad oppoſitum.* Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. Marſil. *quæſt.* 12. *art.* 4. *memb.* 3. Nauarrus *de pœnit. diſtinct.* 6. *cap.* 1. *in princip. num.* 87. & *in man. cap.* 26. *num.* 26. Turrecrem. *in cap. Verbum Dei, quæſt.* 5. *de pœnit. diſtinct.* 1. Couarrunias *in cap. Alma mater* 1. *parte*, §. 6. *num* 8. Medina *Cod. de Confeſſ. quæſt. de Confeſſione excommunicato ignoranter facta.* Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 12. §. 16. *num.* 9.

Sed probabilius longè reſpondeo: licere omnino Sacerdoti excommunicato vitando, miniſtrare in articulo mortis Sacramentum Pœnitentiæ, dummodo talis Sacerdos iam ſit contritus. Ratio eſt, quia in articulo mortis, omnes Sacerdotes poſſunt abſoluere quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, quacumque Cenſura affectis: ergo ſi omnes Sacerdotes, etiam illi qui ſunt quacumque Cenſura ligati; nam ly *omnes*, quoſcumque comprehendit. Conſequentia patet. Antecedens verò probant verba Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. quæ ſunt huiuſmodi: *Veruntamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & Cenſuris abſoluere poſſunt.* Sic Concilium.

Ex quo conſtat quid reſpondendum ſit ad rationem contrariorum. Dicendum namque eſt, quod Sacerdos excommunicatus nullo modo maneat priuatus iuriſdictione pro articulo mortis pœnitentis, nam pro eo articulo ex voluntate Eccleſiæ ſuſpenditur excommunicatio, quoad priuationem iuriſdictionis, & quoad prohibitionem abſolutionis. Et ideo hanc noſtram ſententiam, poſt Concilium præcipuè Tridentinum, tenent communiter Doctores, vt fatetur Doctiſſimus Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 272. mutando ſententiam, quam *loco citato* tenuerat, ſic dicens: Septimo, quod per eadem verba (*nempe Concilij*) auſim dicere quod Sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus

Digitized by Google

nunciatus poteſt hodie abſoluere licitè conſtitutum in prædicto articulo, ſicut non excommunicatus. Tum, quia Concil. vniuerſaliter nullum excipiendo loquitur. Tum, quia non obſtat, quod per excommunicationem tollatur, vel certè ſuſpendatur iuriſdictio, quam ſaltem habitualem habet iure diuino. §. *Eccleſ.* 16.q.1. ſine qua non poteſt conſiſtere abſolutio; quia probabiliter credi poteſt, piam matrem Eccleſiam non auferre illi, nec ſuſpendere iuriſdictionem, quoad talis articuli tempus. Et *infra*. Auſim inquam id nūc dicere, quamuis antè prædictum Conciliū Communis contra tenuerit *in cap. Non eſt. de ſponſal.* S. Thomas *in 4. lib. ſent. diſt. 17. q. 3. & 3. p. q. 82. art. 7. ad 2.* quam ipſe quoque immemor prædicti Concilij ſequutus fui ſupra *cap. 16. n. 26.* Hucuſque Nauarr. Sylueſter etiam *verb. Cōfeſſor. 25. vlt.* Angel. *cōfeſſio 5. n. 2.* Durand. *in 4. diſt 19 q. 2.* Maior *ibi. q. 1.* Sotus *diſt. 18. q. 4. art. 4.* Cano *in relect. de pœnit. p. 5.* Ruard. *art. 3. contra Luther.* Ledeſma *1. p. q. 21. art. 6. & q. 22. art. 1.* Quos citant & ſequuntur Suarez *diſp. 11. ſect. 1. à n. 7.* & Alterius *lib. 1. diſp. 7. cap. 3. verſu, Sed hac ſententia.* Caiet *in ſumm. verb. Abſolutio,* & Palac. *in 4. 5. & 6 diſt. diſp. 3. col. 15. cōcl. 4.* Quos citat, & ſequitur Auila *2. p. cap 6. diſp. 3. dub. 1. cōcl. 4. & dub. 3. concl. 3.* Filliuc. *tract. 12. cap. 3. queſ. 8. n. 74.* dicēs, videri ſibi rem certam. Ægidius *tom. 1. in 3. p. q 64. art. 6. dub. 2 concl. 2. n. 46.* (vbi citat Sylueſtrum *loc. cit.* & apud ipſum Palud. Aureol. & Archidiac.) & *tom. 2. diſp. 14. dub. 5. n. 34.* Bauny *diſp. 7. de excomm. q. 4. pag. 255. aſſert. 1. & 2* & penes ipſum, Palud *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 2.* D. Anthon *3. p tit. 14. cap. 19.* Tabiena *Abſolutio 1. num. 32.* & alij magnæ authoritatis Theologi. Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 4. n. 2. & lib. 3. de excomm. cap. 11. n. 2.* ibi: Sacerdos excommunicatus, & contritus poteſt abſque periculo irregularitatis, & debet morientem abſoluere à peccatis. Sic ille. Qui *lit. M* ait, id planè colligi ex Tridentino *loc. cit.* citatque pro hac parte, vltra Victoriam, Caietan. & Nauarrum, & omnes Recentiores, D. Thomam *in addit. q. 8. art. 6.* Sic etiam Hurtad. *diſp. 4 de excomm. diff. 2.* Corneio *diſp. 10. de excomm. §. 1. dub. 3* Viualdus *1. p. candelab. vbi de Abſolutione n. 79.* Vaſquez *tom. 4. in 3. p. q. 93. art. 1.* (non 2. vt inueni citatum apud Luyſium) *dub. 4.* Qui & citat D. Thomam in *4. diſt. 19 q. 1. art. 3. quaſt. 1.* Capreolum, & alios. Baſſæus *excommunic. 3. num. 6. & 7.* Bonac. *diſ. 2. q. 2. punct. 2. §. 4. n. 8. verſ. Secundò.* Villalob. *tom. 1 tract. 17. diff. 6. num. 5.* Machado *lib 1 part. 3. tract. 3. docum. 6. n. 4.* Diana *part. 5 tract. 9. reſolut. 83.* Layman *lib. 5. part. 2. cap. 2. num. 5.* Nec non Sanchez, Granados, Lugo, Trullench, & alij quos citauimus *1. part. tract. 5. de pœnit. diſput. 11. queſt. 16.* Palao *diſput. 2. de Cenſuris, punct. 8. num. 2.* & alij.

QVÆSTIO XI.

An etiam ſi quis Sacerdos ſit excommunicatus propter hæreſim, poſſit licitè adminiſtrare pœnitentiam exiſtenti in articulo mortis?

NEgant tunc, dictos hæreticos poſſe, eo quod careant fide, in qua iuriſdictio Eccleſiaſtica fundatur, ac proinde ſint incapaces priuilegij conceſſi Sacerdoti pro articulo mortis, Gloſſa *in cap. Præter hoc. §. Ad hæc verb. Per manum, diſt. 32.* Abbas *in cap. Non eſt, de ſponſal. n. 9.* Sotus *in 4. diſt. 18. q. 4. art. 4. verſ. At vero* & Ledeſma *1. p. 4. q. 21. art. 5.* Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 23.* & tenuit Nauarr. *in Man. cap. 26. num. 26.* & ideo pro illa citant illum, Suarius, & Vaſq & nos eodem modo, *1. p. tract. 5. diſp. 11. q. 16.* Et benè, quia quamuis in nouioribus impreſſionibus, id concedat excommunicatis etiam denunciatis, & etiam Schiſmaticis, negat tamen hæreticis, per hæc verba: Quamuis autem hæc fuerit opinio communis ante Concilium Tridentium, poſt illud tamen videtur verius contrarium, ſcilicet, quod omnis Sacerdos Catholicus, etiamſi ſit excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, etiam denunciatus, poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, & cenſura, vt dicimus infra *cap. 27. num. 272.* vbi ponderantur verba Concilij ibidem relata: & idem credimus de Schiſmatico, ſi non eſſet hæreticus, licèt non de hæretico. Sic ille.

Sed probabilius longè, (ne dicam vt aliàs certiſſimè) reſpondeo etiam Sacerdotem hæreticum, (quantum attinet ad vim excommunicationis contractæ ob hæreſim) licitè poſſe abſoluere pœnitentem in articulo mortis: ſi aliàs interius conuerſus fuerit ad fidem, & pœnitentiam, quia id manifeſtè conuincunt verba Concilij nuper adducta, nempe: *Atque ideo omnes Sacerdotes, quoſlibet pœnitentes, à quibuſvis peccatis, & Cenſuris abſoluere poſſunt.* In quibus verbis, tria ſigna vniuerſalia inueniuntur, nempe: *Omnes Sacerdotes: Quoſlibet pœnitentes: & à quibuſvis peccatis*: ſed in omnium ſententia, hoc vltimum ſignum comprehendit quæcumque peccata, affecta quacumque Cenſura: ſecundum verò, omnes pœnitentes excommunicatos etiam & hæreticos: ergo & primum ſignum debet ſimiliter amplecti, & continere, omnes Sacerdotes quacumque Cenſura etiam propter peccatum ob hæreſim contractam alligatos.

Vnde ad fundamentum contrariorum dicendum eſt; quod licèt iuriſdictio ad abſoluendum à peccatis, in ſua prima acquiſitione, pendeat à fide; cùm ſupponat neceſſariò Sacramentum Ordinis, & hoc ſupponat Baptiſmum; cùm ſit caput cæterorum omnium Sacramentorū, tamen in ſui conſeruatione nō pendet iuriſdictio à fide, aliàs per hæreſim mētalem perderetur, quod eſt falſum: neque etiam dependet à fide in ſui reſtitutione, quando poſtquam ſemel fuit per hæreſim externam amiſſa, iterum conceditur ei in articulo proximo mortis. Vnde iura, in quibus dicitur, hæreticos carere poteſtate iuriſdictionis ligandi, atque ſoluendi, intelligenda ſunt extra mortis articulum. Sic Palud. Dur. Maior, Capreol. Sylueſt. Victoria, Armilla, & alij, quos citat & ſequitur Suarez *diſput. 11. ſect. 1.* Qui tamen malè citat pro hac parte Nauarrum. Vaſquez *loc. cit.* Alterius *cap. 1. cit. verſ. Ego tamen, & verſ. Quamobrem* (inquiens) ſatis clarum eſſe arbitror ex his, quæ dicta ſunt, Sacramentum Pœnitentiæ ob eius neceſſitatem licitè adminiſtrari poſſe in articulo mortis, ab excommunicato etiam præciſo, & denunciato, quamuis ſit hæreticus, Schiſmaticus, & apoſtata: & eodem modo ſine vlla culpa peti poſſe, imo debere per ſe loquendo, ſi ab alio Sacerdote recipi nequeat. Sic ille, & omnes nuper pro noſtra ſententia *quaſt. 10.* adducti. Legantur dicta à nobis *1. p. tract. 5. diſp. 11. q. 16. & ſepp.*

QVÆSTIO XII.

An præſente Sacerdote ſimplici non excommunicato, poſſet licitè Sacerdos excommunicatus vitandus, abſoluere pœnitentem in articulo mortis?

NEgant tunc poſſe, eo quod tunc miniſterium excommunicati non ſit neceſſarium, Suarez *tom. 4. in 3. p. diſp. 26. ſect 4. n. 4. & tom. 5. diſp. 11. ſect. 1. num. 10 & 11.* Zambran. *de caſib. in art. mortis, cap. 4. dub. 4. n. 16.* Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 13. num. 10.* Alterius *lib. 1. diſp. 7. cap. 3.* Palao *punct. 8. cit. n. 2.* & alij addentes id eſſe verum, etiam in caſu quo excommunicatus eſſe doctus & prudens, minimè verò non excommunicatus.

Sed probabilius reſpondeo poſſe etiam in dicto caſu. Quia non eſt maior ratio vnius quàm alterius,

cum

Digitized by Google

cum vterque ſint Confeſſores tunc ex priuilegio, pro articulo mortis. Sic Cardin. Lugo *de pænitent. diſp.* 18. *ſect.* 2. *num.* 37. vbi poſt relatam ſententiam Suarij & aliorum Doctorum, ſic ait: Hanc graduationem, & ordinem, maximè cum ea neceſſitate, qua ab iis Auctoribus adſtruitur, vt abſolutio aliter data non valeat ex defectu iuriſdictionis, nimis ſcrupuloſam exiſtimo: incredibile enim eſt, Eccleſiam noluiſſe dare in eo articulo facultatem, niſi obſeruaretur ille ordo, quem ne doctiſſimi quidem homines ſciunt, nec niſi cum magno ſtudio & attentione cognoſcere poſſunt; quomodo infirmus aut moribundus ad eam ſubtilitatem ſpeculandam obligari prudenter poterat? Dicendum ergo eſt, Eccleſiam, poſita neceſſitate, quod ſcilicet periculum ſit mortis, & proprij Confeſſarij copia non ſit, omnibus aliis indifferenter facultatem concedere: nam omnes ibi enumerati, ſi verè iuriſdictione carent, Sacerdotes ſimplices ſunt: nec refert, quod hic Sacerdos, alibi fortè expoſitus ſit, vel iuriſdictionem habeat, nam hic, & nunc eſt ſimplex Sacerdos, & verba Tridentini vniuerſalia ſunt, vt in caſu neceſſitatis omnis Sacerdos poſſit abſoluere. Hucuſque Lugus. Quem nos in eodem caſu ſequuti ſumus 1. *p. tract.* 5. *diſp.* 11. *quaſt.* 21.

QVÆSTIO XIII.

An licitum ſit Excommunicato non tolerato, Euchariſtiam in articulo mortis adminiſtrare?

NEgant, eò quòd hoc Sacramentum non videatur tam neceſſarium ad ſalutem, ſicut Baptiſmus, & Pœnitentia, Victoria, Cano, & Palac. *in* 4. *diſt.* 5. *diſp.* 3. *col.* 23. §. *Secūdò tamen.* Quos citat, & ſequitur Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 1. *concluſ.* 4. (non 3. vt leges apud Dianam) cum hac tamen limitatione, quod intelligatur, in caſu quo infirmus receperit Sacramentum Pœnitentiæ: quia, ſi non poteſt hoc Sacramentum recipere, vel quia non poteſt loqui, nec cōfiteri per ſigna, vel quia Sacerdos non toleratus eſt mutus, nec poteſt illum abſoluere, tunc, (inquit hic author) licitè poterit miniſtrare Euchariſtiam. Cuius opinionem amplectitur Hurtad. *diſp.* 4. *diff.* 2 Baſſæus *verb. excomm.* 3. *num.* 7. & Ægidius *tom.* 1 *quaſt.* 64. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 48. Hanc eandem ſententiam abſolutè & ſine vlla limitatione, docet Sayrus *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. & apud illum alij grauiſſimi Doctores. Vaſquez *tom.* 4. *in* 3. *p. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 18. Pro illáque poteſt citari Alterius *lib.* 1. *diſp.* 7. *cap.* 6. *per totum*, quatenus latè defendit cum Adriano, Durando, Paludano, & Sylueſtro, minimè poſſe recipi Sacramentum Euchariſtiæ in articulo etiam mortis à Sacerdote excommunicato, non tolerato ab Eccleſia.

Sed probabilius reſpondeo licitum eſſe Excommunicato non tolerato, adminiſtrare Euchariſtiam in articulo mortis, ſi non eſt alius, cui competat illam miniſtrare. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum, ad minus, eſt neceſſarium neceſſitate præcepti diuini, iuxta illud, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis,* quod quidem obligat ſemper pro articulo mortis, vt diximus 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 1. *quaſt.* 4. ergo vrget tunc neceſſitas implendi præceptum diuinum, quod ſtrictius obligat quàm humanum: ergo, non obſtante prohibitione facta ab Eccleſia ratione excommunicationis, poteſt in articulo mortis licitè Euchariſtia peti à dicto excommunicato, & ab eo licitè adminiſtrari; eò quòd tale Sacramentum valdè ſit neceſſarium homini in mortis articulo conſtituto; tum propter fructum & iuuamen illius diuini Sacramenti: tum etiam, quia accidere poteſt, vt quis per illud Sacramentum recipiat primam gratiam, quam antea non habebat. Quod contingere poteſt in duobus præcipuè caſibus, nempe: vel accedendo infirmus ad Euchariſtiam, inculpabiliter ignorando ſtatum peccati, quem habet; aut quia ritè ſe exiſtimat abſolutum fuiſſe, cum non fuerit: vel etiam accedendo ad Euchariſtiam, cognoſcendo quidem peccatum mortale, quod commiſit, ſed cum ſola attritione, reputata contritione, tunc enim virtute huius Sacramenti fiet ex attrito contritus, & primam gratiam recipiet, vt cum Suario, Henriquez, Palud. Soto, Toleto, Granado & aliis diximus 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 11. *quaſt.* 4. & 5. ergo non eſt veriſimile piam Matrem Eccleſiā velle ſuam prohibitionem cum tanto rigore, & damno ſalutis ſuorum filiorum obligare. Sic docent Nauarr. *cap.* 22. *num.* 4. Suarius 3 *part. quaſt.* 82. *diſp.* 72. *ſect.* 4. & *tom.* 5. *diſp.* 11. *ſect.* 1. *à num.* 17 Bonacina *diſp.* 2. *quaſt.* 2. *pūct.* 2. §4. *ſub num.* 8. Fillucius *tract.* 22. *cap.* 3. *quaſ.* 8. *dicto* 2. *num.* 75. Corneio *diſp.* 16. *de excommun.* §. 1. *dub.* 4. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 83. Layman *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Sic etiam quidam Recentiores, quos ſuppreſſis nominibus citat Henriquez *lib.* 13. *cap.* 11. §. 2. *lit. N.* & videtur ſequi caſu quo infirmus confiteri non poſſet. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 6. *num.* 1. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tractat.* 3. *documento* 6 *num.* 2. Caſtro Palao *de Cenſuris*, *diſput.* 2. *punct.* 8. *num.* 7.

QVÆSTIO XIV.

An etiam ſit licitum Excommunicato non tolerato, miniſtrare infirmo conſtituto in mortis articulo, Sacramentum Extremæ Vnctionis; etiam caſu, quo Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ receperit?

AFfirmat Præpoſitus *in* 3. *part. quaſt. vnica, de Sacrament. Extrem. Vnctionis, dub.* 6. *num.* 144. Quia licèt in tali caſu (inquit) non ſit ad ſalutem infirmi neceſſarium, eſt tamen maximè vtile, & conducens ad remiſſionem venialium, & ad robur contra diabolicos inſultus maximè neceſſarium: ergo Eccleſia, quæ propter longè inferiorem vtilitatem permittit commercium cum nominatim excommunicato, non cenſetur in noſtro caſu illud prohibere, ergo licebit Paſtori in alterius fauorem miniſtrare. Ita ille. Quem ſic relatum ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 81. his verbis: Nota tamen quod contrariam ſententiam tenet cum Suarez, Ochagauia *de Sacram. Extrem. Vnct.* *q.* 10. *n.* 3. Sed tu ne deſeras ſententiam Præpoſiti. Sic ibi Diana aliter alibi; vt *infrà*. Citat etiam Alterius pro hac parte, Victoriam *in ſum. n.* 145. & Nauarrum *c.* 25. *num.* 131. Sed Nauarrus non loquitur ibi de Miniſtro excommunicato, vnde malè pro hac parte adducitur.

Sed tanquam ferè certum, reſpondeo non eſſe illi licitum, caſu ſaltem quo infirmus recepetit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ. Ratio eſt, quia tunc Sacramentum Vnctionis Extremæ, non eſt neceſſarium ad ſalutem infirmi: ergo ſolùm propter maiorem vtilitatem infirmi, non eſt aſſerendum velle Eccleſiam conferre Excommunicato vitando priuilegium miniſtrandi moribundo Sacramentum Vnctionis Extremæ; aliàs id deberemus fateri loquendo de aliis Sacramentis, Pœnitentiæ videlicet, & Euchariſtiæ in aliis caſibus extra articulum mortis, cum in omnibus, hæc Sacramenta valdè ſint vtilia, illa ſumentibus. Negant cōmuniter DD. Suarez, Bonac. Filliuc. Ortiz, & alij plures, quos citauimus 1. *part. tract.* 4. *diſput.* 3. *quaſt.* 18. & *diſp.* 9. *quaſt.* 6. & eſt communis, vt ex ſtatim dicendis conſtabit. Et tenet expreſsè Diana *eadem p.* 5. *cit. tract.* 9. *reſol.* 83. *fine*, & *tract.* 10. *reſol.* 77. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 7. *cap.* 8. *verſ. de Extrema Vnctione.* Palao *loc. cit. num.* 9. & alij.

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An ſaltem caſu, quo moribundus non poſſit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ recipere; poſſit tunc Paſtor excommunicatus vitandus, Sacramentum Extremæ Vnctionis, licitè dicto moribundo tribuere?

NEgant adhuc Suarez *tom.3.in 3.part.diſp.44.ſect.3.n.6.* Bonacina, Torreblanca, Filliuc. Villalob. & alij *1.p.tract.4.diſp.4.quæſt.6. citati,* & Sayrus apud Bonacinam *vbi ſupra.* Et neſcio, an id teneat Henriquez *lib.13. cap.11. num.2.* quia certè ſuam mentem obſcurè hic indicat. Sentiunt tamen clarè Alterius *cap.8. cit. verſ. Sed dubitari.* Nauarrus ſtatim citandus.

Sed probabilius reſpondeo poſſe tunc licitè, Excommunicatum dictum, Sacramentum Extremæ Vnctionis, moribundo miniſtrare. Quia, cum hoc Sacramentum faciat etiam de attrito contritum, (vt cum communi diximus 1.*part.tract.1.de Sacrament.in gener. diſput.3.quæſt.5.& tract.4.de Extrema Vnctione, diſp.4. quæſt 13.*) fieri poteſt, ſecundum ea, quæ frequentius accidunt, vt æterna ſalus moribundi hominis pendeat, ex receptione iſtius Sacramenti, ſi fortè erat tantùm attritus, ideóque hoc Sacramentum iam erit illi in hoc caſu, ſimpliciter, & abſolutè ad ſalutem neceſſarium, & conſequenter eadem ratione, qua poteſt miniſtrare pœnitentiam, poteſt, & hoc Sacramentum. Sic expreſsè tenet iam in præſenti caſu Suarez *tom.5. de Cenſuris, diſp.11. ſect.1. num.23. verſ. de aliis autem.* Bonacina *diſput.2. de Cenſuris, punct.2. quæſt 2. §.4. num.8. in fine.* Filliucius *tract.12. cap.3. quæſ.8. dicto 3. num.76.* Auila *2.part.cap.6.diſp.3.dub. 3. concluſ.5.* Ægidius *diſp.14. de Cenſuris, dub.5. n.34.* Hurtad.*diſp.4.diff.2.verſ. Et ob ſupra dictam.* Corneio *diſp.10. de Cenſuris, §.1.dub.4.verſ. Quæres.* Machado *lib.1.part.3. tract.3. docum.6. num.2.* Layman.*tract.5. part.1.cap.2.n.5.verſ. Tertius effectus,* citans Suarium, & Auilam *loc.cit.* necnon & Nauarrum *cap.22.num.4.* Sed tunc, malè, cùm oppoſitum iis verbis doceat, ibi: *Tertiò* peccat qui ſuſcipit aliquod Sacramentum à Sacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius adminiſtratione ſuſpenſo, & denunciato pro tali, vel à notorio concubinario, excepto Baptiſmo, & Communione, tempore neceſſitatis. Sic ille. In hanc noſtram ſententiam inclinat Baſſæus *excommunicatio 3. num.7.* & tenet expreſsè Diana *part.5.tract.3.reſol.89. & tract 6.reſol.82.verſ.Igitur.* vbi ſic ait: Igitur ex omnibus ſupradictis apparet, in articulo mortis poſſe excommunicatum, etiam non toleratum conferre Sacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ. Reſtat modo inquirere, quid dicendum de aliis quatuor Sacramentis? Reſpondetur, nec licitè peti, nec dari poſſe in eodem mortis articulo ab excommunicato denunciato. Ratio, quia non ſunt neceſſaria ad ſalutem. Hoc tamen intelligendum eſt per ſe, & regulariter loquendo, nam contingere poſſunt aliqui caſus, in quibus liceat aliqua ex illis Sacramentis miniſtrare. *Primus* eſt, quando exiſtens in articulo mortis, non poteſt Sacramentum Pœnitentiæ, neque Euchariſtiæ recipere, quia nullum dedit contritionis, neque motus ſignum, nam tunc probabilius iudico licitum eſſe miniſtrari illi à tali excommunicato Sacramentum Extremæ Vnctionis, &c. Sic ibi Diana, & etiam *tract.10.reſol.77.* & penes ipſum Trullench. *in Bulla Cruc. lib.1. §.3. dub.7. num. 2.* Auſonius *verb. excommunic.effectus, n.19.* Palao *diſp.2.de Cenſur.punct. 8.n.5.* vbi veriſſimum putat, in eo caſu, non ſolùm poſſe excommunicatum Extremam Vnctionem ægroto conferre, ſed adhuc debere.

QVÆSTIO XVI.

An Epiſcopus excommunicatus vitandus, poſſit in aliquo caſu, licitè Sacramentum Ordinis alicui miniſtrare?

NEgant communiter Doctores pro vtraque parte nuper citati, ſed præcipuè Alterius *lib.1. diſp.7. cap.5. verſ. de aliis tribus.* Quia, (inquiunt) non poteſt excogitari caſus, moraliter loquendo, in quo neceſſarium ſimpliciter ſit, recipere Ordines ab Epiſcopo ab Eccleſia non tolerato, cum hoc Sacramentum non ſit medium neceſſarium ad ſalutem reſpectu ſingulorum hominum.

Sed probabilius reſpondeo poſſe in aliquo caſu. Veluti ſi contingeret (vt poteſt) quod in aliqua Prouincia remota eſſet magna neceſſitas Sacerdotum, ſeu Clericorum, & non eſſet niſi vnus Epiſcopus excommunicatus non toleratus; tunc enim ob bonum commune, quod ſemper eſt præferendum priuato, licitè poſſet Sacramentum Ordinis aliquibus miniſtrare: quia credendum eſt in hoc caſu, ex voluntate Eccleſiæ ſuſpendi Excommunicationem quoad priuationem iuriſdictionis, ſic Suarez *diſp.11. ſect.1. num 25.* Corneio *diſp.10. §.1. dub.4. verſ. Secundus eſt,* & Diana *part.5. tract.9. reſol.83.* & indicat Henriquez *lib.13. cap.11. n.2. in fine:* cum ſolùm dicat; ob illum tantum finem, vt fiat de attrito contritus: non debere Paſtorem denunciatum miniſtrare infirmo Sacramentum Ordinis, & Matrimonij. Indicat ergo, poſſe ob alium finem.

QVÆSTIO XVII.

An Parochus excommunicatus vitandus, validè poſſit aſſiſtere Matrimonio eius, qui in mortis articulo ducit vxorem, quam vſque ad illum, in concubinam habuerat?

NEgabunt neceſſariò, qui affirmant Parochum eſſe Miniſtrum Matrimonij. Hi ſunt, vt vidimus *2.p.tract.9. de Matrim. diſput.4. q.10. & diſp.7.q.25.* Canus, Guillerm. Pariſienſ. Eſtius, & Syluius.

Sed multò longè probabilius reſpondeo validè poſſe Matrimonio aſſiſtere. Quia longè multò probabilius eſt, quod Parochus non ſit Miniſter Matrimonij, vt *quæſt.10.cit.* diximus. Deinde Parochus nullo modo priuatur per excommunicationem quamcunque officio Parochi: ergo validè aſſiſtere poterit Matrimonio. Sic Sanchez *lib.3. diſp.21. num.4.* & penes ipſum, Nauarr. Salzedo, Petr. de Ledeſma, & Henriquez, ſic etiam Baſilius, Vaſquez, Suarez, Ægidius, Hurtado, & alij quamplures, quos adduximus *diſp.7. cit. q.25.* & eſt communis.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem Parochus ille excommunicatus vitandus peccet, aſſiſtens Matrimonij Sacramento, in caſu aſſignato?

AFfirmat peccare, & mortaliter, Baſilius *lib.5. de Matrim. cap.17. num.11.* & apud ipſum Conatr. Quia in eo caſu, communicat cum aliis in ſacris, quod eſt grauiter interdictum excommunicato: ergo.

Alij verò affirmant etiam, peccare: ſed non mortaliter, ſed venialiter tantùm. Vaſquez *de excomm. dub.7. num.7.* & Poſſeuinus *cap.10. n.21.* His accedit Sanchez *lib.3. de Matrim. diſp.21. num.8.* docens, peccare quidem in eo caſu Parochum, venialiter, nõ quia communicat cum aliis, cum id faciat, non ſolùm ob vtilitatem, ſed etiam ob neceſſitatem contrahentium,

ſed

Digitized by Google

ſed quia benedicit ſponſis illis verbis : *Ego vos coniungo in nomine Patris,*&c Ita Sanchez quem ſequuntur Villalob. & Diana citati à nobis 2. *part. tract. 9. diſput. 7. quæſt.* 17. Quibus addi poteſt Alterius *lib.* 1. *diſp.7.cap.5.col.2.verſ.Dices.*Quamuis non ita firmiter id aſſerat, cum tantum dicat, fortaſsè peccare venialiter, ſi dicamus talem actum aſſiſtendi, requirere iuriſdictionem, cum tunc ſit ſuſpenſa.

Sed æquè probabiliter reſpondeo nec venialiter peccare. Quia æquè probabile eſt, quod nec benedicere, (relatis verbis,)ſponſis, ſit actus iuriſdictionis: ergo adhuc ex hac parte, nec venialiter peccat præfatus Parochus matrimonio aſſiſtens. Sic Hurtàd. *de Matrim. diſp.5. diff.* 8.*num.*27. (quem *dicta quæſt.*27. citauimus) *& diſp.4.de excomm.diff.*1.*in fine.*Legantur Suarez, & Cornejo. *locis cit.*

QVÆSTIO XIX.

An etiam Excommunicatus vitandus validè, & licitè poſſit, coram Parocho non excommunicato, contrahere Matrimonium, cum ſua concubina, in mortis articulo?

NEgant, generaliter loquendo, communiter Doctores; quia in ſpecie de hoc caſu pauci agunt. Sed probabilius reſpondeo poſſe, validè, & licitè. Quia licèt ipſe contra excommunicatus ſit etiam Miniſter ſimul cum altero contrahente, tamen in caſu morsis aſſignato, non eſt cenſendus priuatus ab Eccleſia actiua participatione Sacramenti Matrimonij, eo quòd ita maximè expediat ſaluti ſpirituali ipſius infirmi,aut temporali commodo filiorum.Sic Hurtad. *diſp.4.cit.diff.2.num.*24.ita dicens : poterit quoque in eo periculo licitè contrahere Matrimonium, non vt legitimet filios concubinæ, ſed vt ſatisfaciat obligationem iuſtitiæ, erga concubinam, ſi ei eſt obligatus, quia hæc obligatio iuſtitiæ, ſtrictior eſt quam prohibitio adminiſtrandi, & ſuſcipiendi Sacramentum. Sic ille.

QVÆSTIO XX.

An item liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato, adminiſtrare Sacramentum Confirmationis alicui homini, in aliqua extrema neceſſitate conſtituto?

NEgant omnes Doctores generaliter loquendo, de hac materia, & in particulari, & in ſpecie de illa tractando, negant Alterius *lib.*1. *diſp.* 7.*cap.*8. *verſ. Tandem de Confirmatione.* Quia hoc Sacramentum nec eſt neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem ratione medij, nec de illo datur præceptum diuinum, nec humanum, vt diximus cum communiori, & probabiliori ſententia 1. *part.tract.*3. *de Confirmat.diſp.*1. *quæſt.* 5. *&* 6. ergo ſi nullum graue peccatum eſt, etiam ſponte omittere hoc Sacramentum, nullus poteſt dari caſus neceſſitatis in quo liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato adminiſtrare hoc Sacramentum, cum per excommunicationem ſit priuatus iuriſdictione adminiſtrandi Sacramenta, extra caſum neceſſitatis.

Affirmatiuam tamen ſententiam forſitan defenderet Præpoſitus, qui, vt ſupra *quæſt.*14.fine hæſitatione defendit, poſſe Paſtorem nominatim excommunicatum adminiſtrare moribundo Extremæ Vnctionis Sacramentum,etiamſi hoc Sacramentum non eſſet ad ſalutem infirmi neceſſarium, quia videlicet fuerit confeſſus; quia ſufficit (inquit) quod ſit maximè vtile, & conducens ad remiſſionem venialium, & ad robur contra diabolicos inſultus maximè neceſſarium. Sic ille. Nunc ergo : Sed ſic eſt,quod etiam Sacramentum Confirmationis eſt maximè vtile, ſiquidem ſicuti alia Sacramenta, producit gratiam habitualem. Rurſus imprimit Characterem in anima, qui eſt quoddam ſignum ſpirituale,quo miles Chriſti ad pugnam ſpiritualem deſignatur, & tandem propriam, & ſpecialem producit gratiam, nempe ſpecialem protectionem Spiritus ſancti, ac robur ad tenendam, & confitendam fidem coram tyranno; vt diximus 1.*part. tract.* 3. *diſp.*4. *q.*9. ergo etiam ſolùm propter hæc bona, poterit Epiſcopus nominatim excommunicatus adminiſtrare cuilibet Confirmationẽ.

Ego quidem in hac quæſtione reſpondeo dicendum, quod poſſit quidem Epiſcopus excommunicatus vitandus, adminiſtrare Confirmationem alicui, in caſu dumtaxat,(ſi eſt dabilis)quod non poſſet aliud recipere Sacramentum, videlicet, Pœnitentiæ,Euchariſtiæ, aut Extremæ Vnctionis : minimè verò aliàs.

Prima pars huius reſponſionis conſtat ex dictis *quæſt.* 15.vbi loquendo de adminiſtratione Extremæ Vnctionis, idem diximus, & probauimus : at ſic eſt, quod eadem ratio eſt de Confirmationis Sacramento: ergo. Sic inſinuat expreſsè, aut, vt melius dicam,ex ſententia aliorum id docet Henriquez *lib* 13. *cap.* 12. *num.* 2. his verbis : Si autem morienti nullum Sacramentum conferri poſſet præter Extremam Vnctionem, aut Confirmationem, dicerent fortaſsè: quod poſſent hæc conferri ab excommunicato. Sic ille.

Secunda verò pars noſtræ reſponſionis probatur eadem ratione, qua *quæſt.* 14. probauimus, non eſſe veram ſententiam Præpoſiti exiſtimantis, poſſe Parochum nominatim excommunicatum adminiſtrare Sacramentum Vnctionis Extremæ infirmo, propter ſolam vtilitatem illi, ex tali Sacramento prouenientem.

DISPVTATIO VI.

De eodem ſecundo effectu Excommunicationis maioris,nempe: De validitate,& inualiditate Sacramentorum collatorum ab Excommunicatis toleratis, & non toleratis?

QVÆSTIO I.

An Sacramenta collata ab Excommunicato vitando, ſeu non tolerato ab Eccleſia, ſint valida?

NEGARVNT olim nonnulli, affirmantes,Hæreticos,Schiſmaticos, & omnes alios præciſos ab Eccleſia, non poſſe validè conficere Sacramenta, vel ſaltem Sacramenta ab ipſis collata,nullum ſortiri effectum:tum quia qui ſanctus non eſt,non videtur poſſe alium ſanctificare, tum etiam quia excommunicati non ſunt membra Eccleſiæ: ergo non poſſunt, vt Miniſtri Eccleſiæ operari.

Sed,vt de fide certiſſimum,reſpondeo eſſe valida,& ſortiri ſuum effectum, dummodo omnia neceſſaria ad ſubſtantiam Sacramentorum concurrant.Quia de fide eſt,quod valor ac veritas Sacramentorum non dependet ex fide, vel ſanctitate Miniſtri, vt probauimus ex Conciliis,Niceno,Cõſtantienſi, Carthaginen.& Trident. 1.*p.tract.*1.*diſp.*4.2.*&* 3.ergo Sacramentum collatum ab hæreticis,& ab aliis ab Eccleſia præciſis,valida

lida omnino erunt, ſi omnia neceſſaria concurrant, & ſortientur ſuum effectum, ſi recipiens obicem non ponat. Sic tenent omnes Catholici. Nec obſtat, quod excommunicatus non ſit membrum Eccleſiæ, eo, quod ſit priuatus bonis ſpiritualibus, quæ ſunt communia fidelibus; quia quando confert Sacramenta, ſe gerit vt Miniſter Chriſti, qui etiam per membra à ſe abſciſſa operatur. Verum, vt hæc in genere dicta, clarius innoteſcant, per ſingula Sacramenta diſcurramus.

QVÆSTIO II.

An Baptiſmus collatus ab Excommunicato vitando ſaltem extra caſum neceſſitatis ſit validus?

NEgandum videtur. Quia Baptiſmus collatus à non baptizato, non eſt validus: ergo neque erit, collatus ab Excommunicato ab Eccleſia præciſo. Conſequentia eſt manifeſta ex paritate rationis. Antecedens etiam, ex D. Iſidoro ralato *in cap. Si quis ignorantiam* 1. *q.* 1. ſic dicente: *Si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari & ipſe vlterius non ordinetur.*

Sed de fide reſpondeo eſſe validum baptiſmum collatum à dicto excommunicato, ſi requiſita adſint, etiam extra caſum neceſſitatis. Quia de fide, quod Baptiſmus collatus ab infideli & à fortiori ab hæretico, eſt validus, dummodo habeat intentionem faciendi, (ſaltem) quod Catholica Eccleſia facit: ergo meliori iure, erit validus, ſi conferatur ab excommunicato vitando, etiam extra caſum neceſſitatis. Conſequentia eſt legitima, & antecedens definitum in Concil. Florent. ſub Eugenio IV *cap.* 5. Lateranen ſub Innoc III. & Trid. *ſeſſ.* 7. *can.* 4. & in *cap. A quodam Iudæo, de Conſecr diſt.* 4. definit Nicolaus Papa, eſſe verum baptiſmum datum à Iudæo quamuis non ſit membrum Eccleſiæ, & etiam ibidem cap. *Tunc valere.* cap. *Siue hæreticus.* cap. *Si quis apud hæreticos*, & cap. *oſtenditur.* Et ſic docent omnes PP. & Doctores, vt diximus 1. *part. tract.* 2. *de Baptiſm. diſp.* 4. *quæſt.* 4.

Vnde ad argumentum in oppoſitum, negandum eſt omnino antecedens, cum oppoſitum ſit de fide. Vnde ad eius probationem, bene reſpondet Gloſſa, quod relata verba dicta fuerint à B. Iſidoro, non ex propria ſententia, ſed ex aliorum, qui falsò exiſtimarunt, quod Baptizati à non Baptizatis ſint rebaptizandi. Et ideo ſtatim Sanctus poſuit veram ſolutionem ſubiungendo hæc verba: *Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed Spiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi licet Paganus ſit, qui baptizat.* Legantur D. Thom. 3. *p. q.* 67. *art.* 3. & ibi omnes Theologi. Alterius *lib.* 1. *de Cenſur diſp.* 8. *c.* 2. *per totum.* Cornejo *diſp.* 10. *de excomm.* §. 1. *dub.* 5. & alij.

QVÆSTIO III.

An etiam Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo excommunicato vitando, extra caſum neceſſitatis, ſit validum?

NEgant Magiſt *diſt.* 13. *cap.* 4. *& diſt.* 25. Innocent, & Panormitan. *in cap. Quanto, de conſuetud.* Gloſſa *in cap. Accedens, diſt.* 50. vt referunt Caſtro *de iuſta hæret. punit. cap.* 22. *pag. mihi* 252. & Couarr. 1. *p. var. cap.* 10. *n.* 8. Et eſſe probabilem horum ſententiam, innuit Ludouicus de S. Iuan. *q.* 1. *de Confirm. art.* 7. *dub.* 4 *pag.* 100.

Sed certiſſimè omnino reſpondeo: Tale Sacramentum collatum ab Epiſcopo excommunicato nominatim, aut hæretico, eſſe validum: licet moraliter peccet Epiſcopus prædictus illud conferendo Ratio eſt, quia nulla excommunicatio, neque degradatiõ, neque hæreſis, tollere poteſt characterem, aut ordinem Epiſcopalem, in quo fundatur poteſtas confirmandi ergo etſi illicitè, quia contra prohibitionem Eccleſiæ, validè tamen efficeret hoc Sacramentum, ſi id intentaret. Sic Caſtro *loc. cit.* dicens hanc noſtram ſententiam eſſe certam de fide. Alterius *lib. de Cenſur diſp.* 8. *c.* 3. *per totum*, vbi ait, contrariam ſententiam, non ſolùm eſſe falſam, ſed etiam erroneam, Henriquez *lib* 3. *cap.* 6. *n.* 2. Suarez, Ægidius, Fillincius, Bonacina, Ochagauia, Lublinus, & alij, quos citauimus 1. *part. tract.* 3. 3. *diſp.* 2. *q.* 5. agendo de eademmet difficultate, vbi de aliis concernentibus illam egimus.

QVÆSTIO IV.

An deinde Sacramentum Euchariſtiæ ſit ratum, ſi extra caſum neceſſitatis, conficiatur ab excommunicato vitando?

NEgarunt etiam Magiſt. *in* 4. *diſt.* 13. *cap.* 1. & Gratian. *in cap. Quod quidem* 1. *quæſt.* 1. *&* 24. *quæſt.* 1. *in* 2. *part. quæſt. quæ poſt cap. Audiuimus*, incipit ibi: *Si autem*, vt refert Caſtro *loc. cit. cap.* 21. *fol.* 248. *pag.* 2. Quorum fundamentum fuit. Quia excommunicatus & eſt extra Eccleſiam, & etiam ſeparatus ab vnitate Chriſti, maximè ſi ſit hæreticus: ergo nihil agere poteſt nomine Eccleſiæ, & Chriſti: tunc ſic, ſed Sacerdos conſecrans Euchariſtiam hoc agit in perſona Chriſti, & totius Eccleſiæ: ergo qui ſunt ſeparati à Chriſto, & extra Eccleſiam vt excommunicatus, non poterit validè conſecrare.

Sed, vt quid certiſſimum reſpondeo eſſe validum Sacramentum Euchariſtiæ, etiam ſi conficiatur à Sacerdote excommunicato vitando, & quomodolibet ea Eccleſia præciſo. Ratio eſt nuper aſſignata, quia Sacerdos, nec propter hæreſim, excommunicationem, degradationem, aut quamcumque aliam Eccleſiæ cenſuram, amittit characterem in ordinatione acceptum, nec eſt incapax illius, vt conſtat ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *can.* 9. ſed per characterem Sacerdotalem datur poteſtas ad conficiendum Euchariſtiæ Sacramentum: ergo, ſi hic, qui habet huiuſmodi characterẽ, quantumuis præciſus ab Eccleſia per eius cenſuram ſit, ritè proferat conſecrationis verba, ſuper debitam materiam, omnino conficiet hoc Sacramentum; licet alias mortaliter peccet, & ideo fructum huius Sacramenti non percipiat. Sic tenent cum D. Thoma 3. *part. q.* 82. *art.* 7: omnes Theologi. Legantur Suarez ibid *diſp.* 77. *ſect.* 2. Vaſquez *diſp.* 216. & alij quos citauimus pro hac noſtra ſentẽtia 2. *part. tract.* 8 *diſp.* 2. *q* 2. Caſtro *loc. cit.* dicens; oppoſitum, eſſe manifeſtiſſimum errorem. Alterius *de Cenſur. lib.* 1. *diſp.* 8. *cap.* 4. dicens, contrariam ſententiam eſſe erroneam.

QVÆSTIO V.

An rurſus Sacramentum Ordinis, ſit validum, ſi conferatur ab Epiſcopo excõmunicato, hæretico, aut alio quocumque modo, præciſo ab Eccleſia, extra caſum neceſſitatis?

NEgarunt rurſus, Magiſter *diſt.* 13. *cit. cap.* 4. *& diſt.* 21. Guillelm. Pariſienſ. *in ſacramentali*, & Gratianus 1. *quæſt.* 1. *& cauſa* 9. *quæſt.* 1. exiſtimantes, Epiſcopum hæreticum validè non poſſe Ordinis Sacramentum conferre. His accedunt Ioan. Andreas *in cap. Accedens, diſt.* 50 Gloſſa *ibidem, & in cap. Degradatio, de pœnis in* 6 & alij Canoniſtæ defendentes, Epiſcopum degradatum non poſſe validè Ordines conferre. Et horum ſententiam eſſe probabilem innuit Alterius *vbi infra.*

Sed, vt quid certiſſimum reſpondeo. Eſſe validum tale Ordinis Sacramentum, etiam ſi conferatur ab

Digitized by Google

Epiſcopo degradato. Quia (vt nuper eſt habitum) poteſtas ordines conferendi, eſt annexa characteri Epiſcopali: at hic, nec per excommunicationem, nec per hæreſim, nec per degradationem, nec per quodlibet aliud peccatum deleri poteſt, vt diximus 1. *part. tract.1 diſp.3.queſt.*21.*&* 22.& ex Conciliis,& Patribus: ergo Epiſcopus nequit priuari per hominem dignitate Epiſcopali, & conſequenter, neque à validè, licet benè à licitè, conferendi Ordinem ſacrum. Sic D. Thom. Sotus, Henriquez, Vaſquez, Granados, Hurtad. Layman.,& alij, quos adduximus 2. *part tract 6. de Ordine, diſp.* 4. *queſt.* 3. quibus addi poſſunt Alterius *diſp.8.cit.cap.* 5. Sayrus *lib.*2 *cap.*1. *num.* 10. Suarez *diſp.* 9. *ſect.* 2. *num.* 5. Corneio *diſp.* 10. *de excommun.* §. 1. *dub.* 5. & alij.

QVÆSTIO VI.

An matrimonium inter excommunicatos, extra caſum neceſſitatis contractum, ſit validum?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe validum, & ratum, quamuis ipſi contrahentes, eo quod ſint excommunicati, peccent contrahendo. Sic definitur ab Innocent. III in cap. *Significaſti, de eo, qui duxit in matrim.* declarans, validum fuiſſe Matrimonium contractum à quodam excommunicato. Vbi Gloſſa *in ſumm. caſus* inquit. Nota, quod excommunicatus contrahere poteſt Matrimonium: licet alia Sacramenta denegantur eidem. Ex quibus clarè conſtat, Matrimonium non ſolùm in ratione contractus, ſed etiam quatenus Sacramentum, inter excommunicatos celebratum etiam extra caſum neceſſitatis (de quo loquitur textus) validum & ratum eſſe. Sic omnes DD. Gloſſa *cit.* & Gloſſa margin. monent, vt de hac re videatur Felin. *in cap.* 1. *vt lit. non conteſt.* Alterius *lib.* 1. *diſp.8.cap.6.* & alij omnes.

QVÆSTIO VII.

An Sacramentum Extremæ Vnctionis collatum moribundo à Parocho excommunicato vitando, ſit validum, ſi illud conferat, extra caſum abſolutæ neceſſitatis?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe validum: (quamuis Parochus grauiter in eo caſu peccet, iuxta infra dicenda.) Ratio eſt, quia collatio huius Sacramenti eſt actus Ordinis Sacerdotalis, qui quidem fundatur in charactere Sacerdotali, qui indelebilis eſt, vt ſupra eſt habitum: ergo per nullam cenſuram poteſt Sacerdos reddi inhabilis, ad validè conferendum hoc Sacramentum, cum non pendeat ex poteſtate iuriſdictionis, ſed ordinis. Sic omnes. Legatur Alterius *diſp.* 8. *cit. cap.* 5. *verſ. De Sacramento Extremæ Vnctionis.* Hurtad. *diſp.* 4. *diff.* 4. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An Sacramentum Pœnitentiæ collatum ab Exmunicato Parocho non tolerato, extra articulum neceſſitatis, & circa materiam neceſſariam, ſit validum?

AFfirmarunt nonnulli Doctores, etſi Catholici, eo quod exiſtimarunt, omnes Sacerdotes ex vi ſuæ ordinationis, inſtitutos eſſe Miniſtros ſufficientes huius Sacramenti, per illa verba: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata*, &c. ergo nequit Eccleſia illos mutare, neque eorum actum irritare, magis quàm in aliis Sacramentis. Ita tenuit Armacanus *lib.*11. *de queſt. Armenorum, cap.*4. in cuius ſententiam inclinat Almain. *diſt.* 17. *art.*4. & reputauit probabilem Durand. *diſt.*19. *q.* 2.

Sed, vt quid certiſſimum, reſpondeo quod Sacramentum Pœnitentiæ collatum à prædicto Parocho excommunicato non tolerato, extra caſum extremæ neceſſitatis ipſius pœnitentis, de quo ſupra eſt habitum, eſſe inualidum, & nullum. Ratio eſt, quia de eſſentia huius Sacramenti eſt, quod Miniſter illius habeat iuriſdictionem, patet ex *cap. omnis vtriuſque ſexus*, & ex decretis Concilij Florent. & Trident. *ſeſſ.*14.*c.*7. Sed ſic eſt, quod omnis Excommunicatus eſt priuatus iuriſdictione omni, vt habetur *in cap. Ad probandum, de re iudicata, cap. Romana, de offic. Vicar. in 6. cap ſi is, cui, de offic. deleg. in 6. cap. Duobus, de ſent excommunicat. cap. Audiuimus* 14 *queſt.* 1. *cap. Si celebrat de cler. excom. miniſtrante:* ergo Sacerdos excommunicatus non erit miniſter ſufficiens ad validè conficiendum Sacramentum Pœnitentiæ; patet, quia per excommunicationem non tantùm prohibetur Excommunicatis Miniſtris, ne poſſint licitè abſoluere; ſed aufertur ab illis poteſtas neceſſaria ad valorem talis actus, nempe iuriſdictio, quæ quidem & dari, & auferri poteſt per hominem.

Vnde ad fundamentum contrariorum, negandum omnino antecedens eſt. Quia in ordinatione, vel ſolum accipit Sacerdos iuriſdictionem in habitu, ſed non in actu, nam hanc ſolum habet à Papa vel à Prælato cum eligitur ad munus abſoluendi, vt volunt Palud *diſt.* 17. *q.* 3. Syluester *Confeſſor* 1. § 2. & Nauar. *in Man. cap* 4. *num.*10. vel ſi accipiunt in ſua ordinatione veram poteſtatem iuriſdictionis, hæc ſolum eſt inchoata, & incompleta: nam illa completur in ratione iuriſdictionis per applicationem, & ſubiectionem materiæ, id eſt, ſubditorum, quæ fit per Summum Pontificem, & Prælatos Eccleſiæ, vt docent Maior *in* 4. *diſt.*19, *queſt.*1. D. Anton. 3. *part. tit.* 17. *cap.*4. & Angel. *confeſſio* 3. *num.* 4. & alij. Vel tandem dicendum eſt ſecundum alios, quod poteſtas iuriſdictionis in Sacerdote, eſt diſtincta à poteſtate ordinis tam in eſſentia, quàm in modo, ſeu tempore, quo confertur: nam poteſtas ordinis datur per impreſſionem characteris, & ideò manet immutabilis, poteſtas verò iuriſdictionis datur moraliter per extrinſecam conceſſionem, aut alicuius Eccleſiaſtici muneris traditionem, per quam aliquis Paſtor; & ideo mutari & tolli poteſt per hominem, vt fit quando Prælatus excommunicat nominatim Sacerdotē, ideóque ſi huiuſmodi Sacerdos excommunicatus intentet aliquem abſoluere, erit abſolutio nulla ex defectu iuriſdictionis. Hic modus philoſophandus eſt D Thomæ 22. *queſt.*39. *art.*3 *& in* 4. *diſt.*17. *queſt.*1. *art.*3 *queſt.*4. D. Bonauent. *diſt.*19. *art.*3. *queſt.*1. Soti *diſt.* 18 *queſt.*4. *art.*2. & aliorum. Et ideo noſtram reſponſionem tenet communis Theolog. D. Thom. *diſt.*17. *cit. & diſt.*19. *queſt.*1. *art* 3. *queſt.*1. Palud. *diſt.*17. *queſt.*3. *art.*1. *& diſt.*19. *queſt.*2 *art.* 3. & ibi Capreol Gabriel, Sot & alij Scholaſtici Nauarr. *in Man. cap.*9. *num* 8. *& cap.*27. *num.*259. Couarr. *in cap. Alma mater, p.*1. §.6 *num.*7. *verſ. Sexta concluſio* dicens, eſſe omnium concordem ſententiam. Angel Syluest. & D Anton. quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 1. *diſp.*8. *cap.*7. Suarez *diſp.*11. *ſect* 3 *num.* 12. Vaſquez *de excommunicatione, dub* 4. Henriquez *lib.*13. *cap.*10. *n.*2. Ægidius *de Cenſur diſput.*14. *dub.*5. *num* 32. Fillincius *tract.*11. *cap.*3. *queſt.* 9. Palao *diſput.*2. *punct* 8. *num* 1. Sayrus, Reginaldus, Vgolinus quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp.*2. *queſt.*2. *pun.*1. §.4. *n.*1. Hurtad. *diſp.*4. *de excommunicat. diſp.*4. Corneio *diſp.*10. *de excomm.* § 1. *dub.* 5. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 83. & alij omnes. Et nos etiam cum aliis 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 5. *queſt.* 78.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

An ſaltem Prælatus excommunicatus vitandus, etſi non poſſit per ſe validè, extra neceſſitatis caſum, abſoluere, poſſit alteri ſuas vices committere?

AFfirmant Henriquez *lib.6. de pœnit. cap.6. num. 3. & cap.7. in fine*, Palud. *in 4. diſt.23. quæſt.2. art.2. num. 17.* Nauarrus *in cap. Placuit, num. 51.* Ledeſma vterque, Tabiena, Armilla, & alij quos citat, & ſequitur Fagundez *de quinque precept. precept. 2. lib. 7. cap 2. num. 49.* (citans, ſed malè, pro ſe Thomam Sanchez *lib.3. de Matrimonio, cap 21. num.7.* cum oppoſitum ibi doceat *num. 9.*) Baſil *lib. 5. de Matrimonio, cap.17. §. vnico, num.14.* Boſſius, & Rodriquez, quos omnes pro hac ſententia adduximus *1. part. tract. 5. de pœnitentia, diſput.11. quæſt.53.* citat etiam Suarez pro eadem ſententia, Syluestrum *verb. Vnctio, num. 4.* & benè. Sed non aduertit, quod oppoſitum alibi doceat, *vt infra*. Fundamentum horum authorum eſt, quod dare prædictam licentiam, non eſt actus iuriſdictionis, ſed ordinis: ergo quantumuis ſit excommunicatus, validè poterit illam dare.

Sed probabilius longè reſpondeo dicendum, quòd neque Epiſcopus excommunicatus, poſſit aliquem Sacerdotem in Confeſſorem approbare, aut exponere; nec minus Parochus excommunicatus dare licentiam alteri audiendi confeſſiones ſuas vices ei committendo.

Prima huius reſponſionis pars, vt probabilior tradita fuit à nobis *1. part. loc. cit.* Quia videlicet, probabilius iudicauimus, ſicut & nunc facimus, quod approbare aliquem ad confeſſiones audiendas, non ſit actus ordinis, ſed iuriſdictionis: at ſic eſt, quod Epiſcopus excommunicatus caret omni iuriſdictione: ergo inualidè concederetur talis approbatio ab ipſo. Sic Sanchez *loc. cit. num.9.* dicens, hanc ſententiam eſſe veriſſimam, & *num 7.* citat pro hac parte, & benè, Syluestrū *verb. abſolutio 2. quæſt.6. & verb. Confeſſor 2. quæſt.4.* Sotum *diſt.18. quæſt. 4. art. 3.* Victoriam, & Gutierrez. Sic etiam Suarez *de pœnitem diſp.28. ſect 5. & de Cenſur. diſp.11. ſect. 3. in fine.* Alterius *lib.1. diſp.8. cap. 1.* & alij.

Secunda verò pars, etiam clarius conſtat. Quia delegare ſuas vices, audiendi cōfeſſiones alteri, eſt actus iuriſdictionis, & non ordinis: Sed Prælatus, ſeu Parochus excommunicatus non toleratus eſt priuatus omni iuriſdictione: ergo non poteſt ad hunc finem audiendi confeſſiones vices ſuas alteri committere, quia nemo dat, quod non habet. Maior in qua poteſt eſſe ſolum difficultas, conſtat; quia interdum non Sacerdos dat facultatem audiendi confeſſiones, vt conſtat; ergo talis actus non eſt ordinis, ſed iuriſdictionis. Sic Suarez *loc. cit.* dicens oppoſitam ſententiam eſſe falſam. Alterius *loco citato; & ibidem cap. 7. in fine.*

QVÆSTIO X.

An ad minus, Confeſſarius excommunicatus non toleratus, poſſit abſoluere validè à venialibus?

AFfirmat Vaſquez *tom.4. in 3. part. quæſt.93. art. 1. dub 6. à num.5.* Quia exiſtimat iure diuino, & non tantum conceſſione ſuperiorum, eſſe conceſſum cuilibet Sacerdoti, vt poſſit abſoluere à venialibus peccatis. Vnde ſequitur (ait ipſe Vaſquez *num. 8.*) quod quamuis aliquis prohiberi meritò poſſit lege aliqua aut præcepto, ne etiā circa venialia adminiſtret Sacramentū, ſicut de facto prohibitus eſt excommunicatus, quia ei interdicitur omnis Sacramenti adminiſtratio, tamen ſi de facto abſoluat à venialibus, abſolutio rata eſt, ſi autem poſſet tantum iure humano, conceſſa materia abſoluere à venialibus, poſſet omnino irritari abſolutio, & alicui denegari iuriſdictio. Huſque Vaſquez dicens *num.5.* ſic teneri neceſſario dicere, qui docent, iure diuino eſſe conceſſum Sacerdoti abſoluere à quibuſvis peccatis venialibus. Sunt autem apud ipſum, Sotus *in 4. diſt. 18. q 4. art.2. ad 3.* Ruard. Taper. *art. 3. contra Cal. pag. 100.* Caiet. *verb. Abſolutio, cap.2.* Canus, Ledeſma, Palud. & Capreol quos etiam ſic pro hac parte adduximus *part.1. tract.5. diſp.11. quæſt.11.*

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe validè adhuc à venialibus abſoluere. Quia probabilius omnino eſt, iuriſdictionem, reſpectu etiam venialium, non iure diuino, ſed ſolùm iure Eccleſiaſtico, Sacerdotibus competere, vt cum Nauarro, Suario, Ægidio, Henriquez, Medina, Valentia, Granado, & alijs pluribus diximus *1. part. tract. 5. diſp. 11. quæſt. 11. cit. & diſput. 12. quæſt. 6.* ergo talem iuriſdictionem poteſt Eccleſia ſuſpendere, at ſic eſt, quod de facto id facit cum excommunicato non tolerato: ergo validè à venialibus tunc nequibit, ob defectum iuriſdictionis, abſoluere. Sic expreſsè Alterius *lib.1. diſput. 8. cap.8. verſ Nihilominus.* Auila *2. part. cap.6. dub.1. concluſ.3.* Præpoſitus *in 3. part. q.2. dub.8. num.49.* Raynaud. *de monit. part. 2. cap. 2. num.13.* & Diana *part. 5. tract.9. reſol. 84.*

QVÆSTIO XI.

An confeſſio peccatorum mortalium, facta cum excommunicato vitādo, ſit inualida, & neceſſariò iteranda, etiamſi pœnitens inuincibiliter ignoret Confeſſorem eſſe excommunicatum?

AFfirmat abſolutè, & abſque vlla diſtinctione, apud Auilam, Palacius *in.4. diſt.17. diſp.7. col. 12.* eo quod Excommunicatus vitandus caret iuriſdictione, quæ, vt nuper diximus, eſt omnino neceſſaria ad validam abſolutionem.

Sed diſtinctione aliqua vtendo, ſic veriſſimè reſpondeo, eſſe quidem omninò inualidam, & iterandam confeſſionem, caſu, quod pœnitens, inuincibili etiam ignorantia, procedente ex priuato, & particulari errore ipſius, ignoraret Confeſſorem eſſe excommunicatum: ſecus verò ſi talis ignorantia procederet ex publico, & communi errore, quia tunc confeſſio verè eſſet valida, & rata, & ideo non repetenda. Quia in hoc ſecundo caſu, propter bonum commune, confert Eccleſia tali excommunicato iuriſdictionem: quam non confert in primo caſu, cum in illo ceſſet ratio boni communis, & ſolùm reperiatur ratio boni particularis, quod non attenditur à legibus. Sic Sanchez *lib. 3. de Matrimonio. diſp.22. num.46* Bonacina *de Matrimonio quæſt.2. punct.8. num.31. & 32. & de Cenſur. diſt.2. quæſt.2. punct.1. §.4. num.2. & 3.* Trullench. *in Bullam, lib.1. §.7. cap.1. dub.4.* quos nos citauimus, & ſecuti ſumus *1. part. tract.5. de pœnitentia, diſp.5. quæſt.79.* quibus nunc addi poſſunt, Suarez *diſp.11. ſect.2. n.14.* Couarr. & Vgolinus penes ipſum. Auila *2. part. cap.6. diſp. 3. dub.1. concluſ.3. verſ. Hinc ſequitur*, & apud ipſum Victoria *de excommunicatione, quæſt. 33.* Caietanus *verb. Abſolut. impedimen. & verb. Confeſſionis iteratio.* Nauarrus *cap.9. num.4.* Ægidius *diſp.14. dub.10. n.88.* Filliucius *tract. 12. cap. 3. num.78.* Cornejo *diſp.10. de excomm. dub.5. verſ. ſed quæres.* Hurtad. *diſp. de excomm. diff.4. verſ. Circa quam.* Alterius *lib.1. diſput.8. cap.8.* & communis.

Digitized by Google

Bauny *diſp.7.de excomm.q.4.aſſertione* 2. quamuis illam non directè probet. Raynaud. *de monit. part.2. cap.2. n.24.* Præpoſitus *in 3.p.quæſt.2.de excomm. dub.8.n°44.* Cornejo *diſp.10. de excomm.§.1. dub. vlt.* Diana *part.5. tract.9. reſol.*83. Et communis.

QVÆSTIO XV.

An ad hoc vt excommunicatus toleratus licitè poſſit conferre petentibus Sacramenta, debeant hi habere aliquam, ſaltem communem, neceſſitatem, aut vtilitatem?

AFfirmant communiter Doctores. Bauny *loc. cit.* ſcribens: Toleratum licitè conferre Sacramenta, quoties, aut ipſius grauis neceſſitas, aut notabilis proximi vtilitas exigit, indubitati eſt iuris. Ita ille. Filliuc *tract.12. cap. 3.q.7.num.72.* ita loquens: Si pertineat ad fauorem petentis, aut moraliter ſit neceſſarium, vel vtile, vt excommunicatus conferat Sacramenta, tunc poteſt ſine peccato. Cornejo *dub.vlt.cit.* & alij communiter.

Sed probabilius reſpondeo licitè poſſe prædictos excommunicatos Sacramenta conferre petentibus, etiam ſine ſpeciali cauſa, aut neceſſitate; dummodo licitè Sacramenta ab ipſis petant (de quo infra dicemus.) Ratio eſt, quia quoties alicui aliquis actus conceditur vt licitus, neceſſarium eſt vt eidem concedantur omnia, ſine quibus talis actus licitus eſſe non poteſt: ſed licitum eſt fidelibus poſt Concil. Conſtant. petere ab huiuſmodi excommunicatis Sacramenta, adhuc non interueniente ſpeciali neceſſitate, aut vtilitate, vt *infrà*: ergo & licitum erit his excommunicatis, tunc Sacramenta illis miniſtrare; patet conſequentia, nam ſi iſti non poſſent licitè miniſtrare, non poſſent illi licitè petere, vt miniſtrarent, propter inductionem ad malum; ergo quotieſcumque licitè illi petunt Sacramenta, poſſunt & hi licitè ipſa eiſdem adminiſtrare. Sic tenet expreſsè Raynaudus, (citatus *vbi ſupra* à Diana *reſol.* 83.) per hæc verba: Quamuis nonnulli Doctores de quocumque Miniſtro excommunicato pronuncient, eum prohiberi miniſtrare quæcumque Sacramenta, tamen mollior nunc ſententia ſentit de excommunicato tolerato; quem negat quidem poſſe ſe inferre ad Sacramentorum adminiſtrationem: admittit tamen poſſe illa adminiſtrare ſi adeatur, etiam abſque neceſſitate; ſiue ſit Paſtor; ſiue non ſit: neque item fideles eum adeuntes; & iure ſuo vtentes, peccant, ſiue aduerſus legem de non communicando, quæ poſt Martinum V. non vrget; ſiue ob cooperationem in peccatum Miniſtri, non enim ibi vlla cernitur cooperatio ad peccatum, quia non peccat Miniſter toleratus, ſi requiſitus miniſtret. Hæc Raynaudus.

QVÆSTIO XVI.

An licitum ſit his excommunicatis toleratis, ſe ingerere, & inuitare ad Sacramenta fidelibus miniſtranda?

REſpondeo tanquam certum: Non eſſe eis id licitum. Quia per Extrauag. *Ad euitanda.* Martini V. & Concilij Conſtantienſis nullus fauor, aut releuamen aliquod, eſt dictis excommunicatis conceſſum: ergo non eſt data eis facultas communicandi, ſiue in diuinis, ſiue in humanis cum aliis: ſed ſolùm eſt data facultas aliis fidelibus communicandi in dictis rebus, cum ipſis. Poſſunt ergo dumtaxat huiuſmodi excommunicati tolerati admittere alios, vt ſi velint, ſecum communicent; ipſi verò tenentur alios vitare, licet poſſint non vitari ab aliis. Sic Suarez *diſp.11.ſect.4.num.10.* Raynaudus *loco cit.* Connejo *diſp.10. de excommunicat.§.1. dub.vlt.verſ. Tertiò nota.* Filliucius *tract. 12.cap. 3. quæſ.7. dicto 4.num.72.* Sanchez *lib.7.de Matrimonio, diſput.9.num.8.* Henriquez *lib.13. cap.6. num.4. littera A, & B.* Bauny *diſp.7. de excommunicatione, quæſt. 6.aſſert. 4.* Alterius *lib.1. diſp. 10. cap. 2.in princip.* ex Nauarro *cap. 25.num. 93. & cap. 27. num. 20. & 244.*

QVÆSTIO XVII.

An licitum ſit alicui, petere etiam abſque neceſſitate Sacramenta à Miniſtro excommunicato tolerato, parato ſua ſponte adminiſtrare, ſi, illa adminiſtrando, peccaturus ſit?

NEgant Sotus *diſt 1.quæſt.5.art 6.* Reginaldus *lib.1. num. 165.* Suarez *de Sacrament. diſput. 18.ſect.2.* Bonacina *de Sacrament.in genere diſp.1.quæſt.6.punct.5. num.2.* & Grenad. *de Sacrament tract.5.diſp.vlt.à num.4.* Quos omnes pro hac parte citauimus *1. p. tract. 1. de Sacram.in gen.diſp.5.quæſt.9* Fundamentum eorum eſt. Quia in tali caſu petens Sacramenta ab excommunicato miniſtrante in mortali, cooperatur peccato illius: ſed qui cooperatur peccato alterius peccat: ergo.

Sed probabilius reſpondeo licitum illi eſſe. Quia tunc petens, ex vna parte, vtitur iure ſuo; & ex alia, nullo modo inducit Miniſtrum ad illi Sacramenta miniſtranda, cum ad id paratus ſit; ergo nullo modo cooperatur peccato illius: ergo nulla ex parte erit illicitum illi, petere Sacramenta ab excommunicato tolerato, etiam extra caſum neceſſitatis, quando paratus eſt Sacramenta miniſtrare. Sic Vaſquez *de excommunicatione, dub.3.à num. 2.* Sanchez *lib.7 de Matrimonio, diſput.9.num* 8. D.Thom. Viuald. Ioann. de Cruce, Becan. & alij quos citauimus *1.part. loc. cit.* imò idem docet Bonacina *de Cenſuris,diſp.1. quæſt.2. punct.2.§.3.in fine.* Henriquez *num.4.cit.* vbi *littera C,* id probat exemplo vſurarij parati, à quo (inquit) licet petere mutuum ſub vſuris; & petens non cenſetur illum moraliter inducere ad malum, ſed vtitur malitia hominis parati ad effectum, quem ille poſſet inculpatè facere. Sic ille. Bauny *diſp.7. de excomm.q.6. aſſert. 2.*

QVÆSTIO XVIII.

An item liceat petere Sacramenta à Miniſtro (etiam non Paſtore) excommunicato tolerato extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis, ſi aliàs non ſit ad ad miniſtrandum paratus?

NEgant abſolutè apud Bonacinam, Henriquez *lib.13.cap.6.num.3.* Vaſquez *de excommunicatione, dub.3.num.2.* Nauarrus *cap.9. num.10.* Suarez *diſp.11. ſect. 4.* Sayrus *lib. 2. cap.2. num.9.* & Valentia *tom. 4. diſp.7.quæſt.11.punct 3.verſ. Alias autem.* Sed his Henriquez, oppoſitum ſentit loquendo in caſu, quo petatur Sacramentum à Parocho excommunicato occultè. Nam eodem *num. 3. in princip.* ita ait: Ex hoc fauore Concilij Conſtant. colligitur primò ſubditos licitè inducere Parochum occultè excommunicatum, vt ſibi Sacramenta miniſtret, quem ſubditi extra tempora etiam præcepti poſſunt per iudicem Eccleſiaſticum iure compellere, vt Sacramenta miniſtret, cum ſit ratione officij publici obligatus. *Et infra* At re vera Concil. Conſtant. concedit abſolutè priuilegium, vt etiam extra neceſſitatem liceat inducere Parochum: & colligitur in fauorem omnium, Parochum

Digitized by Google

poſſe inculpatè, & abſque irregularitatis pœna miniſtrare ſolemniter baptiſmum, & alia Sacramenta petentibus onibus: & tunc fruitur alieno priuilegio ſubditorum iure petentium. Cenſetur verò ad hunc effectum ne peccet, abſolui per inuiſibilem Sacerdotem Chriſtum, ſeu Eccleſia in tali caſu limitat excommunicationem quantum ad hunc effectum. Hucvſque Henriquez. Non ergo in totum, benè citatur pro hac parte. Cum eadem limitatione loqui videtur Nauarrus *loc.cit. num.* 10. dum in fine hæc loquutus fuit verba: Huiuſmodi autem inductio, ſiue perſuaſio, tunc eſt peccatum mortale, quando abſque vlla neceſſitate, vel debito quo alius teneretur (*vt Parochus*) illum induxit ad faciendum ſacrum, vel miniſtrandum aliquod Sacramentum, quem ſcit mortali crimine infectum. Ita Nauarr. Igitur non benè abſolutè, pro hac negatiua ſententia citari debet. Valentia item, licèt hanc ſententiam teneat, non eſt ita abſolutè, vt non admittat aliquem caſum, in quo quis poſſit ab excommunicato dicto licitè Sacramenta poſtulare. Ait enim id efficere poſſe; ſi ſubſit (verba ſunt Valentiæ) aliqua rationabilis cauſa confitendi tali, propter quam cenſeatur quis rectè, & meritò poſſe ſui commodi ſpiritualis causâ, lapſum proximi negligere: vt ſi nimirum non poſſet alteri confiteri. Ita Valentia, & Layman *lib.* 1. *Theolog. tract.* 5 *part.*2. *cap.*5. *num.* 4. Graffius *lib* 1. *deciſ.cap.* 16 *num.* 21.

Negant etiam alij plures Doctores; loquendo ſpecialiter de Excommunicato tolerato, qui non eſt Parochus, à quo vllo modo licere Sacramenta petere abſolutè negat Henriquez *loc.cit.n.*4. his verbis: Quare homo non deberet Sacramenta petere à Sacerdote non paſtore occultè excommunicato, vt quem non poteſt iure compellere: niſi fortè ille Sacerdos conferre omnibus paratus eſſet. Hæc Henriquez, & penes illum *lit. A, & B.* Cano, Nauarr. *cap.*22.*n.*11. & multi recent. Thomiſtæ Sed certè meus Nauarrus non loquitur ibi, de excommunicato tolerato, ſed de non tolerato ab Eccleſia: Ait námque quod peccat ille, qui exiſtens excommunicatus, ante abſolutionem ab excommunicatione, abſolutionem ſacramentalem procurat, aut vult abſolui ab aliquo non Preſbytero, aut ab excommunicato denunciato, aut ſuſpenſo, &c. Sic ille. Tenent tamen alij, vt Viuald. *de excommun.n.*79. Auila 2.*p.cap.*6. *diſp.*8 *dub.* 2. *verſ. Quarta opinio.*

Sed probabilius reſpondeo licitum eſſe petere Sacramenta ab excommunicato tolerato, etiam abſque vlla neceſſitate, ſiue excommunicatus ſit Parochus, aut alius Paſtor: ſiue alius Sacerdos, etiam caſu, quo non ſit paratus adminiſtrare Sacramenta.

Probatur *primò*, quia petens abſolutè poteſt vti iure, quod habet ad poſtulanda Sacramenta à quouis excommunicato tolerato.

Secundò, quia Concilium Conſtant. ſine vlla reſtrictione, & nulla iuſta exigente cauſa indulget fidelibus priuilegium communicandi cum huiuſmodi excommunicatis, etiam in participatione Sacramentorum: ergo non eſt cur ad communicationem ſolum cum Parocho, ſeu Paſtore alio & hoc ex iuſta, & rationabili cauſa, reſtringi debeat: Et re vera, vt bene Vaſquez *num.* 4 qui eſſe licitum à Paſtore petere Sacramenta concedunt, & eſſe licitum dicunt, à quocumque alio Sacerdote, qui licentiam habet abſoluendi, quia in vtroque par eſt ratio, cum vterque ſit excommunicatus toleratus. Sic optimè Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.*9.*num.*8. Qui latè id probat citans pro ſe Sotum, Ledeſmam, & Lopezium *locis ſupra quæſt.* 14. *citatis.* Bonacina *diſp.*2. *de Cenſuris quæſt.* 2. *punct.*2. § 3. *num* 4. Raynaudus *de monit.part.*2.*cap.*2.*num.*24. Cuius verba retuli *quæſt.*15. Victoria, & Penna, quos pro hac parte refert Henriquez *lib.* 13.*cap.*6. *num.* 4. *in Gloſſa lit. B.* Præpoſitus *quæſt.* 2. *de excommun.dub.*8.*num* 52. vbi ſic ait; Vnde Sotus *in* 4 *diſp.* . *quæſt.*5.*art.*6.*in* 6. *propoſitione*, cenſes, Paſtorem excommunicatum poſſe induci ad Sacramentum miniſtrandum: quamuis *propoſit.*7. exiſtimet non poſſe induci eum, qui non eſt Paſtor. Verùm ex ratione à nobis facta patet vtrumque poſſe induci, quia non fundamur in eo, quod Paſtor teneatur Sacramenta ſuo parœciano miniſtrare, ſed in eo, quod alij poſſint cum eo conuerſari, abſque violatione Cenſuræ, iuxta qualitatem actionis, in qua conuerſari cupiunt, & quod Sacerdos non ſe ingerens, ſed conuerſans, rogatus ab aliis, non peccet: quæ ratio etiam locum habet in eo, qui non eſt Paſtor. Vnde non ſolùm Paſtor rogatus poteſt abſque peccato præbere Euchariſtiam ſuo parœciano petenti, ſed etiam alius Sacerdos toleratus, à quo ſimiliter Sacramentum petitur. Hæc Præpoſitus. Quem refert, ac ſequi videtur Diana *part.*5. *tract.*9.*reſolut.* 83. Machado *lib.* 1.*part.* 3. *tractat.* 3. *document.* 6. *num.*5. & alij.

Et expreſsè affirmant eſſe probabilem ſententiam hanc Layman *loc.cit.num.*5. & Bauny *quæſt.*6.*cit.in fine.* Qui & probat dicens: quia cum Concil. Conſtant. abſolutè conceſſam facultatem fidelibus eſſe voluerit, communicandi cum præciſis, tam in ſacris, quàm politicis, conſequenter & his integrum, ac impunè eſſe voluit, Sacramenta dare, in eóque non peccare, ſi ea rogati adminiſtrarent, & non ad id miniſterium vltro, ac volentes venirent. Sic ille. Et benè. Legantur. dicta à nobis 1.*p.tract.* 1.*diſp.*5. *q.* 10.

Qvæstio XIX.

An etiam ſit licitum, Sacramenta ab excommunicato tolerato petere, caſu quo ſit alius Miniſter non excommunicatus, à quo æquè vtiliter recipi poſſint?

Affirmant Sotus *in* 4.*diſt.*1.*q.*5.*art.*6.*propoſitione* 1. *pag.mihi* 122. & Ioann. de Cruce *de Sacrament. in genere, quæſt.*4.*dub.*4. *concluſ.* 2. Quorum ſententia non diſplicet Henriquez *lib.* 1. *cap.* 30.*num.*2.*lit.F.* vt diximus *part.loc.cit.quæſt* 11. Quibus nunc addo Præpoſitum *loc.cit.* expreſsè fatentes hanc ſententiam eſſe probabilem.

Sed, vt ibi diximus, longè multò probabilius, imò certiſſimè ferè, reſpondeo in eo caſu minimè licere, ſed peccatum committi mortale, non contra prohibitionem Cenſuræ, ſed contra charitatem; cum ſine vlla rationabili cauſa, aut vtilitate ſpeciali, petendo ab excommunicato Sacramentum, ſit petens cauſa, vt ille mortaliter peccet, aliàs non peccaturus. Sic communiter Doctores. Suarez *diſp.*11.*ſect.*4.*n.*12. Quia in huiuſmodi caſu (inquiens) malè faceret fidelis petens Sacramentum ab huiuſmodi excommunicato, cum poſſit illud à non excommunicato obtinere: quia licet hoc non ſit ei directè prohibitum propter dictam Extranag. *Ad euitanda*, tamen ex natura rei ſequitur, ſuppoſito grauamine, quod ipſis excommunicatis relictum eſt abſtinendi quantum moraliter poſſunt ab huiuſmodi miniſterio. Sic ille. Bauny *quæſt.* 6.*cit.aſſert.*3. *pag.*258. Sanchez, Sayrus, Vaſquez, Valentia, & alij, quos adduximus 1.*p. loc.cit. quæſt.* 11.

Qvæstio XX.

An tandem licitum ſit, aliquando petere Sacramenta ab excommunicato non tolerato, ſeu vitando?

Reſpondeo tanquam certum: Nullo modo eſſe licitum, ſed graue peccatum, cum id ſit contra prohibi

prohibitionem,& obligationem Cenſuræ in materia graui. Excipe caſum vrgentis neceſſitatis, quia Eccleſia non intendit obligare cum tanto incommodo. Sic omnes Doctores. Et conſtat ex ſuprà habitis *diſputat. 5. per totam.*

QVÆSTIO XXI.

An Excommunicatus, adminiſtrando Sacramēta illicitè, incurrat aliquam pœnam?

RESpondeo incurrere irregularitatem, ſi Sacramenta Ordinis, Confirmationis, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ,& Extremæ Vnctionis, & etiā Baptiſmi ſolemniter cum ſacris veſtibus,&c. miniſtret illicitè. Quia omnis excommunicatus exercens illicitè actum Ordinis ſacri fit irregularis. Secus dicendum eſt ſi id licitè faciat ex vi fauoris aliis conceſſi per Concil. Conſtant. quia cum tunc nullam violet Cenſuram, nullam irregularitatem incurret.

Addo, quod neque aliquam pœnam incurrat ille, qui ab excommunicato tolerato Sacramenta accipit, propter eandem rationem. Benè tamen ille,qui ab excommunicato non tolerato Sacramenta illicitè recipit, nam incurrit excommunicationem minorem, vt infra dicemus. Sic omnes DD. Legantur Suar. *diſp.* 11. *ſect* 4.*n.*19.Bonac. *diſput.*1.*q* 2 *punct.*1.§.4.*num.*6.*&* 9. Corneio *diſp.*10. *de excomm.*§.2.*dub.vlt in fine.* Bauny *diſput.* 7. *cit. quæſt.*7.*dicto* 2. Henriquez *lib.*13.*cap.*7. *num.*1.Palao *diſput.*2.*punct.*8. *à num.*9.

QVÆSTIO XXII.

An etiam, qui Sacramenta excommunicatis non toleratis largiuntur, incurrant aliquam pœnam?

RESpondeo incurrere interdictum ab Eccleſiæ ingreſſu. Quia ſic decernitur *in cap. Cum Epiſcoporum, de priuileg. in* 6. Sic omnes, præcipuè Bauny *loc. cit. dicto* 3. vbi addit, quod ſi dicti non tolerati ſint excommunicati à Papa, tunc is, qui eis confert Sacramenta,aut cū iis communicat in diuinis Officiis, eſt excommunicatus excommunicatione Papæ reſeruata, cap. *Significauit, de ſent. excomm.* quem adiri tamen, abſolutionis obtiendæ cauſa, vt ſit neceſſe, requiritur, vt participans ſit Clericus. Secundò, vt ſcienter hoc faciat. Tertiò, vt ſpontè. Sic ille. Et nos latius ſuprà *diſput.*4. *quæſt.* 18.

DISPVTATIO VII.

De tertio effectu Excommunicationis, qui eſt, priuatio Diuinorum Officiorum, & aliarum rerum ſacrarum.

QVÆSTIO PRIMA.

An quicunque Excommunicatus priuetur, ex vi Cenſuræ, omni communicatione Eccleſiaſtica in rebus diuinis?

RESPONDEO tanquam quid certiſſimum: priuari. Quia id eſt expreſſum in cap. *Reſponſio,* & cap. *Nuper, cum aliis, de ſent. excomm.* & cap. *Alma mater, eod.tit.in* 6.cap. *Sicut Apoſtoli, cum tribus ſeq.*11.*q.*3. cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* Et ratio eſt,quia excommunicato cuicunque,hoc eſt,tam non tolerato, quàm tolerando, eſt prohibita ſimpliciter communicatio fidelium: ergo à fortiori in rebus diuinis. Sic omnes Doctores. Legantur Nauarr. *cap.* 27. *n.*19.Sotus *diſtinct.*22.*quæſt.*1.*art.*4.Henriquez *lib.*13. *cap.*7.*&* 11. Suarez *diſput.*12,*à ſect.*1.Fillinc.*tract.*12. *cap.*4.Alterius *lib.*1.*diſputat.*10. *à cap.*2.Ægidius *diſputat.*14.*dub.*7. Vaſquez *de excommun. dub.*8. Luyſius Turrianus *lib.*2.*diſput.* 11. Vinaldus *de excommunicat. num.*81.Bonacina *diſput.*2. *quæſt.*2. *punct.* 3. Hurtadus *de excommun. diſp.*5.Bauny *diſput.*7. *à q.* 9. Laymann *lib.*1 *tract* 5 *part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 6. Palao *de Cenſur. diſputat.*2. *puncto* 9. & alij citandi.

QVÆSTIO II.

An Excommunicatis ingredi Eccleſiam liceat, ſaltem eo tempore, quo diuina officia non celebrantur?

NEgant Gloſſa *in cap. Cleros, diſt.*21.*verb. Et reſpuunt infideles,* id eſt, (inquit,) excommunicatos. Et ita Oſtiarius remouet excommunicatos ab Eccleſia. Et Gloſſa *margin.ibid.* idem docent,ex Hug. Hoſt. *in ſum.num.* 17. *verſ. Sed nunquid, de ſent. excommun.* vbi ſic ait: Sed nunquid excommunicatus poteſt intrare Eccleſiam? Dicas quod non debet hoc facere vllo tempore, ſi ſit ligatus maiori excommunicatione, & idem intelligas de interdicto, & ſuſpenſo ab ingreſſu Eccleſiæ. Sic Hoſtienſ. pro cuius ſententia citat eius Additionator, Gloſſam *in cap. Qui ſtudet,* (non *cap. ſtudet,* vt ait Additionator) 1.*q.*1.& Ioannē de Imola *in cap.*1.*de vita & honeſt. Cleric.* Tenet etiam Abbas *in cap.* 2. *num.*1.*de foro competenti,* apud Dianam. Quibus adde eundem Abbatem, & Henricum *in cap. Reſponſio, ſup.cit.* & Felinum quos ibi ſequitur, & Nicolaum Ploue *tract. de excommun. vbi, de participat, cum excommunicato, num.* 9.

Sed vt quid verum reſpondeo: licitum eſſe Excommunicatis Eccleſiam ingredi, ſaltem eo tempore,quo officia diuina in illa non celebrantur. Quia id nullo iure eſt excommunicatis prohibitum. Sic docent communiter Doctores, vt fatetur Couar. *in cap. Alma mater,* §.3.*num.* 7.*in fine.* Et ſic tenet ibi ipſe (licet ſtatim *num.*8. dicat peccare venialiter excommunicatum ingredientem Eccleſias eo tempore quo diuina officia non celebrantur. Sed certè hic minus benè.) Sic tenent,& alij quamplures mox citandi; præcipuè D. Thom *in* 4.*diſtinct.*18.*quæſt.*6.*art.*1.& ex illo Luyſius *lib.*2.*diſputat.* 11. *dub* 3.Alterius *lib.*1.*diſputat.*10, *cap.* 5. Nauarrus, Sotus, & alij.

QVÆSTIO III.

An etiam liceat excommunicatis, ingredi Eccleſiam, eo tempore, quo officia diuina in ea celebrantur?

NEgabunt, & à fortiori, Authores nuper pro prima ſententia adducti. Quibus adhæret cum aliis, Couar. *loc. cit.* eo quod in his diuinis communio interdicta eſt excommunicatis. Ideòque, Excommunicatus (inquit) non poteſt ingredi Eccleſiam,eo tempore, quo diuina officia celebrantur, text. *in capitulo, Reſponſo de ſentent. excommun. Capitul. Quod in te, de pœnitent. & remiſſ. capit. Alma mater.* Cuius ſtatim in ſecunda huius relectionis parte, interpretationem explicabimus. Gloſſa expreſſim hoc ipſum tradens *in cap. Qui ſtudet.* Et ibi Præpoſ. 1. *quæſt.* 1. Innocentius, Antonius, & alij in dicto *cap. Reſponſo.* Felinus *in cap.*2.*de except.* Decius *in cap. Ad præſentiam,de Appell.*

Digitized by Google

tis toleratis; ſed communicantibus cum illis, in eorum vtilitatem,& commodum,vt ſupra eſt habitum. Vnde priuilegio dictæ conſtitutionis, maiorem facultatem competit modo Miniſtris Eccleſiæ in adminiſtratione Sacramentorum erga excommunicatos toleratos, quam antea habebant. Nam facilius poſſunt eis nunc præbere Sacramenta,quàm antea poterant. Quia nunc facile poſſunt eis fidem adhibere, ſi dicant ſe eſſe abſolutos, imò, ex eo ſolùm quod petant Sacramentum, poſſunt id præſumere, niſi oppoſitum euidenter conſtet, aut & ſic poſſunt eis licitè præberè Sacramenta; quod quidem ſecus erat ante Concilium Conſtanc. quia tunc non erat licitum Miniſtro tradere Sacramentum excommunicato niſi de abſolutione ei aliquomodo conſtâret: ſicut debet hoc tempore obſeruari cum excommunicatis vitandis. Legantur Suarez, & Alterius *citati.* Bonacina *loco citato, num.* 3. & alij.

Qvæstio XXI.

An peccent Miniſtri Eccleſiæ conferentes Sacramenta excommunicato occulto publicè illa petenti?

RESpondeo tanquam certum: non peccare, caſu quo ſine infamia denegare Sacramenta nequeat. Quia plus obligat præceptum non infamandi proximum, quàm adminiſtrandi Sacramenta, v. g Euchariſtiæ indigno. Sic Suarez, Hurtado, Ochagauia quos citauimus 2 *p.tract.7.diſput.7 quæſt.57.*vbi *q.56.* ſecus dicendum duximus, loquendo de peccatore occulto, occultè petente Euchariſtiam, quod ſcilicet deneganda ſit, etiam à ſuo Parocho; eò quod nullum habeat ius petendi illam: ergo cum aliàs, ſine vlla infamia poſſit illi denegari, omnino denegari debet. Legantur D. Thom. *in 4.diſt.9. art.5.* Suarez, Hurtado, Ochagauia, & alij *ibid. citati.* Canoniſtæ *in cap. Cum non ab homine, de ſentent. excommunic. & cap. Si Sacerdos, de offic. Ordinar.*

DISPVTATIO V.

De eodem ſecundo effectu excommunicationis; nempe: de priuatione actiua adminiſtrandi, & conficiendi Sacramenta.

Qvæstio I.

An Excommunicati non tolerati (quales ſunt nominatim denunciati, aut publici Clericorum percuſſores) peccent mortaliter, conficiendo, vel miniſtrando Sacramenta?

RESPONDEO tanquam certum: peccare mortaliter, & committere ſacrilegium,ſi id extra caſum neceſſitatis faciant. Quia id faciunt contra prohibitionem Eccleſiæ interdicentis excommunicatis Sacramentorum adminiſtrationem,*cap. Si celebrat, de Cler. excommun miniſtran.& cap. Latores, eod. tit.*ergo. cum hæc tranſgreſſio ſit de re graui, peccabunt mortaliter. Cauſa autem,cur huiuſmodi excommunicatis interdixit Eccleſia vſum actiuum Sacramentorũ, fuit; quia non decuit Eccleſiam committere bonorum ſuorum vſum, & adminiſtrationem hominibus ſibi parere nolentibus. Vnde hæc reſponſio eſt communis omnium, & conſtat ex dictis *diſput. 4. quæſt. 1.* quia tam grauis materia eſt actio miniſtrandi, quàm recipiendi Sacramenta, & tenent omnes ibi citati. Legantur in ſpecie pro hac quæſt. D. Thom. *3. parte quæſt.64.artic.6.* Suarez *diſputat. 11. de Cenſuris ſect.1.* Alterius *lib.1. diſput. 7. cap. 1.* Ægidius *diſputat.14. de excommun.dub.5. à num.34* Hurtadus *diſput.4.diffic.2.* Auila *2 parte cap.6.diſput.3.*Bonacina *diſput.2. quæſt.1. punct.2. §. 3. & 4.*Diana *parte 5. tractatu 9.reſolut.83.* Machado *lib.1.parte 3. tract 3. docum.6. num. 1.* Palao *tom. 6. de Cenſur. diſput. 2. puncto* 8. & alij.

Qvæstio II.

An Ignorantia inuincibilis, aut naturalis obliuio, ſeu inaduertentia, excuſet excommunicatum à peccato adminiſtrandi, aut conficiendi Sacramenta?

REſpondeo tanquam certum,ex dictis *ſup tract. 1. diſput.9. à quæſt.2.* Excuſare omnino. Quia ſic in ſpecie docetur in cap. *Apoſtolicæ, de Cler. excommun. miniſtrante*, illis verbis: *Verùm quia tempore ſuſpenſionis ignari celebraſtis diuina, vos reddit ignorantia probabiles excuſatos.* Sic Gregor. IX. vbi Gloſſa, & alij omnes Canoniſtæ. Legantur Suarez, & Alterius *loco citato.* Qui omnes, ſecus dicunt,caſu quo ignorantia eſſet craſſa, aut ſupina.

Qvæstio III.

An licitum ſit Excommunicato non tolerato, celebrare, aut miniſtrare alteri Sacramentum; ne ſe infamet, aut occultum delictum ſuum, publicum faciat, & ne ſcandalum generet; aut aliud graue incommodum incurrat?

NEgant aliqui Doctores, eo quod exiſtiment, vſum, aut adminiſtrationem Sacramentorum, eſſe vetitum huiuſmodi excommunicato, iure diuino, & naturali; & ideo quamuis ſe infamet, aut prodat, tenetur vitare talem vſum Sacramentorum & adminiſtrationem. Ita Sylueſter *Excommunicatio 3. num.1. §. Quintò excluditur.* Couarruuias *in cap. Alma 1.parte §.2.num. 11. verſ. Hæc obiter adnotauimus.* Quos citat & ſequitur Vaſquez *de excomm.dub.3.n.6.& 7.*Quibus adde Luyſium *lib.2.de Cenſur. diſput. 10 dub.2.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: licitum eſſe, in dictis caſibus, excommunicato, habita prius contritione, miniſtare alteri, aut conficere Sacramentum. Quia probabiliùs longè eſt, non velle piam Matrem Eccleſiam, ſuos fideles, cum tam graui damno, ſuis Cenſuris ligare. Quod expreſè conſtat ex Rubrica Miſſalis §. *De defectibus diſpoſitionis animæ.* Vbi decernitur, quod quando Sacerdos in altari exiſtens, *recordatur ſe eſſe excommunicatum, vel ſuſpenſum, aut locum eſſe interdictum*: non teneatur relinquere Miſſam, ne ſe prodat: *Sed conteratur* (inquit Rubrica)*cum propoſito petendi abſolutionem. Ante conſecrationem autem, ſi non timetur ſcandalum, debet Miſſam inceptam deſerere.*Sic ibi.Ergo clarè cõſtat ex hac Rubrica,quod intentio Eccleſiæ non ſit obligare ſuis Cenſuris Miniſtros ſuos, cum periculo grauis infamiæ,aut ſcandali. Poterunt ergo in prædictis caſibus, habita prius contritione, conficere & adminiſtrare Sacramenta, cum propoſito tamen petendi poſtea abſolutionem. Sic D. Thom. *3.p.83.art.6.*D.Bonauent. *in 4.diſtinct. 13. in princip.*& Sotus *q.1.art.6.* Nauar. *in cap.1.de pœnit. §. Laboret, in fine, diſtinct.5. & in ſimili caſu, in man. cap.21.num.49.& cap.25. numero 76.* Caſtro *lib.2. de lege pœnali cap. vlt.* Suarez *diſputat. 11. ſect.1. num 4.* & antea *diſp.6.ſect.3.à num.7.* (non *diſp.7.ſect.2.*vt in-
uenies

uenies citatum apud eundem Suarium *num.4.cit.*) Vbi latè id probat. Alterius *lib.1. diſp.6. cap.8. in fine, & diſp.7.cap.1.prope finem.* Ægid. *diſp.14 dub 5.n.34.verſ. Ad vitandam autem infamiam.* Bauny *diſp.8 de excomm. q.4.* per hæc verba: Dixi; *extra caſum neceſſitatis moralis*, hæc enim cum adeſt, ſiue ſit intrinſeca ratione ſcandali, aut infamiæ, quam ſibi excommunicatus apud plebem metuit, niſi celebret (maximè ſi in eo loco degat vbi eius excommunicatio non eſt nota, nam vbi eſt cognita, infamia iuſtè timeri nequit) ſiue extrinſeca ratione mortis, quæ ei proponitur, niſi pareat, iuſta eſt illa cauſa, Sacramenta non negandi poſtulanti. Sic ille. Layman *lib.1.tract.5.cap. 2. num.5.* Præpoſitus *in 3.p.q.2.de excomm.dub.8.n. 44.* Corneio *diſp.10.de excomm.§.1.dub. 1.* Palao *diſp.2.punct.8.n 4.* Diana *part.5.tract.9.reſol.83.* & alij cōmuniter penes ipſos. Legantur dicta à nobis *ſupra tract.1.diſp 9.q.25. & ſequent.& part. 2.tract.7.q.39.*

QVÆSTIO IV.

An Excommunicatus non toleratus, aut vitãdus, poſſit miniſtrare Sacramenta ob mortis periculum vitandum?

NEgant expreſsè Vaſquez *de excōmun.dub.7.n.15.* his verbis: Mihi videtur, quod non liceret, etiam ob mortem vitandam, cum excommunicato communicare in communione Sacramentorum: quia ſiue ab excommunicato conferantur, ſiue illi dentur, ſemper fit iniuria Sacramento, & hac ratione Herminigildus ab hæretico Euchariſtiam noluit ſumere, ſed potius mori, vt refertur *cap. Herminigildus 24.q.1.* Sic ille ibi. & anteà *eod.tom.4. q.93. art.1.n. 16 & 17.& 1.2.diſp. 161.c.vlt.n.27.* Cuius doctrinam ſequitur Luyſius, ſuus doctus Diſcipulus *lib.2.diſp.10.dub.3.* referens pro hac eadem ſententia Syluеſtrum *excomm.5.n.6.*& Nauarrum *cap. inter verba 11.q. 3.præludio 3.* (non *practica 3.* vt leges apud Dianam) & alios.

Sed, iuxta dicta, probabilius longè reſpondeo: poſſe in dicto caſu miniſtrare Sacramenta alicui, habita contritione, prius. Quia lex Eccleſiaſtica nec obligat cum tanto mortis periculo; nec pia Eccleſia mater id intendit, ſed potius in eo caſu effectum excommunicationis ſuſpendit. Eſt communis ſententia Doctorum. Suarez, Alterius, Ægidius, Præpoſitus, Corneio, Palao *loc.cit.* Bauny *loco* etiam *cit.* Quia (inquiens) non videtur Eccleſia, ſeueritate tanta imperare ſuarum legum cuſtodiam, vt has ſeruari velit, cum periculo infamiæ, ſcandali, aut capitis. Diana *reſol.83.cit.*& expreſſius *reſol.96.* Faber *in 4.ſent. diſt.25.q.1.diſp.4.c.4. num.165.* & alij communiter. Imo tandem, ipſimet Vaſquez & Luyſius, nobiſcum ſentiunt dicendo: Poſſemus dicere, licitum hoc eſſe, non quia licitum ſit, manente excommunicatione, ſed quia pro tali euentu, Eccleſia non vult aliquem excommunicare. Sic illi, & alij ſupra citati. Qui benè addunt hanc reſolutionem eſſe intelligendam caſu, quo ex tali Sacramentorum adminiſtratione, (aut receptione) nec ſcandalum ſequatur, nec Religioni inferatur iniuria, quia tunc prius debet quis mori, quam Sacramenta miniſtrare, aut recipere, vt fecit ob hæc, Herminigildus Rex, vt colligitur clarè ex Gloſſa *in d. cap. cœpit Herminigildus*, ex quo ſoluta manet inſtantia ex *dicta cap.* à Vaſquio pro ſe adducta.

QVÆSTIO V.

An Sacerdos excommunicatus vitandus, poſſit, caſu, quo ſit morti vicinus, & non habeat aliũ, cui poſſit confiteri, licitè miniſtrare ſibi Euchariſtiam, ſiue celebrando Miſſam, ſiue ſumendo formam ex præconſecratis?

NEgant, vel ſaltem dubitant, nonnulli quos ſuppreſſis nominibus, refert Suarez *diſp. 11.ſect. 1. n.3.* eo quod Sacramentum Euchariſtiæ non ſit ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem. Et quidem apertè tenet hoc ipſum, in caſu ſimillimo, Aula *2.part.cap.6. dub.3.concluſ. 4.*& penes ipſum, Victoria, Cano, & Palatios.

Sed longè probabilius, imo vt mihi certũ, reſpondeo: poſſe licitè ſibi Euchariſtiam, quouis modo ex dictis miniſtrare (habita prius contritione) quia licèt hoc Sacramentum in re ſumptum, non ſit ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, ſatis eſt, quod ſit valde vtile, & ex præcepto diuino neceſſarium, vt non teneatur tunc Sacerdos ab eo abſtinere, cum tanto ſui detrimento. Præſertim, quia ſi talis Sacerdos fortè non eſt contritus, ſed tantùm attritus; tunc tale Sacramentum erit ei vnica, & efficax cauſa ſalutis, ac proinde ei talis Sacramenti receptio ſimpliciter erit neceſſaria ad ſalutem. Quod à fortiori conſtabit ex dicendis neceſſitate tertiæ perſonæ. Sic Suarez *diſp.11.ſect.1.n.3.* Alterius *lib.1.diſp.7.cap.1.verſ.ſi autem.* Præpoſitus *in 3.p.q.2.de excomm.dub.8.n.41.* Hurtadus *diſp.4.de excomm.diff.2.verſ.Circa hanc difficultatem.* Corneio *diſp.10.de excomm.§.1.dub.1.num.3 verſ. Infero tertio.* Fillilucius *tract.11.c.3.quæſ.6.n.68. dicto 2.* Diana *reſol.83.cit.*

QVÆSTIO VI.

An Excommunicatus vitandus poſſit, vrgente extrema neceſſitate alterius, licitè miniſtrare Sacramentum Baptiſmi?

REſpondeo tanquam certum, poſſe. Quia in hoc euentu ſtrictius obligat præceptum naturale ſubueniendi proximo in eo periculo, quàm prohibitio humana non adminiſtrandi Sacramentum illud. Sic habetur definitum *in cap.ſi quem fortè 24.q.1.& in cap. Præter.§.Verum,diſt.32.* vbi hæc verba habentur: *Subitò morituro prius Baptiſmate, quàm Dominici corporis communione, vel alijs Sacramentis conſulitur, & dum fortè Catholicus non inuenitur, ſatius eſt ab hæretico Baptiſmi Sacramentum ſumere, quàm in æternum perire.* Sic omnes. Legantur D Thom *3.p.q.64 art.6.ad 3.& in 4 diſt.5. q.1.art.2.q.5.* vbi Riccard. Sotus, & alij Scholaſtici. Suarez *tom.3.diſp.71 ſect.5.& tom.5.diſp.11.ſect. 1.n. 5.* Alterius *lib.1.diſput.7.cap. 3.* & alij nuper citati.

QVÆSTIO VII.

An dictus excommunicatus vitandus, non ſolùm poſſit, ſed etiam teneatur ſub mortali, miniſtrare Baptiſmum paruulo, aut adulto non baptizato, animam agenti?

REſpondeo tanquam certum: Non ſolùm poſſe, ſed & teneri ſub mortali. Quia iſte verè tenetur ſubuenire pereunti fame ad ſaluandã eius vitam corporalem, *c.Paſce,diſt.89.* ergo à fortiori tenebitur baptizare moriturum ſine baptiſmo, ad ſaluandam eius vitam ſpirituale. Sic Scot *in 4.diſt.5.q.2.* Nauarr. *c.22.* (non 21. vt citatum inuenies apud Petrum Corneio) *n.6.* vbi ſic ait: Tertiò (ſubintellige, *peccat mortaliter.*) qui eſt in cauſa, aut in notabili culpa, vt aliquis ſine

Digitized by Google

Baptiſmo moriatur, aut renuit dare Baptiſmum petenti in articulo mortis, cum nullus eo aptior ipſum baptizare velit. Sic ille. Corneio *diſputat.* 10. *de excommun.* §. 1. *dub.* 2. *verſ. Quæ concluſio*, & antea Paludanus *in* 4 *diſt.* 5. *quæſt.* 2. *art.* 1. & Reginaldus *lib.* 27. *num.* 45. Quos nos citauimus; & pro hac eademmet parte 1. *parte tract.* 2. *de Baptiſmo, diſputat.* 4. *quæſt.* 5. *verſ. Nota hic.* Legantur etiam Sayrus *lib.* 2. *Theſauri cap.* 2. *num.* 11. & 18. Suarez *diſput.* 21. *ſect.* 2. *num.* 14. Auila 2. *parte cap.* 6. *diſput.* 3. *dub.* 3. & Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. puncto* 8. *num.* 4.

QVÆSTIO VIII.

An Sacerdos Excommunicatus vitandus, baptizans aliquem in extrema neceſſitate, cum ſolemnitate, & ceremoniis, peccet mortaliter?

RESpondeo tanquam certum: peccare mortaliter. Quia ſolemnitas non eſt neceſſaria ad eſſentiam Baptiſmi: at ſic eſt, quod excommunicato ſolùm permittitur in neceſſitate id, quod ad eſſentiam Sacramenti ſpectat: ergo ſi adhibeat ſolemnitatem, reus erit mortalis criminis. Sic Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 17. *num.* 16. Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 7. *cap.* 3. *col.* 1. & 2. *pag.* 79. *loc. cit. verſ. Aduertit tamen.*

QVÆSTIO IX.

An licitè poſſet Sacerdos excommunicatus miniſtrare Baptiſmum, in dicto caſu neceſſitatis, ſi adeſſet laicus non excommunicatus, qui baptizare poſſet?

NEgat Suarez eò ductus; quia videlicet, Sacerdos excommunicatus eſt ſuſpenſus à munere etiam baptizandi: ergo non licebit vſurpare hoc miniſterium, niſi quando ex inopia alterius conferentis, proximus eſt in neceſſitate: tunc vlterius, ſed in dicto articulo non eſt talis inopia, cum poſſit Baptiſmus à laico conferri: ergo. Ita Suarez *diſputat.* 11. *ſect.* 1. *num.* 12. citans pro ſe Syluestrum *verb. Baptiſmus* 3. *num.* 1. & Nauarrum *in ſumma cap.* 22. *num.* 7. Sed ex his, Syluester ſolùm ait, quòd eo caſu ſit melius baptizari à laico. dicit namque ſic: Addo etiam, niſi maior eſſet ab Eccleſia præciſus; ita quod præſente Sacerdote excommunicato, vel hæretico, vel ſuſpenſo, melius eſt baptizari à laico. Ita Syluester. Ex eius ergo ſententia, licèt meliùs eſſet baptizari, in eo articulo mortis à laico, non tamen eſſet malum, ſed minus bonum baptizari à Sacerdote excommunicato. Nauarrus verò, ſolum affirmat, in præaſſignato caſu non peccare laicum baptizantem, præſente Sacerdote excommunicato; Ait namque ſic: Peccat autem laicus, qui (etiam in neceſſitate) baptizat, præſente Clerico; & Clericus minor, præſente Presbytero; & mulier, præſente viro; & infidelis præſente fideli: niſi aptior ſit excommunicatus, aut alio modo impeditus. Hæc meus Nauarrus. Solum ergo docet, quod tunc non peccaret laicus baptizando; non verò quod non poſſet etiam, imò potius licitè baptizare Sacerdos. Sed quidquid velint hi Doctores: addi tamen poſſunt pro ſententia hac Suarij, Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 7. *cap.* 4. *col.* 1. *verſ. Sed contra* Bauny *diſputat.* 7. *de excommunic. quæſt.* 4. *verſ. Quamquam.*

Sed probabilius reſpondeo: licitè poſſe, in dicto caſu, excommunicatum Sacerdotem, miniſtrare Baptiſmum; etiam præſente laico non excommunicato. Ratio eſt, quia quando pluribus conceditur priuilegium, ſeruandum eſt inter ipſos ius communiter *l. Aſſiduis, Cod. qui potiorem in pignore habeant*: ſed iure communi, munus baptizandi, ſolùm competit Sacerdotibus ratione ſuæ Ordinationis: vt habetur cap. *Diaconos, diſtinct.* 93. & cap. *Conſtat, de conſecr. diſt.* 4. ergo cum in extrema neceſſitate concedatur vniuerſis, ſiue excommunicatis, ſiue non, facultas licitè baptizandi, ſeruandum eſt ius commune, & ſic præferendus eſt laico Sacerdos. Sic Henriq. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. ita ſcribens. Debitus ordo inter miniſtros ſeruandus eſt; non enim debet fœmina ſi præſens ſit vir: nec vir laicus, etiam in neceſſitate, baptizare, præſente Clerico, etiam excommunicato. Sic ille. & penes ipſum, *lit. G.* Victoria §. 30. Quibus addi poſſunt Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 27. *num.* 10. Sayr. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. & Corneio *diſput.* 10. *de excommunicat.* §. 1. *dub.* 2. *quæſito* 4.

Nec obſtat argumentum Suarij. Negandum enim eſt illi, quod in dicto neceſſitatis caſu, ſit Sacerdos excommunicatus, ſuſpenſus à munere baptizandi, vt conſtat ex ratione pro noſtra reſponſione adducta.

QVÆSTIO X.

An in eodem mortis articulo, liceat excommunicato vitando, miniſtrare Sacramentum pœnitentiæ, quando non eſt alius miniſter præter ipſum?

NEgant quam plures Doctores. Quorum ratio eſt, quia excommunicatus manet priuatus iuriſdictione, quam omnino requirit Sacramentum Pœnitentiæ in ſuo Miniſtro, vt habetur cap. *Si celebrat. de Cler. excommunic. miniſtrante*: ergo neque validè, & conſequenter neque licitè poteſt, etiam in neceſſitate extrema, illud adminiſtrare. Ita Adrianus *q.* 3. *de Baptiſmo, in* 2. *argument: ad oppoſitum.* Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 3. Marſil. *quæſt.* 12. *art.* 4. *memb.* 3. Nauarrus *de pœnit. diſtinct.* 6. *cap.* 1. *in princip. num.* 87. & *in man. cap.* 26. *num.* 26. Turrecrem. *in cap. Verbum Dei, quæſt.* 5. *de pœnit. diſtinct.* 1. Couarruuias *in cap. Alma mater* 1. *parte*, §. 6. *num* 8. Medina *Cod. de Confeſſ. quæſt. de Confeſſione excommunicato ignoranter facta.* Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 12. §. 16. *num.* 9.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: licere omnino Sacerdoti excommunicato vitando, miniſtrare in articulo mortis Sacramentum Pœnitentiæ, dummodo talis Sacerdos iam ſit contritus. Ratio eſt,[1] quia in articulo mortis, omnes Sacerdotes poſſunt abſoluere quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, quacumque Cenſura affectis: ergo ſi omnes Sacerdotes, etiam illi qui ſunt quacumque Cenſura ligati; nam ly *omnes*, quoſcumque comprehendit. Conſequentia patet. Antecedens verò probant verba Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. quæ ſunt huiuſmodi: *Veruntamen piè admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & Cenſuris abſoluere poſſunt.* Sic Concilium.

Ex quo conſtat quid reſpondendum ſit ad rationem contrariorum. Dicendum namque eſt, quod Sacerdos excommunicatus nullo modo maneat priuatus iuriſdictione pro articulo mortis pœnitentis, nam pro eo articulo ex voluntate Eccleſiæ ſuſpenditur excommunicatio, quoad priuationem iuriſdictionis, & quoad prohibitionem abſolutionis. Et ideo hanc noſtram ſententiam, poſt Concilium præcipuè Tridentinum, tenent communiter Doctores, vt fatetur Doctiſſimus Nauarrus *in man. cap.* 27. *num.* 272. mutando ſententiam, quam *loco citato* tenuerat, ſic dicens: Septimo, quod per eadem verba (*nempe Concilij*) auſim dicere quod Sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus

nunciatus poteſt hodie abſoluere licitè contritum in prædicto articulo, ſicut non excommunicatus. Tum, quia Concil. vniuerſaliter nullum excipiendo loquitur. Tum, quia non obſtat, quod per excommunicationem tollatur, vel certè ſuſpendatur iuriſdictio, quam ſaltem habitualem habet iure diuino. §. *Eccleſ.* 16.*q.*1. ſine qua non poteſt conſiſtere abſolutio; quia probabiliter credi poteſt, piam matrem Eccleſiam non auferre illi, nec ſuſpendere iuriſdictionem, quoad talis articuli tempus Et *infra*. Auſim inquam id nūc dicere, quamuis ante prædictum Conciliū Communis contra tenuerit *in cap. Non eſt, de ſponſal.* S. Thomas *in 4. lib. ſent. diſt.* 17.*q.*3.*&* 3.*p.q.*82.*art.*7.*ad* 2. quam ipſe quoque immemor prædicti Concilij ſequutus fui ſupra *cap.*16.*n.*26. Hucuſque Nauarr. Syluester etiam *verb. Cōfeſſor.* 25.*vlt.* Angel.*cōfeſſio* 3.*n.*2. Durand.*in* 4.*diſt* 19 *q.*2. Maior *ibi.q.*1. Sotus *diſt.*18.*q.*4.*art.*4. Cano *in relect de pænit.p.*5. Ruard.*art.*3.*contra Luther.* Ledeſma 1.*p. q.*21.*art.*6.*& q.*22.*art.*1. Quos citant & ſequuntur Suarez *diſp.*11.*ſect.*1.*à n.*7. & Alterius *lib.*1.*diſp.*7.*cap.*3. *verſu, Sed hac ſententia.* Caiet *in ſumm. verb. Abſolutio,* & Palac.*in*4.5.*&*6 *diſt. diſp.*3.*col.*15.*cōcl.*4. Quos citat, & ſequitur Auila 2.*p.cap* 6.*diſp.* 3.*dub.*1.*cōcl.*4.*& dub.*3. *concl.*3. Filliuc.*tract.*12.*cap.*3.*quaeſ.*8. *n.*74. dicēs, videri ſibi rem certam. Ægidius *tom.*1.*in* 3.*p.q* 64.*art.*6.*dub.*2 *concl.*2.*n.*46. (vbi citat Syluestrum *loc. cit.* & apud ipſum Palud. Aureol. & Archidiac.) *& tom.*2.*diſp.* 14.*dub.*5. *n.*34. Bauny *diſp.*7.*de excomm.q.*4.*pag.*255.*aſſert.*1.*&* 2 & penes ipſum, Palud *in* 4.*diſt.*17.*q.*3.*art.*2. D. Anthon 3.*p tit.*14.*cap.* 19. Tabiena *Abſolutio* 1. *num.*32. & alij magnæ authoritatis Theologi. Henriquez *lib.*3.*de pænit.cap.*4.*n.*2.*& lib.* 3.*de excomm.cap.*11.*n.*2. ibi: Sacerdos excommunicatus, & contritus poteſt abſque periculo irregularitatis, & debet morientem abſoluere à peccatis. Sic ille. Qui *lit. M* ait, id planè colligi ex Tridentino *loc. cit.* citatque pro hac parte, vltra Victoriam, Caietan. & Nauarrum, & omnes Recentiores, D. Thomam *in addit.q.*8.*art.*6. Sic etiam Hurtad.*diſp.*4 *de excomm.diff.*2. Corneio *diſp.*10.*de excomm.*§ 1.*dub.*3 Viualdus 1.*p.candelab. vbi de Abſolutione n.*79. Vaſquez *tom.*4.*in* 3.*p.q.*93.*art.*1. (non 2. vt inueni citatum apud Luyſium) *dub.*4. Qui & citat D. Thomam in 4.*diſt.*19 *q.*1.*art.*3.*quaeſt.*1. Capreolum, & alios. Baſſæus *excommunic* 3.*num.*6. *&* 7. Bonac. *diſ.*2.*q.*2.*punct.*2. §.4.*n.*8. *verſ. Secundò.* Villalob. *tom.*1 *tract.* 17. *diff.*6. *num.* 3. Machado *lib* 1 *part.*3.*tract.*3.*docum.*6.*n.*4. Diana *part.*5 *tract.*9.*reſolut.*83. Layman *lib.*5.*part.*2.*cap.* 2. *num.*5. Nec non Sanchez, Granados, Lugo, Trullench, & alij quos citauimus 1.*part. tract.*5. *de pænit. diſput.* 11. *quaeſt.* 16. Palao *diſput.* 2. *de Cenſuris, punct.*8. *num.*2. & alij.

Qvæstio XI.

An etiam ſi quis Sacerdos ſit excommunicatus propter hæreſim, poſſit licitè adminiſtrare pænitentiam exiſtenti in articulo mortis?

NEgant tunc, dictos hæreticos poſſe, eo quod careant fide, in qua iuriſdictio Eccleſiaſtica fundatar, ac proinde ſint incapaces priuilegij conceſſi Sacerdoti pro articulo mortis, Gloſſa *in cap. Præter hoc.* §. *Ad hæc verb. Per manus, diſt.*32. Abbas *in cap. Non eſt, de ſponſal.n.*9. Sotus *in*4.*diſt* 18. *q.*4. *art.*4.*verſ. At vero* & Ledeſma 2.*p.*4.*q.*21.*art.*5. Caſtro *lib.*2.*de iuſta hæret. punit.cap.*23. & tenuit Nauarr.*in Man.cap.*26.*num.*26. & ideo pro illa citant illum, Suarius, & Vaſq & nos eodem modo, 1. *p.tract.*5.*diſp.*11.*q.*16. Et benè, quia quamuis in nouioribus impreſſionibus, id concedat excommunicatis etiam denunciatis, & etiam Schiſmaticis, negat tamen hæreticis, per hæc verba: Quamuis autem hæc fuerit opinio communis ante Concilium Tridentinum, poſt illud tamen videtur verius contrarium, ſcilicet, quod omnis Sacerdos Catholicus, etiamſi ſit excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, etiam denunciatus, poteſt in articulo mortis abſoluere ab omni peccato, & cenſura, vt dicimus infra *cap.*27.*num.*272. vbi ponderantur verba Concilij ibidem relata: & idem credimus de Schiſmatico, ſi non eſſet hæreticus, licèt non de hæretico Sic ille.

Sed probabilius longè, (ne dicam vt aliàs certiſſimè) reſpondeo etiam Sacerdotem hæreticum, (quantum attinet ad vim excommunicationis contractæ ob hæreſim) licitè poſſe abſoluere pœnitentem in articulo mortis: ſi aliàs interius conuerſus fuerit ad fidem, & pœnitentiam, quia id manifeſtè conuincunt verba Concilij nuper adducta, nempe: *Atque ideo omnes Sacerdotes, quoſlibet pænitentes, à quibuſvis peccatis, & Cenſuris abſoluere poſſunt.* In quibus verbis, tria ſigna vniuerſalia inueniuntur, nempe: *Omnes Sacerdotes: Quoſlibet pænitentes: & à quibuſvis peccatis*: ſed in omnium ſententia, hoc vltimum ſignum comprehendit quæcumque peccata, affecta quacumque Cenſura: ſecundum verò, omnes pœnitentes excommunicatos etiam & hæreticos: ergo & primum ſignum debet ſimiliter amplecti, & continere, omnes Sacerdotes quacumque Cenſura etiam propter peccatum ob hæreſim contractam alligatos.

Vnde ad fundamentum contrariorum dicendum eſt, quod licèt iuriſdictio ad abſoluendum à peccatis, in ſua prima acquiſitione, pendeat à fide; cum ſupponat neceſſariò Sacramentum Ordinis, & hoc ſupponat Baptiſmum; cum ſit caput cæterorum omnium Sacramentorū, tamen in ſui conſeruatione nō pendet iuriſdictio à fide, aliàs per hæreſim mētalem perderetur, quod eſt falſum: neque etiam dependet à fide in ſui reſtitutione, quando poſtquam ſemel fuit per hæreſim externam amiſſa, iterum conceditur ei in articulo proximo mortis. Vnde iura, in quibus dicitur, hæreticos carere poteſtate iuriſdictionis ligandi, atque ſoluendi, intelligenda ſunt extra mortis articulum. Sic Palud. Dur. Maior, Capreol. Sylueſt. Victoria, Armilla, & alij, quos citat & ſequitur Suarez *diſput.*11. *ſect.*1. Qui tamen malè citat pro hac parte Nauarrum. Vaſquez *loc. cit.* Alterius *cap.*3.*cit. verſ. Ego tamen, & verſ. Quamobrem* (inquiens) ſatis clarum eſſe arbitror ex his, quæ dicta ſunt, Sacramentum Pœnitentiæ ob eius neceſſitatem licitè adminiſtrari poſſe in articulo mortis, ab excommunicato etiam præciſo, & denunciato, quamuis ſit hæreticus, Schiſmaticus, & apoſtata: & eodem modo ſine vlla culpa peti poſſe, imo debere per ſe loquendo, ſi ab alio Sacerdote recipi nequeat. Sic ille, & omnes nuper pro noſtra ſententia *quaeſt.*10. adducti. Legantur dicta à nobis 1.*p.tract.*5. *diſp.*11.*q.*16. *& ſeqq.*

Qvæstio XII.

An præſente Sacerdote ſimplici non excommunicato, poſſet licitè Sacerdos excommunicatus vitandus, abſoluere pænitentem in articulo mortis?

NEgant tunc poſſe, eo quod tunc miniſterium excommunicati non ſit neceſſarium, Suarez *tom.*4. *in* 3.*p.diſp.*26.*ſect* 4.*n.*4.*& tom.*5.*diſp.*11.*ſect*, 1 *num.*10 *&* 11. Zambran.*de caſib.in art. mortis, cap.*4.*dub.*4.*n.*16. Sanchez *lib.*2.*ſum.cap.*13.*num.*10. Alterius *lib.*1.*diſp.*7. *cap.*3. Palao *punct.*8.*cit.n.*2. & alij addentes id eſſe verum, etiam in caſu quo excommunicatus eſſe doctus & prudens, minimè verò non excommunicatus.

Sed probabilius reſpondeo poſſe etiam in dicto caſu. Quia non eſt maior ratio vnius quàm alterius, cum

Digitized by Google

cum vterque ſint Confeſſores tunc ex priuilegio, pro articulo mortis. Sic Cardin. Lugo *de pœnitent. diſp.* 18. *ſect.* 2. *num.* 37. vbi poſt relatam ſententiam Suarij & aliorum Doctorum, ſic ait: Hanc graduationem, & ordinem, maximè cum ea neceſſitate, qua ab iis Auctoribus adſtruitur, vt abſolutio aliter data non valeat ex defectu iuriſdictionis, nimis ſcrupuloſam exiſtimo: incredibile enim eſt, Eccleſiam noluiſſe dare in eo articulo facultatem, niſi obſeruaretur ille ordo, quem ne doctiſſimi quidem homines ſciunt, nec niſi cum magno ſtudio & attentione cognoſcere poſſunt; quomodo infirmus aut moribundus ad eam ſubtilitatem ſpeculandam obligari prudenter poterat? Dicendum ergo eſt, Eccleſiam, poſita neceſſitate, quod ſcilicet periculum ſit mortis, & proprij Confeſſarij copia non ſit, omnibus aliis indifferenter facultatem concedere: nam omnes ibi enumerati, ſi verè iuriſdictione carent, Sacerdotes ſimplices ſunt: nec refert, quod hic Sacerdos, alibi fortè expoſitus ſit, vel iuriſdictionem habeat, nam hic, & nunc eſt ſimplex Sacerdos, & verba Tridentini vniuerſalia ſunt, vt in caſu neceſſitatis omnis Sacerdos poſſit abſoluere. Hucuſque Lugus. Quem nos in eodem caſu ſequuti ſumus 1. *p. tract.* 5. *diſp.* 11. *quaſt.* 21.

QVÆSTIO XIII.

An licitum ſit Excommunicato non tolerato, Euchariſtiam in articulo mortis adminiſtrare?

NEgant, eò quòd hoc Sacramentum non videatur tam neceſſarium ad ſalutem, ſicut Baptiſmus, & Pœnitentia, Victoria, Cano, & Palac. *in 4. diſt.* 5. *diſp.* 3. *col.* 23. §. *Secùs tamen.* Quos citat, & ſequitur Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 1. *concluſ.* 4. (non 3. vt leges apud Dianam) cum hac tamen limitatione, quod intelligatur, in caſu quo infirmus receperit Sacramentum Pœnitentiæ: quia, ſi non poteſt hoc Sacramentum recipere, vel quia non poteſt loqui, nec cõfiteri per ſigna, vel quia Sacerdos non toleratus eſt mutus, nec poteſt illum abſoluere, tunc, (inquit hic author) licitè poterit miniſtrare Euchariſtiam. Cuius opinionem amplectitur Hurtad. *diſp.* 4. *diff.* 2 Baſſæus *verb. excomm.* 3. *num.* 7. & Ægidius *tom.* 1 *quaſt.* 64. *art.* 6. *dub.* 2. *num.* 48. Hanc eandem ſententiam abſolutè & ſine vlla limitatione, docet Sayrus *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. & apud illum alij grauiſſimi Doctores Vaſquez *tom.* 4. *in* 3. *p. q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 18. Pro illáque poteſt citari Alterius *lib.* 1. *diſp.* 7. *cap.* 6. *per totum*, quatenus latè defendit cum Adriano, Durando, Paludano, & Sylueſtro, minimè poſſe recipi Sacramentum Euchariſtiæ in articulo etiam mortis à Sacerdote excommunicato, non tolerato ab Eccleſia.

Sed probabilius reſpondeo licitum eſſe Excommunicato non tolerato, adminiſtrare Euchariſtiam in articulo mortis, ſi non eſt alius, cui competat illam miniſtrare. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum, ad minus, eſt neceſſarium neceſſitate præcepti diuini, iuxta illud, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis,* quod quidem obligat ſemper pro articulo mortis, vt diximus 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 1. *quaſt.* 4. ergo vrget tunc neceſſitas implendi præceptum diuinum, quod ſtrictius obligat quàm humanum: ergo, non obſtante prohibitione facta ab Eccleſia ratione excommunicationis, poteſt in articulo mortis licitè Euchariſtia peti à dicto excommunicato, & ab eo licitè adminiſtrari; eò quòd tale Sacramentum valdè ſit neceſſarium homini in mortis articulo conſtituto; tum propter fructum & iuuamen illius diuini Sacramenti: tum etiam, quia accidere poteſt, vt quis per illud Sacramentum recipiat primam gratiam, quam antea non habebat. Quod contingere poteſt in duobus præcipuè caſibus, nempe: vel accedendo infirmus ad Euchariſtiam, inculpabiliter ignorando ſtatum peccati, quem habet; aut quia ritè ſe exiſtimat abſolutum fuiſſe, cum non fuerit: vel etiam accedendo ad Euchariſtiam, cognoſcendo quidem peccatum mortale, quod commiſit, ſed cum ſola attritione, reputata contritione, tunc enim virtute huius Sacramenti fiet ex attrito contritus, & primam gratiam recipiet, vt cum Suario, Henriquez, Palud. Soto, Toleto, Granado & aliis diximus 2. *part. tract.* 7. *diſp.* 11. *quaſt.* 4. & 5 ergo non eſt veriſimile piam Matrem Eccleſiã velle ſuam prohibitionem cum tanto rigore, & damno ſalutis ſuorum filiorum obligare. Sic docent Nauarr. *cap.* 21. *num.* 4. Suarius 3 *part. quaſt.* 82. *diſp.* 72. *ſect.* 4. & *tom.* 5. *diſp.* 11. *ſect.* 1. *à num.* 17 Bonacina *diſp.* 2. *quaſt.* 2. *punct.* 2. §4. *ſubnum.* 8. Filliucius *tract.* 22. *cap.* 3. *quaſ.* 8. *dicto* 2. *num.* 75. Corneio *diſp.* 16. *de excommun.* §. 1. *dub.* 4. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 83. Layman *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Sic etiam quidam Recentiores, quos ſuppreſſis nominibus citat Henriquez *lib.* 13. *cap.* 11. §. 2. *lit. N.* & videtur ſequi caſu quo infirmus confiteri non poſſet. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 6. *num.* 1. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tractat.* 3. *document* 6 *num.* 2. Caſtro Palao *de Cenſuris, diſput.* 2. *punct.* 8. *num.* 7.

QVÆSTIO XIV.

An etiam ſit licitum Excommunicato non tolerato, miniſtrare infirmo conſtituto in mortis articulo, Sacramentum Extremæ Vnctionis, etiam caſu, quo Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ receperit?

AFfirmat Præpoſitus *in* 3. *part. quaſt. vnica, de Sacrament. Extrem. Vnctionis, dub.* 6. *num.* 144. Quia licèt in tali caſu (inquit) non ſit ad ſalutem infirmi neceſſarium, eſt tamen maximè vtile, & conducens ad remiſſionem venialium, & ad robur contra diabolicos inſultus maximè neceſſarium: ergo Eccleſia, quæ propter longè inferiorem vtilitatem permittit commercium cum nominatim excommunicato, non cenſetur in noſtro caſu illud prohibere, ergo licebit Paſtori in alterius fauorem miniſtrare. Ita ille. Quem ſic relatum ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 81. his verbis: Nota tamen quod contrariam ſententiam tenet cum Suarez, Ochagania *de Sacram. Extrem. Vnct. q.* 10. *n.* 3. Sed tu ne deſeras ſententiam Præpoſiti. Sic ibi Diana aliter alibi; vt *infrà*. Citat etiam Alterius pro hac parte, Victoriam *in ſum. n.* 145. & Nauarrum *c:* 25. *num.* 131. Sed Nauarrus non loquitur ibi de Miniſtro excommunicato, vnde malè pro hac parte adducitur.

Sed tanquam ferè certum, reſpondeo non eſſe illi licitum, caſu ſaltem quo infirmus recepetit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ. Ratio eſt, quia tunc Sacramentum Vnctionis Extremæ, non eſt neceſſarium ad ſalutem infirmi: ergo ſolùm propter maiorem vtilitatem infirmi, non eſt aſſerendum velle Eccleſiam conferre Excommunicato vitando priuilegium miniſtrandi moribundo Sacramentum Vnctionis Extremæ; aliàs id deberemus fateri loquendo de aliis Sacramentis, Pœnitentiæ videlicet, & Euchariſtiæ in aliis caſibus extra articulum mortis, cum in omnibus hæc Sacramenta valdè ſint vtilia, illa ſumentibus. Negant cõmuniter DD. Suarez, Bonac. Filliuc. Ortiz, & alij plures, quos citauimus 1. *part. tract.* 4. *diſput.* 3. *quaſt.* 18. & *diſp.* 9. *quaſt.* 6. & eſt communis, vt ex ſtatim dicendis conſtabit. Et tenet expreſsè Diana *eadem p.* 5. *cit. tract.* 9. *reſol.* 83. *fine*, & *tract.* 10. *reſol.* 77. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 7. *cap.* 8. *verſ. de Extrema Vnctione.* Palao *loc. cit. num.* 9. & alij.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An ſaltem caſu, quo moribundus non poſſit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ recipere; poſſit tunc Paſtor excommunicatus vitandus, Sacramentum Extremæ Vnctionis, licitè dicto moribundo tribuere?

NEgant adhuc Suarez *tom.3.in 3.part.diſp.*44.*ſect.* 3.*n.*6.Bonacina, Torreblanca, Filliuc. Villalob. & alij 1.*p.tract.*4.*diſp.*4.*queſt.*6. *citati,* & Sayrus apud Bonacinam *vbi infra.* Et neſcio, an id teneat Henriquez *lib.*13. *cap.*11. *num.*2. quia certè ſuam mentem obſcurè hic indicat. Sentiunt tamen clarè Alterius *cap.*8. *cit. verſ. Sed dubitari.* Nauarrus ſtatim citandus.

Sed probabilius reſpondeo poſſe tunc licitè, Excommunicatum dictum, Sacramentum Extremæ Vnctionis, moribundo miniſtrare. Quia, cum hoc Sacramentum faciat etiam de attrito contritum,(vt cum communi diximus 1.*part.tract.*1.*de Sacrament.in gener. diſput.*3 *queſt.*5.*& tract.*4.*de Extrema Vnctione, diſp.*4. *queſt* 13.) fieri poteſt, ſecundum ea, quæ frequentius accidunt, vt æterna ſalus moribundi hominis pendeat, ex receptione iſtius Sacramenti, ſi fortè erat tantùm attritus, ideóque hoc Sacramentum iam erit illi in hoc caſu, ſimpliciter, & abſolutè ad ſalutem neceſſarium,& conſequenter eadem ratione,qua poteſt miniſtrare pœnitentiam, poteſt, & hoc Sacramentum. Sic expreſsè tenet iam in præſenti caſu Suarez *tom.*5:*de Cenſuris, diſp.*11.*ſect.*1.*num.*23. *verſ. de aliis autem.* Bonacina *diſput.*2.*de Cenſuris, punct.*2. *queſt* 2. §.4. *num.*8. *in fine.* Filliucius *tract.*12. *cap.*3. *queſ.*8.*dicto* 3. *num.*76. Auila 2.*part.cap.*6.*diſp.*3.*dub.* 3. *concluſ.*5. Ægidius *diſp.*14.*de Cenſuris, dub.*5. *n.*34. Hurtad.*diſp.*4.*diff.*2.*verſ. Et ob ſupra dictam.*Corneio *diſp.*10. *de Cenſuris,* §.1.*dub.*4.*verſ. Quæres.* Machado *lib.*1.*part.*3. *tract.*3. *docum.*6. *num.*2. Layman.*tract.*5. *part.*1.*cap.*2.*n.*5.*verſ. Tertius effectus,* citans Suarium, & Auilam *loc.cit.*necnon & Nauarrum *cap.*22.*num.*4. Sed tunc, malè, cùm oppoſitum iis verbis doceat, ibi: *Tertiò* peccat qui ſuſcipit aliquod Sacramentum à Sacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius adminiſtratione ſuſpenſo, & denunciato pro tali,vel à notorio concubinario, excepto Baptiſmo, & Communione, tempore neceſſitatis. Sic ille. In hanc noſtram ſententiam inclinat Baſſæus *excommunicatio* 3. *num.*7.& tenet expreſsè Diana *part.*5.*tract.*3. *reſol.*89. *& tract* 6.*reſol.*82.*verſ. Igitur.* vbi ſic ait:Igitur ex omnibus ſupradictis apparet, in articulo mortis poſſe excommunicatum, etiam non toleratum conferre Sacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ. Reſtat modo inquirere, quid dicendum de aliis quatuor Sacramentis? Reſpondetur, nec licitè peti, nec dari poſſe in eodem mortis articulo ab excommunicato denunciato. Ratio, quia non ſunt neceſſaria ad ſalutem.Hoc tamen intelligendum eſt per ſe,& regulariter loquendo, nam contingere poſſunt aliqui caſus, in quibus liceat aliqua ex illis Sacramentis miniſtrare. *Primus* eſt, quando exiſtens in articulo mortis, non poteſt Sacramentum Pœnitentiæ,neque Euchariſtiæ recipere, quia nullum dedit contritionis, neque motus ſignum, nam tunc probabilius iudico licitum eſſe miniſtrari illi à tali excommunicato Sacramentum Extremæ Vnctionis!, &c. Sic ibi Diana, & etiam *tract.*10.*reſol.*77. & penes ipſum Trullench. *in Bulla Cruc. lib.*1. §.3. *dub.*7. *num.* 2. Auſonius *verb. excommunic.effectus,n.*19.Palao *diſp.*2.*de Cenſur.punct.* 8.*n.*5.vbi veriſſimum putat,in eo caſu,non ſolùm poſſe excommunicatum Extremam Vnctionem ægroto conferre, ſed adhuc debere.

QVÆSTIO XVI.

An Epiſcopus excommunicatus vitandus,poſſit in aliquo caſu, licitè Sacramentum Ordinis alicui miniſtrare?

NEgant communiter Doctores pro vtraque parte nuper citati, ſed præcipuè Alterius *lib.*1. *diſp.*7. *cap.*5.*verſ.de aliis tribus.* Quia, (inquiunt) non poteſt excogitari caſus, moraliter loquendo, in quo neceſſarium ſimpliciter ſit, recipere Ordines ab Epiſcopo ab Eccleſia non tolerato,cum hoc Sacramentum non ſit medium neceſſarium ad ſalutem reſpectu ſingulorum hominum.

Sed probabilius reſpondeo poſſe in aliquo caſu. Veluti ſi contingeret (vt poteſt) quod in aliqua Prouincia remota eſſet magna neceſſitas Sacerdotum,ſeu Clericorum,& non eſſet niſi vnus Epiſcopus excommunicatus non toleratus; tunc enim ob bonum commune, quod ſemper eſt præferendum priuato, licitè poſſet Sacramentum Ordinis aliquibus miniſtrare: quia credendum eſt in hoc caſu, ex voluntate Eccleſiæ ſuſpendi Excommunicationem quoad priuationem iuriſdictionis, ſic Suarez *diſp.*11.*ſect.*1. *num* 25. Corneio *diſp.*10.§.1. *dub.*4.*verſ.Secundus eſt,*& Diana *part.*5. *tract.*9. *reſol.*83. & indicat Henriquez *lib.*13. *cap.*11.*n.*2. *in fine:* cum ſolùm dicat, ob illum tantum finem,vt fiat de attrito contritus: non debere Paſtorem denunciatum miniſtrare infirmo Sacramentum Ordinis, & Matrimonij. Indicat ergo,poſſe ob alium finem.

QVÆSTIO XVII.

An Parochus excommunicatus vitandus, validè poſſit aſſiſtere Matrimonio eius, qui in mortis articulo ducit vxorem, quam vſque ad illum, in concubinam habuerat?

NEgabunt neceſſariò, qui affirmant Parochum eſſe Miniſtrum Matrimonij. Hi ſunt, vt vidimus 2.*p.tract.*9. *de Matrim. diſput.*4. *q.*10. *& diſp.*7.*q.*25. Canus,Guillerm.Pariſienſ.Eſtius,& Syluius.

Sed multò longè probabilius reſpondeo validè poſſe Matrimonio aſſiſtere. Quia longè multò probabilius eſt, quod Parochus non ſit Miniſter Matrimonij,vt *queſt.*10.*cit.* diximus.Deinde Parochus nullo modo priuatur per excommunicationem quamcunque officio Parochi: ergo validè aſſiſtere poterit Matrimonio. Sic Sanchez *lib.*3. *diſp.*21. *num.*4. & penes ipſum, Nauarr.Salzedo, Petr.de Ledeſma,& Henriquez, ſic etiam Baſilius, Vaſquez, Suarez, Ægidius, Hurtado.& alij quamplures, quos adduximus *diſp.*7. *cit.q.*25. & eſt communis.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem Parochus ille excommunicatus vitandus peccet, aſſiſtens Matrimonij Sacramento,in caſu aſſignato?

AFfirmat peccare, & mortaliter, Baſilius *lib.*5.*de Matrim.cap.*17.*num.*11. & apud ipſum Conarr. Quia in eo caſu,communicat cum aliis in ſacris,quod eſt grauiter interdictum excommunicato: ergo.

Alij verò affirmant etiam, peccare: ſed non mortaliter, ſed venialiter tantùm. Vaſquez *de excomm. dub.*7.*num.*7. & Poſſeuinus *cap.*10. *n.*21. His accedit Sanchez *lib.*3.*de Matrim.diſp.*21.*num.*8. docens,peccare quidem in eo caſu Parochum,venialiter,nō quia communicat cum aliis, cum id faciat, non ſolùm ob vtilitatem, ſed etiam ob neceſſitatem contrahentium,

ſed,

Digitized by Google

ſed quia benedicit ſponſis illis verbis : *Ego vos coniungo in nomine Patris*,&c Ita Sanchez quem ſequuntur Villalob. & Diana citati à nobis 2. *part. tract.* 9. *diſput.* 7. *quaeſt.* 17. Quibus addi poteſt Alterius *lib.* 1. *diſp.*7.*cap.*5.*col.*2.*verſ.Dices.*Quamuis non ita firmiter id aſſerat, cum tantum dicat, fortaſsè peccare venialiter, ſi dicamus talem actum aſſiſtendi, requirere iuriſdictionem, cum tunc ſit ſuſpenſa.

Sed æquè probabiliter reſpondeo nec venialiter peccare. Quia æquè probabile eſt, quod nec benedicere, (relatis verbis,)ſponſis, ſit actus iuriſdictionis: ergo adhuc ex hac parte, nec venialiter peccat præfatus Parochus matrimonio aſſiſtens. Sic Hurtad. *de Matrim. diſp.*5. *diff.* 8. *num.*27. (quem *dicta quaeſt.*27. citauimus) *&* *diſp.*4. *de excomm. diff.*2. *in fine.* Legantur Suarez, & Cornejo. *locis cit.*

Qvæstio XIX.

An etiam Excommunicatus vitandus validè, & licitè poſſit, coram Parocho non excommunicato, contrahere Matrimonium, cum ſua concubina, in mortis articulo?

Negant, generaliter loquendo, communiter Doctores; quia in ſpecie de hoc caſu pauci agunt.

Sed probabilius reſpondeo poſſe, validè, & licitè. Quia licèt ipſe contra excommunicatus ſit etiam Miniſter ſimul cum altero contrahente, tamen in caſu mortis aſſignato, non eſt cenſendus priuatus ab Eccleſia actiua participatione Sacramenti Matrimonij, eo quòd ita maximè expediat ſaluti ſpirituali ipſius infirmi, aut temporali commodo filiorum. Sic Hurtad. *diſp.*4.*cit.diff.*2.*num.*24. ita dicens : poterit quoque in eo periculo licitè contrahere Matrimonium, non vt legitimet filios concubinæ, ſed vt ſatisfaciat obligationem iuſtitiæ, erga concubinam, ſi ei eſt obligatus, quia hæc obligatio iuſtitiæ, ſtrictior eſt quam prohibitio adminiſtrandi, & ſuſcipiendi Sacramentum. Sic ille.

Qvæstio XX.

An item liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato, adminiſtrare Sacramentum Confirmationis alicui homini, in aliqua extrema neceſſitate conſtituto?

Negant omnes Doctores generaliter loquendo, de hac materia, & in particulari, & in ſpecie de illa tractando, negant Alterius *lib.*1. *diſp.* 7.*cap.*8. *verſ. Tandem de Confirmatione.* Quia hoc Sacramentum nec eſt neceſſarium ſimpliciter ad ſalutem ratione medij, nec de illo datur præceptum diuinum, nec humanum, vt diximus cum communiori, & probabiliori ſententia 1. *part.tract.*3. *de Confirmat.diſp.*1. *quaeſt.* 5. *&* 6. ergo ſi nullum graue peccatum eſt, etiam ſpontè omittere hoc Sacramentum, nullus poteſt dari caſus neceſſitatis in quo liceat Epiſcopo excommunicato non tolerato adminiſtrare hoc Sacramentum, cum per excommunicationem ſit priuatus iuriſdictione adminiſtrandi Sacramenta, extra caſum neceſſitatis.

Affirmatiuam tamen ſententiam forſitan defenderet Præpoſitus, qui, vt ſupra *quaeſt.*14. fine hæſitatione defendit, poſſe Paſtorem nominatim excommunicatum adminiſtrare moribundo Extremæ Vnctionis Sacramentum, etiamſi hoc Sacramentum non eſſet ad ſalutem infirmi neceſſarium, quia videlicet fuerit confeſſus; quia ſufficit (inquit) quod ſit maximè vtile, & conducens ad remiſſionem venialium, & ad robur contra diabolicos inſultus maximè neceſſarium. Sic ille. Nunc ergo : Sed ſic eſt, quod etiam Sacramentum Confirmationis eſt maximè vtile, ſiquidem ſicuti alia Sacramenta, producit gratiam habitualem. Rurſus imprimit Characterem in anima, qui eſt quoddam ſignum ſpirituale, quo miles Chriſti ad pugnam ſpiritualem deſignatur, & tandem propriam, & ſpecialem producit gratiam, nempe ſpecialem protectionem Spiritus ſancti, ac robur ad tenendam, & confitendam fidem coram tyranno; vt diximus 1. *part. tract.* 3. *diſp.*4. *q.*9. ergo etiam ſolùm propter hæc bona, poterit Epiſcopus nominatim excommunicatus adminiſtrare cuilibet Confirmationē.

Ego quidem in hac quæſtione reſpondeo dicendum, quod poſſit quidem Epiſcopus excommunicatus vitandus, adminiſtrare Confirmationem alicui, in caſu dumtaxat,(ſi eſt dabilis)quod non poſſet aliud recipere Sacramentum, videlicet, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, aut Extremæ Vnctionis : minimè verò aliàs.

Prima pars huius reſponſionis conſtat ex dictis *quaeſt.* 15. vbi loquendo de adminiſtratione Extremæ Vnctionis, idem diximus, & probauimus : at ſic eſt, quod eadem ratio eſt de Confirmationis Sacramento: ergo. Sic inſinuat expreſsè, aut, vt melius dicam, ex ſententia aliorum id docet Henriquez *lib* 13. *cap.* 12. *num.* 2. his verbis : Si autem morienti nullum Sacramentum conferri poſſet præter Extremam Vnctionem, aut Confirmationem, dicerent fortaſsè quod poſſent hæc conferri ab excommunicato. Sic ille.

Secunda verò pars noſtræ reſponſionis probatur eadem ratione, qua *quaeſt.* 14. probauimus, non eſſe veram ſententiam Præpoſiti exiſtimantis, poſſe Parochum nominatim excommunicatum adminiſtrare Sacramentum Vnctionis Extremæ infirmo, propter ſolam vtilitatem illi, ex tali Sacramento prouenientem.

DISPVTATIO VI.

De eodem ſecundo effectu Excommunicationis maioris, nempe: De validitate, & inualiditate Sacramentorum collatorum ab Excommunicatis toleratis, & non toleratis?

Qvæstio I.

An Sacramenta collata ab Excommunicato vitando, ſeu non tolerato ab Eccleſia, ſint valida?

Negarvnt olim nonnulli, affirmantes, Hæreticos, Schiſmaticos, & omnes alios præciſos ab Eccleſia, non poſſe validè conficere Sacramenta, vel ſaltem Sacramenta ab ipſis collata, nullum ſortiri effectum tum quia qui ſanctus non eſt, non videtur poſſe alium ſanctificare, tum etiam quia excommunicati non ſunt membra Eccleſiæ: ergo non poſſunt, vt Miniſtri Eccleſiæ operari.

Sed, vt de fide certiſſimum, reſpondeo eſſe valida, & ſortiri ſuum effectum, dummodo omnia neceſſaria ad ſubſtantiam Sacramentorum concurrant. Quia de fide eſt, quod valor ac veritas Sacramentorum non dependet ex fide, vel ſanctitate Miniſtri, vt probauimus ex Conciliis, Niceno, Cõſtantienſi, Carthaginen. & Trident. 1. *p.tract.*1. *diſp.*4.2. *&* 3. ergo Sacramentum collatum ab hæreticis, & ab aliis ab Eccleſia præciſis, valida

lida omnino erunt, ſi omnia neceſſaria concurrant, & ſortientur ſuum effectum, ſi recipiens obicem non ponat. Sic tenent omnes Catholici. Nec obſtat, quod excommunicatus non ſit membrum Eccleſiæ, eo, quod ſit priuatus bonis ſpiritualibus, quæ ſunt communia fidelibus; quia quando confert Sacramenta, ſe gerit vt Miniſter Chriſti, qui etiam per membra à ſe abſciſſa operatur. Verum, vt hæc in genere dicta, clarius innoteſcant, per ſingula Sacramenta diſcurramus.

QVÆSTIO II.

An Baptiſmus collatus ab Excommunicato vitando ſaltem extra caſum neceſſitatis ſit validus?

NEgandum videtur. Quia Baptiſmus collatus à non baptizato, non eſt validus: ergo neque erit, collatus ab Excommunicato ab Eccleſia præciſo. Conſequentia eſt manifeſta ex paritate rationis. Antecedens etiam, ex D. Iſidoro relato *in cap. Si quis ignorantiam* 1. *q.* 1. ſic dicente: *Si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari & ipſe vlterius non ordinetur.*

Sed de fide reſpondeo eſſe validum baptiſmum collatum à dicto excommunicato, ſi requiſita adſint, etiam extra caſum neceſſitatis. Quia de fide, quod Baptiſmus collatus ab infideli & à fortiori ab hæretico, eſt validus, dummodo habeat intentionem faciendi, (ſaltem) quod Catholica Eccleſia facit: ergo meliori iure, erit validus, ſi conferatur ab excommunicato vitando, etiam extra caſum neceſſitatis. Conſequentia eſt legitima, & antecedens definitum in Concil. Florent. ſub Eugenio IV *cap.* 5. Lateranen ſub Innoc III. & Trid. *ſeſſ.* 7. *can.* 4. & in *cap. A quodam Iudæo, de Conſecr. diſt.* 4. definit Nicolaus Papa, eſſe verum baptiſmum datum à Iudæo quamuis non ſit membrum Eccleſiæ, & etiam ibidem cap. *Tunc valere.* cap. *Siue hæreticus.* cap. *Si quis apud hæreticos*, & cap. *oſtenditur.* Et ſic docent omnes PP. & Doctores, vt diximus 1. *part. tract.* 2. *de Baptiſm. diſp.* 4. *quæſt.* 4.

Vnde ad argumentum in oppoſitum, negandum eſt omnino antecedens, cum oppoſitum ſit de fide. Vnde ad eius probationem, bene reſpondet Gloſſa, quod relata verba dicta fuerint à B. Iſidoro, non ex propria ſententia, ſed ex aliorum, qui falsò exiſtimarunt, quod Baptizati à non Baptizatis ſint rebaptizandi. Et ideo ſtatim Sanctus poſuit veram ſolutionem ſubiungendo hæc verba: *Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed Spiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi licet Paganus ſit, qui baptizat.* Legantur D. Thom. 3. *p. q.* 67. *art.* 3. & ibi omnes Theologi. Alterius *lib.* 1. *de Cenſur diſp.* 8. *c.* 2. *per totum.* Cornejo *diſp.* 10. *de excomm.* §. 1. *dub.* 5. & alij.

QVÆSTIO III.

An etiam Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo excommunicato vitando, extra caſum neceſſitatis, ſit validum?

NEgant Magiſt. *diſt.* 13. *cap.* 4. *& diſt.* 25. Innocent. & Panormitan. *in cap. Quanto, de conſuetud.* Gloſſa *in cap. Accedens, diſt.* 50. vt referunt Caſtro *de iuſta hæret. punit. cap.* 22. *pag. mihi* 252. & Couarr. 1. *p. var. cap.* 10. *n.* 8. Et eſſe probabilem horum ſententiam, innuit Ludouicus de S. Iuan. *q.* 1. *de Confirm. art.* 7. *dub.* 4. *pag.* 100.

Sed certiſſimè omnino reſpondeo: Tale Sacramentum collatum ab Epiſcopo excommunicato nominatim, aut hæretico, eſſe validum: licet mortaliter peccet Epiſcopus prædictus illud conferendo Ratio eſt, quia nulla excommunicatio, neque degradatiō, neque hæreſis, tollere poteſt characterem, aut ordinem Epiſcopalem, in quo fundatur poteſtas confirmandi ergo etſi illicitè, quia contra prohibitionem Eccleſiæ, validè tamen efficeret hoc Sacramentum, ſi id intentaret. Sic Caſtro *loc. cit.* dicens hanc noſtram ſententiam eſſe certam de fide. Alterius *lib. de Cenſur diſp.* 8. *c.* 3. *per totum*, vbi ait, contrariam ſententiam, non ſolùm eſſe falſam, ſed etiam erroneam, Henriquez *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 2. Suarez, Ægidius, Filliucius, Bonacina, Ochagauia, Lublinus, & alij, quos citauimus 1. *part. tract.* 3. 3. *diſp.* 2. *q.* 5. agendo de eadem met difficultate, vbi de alijs concernentibus illam egimus.

QVÆSTIO IV.

An deinde Sacramentum Euchariſtiæ ſit ratum, ſi extra caſum neceſſitatis, conficiatur ab excommunicato vitando?

NEgarunt etiam Magiſt. *in* 4. *diſt.* 13. *cap.* 1. & Gratian. *in cap. Quod quidem* 1. *quæſt.* 1. *&* 24. *quæſt.* 1. *in* 2. *part. quæſt. quæ poſt cap. Audiuimus*, incipit ibi: *Si autem*, vt refert Caſtro *loc. cit. cap.* 21. *fol.* 248. *pag.* 2. Quorum fundamentum fuit. Quia excommunicatus & eſt extra Eccleſiam, & etiam ſeparatus ab vnitate Chriſti, maximè ſi ſit hæreticus: ergo nihil agere poteſt nomine Eccleſiæ, & Chriſti: tunc ſic, ſed Sacerdos conſecrans Euchariſtiam hoc agit in perſona Chriſti, & totius Eccleſiæ: ergo qui ſunt ſeparati à Chriſto, & extra Eccleſiam vt excommunicatus, non poterit validè conſecrare.

Sed, vt quid certiſſimum reſpondeo eſſe validum Sacramentum Euchariſtiæ, etiam ſi conficiatur à Sacerdote excommunicato vitando, & quomodolibet ea Eccleſia præciſo. Ratio eſt nuper aſſignata, quia Sacerdos, nec propter hæreſim, excommunicationem, degradationem, aut quamcumque aliam Eccleſiæ cenſuram, amittit characterem in ordinatione acceptum, nec eſt incapax illius, vt conſtat ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *can.* 9. ſed per characterem Sacerdotalem datur poteſtas ad conficiendum Euchariſtiæ Sacramentum: ergo, ſi hic, qui habet huiuſmodi characterē, quantumuis præciſus ab Eccleſia per eius cenſuram ſit, ritè proferat conſecrationis verba, ſuper debitam materiam, omnino conficiet hoc Sacramentum; licet alias mortaliter peccet, & ideo fructum huius Sacramenti non percipiat. Sic tenent cum D. Thoma 3. *part. q.* 82. *art.* 7. omnes Theologi. Legantur Suarez ibid *diſp.* 77. *ſect.* 2. Vaſquez *diſp.* 216. & alij quos citauimus pro hac noſtra ſentētia 2. *part. tract.* 8 *diſp.* 2. *q* 2. Caſtro *loc. cit.* dicens; oppoſitum, eſſe manifeſtiſſimum errorem. Alterius *de Cenſur. lib.* 1. *diſp.* 8. *cap.* 4. dicens, contrariam ſententiam eſſe erroneam.

QVÆSTIO V.

An rurſus Sacramentum Ordinis, ſit validum, ſi conferatur ab Epiſcopo excōmunicato, hæretico, aut alio quocumque modo, præciſo ab Eccleſia, extra caſum neceſſitatis?

NEgarunt rurſus, Magiſter *diſt.* 13. *cit. cap.* 4. *& diſt.* 21. Guillelm. Pariſienſ. *in ſacramentali*, & Gratianus 1. *quæſt.* 1. *& cauſa* 9. *quæſt.* 1. exiſtimantes, Epiſcopum hæreticum validè non poſſe Ordinis Sacramentum conferre. His accedunt Ioan. Andreas *in cap. Accedens, diſt.* 50 Gloſſa *ibidem, & in cap. Degradatio, de pœnis in* 6 & alij Canoniſtæ defendentes, Epiſcopum degradatum non poſſe validè Ordines conferre. Et horum ſententiam eſſe probabilem innuit Alterius *vbi infra.*

Sed, vt quid certiſſimum reſpondeo. Eſſe validum tale Ordinis Sacramentum, etiam ſi conferatur ab

Epiſcopo degradato. Quia(vt nuper eſt habitum) poteſtas ordines conferendi, eſt annexa characteri Epiſcopali: at hic, nec per excommunicationem, nec per hæreſim, nec per degradationem, nec per quodlibet aliud peccatum deleri poteſt, vt diximus 1. *part. tract.* 1 *diſp.* 3. *quæſt.* 21. & 22. & ex Conciliis, & Patribus: ergo Epiſcopus nequit priuari per hominem dignitate Epiſcopali, & conſequenter, neque à validè, licet benè à licitè, conferendi Ordinem ſacrum. Sic D. Thom. Sotus, Henriquez, Vaſquez, Granados, Hurtad. Layman., & alij, quos adduximus 2. *part tract* 6. *de Ordine*, *diſp.* 4. *quæſt.* 3. quibus addi poſſunt Alterius *diſp.* 8. *cit. cap.* 5. Sayrus *lib.* 2 *cap.* 1. *num.* 10. Suarez *diſp.* 9. *ſect.* 2. *num.* 5. Corneio *diſp.* 10. *de excommun.* §. 1. *dub.* 5. & alij.

QVÆSTIO VI.

An matrimonium inter excommunicatos, extra caſum neceſſitatis contractum, ſit validum?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe validum, & ratum, quamuis ipſi contrahentes, eo quod ſint excommunicati, peccent contrahendo. Sic definitur ab Innocent. III in cap. *Significaſti, de eo. qui duxit in matrim.* declarans, validum fuiſſe Matrimonium contractum à quodam excommunicato. Vbi Gloſſa *in ſumm. caſus.* inquit. Nota, quod excommunicatus contrahere poteſt Matrimonium: licet alia Sacramenta denegantur eidem. Ex quibus clarè conſtat, Matrimonium non ſolùm in ratione contractus, ſed etiam quatenus Sacramentum, inter excommunicatos celebratum etiam extra caſum neceſſitatis (de quo loquitur textus) validum & ratum eſſe. Sic omnes DD. Gloſſa *cit.* & Gloſſa margin. monent, vt de hac re videatur Felin. *in cap.* 1. *vt lit. non conteſt.* Alterius *lib.* 1. *diſp.* 8. *cap.* 6. & alij omnes.

QVÆSTIO VII.

An Sacramentum Extremæ Vnctionis collatum moribundo à Parocho excommunicato vitando, ſit validum, ſi illud conferat, extra caſum abſolutæ neceſſitatis?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe validum: (quamuis Parochus grauiter in eo caſu peccet, iuxta infra dicenda.) Ratio eſt, quia collatio huius Sacramenti eſt actus Ordinis Sacerdotalis, qui quidem fundatur in charactere Sacerdotali, qui indelebilis eſt, vt ſupra eſt habitum: ergo per nullam cenſuram poteſt Sacerdos reddi inhabilis, ad validè conferendum hoc Sacramentum, cum non pendeat ex poteſtate iuriſdictionis, ſed ordinis. Sic omnes. Legatur Alterius *diſp.* 8. *cit. cap.* 5. *verſ. De Sacramento Extremæ Vnctionis.* Hurtad. *diſp.* 4. *diff.* 4. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An Sacramentum Pœnitentiæ collatum ab Ex- municato Parocho non tolerato, extra articulum neceſſitatis, & circa materiam neceſſariam, ſit validum?

Affirmarunt nonnulli Doctores, etſi Catholici, eo quod exiſtimarunt, omnes Sacerdotes ex vi ſuæ ordinationis, inſtitutos eſſe Miniſtros ſufficientes huius Sacramenti, per illa verba: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata*, &c. ergo nequit Eccleſia illos mutare, neque eorum actum irritare, magis quàm in aliis Sacramentis. Ita tenuit Armacanus *lib.* 11 *de quæſt. Armenorum, cap.* 4. in cuius ſententiam inclinat Almain. *diſt.* 17. *art.* 4. & reputauit probabilem Durand. *diſt.* 19. *q.* 2.

Sed, vt quid certiſſimum, reſpondeo quod Sacramentum Pœnitentiæ collatum à prædicto Parocho excommunicato non tolerato, extra caſum extremæ neceſſitatis ipſius pœnitentis, de quo ſupra eſt habitum, eſſe inualidum, & nullum. Ratio eſt, quia de eſſentia huius Sacramenti eſt, quod Miniſter illius habeat iuriſdictionem, patet ex *cap. omnis vtriuſque ſexus*, & ex decretis Concilij Florent. & Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. Sed ſic eſt, quod omnis Excommunicatus eſt priuatus iuriſdictione omni, vt habetur *in cap. Ad probandum, de re iudicata, cap. Romana, de offic. Vicar. in* 6. *cap ſi is, cui, de offic. deleg. in* 6. *cap. Duobus, de ſent excommunicat. cap. Audiuimus* 14 *quæſt.* 1. *cap. Si celebrat de cler. excom. miniſtrante:* ergo Sacerdos excommunicatus non erit miniſter ſufficiens ad validè conficiendum Sacramentum Pœnitentiæ; patet, quia per excommunicationem non tantùm prohibetur Excommunicatis Miniſtris, ne poſſint licitè abſoluere; ſed auferetur ab illis poteſtas neceſſaria ad valorem talis actus, nempe iuriſdictio, quæ quidem & dari, & auferri poteſt per hominem.

Vnde ad fundamentum contrariorum, negandum omnino antecedens eſt. Quia in ordinatione, vel ſolum accipit Sacerdos iuriſdictionem in habitu, ſed non in actu, nam hanc ſolum habet à Papa vel à Prælato cum eligitur ad munus abſoluendi, vt volunt Palud *diſt.* 17. *q.* 3. Syluester *Confeſſor* 1. §. 2. & Nauar. *in Man. cap* 4. *num.* 10. vel ſi accipiunt in ſua ordinatione veram poteſtatem iuriſdictionis, hæc ſolum eſt inchoata, & incompleta: nam illa completur in ratione iuriſdictionis per applicationem, & ſubiectionem materiæ, id eſt, ſubditorum, quæ fit per Summum Pontificem, & Prælatos Eccleſiæ, vt docent Maior *in* 4. *diſt.* 19, *quæſt.* 1. D. Anton. 3. *part. tit.* 17. *cap.* 4. & Angel. *confeſſio* 3. *num.* 4. & alij. Vel tandem dicendum eſt ſecundum alios, quod poteſtas iuriſdictionis in Sacerdote, eſt diſtincta à poteſtate ordinis tam in eſſentia, quàm in modo, ſen tempore, quo confertur: nam poteſtas ordinis datur per impreſſionem characteris, & ideò manet immutabilis, poteſtas verò iuriſdictionis datur moraliter per extrinſecam conceſſionem, aut alicuius Eccleſiaſtici muneris traditionem, per quam aliquis Paſtor; & ideo mutari & tolli poteſt per hominem, vt fit quando Prælatus excommunicat nominatim Sacerdotē, ideóque ſi huiuſmodi Sacerdos excommunicatus intentet aliquem abſoluere, erit abſolutio nulla ex defectu iuriſdictionis. Hic modus philoſophandus eſt D. Thomæ 22. *quæſt.* 39. *art.* 3 *& in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 2. *art.* 3 *quæſt.* 4. D. Bonauent. *diſt.* 19. *art.* 3. *quæſt.* 1. Soti *diſt.* 18 *quæſt.* 4. *art.* 2. & aliorum. Et ideo noſtram reſponſionem tenet communis Theolog. D. Thom. *diſt.* 17. *cit. & diſt.* 19. *quæſt.* 1. *art* 3. *quæſt.* 1. Palud. *diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 1. *& diſt.* 19. *quæſt.* 2 *art.* 3. & ibi Capreol Gabriel, Sot & alij Scholaſtici Nauarr. *in Man. cap.* 9. *num.* 8. *& cap.* 27. *num.* 259. Couarr. *in cap. Alma mater, p.* 1. §. 6 *num.* 7. *verſ. Sexta concluſio.* dicens, eſſe omnium concordem ſententiam. Angel. Syluest. & D Anton. quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 1. *diſp.* 8. *cap.* 7. Suarez *diſp.* 11. *ſect.* 3 *num.* 12. Vaſquez *de excommunicatione, dub* 4. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 10. *n.* 2. Ægidius *de Cenſur. diſput.* 14. *dub.* 5. *num* 34. Fillincius *tract.* 11. *cap.* 3. *quæſ.* 9. Palao *diſput.* 2. *punct* 8. *num* 1. Sayrus, Reginaldus, Vgolinus quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *pun.* 2. §. 4. *n.* 1. Hurtad. *diſp.* 4. *de excommunicat. diſp.* 4. Corneio *diſp.* 10. *de excomm.* §. 1. *dub.* 5. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 83. & alij omnes. Et nos etiam cum aliis 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 5. *quæſt.* 78.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

An ſaltem Prælatus excommunicatus vitandus, etſi non poſſit per ſe validè, extra neceſſitatis caſum, abſoluere, poſſit alteri ſuas vices committere?

AFfirmant Henriquez *lib.6.de pœnit.cap.6.num.3. & cap.7.in fine*, Palud. *in.4 diſt.23.quaſt.2.art.2. num.* 17. Nauarrus *in cap. Placuit, num.* 51. Ledeſma vterque, Tabiena, Armilla, & alij quos citat, & ſequitur Fagundez *de quinque præcept. præcept. 2. lib. 7. cap 2.num* 49. (citans, ſed malè, pro ſe Thomam Sanchez *lib.3. de Matrimonio, cap* 21.*num.*7. cum oppoſitum ibi doceat *num. 9.*) Baſil *lib. 5. de Matrimonio, cap.*17.*§. vnico, num.*14. Boſſius, & Rodriquez, quos omnes pro hac ſententia adduximus 1. *part.tract.5.de pœnitentia, diſput.*11.*quaſt.*53. citat etiam Suarez pro eadem ſententia, Syluestrum *verb. Vnctio, num.* 4. & benè. Sed non aduertit, quod oppoſitum alibi doceat, *vt infra.* Fundamentum horum authorum eſt, quod dare prædictam licentiam, non eſt actus iuriſdictionis, ſed ordinis: ergo quantumuis ſit excommunicatus, validè poterit illam dare.

Sed probabilius longè reſpondeo dicendum, quod neque Epiſcopus excommunicatus, poſſit aliquem Sacerdotem in Confeſſorem approbare, aut exponere; nec minus Parochus excommunicatus dare licentiam alteri audiendi confeſſiones ſuas vices ei committendo.

Prima huius reſponſionis pars, vt probabilior tradita fuit à nobis 1.*part.loc cit.* Quia videlicet, probabilius iudicauimus, ſicut & nunc facimus, quod approbare aliquem ad confeſſiones audiendas, non ſit actus ordinis, ſed iuriſdictionis: at ſic eſt, quod Epiſcopus excommunicatus caret omni iuriſdictione: ergo inualidè concederetur talis approbatio ab ipſo. Sic Sanchez *loc. cit. num.*9. dicens, hanc ſententiam eſſe veriſſimam, & *num* 7. citat pro hac parte, & benè, Syluestrū *verb. abſolutio* 1.*quaſt.6. & verb. Confeſſor* 2. *quaſt.*4. Sotum *diſt.*18. *quaſt.* 4. *art.* 3. Victoriam, & Gutierrez. Sic etiam Suarez *de pœnitent diſp.*28.*ſect* 5. *& de Cenſur. diſp.*11.*ſect.*3.*in fine.* Alterius *lib.*1.*diſp.*8. *cap.* 1. & alij.

Secunda verò pars, etiam clarius conſtat. Quia delegare ſuas vices, audiendi cōfeſſiones alteri, eſt actus iuriſdictionis, & non ordinis: Sed Prælatus, ſeu Parochus excommunicatus non toleratus eſt priuatus omni iuriſdictione: ergo non poteſt ad hunc finem audiendi confeſſiones vices ſuas alteri committere, quia nemo dat, quod non habet. Maior in qua poteſt eſſe ſolum difficultas, conſtat, quia interdum non Sacerdos dat facultatem audiendi confeſſiones, vt conſtat: ergo talis actus non eſt ordinis, ſed iuriſdictionis. Sic Suarez *loc. cit.* dicens oppoſitam ſententiam eſſe falſam. Alterius *loco citato; & ibidem cap. 7. in fine.*

QVÆSTIO X.

An ad minus, Confeſſarius excommunicatus non toleratus, poſſit abſoluere validè à venialibus?

AFfirmat Vaſquez *tom.4.in.3.part.quaſt.*93.*art.*1. *dub* 6.*à num.*5. Quia exiſtimat iure diuino, & non tantum conceſſione ſuperiorum, eſſe conceſſum cuilibet Sacerdoti, vt poſſit abſoluere à venialibus peccatis. Vnde ſequitur (ait ipſe Vaſquez *num.* 8.) quod quamuis aliquis prohiberi meritò poſſit lege aliqua aut præcepto, ne etiā circa venialia adminiſtret Sacramentū, ſicut de facto prohibitus eſt excommunicatus, quia ei interdicitur omnis Sacramenti adminiſtratio, tamen ſi de facto abſoluat à venialibus, abſolutio rata eſt, ſi autem poſſet tantum iure humano, conceſſa materia abſoluere à venialibus, poſſet omnino irritari abſolutio, & alieni denegari iuriſdictio. Huc uſque Vaſquez dicens *num.*5. ſic teneri neceſſario dicere, qui docent, iure diuino eſſe conceſſum Sacerdoti abſoluere à quibuſvis peccatis venialibus. Sunt autem apud ipſum, Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q* 4. *art.*1.*ad* 3. Ruard. Taper. *art.* 3. *contra Cal. pag.* 100. Caiet.*verb. Abſolutio, cap.*2. Canus, Ledeſma, Palud. & Capreol. quos etiam ſic pro hac parte adduximus *part.*1 *tract.*5.*diſp.*11.*quaſt.*11.

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe validè adhuc à venialibus abſoluere. Quia probabilius omnino eſt, iuriſdictionem, reſpectu etiam venialium, non iure diuino, ſed ſolùm iure Eccleſiaſtico, Sacerdotibus competere, vt cum Nauarro, Suario, Ægidio, Henriquez, Medina, Valentia, Granado, & aliis pluribus diximus 1.*part.tract.* 5. *diſp.*11. *quaſt.*11. *cit. & diſput.*12.*quaſt.* 6. ergo talem iuriſdictionem poteſt Eccleſia ſuſpendere, at ſic eſt, quod de facto id facit cum excommunicato non tolerato: ergo validè à venialibus tunc nequibit, ob defectum iuriſdictionis, abſoluere. Sic expreſsè Alterius *lib.*1.*diſput.* 8. *cap.*8. *verſ. Nihilominus.* Auila 2.*part. cap.*6. *dub.*1. *concluſ.*3. Præpoſitus *in* 3. *part.q.*2.*dub.*8.*num.*49. Raynaud. *de monit.part.*2. *cap.* 2. *num.*13. & Diana *part.* 5. *tract.*9. *reſol.* 84.

QVÆSTIO XI.

An confeſſio peccatorum mortalium, facta cum excommunicato vitādo, ſit inualida, & neceſſariò iteranda, etiamſi pœnitens inuincibiliter ignoret Confeſſorem eſſe excommunicatum?

AFfirmat abſolutè, & abſque vlla diſtinctione, apud Auilam, Palacius *in.*4.*diſt.*17.*diſp.*7.*col.* 12. eo quod Excommunicatus vitandus caret iuriſdictione, quæ, vt nuper diximus, eſt omnino neceſſaria ad validam abſolutionem.

Sed diſtinctione aliqua vtendo, ſic veriſſimè reſpondeo, eſſe quidem omnino inualidam, & iterandam confeſſionem, caſu, quod pœnitens, inuincibili etiam ignorantia, procedente ex priuato, & particulari errore ipſius, ignoraret Confeſſorem eſſe excommunicatum: ſecus verò ſi talis ignorantia procederet ex publico, & communi errore, quia tunc confeſſio verè eſſet valida, & rata, & ideo non repetenda. Quia in hoc ſecundo caſu, propter bonum commune, confert Eccleſia tali excommunicato iuriſdictionem: quam non confert in primo caſu, cum in illo ceſſet ratio boni communis, & ſolùm reperiatur ratio boni particularis, quod non attenditur à legibus. Sic Sanchez *lib.*3.*de Matrimonio.diſp.*22.*num.*46 Bonacina *de Matrimonio quaſt.*2.*punct.*8.*num.*31. & 32. *& de Cenſur. diſt.*2.*quaſt.*2.*punct.*2.§.4.*num.*2. & 3. Trullench. *in Bullam, lib.*1.§.7.*cap.*1. *dub.*4. quos nos citauimus, & ſequuti ſumus 1.*part.tract.*5.*de pœnitentia, diſp.*5 *quaſt.*79. quibus nunc addi poſſunt, Suarez *diſp.*11. *ſect.*2.*n.*14. Couart. & Vgolinus penes ipſum. Auila 2.*part.cap.*6. *diſp.* 3.*dub.*1.*concluſ.*3.*verſ. Hinc ſequitur*, & apud ipſum Victoria *de excommunicatione, quaſt.* 33. Caietanus *verb. Abſolut. impediment. & verb. Confeſſionis iteratio.* Nauarrus *cap.*9.*num.*4. Ægidius *diſp.*14.*dub.*10. *n.*88. Fillincius *tract.* 12. *cap.* 3.*num.*78. Cornejo *diſp.*10.*de excomm.dub.*5.*verſ. ſed quæres.* Hurtad. *diſp. de excomm. diff.*4.*verſ. Circa quam.* Alterius *lib.*1. *diſput.*8. *cap.*8. & communis.

Digitized by Google

Bauny *diſp.7.de excomm.q.4.aſſertione* 2. quamuis illam non directè probet. Raynaud. *de monit. part.* 2. *cap.*2. *n.*24. Præpoſitus *in* 3.*p.quæſt.*2.*de excomm. dub.*8.*n°*44. Cornejo *diſp.*10. *de excomm.*§.1. *dub. vlt.* Diana *part.* 5. *tract.*9. *reſol.*83. Et communis.

QVÆSTIO XV.

An ad hoc vt excommunicatus toleratus licitè poſſit conferre petentibus Sacramenta, debeant hi habere aliquam, ſaltem communem, neceſſitatem, aut vtilitatem?

AFfirmant communiter Doctores. Bauny *loc. cit.* ſcribens: Toleratum licitè conferre Sacramenta, quoties, aut ipſius grauis neceſſitas, aut notabilis proximi vtilitas exigit, indubitati eſt iuris. Ita ille. Filliuc *tract.*12. *cap.* 3.*q.*7.*num.*72. ita loquens: Si pertineat ad fauorem petentis, aut moraliter ſit neceſſarium, vel vtile, vt excommunicatus conferat Sacramenta, tunc poteſt ſine peccato. Cornejo *dub.vlt.cit.* & alij communiter.

Sed probabilius reſpondeo licitè poſſe prædictos excommunicatos Sacramenta conferre petentibus, etiam ſine ſpeciali cauſa, aut neceſſitate; dummodo licitè Sacramenta ab ipſis petant (de quo infra dicemus.) Ratio eſt, quia quoties alicui aliquis actus conceditur vt licitus, neceſſarium eſt vt eidem concedantur omnia, ſine quibus talis actus licitus eſſe non poteſt: ſed licitum eſt fidelibus poſt Concil. Conſtant. petere ab huiuſmodi excommunicatis Sacramenta, adhuc non interueniente ſpeciali neceſſitate, aut vtilitate, vt *infrà*: ergo & licitum erit his excommunicatis, tunc Sacramenta illis miniſtrare; patet conſequentia, nam ſi illi non poſſent licitè miniſtrare, non poſſent illi licitè petere, vt miniſtrarent, propter inductionem ad malum: ergo quotieſcumque licitè illi petunt Sacramenta, poſſunt & hi licitè ipſa eiſdem adminiſtrare. Sic tenet expreſsè Raynaudus, (citatus *vbi ſupra* à Diana *reſol.* 83.) per hæc verba: Quamuis nonnulli Doctores de quocumque Miniſtro excommunicato pronuncient, eum prohiberi miniſtrare quæcumque Sacramenta, tamen mollior nunc ſententia ſentit de excommunicato tolerato, quem negat quidem poſſe ſe inferre ad Sacramentorum adminiſtrationem: admittit tamen poſſe illa adminiſtrare ſi adeatur, etiam abſque neceſſitate; ſiue ſit Paſtor; ſiue non ſit: neque item fideles eum adeuntes; & iure ſuo vtentes, peccant, ſiue aduerſus legem de non communicando, quæ poſt Martinum V. non vrget; ſiue ob cooperationem in peccatum Miniſtri, non enim ibi vlla cernitur cooperatio ad peccatum, quia non peccat Miniſter toleratus, ſi requiſitus miniſtret. Hæc Raynaudus.

QVÆSTIO XVI.

An licitum ſit his excommunicatis toleratis, ſe ingerere, & inuitare ad Sacramenta fidelibus miniſtranda?

REſpondeo tanquam certum: Non eſſe eis id licitum. Quia per Extrauag. *Ad euitanda,* Martini V. & Concilij Conſtantienſis nullus fauor, aut releuamen aliquod, eſt dictis excommunicatis conceſſum: ergo non eſt data eis facultas communicandi, ſiue in diuinis, ſiue in humanis cum aliis: ſed ſolùm eſt data facultas aliis fidelibus communicandi in dictis rebus, cum ipſis. Poſſunt ergo duntaxat huiuſmodi excommunicati tolerati admittere alios, vt ſi velint, ſecum communicent; ipſi verò tenentur alios vitare, licet poſſint non vitari ab aliis. Sic Suarez *diſp.*11.*ſect.*4.*num.*10. Raynaudus *loco cit.* Connejo *diſp.*10. *de excommunicat.*§.1. *dub.vlt.verſ. Tertiò nota.* Filliucius *tract.* 12.*cap.* 3. *quæſ.*7. *dicto* 4.*num.*72. Sanchez *lib.*7.*de Matrimonio, diſput.*9.*num.*8. Henriquez *lib.*13. *cap.*6. *num.*4. *littera A*, & *B.* Bauny *diſp.* 7. *de excommunicatione, quæſt.* 6.*aſſert.* 4. Alterius *lib.*1. *diſp.* 10. *cap.* 2.*in princip.* ex Nauarro *cap.* 25.*num.* 93. & *cap.* 27. *num.* 20. & 244.

QVÆSTIO XVII.

An licitum ſit alicui, petere etiam abſque neceſſitate Sacramenta à Miniſtro excommunicato tolerato, parato ſua ſponte adminiſtrare, ſi, illa adminiſtrando, peccaturus ſit?

NEgant Sotus *diſt* 1.*quæſt.*5.*art* 6. Reginaldus *lib.*1. *num.* 165. Suarez *de Sacrament. diſput.* 18.*ſect.*2. Bonacina *de Sacrament.in genere,diſp.*1.*quæſt.*6.*punct.*5. *num.*2.& Grenad. *de Sacrament tract.*5.*diſp.vlt.à num.*4. Quos omnes pro hac parte citauimus 1. *p. tract.* 1. *de Sacram.in gen.diſp.*5.*quæſt.*9 Fundamentum eorum eſt. Quia in tali caſu petens Sacramenta ab excommunicato miniſtrante in mortali, cooperatur peccato illius: ſed qui cooperatur peccato alterius peccat: ergo.

Sed probabilius reſpondeo licitum illi eſſe. Quia tunc petens, ex vna parte, vtitur iure ſuo; & ex alia, nullo modo inducit Miniſtrum ad illi Sacramenta miniſtranda, cum ad id paratus ſit; ergo nullo modo cooperatur peccato illius: ergo nulla ex parte erit illicitum illi, petere Sacramenta ab excommunicato tolerato, etiam extra caſum neceſſitatis, quando paratus eſt Sacramenta miniſtrare, Sic Vaſquez *de excommunicatione, dub.* 3.*à num.* 2. Sanchez *lib.*7 *de Matrimonio; diſput.*9.*num* 8. D.Thom. Viuald. Ioann. de Cruce, Beçan. & alij quos citauimus 1. *part. loc. cit.* imò idem docet Bonacina *de Cenſuris, diſp.*1. *quæſt.*2. *punct.*2.§.3.*in fine.* Henriquez *num.*4.*cit.* vbi *littera C*, id probat exemplo vſurarij parati, à quo (inquit) licet petere mutuum ſub vſuris; & petens non cenſetur illum moraliter inducere ad malum, ſed vtitur malitia hominis parati ad effectum, quem ille poſſet inculpatè facere. Sic ille. Bauny *diſp.*7. *de excomm.q.*6. *aſſert.* 2.

QVÆSTIO XVIII.

An item liceat petere Sacramenta à Miniſtro (etiam non Paſtore) excommunicato tolerato extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis, ſi aliàs non ſit ad ad miniſtrandum paratus?

NEgant abſolutè apud Bonacinam, Henriquez *lib.*13.*cap.*6.*num.*3. Vaſquez *de excommunicatione, dub.*3.*num.*2. Nauarrus *cap.*9. *num.*10. Suarez *diſp.*11. *ſect.* 4. Sayrus *lib.* 2. *cap.*2. *num.*9. & Valentia *tom.* 4. *diſp.*7.*quæſt.*11.*punct.*3.*verſ. Alias autem.* Sed his Henriquez, oppoſitum ſentit loquendo in caſu, quo petatur Sacramentum à Parocho excommunicato occultè. Nam eodem *num.* 3. *in princip.* ita ait: Ex hoc fauore Concilij Conſtant. colligitur primò ſubditos licitè inducere Parochum occultè excommunicatum, vt ſibi Sacramenta miniſtret, quem ſubditi extra tempora etiam præcepti poſſunt per iudicem Eccleſiaſticum iure compellere, vt Sacramenta miniſtret, cum ſit ratione officij publici obligatus. *Et infra*: At re vera Concil. Conſtant. concedit abſolutè priuilegium, vt etiam extra neceſſitatem liceat inducere Parochum: & colligitur in fauorem ouium, Parochum

Digitized by Google

prohibitionem,& obligationem Cenſuræ in materia graui. Excipe caſum vrgentis neceſſitatis, quia Eccleſia non intendit obligare cum tanto incommodo. Sic omnes Doctores. Et conſtat ex ſuprà habitis *diſputat. 5. per totam.*

Qvæstio XXI.

An Excommunicatus, adminiſtrando Sacramēta illicitè, incurrat aliquam pœnam?

Reſpondeo incurrere irregularitatem, ſi Sacramenta Ordinis, Confirmationis, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ,& Extremæ Vnctionis, & etiā Baptiſmi ſolemniter cum ſacris veſtibus,&c· miniſtret illicitè. Quia omnis excommunicatus exercens illicitè actum Ordinis ſacri fit irregularis. Secus dicendum eſt ſi id licitè faciat ex vi fauoris aliis conceſſi per Concil. Conſtant. quia cum tunc nullam violet Cenſuram, nullam irregularitatem incurret.

Addo, quod neque aliquam pœnam incurrat ille, qui ab excommunicato tolerato Sacramenta accipit, propter eandem rationem Benè tamen ille,qui ab excommunicato non tolerato Sacramenta illicitè recipit, nam incurrit excommunicationem minorem, vt infra dicemus.Sic omnes DD.Legantur Suar.*diſp.*11. *ſect.*4.*n.*19.Bonac. *diſput.*1.*q* 2 *punct.*1.§.4.*num.*6.*&* 9. Corneio *diſp.*10. *de excomm.*§.2.*dub.vlt in fine.* Bauny *diſput.* 7. *cit. quæſt.*7.*dicto* 2. Henriquez *lib.*13. *cap.*7. *num.*1.Palao *diſput.*2.*punct.*8. *à num.*9.

Qvæstio XXII.

An etiam, qui Sacramenta excommunicatis non toleratis largiuntur, incurrant aliquam pœnam?

Reſpondeo incurrere interdictum ab Eccleſiæ ingreſſu .Quia ſic decernitur *in cap .Cum Epiſcoporum, de priuileg. in* 6. Sic omnes, præcipuè Bauny *loc. cit. dicto* 5. vbi addit, quod ſi dicti non tolerati ſint excommunicati à Papa, tunc is, qui eis confert Sacramenta,aut cū iis communicat in diuinis Officiis, eſt excommunicatus excommunicatione Papæ reſeruata, cap. *Significauit, de ſent. excomm.* quem adiri tamen, abſolutionis obtiCendæ cauſa, vt ſit neceſſe, requiritur, vt participans ſit Clericus. Secundò, vt ſcienter hoc faciat. Tertiò, vt ſponte. Sic ille. Et nos latius ſuprà *diſput.*4. *quæſt.* 18.

DISPVTATIO VII.

De tertio effectu Excommunicationis, qui eſt, priuatio Diuinorum Officiorum, & aliarum rerum ſacrarum.

Qvæstio Prima.

An quicunque Excommunicatus priuetur, ex vi Cenſuræ, omni communicatione Eccleſiaſtica in rebus diuinis?

Respondeo tanquam quid certiſſimum: priuari. Quia id eſt expreſſum in cap. *Reſponſio,* & cap. *Nuper, cum aliis, de ſent. excomm.* & cap. *Alma mater, eod.tit.in* 6.cap.*Sicut Apoſtoli, cum tribus ſeq.*11.*q.*3. cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ.*Et ratio eſt,quia excommunicato cuicunque,hoc eſt,tam non tolerato, quàm tolerando, eſt prohibita ſimpliciter communicatio fidelium: ergo à fortiori in rebus diuinis. Sic omnes Doctores. Legantur Nauarr.*cap.* 27. *n.*19.Sotus *diſtinct.*22.*quæſt.*1.*art.*4.Henriquez *lib.*13. *cap.*7.*&* 11. Suarez *diſput.*12.*à ſect.*1.Fillinc.*tract.*12. *cap.*4.Alterius *lib.*1.*diſputat.*10. *à cap.*2.Ægidius *diſputat.*14.*dub.*7. Vaſquez *de excommun. dub.*8. Luyſius Turrianus *lib.*2.*diſput.* 11. Viualdus *de excommunicat. num.*81.Bonacina *diſput.*2. *quæſt.*2. *punct.* 3. Hurtadus *de excommun. diſp.*5.Bauny *diſput.*7. *à q.* 9. Laymann *lib.*1.*tract* 5.*part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 6. Palao *de Cenſur. diſputat.*2. *puncto* 9. & alij citandi.

Qvæstio II.

An Excommunicatis ingredi Eccleſiam liceat, ſaltem eo tempore, quo diuina officia non celebrantur?

Negant Gloſſa *in cap. Cleros, diſt.*21.*verb. Et reſpuunt infideles,* id eſt, (inquit,)excommunicatos. Et ita Oſtiarius remouet excommunicatos ab Eccleſia. Et Gloſſa *margin.ibid.*idem docent,ex Hug. Hoſt. *in ſum.num.* 17. *verſ. Sed nunquid, de ſent. excommun.* vbi ſic ait: Sed nunquid excommunicatus poteſt intrare Eccleſiam? Dicas quod non debet hoc facere vllo tempore, ſi ſit ligatus maiori excommunicatione, & idem intelligas de interdicto, & ſuſpenſo ab ingreſſu Eccleſiæ. Sic Hoſtienſ. pro cuius ſententia citat eius Additionator, Gloſſam *in cap. Qui ſtudet,* (non *cap.ſtudet,* vt ait Additionator) 1.*q.*1.& Ioannē de Imola *in cap.*1.*de vita & honeſt. Cleric.*Tenet etiam Abbas *in cap.* 2. *num.*1.*de foro competenti,* apud Dianam. Quibus adde eundem Abbatem, & Henricum *in cap.Reſponſio,ſup.cit.* & Felinum quos ibi ſequitur, & Nicolaum Ploue *tract. de excommun. vbi, de participat, cum excommunicato, num.* 9.

Sed vt quid verum reſpondeo:licitum eſſe Excommunicatis Eccleſiam ingredi, ſaltem eo tempore,quo officia diuina in illa non celebrantur. Quia id nullo iure eſt excommunicatis prohibitum. Sic docent communiter Doctores, vt fatetur Couar.*in cap. Alma mater,* §.3.*num.* 7.*in fine.* Et ſic tenet ibi ipſe (licet ſtatim *num.*8. dicat peccare venialiter excommunicatum ingredientem Eccleſias eo tempore quo diuina officia non celebrantur. Sed certè hic minus benè.) Sic tenent,& alij quamplures mox citandi; præcipuè D. Thom *in* 4.*diſtinct.*18.*quæſt.*6.*art.*1.& ex illo Luyſius *lib.*2.*diſputat.* 11. *dub* 3.Alterius *lib.*1.*diſputat.*10. *cap.* 5. Nauarrus, Sotus, & alij.

Qvæstio III.

An etiam liceat excommunicatis, ingredi Eccleſiam, eo tempore, quo officia diuina in ea celebrantur?

Negabunt, & à fortiori, Authores nuper pro prima ſententia adducti. Quibus adhæret cum aliis, Couar. *loc. cit.* eo quod in his diuinis communio interdicta eſt excommunicatis. Ideóque, Excommunicatus (inquit) non poteſt ingredi Eccleſiam,eo tempore, quo diuina officia celebrantur, text.*in capitulo, Reſponſo de ſentent. excommun. Capitul. Quod in te, de pœnitent. & remiſſ. capit. Alma mater.* Cuius ſtatim in ſecunda huius relectionis parte, interpretationem explicabimus. Gloſſa expreſſim hoc ipſum tradens *in cap. Qui ſtudet.*Et ibi Præpoſ. 1. *quæſt.*1. Innocentius, Antonius, & alij in dicto *cap. Reſponſo.* Felinus *in cap.*2.*de except.* Decius *in cap. Ad præſentiam,de Appell.*

Digitized by Google

Anton. Imola, Abbas *in cap. 1. ad finem, de vita, & boneſt. Cleric.* Idem Abbas *Clement. Grauis, de ſent. excommun.* Ex quibus apparet, communiter receptum eſſe, excommunicatum poſſe abſque vlla culpa Eccleſiam ingredi cauſa orandi: eo tamen tempore, quo diuina officia non celebrantur: tametſi Panorm. & Henric *in dicto cap. Reſponſo*, teneant, non eſſe licitum excommunicato Eccleſiam ingredi, etiam eo tempore, quo diuina officia non celebrantur, quos Felin. ibi ſequitur. Hucuſque Couarruuias. Ita etiam ſentiunt Llamas 1. *parte Method. cap.* 9 §. 6. *pag.* 113. *Palao diſput* 2 *puncto* 9 *num.* 14.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo; omnino etiam licere excommunicatis ingredi Eccleſiam, eo tempore, quo ibi celebrantur diuina officia, dummodo id non faciant cauſa orandi oratione communi, aut aſſiſtendi officiis diuinis, ſed ob aliquod aliud negotium, veluti ſi tranſeant per Eccleſiam ob commoditatem itineris, &c. Quia ingrediendo Eccleſiam his de cauſis, non dicuntur communicare in diuinis. Sic inprimis tenet Innoc. *in cap. Nuper, de ſentent. excommun. num.* 3. his verbis: Item ſi in in Eccleſia eſſet excommunicatus non cauſa orandi, ſed pro alio ſuo negotio, non video quare in eadem Eccleſia orare non poſſet, quia ſibi non communico in oratione, quia non orat. Sic ibi Angelus *excomm.* 8. §. 4. Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 4. *&* 6. *artic.* 1. Caietanus *in ſum. c, de Participat. ne cum excommun. §. Illicita autem.* Vbi addit, hoc verum eſſe, etiam caſu, quo tranſeundo per Eccleſiam genu flectat, & priuatim oret, his verbis: Et hinc fit, vt ſi excommunicatus tranſit per Eccleſiam, aut eſt ibi, non vt interſit veſperis, ſed propter negotium aliquod, licèt tranſeundo genuflectat, & oret priuata oratione, non propterea communicant dicentes veſperas cum illo, ſicut nec ipſe communicat cum illis, & ideo nullus in hoc peccat. Sic Caietanus, Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 2 Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art* 4. §. *Sed verum.* Gordonus *in ſum tom.* 2. *lib.* 7. *quæſt.* 8. *cap.* 1. §. 4. *n.* 27. Diana 3. *part. tract.* 9. *reſolut.* 86. & anteà Durand. *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 5. *in fine.* Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 7. *concluſ.* 1. *verſ. Secundo nota*, & alij.

QVÆSTIO IV.

An liceat Excommunicatis ingredi Eccleſiam, & ibi Deum orare, etiam caſu, quo ſint alij fideles ibi priuatim orantes?

NEgabunt planè Authores primæ ſententiæ q 2. adducti.

Sed probabiliùs longè multò reſpondeo: licere eis. Quia ſic priuatim orantes, non communicant in oratione, cum non ſit ibi communis oratio Sic Nauar *in man. cap.* 27. *n.* 19. ibi. Quamquam benè poteſt ſolus precari etiam in Eccleſia; licèt alij precentur ſeiunctì ab eo iuxta Innoc. receptum *cap. Nuper, de ſent. excommunic.* & ſic Henriques *lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 2 *cit.* his verbis: Dum in Eccleſia non fiunt officia, poteſt denuntiatus ſine ſocio recitare priuatas orationes, aut horas canonicas, quamuis in eadem Eccleſia adſint alij ſuas horas priuatim recitantes, dummodo excommunicatus non audiat horas alterius. nec cum eo recitet alternatiuè Sic ille. Et apud ipſum ibi *lit. X.* Sotus *d. ſt* 22. *q* 1. *art.* 4. & communiter Recent. Diana *reſol.* 86 *cit.* Raynaudus *de monit. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 21. Caiet *loc. cit* Qui addit omnes prædictos poſſe ſimul priuatim orare in eodem loco, nempe ſacello, cubiculo, &c. quia in huiuſmodi (*inquit Caiet.*) non attenditur propinquitas, aut etiam identitas loci, in quo vterque orat, aut comedit, quoniam in eadem camera poſsūt ambo ſeorſum comedere, & orare, abſque eo, quod communicent in comedendo, aut in orando, vt contingit quando pulſatur *ad Aue Maria*, & ſinguli ſeorſum dicunt; quoniam non pulſatur ad orationem communem, ſed priuatam. Hæc Doctiſſ. Cardinalis.

QVÆSTIO V.

An prohibitum ſit excommunicatis omnibus, Horas canonicas cum alijs publicè, ſeu nomine Eccleſiæ, recitare; & etiam eiſdem horis, quas alij recitant, intereſſe?

REſpondeo tanquam certum, eſſe prohibitum: Et ſub mortali. *Primum* habemus definitum à Clement. III. *in cap. Significauit*, & ab Innoc. III *in cap. Nuper. & cap. Reſponſo, de ſentent. excomm.* Sic etiam *in cap. Quod in te, de pœnit. & remiſſ. cap. Si quis Epiſcopus, & cap. Clerici, & tribus ſeq de Clerico excomm. miniſtrante.* Et ideo id docent omnes Doctores Legantur Innoc. Abbas, Felin. Nauarr. Couar *loc. ſuprà citatis.* Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 2. Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 2. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 3. Filliucius *tract.* 12 *cap.* 4. *à quæſt.* 4. Bauny *diſputat.* 7. *de excommunicat quæſt.* 9 Hurtadus *diſput.* 5 *difficult.* 2. Corneio *diſp.* 10 *de excommunic.* §. 8. *dub.* 1. Palao *diſputat.* 2. *puncto* 9 *num.* 6. & alij

Secundum verò etiam apud omnes eſt notum. Nam eſt tranſgreſſio prohibitionis in re graui, ergo eſt mortalis. Antecedens probatur, quia excommunicatus eſt præciſus, & reiectus ab Eccleſia: ergo grauis deformitas eſt, ſe ingerere ad publicas functiones nomine Eccleſiæ peragendas. Sic tenet communis ſententia ſcholaſticorum *in* 4. *diſtinct.* 18. vbi D. Thom. *quæſt.* 2. *art.* 4. *quæſt.* 3. *ad* 1. Durandi *quæſt.* 5. Gabriel *quæſt.* 3. *dub.* 4. Caietan 2. 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. Soti *diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Nauar. *cap.* 25 *num.* 23. Couarruuias *cap. Alma*, 1. *part.* §. 2. *&* 3 *&* §. 7. *num.* 5. Quos citat, & ſequitur Suarez *loc. cit. n.* 6. Sic etiam Bauny *loco citato, Aſſert.* 1. Corneio *dub.* 1. *cit. quæſt.* 2. Bonacina *diſputatione* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 3. §. 2. *num.* 1. Alterius *cap.* 3. *cit. verſ. Hoc autem.* Palao *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO VI.

An ſaltem liceat excommunicato, vt perſonà priuata, cum aliquo ſocio Horas Canonicas recitare?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Nauarrum, ait Diana *vbi infrà*, per hæc verba: In tali caſu Nauarrus *cap.* 17. *num.* 36. §. *ad* 5. putat excommunicatum non peccare legendo Horas Canonicas, aut alias preces priuatim cum aliquo alio; quia non orat, vt miniſter Eccleſiæ, & aliàs poteſt eſſe hæc communicatio vtilis ad conuerſionem excommunicati. Sic Diana. Sed certè non ita benè citat meum Nauarrum pro hac parte negatiua; cum ibi, *loco à Diana citato*, quod loquatur expreſsè & clarè, de Excommunicato legente cum alio horas Canonicas, ſed alias priuatas Orationes, quæ tempore interdicti non ſunt prohibitæ, qualis eſt (inquit Nauarrus) ſalutatio Angelica matutina, meridiana, veſpertina, qualis eſt benedictio ſimplex menſæ, & aliæ ſimiles quæ non ſunt prohibitæ tempore interdicti, vt dicetur infrà *num.* 117. imò videtur quod neque venialiter peccatur in aliquibus earum. Sic meus Nauarrus. Non ergo omnino benè, abſolutè pro affirmatiua parte citatur, & dato quod in hoc loco id voluerit, quod valde dubito, oppoſitum poſtea docuit, vt ſtatim videbimus, vnde abſque propoſita ſenetntia eſt citandus. Igitur.

Tanquam certum reſpondeo: non licere excom-

cmuieto, n

municato, adhuc, vt perſona priuata horas Canonicas cum ſocio etiam laico, recitare. Quia id illis eſt prohibitum *cap. Excommunicatos, & duo ſequentia* 11. *quæſt.* 3. Sic Nauarrus *de Oratione, & horis Canonicis, cap.* 7. *num.* 16. vbi ita ait: Vndecimo ſequitur, excommunicatum non excuſari ob excommunicationem ab onere dicendi horas: Tum, quod excommunicatio non tollit ordinem neque beneficium, neque profeſſionem; tum quod excommunicatio non liberat debitorem à ſoluendo, *capitul. intelleximus, de iudic. cap. Verè, de ſentent. excomm.* quæ concluſio eſt Gloſſarum *cap. Preſbyterum,* 22. *diſtinct.* & *cap.* 1. *de Cleric. excommun.* recepta, non tamen debet eas recitare, officium peragendo in ſua Eccleſia, *cap. Si quis Epiſcopus* 11. *quæſt.* 3. nec cum alio, *cap. Cum excommun.* 11. *quæſt.* 3. nec dicendo, Dominus vobiſcum, vt determinat Archidiac. *in dict. cap. Preſbyterum,* 28. *diſt.* cum Cardinal, Alexand. & communi; nec ſi Abbas fuerit, vel Abbatiſſa, cum ſuo Monacho, vel Moniali, vt hoc anno reſpondi. Hæc meus Nauarrus, Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 2. Couarruuias *cap. Alma mater,* 1. *p* § 3. *num.* 8. Suarez *diſput.* 12. *ſect.* 2. *num.* 17. Ægidius *diſp.* 14. *dub* 7. *num.* 55. Bonacina *diſput.* 2. *quæſt.* 2 *punct.* 3 §. 2. *num.* 4. & alij ſtatim citandi. Qui idem dicunt, caſu quo dictæ horæ Canonicæ, non ex obligatione, ſed ex deuotione dicantur.

QVÆSTIO VII.

An ad minus liceat excommunicato, priuatè officium B. Virginis, vel defunctorum, aut aliud officium priuatum cum alio recitare?

AFfirmatiuè reſpondere Nauarrum *cap.* 37. *n.* 16. *cit.* ait Suarez *loco citato, num.* 18. & etiam aiunt Cornejo, & Diana ſtatim citandi. Sed adhuc meo videri, nec de his officiis loquendo, id affirmat Nauarr. ſed potiùs oppoſitum indicat: Ait namque ſic loco pro hac parte citato; *Ad quintum,* quod illud vulgatum ſuperius poſitum, ſcilicet, peccare mortaliter, qui communicat cum excommunicato in oratione, intelligendum eſt de oratione publica, quæ fit nomine Eccleſiæ; quales ſunt Miſſæ, Horæ Canonicæ, quas cantant, vel dicunt ſui Miniſtri, nomine ipſius, qualis eſt, conſecratio Eccleſiæ, Altaris, & Virginum; benedictio ſolemnis Epiſcopi, & aquæ benedictæ, & Officia defunctorum, & ſepulturarum: non autem de oratione priuata, qualis eſt ſalutatio Angelica matutina, meridiana, & veſpertina; qualis eſt ſimplex benedictio menſæ, & aliæ ſimiles quæ non ſunt prohibitæ tempore interdicti, vt dicetur infra *num.* 177. imò videtur, quod neque venialiter peccatur in aliquibus earum. Ita Nauarr. Ex cuius verbis conſtat oppoſitum dicere in loquendo de Officio defunctorum, cum inter Horas Canonicas, quantum ad effectum peccandi in communicatione illius cum excommunicato, connumerat.

Vt certum igitur ſimiliter reſpondeo: nec vllo modo licere excommunicato prædicta Officia B. Virginis, defunctorum, &c. recitare cum ſocio non excommunicato; aut è contra, non excommunicato cum excommunicato. Quia dicere huiuſmodi officia cum alio, etiam eſt quædam communicatio in oratione: ſed hæc communicatio, quamuis ſit in oratione priuata, & ex deuotione, clarè prohibetur excommunicatis, aut aliis cum ipſis, per *cap. Excommunicatos* 11. *q.* 3. ibi: *Nec eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet,* & *cap. ſeq.* (quod eſt 18.) ita dicitur: *Cum excõmunicato neque orare, &c.* & *cap. ſeq.* 4. 19. *Qui communicauerit, vel orauerit cum excommunicato ſi laicus eſt, excommunicetur, ſi Clericus deponatur.* In quibus iuribus, (vt benè Suar. ait) ſine dubio eſt ſermo de communicatione in oratione priuata, nam coniungitur cum communicatione cum cibo, & potu, & communi ſermone: ergo, &c Sic Suar. *loc. cit.* Cornejo *diſp.* 10. *de excomm.* §. 8. *dub.* 1. *q.* 3. Diana *p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 89. Alter. *lib.* 1. *diſput.* 17. *cap.* 4. *verſ. Interdictum eſt* Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 7. *concluſ.* 2. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An peccet mortaliter excommunicatus, officium diuinum, cum ſocio, vt priuata perſona, recitando?

AFfirmat Caiet. *in ſum. verb. excomm. circa. finem,* §. *Illicita autem,* & clarius id affirmat Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. *verſ. Sed quantum,* vbi loquendo de recitantibus cum excommunicatis non toleratis, hæc ait: Quare non poſſumus coram ipſis Miſſas, aut diuina officia celebrare, neque eorum audire Sacra, nec alternatim cum illis recitare ſoluendo Horas Eccleſiæ. Et quodcumque iſtorum eſſet peccatum mortale, vt patet *Nuper, de ſent. excomm. & cap. Sacris, de his, quæ vi, metuſve cauſa fiunt.* Ita Sotus. Vnde Henriquez vtroſque hos Doctores pro hac parte, *vbi infra,* citat. Et illam tenere aliquos viros doctos, dicit Auila mox *citandus.*

Sed multò probabiliùs reſpondeo: non peccare mortaliter, ſed venialiter tantum. Quia huiuſmodi communicatio non eſt grauis, ſed leuis reſpectu præcepti, cum fiat priuatim: ergo non eſt materia peccati mort. Antecedens probatur, nam licèt actio recitandi, grauis ſit, tamen in ea iuuari ab alio, vel alium iuuare priuatim, leue eſſe videtur in ratione communicationis. Sic Henriq. *lib.* 13. *cap.* 7. *n* 2. Couar. *cap. Alma,* §. 1. *n.* 8. Suarez *diſput.* 12. *ſect.* 2. *n.* 18. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 4. *quæſ.* 4. *n.* 93. *verſ. Tertiò.* Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 13. §. 14. *dub.* 7. *n.* 55. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 2. *num.* 4. Auila 2. *part. cap.* 6. *diſput.* 8. *dub.* 4. Cornejo *diſput.* 10. *de excommun.* §. 8. *dub.* 1. 2 *verſ. Etſi roges.* Alterius *loc. cit. verſ. Dico* 2. Villalobos *tract.* 17. *diffic.* 7. *n* 3. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 3. *docum* 8. *num.* 5. Palao *diſputat.* 2. *de Cenſur. punct.* 9. *n.* 9. & Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 89. citans pro hac parte etiam, Gordonum *tom.* 2. *lib.* 7. *quæſt.* 8. *cap.* 2. *n.* 23. Mercerum *de Sacram. in* 3. *p q.* 21. *dub.* 6. Præpoſitum *in* 3. *part. quæſt.* 2. *de excomm. dub.* 9. *num.* 56. Megalum *in* 3. *part. vol.* 2. *cap.* 2. *q.* 4. *num.* 52. & 53. & Luyſium Turrianum *lib.* 2. *diſputat.* 11. *dub.* 2. Sed hic vltimus Author, ſolùm ait, quod ſit prohibitum excommunicato priuatim recitare Horas Canonicas cum ſocio: an verò ſit veniale, aut mortale contra hanc prohibitionem facere, non reſoluit, quia nec dubitat in particulari de hoc. His adhuc addi poſſunt, Penna, Victoria, Felician. & Alcocer, quos citat Henriquez *loco citato.* Et alij communiter. Qui tamen, vt certum contrarium dicunt, ſi excommunicatus recitaret cum aliis publicè, & ſolemniter; nam tunc peccaret mortaliter.

QVÆSTIO IX.

An etiam excuſetur ab hoc culpa veniali, ille, qui antequam excommunicationem incurreret, ratione ſui muneris ſolitus erat recitare cum alio v. g. Canonicus cum ſuo Capellano, vel famulo?

REſpondeo vt quid probabiliùs: excuſari etiam, in eo euentu, à culpa veniali. Nam excommunicatus (ait Suarez) non priuatur communicatione eius, quantum ab ea, in quibus ſibi inſeruire tenetur, iuxta cap. *Inter alia, de ſent. excomm.* iuncto capite, *quoniam multos* 11. *q.* 3. & ideo ſi Canonicus v. g. Capellanum,

vel

Digitized by Google

vel famulum habeat, qui hoc miniſterium anteà illi exhibebat, etiamſi excommunicatus ſit, poterit illo vti; & è conuerſò, licet Capellanus ipſe excommunicatus ſit, poterit patrono ſuo illud miniſterium exhibere, quia hoc propriè ac per ſe non eſt miniſterium Eccleſiaſticum, & ex officio, ſed priuatum, & quaſi corporale. Hæc Suarez, dicens hanc ſententiam ſibi veriſimilem videri. Sed certè, melius diceret, probabiliorem, cum id eius ratio conuincat. Tenent tamen Bonacina *loc. cit. num. 5. verſ. Hinc ſequitur.* Et clarius antea Vgolinus §. 14. *cit. num.* 1. Filliucius *loc. cit. n.* 93. *verſ. Tertio.* Alterius *lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 4. *verſu, Putarem tamen.* Villalobos *loc. cit.* & alij.

Qvæstio X.

An Excommunicatus Religioſus profeſſus, aut Clericus inſignitus Ordine ſacro, non ſolum poſſit, verum etiam teneatur priuatim horas Canonicas ſoluere?

Reſpondeo tanquam certum: non ſolùm poſſe, verùm & teneri ad perſoluendas Horas Canonicas. Quia excommunicatus licitè poteſt Horas Canonicas recitare priuatim, cum id nullo iure ei vetitum ſit: ergo ſi aliàs habet obligationẽ ortam ex ſacro Ordine, aut profeſſione Religionis, ad id tenebitur. Patet conſequentia, quia excommunicatio non tollit obligationem huiuſmodi, aliàs tolleret onus non leue, ac proinde excommunicatus, commodum ex ſua contumacia reportaret, quod eſt abſurdum. Sic omnes. Nauarrus *in cap. Quando, de conſecr. diſt.* 1. *notab.* 7. *num.* 18 & *in ſum. cap.* 25. *num.* 101. & *de Orat.* & *hor. s, num.* 16. Sotus *lib.* 10. *de iuſt. quaeſt.* 5. *artic.* 3. Couarr. *lib.* 3. *variar cap.* 13. *num.* 8 *verſ. Duodecimo*, & *in cap. Alma, part.* 1 §. 3. *num.* 8. & penes ipſum, Cardin. Hieronym. Gigas, Decius, Abbas, Ioan. de Ligniano, & Albert. de Ferrariis, Syluester *verb. Hora, num.* 4. D. Anthon. 3. *p. tit* 24 *cap.* 76. Sandoual *de offic. Eccleſ. part.* 5. *cap.* 5. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 1. Suarez *diſput.* 12. *ſect.* 2. *num.* 13. & 14. Filliucius *tract.* 12. *c.* 4. *quaeſ.* 4. *num.* 92. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 7. *num.* 53. Alterius *lib.* 1 *diſput.* 10. *cap.* 4. *col.* 1. & 2 Bonacina *diſput.* 2. *quaeſt.* 2. *punct.* 3 §. 2 *n.* 3. Cornejo *diſput.* 10. *de excommunic.* §. 8. *dub.* 1. *quaeſ.* 4. Vaſquez *de excommun. dub.* 8. *n.* 9 dicens in hoc omnes conuenire. Bany *diſput.* 7. *de excommun. queſt.* 6. *verſ. Interim noſſe.* Auila 2. *part. cap.* 6. *diſputat.* 4. *dubio* 6. Villalobos *loc. cit. num.* 5. Palao *punct.* 9. *cit. num.* 7.

Qvæstio XI.

An, qui non ratione Ordinis ſacri, aut Profeſſionis, ſed tantùm ratione beneficij, tenetur ad Horas Canonicas, ſi eſt excommunicatus, teneatur ad illas recitandas?

Negauit Ioannes Briaert, poſt quodlibet Adriani *quaeſt.* 4. *Propoſit.* 5. cuius fundamentum fuit; Nam excommunicatus priuatur fructibus ſui beneficij, *cap. Paſtoralis, fine, de Appellat.* at ſic eſt, quod ex eorum perceptione oritur obligatio recitandi Horas Canonicas: ergo ſi tales fructus pro rata non recipit excommunicatus, non tenebitur officium præſtare diuinum.

Sed tanquam verum reſpondeo: etiam teneri ad recitandas horas. Ratio eſt, quia Beneficiarius, non ſolùm tenetur ad officium diuinum, ratione fructuum, quos ex beneficio percipit, ſed etiam ratione tituli beneficij, & poſſeſſionis illius, quam etiam poſtquam excommunicatus eſt, retinet, ſiquidem conſtat ius habere licet impeditum ad perceptionẽ fructuum, quos ſi actu non percipit, ſua culpa contingit. Sic Paludan. *in* 4. *diſt.* 15. *quaeſt.* 9. *art.* 1. Nauarrus *in man. cap.* 25. *num* 103. & 104. & *tract. de Orat. cap.* 7. *n* 28. Couar. *lib.* 13. *variar. cap.* 13. *num.* 8. *verſ. Duodecimo; prope medium*, cum Cardin. Hieronym. Gigante, Decio, Abbate, & aliis. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 2. *in Gloſſa lit. I.* Suarez *loc. cit. num.* 15. Angelus, & Syluester, penes illum. Alterius *cap.* 4. *cit. verſ. Propter hanc rationem.* Vaſquez, Bonacina, Cornejo *loc. cit.* & communis.

Qvæstio XII.

An huiuſmodi excommunicati, priuatim horas dicentes, teneantur ita occultè illas dicere, vt ab alijs audiri non poſſint?

Affirmare videtur Bauny *quaeſt.* 9. *cit. Aſſert.* 2. per hæc, licèt non clara, verba: Ex *more*, dixi, vt innuerem ab hac eſſe pœna liberum, qui domi ſuæ preces Canonicas decurrit, aut alibi, priuatim tamen, ac ſolus, nam publicè operam his nauare, non eſt tutum. Ita Bauny.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: ad id non teneri. Quia ſolùm eſt illis prohibitum, vt cum ſocio horas perſoluant, minimè vero, quod domi, aut alibi in occulto, & ita vt à nemine audiantur, illas recitent quia id non eſt illis cautum iure aliquo: ergo ſine cauſa non eſt hoc onus illis imponendum. Sic Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 16. & clarius Filliucius *tract.* 12. *cap.* 4. *quaeſ.* 4. *in fine*, ita ſcribens. Quartò, vt poſſit officium dicere, etſi priuatim, tamen voce tam alta, vt etiam ab aliis exaudiri poſſit: hinc enim non inſurgit per ſe communicatio aliqua. Hæc ille.

Qvæstio XIII.

An ſit licitum excommunicatis, quando recitant officium diuinum, dicere Dominus vobiſcum.

Affirmant Auila 2. *part. cap* 6. *diſp.* 4. *dub.* 6 per hæc verba: Tertia concluſio, dato quod peccet dicendo *Dominus vobiſcum*, non tamen peccabit mortaliter, quia materia eſt parua. Imò teneo cum Nauarro *in ſum. Hiſpana, cap.* 27. *num.* 45. & quibuſdam viris doctis, quod non peccabit, ſi dicat recitando ſolus. Hæc Auila. Quem citat, & ſequitur Hurtado *diſput.* 4. *de excommun. diffic.* 2. *num.* 2. vbi ſic ait: Nec eſt prohibitus Horas Canonicas priuatim recitare, & tunc poteſt abſque peccato dicere *Dominus vobiſcum*, vt contra non paucos aduertit Auila (*loc. cit.*) quia poteſt illud dicere vt priuata perſona, ſicut etiam poteſt dicere, *venite adoremus.* Hæc Hurtadus. Cuius opinionem refert, nec reprobat Pal. *loc. cit. n.* 7.

Sed probabiliùs multò reſpondeo: non eſſe eis licitum dicere *Dominus vobiſcum*, ſed loco illius debent dicere *Domine exaudi orationem meam*: more laicorum. *Primò*, quia iſte verſiculus *Dominus vobiſcum*, iuxta vſum Eccleſiæ, à ſolis Sacerdotibus, & Diaconis dici poteſt, quia pertinet ad dignitatem Ordinis, ſed per excommunicationem homo impeditur hac Ordinis dignitate: ergo.

Secundò, quia hæc ſalutatio *Dominus vobiſcum*, pertinet ad perſonam publicam, & conſequenter ad eum, qui vt Miniſter Eccleſiæ recitat Horas Canonicas: ſed excommunicato eſt prohibitum orare, vt perſona publica: ergo nec poteſt dicere *Dominus vobiſcũ*. Ex quibus manet ſolutum argumentum Hurtadi! hæc namque verba, ex vſu Eccleſiæ ſolum pertinent ad Sacerdotes, & Diaconos tanquam Miniſtros publicos Eccleſiæ, & ideo ab illis ſolum vſurpari queunt; alia verò ad omnes etiam ſeculares, vt conſtat. Vnde ſic Nauar. *cap.* 7.

Digitized by Google

cap 7. de orat. n. 16. hæc dicens: Non tamen debeat eas (*nempe horas*) recitare officium peragendo in ſua Eccleſia *cap. Si quis Epiſcopus 11. q. 3.* nec dicendo *Dominus vobiſcum*, vt determinat Archidiac. *in d. cap. Presbyterum 18. d. ſt.* cum Cardin. Alexand. & communi. Hæc Nauarrus ibi: *& cap. Quando, de Cenſur diſt. 1. notab. 7. n. 18.* Conar. *cap. Alma 1. p. §. 3. n. 7.* Henriquez *lib. 13. cap. 7. n. 2* Suarez *diſp. 12 ſect. 1 num. 13.* Ægidius *diſp. 14. dub 7. n. 54.* Filliuc. *tract 12. c. 4. n 93.* Laymann *lib. 1 tract. 5. p. 2. cap. 2. n. 6.* Vaſq *de excomm. dub. 8. n. 9.* Bauny *diſp. 7. de excommun. q 9. verſ. Secundò meminiſſe.* Cornejo *diſp. 10 de excomm. §. 8 dub. 1. queſ. 4.* Alterius latè *lib. 1. diſput. 10. cap. 4 col. 1.* Bonacina *diſputat. 2. quæſt 2. puncto 3. § 2. num. 6.* Raynaudus, Gordonus, & Præpoſitus, quos affert, & ſequitur Diana *parte. 5. tractatu 9. reſolut. 93.*

QVÆSTIO XIV.

An Sacerdos, aut Diaconus excommunicatus, pronuncians in recitatione officij, Dominus vobiſcum, *peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem?*

AFfirmatiuam ſententiam tenere Nauarrum *in lib. de oratione, cap. 7. num 16.* aiunt Suarez, Bonacina, Corneio, Diana, & alij *loc.* ſtatim *citandis.* Sed profectò omnes, illum pro hac parte peſſimè citant: quia in toto illo numero, in quo de prohibitione dicendi *Dominus vobiſcum* ab excommunicatis agit, minimè agit de pœna quam incurrunt excommunicat illum verſiculum dicentes, nec quomodo nominat in ſuo ore irregularitatem, vt conſtare poteſt cuilibet, ſi legat eius verba relata à nobis ſupra *quæſt. 6.*

Deinde Corneio, & Diana citant etiam pro affirmatiua parte Maiorem; ſed reuera hi Authores Maiolum debebant ſcribere, non Maiorem. Nam ille, non iſte tenuit hanc partem *lib. 3. de irregul. cap. 21. num 6.* vt teſtatur Henriquez *lib. 13. cap. 7. num. 2. in Gloſſa lit. l.*

Rurſus citat Bonacina pro eadem parte Suarium *diſp. 12. ſect. 2. num. 13.* Sed non benè adhuc, quia licèt Suarius in principio, dicat ex aliorum Doctorum ſententia, quod fiat irregularis Sacerdos, aut Diaconus, dicendo *Dominus vobiſcum*, ſed ſtatim ſubiungit; quod hoc eſt limitandum (verba ſunt Suarij) niſi interdicat excuſatio à culpa: hæc enim irregularitas, quæ eſt pœna, non incurritur, niſi propter culpam, vt ratio pœnæ poſtulat: & ſignificatur *in cap. penult. de ſentent. excommun.* Et quoniam illa pœna grauis eſt, cenſeo non incurri ſine culpa mortali. In hoc ergo poteſt facilè excuſari culpa mortalis ex inaduertentia cum leui negligentia, item ſi fiat ex quadam verecundia, ſine contemptu, licet fiat aduertendo, ex leuitate materiæ poteſt eſſe venialis culpa: quia eſt actio valde priuata, & nihil fere offendens Eccleſiam. In his ergo caſibus non incurretur irregularitas. Hæc Suarius. Qui vt conſtat, potius citari debet pro oppoſita parte, & ſententia, vt de facto citat Filliucius *vbi infrà.* Ex quibus conſtat, quod ſolus Maiolus, quem ego viderim, hanc ſententiam tuetur, ac defendit: eo quod pronunciando excommunicatus, *Dominus vobiſcum*, exercet actum Ordinis: ergo fit irregularis.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: quod Sacerdos, & Diaconus, qui in recitatione priuata diuini Officij vtuntur illo verſiculo *Dominus vobiſcum*, nullo modo peccent mortaliter, ſed venialiter tantum; & conſequenter per hoc non fiant irregulares. Ratio eſt, quia irregularitas, quæ in pœnam infligitur non incurritur, niſi ob mortale: at eſſe mortale proferre in priuata recitatione has duas voces *Dominus vobiſcum*, quis dicet? Nemo profectò: quia materiam in his reperiri ad mortale idoneam, nemo eſt tam parum cogitans, qui dicere velit, & auſit. Non ergo hæc culpa eſt in excommunicato pluſquam venialis: ergo per commiſſionem illius non fiet quis irregularis. Secus eſt dicendum, caſu quo quis has voces *Dominus vobiſcum* publicè, ac ſolemni ritu pronunciaret, quia cum tunc exerceet actum Ordinis ſacri, peccaret mortaliter, & conſequenter incurreret irregularitatem. Et hoc ſolum probat fundamentum pro ſententia Maioli adductum. Sic communis fere omnium ſententia tenet, Ægidius *diſput. 14. dub. 7. n. 54.* Filliucius *tractatu 12. cap. 4. queſ. 4. num. 93.* Qui tamen ſolùm dicit, eſſe probabile non incurri irregularitatem, eo quod dicendo *Dominus vobiſcum* non committitur culpa grauis, ex leuitate materiæ ex Suario *num. 13.* Sic Bonacina, Laymann, Bauny *ſuprà citati.* Præpoſitus, Raynaudus, Gordonus, & Mercerus quos affert, & ſequitur Diana *reſolut. 93. cit.* Qui ipſe, Cornejo, & alij, citant pro hac parte Henriquez *lib. 13.* (non 3. vt vterque citat) *de excommunicat. cap. 7. §. 2.* Sed non benè. Nam in corpore capitis, ſolùm ait, quod excommunicatus, ratione Ordinis ſacri, aut beneficij, tenetur Horas Canonicas priuatim recitare, abſque *Dominus vobiſcum.* Nec quid amplius dicit. In Gloſſa autem *lit. l.* dumtaxat ad rem hæc verba habet. Addit Maiol. *lib. 5. p. 21. num. 6.* ſi Sacerdos *excommunic.* dicat, *Dominus vobiſcum*, fit irregularis. Sed Nauarrus *addit. Hiſp. cap. 27. num. 45.* negat peccatum eſſe dicere. Hæc tantum Henriquez. Vnde meritò dixit Bonacina, ſe non inueniſſe id apud Henriquez. Tenent rurſus Villalobos *tract. 17. difficult. 7. num. 7.* Sayrus *lib. 2. cap. 3. num. 5.* Machado *lib 1. part. 3. tractatu 3. docum 7. num. 2.* Qui etiam citat, ſicuti multi alij, pro parte contraria Nauarrum, & Suarium, ſed omnes, malè. Palao *diſp. 2. de Cenſur. punct. 9. num. 8.* Laymann *lib. 1. tractatu 5. part. 2. cap. 2. num. 7.* & à fortiori Auila, & Hurtadus *quæſt. 13. citati.*

QVÆSTIO XV.

An ſit permiſſum Excommunicatis, ire cum alijs in publica proceſſione, aut Litaniis publicis, ad quas populus fidelis, cum Sacerdote cantante, concurrit?

REſpondeo tanquam certum: non eſſe illis id permiſſum; ſed potiùs prohibitum ſub mortali. Quia omnis excommunicatus eſt priuatus actuali celebratione diuinorum Officiorum, & auditione eorumdem: at ſic eſt, quod ſub nomine diuinorum Officiorum, comprehenduntur omnes ſacræ functiones, quæ ab Eccleſia publicè, & ſolemniter ex inſtitutione Chriſti, aut eius Sponſæ fiunt, vt omnes fatentur: ergo cum inter has ſacras functiones, numeranda ſit publica proceſſio, etiam Litaniarum, quæ ſolemnitate conſueta Crucis leuatæ, ſuperpelliciorum, & ordinis procedendi, fit: planè ſequitur, quod illi intereſſe ſit ſub mortali prohibitum excommunicatis. Sic Caietanus *in ſumm. verb. Excommunicatio, prope finem, verſ. Illicita*, ibi: Communicarent autem ſi ambo intereſſent veſperis, aut vni Miſſæ, aut vni proceſſioni, etiamſi vnus eſſet in capite, & alter in cauda proceſſionis extensè per duo milliaria. Sic ille. Henriquez *lib. 13. cap. 7. num. 2.* qui ſequendo Caietanum, ita dicit: Non licet huic (*excommunicato*) ire cum aliis etiam vltimo loco in publica proceſſione, aut in publicis Litaniis, quæ à Sacerdote cantantur: aliàs ceſſandum eſt, donec denunciatus expellatur à proceſſione, aut aliis officiis. Hæc Henriquez, & penes

Digitized by Google

Penes ipſum, Nauarrus *cap.27.num.176 fine*, & *n..63.* (ſed malè in hoc vltimo numero) Alcocer, Palac. D.Anton. & Syluest. Sic etiam Suarez *diſputat. 12. ſect.2.num.2.* iuncto *num.* 6. D. Thom. Durand. Gabriel, Adrianus, Couarruias, & alij penes ipſum. Filliucius *loc. cit. quæſ.5. num.* 94. Bonacina *diſput. 2. quæſt.2. puncto 3. §. 1. num.2.* Alterius *lib.1.diſput.10. cap.3.* Llamas 1.*part. Meth.cap.9.§.6. pag.113.* Auila 2.*part.cap.6.diſput.9.dub.7. concluſ.1.* Palao *diſputat.2. puncto 9.num.6.*

QVÆSTIO XVI.

An etiam ſit prohibitum excommunicatis, comitari ſacram Euchariſtiam, quando ad infirmos defertur?

AFfirmat abſolutè Palacius, caſu tamen, quo non recitentur Pſalmi *diſtinct.18. quæſt.3.pag.341.* vt refert, & tranſit, Henriquez *lib. 13. cap. 7. §.2. in Gloſſa lit.N.* Adiungens illi Nauarrum *cap.27.n.179.* cum Calderino, hoc ipſum docentes; loqnendo, tempore interdicti. Sed certè Nauarrus ibi, ſolum ait; quod tempore interdicti, non ſit prohibitum pulſare campanulam, quando viaticum defertur ad infirmos, & etiam oſtendere ipſum in reditu vbi mos eſt. Calder. *vbi ſupra memb.6. col.19.* partim quia videtur iuſtum & decorum, *Id. cap. Quoniam*, partim, quia non eſt de actibus prohibitis per interdictum, conſpectus S.Sacramenti, niſi in Miſſa. Hæc tantùm meus Nauarrus, vt videas, nil de noſtra quæſtione agere; licèt aliqualiter de concernenti. Non tamen Bonacina *§.2. cit.num 9.* vbi ait, poſſe excommunicatum adorare Euchariſtiam, aut etiam illam comitari dum ad infirmos defertur, modò non recitentur Pſalmi iuxta Henriquez *lib.13. cap 7.num.2.* & Sayrum *cap. 2. num. 13.* hoc enim modo non dicitur excommunicatus propriè participare in diuinis. Sic Bonacina. Sed malè in hoc quod dicit eſſe ſententiam Henrici *cap.2.num.2.* nam ibi, nil de hac quæſt. Et in margine *lit.N.* vbi de illa tranſeunter agit, ſolum ait, hoc docere Palacium, ipſe verò tranſit. Vnde Bonacina, Palacium debebat pro ſua citare ſententia, non Henriquez. Melius poſſet citare Auilam 2. *part.cap.6.diſput.9.dubio 7. concluſ. in fine.* Id expreſsè cum Palatio docentem, & addentem, tunc progrediendum eſſe ſilentio, ſine vllis precibus, ne excommunicatus reſpondeat ſimul cum reliquis fidelibus.

Sed abſolutè omnino reſpondeo: etiam eſſe hanc ſacram functionem excommunicatis prohibitam. Quia reuera, ſub nomine diuinorum Officiorum, quibus intereſſe eſt excommunicatis prohibitum, abſque dubio comprehenditur. *Primò*, quia ſit à Sacerdote ſolemni pompa, indicto ſuperpelliceo, & ſtola, turmáque fidelium comitante. *Secundò*, quia in delatione S.Sacramenti, etiam ad infirmos, ſemper recitantur Pſalmi, vt praxis Eccleſiæ teſtatur: ergo, adhuc in opinione Palacij, ſemper remanet talis actio excommunicatis prohibita. Sic expreſsè Llamas 1. *part. Method.cap.9. §. 6.* ibi: Excommunicatus non poteſt ſacram Euchariſtiam comitari, cum proceſſionaliter defertur, etiam ad infirmos: quod merito aliqui dixerint: neque ſire in proceſſionibus, vbi preces, ſiue Litaniæ pro neceſſitatibus, ſiue gratiarum actionibus decantantur: quia tales ſunt ſolemnes Eccleſiæ orationes. Sic Llamas.

QVÆSTIO XVII.

An item ſit prohibitũ Excommunicatis, Aquam, Oliuas, aut Candelas ſolemniter benedicere; Epiſtolam, aut Euangelium ſolemniter cantare; aut aliam functionem propriam alicuius Ordinis, ſolemniter, & ex officio exercere?

REſpondeo tanquam certum: omnia hæc eſſe illis ſub mortali culpa prohibita. Quia certum eſt omnia hæc ſub diuinis Officiis comprehendi. Quod conſtat, partim ex iure; partim ex communi ſenſu Eccleſiæ, & partim ex interpretatione communi Doctorum. Sic omnes. Legantur Suar. *diſp.12 ſect.2.n. & 6.* Alterius *lib.1.diſp.10. cap.3.* omnino ex Suario, illo non citato, quod quidem ſemper ferè facit. Bauny *diſput. 7. de excommunicat. quæſt.9. in principio.* Palao *diſputat. 1. puncto 9. num. 6.* & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An deinde, Excommunicato ſit vetitum; ſacræ concioni intereſſe?

REſpondeo tanquam certum: quod nullo modo. Quia ſic habetur *in c.Reſponſo, de ſentent. excommunic.* vbi interrogatus Pontifex ab Epiſcopo Ferrarienſ. an ad populum ſententiis excommunicationis, & interdicti ligatum, quot hebdomadibus dicere ipſe conciones poſſet? reſpondit, *ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc eum facere poſſe, cum viderit expedire, dummodo contra formam interdicti, nullum ei diuinum Officium celebretur.* Concio igitur non venit nomine diuinorum Officiorũ, quæ excommunicato ſunt prohibita; ſic omnes Paludan. *diſt.* 18.*q.*4 Caiet, *in verb. Excommunicato, §. Illicita.* Sotus *diſtinct.22.quæſt.1. artic. 4. col.* 8. D. Anton. 3. *part tit. 24.cap. 70. col. 2.* Summa Confeſſ. *lib.3.tit 33.q.251.* & Nauarrus *cap.27 n. 36. ad 5.* quos omnes citat ac ſequitur Henriquez *lib. 13. cap.12.num.3.* Suarez *diſputat.12 ſect.2. num.3.* Alter. *lib.1.diſputat.10. cap.3. verſ. Si quis quærat.* Vgolinus *tab.2.cap.8.§.3.* Reginaldus *lib.32.n.20.* Ægid. *diſp.14. dub.7 n.58.* Filliucius *tract.12. cap.4. quæſ.2. num. 86.* Bonacina *diſput.2.quæſt.2.punct.3.§.2. cum.10.* Bauny *diſputat.7. de excommunicat. quæſt. 9. in fine.* Hurtadus *diſput.5. de excomm.diffic. 2* & Corneio *diſput. 10. de excomm.§.4.dub.4.* Palao *diſput.2.punct.9.num.11.*

QVÆSTIO XIX.

An ſaltem, ſit vetitum ipſis Excommunicatis concionem audientibus, dicere in principio, & in fine concionis, Aue Maria, *cum aliis ſimul?*

REſpondeo id nullo modo adhuc eſſe vetitum. Quia cum talis oratio ſit priuata & non communis, non datur inter ipſos recitantes communicatio in oratione. Nam licet ſimul aſſiſtant, vnus tamen nullo modo adiuuat alterum ad eandem orationem, ſed quiſque ſeparatim, ſeorſim, & priuatim orat. Sic Nauarrus *loc. cit.* Henriquez *loco citato, num.4.in fine.* Alterius *diſputatione 10.cit.capit.4. verſ. Non erit autem.*

QVÆSTIO XX.

An etiã Excommunicati, ſaltem tolerati, poſſint abſque mortali, aliis continari?

AFfirmat Sot. *diſt.22.q.art.4.col. mihi.* 8. per hæc verba: Prædicatio autem, vt habetur *can.Epiſc.9..* de

Digitized by Google

*de conſecrat.diſt.*1. & lectio quantumcunque ſit Theologiæ, fieri poteſt coram excommunicato. Quare & Doctor reſpondere poteſt diſcipulo excommunicato interroganti circa lectionem. Ipſi autem excommunicati eoſdem actus ſolemniter exercere non valent in publico, ſaltem ſi ſint ex illis duabus excommunicatorum ſpeciebus expreſſis in Concilio Conſtant. Nam ſi ſunt occulti,& generaliter excommunicati,nullum eſt peccatum eorum intereſſe concionibus, & lectionibus. Neque ipſi peccarent, mortaliter ſaltem, dum ex officio eis eiuſmodi munera incumbunt. Ita Sotus. Quem citat,& ſequitur Auila 2. *p. c.*6. *diſp.*11. *dub.* 3 *concl.* 2.

Sed clarius,diſtinctius,& certius reſpondeo. Nullo modo poſſe excommunicatos toleratos concionari, abſque labe mort.caſu,quo ipſimet, ſponte, & non inuitati, ſe ingerant ad concionandum;benè tamen caſu, quo ab aliis ad concionandum petantur,& inuitentur. Ratio eſt. Quia in primo caſu,ipſi excommunicati, ſe ingerunt ad communicandum cum aliis fidelibus, quod quidem eſt illis ſub mortali prohibitum. In ſecundo verò,quod inuitantur ab aliis qui non tenentur vitare eos, tunc nullo modo peccant eorum petitioni correſpondentes, atque annuentes, cum hæc correſpondentia non ſit illis prohibita, vt ex dictis ſupra conſtat. Sic Nauar. *cap.*27.*num.*163.*verſ. Octauò infertur.* Suarez *diſp.*12. *ſect.* 2. *num.*4. Alterius *lib.*1 *diſput.* 10. *cap.* 3.*verſ. Non licet.* Filliuc. *tractat.*12. *cap.*4. *quæſt.* 2. *num.*86. Bonac. *diſput.* 2. *quæſt.*2.*puncto* 3.§.2.*num.*11. Cornejo *diſp.*10.*cit.* §.4. *dub.*4.Palao *loc.cit num.*10.Qui omnes,& Sotus etiam,ſecus omnino dicunt dicendum, loquendo de Excommunicato vitando, & non tolerato ab Eccleſia,quia hic etiam inuitatus, ſi fortè illicitè fieret, non poteſt ſine peccato graui Prædicatoris munere fungi.

Qvæstio XXI.

An ſi Excommunicatus,ſolemniter,& quaſi ex officio, prædicet; non ſolùm mort. peccet, verùm etiam fiat irregularis?

Affirmat Nauarr. *loc.cit.* his verbis: Octauò infertur, quod licet ſuſpenſus ab officio prædicandi, celebrando non peccet, nec fiat irregularis ſecundum Panormit. & communem *in d. Clem. cupientes,* concionando tamen peccat, & eſt irregularis ſecundum opinionem quam ſequimur ſupra *cap.*25. *num.*141. quod actus prædicandi eſt lege diuina, vel humana,vel conſuetudine, actus peculiariter Diaconatui deputatus: quia licet inſtitutione diuina ſit ſoli Sacerdotio peculiaris, iuxta *cap. Adijcimus* 16. *quæſt.* 1. lege tamen, & conſuetudine humana videtur deputatus Diaconatui, vt tandem Caiet.*vbi ſuprà,* concludit, quando ſaltem ſolemniter vti ex officio ſuo tanquam Sacerdos prædicat.Hæc Doctus Nauarrus.

Sed probabilius reſpondeo: Non fieri irregularem. Quia probabilius eſt, quod actus prædicandi, potius ſit actus iuriſdictionis, quàm ordinis. Quia Chriſtus Dominus, cum dixit *Paſce oues meas*; aut, *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, non dedit Apoſtolis poteſtatem ordinis, ſed iuriſdictionis. Non ergo iure diuino, hic actus prædicandi requirit ordinem, ſed authoritatem Paſtoris, iuxta illud Apoſtoli, *Quomodo prædicabunt niſi mittantur?* & Innocent. III. cap. *Excommunicamus* (non *excommunicatus*, vt leges apud Suarium) §. *Quia verò. de hæreticis.* mandat vt excommunicationis vinculo innodentur, qui officium prædicandi publicè, vel priuatim vſurpare præſumpſerint, niſi à Sede Apoſtolica, vel Catholico Epiſcopo loci, licentiam obtinuerit. Igitur cum actus prædicandi non ſit actus ordinis, ſed iuriſdictionis (vnde in neceſſitate laico etiam committi poteſt) planè ſequitur, quod excommunicatus,qui illum exercet,etiam in caſu,quo grauiter peccet, non fiat irregularis, nam irregularitas non incurritur ab excommunicato, niſi dum exercet actum ordinis. Sic Suarez, Alterius, Bonacina,& Filliuc. *loc.cit.*

Qvæstio XXII.

An liceat Excommunicato, intereſſe lectioni ſacræ Theologiæ, vel Scripturæ?

Affirmat Henriquez *lib.*13.*cap.*12.*num.*4. his verbis: Denunciatus non prohibetur audire cum aliis concionem publicam in Eccleſia, quamuis ſpecialiter interdicta. Nec audire publicas lectiones etiam ſacras: nec eas diſcipulis perlegere: quia concio, & lectio non eſt officium Eccleſiaſticum, quod & excommunicato & tempore interdicti prohibetur. Hæc ille.

Sed probabilius longè reſpondeo: Non eſſe illi licitum lectioni dictæ intereſſe. Non quidem ex eo quod auditio lectionis ſacræ, comprehendatur ſub Officio diuino; cum ita non ſit; ſed ex eo quod ſit prohibita ratione communicationis. Nam excommunicato, & communicare, & quantum in ipſo eſt, & communicari, eſt prohibitum iure, cap. *Illud de Cler. excomm. miniſtr.* at ſic eſt, quod hæc communicatio eſt magna inter humanas, licet diuina non ſit; ergo. Sic Filliuc.*tr.*12.*c.*4 *q.* 2.*n.*87. per hæc verba: Ipſi tamen excommunicati, ſiue ſint vitandi, ſiue occulti, non poſſunt abſque peccato lectioni intereſſe. cap. *Illud.de Cler. excomm.* Eſt enim communicatio quædam. Nec excuſat vtilitas ſpiritualis, vt excuſat in concione: nam lectio non ordinatur ad permouendum affectum, vt concio; ſed ad intellectum. Et de conceptione ius eſt expreſſum in cap. *Reſponſo cit.* non de lectione. Sic Filliuc. Ex quo patet ad fundamentum quod pro ſua ſententia haud implicitè nimis, adducit Henriquez. Sic antea Suarez *diſp.*12.*ſect.*2.*n.*5. Alterius *c.*3. *cit.verſ. Si quis vlterius,&c.* Palao *diſput.*2. *punct.*9.*n.*11. & alij.

Qvæstio XXIII.

An Lector excommunicatus vitãdus, poſſit licitè publicas lectiones ſuis diſcipulis prælegere?

Affirmare videtur Henriquez, vt denotant eius verba, nuper à nobis pro prima ſententia relata.

Sed tanquam certum reſpondeo: Nec dictum Lectorem poſſe licitè, publicas Lectiones ſuis diſcipulis prælegere: Nec diſcipulos, lectorem hoc modo excommunicatum, audire. Quia re vera in huiuſmodi lectura, & aſſiſtentia ad illam, eſſet mutua communicatio contra prohibitionem Eccleſiæ. cap. *Illud.citato.* Sic Suarez, Alterius, Filliuc. *loc. cit.* Et ante illos, Sotus (citatus contra ſe ab Henriquez *num.*4. *cit. in Gloſſa, lit. X.*) *in* 4.*diſt.*22.*q.*1 *art.*4.*col.*8. qui ait, Diſcipulos ſi audiant lectorem denunciatum, participare cum illo: nempe in humanis. Palao *loc. cit.* Qui tamen malè citat Henriquez pro nobis.

Qvæstio XXIV.

An Lector non excommunicatus, poſſit licitè legere publicam lectionem coram multis, caſu, quo vnus ex auditoribus ſit excommunicatus vitandus?

Negat Auila 2. *p. capite* 6. *diſputatione* 11. *dub.* 3 *à concluſione* 28. quem citat, & ſequitur Bonacina, *diſputatione* 2. *quæſtione* 2. *puncto* 3. §. *ſecundo,*

*num.*12. dicens, teneri Magiſtrum, ſeu Lectorem, in dicto caſu, relinquere opus inceptum, vt vitetur excommunicatus vitandus. Ratio eorum eſt. Quia vetitum eſt iure fidelibus, communicare cum excommunicato vitando: at ſic eſt, quod omnes, qui conueniunt ad eandem lectionem audiendam, in ea videntur participare; ſicuti Miſſæ auditores participant in ea, & cum Sacerdote, & inter ſe: ergo. Sic præter citatos DD. tenent quamplurimi Thomiſtæ apud Auilam *loc.cit.* & apud Henriquez *numero* 4. *cit. litera* Y. Nauarr. *cap.*25.*n.*56. & D. Anton. 3.*p.tit.*5.*c.*2.§.10. Sed ex his certè meus Nau. oppoſitum ſentit *vt infra.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo in eo caſu licitè poſſe legere, vnde nec lector, nec condiſcipuli tenebuntur ceſſare à munere ſuo propter præſentiam excommunicati. Quia re vera, neque humano modo loquendo, propriè communicant cum illo. Neque in hoc eſt æquiparanda hæc actio cum coaſſiſtentia in Miſſa, quia ibi auditores Miſſæ, communicant in Miſſa, & cum Sacerdote, & inter ſe tanquam cooperatores in offerendo ſacrificium. Hic verò auditores non communicant cum excommunicato cooperando ad eandem auditionem, cum vnuſquiſque ſeorſum audiat. Sic Nauarr. *loc.cit.* ab Henrico Henriquez pro oppoſita parte: vt conſtat ex his eiuſdem Doctoris verbis: *Peccat* item qui ad Scholas admittit excommunicatos, aut prauis moribus vtentes, iuxta mentem S. Anton. *in d.*§.10. quod non videtur verum, quoad excommunicatos, niſi eſſent excommunicati cum participantibus, expreſſo Doctore, iuxta *cap.Statuimus.cap. conſtitutionem. cap. Præſenti. de ſentent.excomm.lib.*6. nec quoad praua exercentes, ſi Doctor non habet iuriſdictionem ad eiiciendos eos à Scholis, quam communiter hodie Doctores in magnis Vniuerſitatibus non habent; quidquid *in authent. habita C.ne fil.pro patr.ſtatuatur*; licèt præcepto correctionis ad id procurandum pluſquam alij teneri poſſet. Sic Nauarr. Henriq. *loc.cit.* Suarez *diſput.*12. *ſect.*2.*n.*5. Alterius *lib.*1.*diſp.*10. *cap.*3. *in fine.* Sayrus *lib.*2.*cap.*3.*num.*14: Filliuc. *loc.cit. num.*87. Ægidius *diſp.*14.*dub.*7.*n.*58. Et ante eos Sotus *diſt.*22.*q.*1.*art.*8. *col.*8. Palac. *diſt.*18.*qu.*3.*pag.*341. & alij. Quibus tandem adhæret Palao *loc.cit.n.*13.

Qvæstio XXV.

An etiam ſit licitum Doctori, reſpondere Diſcipulo excommunicato interroganti circa lectionem?

Affirmat expreſsè Sotus, vt vidimus ſupra *qu.*18 Non Henriquez vt inaduertenter ſcripſit Bonacina *infra.*

Sed oppoſitum omninò reſpondeo dicendum: Non eſſe illi licitum: (niſi aliàs interrogatio eſſet talis, vt reſponſio poſſet ad vtilitatem animæ, & conuerſionem eius ordinari) quia illa communicatio iam eſſet indiuidua & particularis, ac mutua, quæ quidem à iure prohibita eſt; niſi in aliquibus caſibus ab ipſo expreſſis, *vt infra.* Sic Suarez & Alterius *loc.cit.* Bonac. *n.*12.*verſ.Addit Henriquez.* Auila 2.*p.c.*6.*diſp.*11. *dub.*3.*concl.*7.& 8. & alij.

Qvæstio XXVI.

An Magiſter excommunicatus toleratus, poſſit lectionem publicam, ad quam ex officio tenetur, facere?

Reſpondeo tanquam certum: Poſſe talem lectionem ſuis Diſcipulis perlegere: & hi illum audire, cum illoque communicare, ſi aliàs per alium non poſſet ſatisfacere ſuo muneri. Quia tunc bonum commune, & vtilitas publica excuſat illum à peccato. Sic Suarez, Alterius, Filliucius & Bonac. *loc.cit.* Palao *diſp.*2.*punct.*9.*n.*10. & alij.

Qvæstio XXVII.

An omni Excommunicato ſit prohibitũ ſub mortali, intereſſe Miſſæ, aut Sacerdoti illam dicenti inſeruire?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe illi prohibitum, & ſub mortali. *Primum* conſtat. Tum quia ſic expreſsè habetur *in cap. Illud. de Cler. excomm. miniſtrante. & cap. Is qui. de ſent. excom. in* 6. *& cap. Epiſcoporum. de priuilegiis.* Tum etiam: quia omnis excommunicatus generatim priuatur omni communicatione fidelium, *cap. Nihil. & cap. Engeltrudam.* cum aliis, *q.*1. at ſic eſt, quod vna ex præcipuis communicationibus, & maximè in ſacris, inter fideles, eſt in eo quod ad ſacrificium Miſſæ peragendum conueniant: ergo.

Secundum etiam patet. Quia tranſgreſſio huius prohibitionis eſt grauis, cum ſit de materia graui, & circa materiam valdè ſacram, ergo de ſe, & ex genere ſuo erit mortalis. Sic docent omnes Doctores. Legantur Henriquez *lib.*13.*cap.*7.*n.*2. Suarez *diſput.*12. *ſect.*1. Alterius *lib.*1.*diſp.*10.*cap.*2. Filliuc. *tractatu* 12. *cap.*4.*quæſt.*3.*n.*88. Bonac. *diſput.*2.*q.*2. *punct.*3. §. 1. Ægidius *diſput.*14. *dub.*7. Bauny *diſput.*7. *de excomm. quæſt.*10. Luyſius *lib.*2.*de Cenſur. diſp.*11.*dub.*1. Palao *puncto* 9.*cit.n.*2. & alij.

Qvæstio XXVIII.

An ſaltẽ, ſit licitum excommunicato occulto, ſeu tolerato, inſeruire Sacerdoti non excommunicato volenti Miſſam ex neceſſitate celebrare: caſu, quo non ſit alius Miniſter, qui inſeruiat?

Reſpondeo tunc eſſe licitum ei, ſi inducatur à Sacerdote, vt ſibi miniſtret. Ratio eſt. Quia Sacerdos licitè poteſt inducere talem excommunicatum toleratum, (ſecus, ſi non toleratus foret) vt ſibi miniſtret in ſacrificio Miſſæ, cum poſt Concil. Conſtant. non teneatur eius commercium cauere, quouſque ſit denunciatus, &c. & aliàs id faciat ex cauſa rationabili: ergo etiam excommunicatus ab eo inuitatus poterit licitè eidem ſacrificium offerenti inſeruire. Sic Suarez, Alterius, & Filliuc. Luyſius, Palao *loco citato.* Bonacina *loco citato, numero* 3. Henriquez *libro* 13.*capite* 7. *numero* 2. ſed malè; quia ibi nec verbum de hac quæſtione habet.

Qvæstio XXIX.

An Excommunicatus quilibet, peccet mortaliter, non audiendo Miſſam in die Feſto?

Affirmant nonnulli apud Azorium, *vbi infrà*, exiſtimantes denuò peccare mortaliter excommunicatum abſtinentem ſe ab auditione Miſſæ in die Feſto.

Sed tanquam certum reſpondeo, ſicut iam ſemel aliàs reſpondi, Nullo modo peccare de nouo Miſſam non audiendo. Quia nemo obligatur ad id quod ſine peccato facere nequit: & qui eſt excommunicatus nequit ſine peccato Miſſæ aſſiſtere: ergo. Sic Azor. 1.*part.libro* 7.*cap.*7.*quæſt.*2. Angel. Syluester, Nauarr. Suarez, Henriquez, Reginaldus, Fagundez, Bonacina, Scortia, Hurtad. Graffius, Filliuc. Layman,

Digitized by Google

Trullench, & alij quos retuli *parte 3. tract. 2. diſput. 2. q. 4.* Quod cum iiſdem Authoribus, verum exiſtimaui, etiam caſu quo quis excommunicationem ſua contraxerit culpa. Legatur etiam Alterius *lib. 1. de Cenſur. diſp. 10. c. 2. verſ. Quaret quis.*

QVÆSTIO XXX.

An ſaltem peccet mortaliter excommunicatus, qui non procurat abſolutionem à Cenſura, vt Miſſam in feſto audiat?

AFfirmant Nuñus 3. *p. q.* 83. *art. 6. poſt 2. dubium. verſu. Dubium tamen,* & alij recentiores.

Sed probabilius reſpondeo, Adhuc non peccare in hoc caſu contra præceptum audiendi in feſto Miſſam. Quia hoc præceptum ſolum obligat eos, qui non ſunt impediti, at excommunicati ſunt impediti ab Eccleſia participare in diuinis: ergo. Sic Bonac. *de Cenſur. diſp. 2. q. 2. punct. 3. §. 1. num. 4.* & penes ipſum Nauarr. Henriq. Suarez, Auila, Sayrus, Hugolin. & Ægidius, & alij quamplurimi quos pro eadem opinione citauimus *3. part. diſput. 2. cit. quæſt. 5.* Quibus addi poteſt Palao *punct. 9. cit. n. 3.* & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An Excommunicatus audiens Miſſam, incurrat aliquam pœnam?

REſpondeo tanquam certum: Nullam incurrere. *Primò*, Quia in iure nulla eſt lata pœna contra huiuſmodi excommunicatum audientem Miſſam. *Secundò*, probatur. Nam in primis non incurrit irregularitatem, cum actus aſſiſtendi Miſſæ, non ſit actus Ordinis. Nec incurrit excommunicationem minorem, (quidquid velit Palao *infra* citand.) quia hæc ſolum eſt impoſita fidelibus communicantibus cum excommunicato, non verò ipſi excommunicato communicante cum fidelibus: ergo, &c. Sic expreſsè Corneio *diſp. 10. de excomm. §. 4. dub. 2. quæſt. vltimo.* Et ex illo Diana *parte 5. tract. 9. reſol. 95.* Et ante ipſos Suarez *diſp. 12. ſect. 1. n. 4.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. puncto 3. §. 1. n. 6.* Filliuc. *tract. 12. c. 4. q. 6. n. 97.* Palao *diſput. 2. puncto 9. num. 2.* & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An ſaltem, excommunicatus, qui non ſolùm aſſiſtit Miſſæ, ſed etiam auctor eſt, & cauſa, vt Miſſa coram ipſo celebretur, incurrat irregularitatem?

NEgat adhuc in hoc caſu incurrere irregularitatem, Ioan. Andreas, vt refert Panormitan. *in cap. Tanta. de exceſſib. Prælator.* cuius ſententiam, in rigore iuris fortè poſſe defendi, eo quod nullo iure ſatis probatur latam eſſe huiuſmodi irregularitatem, ait Suarez *loco nuper cit.*

Sed probabilius multò longè reſpondeo: In dicto caſu, incurrere excommunicatum irregularitatem, ſaltem ſi ſit Sacerdos. Quia longè multò probabilius eſt talem pœnam eſſe latam contra prædictum in iure, cap. *Illud, de Cler. excommun. miniſtrante.* Et ratio eſt, Quia qui auctor eſt, vt coram ipſo Miſſa celebretur, æquiparatur illi, qui Miſſam per ſeipſum celebrat: at ſic eſt, quod excommunicatus qui Miſſam celebrat, incurrit irregularitatem: ergo etiam incurret illam, is qui author eſt, & cauſa vt alter celebret. Sic Couar. *in cap. Alma mater. 1. p. §. 6.* & penes illum Gloſſa celebris *in Clem. 2. verb. celebrari. de priuileg.* Panormit. *in d. cap. Illud, numero 8.* Francus *in cap. 1. de re iudicata in 6. col. 3.* Villadiego *de Irregular. capite 2. col. 5.* Raue. *in d. Clem. 2.* & ibi Cardin. *num. 11.* Imola *numero 9.* Guillelm. Bonifac. Hoſtienſ. & alij. Suarez etiam *loc cit. num. 5.* Bonac. *num. 7.* & Filliucius *numero 67. cit.* Et ante hos Nauarr. *capite 17. num. 244.* Palao etiam, *numero 4. cit.* Syrus *libro 2. theſauri cap. 3. numero 14.* Vgolinus *tab. 2. capite 8. §. 3. numero 3.* & alij.

QVÆSTIO XXXIII.

An, non ſolùm Sacerdos, ſed quilibet alius excommunicatus, faciens coram ſe celebrare, incurrat irregularitatem?

AFfirmare videntur, cum abſolutè, & ſine diſtinctione loquantur, Gloſſa, Panormitan. & Couarr. *loc. cit.* & expreſſius Doctiſſ. Nauar. cum expreſsè exemplum, non ſolùm *in Prælato*, verùm etiam *in Domino*, apponat, ſic dicendo: Dixi, *Aut audit auctorando*, ad includendum Prælatum, aut Dominum, qui ligatus aliqua Cenſura, coram ſe celebrare facit aliquem, ſiue ſit ligatus ea, ſiue non, aut aliquem ligatum, licet ipſe non ſit ligatus, iuxta Gloſſ. ſingul. *in Clem. 2. de priuileg. verb. celebrare*, commendatam per plurimos. Hæc ille.

Sed mitius reſpondeo, Solùm incurrere Sacerdotem excommunicatum facientem coram ſe celebrare; non alium quemlibet non Sacerdotem. Ratio eſt. Quia, vt benè Suarez, ſi incipiamus textum in illo cap. *Illud. ſupr. cit.* ſolùm loquitur de Epiſcopo excommunicato, qui coram ſe fecit celebrare: Si verò conſideremus rationem fundamentalem huius irregularitatis, ea eſt, quod is, qui facit coram ſe celebrare, mortaliter ſe gerit, ac ſi ipſe celebraret: at verò ſolus Sacerdos celebrans incurrit irregularitatem: ergo etiam ſolus Sacerdos faciens coram ſe celebrare, illam incurret. Denique cum pœnæ ex ſuo genere reſtringendæ ſint, multò magis hæc, quæ obſcuriſſimè ex iure colligitur. Hæc Suarez, & poſt illum Bonac. & Filliucius *loc. cit.* Vgolinus etiam *tab. 2. cap. 8. §. 3. num. 3.* Sayrus *lib. 2. cap. 3. numero 15.* Palao *diſput. 2. puncto 9 num. 4.*

QVÆSTIO XXXIV.

An ſi excommunicatus admonitus à celebrante, vt ab Eccleſia exeat, nolit exire, incurrat nouam excommunicationem?

REſpondeo tanquam certum: Incurrere nouam excommunicationem & reſeruatam Papæ. Quia ſic decreuit Clemens V. *in Concil. Viennenſi*, vt refertur in Clemen. *Grauis. de ſentent. excommun.* his verbis: *Qui excommunicati publicè, aut interdicti, de Eccleſiis, dum in ipſis Miſſarum aguntur ſolemnia à celebrantibus moniti vt exeant, prohibere: Necnon excommunicatos publicè, & interdictos, qui in ipſis Eccleſiis nominatim à celebrantibus vt exeant, moniti, remanere præſumpſerit: excommunicationis ſententia (à qua per Sedem duntaxat Apoſtolicam poſſint abſolui) ſacro approbante Concilio, innodamus.* Hæc in dicto Concilio Clemens. Et cum eo omnes Doctores. Gloſſa *in d. Clem. in ſumm.* Suarez *diſp. 12. ſect. 1. num. 11.* Qui addunt, quod in caſu, quo ipſe excommunicatus monitus noluit de Eccleſia exire, debeat ipſe Sacerdos realiter extrahere abſque vlla iniuria, ab Eccleſia: & ſi non poſſit debeat, vocare præſentes in auxilium. Bonacina *diſputatione 2. de Cenſuris, quæſtione 2. puncto 3. §. 1. numero 8.* Qui addit tamen & benè, eadem ſupra dicta Cenſura affici illum, qui prohibet, quominus publicè excommunicati, vel interdicti de Eccleſia exeant,

Digitized by Google

eo tempore quo Miſſa celebratur, ſi admoniti fuerint à celebrantibus exire. Quia id conſtat ex verbis adductis nuper, ex Clement. *Grauis.*

Qvæstio XXXV.

An ſit licitum Sacerdoti proſequi Miſſam, ſi illi adſit excommunicatus toleratus, ſeu non vitandus?

Reſpondeo tanquam certum eſſe illi licitum. Quia poſt Concil. Conſtantienſe nullus tenetur vitare excommunicatum toleratum. Sic communis. Legantur Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 11. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 2. *& cap.* 10. *num.* 4. (non 14. vt leges apud Bonacinam) Sayrus *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 19. *&* 20. Vgolin. *tab.* 2. *cap.* 8. §. 4. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 1. *num.* 11. & alij mox citandi.

Qvæstio XXXVI.

An etiam ſit licitum Sacerdoti, proſequi Officium diuinum, Benedictionem oliuarum, & ſimiles ſacras actiones, dum ibi adeſt excommunicatus vitandus, & non toleratus, & non vult de Eccleſia exire; nec ab illa ſine periculo expelli poteſt?

Reſpondeo tanquam certum: Non eſſe illi licitum proſequi dictas actiones ſacras; ſed debere inchoatam relinquere. Quia grauius præceptum eſt illud, de cuitando excommunicato non tolerato, quam illud, de perficiendo in Eccleſia Officio diuino, Benedictione ſolemni, & ſimili ſacra actione: ergo. Sic omnes Doctores: præcipuè citati: & mox citandi, inter quos Henriquez *cap.* 7. *n.* 2. *cit.* Sic dicens: Non licet huic ire cum alijs etiam vltimo loco in publica Proceſſione, aut in publicis Litaniis, quæ à Sacerdote cantantur: aliàs ceſſandum eſt donec denunciatus expellatur à Proceſſione, aut aliis Officiis. Sic ille. Auila 2. *parte capite* 6. *diſputatione* 9. *dub.* 8. *concl.* 2.

Qvæstio XXXVII.

An etiam teneatur Sacerdos relinquere Miſſam incœptam, caſu quo Canonem non inchoauerit, ſi aduertat ibi adeſſe excommunicatum vitandum, & non poſſit illum expellere de Eccleſia ſine periculo?

Reſpondeo tanquam certum: etiam teneri Miſſam inchoatam relinquere, caſu quo Canonem non inchoauerit. Quia certum eſt, tunc potiùs teneri Sacerdotem Miſſam inchoatam relinquere, quam illam coram excommunicato perficere. Id namque clarè colligitur ex Clementina *Grauis. cit.* ibi: *ex quo frequenter contingit, quod non ſine Dei offenſa Clerique, ac populi ſcandalo, ipſa Miſſarum ſolemnia remanent inexpleta.* Sic communiter omnes Doctores, præcipuè Gloſſa *in d. Clem. verb. Inexpleta.* Ita dicens: Debet enim Sacerdos dimittere Officium Miſſæ propter præſentiam excommunicati, niſi iam incœpiſſet Canonem Miſſæ. De quo ſcripſi poſt modernos, *eod. tit. capite Nuper.* & facit 7. *quæſt.* 1. *Illud. & cap. Nihil, &c.* Sic Gloſſa. Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 11. Bonacina *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 3. §. 1. *num.* 13. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 92. Auila *loco citato,* dicens, in hoc omnes conuenire. Palao *loco citato, n.* 5. & alij.

Qvæstio XXXVIII.

An, item debeat Sacerdos relinquere Miſſam incœptam, ſi excommunicatus vitandus intret in Eccleſiam poſtquam ipſe Sacerdos inchoauit Canonem, non tamen Conſecrationem?

Negat Bonac. *loc. nuper cit.* his verbis: Imò aliqui Doctores exiſtimant Sacerdotem non debere omittere ſacrificium, quandò excommunicatus vitandus aduenit, vel aduertitur aduenisſe, tunc temporis, quo inchoatus eſt Canon Miſſæ ab iis verbis: *Te igitur Clementiſſime Pater.* Ita Suarez *diſp* 12. *ſect.* 1. Henriquez *libro* 13. *cap.* 10. *n.* 4. Reginald. *n.* 71. & alij, contra Saytum *loc. cit. n.* 19. quorum ſententia mihi videtur ſatis probabilis, eo quod ab iis verbis videatur aliqua ratione inchoata conſecratio: Sacerdos autem non debet ſacrificium omittere, ſi inchoata conſecratione aduertit excommunicatum adeſſe, ſed debet proſequi vſque ad ſumptionem, qua perfecta poterit ſe in Sacriſtiam, vel in alium locum recipere, ibique reliquas Orationes perſoluere. Huc vſque Bonacina. Sed ex Doctoribus pro ſe adductis, Henriquez, non benè ab illo citatur, *vt infra.* Suarez verò, benè; ſed non omninò. Nam hic poſt relatas contrarias ſententias; clarè fatetur, rem eſſe vtrinque dubiam, & vtrinque probabilem, ideoque liberum eſſe Sacerdoti, quam voluerit partem, eligere: tutius tamen videri, iuxta D. Thomæ ſententiam, ſi nondum fuerit cœpta conſecratio, etſi Canon ſit inceptus, Miſſam omittere.

Poſſunt etiam pro hac ſententia citari Gloſſa *in d. Clem. Grauis.* & cum aliis, Nauarr. *in ſum. cap.* 27. *n.* 33. Vbi ſic ait: Nonò, quod excommunicato ingrediente Eccleſiam ad orandum, debent exire, qui ſunt intra eam; aut rogatu, vel vi eum cogere egredi; alioqui ceſſare ab Officiis diuinis, etiam Miſſæ cœptæ; ſi nondum incœptus eſt Canon, id eſt, *Te igitur.* Nam ſi eſſet cœptus, perficienda eſt ad finem vſque, cum vno tantum miniſtro, ſumendo etiam Sacramentum. Hoſtienſ. *in ſum. de ſent. excommun.* §. *Et quæ ſit pœna. verſ. Sed nunquid. iuxta Clem. Grauis. adiuncta Gloſſa recep. de ſentent. excommun.* & Innoc. *in d. cap. Nuper.* S. Thomas *& comm. in* 3. *diſt.* 18. Huc vſque Nauarr: Quibus adhuc addi poſſunt Machado *libro* 1. *parte* 3. *tractatu* 3. *docum.* 8. *num.* 2. Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſputatione* 12. *capite* 5. *col.* 2. *verſ. Incœpto verò Canone.* Et antea Armilla *verb. excommunicatio. n.* 39. his verbis: ſi autem incœpta Miſſa intrat (*excommunicatus*) & eſt occultus, Sacerdos non debet Miſſam dimittere. *cap. Nihil* 7. *quæſt.* 1. Si publicus, Sacerdos publicè eum moneat, qui ſi nolit exire, vel expelli non poſſit commodè, & Canonem Sacerdos non inchoauit antequam eum viderit, dimittatur Miſſa. arg. In Canon. *Omnis* 14. *quæſt.* 1. Et Canon incipit ibi: *Te igitur, &c.* ſecundum Arch. *de conſecrat. d.* 2. *c.* de hymnis. Secundum autem Innoc. incipit à conſecratione. Quod ſi incœpit Canonem, ſequatur vſque ad ſumptionem Sacramenti, &c. Ita ille.

Affirmant verò è contrà alij, exiſtimantes, debere Sacerdotem relinquere Miſſam incœptam, etiamſi Canon ſit inceptus, dummodo conſecratio inchoata non ſit, Sayrus *lib.* 2. *de Cenſur. cap.* 3. *numer.* 29. & Cornejo *diſp.* 10. *de excommun.* §. 4. *dub.* 2. *verſ. Reſpondetur. quod ſi Miſſa,* in fine, vbi abſolutè ait: quod ſi nondum ſit incœpta conſecratio, omittenda eſt prorſus Miſſa; ſi verò incœpta ſit, perficienda eſt ſolum vſque ad ſpecierum ſumptionem. Poteſt etiam citari pro hac parte, ex eo quod in illam valdè inclinet, Sotus *in* 4. *diſtinctione* 2. *quæſtione* 1. *articulo* 4. *verſiculo Hic autem. poſt* 2. *concluſionem.* Vbi interroganti,

quid

Digitized by Google

quid ſit faciendum caſu quo dum Sacerdos celebrat, excommunicatus vitandus Eccleſiam ingrederetur? Et reſpondet: Ceſſandum eſſe quo vſque exeat, quod ſi exire noluerit, expellatur, ſine ſcandolo tamen, & percuſſione. Si autem id fieri non potuerit, & Canon non fuerit inceptus, ceſſandum omninò. Imò forſan, vt Innocent. inſinuat ſuper *cap. Nuper.* niſi Conſecratio incepta fuerit, ceſſandum eſt, quia illic incipit ſacrificium. Facta autem Conſecratione neceſſe eſt, vſque ad ſumptionem procedere: quia ſtrictius præceptum eſt integritatis Sacramenti, quàm excommunicatos excludere. Sic Sotus, quem citat, ſed non ita clarè, & ſequitur Vaſquez *dub.* 8. *de excomm. verſ. Secundò: Non licet.* Citat etiam Suarius pro hac ſententia Innocentium *in capite Nuper.* & Nauarrum, & licèt non citet vbi id doceat; citant alij, nempe *c.* 26. *de Oratione num.* 60. Sed certè ex his duobus Authoribus, Nauarrus firmiter adhæret ſententiæ negatiuæ, non ſolum in Manuali *cap.* 27. *n.* 33. *citato*: ſed etiam *cap.* 16. *de Oratione citato num.* 59. quamuis verum ſit quod *num.* 60. aliqualiter ſtet pro hac parte, & pro iſta adducat Innocentium. Tenet tamen expreſſe hanc partem Auila 2. *parte cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 8. *concl.* 2. Vbi etiam citat Sotum & Nauarrum *loc. cit.* & Armillam. *verb. excommunicatio. numero* 39. Sed certè Armilla primam potiùs ſequitur ſententiam, vt vidimus.

Ego autem in hac quæſtione reſpondeo, quod quamuis vtraque ſententia, ſit ſatis probabilis, & ideo quamlibet illarum poſſit Sacerdos, in caſu contingenti, ſequi; nihilominus tamen adhuc probabilior mihi eſt ſententia Henrici dicentis, teneri Sacerdotem, in caſu noſtræ quæſtionis, relinquere Miſſam, etiam inchoato Canone, ſi nondum cœpit proferre illa verba, *Qui pridiè quàm pateretur*: ſecus verò ſi iam hæc verba incepit dicere; quia tunc, etiamſi nondum ſit inhcoata formaliter conſecratio, tenetur Miſſam proſequi ad ſumptionem vtriuſque ſpeciei. Sic per hæc verba Henriquez *libro* 13. *capite* 10. *numero* 4. Si ante illa Canonis verba, *Qui pridiè quàm pateretur*, intret denunciatus ad Miſſam cœptam, & rogatus exire nolit, nec excludi poſſit ſine violento tumultu: debet dimittere cœptam Miſſam. Nec eſt periculum ſcandali apud aſſiſtentes, ſi rationem reddat, id fieri ne participet cum excommunicato. Dum quidam negant cœpto Canone proſequendam Miſſam, interpretandi ſunt de Canone, *Te igitur.* At ſi iam cœpit dicere, *Qui pridiè*, tenetur proſequi. Quia, quod tam prope conſecrationem eſt, reputatur incipere conſecratio, quæ pertinet ad ſubſtantiam Miſſæ. Quo poſito, ſi rogatus denunciatus, exire nolit, exire debent alij fideles, relicto Sacerdote, etiamſi eſſet dies feſtus, nec ſit alia Miſſa, cuius auditione poſſint implere præceptum. Sacerdos verò cum vnico Miniſtro proſequatur Miſſam, vſque ad conſumptionem vtriuſque ſpeciei. Deinde iterum moneat exire, & recurrat ad auxilium brachij ſæcularis: ſed eo nolente, omittat poſtremas orationes, vel eas dicat in ſacriſtia. Illæ enim Orationes ab Eccleſia inſtitutæ, non pertinent ad ſubſtantiam Miſſæ iam perfectæ: & arctius eſt præceptum de Miſſa integra perficienda cœpto Canone, quam humanum de vitando excommunicato. Huc vſque Henriquez. Ex cuius verbis conſtat, non benè citari, vt diximus, à Bonacina pro ſua ſententia; cum mediam inter relatas, ſequatur. Cui adde Filliucium *tractatu* 12. *capite* 4. *quæſtione* 3. *verſ. Dices. numero* 90. & Alterium *loco citato*, dicentem hanc ſententiam eſſe valdè probabilem, Omnium tamen Doctorum concors eſt ſententia, quod ſi inchoata ſit conſecratio, & excommunicatus rogatus, aut alio modo, nolit exire de Eccleſia non ſolum poſſit, verùm & debeat Sacerdos Miſſam vſque ad ſumptionem vtriuſque ſpeciei perficere, quia de perficiendo ſacrificio incœpto extat arctius præceptum, quàm de non communicando cum excommunicato.

QVÆSTIO XXXIX.

An liceat ſimul cum excommunicato vitando, audire eandem Miſſam?

Affirmat licèt cum timore, Durandus *in* 4. *diſtinctione* 18. *quæſtione* 5. *numero* 7. Quia ſentit, hanc in rigore non eſſe communicationem: Nam ſi participatio in diuinis (verba ſunt Durandi) correſpondeat proportionaliter participationi in humanis: celebrans enim cum audiente participat, & è conuerſò: ſed ſicut duo, quorum vnus excommunicatus, & alius non, ſi ſalutentur ſimul à Titio non excommunicato, non propter hoc dicerentur inter ſe communicare, ſed ſolùm cum Titio: ſic, vt videtur, ſi excommunicatus, & non excommunicatus ſimul audiant diuina ab eodem Presbytero, non oportet propter hoc: quod participent inter ſe, ſed ſolùm cum Presbytero. Et confirmatur: quia ſi in die Paſchæ veniant ad perceptionem Euchariſtiæ duo, vnus excommunicatus, & alius non excommunicatus; & Presbyter fatuus vtrique miniſtraret Euchariſtiam, nunquid dicetur propter hoc, quod Paræcianus non excommunicatus participauit in perceptione Euchariſtiæ cum illo excommunicato, cuius præſentia fortè diſplicet? Non videtur, niſi Eccleſia alium modum participandi cum excommunicatis determinauerit circa diuina, quàm circa humana, quod non memini me legiſſe. Hæc, & acutè ſatis Durandus.

Sed oppoſitum reſpondeo dicendum, nempe, non licere cum excommunicato vitando, ſimul eandem Miſſam audire. Quia, iuxta communem vſum & ſenſum Eccleſiæ, hæc coniunctio fidelium ad idem ſacrificium ſuo modo offerendum, vel ad eandem menſam ſpiritualem, eſt quædam exterior ſignificatio mutuæ vnionis & coniunctionis in eodem corpore à quo præciſus eſt excommunicatus: & ideo illa communicatio eſt, inter alias, prohibita, ex vi Cenſuræ excommunicationis. Sic omninò Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 1. *numero* 16. Palud. *diſt.* 18. *quæſt.* 6. Sotus *diſt.* 22. *qu.* 1. *artic.* 6. Henriquez *libro* 13. *capite* 7. *numero* 2. Syluest. *v. excommunicatio* 5. *num.* 6. Ledeſma *quæſt.* 25. *artic.* 1. Caiet. *verb. excommunicatio* 7. Nauar. *in ſum. capite* 27. *numero* 19. cum Innoc. *in capite Nuper. de ſententia excommunicationis.* Bonacina *diſput.* 2. *quæſtion.* 2. *puncto* 3. §. 1. *num* 9. Filliucius *tract.* 12. *capite* 4. *quæſt.* 3. *num.* 90. *in fine.* Ægidius *diſp.* 14. *de Cenſuris, cap.* 7. *numero* 72. Vaſquez *dub.* 8. *de Cenſuris verſ. Secundò non licèt.* Luyſius *libro* 2. *de Cenſuris, diſput.* 11. *dub.* 1. *verſ. Rurſus.* Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſputat.* 12. *capite* 5. *col.* 6. *verſ. Contraria tamen ſententia.* Machadus *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 3. *docum* 8. *numero* 3. Villalob. *tractatu* 17. *diff.* 7. *numero* 11. Cornejo *diſputatione* 10. §. 4. *dub.* 4. Auila *part.* 2. *capite* 6. *diſput.* 9. *dub.* 7. *concl.* 1. Vbi per errorem Typographi ait; Durandum docere, quod audire Miſſam ſemel cum excommunicato, non ſit communicare cum illo. Durandus enim non dicit, *ſemel*, ſed *ſimul.* Tenent & alij communiter. Imò & ipſe Durandus, non audet ab hac communi noſtra ſententia diſcedere. Sic enim proſequitur *loc. cit. Quia in talibus non ſunt relaxandæ habenæ in eluſionem interdictionis Eccleſiæ, ideo nemini conſulerem, quod audiret diuina, præſente excommunicato ad audiendum.* Hæc Durandus. Conueniunt ergo Doctores, quod peccet ſaltem venialiter & incurrat excommunicationem minorem, qui ſimul cum excommunicato vitando audit eandem Miſſam. Difficultas ergo ſolum manet; An peccet mortaliter. Pro qua ſoluenda, ſit

Digitized by Google

Qvæstio XL.

An non ſolùm peccet venialiter, ſed etiam mortaliter, qui audit ſimul cum excommunicato vitando, eandem Miſſam?

AFfirmant communiter Doctores, inter quos expreſsè Bonacina *loc. cit.* & quamuis non ita clarè. Henriq. Filliuc. Machad. & alij communiter.

Conſonant his Doctoribus alij, docentes, prædictum coaudientem Miſſam cum excommunicato vitando, peccare quidem mortaliter ex ſe, & incurrere excommunicationem minorem: poſſe tamen excuſari à mortali, (licet non à veniali, & excommunicatione minori) ſi aliqua neceſſitate, aut pietate compulſus, ſine vlla cooperatione, & ſine contemptu, aut ſcandalo, ſimul cum excommunicato vitando, audiat eandem Miſſam. Sic docent Cornejo *dub.* 4. *cit.* & Mercerus *in* 3. *p. q.* 21. *dub.* 6. quem citat, & ſequi videtur Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 92. Vbi ex illo nota, prohiberi ne quis ſimul cum excommunicato audiat Miſſam eandem. Sed quia hæc communio eorũ, qui ſimul Miſſam eandem audiunt, eſt minima inter eas, quæ reſpectu talis rei eſſe poſſunt, non habet peculiarem pœnam impoſitam, præter excommunicationem minorem, poteritque à mortali excuſari, ſi caveat inductione & cooperatione, & fiat abſque contemptu & ſcandalo, ex neceſſitate, aut pietate. Hæc ex Mercero, Diana.

Sed ſanè æque probabiliter reſpondeo, Ex ſe, & ex ſuo genere ſolùm peccare venialiter; & incurrere pœnam excommunicationis minoris, coaudientem eandem Miſſam (aut alia officia diuina; cum omnium ſit eadem ratio, apud omnes) cum excommunicato vitando. Quia cum hæc communicatio coaudientium eandem Miſſam abſolutè, & ſecundum ſe, ſit minima omnium, quæ eſſe poſſunt, reſpectu talis rei, vt conſtat ex rationibus, quas pro probanda ſua ſententia adducit Durandus, vt vidimus quæſt. antecedenti, quæ adminus hanc noſtram, haud leuiter probant: ergo.

Notanter dixi *Ex ſe, aut ex ſuo genere*, peccare ſolùm venialiter. Quia poſſet certe mortaliter, ſi ſuo facto aliquam circunſtantiam grauem adiungeret; qualis eſſet, ſi non excommunicatus inuitaret excommunicatum ad eandem Miſſam audiendam; vt è conuerſo, ſi excommunicatus inuitaret non excommunicatum ad idem, & conſentiret illi; & ſimiliter ſi non excommunicatus coaſſiſteret eidem Miſſæ cum excommunicato, cum ſcandalo ſ elium; aut id faceret ex contemptu, quia in his caſibus, non ſolùm venialiter, verùm etiam mortaliter peccaret coaudiens Miſſam eandem cum excommunicato vitando, & minorem excommunicationem etiam incurreret. Sic explicatam noſtram ſententiam, tenet abſque dubio Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 2. *in fine*, quatenus ait, quod fortaſſis poſſit à mortali culpa excuſari communicatio coaudientium eandem Miſſam, ſi fiat ſine vlla inductione, vel cooperatione, & ſine contemptu & ſcandalo, & præſertim, ſi aliqua neceſſitate, vel pietatis ſpecie fiat. Hæc Suarez. Vnde pro hac noſtra ſententia abſolutè & meritò, citatur à Machado *docum.* 8. *cit. n.* 3. hic verbis: [y Suarez ſiente que no es peccado mortal, quando no ay eſcandalo, menos precio ò cooperation con el deſcomulgado.] Ita Machad. Qui & citat Mercerum etiam. Sed non ita benè, vt ex eius verbis nuper ex Diana relatis, vidimus. Melius poſſet citare Alterium *tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 12. *cap.* 5. *in fine.* Sic dicentem: Hæc autem communicatio coaudientium, eandem Miſſam eſt infima in ordine ad alias, quæ contingere poſſunt in eodem genere, & idcirco nulla alia pœna impoſita eſt contra illos, niſi quod ex tali communicatione incurritur excommunicatio minor, & aliquando poteſt accidere ſine peccato mortali, ſi fiat ſine vlla cooperatione, & ſine contemptu & ſcandalo; maximè, ſi aliqua neceſſitas, vel rationabilis cauſa occurrat. Sic ille.

Qvæstio XLI.

An, non excommunicatus participet cum excommunicato vitando in diuinis, & conſequenter peccet, & incurrat excommunicationem minorem, etiam caſu, quo hic in eadem Eccleſia audiat aliam Miſſam, quam non excommunicatus audit?

REſpondeo tanquam certũ: Quod nullo modo, in hoc caſu, participet in diuinis non cõmunicatus cum excommunicato vitando, & conſequenter nec peccet, nec incurrat excommunicationem vllam. Sic omnes. Nauarr. *de oratione cap.* 21. *num.* 8. ſic dicens: Admonemus 4. quod quamuis liceat orare, & audire Miſſam in Eccleſia, tranſeunte per illam excommunicato, & manente illo, & orante, & aliam Miſſam audiente in alia eius parte ex mente Innoc. communiter recepti in cap. *Nuper de ſent. excomm.* non tamen licet cum eo audire vnam Miſſam, vel aliam horam quidquid dicat Durandus, &c. Sic Nauarr. Henriqu. *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 2. illis verbis: Non tamen participat (nempe, *in diuinis*) ſi denunciatus adſit ad templi angulum non attendens ad officia, aut ſi in alia Capella, aut diſtanti Altari audiret. Vgolinus *tab.* 2. *c.* 8. §. 2. *num.* 3. Vaſquez *cap.* 8. *de excommun. verſ. Secundò non licet.* Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 1. *in fine:* per hæc verba: Oportet autem, vt omnes aduertunt, vt excommunicatus adſit formaliter (vt ſic dicam) ad audiendam eandem Miſſam: nam licèt ibi, vel propè, adſit aliud agens, non propterea communicabitur cum illo. Et idem eſt, ſi in eadem Eccleſia audiat aliam Miſſam, quia tunc ceſſat ſupradicta ratio: quod non ſolùm procedit inter audientes, ſed etiam inter Sacerdotem dicentem, & excommunicatum: nam licèt excommunicatus in vno Altari eiuſdem Eccleſiæ Miſſam audiat, non propterea communicabit cum illo Sacerdos, qui eodem tempore in alio loco eiuſdem Eccleſiæ Miſſam dixerit. Hæc Suarez, Filliuc. *tract.* 11. *c.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 90. Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 7. *concl.* 1. *verſ. Primo.* Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. §. *Sed vtrum.* Ægidius *diſp.* 14. *c.* 7. *verſ. Nota primò.* Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 1. *num.* 16. Qui benè cum alijs docet, & conſtat ex nunc dictis, quod minimè teneatur Sacerdos, aut alij audientes, Miſſam relinquere, ex eo quod excommunicatus vitandus ingrediatur Eccleſiam, non vt ibi Miſſam audiat, vel diuina Officia, ſed titulo tranſeundi per Eccleſiam, vel confugiendi ad illam ſecuritatis cauſa, vel ſeorſim, & priuatim orandi, &c. Quia in hoc caſu, nec Sacerdos, nec alij aſtantes dicuntur communicare cum excommunicato, cum hic non adſit formaliter ad audiendam eandem Miſſam, vel diuina Officia.

Qvæstio XLII.

An ſit licitum non excommunicato, ſumere Euchariſtiam in eadem Miſſa ab eodem Sacerdote, ſimul cum Excommunicato vitando?

AFfirmat Durandus, vt conſtat ex eiuſdem mee verbis, à nobis relatis *ſupra quæſt.* 39. Quia iſti non videntur inter ſe communicare aliquo modo: ergo non eſt prohibitum non excommunicato, in eadem

eadem Miſſa ab eodem Sacerdote Euchariſtiam ſimul cum excommunicato ſumere. Huic ſententiæ adhæret, ni fallor, Petrus de Soto *lect. de excommun. fol.* 122. *pag.* 1. cum hæc verba ſcribat: Vbi circa iſta diligenter traditur à Doctoribus propter diuerſos caſus contingentes, qualis intelligatur participatio Orationum, Sacramentorum, vel menſæ aut ſocietatis humanæ: & multa ſpecialiter traduntur, quæ mediocris iudicij arbitrio potiùs relinquenda ſunt. Vt eſt illud; ſi quis in eodem fortè hoſpitio, & menſa cum excommunicato, nec inuitatus ab eo, neque contrà, ipſum inuitans. Vbi certum eſt, non eſſe communicationem veram voluntatum & animorum, quanquam caſu in eodem loco conueniant. Propriè itaque participatio menſæ, eſt vel inuitaſſe, vel inuitatum fuiſſe ab excommunicato, vel cum illo ſimul inuitatum eidem conuiuio intereſſe, etiamſi ſint diuerſæ menſæ, vel etiam loca. Et hoc quidem de participatione Orationum & Sacramentorum ſentiendum, vbi non loca conſideranda ſunt, ſed actus, & intentiones. Huc vſque Petrus Sotus.

Sed cum communi conſenſu Doctorum reſpondeo, Non eſſe licitum, non excommunicato, in eadem Miſſa ſumere Euchariſtiam ſimul cum excommunicato vitando. Quia ex communi vſu & ſenſu, dicuntur iſti, in eadem Miſſa, & Menſa ſpirituali participare, & vnionem aliquam moralem, ſaltem exterius ſignificatam inter ſe habere: ergo Sic communiter Doctores.

Quod ſi hic inquiras, An hæc communicatio in ſumenda ſimul Euchariſtia ab vno Sacerdote, ſit peccatum mortale? Reſpondent communiter Doctores. Quod ſic, eo quod ſit tranſgreſſio prohibitionis Eccleſiæ in re graui. Ita expreſſe Vaſquez *cap.* 8. *de excommun. numero* 7. per hæc verba: Notandum tamen quod hæc participatio eſt in diuinis, ſed non eſt ea, (vt mihi videtur) quæ dicitur participatio in Sacramentis; hæc enim tantum eſt inter ſumentem, & eum, qui adminiſtrat, ſed eſt participatio in diuinis, ſicut participatio in audienda Miſſa, & ita eſſet mortale peccatum: poſſet tamen à culpa excuſari, ſi metu mortis id fieret, vt ſupra vidimus, cum illud non ſit communicare in Sacramentis. Hæc Vaſquez. Quem citat, & ſequitur Luyſius *lib.* 2. *diſp.* 11. *dub.* 1. & tenent etiam penes illum, Palud. Sotus, & alij.

Sed, iuxta ſupradicta *q.* 39. æquè probabiliter reſpondeo eſſe tantùm peccatum veniale, & propter illud incurri excommunicationem minorem à recipiente Euchariſtiam ſimul cum excommunicato, caſu quo, nec hic illum ad Cœnam agni inuitauerit, aut è contra: quia in hoc caſu ſane etiam peccaret mortaliter. Sic profectò Suarez & alij citati pro noſtra ſententia *quæſt.* 39. & id ſolùm, & benè probant fundamenta Durandi, & Petri Soti.

QVÆSTIO XLIII.

An Sacerdos non excõmunicatus celebrans ſcienter coram excommunicato vitando, non ſolùm peccet mortaliter, & incurrat minorem excommunicationem, verùm etiam incurrat irregularitatem?

RESpondeo tanquam quid certum: Solùm peccare mortaliter, ob tranſgreſſionem prohibitionis Eccleſiæ in materia graui, nec non incurrere excommunicationem minorem, propter participationem cum dicto excommunicato; non tamen incurrere irregularitatem. Quia id expreſſe cautum eſt in cap. *Is qui, de ſententia excommun. in* 6. his verbis: *Is qui in Eccleſia, ſanguinis, aut ſeminis effuſione polluta: vel qui, præſentibus maiori excommunicatione nodatis, ſcienter celebrare præſumit: licet in hoc temerariè agat, irregularitatis tamen (cum id non ſit expreſſum in iure) laqueum non incurrit.* Sic Bonif. VIII. Et ſic omnes Doctores. Legantur Gloſſa *in ſumm. cap. citati.* & ibi Ioan. Andr. & Domin. Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 10. Couarruuias *in cap. Alma. part.* 1. §. 6. *num.* 9. *verſ. Qui verò.* Ægid. *diſp.* 14. *dub.* 7. *num.* 50. Saytus *lib.* 2. *cap.* 3. Vgolin. *tab.* 1. *cap.* 8. §. 4. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 1. *num.* 20. qui & citat Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 2. ſed malè, quia ibi nil de hac re ille. An autem celebrans coram excommunicato incurrat interdictum *ex cap. Epiſcoporum de priuileg. in* 6. dicemus, cum de Interdicto.

QVÆSTIO XLIV.

An vſus Aquæ benedictæ ſit prohibitus omni excommunicato?

AFfirmat abſolutè Bonacina *diſp.* 2. *de Cenſur. q.* 2. *punct.* 3. §. 2. *n.* 8. his verbis: Benè tamen addit Vgolinus *loc. cit. cap.* 13. §. 14. *num.* 6. contra Filliuc. *loc. cit.* & alios, Excommunicatum non poſſe ſumere aquam benedictam eo quod aqua ſit quoddam ſacramentale, & habeat valorem ex meritis Eccleſiæ, excommunicatus autem priuatur meritis, & ſuffragiis Eccleſiæ. Hæc Bonac. Qui tamen haud benè citat abſolutè pro contraria ſententia Filliucium, vt *infrà*. Tenent tamen alij Doctores, quorum placitum, vt magis probabile, tuetur Luyſius *lib.* 2. *de Cenſur. diſp.* 11. *dub.* 3. Ex eo quod dicta aqua ſit benedicta per orationem Eccleſiæ, vt ex impetratione Eccleſiæ proſit fidelibus; ergo cum Eccleſia priuet excommunicatum omni oratione, videtur planè priuare vſu aquæ benedictæ.

Alij è contra abſolutè negant, vſum aquæ benedictæ eſſe excommunicato prohibitum. Quia hoc, nulla Eccleſiæ lege, eſt expreſſum: ergo licitum erit excommunicato aqua benedicta vti. Conſequentia eſt nota. Et etiam antecedens: quia, quod Eccleſia priuet excommunicatum meritis & ſuffragiis, & oratione publica, intelligitur ita, vt ſcilicet, tempore excommunicationis, non fiant ſuffragia communia Eccleſiæ, pro excommunicato; non verò per hoc priuat illum vſu aquæ benedictæ. Ita docent aliqui, quos ſuppreſſis nominibus, refert Luyſius, vbi ſupra, dicens, hanc opinionem eſſe piam, licèt primam, magis probabilem. Et expreſſè hanc ſententiam tenet Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 3. *docum.* 7. *num. vlt.* his verbis [Finalmente es doctrina comũ, y aſſi parece que conſta del derecho *in cap. Epiſcopus de Conſecr. diſt.* 1. que el ſermon, leciones de Theologia, la entrada de la Igleſia quando no ſe celebran los Oficios diuinos, adorar el ſantiſſimo Sacramento, acõpañarle quando no ſe rezan los Salmos, bendeſir la Meſſar, vſar de las coſas ſacramentales, &c. no ſe comprehenden en los Oficios diuinos, y aſſi los podra exercitar el deſcomulgado. Si bien acerca de la entrada de la Igleſia, y coſas ſacramẽtales ay authores que lo niegan,] vt ſunt quoad ſacramentalia Vgolin. quem ſequitur Bonac. *ſup. n.* 8. Hucvſque Machado.

Sed probabiliùs, media incedendo via, reſpondeo dicendum, quod excommunicatus nullo modo poteſt vti licitè aqua benedicta; vt eſt ab Eccleſia inſtituta, hoc eſt, applicando ſibi Eccleſiæ deprecationis effectum, quia vtendo hac intentione aqua benedicta, ſe immiſcet Eccleſiaſticæ communioni, & vult eſſe particeps ſuffragiorum Eccleſiæ, quibus excommunicatus eſt priuatus: Poteſt tamen vti prædicta aqua benedicta, non ſupra dicta intentione, ſed intentione peculiari operantis, nempe quatenus eidem excommunicato poteſt deſeruire priuatæ deuotioni, & veluti cuidam memoriali, quoad actum pœnitentiæ excitetur.

Digitized by Google

citetur & prouocetur. Sic Suarez *diſp.*12. *ſect.*3. *n.* 8. *verſ. Atque hinc infertur.* Filliuc. *tract.*12. *cap.*4. *qu.*7. *dicto* 1. *adiuncto dicto* 2. Alterius *lib.* 1. *diſp.*10. *cap.*5. *in fine.* Hurtad. *diſp.*5. *de excommun. diff.*2. Legantur Diana *part.*5. *tract.*9. *reſol.*90. qui omnes hos modos dicendos referens nulli firmiter adhæret, Gordonus *tom.*2. *lib.*7. *quæſt.*8. *cap.*3. *n.*36.

Qvæstio XLV.

An excōmunicatus poſſit licitè benedicere menſam; munire ſe ſigno Crucis; adorare Euchariſtiam; vti imaginibus, & alijs ſimilibus rebus?

Reſpondeo tanquam certum, Poſſe. Quia id non eſt prohibitum excommunicatis. Sic Alterius *loc. cit.* his verbis: Non eſt tamen priuatus excommunicatus vſu rei ſacræ, quatenus priuatæ deuotioni & Religioni deſeruit. Quare poterit vti ſacris imaginibus, ſigno Crucis, aqua benedicta, & cæteris huiuſmodi, vt his ad deuotionem excitetur, & ad pœnitentiam prouocetur. Sic ille, ibi. Et etiam *cap.*4. *verſ. Non erit autem.* Bonacina §.2. *cit. num.*9. his verbis: Addo, excommunicatum, non ſolum poſſe priuatim recitare diuinum Officium, aut ingredi templum, ibique priuatim orare; ſed etiam poſſe, more laïcorum, benedicere menſæ, munire ſe ſigno Crucis, adorare Euchariſtiam &c. Legantur Nauarr. *cap.*27. *n.*36. *Ad quintum.* Suarez, Filliuc. & alij *citati.*

DISPVTATIO VIII.

De eodem tertio effectu, videlicet, de Sepultura ſacra, qua Excommunicatus priuatur.

Qvæstio Prima.

An Excommunicatus Eccleſiaſtica Sepultura priuetur?

Negandvm videtur ex ſupra habitis. Quia corpus Excommunicati viui, non prohiberetur eſſe in Eccleſia: ergo neque corpus defuncti, ibi reponi prohibendum eſt.

Sed, tanquam certum reſpondeo, quod Excommunicatus priuetur Eccleſiaſtica ſepultura. Vnde ſi dictus; ante abſolutionem è Cenſura moriatur, non poteſt eius corpus in loco ſacro, more Chriſtianorum, ſepeliri, niſi prius à Cenſura qua innodatus periit, abſoluatur. Et ratio eſt. Quia hoc expreſsè eſt prohibitum: vt conſtat *ex cap. Sacris. de Sepulturis.* vbi ſic dicitur. *Sacris eſt Canonibus inſtitutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis, & vt careant Eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erant ab Eccleſiaſtica vnitate præciſi, nec in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint.* Sic ibi Innocent. III. non Clementis III. vt ait Bauny. Et idem habetur, in Clem. 1. *eod. titulo. & in capite Conſuluiſti, de conſecr. Eccleſ. vel Altaris. & in cap. Placuit.* 23. *q.* 5. Et in ſpecie de Hæreticis loquendo, idem definitur *in cap. Quicunque. de Hæreticis in* 6. Et ſic docent omnes Doctores. Gloſſa *in cap. citatis* & ibi Canoniſtæ. Caſtro *de iuſta Hæret. punit. lib.*2. *cap.*18. *fol. mihi.*233. *pag.*2. *verſ. Ex iſta pœna.* Nauarr. *cap.*27. *numer.*23. Henriquez *lib.*13. *cap.*11. *num.*3. Saytus *lib.*2. *cap.*3. *n.*10. Vgolin. *tab.*2. *cap.*9. §.5. Suarez *diſp.*12. *ſect.*4. Auila 2. *part. cap.*6. *diſput.*10. *dub.*6. & antea *eod. cap.*6. *diſp.*4. *dub.*8. Sotus *in* 4. *diſt.*22. *q.*2. *art.*2. Alterius *tom.*1. *diſp.*10. *cap.*6. Tolet. *lib.*1. *cap.*13. Filliuc. *tract.*12. *cap.*4. *qu.*8. Ægidius *diſp.*14. *de Cenſuris*, *dub.*8. *n.*59. Reginald. *lib.*32. *n.*16. Bonac. *diſp.*2. *quæſt.*2. *punct.*3. §.3. *num.*1. Hurtad. *diſp.*5. *de excomm. diff.*4. Cornejo *diſp.*10. *de excomm.* §.8. *pag.*697. Vaſquez *de excomm. dub.*7. *n.*10. Luyſius *lib.*2. *de Cenſur. diſp.*11. *dub.*3. Baſſæus *v. excommunicatio* 3. Machado *lib.*1. *part.*3. *docum.* 9. Bauny *diſp.*7. *de excommun. quæſt.*11. *pag.*266. & alij.

Qvæstio II.

An licitum ſit Excommunicato infirmo, petere, vt in hoc, vel illo loco ſacro ſepeliatur?

Reſpondeo tanquam certum: Quod nullo modo, Quia velle à lege Eccleſiæ abire, ac eniti, vt violetur ab alio, nulli poteſt accidere ſine crimine: at ſic eſt, quod illatio corporis excommunicati mortui in locum ſacrum, eſt prohibita Eccleſiæ legibus, vt nuper eſt habitum: ergo excommunicatus nequaquam licitè petere poteſt, vt ſepeliatur in loco ſacro; nec hoc ei ab aliquo licitè concedi poteſt. Sic Bauny *loc. cit.* qui & latè probat. Et antea Alterius *loc. cit. c.*7. *verſu Quamobrem.* Ita dicens: Ipſe autem excommunicatus, etiamſi occultus ſit, peccat, ſi iubet corpus eius ſepeliri poſt mortem in loco ſacro; quia ingerit ſe illicitè diuinis, ex quorum genere eſt eccleſiaſtica ſepultura. Sic ille. Et omnes.

Qvæstio III.

An ſepelientes excommunicatum vitandum in loco ſacro, grauiter peccent?

Reſpondeo tanquam certum: Affirmatiuè. *Primo* Quia participans in diuinis cum excommunicato vitando peccat grauiter: at ſic eſt, quod procuratio ſepulturæ, ſi fiat in loco ſacro, pertinet ad res diuinas; cum ius ad illam habeant ſoli fideles, & hi Eccleſiæ obedientes; nec emi, aut vendi poſſit, ſine ſimonia: ergo ſepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro peccat grauiter.

Secundò. Quia ſepeliens excommunicatum, ſaltem vitandum, in loco ſacro, facit contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui: ergo peccat grauiter. Antecedens in quo poteſt eſſe difficultas conſtat ex dictis *quæſt.*1. Vbi vidimus prohibitum eſſe, per cap. *Sacris* & *Clemen.* 1. & per cap. *Conſuluiſti*, Excommunicatos ſepeliri in loco ſacro, ſub qua prohibitione, neceſſariò includi, adminus, debent, excommunicati vitandi, & non tolerati: ergo. Sic docent omnes Doctores, præcipuè ſtatim citandi, inter quos ſolum eſt difficultas, an ſub hac dicta prohibitione comprehendantur etiam excommunicati tolerati. Pro qua decidenda, ſit

Qvæstio IV.

An etiam ſepelientes excommunicatum non vitandum, ſeu toleratum, in loco ſacro, peccent?

Affirmatiuam ſententiam tenere Caietanum in *ſum. verb. excommunicatio cap.*46. ait Diana, *vbi infra*, & ante illum, Henriquez *lib.*13. *cap.*11. *num.*3. non Nauarrum *in Manuali, cap.*27. *num.*137. Sotum *diſt.*22. *q.* 1. *art.*4. *col.*3. Gabrielem *ſect.*16. *col.*7. Couarr. *cap. Alma.* 1. *p.* §.6. *n.*4. Sylueſtrum, Angelum, & Armillam. Sed An benè omnes hos Authores citet, *infra*

Digitized by Google

infra videbimus. Deinde citatur pro hac parte Auila, & benè, nam illam docet 2. *parte cap.6. diſp.4. dub.8 concl.2. & diſp.9. dub.6. verſ. Ad primum. & diſp.10.* in ordine 11.) *dub.1. concluſ.3. ſub fine: & dub.6. dicto* 3: Quamuis hic author addat, ſepelientes tales excommunicatos toleratos, non incurrere Cenſuram aliquam. Tenet rurſus hanc ſententiam, loquendo de excommunicatis toleratis, quos publicè conſtat mortuos eſſe impœnitentes, Ægidius *diſp.14. de Cenſuris, dub.8. concl.3. num.65.* & Bauny *diſp.7. de excommun. q.11. verſu, Dixi denunciato.*

Alij verò contra negant, ſepelientes excommunicatum non vitandum, ſeu toleratum, grauiter peccare. Quia (inquiunt) in Concilio Conſtantienſi prohibitum eſt tantummodò fidelibus communicare cum excommunicatis nominatim denunciatis, & notoriis Clericorum percuſſoribus; non verò cum excommunicatis toleratis. Sic Bonac. *diſp.2. q.2. punct.3. §.3. n.2.* Henriq. Suarez, Regin. & Filliuc. penes ipſum. Qui quidem, dum ait huiuſmodi ſepelientes, non videri in hoc caſu grauiter peccare, haud obſcurè inſinuat, peccare ſaltem leuiter.

Sed clariùs reſpondeo, dicendum. Quod, quamuis olim ante Concilium Conſtantienſe, ſepelientes excommunicatum quemcunq; etiam toleratum tantummodò, peccarent grauiter, & mortaliter; quia faciebant contra prohibitionem contentam in capite *Sacris & Clemen. 1. de ſepult.* & aliis citatis iuribus, quæ vt conſtat, indifferenter de omnibus loquuntur: Nunc verò poſt extrauagantem editam in dicto Concilio, nec leuiter adhuc peccant, qui excommunicatum non toleratum in loco ſacro ſepeliunt.

Primam partem huius reſponſionis probant ipſa iura: cum, vt vidimus, indifferenter de omnibus excommunicatis loquantur. Et fortè id tantùm volunt Caietanus, & nonnulli alij, ex citatis ab Henriquez pro prima ſententia.

Secundam verò partem probat ratio facta pro ſua ſententia à Bonacina, quæ ſic à nobis formatur. Nam prohibitio ſepeliendi excõmunicatum in loco ſacro, non cadit propriè & directè ſupra ipſum corpus excommunicati, cum non poſſit ſeipſum ſepelire, ſed cadit ſupra alios fideles, ne cum excommunicato communicent, eius corpus in loco ſacro ſepeliendo. Sed ſic eſt, quod propter priuilegium Extrauagantis dicti Conſtantienſ. Concilij, nunc iam licet fidelibus cum excommunicato tolerato, aut non vitando, communicare: ergo etiam eſt licitum eis iam; corpus dicti excommunicati ſepelire. Sic in primis tenet Doctiſſimus Nauarr. *cap.27. num.36. verſ. Ad ſecundum.* Vbi ſic ait: Ad ſecundum, quod pro excommunicato non denunciato, nec notorio, poteſt orari publicè, per prædictam Extrauagantem, quæ poſt S. Thomam, lata fuit, per quam nunc non negatur ſepultura iis, qui excommunicati moriuntur: niſi ſint denunciati. Sic ibi meus Nauarr. Quod idem docet *num.137.* (Vbi pro contraria parte citatur ab Henriquez, *vt infra* videbimus.) *& conſil.15. tit.38. de pœnit. & remiſſ. lib.5.* vnde, vt tandem fatetur ipſe Henriquez *lib.13. cap.11. n.3. lit.n.* expreſsè Nauarrus eſt pro hac ſententia. Sicut ſunt etiam Sotus, Gabr. & Couarru. citati. Sic etiam ipſe Henriquez *num.3. cit.* his verbis: Prohibentur Chriſtiani propriis tantùm manibus deponere in ſepulchro loci ſacri cadauer eius, qui fuerat publicè denunciatus: & incurrunt excommunicationem maiorem ſi id ſcienter præſumant. Si tamen denunciatus non fuerat, non peccat ſepeliens: quia ſepultura pertinet ad diuinum Officium; in quo tunc tantùm peccat, cum inducit excommunicatum non paratum: in propoſito autem conſtat, non peccare cadauer defuncti. Sub eadem excommunicatione prohibetur ſepelire Hæreticos, vel illorum fautores. Qui caſus ſub priori comprehenditur: quia oportet fuiſſe denunciatos de hæreſi. Huc vſque Henriquez Suarez *diſp.11. ſect.4. num.5.* Filliuc. *tract.12. cap.4. quæſt.8. dicto 2. num.106.* & penes ipſum, Victoria *in ſum. de Euchar. q.90.* Vgolinus *cap.9. §.5. & 6.* & Saytus *lib.2. cap.3. num.10.* Luyſius *Turrian. lib.2. de Cenſur. diſp.11. dub.3.* Hurtadus *diſp.5. de excommun. diff.4. verſ. Hoc tamen.* Cornejo *diſp.10. de excomm. §.7. q.3.* Mercerus *de Sacram. in 3. p. q.21. dub.7.* Gordonus *lib.7. tom.2. q.8. cap.3. n.38.* Diana *parte 5. tract.9. reſol.97.* Baſſæus *5. excommunicatio 3. num.14.* Machado *lib.1. parte 3. tract. 3. docum.7. in fine.* Layman. *lib.1. tract.5. parte 2. cap.4. n.8.* Toletus *lib.1. ſum. cap.39.*

QVÆSTIO V.

An excommunicatus vitandus ſolùm prohibeatur per iura ſepeliri in Cæmeterio; non verò in Eccleſia, ſeu in Templo, id eſt, intra ambitum illorum?

AFfirmandum videtur ex *Clement. 1. de ſepult.* Vbi ſolùm innodantur excommunicatione illi, qui excommunicatos in Cæmeterijs ſepeliunt: ergo cum hæc ſit grauiſſima pœna; non eſt extendenda.

Sed tanquam certum reſpondeo. Quod excommunicatus vitandus, non ſolùm prohibetur à iure ſepeliri à Chriſtianis in Cæmeterio; verum etiam intra ambitum templi, ſeu Eccleſiæ. Ratio eſt. Quia iura expreſsè prohibent, ne Chriſtiani ſepeliant excommunicatos in loco ſacro: at ſic eſt, quod nomine loci ſacri, principaliter, ac præcipuè venit Eccleſia, ſeu Templum: ergo.

Nec obſtat ratio dubitandi. Quia quamuis in dicta Clementina ſolùm expreſsè innodetur excommunicatum ſepelit, hoc fecit Pontifex, quia à fortiori cenſetur excommunicatus, qui talem in Eccleſia ipſa, ſeu Templo ſepeliret, quia quando prohibetur quod eſt minus, neceſſario manet prohibitum quod eſt intra idem genus, quod eſt maius. Accedit ad hoc quod alia iura clarè prohibent, ne dicti excommunicati ſepeliantur in loco ſacro, in cuius appellatione, in propoſita quæſtione intelligitur *primò* Eccleſia, vnà cum atrio, ſeu veſtibulo; *deinde* intelligitur Cœmeterium, quod aliquando eſt coniunctum, & contiguum Eccleſiæ; aliquando verò disiunctum & ſeparatum. *Tertiò* intelligitur omnis locus, in quo Miſſa celebratur; aut diuina celebrantur Officia, etiamſi ſolemni ritu non fuerit conſecratus ab Epiſcopo, aut benedictus. *Et tandem* intelligitur locus ille, qui etiam abſque vlla approbatione, aut benedictione Epiſcopi, ſola conſuetudine eſt deſtinatus ſepulturæ fidelium. Ideoque in nullo ex his locis recenſitis poteſt humari corpus excommunicati vitandi; eo quod ſacri Canones ſimpliciter vetant, ne excommunicatus ſepeliatur in loco ſacro, aut ei Eccleſiaſtica ſepultura tribuatur. Sic omnes DD. præcipuè Nauarr. *cap.27. num.137.* Vbi citat Cardinalem Suarez *diſp.12. ſect.4. n.6.* Alterius *lib. 1. diſp.10. cap.7.* Bonacina *loco citato n.3.* Vgolin. Reginald. Filliuc. Ægid. & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO VI.

An ſaltem, liceat ſepelire Excommunicatum non toleratum in loco, non ſacro; etiamſi ſit proximus Eccleſiæ, vel Cæmeterio, aut alteri ſacro loco?

NEgatiuam ſententiam tenere Panormitanum *in cap. Sacris. cit. n.2.* & Abbatem *n.3.* ac alios, eò quòd in capite dicatur, quòd excommunicatus in loco

Digitized by Google

loco ſacro ſepultus, exhumandus eſt, & procul ab Ecclesiaſtica ſepultura iactandus, ac reiiciendus, ait Cornejo *diſp.10.cit.§.8.q.1.verſ. Oppoſitum docuerunt.*

Sed certe, vt certum reſpondeo: licere ſanè ſepelire dictum excommunicatum in loco non ſacro, ſeu profano, quantumuis hic vicinus, & contiguus ſit Eccleſiæ, vel Cœmeterio eius; cum verè, & in rigore non ſit locus ſacer; & pœna potius reſtringi, quam extendi debet. Sic tenet expreſſè Gloſſa *in d. Clem. 1. de ſepulturis. verb. Cœmeteriys.* ita dicens: Sic igitur in Campis & locis priuatis eos ſepeliant, non eſt locus huic pœnæ, quod intelligo, etiamſi locus ille eſſet vicinus, vel contiguus Eccleſiæ, vel Cœmeterio, quia ex quo ad vſum Cœmeterij non eſt per Epiſcopum benedictus, non erit locus huic pœnæ. Sic Gloſſa. Et poſt illam, Nauarr. *cap.27. num.137.* Vbi ait incurrere excommunicationem latam *in d. Clement.* ſepelientes excommunicatum in Eccleſia, quamuis textus non loquatur, niſi de ſepelientibus in Cœmeterio, non tamẽ de ſepultis in agris & locis profanis, etiamſi ſint coniuncta ſacratis. Suarez *diſp.12.ſect.4.num.7.* Bonac. *§.3.cit.n.4.* Cornejo *loc.cit.* Alterius *c.7.cit.verſ. verum hoc dictum, & diſp.14.c.1.verſ. Tertia conditio.*

Ad fundamentum autem Abbatis reſpondeo, quod cum in cap. *Sacris,* dicitur, corpora excommunicatorum *exhumari debere, & procul ab Eccleſiaſtica Sepultura iactari,* id non eſt intelligendum, vt habeat ſenſum illum, quod corpus excommunicati debet ſepeliri longius & diſtantius ab Eccleſia, & propius humari non poſſit, ſed eſt phraſis ſermonis latini, & idem valet, ac ſi dixiſſet, extra Eccleſiam proiici debere. Sic Suar. & ex illo, non citato, Alter. reſpondent.

QVÆSTIO VII.

An oſſa excommunicati vitandi, ſint è loco ſacro proyicienda, caſu, quo diſcerni poſsint ab oſsibus aliorum fidelium?

RESpondeo affirmatiuè. Quia ſic expreſsè decernitur *in cap. Sacris. de Sepult.* his verbis: *Si contingat interdum, quod vel excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel alio caſu, in Cœmeterio Eccleſiaſtico tumulentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab Eccleſiaſtica ſepultura iactari. Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, vt, cum excommunicatorum oſſibus corpora extumulentur fidelium; cum licèt non obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, impiys tamen celebris, vel ſpecioſa non proſit.* Sic textus. Ex quo clarè conſtat, quid faciendum ſit in caſu quo excommunicatus vitandus, ſeu toleratus in loco ſacro ſit ſepultus. Si enim diſcerni poſſit ab aliis, extumulandus eſt, & procul reiiciendus: ſi verò ab aliis diſcerni nequeat, tunc non eſt extumulandus, ſed relinquendus eſt ibi: quia minus malum eſt, quod in loco ſacro maneant oſſa excommunicati, quàm quod inde corpora fidelium eijciantur. In vtroque tamen caſu, locus ſacer eſt recõciliandus & expurgandus ſolemni aſperſione aquæ benedictæ, vt habetur *in cap. Conſuluiſti. de conſecr. Eccleſ. & Altaris,* quia per talem ſepelitionem excommunicati, fuit locus ſacer pollutus. Sic docent omnes Doctores Suarez *diſp.12 ſect.4.n.4.* Filliucius *tract.12.c.4.quæſt.8.n.105.* Bonac. *diſp.2.q.2.punct.3. §.3.n.5.* Corn. *diſp.10.de excom.§.8.q.2 pag.697.* Henr. *lib.13.c.11.n.3.* Alterius *lib.1. diſp.10.c.6.pag.119.*

QVÆSTIO VIII.

An Excommunicatus vitandus priuetur etiam ex vi Cenſuræ, omni honore Eccleſiaſtico, qui in tumulatione fidelium fieri ſolet?

RESpondeo tanquam certum, etiam huiuſmodi priuari honore. *Primò,* quia hic honor totus ordinatur ad Eccleſiaſticam ſepulturam, qua ex vi Cenſuræ eſt priuatus excommunicatus vitandus. *Secundò,* quia hæc eſt quædam moralis communicatio cum defuncto excommunicato, quæ quidem ex vi Cenſuræ eſt prohibita fidelibus. *Tertiò,* quia ſic habetur *in cap. Placuit.23.q.5.* Ex quo clarè colligitur eos peccare, qui cadauer excommunicati vitandi, cum honore Eccleſiaſtico, aut pompa funeris Eccleſiaſtica, nempe cum Pſalmis, Orationibus & Precibus, Cruce, Ornamentis, & aliis, quibus funus fidelium honeſtatur, deferunt ad ſepulturam non ſacram, ſed (vt inquit Gloſſa *in d. cap. Placuit.*) caninam: quia indecens valdè eſt, vt ad locum profanum, & ad ſepulturam quodammodo communem cum beſtiis, cum pompa tali deferatur corpus. Sic docent omnes Suarez *diſp. 12.ſect.4.n.14. Qui & num.15.ex cap. Sacris. de ſepult. & ex cap. A nobis.2. de ſent. excomm.* addit etiam eſſe prohibitum Clericis pro huiuſmodi excommunicatis defunctis eleemoſynas recipere, aut oblationes offerre. Alterius *cap.6.cit.verſ. Tria enim.pag.118.* Bonacina *loc.cit.num.6.* Corneio *loc.cit. qu.4. p.698.* quia licèt verbis, negatiuè reſpondeat, hoc eſt per errorem, vt ex rationibus quas ipſe pro noſtra ſententia affert, clarè conſtat.

QVÆSTIO IX.

An Clerici exhibentes Excommunicato vitando dictum honorem, ſeu pompam funeris Eccleſiaſticam, fiant irregulares?

AFfirmandum videtur ex cap. *Super eo. de raptor.* Vbi de Presbyteris & Clericis, qui ſepulturæ raptoris intereſſe, vel eleemoſynas accipere attentauerint, dicitur: *Ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, & Eccleſiaſtico beneficio careant:* ergo.

Sed, vt certum reſpondeo: Non fieri irregulares. Quia nulla, propter delictum exhibendi pompam funeris Eccleſiaſticam Excommunicato, eſt in iure expreſsè lata irregularitas: ergo à nullo propter commiſſum delictum dictum, incurritur. Antecedens in quo poteſt eſſe difficultas conſtat; quia cap. *ſuper eo. cit.* nullo modo continet pœnam irregularitatis, quæ ipſo facto incurratur, ſed depoſitio, vel ſuſpenſio perpetua per Epiſcopum imponenda, vt ibi notat Abbas *num.2.* Deinde hæc pœna eſt ſpecialis in eo caſu de raptoribus in odium illius delicti; & ideò non eſt ad alios caſus extendenda. Sic omnino Suarez *diſp.12.ſect.4.in fine.* Bonac. *loc.cit.* Filliuc. *tract.12.c.4. quæſt.10.dicto 3.num.112.*

QVÆSTIO X.

An ſepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro, nõ ſolùm peccet mortaliter, verùm etiã incurrat excommunicationem maiorem?

RESpondeo tanquam certum: Et peccare mortaliter, nec non incurrere maiorem excommunicationem. *Prima pars* conſtat ex dictis *ſup. quæſt. 3.* nam ſepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro violat legem in re graui; ergo peccat mortaliter. *Secunda* etiam pars, patet; ex *Clement.1. de ſepult.* Vbi ipſo iure, excommunicantur excommunicatione maiori illi, qui excommunicatos in locis ſacris ſepeliunt; & cum eo grauamine, *vt nullatenus abſoluantur, niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi, eis, quibus per id fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionem exhibuerint competentem.* Sic Abbas *in cap. Sacris. de ſepult.* Suarez *diſp.12. ſect.4. num.8.* Henriquez *libro 13. capite 11. numero 3.* & penes illum *lit. M.* Caietanus *5. excommun. cap.46.* Syluest. *excommunicat.9. caſu 37.* Angel. & Tabiena,

Digitized by Google

Caſtro *lib.2.de iuſta heret. punit. cap.*18. Sandoual *de Offic.Eccleſ.4.p. cap.*6. Couarru.2. *Variar.c.*1.*n.*12. & Nauarr. *cap.*27.*n.*137. Sic etiam Saytus *lib.*3.*c.*35.*n.*12. Auila 2.*parte c.*6. *diſp.*10.*dub.*6. Alterius *lib.*1.*diſp.*14. *c.*1.Bonac. *diſp.*2.*q.*2.*puncto* 3.§.3.*n.*8.Bauny *diſp.*7.*de excomm.q.*11.*Aſſert.*4.Machado *lib.*1.*part.*3.*tract.*3.*docum.*9.*n.*4.

QVÆSTIO XI.

An ſepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro, non ſolùm incurrat excommunicationem maiorem latam in d.Clem. *ſed etiam minorem latam iure communi, contra communicantes cum excommunicato vitando?*

NEgat Bonacina *loc.cit.num.*9. Qui & citat pro ſe Suarium *diſp.*12.*ſect.*2.*n.*13. & benè, ſi corrigamus ſectionem, nam id docet non *ſect.*2. ſed 4.*n.*13. his verbis: Addo denique, eos qui hanc excommunicationem maiorem incurrunt, ſepeliendo excommunicatum in loco ſacro, non incurrere ſimul aliam excommunicationem minorem, quam diximus incurri iure ordinario propter hanc communicationem cum excommunicato: quia per hoc ſpeciale ius, commutata videtur excommunicatio minor in maiorem, vel ita aucta, vt ex minori maior ſit effecta: non verò eſt multiplicata excommunicatio; quia nulla eſt neceſſitas ita interpretandi, aut multiplicandi Cenſuras. Ita Suarez.

Sed probabilius reſpondeo: Non ſolùm maiorem, ſed ſimul etiam minorem excommunicationem incurrere illos, qui excommunicatum vitandum ſepeliunt in loco ſacro. Quia ſepeliendo in loco ſacro excommunicatum vitandum communicant cum illo: ergo incurrunt illam generalem pœnam excommunicationis minoris latam generaliter contra communicantes cum excommunicato vitando. Sic ex Nauar. *cap.*27. *n.*16. *ad* 2.& 3. docet Auila 2.*parte, capite* 6. *diſp.*4. *dub.*8. Cornejo *diſp.*10. *de excomm.*§.8. *qu.vlt.pag.*698. Filliucius *tract.*12.*c.*4.*quæſt.*10. *dicto* 1. *num.*110. & Armilla 5.*excommun. n.*49. Alterius *tom.*1. *lib.*1. *diſp.*14. *c.*1. Imò & ipſemet Suarez hoc ipſum docuerat prius; in eadem *ſect.*4. *num.*8. iis verbis: Primo ergo iure communi incurritur propter hanc tranſgreſſionem excommunicatio minor, vt notauit Abbas *in cap.Sacris. de ſepult.* id colligens ex illis verbis, *Non communicamus defunctis*: inde enim conſtat, hanc eſſe communicationem quandam, & conſequenter illi reſpondere generalem pœnam impoſitam communicantibus cum excommunicato. Hæc Suar. Propter quod, aliqui illum pro hac parte referunt.

QVÆSTIO XII.

An etiam hanc pœnam maioris excommunicationis incurrant, qui excommunicatum vitandum, cum ſolemni pompa ſepeliunt in loco omnino prophano?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſis nominibus, refert Ægidius *diſputat.*14.*dub.*8. *numero* 60. *verſ. Nota ſecundo.*

Sed, vt certum ferè, reſpondeo: Non incurrere hanc maioris excommunicationis pœnam. Quia expreſsè *in d. Clement.* 1. *de ſepulturis*, hæc imponitur pœna contra eos, qui excommunicatos in Cœmeteriis, hoc eſt, in locis ſacris, ſepeliunt: ergo nullo modo illam incurrent (licèt aliàs peccent iuxta *ſupra qu.*8. *dicta*) qui in loco, ſeu ſepultura omninò prophana, etiam cum ſolemni pompa ſepeliunt. Sic Caietan. Nauar. cum Cardin. quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.*13.*cap.*11.*n.*3.*lit.M.* Suarez, Alterius, Bonacina & Cornejo citati à nobis *ſupra quæſt.*8. Armilla *verb. excommun. caſu* 44.*fol.*176.*col.*1. Ægidius *loco citato*, dicens, contrarium nullo iure probari. Bauny *quæſt.*11.*cit.* his verbis: Tertiò, excuſat ab hac Cenſura (*lata videlicet in d. Clement.*) locus, qui ſi ſacer non erit, hæc ſepelientem non afficiet, in ſacris autem habentur Templum & Cæmeterium, vtpotè communi vſu Eccleſiæ, ſepulturæ deputata defunctorum. Sic ille. Et anteà Alterius *tom.*1.*lib.*1.*diſp.*14.*cap.*1.*verſ. Hinc ſequitur.*

QVÆSTIO XIII.

An dicta Conſtitutio Clemẽtis V. ſit generalis, & comprehendat omnes ſine vllo diſcrimine?

REſpondeo tanquam quid certum: Comprehendere omnes, videlicet, Clericos, & Laïcos, Regulares & Sæculares, exemptos & non exemptos, tam viros quam fœminas. Quia omnes comprehenduntur ſub illis verbis Pontificis, *Eos qui propria temeritati audacia defunctorum corpora, non ſine contemptu clauium Eccleſiæ in Cæmeteriis interdicti tempore, in caſibus non conceſſis à iure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepelire præſumunt: Decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere*, &c. Sic Pontifex *in d.Clem.* 1. *de ſepult.* Igitur clarè comprehenduntur, ſine diſcrimine, omnes. Et ita docent Gloſſa *in d.Clement.verb, Eos qui.* his verbis: Et per hoc quod dicit, *Eos*, includit cuiuſcumque profeſſionis viros, Clericos & Laïcos: includit etiam mulieres. Sic Gloſſa, & ſic Anchar. *ibid.in princip.* & Alterius *lib.*1.*diſp.*14.*cap.*1.*col.*3. Qui & probant, ex eo, quod ſub dictione *Qui*, continetur dictio *Quæ*, quia maſculinum concipit fœmininum. Gloſſa *in cap. Generali. verſ. Vniuerſos de elect.in* 6. argum.*cap. Sic quis ſuadente.* 16.*quæſtione* 4. Sic etiam Nauar.*cap.*27.*n.*137. & omnes.

QVÆSTIO XIV.

An, vt ſepeliens excommunicatum vitãdum incurrat excommunicationem maiorem, latam in d. Clement. 1. de ſepultur. *ſit neceſſum, quod id faciat ſcienter, hoc eſt, non ignorans mortuum eſſe excommunicatum?*

REſpondeo affirmatiuè. Quia expreſsè vult Pontifex, quod, vt incurratur huiuſmodi excommunicatio, ſcienter, & cum præſumptione, mandetur excommunicatus terræ, vt conſtat ex illis verbis, *ſcienter ſepelire præſumunt*, ergo ignorans mortuum eſſe excommunicatum, verè excuſatur ab excommunicatione lata *in dicta Clem.* Sic Nauar.*cap.*27.*num.*137. *in ſexta declaratione huius Clementinæ*, ſic dicens: Sexta, quod neque ſepelientes incurrunt, niſi ſcienter, & præſumptiuè id faciant: & ita, qui crederent, eos fuiſſe abſolutos, aut dediſſe cautionem iuſtam non incurrerent eam. Caiet. vbi ſupra. Huc vſque Nauar. Suarez *diſp.*12. *ſect.*4.*num.*9. vbi ita ait: Hanc excommunicationem non incurrunt, qui ex ignorantia etiam culpabili hoc præſtant: propter particulam illam, *ſcienter præſumunt*; neque etiam qui graui metu coacti id efficiunt, propter verbum illud, *Qui propriè temeritatis audacia.* Sic ille Bonacina *diſputatione* 2. *quæſtione* 2. *puncto* 3. §. 3. *numer.*8. Auila 2.*p. cap.*6. *diſputatione* 10. *dub.*6. *dicto* 1. Bauny *quæſtione* 11.*cit.* *verſ. Ab eà tamen.*

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

Ad ad incurrendam Clementina dicta excommunicationem, requiratur quod excommunicatus, qui ſepelitur, ſit excommunicatus vitandus, non toleratus?

NEgant nonnulli Doctores, exiſtimantes, ſufficere ad incurrendam dictam excommunicationem, quod ille qui ſepelitur, ſit excommunicatus publicus, quamuis non ſit denunciatus, aut notorius Clerici percuſſor. Quia dicta Clem. 1. *de ſepult.* tantum requirit, vt publicè excommunicatos ſepeliatur: ergo ad incurrendam dictam pœnam non eſt neceſſaria denunciatio. Ita tenent Abbas *in cap. Exceptionem, num.* 17. & Gloſſa *in d. Clement. verb. Publicè,* quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 1. *diſp.* 14. *cap.* 1. *verſ. Propter has rationes.*

Sed probabilius longè reſpondeo: Quod verè iam requiratur ad incurrendam dictam excommunicationis maioris pœnam; quod excommunicatus, qui ſepelitur, ſit vitandus, hoc eſt, nominatim denunciatus, aut publicus Clerici percuſſor. Quia diſpoſitio iuris antiqui, & conſequenter huius Clementinæ 1. *de ſepult.* quoad communicationem cum excommunicato, coarctata fuit per Extrauagantem *Ad euitanda* Martini V. in concil. Conſtant. ad communicationem ſolùm prædictorum, ne videlicet fideles cum illis communicent: ergo iam hoc tempore ſolum erit interdictum fidelibus ſepelire excommunicatos nominatim denunciatos; aut publicos Clerici percuſſores, non alios: ergo vt fideles ſepelientes excommunicatos prædictam pœnam incurrant, neceſſario nunc requiritur (licèt ſecus olim) quod excommunicati, qui ſepeliuntur, ſint vitandi. Sic Nauar. Henriquez, Suarez, Filliuc. Victoria, Vgolin. Sayrus, Luyſius Hurt. Cornejo, Mercerus, Gordonus, Diana, Baſſæus, Machado, Laymann, Toletus, quos citauimus *ſup. q.* 4. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 3. *n.* 8. Auila 2. *p. c.* 6. *diſp.* 10. *dub.* 6. *dicto* 3. Bauny *diſp.* 7. *de excom. q.* 11. *aſſert.* 2 & communis.

QVÆSTIO XVI.

An huiuſmodi pœnam excommunicationis Clement. 1. de ſep. *latam contra ſepelientes excommunicatos, ſolùm illi homines, qui proprijs manibus cadauer excommunicati in ſepulchrum immittunt, aut in foſſam inferunt, non alij, qui comitantur funus, incurrant?*

AFfirmant Caietanus *in ſum. verb. excomm. cap.* 46. Nauar. 27. *n.* 137. Henriquez *lib.* 13. *c.* 11. *n.* 3. & *c.* 43. *n.* 3. Auila 2. *p. c.* 6. *diſp.* 10. *dub.* 6. *dicto* 2. Bonacina *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 3. *n.* 8. Hurt. *diſp.* 5. *de excom. diff.* 4. *n.* 11. Villalob. *tr.* 17. *diff.* 30. *n.* 2.

Alij verò è contra docent, Non ſolùm illos homines, qui propriis manibus cadauer excommunicati vitandi, in foueam, aut foſſam inferunt, humo, tumulóve condunt; verùm & alios, præter dictos, pœnas latas in dicta Clement. contra ſepelientes excommunicatos, incurrere. Sic Alterius *lib.* 1. *diſp.* 14. *cap.* 3. dicens, ſed certè improbabiliter, opinionem contrariam eſſe improbabilem. Suarez, Ægid. Filliucius, & alij ſtatim citandi.

Quid ergo nobis in hac quæſtione (adeo difficili, & ardua, vt ad eam diſſoluendam, dixerit Gloſſa cit. magis deſiderandam eſſe Principis declarationem, quàm Interpretis opinionem) ſit reſpondendum, & reſoluendum, ex reſolutione ſequentium conſtabit. Sit ergo,

QVÆSTIO XVII.

An innodentur excommunicationis d. Clem. *Cenſura, illi, qui lauant corpus excommunicati; qui induunt illud veſtibus; & qui pulſant campanas, commonefaciendo populum de precibus pro dicto excommunicato faciendis?*

AFfirmandum videtur. Quia omnes iſti videntur participare ſepelientibus in crimine damnato ſepeliendi: ergo eadem Cenſuræ ſententia obſtringuntur.

Sed, vt certum reſpondeo: Non innodari dicta Cenſura. Quia huiuſmodi actiones, non proximè, ſed valdè remotè, ad opus ſepeliendi referuntur, cum illis adhuc non adhibitis, ſepeliri Chriſtiano more excommunicatus poſſit. Vnde negandum eſt, adhibẽtes prædicta opera, participare propriè & in rigore in crimine damnato ſepeliendi excommunicato per d. Clement. ac per conſequens, negandum, incurrere dictam Cenſuram. Sic Alterius *tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 14. *cap.* 3. *prope finem.* Bauny *diſp.* 7. *de excom. q.* 11. & alios omnes Authores *citati quaſi antecedenti.*

QVÆSTIO XVIII.

An, qui cruces, cereos & alia ad funus excommunicati ſpectantia, ferunt; incurrant Cenſuram d. Clem. *latã contra ſepeliẽtes excõmunicatos?*

AFfirmat Anchar. *in d. Clem.* 1. *de ſepult. num.* 10. ex ſententia Stephani, dicens, eſſe indubitabile prædictos talem Cenſuram incurrere. Affirmat etiam Faber *in* 4. *ſent. diſt.* 25. *q.* 1. *diſp.* 4. *num.* 188.

Sed probabilius reſpondeo: Non incurrere Cenſuram Clementinæ. Quia etiam huiuſmodi actiones valde remotè referuntur ad opus ſepeliendi. Vnde etiamſi contingat fidelem in Eccleſia ſepeliri prætermiſſis, ferendi cruces, ſeu lumina, actionibus, non propterea diceretur, ſepeliri Chriſtiano, vel Eccleſiaſtico ritu omnino prætermiſſo, dummodo alij ritus Eccleſiæ, vt Officium diuinum, ſeu recitatio Pſalmorum non prætermitterentur. Sic Alterius, & Bauny *loc. cit.* Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 4. *n.* 10. his verbis: Illi verò, qui ſolum comitantur funus, vel etiam, qui cantant, & Crucem, aut Lumina deferunt, ibi non comprehenduntur: quia illi reuera non ſepeliunt cum proprietate, etiamſi aliquando vulgari, & tranſlata ſignificatione, ita loquamur. Sic Suarez. Ægid. *diſp.* 14. *dub.* 8. *n.* 68. Filliuc. *tr.* 12. *c.* 4. *q.* 10. *n.* 111. Diana *parte* 5. *tr.* 9. *reſol.* 98. Henriquez, Auila, Bon. & Nauar. Caiet. *q.* 16. *cit.* Hurt. *diſp.* 5. *de excom. diff.* 4. *verſ. Circa quam.*

QVÆSTIO XIX.

An omnes, qui funus comitantur ad ſepulchrum, Cenſura d. Clement. *comprehendantur?*

AFfirmant Anchar. & Stephanus *loc. cit.* & apud Sylueſtrum *v. excommunicatio* 9. *n.* 70. *verſ. Nonò quæritur.* Paul. Angel. & Ioan. Cald. Sed certè ex his, Angel. oppoſitum ſentit, *vt infra.* Affirmant vltra hos Authores, Faber *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *diſp.* 4. *n.* 188. & alij.

Sed probabilius reſpondeo: Non comprehendi. Quia huiuſmodi verè non ſepeliunt cadauer excommunicati cum proprietate: ergo non comprehenduntur ſub Cenſura lata contra excommunicati cadauer ſepelientes. Sic expreſsè Suarez, Alterius, Filliucius, Ægid. Bauny. Hurtad. Villal. Diana. Caiet. Henr. Auila, Nauar. & Bonac. Sic etiam Angel. *verb. excom. caſu* 36. *num.* 5. Vbi huic quæſtioni, quam proponit, nempe, *vtrum hac pœna liget ſolum humo, vel tumulo imponentes,*

Digitized by Google

prænentes, an comitantes, vel portantes, ſeu officiales. Sic ſatisfacit Reſpondet Pau. 13. quod omnes, etiam concomitantes. Ego credo niſi fiat fraudulenter, quod ſolum eſt excommunicatus imponens in tumulo, cum mandantibus, & authoritatem præſtantibus ſimul cum Prælatis doloſè non prohibentibus, ſed permittentibus ſepelire, non officiantibus ſecundum morem ſepulturæ. Sic Angelus, & ſic etiam Armilla *verb. excomm.* 44. *fol.* 177.

QVÆSTIO XX.

An ſaltem dictam excommunicationem incurrant, qui deferunt corpus Excommunicati ad ſepulchrum, non tamen ſepeliunt?

Affirmant quamplures; quia exiſtimant, eos omnes in dictam excommunicationem incidere, qui eas operas ad ſepeliendum excommunicatum præſtant, ſine quibus non ſepelitetur mortuus: at ſic eſt, quod ſine delatione excommunicati mortui, ad ſepulchrum, non poſſet ille ſepeliri: ergo illum ad ſepulchrum deferentes, vt ſepeliatur, in excommunicationem incidunt. Ita docent Anchar. & Steph. *ſuprà citati.* Alter. *lib.* 1. *diſp.* 14. *cap.* 3. *col.* 3. *verſ. Quamobrem.* Faber *loc. cit.* Vgolinus *tab.* 2. *cap.* 8. § 6. *num.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere. Quia deferentes corpus ad ſepulchrum, dummodo poſtea illud in ſepulchrum non inferant, nec terra operiant, non poſſunt dici propriè ſepelire, quod requirit Pontifex; cum (vt Gloſſa ait *in d. Clement. verb. ſepelire*) ſepelire ſit mortuum humo, vel tumulo condere: ergo.

Nec fundamentum contrarium obſtat, negandum enim eſt, ſufficere præſtare ad incurrendam dictam excommunicationem, eas operas, ſine quibus excommunicatus ſepeliri non poteſt, cum vltra hoc requiratur opus ſepeliendi, vt colligitur ex ipſa Clementina. Vnde ſic tenent à fortiori Caiet. Nauarr. Henriquez, Auila, Bonac. Hurtado, & Villalob. citati ſupra *q.* 16. Suarez *diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 11. *verſ. Imò vlterius*, & *num.* 12. *verſ. Dices.* Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 8. *in fine.* Filliuc. *loc. cit. n.* 111. Baſſæus *excomm.* 3. *n.* 14. Mercerus *de Sacram. q.* 21. *dub.* 7. Megalius *in* 3. *part. lib.* 2. *cap.* 6. *q.* 3. *num.* 15. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 98.

QVÆSTIO XXI.

An adminus, dictam excommunicationem incurrant fodientes, & aperientes ſepulchrum; etiamſi poſtea in illud cadauer excommunicati non inferant, nec terra operiant?

Affirmant Anchar. Steph. Alterius, Faber & Vgolin. nuper citati; ducti fundamento adducto.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec prædictos homines incurrere dictam excommunicationem: Quia nec illi poſſunt propriè dici ſepelire excommunicatum, cum tantum aperiant ſepulchrum in quo ſepeliri poſſit. Sic Caiet. Nauar. Henriq. Auila, Bonac. Hurt. Villalob. Suar. Ægid. Filliuc. Baſſ. Mercer. Megal. & Dian. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXII.

An ſaltem, dictam Cenſuram incurrant Clerici, aut alij Eccleſiarum Miniſtri, qui (cum teneantur impedire,) corpus excommunicati, ſepelire in ſuis Eccleſiis permittunt?

Affirmant Anchar. Steph. Alterius, Faber, Vgolin. *ſup. cit. eod. fundamento.* Quibus adhærere videntur in hac parte, Henriquez *lib.* 13. *cap.* 43. *num.* 3. in Gloſſa *lit. C. & D.* & Reginaldus *lib.* 31. *n.* 19.

Sed adhuc probabiliùs reſpondeo: nec hos incurrere. Quia permittere ſepelire, non eſt propriè, & poſitiuè ſepelire; cum merè negatiuè ad talem actionem ſepeliendi ſe habeant, qui ſepelire permittunt. Sic Caiet. Nauar. Henriquez, Auila, Bonac. Hurtado, & Villalobos, Suarez etiam, Ægidius, Filliuc. Baſſæus, Mercerus, Megalius, & Diana *locis citatis.*

QVÆSTIO XXIII.

An adminus, conſulentes, fautores, vel cooperatores ad collocandum cadauer excommunicati in ſepultura Eccleſiaſtica, innodentur vinculo excommunicationis latæ in d. Clementina?

Affirmant, & à fortiori, omnes Authores citati nuper pro prima ſententia.

Sed adhuc probabiliùs reſpondeo: neque has perſonas incurrere. Quia nec huiuſmodi perſonas propriè dici non poſſunt ſepelire: ergo non oportet pœnalem Canonem extendere ad omnes fautores, vel cooperatores quando Author Canonis id non exprimit, neque ex verbis eius ſatis colligi poteſt. Sic expreſsè Suar. *loc. cit. n.* 10. Caiet. Nauar. Henriq. Auila, Bonac. Hurtad. & Villalob. & alij *ſuprà citati.*

QVÆSTIO XXIV.

An tandem ſaltem qui mandant, aut procurant, vt corpus excommunicati ſepulturæ ſacræ tradatur, in dictam excommunicationem incidant?

Affirmant, vltra Anchar. Stephanum, Alterium Fabrum, & Vgolinum, Cardinalis *in d. Clement. n.* 18. *in fine*, vbi docet, ſolos ſepelientes, & mandantes excommunicatum ſepelire in loco ſacro, eſſe excommunicatos. Quia ſic (inquit) dicta Clementina non erit ludibrio; cum ſatis prouiſum ſit huic incommodo excommunicando ipſos ſepelientes, hoc eſt, eos, qui actu mortuum humo, aut tumulo condunt, & authoritatem præſtantes. Ita etiam tenent Angel. & Armilla citati *ſup. q.* 19. Suar. *diſput.* 12. *ſect.* 4. *n.* 10. *& ſeq.* Ægid. *diſp.* 14. *dub.* 8. *n.* 68. Filliuc. *tract.* 12. *c.* 4. *quæſt.* 10. *dict.* 2. *n.* 111. Mercerus, & Megalius, quos citat, & ſequitur Diana *p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 98. vbi ſic ait: Quid ego ſentiam accipe. Dico igitur per eos, qui ſepeliunt, etſi in rigore, qui propriis manibus tradunt ſepulturæ intelligi videantur, attamen ex conſueto vſu, comprehenduntur etiam mandantes, non autem comitantes, & alij, qui deferunt Crucem, & lumina, vel etiam cantant, propriè enim hi non dicuntur ſepelire. Nec etiam cooperantes remotè, aut negatiuè, quia ſcilicet, non impediunt, cum poſſent, niſi fauor tantus eſſet, vt iure dicerentur Auctores. Sic Diana, omnino ex Filliucio. Baſſæus *excommunicat.* 3. *num.* 14.

Sed certè, æquè probabiliter, & magis conſequenter reſpondeo, nec huiuſmodi perſonas, mandantes, & procurantes, vt corpus excommunicati in Eccleſia ſepeliatur, incidere in excommunicationem latam *in d. Clement.* contra ſepelientes in loco ſacro excommunicatos. *Primò*, quia ſi conſulentes, cooperantes, fautores, aut fauorem aliquem dantes, ad hoc vt excommunicatus in ſacro loco ſepeliatur, non incidunt in dictam Clementinæ excommunicationem, vt concedunt Suarez, Ægid. Filliuc. Mercerus, Megalius, & Diana, cur potius incident in illam, mandantes, aut procurantes dictum excommmunicatum ſepelire; cùm omnium ſit vna, eadémque ratio, vt conſtat. Omnes enim ad ſepeliendum excomunicatũ, æqualiter cõcurrunt, tam conſulentes, cooperãtes, fauorémque dantes,

quàm procurantes,& mandantes:ergo ſi illi non incurrunt dictam excommunicationem, eo quod in proprietate ſermonis, & in rigore, non dicuntur, ſepelire excommunicatum, vt dicti fatentur Authores; nec iſti ob eandem rationem, incurrent illam.

Secundò, quia ſepelire, in rigore ſermonis, *eſt mortuum humo, vel tumulo condere*, vt ait Gloſſa *in d.Clem. verb.ſepelire*, at ſic eſt, quod nec mandantes, nec procurantes, vt mortuus ſepeliatur, eo ipſo quod hæc faciãt, tumulo condunt mortuum: ergo nec propriè, & in rigore ſepeliunt: ergo nec in excommunicationem latam contra ſepelientes mortuum excommunicatum incident. Sic tenent Caiet. Nauarr. Henriquez, Auila, Bonac. Hurtado, Villalob. *loc.cit.*

QVÆSTIO XXV.

An tantummodo incidant in dictam excommunicationem qui proprÿs manibus cadauer excommunicati in ſepulchrum inferunt, & terra cooperiunt?

NEgant, vt vidimus, omnes Authores relati nuper pro prima ſententia. Anchar. Steph. Alter, Faber, & Vgolin. Cardin. etiam, Angel. Amilla, Suarez, Ægid. Filliuc. Mercer. Megal. Diana, Baſſæus.

Sed probabiliter certè, & æquè reſpondeo: tantummodo dictas perſonas in Clem. excommunicationem incidere. Quia illæ ſolum dicuntur, propriè, & in rigore ſepelire. Sic tenent in primis Caietanus *in ſum. verb. excommun. n.46.* vbi explicans dictam Clementinam, ita ait: Nota tertiò, quod appellatione *præſumentium ſepelire*, ſoli ſepelientes, de quibus verè dicatur, iſti ſepeliunt, comprehenduntur. Et licet communiter illi, qui ſepeliunt (hoc eſt, humo, vel tumulo immittunt cadauer) ſint perſonæ maiores in Eccleſia, non tamen propterea Canoniſtę ludibrio exponitur; quoniam Conditor Canonis noluit extendere ipſum ad facientes, aut mandantes ſepeliri, nec ad dantes ad hoc conſilium, ſeu fauorem, ſicuti in multis Canonibus fit. Quia igitur pœnæ non ſunt extendendæ, iſta infra proprietatem ſignificationis Canonis huius, ſicuti in cæteris, & ſolo ſepelientes ligari dicito. Sic Caietan. Ex quo iam patet reſponſio ad fundamentum contrariorum. Sic etiam Nauarr. *cap.27.n.137.* vbi in declaratione quinta, quam ad *d. Clement.* explanandam affert, ita ſcripſit: Quinta, quod ſolum, qui ſepeliunt, & collocant corpus in ſepultura incurrunt hanc Cenſuram, & non qui efferunt, aut proſequuntur, aut diuina officia peragunt, iuxta Gloſſ. *eiuſd. Clement. verb. ſepelire*, quamuis ſolus baiulus ſepeliret, iuxta Caietan. Quod videtur defendi poſſe per adducta ſupra, quamuis gloſſa ſingul. cum communi refragetur *in ead. Clem.* eo quod conſtitutio eſſet ludibrio, contra *cap. Commiſſa de Cler. lib.6.* pro qua facit limitatio quædam ibi facta, & fundata *in cap. Significauit, de Iuda.* At quis audeat dicere mille proſequentes funus excommunicari, vno ſolo baiulo ſepulturæ inferente, quod conſequeretur, &c. Sic meus Nauarrus.

Henriquez *lib.13.cap.11. num.3.* ita dicens: Prohibentur Chriſtiani propriis tantum manibus deponere in ſepulchro loci ſacri cadauer eius, qui fuerat publicè denuntiatus: & incurrunt excommunicationem maiorem, ſi id ſcienter præſumant. Et *cap.43. num.3.* vbi ſic ait: Tertiò. Clericus aut Regularis, etiam exemptus, aut laïcus vir, vel fœmina, non debet ſuis manibus ſolemniter in loco ſacro ſepelire denunciatum de excommunicatione, aut interdicto, aliàs ſi ita ſepelire præſumat ſuis manibus in loco ſacro, etiam non interdicto, incurrit excommunicationem Epiſcopo reſeruatam. Sic Henriquez, ibi. Et *in marg. lit. C.* hæc: Clericus, qui ſuis manibus non ſepelit, non fit excommunicatus.

Auila *2.p. cap.6. diſput.10. dub.6.* vbi explicando caſum præſentem contentum *in d. Clem.1. de ſepult.* ita inquit: Dico ſecundò, quod hæc excommunicatio ſolùm comprehendit eos, qui ſepeliunt actione phyſica & reali, id eſt, qui propriis manibus accipiunt defunctum, & deponunt in ſepultura. Quia Papa noluit extendere hanc excommunicationem ad mandantes, vel conſulentes, neque ad proſequentes funus, & pœnæ ſunt reſtringendæ. Sic Auila ibi. Et certè conſequenter ad ea, quæ docuit *cap.5. diſput.3. dub.2.* vbi latè probat, quod quando excommunicatio fertur contra facientes, non comprehendat mandantes, nec conſulentes, nec cooperantes, niſi caſu quo lex id aliquo modo declaret. Quod quidem non facit Pontifex in dicta Clementina.

Bonacina *diſput.2. quæſt.2. punct.3. §.5. num.8.* Sic loquens: Secundò requiritur, &c. vt propriis manibus ſepeliat excommunicatum. Nam excommunicatio videtur lata contra ſepelientes: propterea comitantes cadauer, vel cantantes, vel Crucem portantes, vel foueam extruentes, vel mandantes, vel conſulentes, non videntur affici hac Cenſura: nam Cenſura lata contra facientes, non comprehendit mandantes, vel conſulentes. Sic Bonacina.

Gaſpar Hurtadus *diſp.5. de excommunic. diffic.4.* per hæc verba: Imò ſolùm, qui propriis manibus ſepeliunt *incurrunt hanc excommunicationem*: non verò qui id mandant, vt contra Suarez, & Ægidium docet Auila *2.part.cap.6. diſput. 10.dub.6.* Quia licet qui mandant ſepelire, dicantur abſolutè ſepelire; non tamen omnino ſtrictè; ad quod dicta Clementina; vtpotè pœnalis, reſtringenda eſt. Et ob eandem rationem multò minus eam excommunicationem incurrunt, qui comitantur, & qui cantant, & qui deferunt lumina, & Crucem. Sic ille.

Villalobos etiam *tom.1. tract.17. diffic.30. num.2.* in quo explicando dictam *Clement.* hæc habet verba: [Tambien ſe aduierte con Caiet. Nauarro, y la Gloſſa, que ſolo incurren eſta Cenſura los que entierran y ponen el cuerpo en la ſepultura, y no los que lo lleuan, acompañan ò hazen el oficio, ni aun los que le entierran, ſino lo hazen à ſabiendas, ò con preſuncion, ſino que creen que eſtaban abſueltos, como dicen Caietan. y Nauarro el qual añade, que ſi eſtos fueſſen abſueltos ſin la deuida ſatisfacion, la abſolucion ſeria nulla, porque dice: *Nullatenus abſoluantur.* que ſignifica nulidad *ipſo iure.*] Sic Villalobos, & benè, excepto quod malè citat Gloſſam pro noſtra parte, cum, vt notat Syluester *excommun.9. num.70.* Gloſſa *in d. Clement. verb. ſepelire*, arguit pro vtraque parte ſed non determinat vllam.

DISPVTATIO IX.

De quarto effectu excommunicationis maioris, qui eſt priuatio, ſeu inhabilitas ad obtinenda Eccleſiaſtica beneficia, & eorum fructus.

QVÆSTIO PRIMA.

An excõmunicatio maior priuet, ipſo facto, hominem, beneficÿs, ante ipſam, legitimè obtentis?

RESPONDEO tanquam quid certum: non priuare. Quia nullo iure peculiariter hoc cauetur. Potius contrarium, *in c. Paſtoralis, §. verum de Appellat.*

Appellat. quatenus ibi, ſolùm priuatur excommunicatus fructibus beneficij, quos, durante excommunicatione, obuenit. Supponit ergo ibi Pontifex, non amittere excommunicatum, ipſo iure, beneficium propter excommunicationem. Vnde ita ſentiunt omnes DD. Innoc. *in cap. Cum bonæ, n.3. de ætat, & qualitat.* Archidiac. *in cap. Cum contumacia n.2. de heret. in 6.* Abbas *in cap.1. n.14. de Iudic.* Decius *ibid.* Syluest. *verò, excommunicat. 3. §.1. verſ. Nonò.* Quos citat & ſequitur Alterius *lib. 2. de Cenſur. diſput. 6. cap. 1.* Suarez *diſput. 13. de Cenſur. ſect. 1. num. 1.* Filliucius *tract. 12. cap. 5. quæſ. 1. dicto 2. n. 114.* Auila *2. p. de Cenſuris, cap. 6. diſp. 6. in principio.* Hurtandus *diſputat. 6. de excommun. diffic. 1.* Castro Palao *tom. 6. de Cenſur. diſp. 2. punct. 11. num. 2.* & penes ipſum, Ripa, Angel. Gonzalez, Garcia, Laymann, & alij.

QVÆSTIO II.

An ſaltem priuari poſſit excommunicatus, beneficijs, quæ ante excommunicationem legitimè obtinebat?

AFfirmant, poſſe abſolutè priuari excommunicatum omnibus beneficiis, tam acquiſitis ante excommunicationem, quàm poſt ipſam, ſi per annum in excommunicatione inſorduerit, Innocent. *in cap. Cum bona, n.2. de ætat. & qualitat. Ordin.* & alij communiter Doctores, vt ait Alterius *tom.1. lib.2. diſputat.6. cap.1. col.2.* & tenent Auila ex parte *loc. cit.* per hæc verba: Supponendum eſt, quod excommunicatio maior non priuat ipſo facto beneficiis legitimè acquiſitis, ante excommunicationem; nihilominus priuandus eſt ſi per multum temporis perſeueret in excommunicatione, iuxta *cap. Cum bona memoria, de ætate & qualit. ordinand.* Ita Auila.

Sed clarius, & probabiliùs reſpondeo: dicendum. Quod excommunicatus, qui etiam per mille annos, perſeuerat in excommunicatione lata, ratione contumaciæ in cauſa ciuili, nullo modo eſt priuatus beneficio, nec eſt priuandus, quia id nullo iure eſt expreſſum. Si verò eſt excommunicatus pro crimine hæreſis, vel alio, ipſo iure priuante reum beneficio, & in excommunicatione per integrum annum perſeuerat, tunc ipſo iure eſt priuatus beneficiis. Si tandem excommunicatus perſeuerat per annum in excommunicatione lata ob contumaciam ſuper crimine, quod dignum eſt priuatione beneficij per ſententiam, non tamen illam habet annexam ipſo iure, putà propter homicidium, tunc non eſt priuatus beneficiis poſt annum, ſed eſt per ſententiam priuandus, eo quod tunc habeatur pro conuicto, vel confeſſo. Sic ex Nauarro *cap.27. num.23.* Rebuffo *in repet. in cap. Poſtulaſtis à num. 242.* & ex aliis Doctoribus docet Alterius *loc. cit. col.6. verſ. Ex dictis igitur.* Palao *diſp. 2. punct. 11. num. 2.* & alij penes ipſum.

QVÆSTIO III.

An collatio Beneficij facta Excommunicato, ſit ipſo iure inualida, & nulla?

REſpondeo tanquam certum: collationem beneficij factam Excommunicato, tempore, quo excommunicationis vinculo manet aſtrictus, eſſe ipſo iure in vtroque foro nullam. Quia ſic decreuit Innocent. III. *in cap. poſtulaſtis, de Clerico excommun. miniſtr.* his claris verbis: Clericis excommunicationis vinculo innodatis, Eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt, nec illi valent ea retinere licitè, niſi forſitan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum, cum ea non

fuerint canonice conſecuti. Sic Pontifex. Cuius decreti hæc potuit eſſe ratio. Nam beneficium potiſſimè datur propter officium Eccleſiaſticum, *cap. Cum ſecundum, de præbend.* at ſic eſt, quod excommunicatus eſt ſuſpenſus ab omni officio Eccleſiaſtico, nempe ab adminiſtratione rerum ſacrarum, & diuinorum officiorum, vt *ſup.* eſt habitum: ergo beneficium Eccleſiaſticum ei conferri non poteſt. Sic Rota in Antiquis *deciſ. 363.* Canoniſtæ *in d. cap. Poſtulaſtis*, Nauar. *in cap. Si quando, de reſcript. exceptione nona, aliàs decima,* & *in ſum. cap. 27. num. 21.* Couar. *in cap. Alma mater, 1. part. §.7. num. 1. & 8.* & penes illum, Ioannes Staphilæus, Archidiac. Bertachin. Specul. & communis. Theologi etiam *in 4. diſtinct. 18.* Richard. *diſt. 18. art. 7. quæſt. 4.* Palud. *quæſt. 4.* Anton. *3. part. tit. 24. cap. 76.* Sot. *diſt. 22. quæſt. 1. art. 4.* Suar. *diſput. 13. ſect. 1. num. 2.* Alter. *lib. 2. diſputat. 6. cap. 2. in princip.* Henriq. *lib. 13. cap. 13. numero 1.* & penes ipſum, *liter. B.* Gabr. Caiet. Victoria, Angel. Syluest. & alij Auila *2. p. c. 6. diſp. 5. dub. 2.* Sayrus *lib. 2. cap. 5. n. 5.* Vgolin. *tab. 2. cap. 13. §. 1.* Ægid. *diſp. 14. dub. 9.* Filliuc. *tract. 12. cap. 5. quæſ. 1. n. 113.* Reginaldus *lib. 72. n. 43.* Vaſq. *tract. de excomm. dub. 6.* Luyſ. *lib. 2. de Cenſ. diſp. 16. dub. 1.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. punct. 4. §. 1. n. 1.* Hurt. *diſp. 6. de excomm. diffic. 2.* Sà *verb. excommunic. n. 28.* Bauny *diſp. 7. de excomm. q. 18. in princip. & etiam dict. 3.* Cornejo *diſp. 10. de excomm. §. 7. dub. 1.* Machado *lib. 1. p. 3. tract. 3. docum. 10. n. 2.* & alij. Qui omnes cum Rota citata conueniunt, hanc reſolutionem intelligendam eſſe, tam de excommunicato à iure, quàm de excommunicato ab homine; quia iura abſolutè & indiſtinctè loquuntur.

QVÆSTIO IV.

An ſaltem, collatio Beneficij facta excommunicato tolerato, & non vitando, ſit valida, & rata?

AFfirmat Gaſpar Hurtad. *diſp. 6. de excomm. diffic. 2. n. 6. & 7.* his verbis: Et nomine Excommunicati, quem dicimus inhabilem ad beneficium obtinendum, communiter intelligitur à DD. etiam toleratus, quia per Extrauag. *Ad euitanda ſcandala*, per quam toleratur, nullus intenditur fieri fauor tolerato: fieret autem ſi non eſſet inhabilis, etſi collatio beneficij ei facta eſſet valida. Id tamen difficile exiſtimamus, quia ſi collatori licitum eſt excommunicato tolerato beneficium conferre, iuxta dictam Extrauagantem, non minus quam Sacramenta adminiſtrare; vt diximus *diſp. 2. diff. 4.* quomodo collatio illi facta erit nulla cum iure naturali illicitum ſit beneficium conferri inhabili. Quando verò in Extrauagante dicitur, quod nullus ei intenditur fieri fauor, eſt verum quamuis fiat, aut maneat habilis: quia hoc non fit, vt ei faueatur, ſed vt faueatur fidelibus, vt abſque ſcrupulo poſſint cum illo communicare. Hucuſque Hurtadus. Quem (poſt relatam ſententiam contrariam) refert, & videtur ſequi (neſcio) Diana *p. 5. tract. 9. reſolut. 99.*

His Authoribus addo nouiſſimè Stephanum Bauny, eandem ſententiam iis verbis docentem: Secundus caſus, in quo beneficij collatio excommunicato facta, eſt valida, eſt cum eius Cenſura eſt occulta: nam Canon ille *Poſtulaſtis*, de eo quem excommunicatum eſſe certò conſtat, non autem de occulto capi debet: eſt enim hoc Iuriſperitorum axioma longè certiſſimum, quod quando in Canone, aut lege exprimitur eius ratio, quantumcumque ſit hæc generalis, latéque patens, reſtringendam tamen hanc eſſe, iuxta rationem in ea expreſſam; ex quo ſequi aiunt, quod vbi iſti nullus eſt locus, nullum quoque eſſe legi, aut Canoni. Ita Nauarrus *conſil. 5. de teſtament.* Azorius *tomo 1. lib. 5. capite 16. quæſtione 9.* Agè ergo, videamus quid rationis, ac cauſæ Pontifici extitit;

Digitized by Google

excommunicati à beneficiis excludendi: Nempe, *quod cum excommunicato communicari non debeat*, cap. *Poſtulaſtis 7. de Clerico excomm. miniſtr.* at non habet hæc ratio locum in occulto, cum vitari non debeat, ſed nominatim excommunicatus, ac denunciatus, vt eſt, *in concordat, tit. de excommunicatis non vitandis, & in Extrauag. Ad euitanda.* Hæc Bauny *diſput. 7. de excommun. quaſt. 18. dicto 3. verſ. Secundus caſus.*

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod etiamſi collatio beneficij facta ſit excommunicato tolerato, & non vitando, ſit adhuc inualida, ac nulla, eodem modo, ac ratione, ac eſt inualida, facta excommunicato non tolerato, & vitando. Ratio eſt, quia ex vna parte, iura vetera de omnibus excommunicatis, tam de publicis, quàm de occultis, tam de toleratis, quàm de non toleratis, vt omnes fatentur, loquuntur: ex alia verò, Extrauagans Martini V. *Ad euitanda*, nullo priuilegio afficit ipſos excommunicatos, nec aliquam vtilitatem, aut commodum illis affert: ergo etiam quantum ad eos iura antiqua ſunt ſeruanda: ſed iuxta iura antiqua collatio beneficij facta cuicunque excommunicato, eſt nulla, & inualida: ergo.

Nec obſtat fundamentum Hurtadi. Nam in primis falſum eſt, licitum eſſe collatori, beneficium excommunicato tolerato conferre, vt latè, & benè probant Suar. *diſp. 13. ſect. 1. à n. 26.* & Alter. *tom. 1. lib. 2. diſput. 6 c. 2. verſ. Sed difficultas eſt.* Rurſum etiam eſt falſum, quod non ſit fauor & maximus conferre beneficium excommunicato, vt conſtat. Ruit ergo.

Nec item obeſt quid fundamentum Stephani Bauny. *Primò*, quia licèt Pontifex rationem propter quam excommunicati à beneficiis excludendi ſunt, hanc eſſe dixerit, nempe, *quod cum excommunicatis communicari non debeat*; non tamen inde colligitur, quod collatio beneficij facta excommunicato tolerato ſit valida, tum quia huiuſmodi ratio, quem aſſignauit ad conſtituendam hanc legem pœnalem Pontifex, tunc temporis comprehendebat omnes excommunicatos, tam occultos, quàm publicos, tam toleratos, quàm non toleratos, cum omnes hos tenerentur fideles vitare, & ſic fuit ſufficiens tunc, & nunc erit etiam, quantum ad effectum præſentis quæſtionis; cum per Extrauag. Martini V. nullo modo eis fuit aliquod priuilegium, aut beneficium conceſſum. *Secundò*, quia alia vltra aſſignatam, fuit ratio, ſeu congruentia priuandi excommunicatos beneficiorum obtentione, & collatione, vt habitum eſt, *quaſt. 3.* quæ quidem omnes excommunicatos comprehendit.

Vnde hanc noſtram ſententiam tenent communiter DD. Abbas *in cap. Poſtulaſtis, cit. n. 4.* Couar. *in cap. Alma mater, 1. p. §. 7. n. 2. verſ. Sextò hac principalis concluſio.* Caſſad. *dec. 1. n. 4. & 5. de prabend.* Henriq. *lib. 13. cap. 3. §. 3. & cap. 7. §. 3.* vbi *lit. Z.* citat pro hac parte Caiet *de excomm. fin. §. vbi ſcito* Paludanum *diſt. 18. q. 4. n. 5.* Gabrielem *q. 2. art. 3. dub. 1.* Nauar. *cap. 25. n. 133. in fine, & c. 27. n. 21. §. Nonò.* Sotum *diſt. 22. q. 1. art. 2.* Victoriam *de excomm. §. 16.* Sylu. *excom. 3. §. 9.* Angel. *excom. vlt. §. 8.* & Armillam *§ 9.* Eandémque ſententiam repetit *cap. 13. §. 1.* illis verbis: Si non excommunicatus conferat (*beneficia Eccleſiaſtica*, intellige, excommunicato etiam occulto, receptio & titulus eſt vtroque foro irritus, & pati iuris ratione, excommunicatus, eſt incapax vt eligatur. Sic ille Suarez *diſp. 13. ſect. 1. à num. 25.* Alterius *lib. 2. diſputat. 6. cap. 2. ſecundo dub.* Auila *2. part. cap. 6. diſputat. 5. concluſ. 1. verſ. Primò, quod concluſio.* Vaſquez *tract. de excommunic. dub. 6. n. 4. verſ. Tertiò notandum eſt.* Ægid. *diſp. 14. dub. 9.* ita dicens: Nota hæc vera eſſe, etiamſi excommunicatus ſit toleratus. Nam etſi Concilium Conſtantienſe permittat nobis cum talibus communicare, non tamen reddit eos habiles ad beneficia acquirenda; quia ſic immediatè iis magnum fauorem præſtaret. Sic ille Filliucius *tract. 12. cap. 5. quaſ. 1. dicto 3. num. 115.* Bonacina *diſput. 2. q. 2. punct. 4. §. 1. n. 1.* & penes illum, Sayrus, Vgolinus, & Reginaldus *quaſt. 3.* citati. Cornejo *diſp. 10. de excomm. §. 7. dub. 1.* Luyſius *lib. 2. de Cenſur. diſputat. 16. dub. 2. verſ. Item ſciendum eſt.* Villalobos *tom. 1. tract. 27. diffic. 9. num. 5.* Laymann. *tom. 1. lib. 1. tractatu 5. part. 2. cap. 2. num.* 8. Machado *lib. 1. part. 3. tract. 5. docum 10. num. 1.* Baſſæus *excommun. 3. num. 15.* Candidus *diſquiſit. 18. artic. 25. dubit. 5. dicto 7.* Palao *diſput. 2. quaſt. 11. num. 3.*

QVÆSTIO V.

An collatio beneficij facta excommunicato inuincibiliter ignoranti, ſe eſſe excommunicatione maiori ligatum, ſit etiam inualida, ac nulla?

NEgat apud Leſſium, & Bonacinam, & alios Doctiſſimus Nauarrus *in cap. Fratres, de pœnit. diſt. 5. num. 45.* cum Gloſſa. 2. *in cap. Apoſtolica. de Cler. excommun. miniſtrand.* Felino, & Cardin. exiſtimans, eſſe talem electionem, ratam, ac validam. Hanc ſententiam eſſe in foro conſcientiæ (non in externo) veram, probat Bauny *diſput. 7. de excommun. quaſt. 18. verſ. Caſus tertius.* Quia inhabilitas, inquit, ad acquirenda beneficia, eſt pœna maior, ac acrior, quàm irregularitas eam ergo nonniſi ob culpam infligi conuenit, eámque grauem: At qui ignorans aliquid agit, aut recipit, non peccat: collato ergo ſibi beneficio non excidit, qui cum excommunicatum ſe neſciret, aut eſſe ſe talem oblitus eſſet, eo donari ſe eſt paſſus. Hæc Bauny. Imò in vtroque foro eſſe probabiliorem ſententiam Nauarri, in caſu, quo excommunicatus, cui facta eſt collatio beneficij, laboret probabili ignorantia de ſua excommunicatione, ſentit Diana *parte 5. tract. 9. reſolut. 99.* vt dicunt hæc ſua verba: Notandum eſt etiam contra Coninch, Tortrianum, Villalob. & Sanchez *vbi ſuprà*, quod ſi promiſſus ignoret ſe eſſe excommunicatum ignorantia probabili, tunc electio, & collatio beneficij, non erit irrita. Et hanc ſententiam probabilem eſſe docent ipſimet aduerſarij, vt Leſſius *lib. 2. cap. 34. dub. 22. n. 117.* & illam abſolutè tenet contra Suarez, & Philippus Faber *de Cenſur. in 4. ſentent. diſtinct. 25. quaſt. 1. diſput. 5. cap. 4. num. 191.* Hæc Diana.

Sed probabiliùs reſpondeo: adhuc talem collationem beneficij factam excommunicato ignoranti eſſe ſe excommunicatum, eſſe inualidam, ac nullam. *Primò*, quia licet ignorantia probabilis poſſit excuſare à culpa, & ex conſequenti à pœna; non tamen poteſt tribuere valorem actui aliàs inualido, nec poteſt ſuſpendere effectum excommunicationis legitimè latæ, vt collatio beneficij, quæ propter excommunicationem nulla eſt, ſubſiſtere valeat ex cauſa ignorantiæ excommunicationis. Ignorantia igitur excommunicationis ſolum eſt conſideranda ad effugiendas pœnas iuris, ſtatutas quidem aduerſus excommunicatos aliquid prohibitum agentes, non tamen quoad valorem ipſius actus, vt notatur à DD. *in cap. penult. de Cler. excommunic. miniſtr.* Ex quo iam patet quid ad fundamentum contrarium ſit reſpondendum.

Secundò, quia excommunicatus maior, abſolutè eſt factus à iure inhabilis Eccleſiaſtici beneficij, neque in iure ſit exceptio de ignorante: ergo ignorantia non poteſt illum reddere habilem ad beneficium Eccleſiaſticum obtinendum; quia ignorantia eum, cui ineſt, excuſat, vt diximus à peccato, non tamen facit habilem. Sic tenent communiter Doctores *in cap. Paſtoralis, de Appellat. & in cap. Apoſtolica, de Cleric. excommun. miniſtri.* Vbi Gloſſa *verb. Paſtoralis*, & ibi

Digitized by Google

Abbas,& Cardin.quos citat, & ſequitur Couarruuias *in cap. Alma mater* 1. *p.§.7. num.*3. *verſ. Decimo hac in controuerſia.* Rebuff. *in cap. poſtulaſtis, de Cler. excomm. miniſtr.num.*62. Nauarrus *cap.*27.*n.*272. *verſu, octauo, quod*; vt infra Suarez *diſput.*13.*ſect.*1.*n.*3. dicens,hanc ſententiam ſibi certam videri. Henriquez *lib.*13.*c.*3. *num.*3. ibi: Collatio facta excommunicato maiori, etiam ignoranti, eſt vtroque foro irrita, & *cap.*7.§.3. ibi: Excommunicatus etiam occultus peccat mort. ſi recipiat collationem beneficij. Nam illius eſt incapax, etiam ignorans propriam excommunicationem. Quia (*addit lit. A.*) in hac re, quæ eſt iuris Eccleſiaſtici, Eccleſia potuit, & voluit facere incapacem. Sic ille. Qui *cap.*3.*cit. num.*3.*lit.T.* citat pro hac parte Nauarrum *in ſum.cap.*25. *num.*133. *fine*, & *cap.*27. *num.*21. *verſ. Nonò.* Sed non benè. Nam *num.*133. *cit.* potius inſinuat oppoſitum, dum ait, quod peccat mortaliter, qui beneficium Eccleſiaſticum accipit *Sciens, aut ſcire debens, ſe irregularem, ſuſpenſum, excommunicatum,aut interdictum eſſe; & titulus eius eſt nullus.* Sciens, aut, ſcire debens, ait Nauarrus: non ergo id de ignorante excommunicationem concedit. Nec rurſus, *cap.*27.*num.*21. *cit.* expreſsè pro hac eſt ſententia; cum ſolum dicat, quod excommunicatio *priuat facultate eligendi actiua, & paſſiua.* Tenent etiam noſtram reſolutionem, Alterius *lib.*2. *diſput.*6.*cap.*2.*col.*3.*verſ. Adhuc hac concluſio.* Vaſquez *de excommunicat. dub.*6. *verſ. Sextò id non ſolum.* Leſſius *lib.*2.*cap.*34. *dub.*22. *num.*117. (non 127.vt leges apud Bonacinam) dicens, ita ſeruari in praxi: Nam Papa ad cautelam ſolet abſoluere à Cenſura dum alicui de beneficio prouidet; ſcilicet ad effectum duntaxat præſentis collationis conſequendum. Sanch. *tom.*1.*opuſc.lib.*2. *cap.*2.*dub.*10. *num.*7. Sayrus *lib.*2. *cap.*5. *num.*8. Auila 2. *part.cap.*9. *diſput.*5. *dub.*2. *concluſ.*1. *verſ. Primò, quod concluſio.* vbi citat Nauarrum *cap.*27. *num.*271. *dict.*8. & benè quidem. Ait enim ibi (*mihi num.*272.) ſic: Octauò, quod illud dictum de collatione beneficij facta alicui excommunicato, quod ſit nulla, procedit etiam in eo qui ſe excommunicatum ignorat. Secundum gloſ. Panormit. & com. *in cap. penult. de Cler. excommunic. miniſtr.* Nam licet ignorantia excuſet à pœna tranſgreſſionis, non tamen efficit capacitatem acquiſitionis; cuius excommunicatus eſt incapax, *cap. Poſtulaſtis, eod.tit.* ſufficeret tamen diſpenſatio Epiſcopi, ſi ad eum ſpectabat collatio, ſecundum omnes, non tamen ſi ad alium, quidquid dicat Panorm. *in dicto cap. Paſtoralis.* Quod tamen non procedit in collatione facta à Papa, vel legato cum clauſula abſolutionis, quoad effectum præſentiam conſequendum in literis eorum apponi ſolita de qua Felinus *in cap. Apoſtolicæ, col.*1. *de except.* & alij alibi. Hæc meus Nauarrus. Quid clarius, vt iam non pro contraria, ſed pro noſtra ſententia citari debeat. Filliucius *tract.*12. *cap.*5. *quæſ.*1.*dicto* 3.*num.*115. Ægidius *diſput.*14.*dub.*9.*n.*70. *verſ. Nota.* Bonacina *diſput.*2. *quæſt.*2. *punct.*4.§.1.*n.*2. Raynaudus *de monit.part.*2.*cap.*2. *num.*29. Faber *in* 4. *diſtinct.*25.*quæſt.*1. *diſput.*4. *cap.*3. *num.*193. Luyſius *lib.*2.*diſput.*16. *dub.*1. Cornejo *diſput.*10.*de excommun.* §.7.*dub.*1. Laymann. *lib.*1. *tract.*5. *part.*2.*cap.*2.*num.*8. *verſ. Quintus effectus.* Baſſæus *excommunicat.*3. *num.*15. qui tamen malè citat Dianam pro hac parte, *loco citato* à nobis pro contraria, Villalobos *tract.*17. *diffic* 9. *num.*5. Candidus *in diſquiſit.mortal. diſquiſit.*18.*art.*15. *dubit.*5. *dicto* 6. Machado *lib.*1.*part.*3. *tract.*3. *docum.*10. *num.*5. Palao *diſput.*2.*punct.*10. *num.*4. Garcias *de benef. part.*7. *cap.*13.*numero* 9. & alij.

QVÆSTIO VI.

An ſaltem ſit valida beneficij collatio, facta illi, qui tempore collationis, credebatur, ſed falsò, eſſe excommunicatus?

RESpondeo tanquam certum: eſſe omnino validam,ac ratam. Quia inhabilitas ad obtinenda Eccleſiaſtica beneficia, eſt effectus excommunicationis maioris, ergo vbi reuera, excommunicatio non eſt, neque effectus eius erit. *Confirmatur.* Nam iura pronunciant, excommunicatum eſſe inhabilem ad beneficia:at qui hominum ſolum opinione exiſtimatur excommunicatus, reuera non eſt excommunicatus: ergo non eſt inhabilis ad beneficia. Sic communis. Vgolin. *tab.*2.*cap.*13.§.1.*num.*2. Suarez *diſput.*13.*ſect.*1.*num.*32. & *ſect.*2.*num.*19. Alterius *lib.*2.*diſput.*6. *cap.*6. *in princip.* Bonacina *diſput.*2.*quæſt.*2.*punct.*4 §.1.*n.*8.

QVÆSTIO VII.

An ſimiliter,valida,ac rata ſit electio,aut collatio beneficij facta ei, qui per ſententiam fuit excommunicatus,ſed reuera nulliter?

RESpondeo tanquam certum: etiam eſſe validam, ac ratam. Sic habetur *in cap. Dilectis, de appellat.* & *in cap. Licet,de ſent. excomm.in* 6. & cap. *ſolet.eod.tit.* & *lib.* Et ratio eſt, quia quod nullum eſt, nullum parit effectum, cap. *Cum contingat, de offic. Deleg.* & cap. *Per tuas, de ſentent. excommun.* ergo excommunicatio nulla, non poteſt inferre aliquam inhabilitatem. Vnde quotieſcumque poſtea in iudicio nullitas ſententiæ probetur, collatio beneficij, facta poſt ſententiam Cenſuræ, rata iudicari debet. Sic Gloſſa *in cap. Sæpè, verb. Rata manet, de Appellat.* Innocent. & Ioan. Andr. *in cap. Dilectis, de Appellat.* Rebuffus *de excommun.non vitan. fol.*731. *verſ. Primò fallit.* Nauarr. *in cap. Cum contingat, de reſcript. remed.* 2. *num.*9. & *ſeq.* Couarruuias *in cap. Alma mater, part.*1. §.7. *n.*5. *verſ. Decimotertiò*, & penes ipſum, Abbas *in cap. Ita quorundam, de Iudæis.* Henricus *in cap. Dilectis. citat.* Suarez, & Alterius *locis nuper citatis*, & alij communiter.

QVÆSTIO VIII.

An item, ſit valida, ac rata collatio beneficij, facta illi,qui per ſententiam Iudicis, iniuſtè, validè tamen, fuit excommunicatus?

RESpondeo tanquam certum: in hoc caſu, nullo modo eſſe validam, ſed inualidam, ac irritam. Quia cum in hoc caſu. ſententia ſit ſimpliciter valida, vt ſupponimus, quamuis iniuſta, veram infert excommunicationem, ac conſequenter eius effectum. Sic Couarruuias *loc. cit.num.*7. *in fine*, *verſ. Hinc decimoquartò.* Suarez *loc.cit.num.*33.

QVÆSTIO IX.

An ſit valida collatio beneficij, facta alicui,tempore, quo non eſt maiori excommunicatione ligatus, poſtea tamen dum eſt maiori excommunicatione adſtrictus, collationem acceptat?

NEgant(apud Couar.) Cardinalis *in cap. Poſtulaſtis, de Cler.excomm.miniſtr.* & Andr. Alciat. *in cap.*1.*de Iudic.num.*12. Suarez *etiam diſput.*13.*ſect.*1.*num.*17. & *diſp.*14 *ſect.*2.*num.*34. Vaſquez *de beneficijs cap.*4.*dub.*2. Ægidius *diſputat.*14. *de Cenſur. dubio* 9. *num.*78. *verſ. quia in re.* Leſſius *lib.*2. *capite* 34. *de benefic. dubio* 22.

*num.*118. apud Auilam, *vbi infrà* Victoria,& Cano. Negat etiam Hurtadus *diſput.6. de excomm.difficult.*3. Laymann.*lib.*1.*tract.*5.*part.*2.*cap.*2.*num.*11. Raynaudus *de monit.part.*2.*cap.*2.*num.*29. & apud Henriquez *infrà*. Sorus,& alij Recent.

Fundamentum horum Doctorum eſt. Quia etſi per collationem beneficij acquirat non excommunicatus ius ad rem, non tamen in re, & ideò non facit illud completè ſuum, donec is collationem ratam habuerit, & acceptauerit, vt expreſſus eſt text. *in cap. Si tibi abſenti. de præbend. lib.6.l. Abſenti.ff.de Donat. l. Qui abſenti, ff. de acquir. poſſeſ.* At ſic eſt, quod excommunicatus eſt incapax ad ius acquirendum præſertim ſpirituale, & Eccleſiaſticum, quale eſt ius ad beneficium: ergo acceptatio beneficij facta per excommunicatam eſt nulla, ac conſequenter collatio beneficij facta eo tempore, quo is non erat excommunicatus.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: talem collationem eſſe validam. Quia æquè probabile eſt, validè talem collationem ab exiſtenti in communicatione maiori, poſſe acceptari. Itaque ſi hodie conferatur beneficium Petro, & ipſemet, craſtina die, excommunicationem incurrat, eâque contracta & nondum ablata acceptet beneficium, validè acceptabit, fiétque omnino in re collatio abſolutè valida.

Ratio eſt. *Primò*, nam conſuetudo, & ſtylus ita ſeruat, vt probant multæ deciſiones Rotæ. In nouis 195. in antiquis vltima *de ſent. excommun.* 126. & 720. quas refert Couarruuias *in cap. Alma, 1. part. §.7.num.4.verſ.Duodecimo admonendum eſt*: ergo.

Secundò, quia iura ſolùm prohibent, & irritant collationem beneficij factam excommunicato, non verò acceptationem beneficij: ergo acceptatio valida eſt; patet, quia diſpoſitio legis, quod ſcilicet, collatio beneficij facta excommunicato non teneat, eſt odioſa, & pœnalis: ergo potius eſt coarctanda, & non extendenda ad caſus non expreſſos in iure. *Confirmatur*; quia excommunicatus in actu acceptationis beneficij, ſe habet, vt priuatus, cum nec conferat ſibi, nec eligat ſe, ſed exprimendo conſenſum, & acceptando ponit conditionem, & diſpoſitionem, ſine qua collatio non haberet plenum effectum: ergo excommunicatus validè poterit acceptare beneficium collatum ſibi, tempore quo non erat Cenſura ligatus. Sic ſentiunt ex Canoniſtis, Rebuff. *in Rub. de excommun. non vitand. verſ. Tertiò fallit.* Gigas *de penſion. qu.*63. *num.*15. & penes ipſum, Domin. & Francus *in cap.fin. de conſuetud. lib.*6. Ludouic. Gomeſius *in tract. de expectat. num.*60. Nauarr. *in cap. Si quando. de reſcript. exceptione* 10. *col.*13. Couarru. in *cap. Alma mater. loc. cit.* & anteà *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.*16. *num.*4. vbi licèt contrariam opinionem non improbet, imò pluribus probet, non vult tamen ab hac noſtra recepta, frequentiori conſenſu, opinione, recedere. Quod idem facit Alterius *lib.*2. *diſp.*6.*c.*5. *verſ. Ab hac communi ſententia*, adhibita declaratione quadam. Vgolinus *tab.*2.*cap.*13.§.1.*n.*2. Sayrus *lib.*2. *capit.*5.*numer.*11. Auila 2. *parte cap.*6. *diſput.*5. *dub.*6. (non 8. vt leges apud Bonac.) *verſ. Secunda opinio.* Vbi ad fundamentum contrariorum reſpondet, quod conceſſo quod per acceptationem acquiratur aliquo modo ius in beneficio (quod alij adhuc negant) nihilominus acceptatio ſit valida, non quantum ad iuris acquiſitionem, ſed quantum ad declarationem conſenſus, taliter, quod ſi poſt talem declarationem, abſoluatur ab excommunicatione, non eſt opus alia electione, collatione, aut acceptatione, eo quod cum primùm abſoluitur, acquirit ius in beneficio, & non antea, & ita ſi poſt abſolutionem moriatur, illud beneficium vacat de nouo. Sic ille. Tenent rurſus hanc, noſtram ſententiam Vaſquez (ſibi, quod eſt mirum contrarius) *tract. de excomm. dub.*6.*num.*9. *verſ. Ex his opinionibus* (inquiens) mihi videtur vera ea, quæ eſt Nauarri, quod talis acceptatio ſit vera, & non irrita ipſo iure, &c. *Et infra* reddit rationem dicens: Quia hoc tantum pendet ex iure, & in illo non videmus excommunicatum priuari acceptationis iure, ſed tantum iure collationis: ergo non eſt cur ad acceptationem iura extendamus, cum tantum de collatione loquantur. Vnde licèt priuetur per Canones iure, quod excommunicato datur per collationem, non tamen iure, quod ipſe acquirit per acceptationem, & explicationem ſui conſenſus. Sic ille. Et benè. Azor etiam *p.*2. *lib.*7.*cap.*23.*q.*5.*ſub finem*, & hanc ſententiam vt probabilem ſequitur Filliuc. *tract.*12.*cap.*5.*quæſ.*3.*verſu, Eadémque ratione.* Et vt veriorem adhuc, Candidus *diſquiſ.*18.*art.*14.*dubit.*3. Luyſ.*lib.*2.*de Cenſur diſp.*16. *dub.*2.*verſ. Mihi placet.* Cornejo *diſp.*10. *de excomm.* §.7.*dub.vnic.quæſ.*5. Baſſæus.*verb. Excommunicatio* 3. *n.*15.*verſ.ſecundum tamen communem.* Qui & citat pro hac parte Ægidiũ *diſp.*14.*dub.*9.*cit.n.*54. ſed malè omnino. Tum, quia illud dubium nonum incipit *à n.*69. tum quia expreſsè oppoſitum tenet *num.*78.*ſup.cit.* Toletus *lib.*1.*ſumm.cap.*13.*n.*5.*verſ. Aduerte tamen.* Henriquez *lib.*13.*cap.*13.*num.*3. vbi *lit. H.* dicit, hanc ſententiam, eſſe certam in praxi. De hac quæſt. etiam tractat Machado *lib.*1.*p.*3.*tract.*3.*docum.*10.*n.*4. ſed ſuo more. Tenet tamen poſitiuè, & clarè, Diana *p.*4.*tr.*4.*reſol.*56. *lut.*56. & *p.*5.*tract.*9.*reſol.*102. Præpoſitus *in* 3.*p.q.*3.*de excommun.dub.*11.*n.*67. & Palao *diſp.*2.*punct.*10.*n.*10.

Qvæstio X.

An ſaltem, ſic acceptans beneficium in excommunicatione, peccet?

AFfirmant peccare,& mortaliter aliqui, quos, ſuppreſſis nominibus, referunt Suarez, & Alterius, *infrà*

Sed probabiliùs reſpondeo: nullo modo peccare, nec adhuc venialiter: niſi aliàs animum habeat excercendi munia acquiſiti beneficij, abſque abſolutione excommunicationis. Quia (vt nuper eſt habitum) acceptatio beneficij, non eſt prohibita excommunicato: ergo abſque vllo peccato fieri poteſt. Sic Henriq. *cap.*13.*cit. n.*3. Qui & *lit. K.* citat Caietanum *v.excomm.ad finem.* Sayr.*lib.*2.*cap.*5.*n.*11. Suar. *diſp.*13.*ſect.*1.*n.*22. Alterius *lib.*1.*diſp.*6.*cap.*5.*in fine.* Candid.*dubit.*13.*cit.* Filliucius *tract.*12.*cap.*5.*quæſ.*5.*dicto* 1. per hæc verba: De eo autem, qui acceptat in excommunicatione, pro tempore obtentæ abſolutionis, beneficium ad quod eſt electus, ante excommunicationem; dic, non peccare. Tum, quia acceptatio illa pro tempore habili, non eſt prohibita ex vi excommunicationis. Tum, quia nulla eſt cooperatio ad iniuſtitiam, cum & electio facta fuerit perſonæ tunc dignæ, & habilis, & acceptatio etiam pro tempore habili, & licito. Hæc ille. Luyſius etiam *lib.*2.*diſput.*16.*dub.*2.*in fine.*

Qvæstio XI.

An etiam ſit valida collatio beneficij, facta Excommunicato maiori, caſu quo talem collationem acceptet, poſt abſolutionem ab excommunicatione?

AFfirmant plures Doctores eſſe validam, talem collationem beneficij, acceptatam poſt obtentam abſolutionem excommunicationis; dummodo, tempore acceptationis, electores, aut Collatores, in ſua prima voluntate permaneant. Quia tunc (inquiũt) prior electio, & collatio, ratificatur, & approbatur per continuationẽ, ſeu permanentiam in prima voluntate.

Ita

Ita ſentiunt apud Bonacinam, & Dianam, Henricus, Henriq.& Couarr. & alij, quos citat Sanch. *de Matr. lib.* 8.*diſp*.7.*n*.12.Sed ex his Doctoribus,ſolus Henriq. tenet hanc ſententiam *lib*.13.*cap*.13.*num*.1.his verbis: Satis tamen videtur ſi ita electus, aut præſentatus, antequam acceptet, aut fiat ſibi collatio, abſoluatur, & fiat capax. Ita ille. Qui pro ſe *lit. D.* citat Lapum *all*.8. & Couarruuiam *in cap. Alma mater* 1. *part*. §.7. *num*.4. Sed profectò malè citat hunc vltimum Doctorem. Quia *n*.4. nil habet ad propoſitum. Benè tamen *n*.8. vbi tamen ſolum ait, talem collationem beneficij factam exiſtenti in maiori excommunicatione eſſe validam, caſu quo intercedat diſpenſatio Epiſcopi: ait namque ſic: Et ſi verum ſit, excommunicationem hunc effectum producere, quod efficiat nullam collationem beneficij factam excommunicato, diſpenſatio tamen Epiſcopo conceſſa eſt, vt is poſt abſolutionem ab excommunicatione permittat beneficium illud obtineri ab eo, cui collatum fuit. Ita ille, & alij, quos *loco cit.* citat Sanchez. Qui omnes, non de quæſtione à nobis propoſita, ſed infra proponenda, agunt. Malè ergo pro hac citantur. Et licet ſententia Henrici, vt aiunt Leſſius, Bonacina, & Diana, ſit probabilis.

Probabilius tamen, & multò longè, reſpondeo minimè eſſe validam talem collationem beneficij, etiam caſu, quò, poſt obtentam abſolutionem excommunicationis, ab electo acceptetur: (ſaltem non interueniente diſpenſatione Epiſcopi, de quo *infrà*.) Ratio eſt, quia collatio, quæ ab initio nulla fuit, non poteſt validari ex abſolutione ſequuta, iuxtà regulam iuris: *Quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere, ff. de reg. iuris, l.* 1. Sed collatio beneficij facta excommunicato maiori eſt inualida ab initio: ergo. Sic in primis tenet Couarruias *eod.* §.7. *cit.* pro contraria parte ab Henrico, Bonacina, & Diana, vt patet ex his verbis ab ipſo *num*.2. prolatis. Septimo idem reſpondendum erit, etiamſi poſtmodum ſequuta ſit legitima abſolutio ab excommunicatione. Etenim cum collatio beneficij, ex eo nullâ ſit, quod eo tempore, is cui beneficium confertur, ſit excommunicatus, minimè hæc collatio ab initio nullas vires aſſumeret abſolutione ſequuta. *cap. non firmaretur, de reg. iur. in* 6. cum ſimilibus. Notant Archidiac. *in cap. Nullus* 63. *diſt.* & Anch. *in d.cap. Poſtulaſtis, de Cler. excom. miniſtr.* Nec video poſſe in hoc vllam contingere dubitationem, ſiquidem hæc illatio manifeſtè colligitur ex his, quæ communi omnium conſenſu, hac in quæſtione traduntur. Sic Couarr. Et ante illum ſuus doctus Magiſter Nauarr. *in Manual. cap*.27. *num*.21. ſic dicens: Octauò facit (*nempe, excommunicatio,*) collationem beneficij Eccleſiaſtici adeò nullam, vt non conualeſcat per abſolutionem, niſi reuocetur. *cap. Bona ætate & qualit. & cap. Poſtulaſtis*, cum Gloſſ. & ei annot. *de Cler. excomm. miniſtr.* & conſequenter tenetur relinquere illud, & reſtituere fructus ad id vſque tempus perceptos. Hæc Nauarr. Abbas etiam *in d.cap. Poſtulaſtis, num*.2. Caſſad. *decis*.1.*num*.7 *de prabend.* Palud. *in* 4.*diſt*.18.*quæſt*.4. Gabr. *quæſt*.2.*art*.3. Alterius *lib*.2. *diſp*.6. *cap*.7. *initio.* dicens, id non reuocari in controuerſiam. Leſſius *lib*.2.*cap*.34. *dub*.22.*n*.119. Ægidius *diſp*.14.*dub*.9.*num*.74. Bonacina *diſt*.2. *quæſt*.2.*punct*.4. §.1. *num*.10. Candid. *diſquiſ*.18 *art*.15.*dub*.4. Hurtad. *diſp*.6.*de excomm.diff*.3. Auila 2.*part.cap*.6.*diſp*.5.*dub*.2. *verſ. Tertiò nota poſt* 1. *concluſ.* Diana *part*.4. *tractat* 4. *reſ*.56.*verſ. Sed maior difficultas, & p*.5.*tract*.9.*reſol*.101. Bauny *diſp*.7.*de excommun.quæſt*.19. Garcia *part*.7. *de benef.cap*.13.*num*.43. Leſſius *lib* 2.*de iuſt. cap*.34. *num*.129. & Palao *diſp*.2. *de Cenſur. punct*.10. *num*.20.

QVÆSTIO XII.

An ſaltem poſſit Papa, ſeu Epiſcopus, abſque noua collatione, & expeditione literarum, diſpenſare, vt is, qui abſolutus eſt ab excommunicatione, licitè retineat beneficium, quod ei, tempore excommunicationis, fuit collatum?

AFfirmant quamplures Doctores. Quia (inquiunt) hæc diſpenſatione, eſt virtualis collatio beneficij: ergo diſpenſatio conceſſa, non poſtulatur alia collatio: ergo licitum erit excommunicato, impetrata diſpenſatione ab Epiſcopo (vel ſaltem à Papa) poſt obtentam excommunicationis abſolutionem, retinere tutâ conſcientia beneficium tempore excommunicationis impetratum. Ita ſentiunt Speculator, Innoc. Hoſtienſ. Ioann. Andr. Anton. Butrius, Anchar. Tapia, Calderin. Milis, Felinus, Nauarrus, & Borgaſius, quos refert Sanchez *lib*.8. *de matrim diſp*.7.*num*.12. Quibus addi poſſunt Couarr. § 7.*cit. num*.8. vt nuper vidimus, & Alterius *lib*.2. *diſp*.6.*cap*.2. vbi ait, id eſſe affirmandum ex communi conſenſu omnium Doctorum.

Hanc ſententiam (etſi contrariam putet ipſe Sanchez probabiliorem) dicit tamen, non eſſe improbabilem, propter tot, tantorúmque Doctorum authoritatem adhibita triplici limitatione. *Prima* eſt, vt impedimentum ſit occultum; vt ita collatio, ſaltem in foro externo ſit valida. *Secunda*, vt diſpenſatio, in nullius cedat præiudicium. Si enim duo electi eſſent, præferendus eſt, qui caret impedimento, cum hic ſolus, abſolutè ius habeat. *Tertia*, vt beneficiarius ille, aut electus non acceperit poſſeſſionem beneficij ante abſolutionem, quia tunc eſſet intruſus: ac proinde oporteret non tantum prioris vitij diſpenſationem obtinere, ſed etiam illius intruſionis.

Alij verò contra negatiuè reſpondent abſolutè, dicendo, quod in caſu propoſito, nequeant Prælati diſpenſare, vt dictus beneficiarius ita electus, retineat licitè beneficium, abſque noua collatione, & noua expeditione literarum, ita ex Abbate Sanchez *loc. cit.* per hæc verba: Sed Abbas *d.cap. innotuit, num*.11. recedit ab hac doctrina, & ita diſtinguendum cenſet. Si vitium electi erat eius generis, vt non reddat nullam ipſo iure præſentationem, collationem, electionem, vel confirmationem, ſed facultatem caſſandi concedat, tunc ſufficit diſpenſatio ſequens abſque nouo conſenſu eorum, quibus præſentatio, electio, confirmatio, vel collatio incumbunt. Aut reddit nullam ipſo iure, & tunc ait poſſe ſuſtinere prædictam doctrinam, dummodo id vitium notum eſſet his. Quia non poſſunt allegare nullitatem ex facto ipſis cognito, argumento ex cap. *Nulli, de elect. in* 6. ſed debent in priori conſenſu perſeuerare. Si autem ignorabant id vitium tempore præſentationis, electionis, confirmationis, collationis, ait non ſufficere diſpenſationem, ſed nouum eorum conſenſum deſiderari, quo velint ſtare priori illo actu: quia ex d.cap. *Nulli*, conſtat poſſe electores impugnare electionem propriam ex facto eis de nouo detecto. Et quidem hæc ſententia Abbatis eſt probabilior. Quia prior caret ſolido fundamento. Hucuſque Sanchez. Quem citant & ſequuntur Leſſius *l*.2.*cap*.34.*dub*.22.*num*.119. & Ægidius *diſp*.14.*dub*.9. *num*.73. Qui vterque pro eadem ſententia citat Nauarrum *in Manual.cap*.27.*num*.194. ſed vterque malè. Nam ibi non agit de hac materia.

Sed ego in hac quæſtione, clarius, ac diſtinctius, forſitan concordando ambas ſententias, reſpondeo ſufficere quidem diſpenſationem, poſt acceptam ab excommunicatione abſolutionem, vt licitè poſſit, qui tempore excommunicationis obtinuit beneficium, retinere illud: dummodo diſpenſationem præſtent illi,

Digitized by Google

ad quos collatio beneficij pertinet: aliàs minimè. Sic intellecta reſponſio.

Prima pars probatur *primò* efficaciter ex cap. *Poſtulaſtis, de Cler. excomm. miniſtr.* vbi Innocent. III. ſtatuit, beneficia Eccleſiaſtica licitè retineri non poſſe ab excommunicato, etiam poſt abſolutionem obtentam: *Niſi forſitan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum:* ergo interueniente diſpenſatione, licitè poterit excommunicatus, poſt abſolutionem à cenſura obtentam, beneficia Eccleſiaſtica retinere.

Secundò, quia hæc diſpenſatio, nil aliud eſt, quam quædam virtualis ipſius beneficij ſecunda collatio; vt benè cum authoribus primæ ſententiæ ſentit Ægidius *loc. cit. num.* 75. ergo hæc abſolutè erit ſufficiens, cum ſit, eo modo, collatio noua; ergo per talem diſpenſationem inuenitur collatio ſecunda beneficij, quam authores ſecundæ ſententiæ requirunt.

Secunda verò pars noſtræ reſponſionis, conſtat ex nuper dictis. Quia, cum talis diſpenſatio, ſit modo explicato, ſecunda collatio beneficij, ille, & ſolus, qui conferre illud non excommunicato poteſt, poterit ei, qui in excommuicationem eſt lapſus, poſt eius abſolutionem habitam. Audi pro hac noſtra ſecunda reſponſionis parte, imo, & pro prima, Ægidium *loc. cit.* ſic dicentem: Hinc ſequitur primò, neminem cum tali poſſe, poſt abſolutionem diſpenſare, niſi habeat aliqua ratione, poteſtatem hoc beneficium ei conferendi qualis eſt Pontifex, & omnis is ad quem pertinet illius beneficij collatio. Ratio eſt, quia talis diſpenſatio, nihil eſt aliud, quàm virtualis quædam ipſius beneficij ſecunda collatio. Communiter autem obtentâ abſolutione is poterit tali hoc beneficium ſecundo conferre qui primo contulit, niſi ipſe iure conferendi priuatus ſit, aut collatio ad alium ſit deuoluta, aut collatarius ſe in beneficij poſſeſſionem intruſerit. Sic Ægidius. Legatur Alterius *loco citato*, qui latè, & doctè hanc tractat difficultatem: ſed ex Suario non citato *diſp.* 13. *ſect.* 1. *à n.* 34. Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. punct.* 10. *à n.* 21.

QVÆSTIO XIII.

An qui obtinuit beneficium, eo tempore, quo erat maiori excommunicatione ligatus, teneatur reſignare illud?

RESpondeo teneri quidem primo, abſolutionem à Cenſura petere. Et deinde reſignare beneficium in manibus illius ad quem pro tunc ſpectat illud conferre, & tandem, ſi tale beneficium retinere vult, debet petere diſpenſationem, aut quod idem eſt, nouam collationem illius, ab eo ad quem tunc temporis pertinet beneficij collatio. Ratio eſt manifeſta ex dictis, quia prior collatio fuit inualida: ergo ac ſi facta non fuiſſet: ergo qui in excommunicatione exiſtenti dictum beneficium per collationem illi factam obtinuit, non habet ius ad illud, ergo non poteſt illud ſibi retinere: ergo conſequenter tenetur illud reſignare in manibus illius ad quem ſpectat conferre. Cuius beneficij reſignatio debet ſimpliciter fieri: ideóque non ſufficiet cauſa permutationis, aut abſolutè in fauorem tertij reſignare; nec ei licebit altert conferre; nec adhuc illud cum altero permutare. Sic omnes. Legantur Nauarrus *cap.* 27. *num.* 21. Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. Bonacina *diſp.* 2. *qu.* 2. *punct.* 4. §. 1. *num.* 11. Cornejo *diſp.* 10. *de excommunicat.* §. 7. *dub. vnic. quaeſ.* 1. qui ait ex Sylueſtro, hanc eſſe regulam Cancellariæ.

QVÆSTIO XIV.

An Excommunicatus occultus teneatur manifeſtare ſuam excommunicationem, ſi aliter non poſſit ſe retrahere ab acceptatione beneficij ad quod eligitur?

RESpondeo teneri quidem in primis, ſe alio titulo honeſto, & apparenti ſe excuſare, cum non teneatur ſe ipſum prodere. Quod ſi id non ſufficiat, & excommunicatio ſit talis, vt ex eius manifeſtatione nulla ſequatur infamia, vel ſcandalum, tunc non ſolum poteſt (vt inquit Cornejo) verum tenetur ſe excuſare manifeſtando excommunicationem; cum quilibet teneatur obedire Eccleſiæ, & obſeruare effectus Cenſuræ, quoties poteſt abſque graui ſuo, vel proximi detrimento: Secus verò ſi ſcandalum, vel infamia ſequatur, quia tunc, ne ſe ipſum famet, conſequens ius naturæ, quod ſtrictius obligat, non tenetur ſuam excommunicationem prodere, ſed poteſt acceptare beneficium, & poſtea quàm primum ſecretè diſpenſationem quærere. Sic Suar. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 11. Bonacina *loc. cit. n.* 12. Cornejo *diſp.* 10. *de excomm.* §. 7. *dub. vnic. verſ. Sed quid faciet.* Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 56. *in fine.*

QVÆSTIO XV.

An collatio penſionis ſpiritualis, quæ fundatur in titulo ſpirituali, & dicitur præſtimonium, facta excommunicato maiori, ſit rata, ac valida?

AFfirmant nonnulli Doctores. *Primò*, quia iura annullantia collationem factam excommunicato maiori, ſolùm loquuntur de beneficio Eccleſiaſtico, vt conſtat ex *cap. Poſtulaſtis, de Cler. excommun. miniſtr.* & ex *c.* 1. *de Poſtulatione Prælatorum:* at ſic eſt, quod nomine beneficij Eccleſiaſtici propriè, & in rigore ſumpti, non venit prædicta penſio ſpiritualis, ſeu præſtimonium, vt probat authoritate Ioan. Andreæ, Abbatis, & Felini, Mandoſius *in reg.* 34. *de Annal. quaeſt.* 12. ergo eius collatio facta excommunicato non eſt ex iure irrita, & inualida.

Secundò, quia odia ſunt reſtringenda, non amplianda: ergo lex annulans collationem beneficij factam excommunicato, non debet extendi ad collationem penſionis, etiam ſpiritualis, cum propriè, & in rigore non ſit beneficium.

Pro hac ſententia citat Diana *part.* 4. *tr.* 4. *reſol.* 55. Auilam (quem etiam citat Bonacina) 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 5. *dub.* 5. *concl.* 2. Hurtadum *diſp.* 6. *de excomm. diff.* 3. *num.* 6. & Præpoſitum *in* 3. *part. D. Thom. quaeſt. de excommun. dub.* 11. *n.* 64. Quorum ſententiam indicat ipſe probabilem. Sed ex his authoribus malè citat Auilam. Nam expreſsè, *loco* ab ipſo *cit.* oppoſitum his verbis docet: Secunda concluſio: loquendo de penſione ſpirituali, quæ fundatur in titulo ſpirituali, licèt ſit probabile, quod collata excommunicato ſit valida, oppoſitum tamen eſt probabilius. Ita multi viri docti: Probatur. Nam habet rationem beneficij Eccleſiaſtici, in quantum datur propter officium Eccleſiaſticum: ſed excommunicatus eſt inhabilis ad huiuſmodi officium: ergo. Et ita dicunt nonnulli ſeruare praxim Romanam. Hucuſque Auila. Ex quo conſtat quàm malè à dictis authoribus pro hac affirmatiua ſententia citetur. Tenent tamen alij adducti, quibus addi poſſunt Bauny *diſp.* 7. *de excommun. quaeſt.* 19. *dub.* 6. & Gomez. Texeda, & Petr. Greg. apud Machado *vbi infra.* Palao *punct.* 10. *n.* 8. qui citat pro ſe Laymannum *lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. & Sà *verb. Homicidium num.* 21.

Sed

Digitized by Google

Sed certè probabilius longè reſpondeo huiuſmodi collationem penſionis ſpiritualis, aut præſtimonij, factam maiori excommunicato, eſſe inualidam, ac nullam. Probatur manifeſtè. Quia collatio beneficij facta excommunicato maiori, eſt irrita ipſo iure, vt ſupra habitum eſt: ſed huiuſmodi penſio ſpiritualis, quæ eſt, & dicitur præſtimonium, eſt beneficium Eccleſiaſticum: ergo ſic conferatur excommunicato maiori, collatio erit ipſo iure irrita, ac nulla. Minor in qua eſt difficultas probatur: quia hæc penſio, nil aliud eſt, quàm quædam portio, quæ extrahitur ex pingui beneficio, vt deinceps perpetuò conferatur in titulum beneficij cum onere alicuius miniſterij Eccleſiaſtici: ergo certum eſt tale præſtimonium eſſe beneficium, & nomine beneficij Eccleſiaſtici venire. Quod optimè, & latè probant Sotus *lib.10.de iuſtit. quæſt.5. art.3.* Calderinus *in cap. In noſtra, de reſcript.* & Rebuff. *in praxi benefic.titul.ſæcularia beneficia.* Et ideo ſic ſentiunt communiter DD. Suarez *diſp.13.ſect.1.num.7.* dicens in hoc, non eſſe difficultatem. Alterius *tom.1. lib.2.diſp.6.cap.4.* dicens eodem modo, hanc rem carere omni difficultate. Vaſquez *tract. de excommunicat. dub.6.num.4.verſ.Quinto adnotat.* Auila *loc.cit.* Luyſius *lib.2.de Cenſur.diſp.16.dub.1.verſ.Sed P. Vaſquez.* Henriquez *lib.13.cap.13.num.2.* (non 3. vt citatum inuenies apud Bonacinam & Dianam) ita dicens: Penſio collata excommunicato Clerico eſt irrita: quia poſt Pium V. datur titulo Eccleſiaſtico: nec ſine licentia Papæ licet redimere: & penſionem fruens tenetur ad recitandas horas B.Mariæ, aliàs pro quadam rata temporis amittit fructus, vt de beneficiario ſtatim dicetur. Sic ille. Sayrus *lib.1.cap.5. num.15.* Leſſius *lib.2. de iuſt.cap.34.dub.22.num.127.* Filliucius *tract.12.c.5. quæſt.4.dicto 1.num.123.* per hæc verba: Si penſio detur in titulum, & ſit perpetua, non eſt dubium, eius eſſe incapacem excommunicatum: Ratio, quia talis penſio eſt propriè beneficium, ſicut eſt præſtimonium in Hiſpania, portio videlicet, quædam beneficij pinguioris, quæ confertur in ſubſidium adoleſcentium ſtudioſorum. Abbas & alij *in cap. Conquerentem, de Cler.non reſiden.* Couarr. *in practic.qq.cap.26.num.10.* Gigas *de penſ.quæſt.28.in fine.* & alij. Hucuſque Filliucius, Reginaldus *tom.2.lib.32.cap.7.num.43.* Bonacina *diſp.2.quæſt.2.punct.4.§.1.num 4.* Layman. *lib.1.tract.2. part.2.cap.2.* quare non omnino bene citat illum Palao. Villalob. *tract.17.diff.9.num.3.* Gordonus *tom 2. ſion.lib.7.quæſt.9.num.45.* Diana *tom.4.tract.4.reſol. 55. & part.5.tract.9.reſol.103.* Raynaud. *de monit.part.2. cap.2.num.29.* Cornejo *diſp.10.de excomm.§.7.dub.vnic. quæſt.4.* Quia quamuis hic author oppoſitum inſinuet in ſcriptis, hoc eſt errore Typographiæ, vt ex contextu reſponſionis facilè colligi poteſt. Azor *tom.2. lib.3.c.7.q.1.* Garcia *de benef.1.p.cap.2.n.117.* Barboſa *de iure Eccleſ.lib.3.cap.8. num.4. & 5.* Machado *lib.1. part.5.tract.3. docum.10.in fine, adiuncto docum.2. lib.3. part.5.tract.1.* ſic dicens: [A cerca de los Preſtimonios, que vulgarmente llamomos *Preſtameras*, ſe ha de aduertir que antiguamente, (*conſtat ex cap. fin.de conceſſ. prabend. in 6.*) no tenian razon de beneficio Eccleſiaſtico, porque muchas vezes, no le dauan por titulo, ſine por tiempo determinado, ni tenian anexo a ſi algun oficio, ni miniſterio eſpiritual; porque ſolo eran vnos frutos ſacados de algun beneficio para ſuſtento de eſtudiantes. La duda pues es, ſi deſpues de vna conſtitucion de Pio V. *quæ incipit: in primo Lateranen.* en que puſo obligation del oficio de Nueſtra Señora, a eſtas Preſtameras, y de vn decreto del Concil. Tridentino *ſeſſ.14.cap.9.de reform. & ſeſſ.13.cap.18.* que parece los comprehende debajo de nombre de beneficios, lo ſean. Algunos Authores mas probablemente afirman que ſon beneficios Eccleſiaſticos, fundados en la Conſtitucion de Pio V. y decreto del Concilio referidos, que los comprehende debaxo de beneficios Eccleſiaſticos como y a hemos dicho.] Hucuſque Machado.

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem collatio penſionis communiter dictæ, quæ ſcilicet, vacat morte penſionarij, datur tamen Clericis, ob munus aliquod ſpirituale, vt ob dicendum officium B. Mariæ Virginis, facta, Excommunicato maiori, ſit rata, ac valida?

AFfirmant, & à fortiori, Præpoſitus, Hurtadus, Palao *loc. cit.* & Bauny, qui & probat ſuam ſententiam. Quia (inquit) huiuſmodi penſio, non venit nomine beneficij, ad quod ſolum obtinendum, excommunicato ſunt omnes aditus occluſi: ergo eius collatio facta excommunicato non erit inualida. Antecedens probat: quia beneficium, eſt perpetuum, & habet adiunctum onus recitandi officium diuinum: at nihil horum incumbit ex officio penſionario: ergo ideo eſt quia penſio, qua gaudet, non venit nomine beneficij. Quod & notant Toletus *lib.5.cap.83.à n.2.* Azor *tom.2.loc.cit.quæſt.2. & lib.8.cap.5.q.4. & 5.* & alij apud Machad. *loc.cit.*

Sed multo probabilius reſpondeo adhuc collationem huiuſmodi penſionis factam excommunicato eſſe nullam, & inualidam. *Primò*, quia multò probabilius eſt, etiam hanc penſionem venire nomine beneficij, ad quod obtinendum, eſt excommunicatus inhabilis, vt docent Gutierrez *de iuram. 1.part. cap. 13.* Menoch. *lib.1.de arbitr.lib.80. num.122.* Gambat. *de offic.leg.lib.6. n.309.* Paul.Rom. *de penſ.cap.6. n.34.* & alij apud Machad. *loc.cit.*

Secundò, quia huiuſmodi penſio eſt ſpiritualis, & datur ob munus ſpirituale, nempe ob dicendum officium B. Mariæ. Nec poteſt dari aliis, quàm Clericis habentibus ſaltem tonſuram. Rurſus talis penſio eſt perpetua, cum duret vita ſuperſtite Clerici, cui collata fuit, hoc namque dicitur perpetuum, iuxta Gloſſ. *in cap.vnic.de reſcript. lib.6.in not.poſt caſum,* ex *l.1.ff.pro ſoc.* Deinde non poteſt vendi, nec commutari, pro beneficio, ſine licentia Papæ. Quæ omnia ſunt proprietates beneficij: ergo penſio huiuſmodi, vel eſt beneficium propriè, & in rigore, vt aliqui volunt, vel ſaltem, vt alij melius, nomine beneficij venire debet.

Sic docent Couarr. *in cap. Alma, 1.part.§.7.num.2. verſ.Nono.* Ægidius *diſp.14.dub.9.* Suarez, Vaſquez, Henriquez, Filliucius, Bonacina, Layman, Leſſius, Alterius, Luyſius, Auila, Reginaldus, Sayrus, Cornejo, Diana, Raynaudus *ſupra citati*, & communis. Qui idem affirmant dicendum, de penſionibus, quæ dantur ob coadiutoriam Epiſcopatus vel Parochiatus, & ſimiles.

Ad fundamentum autem Bauny, negandum eſt ex dictis, antecedens: ad cuius probationem dicendum, quod etiam penſio eſt perpetua, & habet onus adiunctum recitandi, ſi non officium diuinum, magnum, bene tamen paruum B.Mariæ, quod ſufficit.

QVÆSTIO XVII.

An ad minus, collatio penſionis temporalis, facta Excommunicato maiori, ſit rata, & valida?

AFfirmant, multo maiori ratione, omnes Doctores relati pro primis ſententiis *quæſt.15. & 16. propoſitis.* Et præter illos, alij mox citandi. Idque aſſerunt ducti hac ratione. Quia penſiones temporales, quæ ſunt illæ (quæ dantur pro aliquo miniſterio

temporali

Digitized by Google

temporali erga Eccleſiam exhibito, vel exhibendo; vt Duci, vel militi pro Eccleſia pugnanti; pro munere Aduocandi, aut Procurandi pro eadem Eccleſia: aut pro officio pulſandi campanas, aperiendi fores Eccleſiæ,&c.) nec ſunt beneficia, nec per ſe dantur in titulum, nec habent annexum miniſterium, & officium ſpirituale; ergo validè poſſunt recipi ab excommunicato. Antecedens probatur. Quia prædictæ penſiones conceduntur laïcis, abſque onere aliquo ſpirituali, vt conſtat; rurſus ex ſe non ſunt perpetuæ. cum ſolum durent, quandiu penſionarius exhibet officium, miniſterium, ſeu munus, ratione cuius conceſſa eſt penſio, vt ſi detur Aduocato pro patrocinio in cauſis Eccleſiæ præſtando, ceſſante patrocinio adimitur penſio, &c. ergo nec ſunt beneficia, nec poſſunt nomine illorum, niſi latiſſimè accipiantur, venire ergo,&c.

Propter hanc rationem ſic, vltra dictos authores, docent Vaſquez *de excommun.dub.6.num.4.verſ.Quintò adnotat.* Luyſius *l.2. diſp.16.dub.1.* Auila *1.part.c.6.diſp.5.dub.5.concluſ.1.* Layman. *lib.2. tract.5.part.2. cap.2.n.8.* Cornejo *diſp.10.de excomm.§.7.dub.1.quaſ.4.* Diana *part.5.tract.9.reſ.103.* citans Henriquez *lib.13. cap.13. num.2.* qui tamen licet innuat, non dicit expreſsè. Bonacina *punct.4. §. 1. n.4.* Qui inter alios, citat pro hac parte, Suarium, & Filliucium, ſed non benè, *vt infrà.* Et licèt hæc ſit ſatis probabilis opinio.

Ego, non minus probabiliter reſpondeo adhuc eſſe inualidam collationem penſionis temporalis, factam excommunicato. Sic Suarez *diſp.13.ſect.1.num.9.* his verbis:Dico primò: Nunquam eſſe licitum dare penſionem Eccleſiaſticam excommunicato, cuiuſcunque generis illa ſit: & à fortiori, neque ille eſſe licitum eam recipere. Hoc probatur ratione *in d.cap. Poſtulaſtis*, quia ſcilicet,cum excommunicatis communicari non debet: ſed aſſignatio penſionis Eccleſiaſticæ, eſt quædam communicatio Eccleſiaſtica; imo & ſpiritualis dici poteſt: nam licet illi fructus temporales ſint, per quandam tamen relationem moralem, ſunt quid ſpirituale,quatenus ſunt bona Eccleſiæ, & Deo dicata: ergo non eſt licita talis communicatio.Deinde cenſeo excommunicatum, quandiu eſt cenſura ligatus, non poſſe iure exigere penſionem, imò repelli poſſe ſi exceptio excommunicationis illi opponatur, iuxta cap. *Exceptionem,de except.* Et ratio eſt: quia illa eſt quædam communicatio; ille autem omni communicatione priuatus eſt. Sic Suarez,qui adhuc hanc reſponſionem latius probat. Et bene. Eandem ſententiam docet Filliucius *tract.12.cap.5.quaſ.4.num.115.* ita dicens: Infertur ſecundò: Penſiones, quæ dantur propter ſeruitium parentum in militia,vel alia promerita, eodem modo acquiri non poſſe ab excommunicato. Sic ille. Ex quo conſtat malè citari hi duo authores à Bonacina pro ſe.

Sic etiam Alterius *lib.2.diſp.6.cap.4. verſ.Ex his diuerſis modis.* Qui ex Suario non citato, probat ſecundò hanc ſententiam, ſic. Nam excommunicatus, quandiu eſt excommunicationis vinculo aſtrictus, non poteſt licitè exigere fructus penſionis, quam obtinuit ante excommunicationem: ergo, fortiori ratione, non poterit ius ipſum penſionis recipere. Sic ille.Couarr. *in cap. Alma,1.part.§.7.num.2.verſ.Nonò*, & Gigas *de penſion. quaſt.15. in fine.* vbi ait hanc opinionem in praxi amplecti Romanam Curiam.

Ad argumentum contrariorum ex dictis,reſpondeo *primò*, quod licèt penſio hæc temporalis, non ſit ſtrictè beneficium; benè tamen, ſi latiſſimè nomen beneficij ſumatur, & ita non repugnat nomine beneficij venire. *Secundò* reſpondeo cum Couarr. quod licet penſio temporalis, non ſit beneficium Eccleſiaſticum, cum non detur propter officium, & miniſterium ſpirituale, ſicut datur beneficium; & idcirco, non ob hanc rationem aſſignatio penſionis facta excommunicato, ſit inualida, ſicut eſt collatio beneficij: Tamen eſt inualida, eo quod hoc ſtatutum eſt in odium excommunicatorum; & quia penſiones ſunt redditus Eccleſiaſtici.

QVÆSTIO XVIII.

An non ſolùm collatio beneficij, verùm etiam electio, poſtulatio, præſentatio, aut alia quacumque prouiſio illius, facta excommunicato, ſit nulla, ac inualida?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe etiam nullam, & inualidam. Quia de his omnibus eadem eſt ratio: & rurſus, idem eſt de ſingulis à iure definitum. Ratio eſt, quia per omnes, in titulo recenſitos modos,peruenitur ad obtinendum beneficium, quod eſt prohibitum excommunicato: at ſic eſt, quod prohibito principali, etiam prohibentur viæ perueniendi ad illud:ergo.

Quod verò de ſingulis modis, quibus ius beneficij, in aliquem transfertur, extentiura, quibus transferri in excommunicatum caueatur, conſtat. Primò, de collatione ipſa, ex dictis *ſupra, quaſt.3. de electione* eſt textus *in cap. cum dilectus, de conſuetud.cap. ſi celebr. de Cler.celebr.miniſtr.* De Poſtulatione,& Nominatione, *in cap. 1.de Poſtul.Prælat.* ex quo clarè, colligitur, quod vllo modo valeat poſtulari à ſuperiore, vt excommunicatus ad beneficium eligatur; & ſi poſtuletur quod poſtulatio ſit nulla. De Præſentatione, licet non ſit textus in ſpecie expreſſus, infertur tamen ex iiſdem; quia eſt via per quam peruenitur ad beneficium prohibitum. Et ideo conueniunt DD.quod excommunicatus non poteſt præſentari à patrono laico. vel Clerico ad beneficium iuriſpatronatus. Sic omnes DD. Legantur Suarez *diſp.13. ſect.1 num.10.* Alterius *lib.2.diſput.6.cap.3.* Filliucius *tract.12.cap.5. quaſ.3. num.120.* Cornejo *diſp.10.de excommun.§.7.dub.vnic. quaſ.2.*

QVÆSTIO XIX.

An electio Excommunicati ad ſæcularem dignitatem; veluti ad Imperialem,Regalem, vel Ducalem, ſit item inualida, ac nulla?

Negant plures DD. quia dicunt, electionem excommunicati ad temporales dignitates nullo modo irritari per iura, ſicut irritatur electio ipſius ad ſpirituales dignitates. Ita Suarez *diſput.16.ſect.2.n.1.* Filliucius *tract.12.cap.6.q.10. num.165.* & clarius *cap.7.q.3.num.173.* Ægidius *diſp.14. dub.11.n.106.* Palao *punct.10.num.11.* & alij.

Sed probabilius reſpondeo: Etiam eſſe nullam: ideóque excommunicatus electus nullum conſequitur ius ad illam, ad quam electus eſt, dignitatem. Quia ſic cauetur in cap. *Venerabilem,de elect.§.Sunt enim notoria.* Et ita tenent Gloſſa *in c.cit.verb. Electus.* Abbas *num.11.* Syluest. *excomm. 3.§.1.* (non 8.vt leges apud Henriquez) *verſ.Octauò non poteſt eligere, nec eligi.* vbi ſic ait: Item quia excommunicatus maior, ſecundum Bal.eſt infamis, *16.q.1.infames.* Et intelligitur de excommunicatione notoria. Infamibus autem, portæ patent dignitatum, vt dicit *reg.iuris lib.6.* quod ſecundum Petr. de Pal. intelligitur de dignitate Eccleſiaſtica,& etiam laica. Sic ille. Armilla *excomm.§.9.* Tabiena *excomm.1.num.1.* Henriquez *lib.13.cap.13.n.1.* & in Gloſſa *lit.H.* Sotus *in 4.diſt.22.q.1.art.4.* Alterius *lib.2.diſp.6.cap.3. verſ. Quæ confirmatur, in fine.* licèt oppoſitum

Digitized by Google

oppoſitum docuerat *eod.lib.diſp.2.cap.1.verſ. Alij ſentiunt.* Vgolinus *tab.2.cap.13.§.3.* Auila *2.p.cap.6.diſp.6.dub.7.in fine.* Cornejo *diſp.10.de excomm.§.7.dub.vn.in princip.* qui pro hac parte citat Suarium *diſput.12.ſect.2.num.4.* Sed omnino malè: quia in hoc loco nil dicit ad propoſitum: & oppoſitum expreſsè docet *loco* à nobis *cit.* Sayrus *lib.2.c.6.n.1.* Bonacina *diſp.2.q.2.punct.4.§.1.n.3.* & *punct.7.n.4.*

Vnde ad fundamentum contrariorum, dicendum ex dictis, falſum eſſe, non irritari per iura electionem prædictam, irritatur enim per *d. cap. venerabilem*, & quidem ipſo iure, vt ait Gloſſa citata.

QVÆSTIO XX.

An electio excommunicati ad dignitatem Summi Pontificatus ſit inualida, ac nulla?

AFfirmant apud Sylueſtrum, Hoſtienſ. Panormit. & Sum.Roſella vltimo in excommunicatione 10. §.15. exiſtimantes, talem electionem non valere; quia Cardinales eligentes, conſentire non poſſunt in excommunicatum.

Sed probabilius reſpondeo non eſſe inualidam, ſed ratam. Quia à regula, & doctrina generali, hæc tantum ad dignitatem Pontificiam excipitur electio, quæ exceptione excommunicationis, non redditur irrita. Sic Sylueſt. *excommun.9.num.5.verſ. Et ſexto.* Vbi propoſita oppoſita ſententia, noſtram his verbis adſtruit, & probat: Sed contrarium tenuit ead. Sum. Primo ibi, *in* §.3. quia inquit in hoc caſu videntur illi conſtitutioni renunciare, & derogare, cum Princeps agens contra legem, in dubio videatur diſpenſare, vt ſupra *diſpenſatio*, §.3. & hoc verum. Primo, quia electus non repellitur, hic, etiamſi eſſet ſimoniacus, *diſt.79.* ſi quis pecuniam; & tamen aliquando ſimoniacus eſt excommunicatus, &c. Sic Sylueſt. Et, eo citato, Alterius *lib.2.diſp.6.c.2.verſ. Ab hac tamen.* Palao *tom.6.diſp.2.punct.13.n.11.*

QVÆSTIO XXI.

An collatio beneficij, aut alterius dignitatis Eccleſiaſticæ, aut ſæcularis, facta ei, quem Pontifex ſcit eſſe excommunicatum ſit valida, & rata?

REſpondeo affirmatiuè, quia præſumitur tunc velle Pontificem cum eo diſpenſare. Sic Couarr. *in cap. Alma mater, 2.part.§.7.num.2.verſ. Quarto hac ipſa.* his verbis: Ex quibus illud minimè negari poteſt Romanum Pontificem, ex eo, diſpenſatione quadam tacita, tollere vitium, quod quis habet, ſi ſciente, illius vitij non ignarus, beneficium illi contulerit Quod probatur *in l.2.* & *ibi* Gloſſa *C. de Crim.ſacril.* *Quidam conſulebant.ff. de rei iud.* vbi Alex. poſt alios. Notant Roman. *in conſil.327.* Bartol. & alij *in l. Barbarius, col.5.ff.de offic. Prætor.* Panorm. *in c. Innotuit, col.4.* & *in cap. Cum in cunctis, §. Inferiora. col.3. de elect.* & *in cap.2.col.2. de Schiſmat.* Felin. *in cap. Præterea, num.9. de teſtib.cog.* & Ioan.Staphilæus *in d.fol.83.* Hucuſque Couarr. Bonacina *diſp.2.quæſt.2.punct.4.§.1.n.3. verſ. Prima eſt.* Cornejo *diſp.10.cit.§.7.dub.vnico, verſu Excipitur tamen.* Vbi malè citat Couarruuiam *in d. cap. Alma, 1.part.§.1.num.1.* quia ibi, nec verbum ad rem dicit. Henriquez *lib.13.cap.13.num.3.* his verbis: Si Papa beneficium conferat ei, quem nouit excommunicatum, aut irregularem, cenſetur ipſo facto diſpenſare, quia non eget cauſæ cognitione, cum ſit ſupra ius commune. Sic ille. Et penes illum, *lit. A.* vltra citatos à Couarruuia, Gomez, Nauarr. Mandoſ. Sarmiento Duenas, Sylueſt. & alij. Alterius *lib.2.diſp.6.cap.2.fine.* & communis.

QVÆSTIO XXII.

An ſaltem, ſi non per electionem, aut collationem, ſed ex teſtamento, aut ab inteſtato, aut titulo emptionis, acquirat excommunicatus dignitatem aliquam laicalem, aut officium, cui adnexa eſt iuriſdictio, poſſit valide, & licitè eam retinere?

REſpondeo poſſe illam licitè retinere, non obſtante excommunicatione, qua ligatus eſt. Quia iura non irritant acquiſitionem dominij temporalis per prædictos modos aſſignatos: ergo conſequenter nec irritant iuriſdictionem illi adnexam. Quamuis excommunicatione durante, non poſſit actus iuriſdictionis exercere. Sic Bonacina, & Cornejo *loc. cit.* Vgolinus *tab.2.cap.13.§.3.n.2.* Sayrus *lib.2.c.5.n.37.* Suarez *diſp.16.ſect.2.num.6.* Palao *diſp.2.punct.10.n.12.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An impetratio literarum ab Excommunicato obtenta, ad beneficia vacatura, ſit ipſo iure nulla?

REſpondeo tanquam certum. Eſſe ipſo iure nullam; Quia impetratio literarum ad lites ab excommunicato obtenta eſt ipſo iure nulla, vt habetur *in cap. Ab excommunicato, de reſcript.* & *cap.1.eod.tit.in 6.* ergo multò minùs valebit impetratio literarum ad beneficia ab excommunicato obtenta. Hanc illationem probat Couarr. *ex cap. Ad audientiam, de reſcript.* & ex *cap. Quamuis, de præbend. in 6.* Et certè nulla poteſt reddi ratio (ait Alterius) cur Gregor. IX. maluerit declarare impetrationem literarum ab excommunicato obtentam, eſſe irritam, ſi tractetur de litibus, & controuerſiis, non autem ſi agatur de beneficiis, vel in quocumque alio rerum genere. Sic Couarruuias *in cap. Alma mater, 1.part.§.7. num.2. verſ. Vndecima non tantum.* vbi citat Cardinalem *in Clement.1.§.1.quæſt.3. de relig.domib.* Et addit hanc reſponſionem procedere, etiam caſu quo impetrans ipſe inſcius ſit excommunicationis, quod expreſſim notat Abbas *in cap. penult. de Cler. excomm. miniſtran.* cum communi Doctorum. Quamuis Gloſſa *in d.cap.penult.* Cardin. *in Concil.40.* Felinus & alij contra hoc aditum teneant. Et ideo ad effugiendas has Doctorum concertationes, iam Curia Romana, quoties fit alicuius beneficij collatio, aut dantur literæ ad beneficia, dat itidem abſolutio impetranti, vt ei, cui confertur beneficium, à quacunque excommunicatione, ad eum tantum effectum. Sic etiam tenent Alterius *lib.2.diſput.6.cap.5. verſ. Ex dictis etiam.* Sayrus *lib.2.cap.5.num.13.* Cornejo *diſp.10.cit.§.7.dub. vnic. quæſ.3.* Suarez *diſp.13.ſect.1.num.12.* Filliucius *tract.11.cap.5.quæſ.3.dicto 2.n.122.* Vaſquez *cap.6.de excom.n.5.verſ. Septimò videtur.* Luyſius *lib.2. diſp.16.dub.1.verſ. Item docet.* Auila *part.2.cap.6.diſp.5. dub.2.concl.4.*

QVÆSTIO XXIV.

An Commenda, ſeu commendatio beneficij, parochialis, ſeu Eccleſiæ, facta Excommunicato, ſit etiam inualida?

REſpondeo eſſe inualidam omnino. Patet, quia commendare alicui beneficium parochiale eſt, vt illius regimen, & curam ſuſcipiat, & in eo functiones exerceat

exerceat Eccleſiaſticas : at ſic eſt, quod ad has actiones exercendas eſt excommunicatus inhabilis, & incapax, vt ſupra eſt habitum : ergo nulla erit Commendatio beneficij parochiali, ſeu Eccleſiæ ei facta. *Confirmatur.* Nam collatio Eccleſiæ facta excommunicato eſt nulla: ergo etiam erit talis, Commendatio. Sic Rebuff. *in cap. Poſtulaſtis. de Cleric. excommunic. miniſtr. num.* 213. Suarez *ſect.* 1. *cit. num.* 14. Alterius *cap.* 3. *cit. in fine.* Filliucius *numer.* 122. *cit.* Cornejo *loc. cit. quæſ.* 2. *verſ. Et denique.*

QVÆSTIO XXV.

An permutatio beneficiorum facta per Excommunicatum, ſit etiam irrita, ac nulla?

RESpondeo eſſe omnino irritam, ac inualidam. Quia ſi vterque eſt excommunicatus, nulla eſt collatio, cum vterque ſit incapax beneficij, quod de nouo confertur: ſi verò alter tantum eſt excommunicatus, etiam eſt nulla, quia ipſe ſaltem, eſt incapax recipere alterius beneficium, vnde non ſit permutatio. Sic omnino Vaſquez *cap.* 6. *de excomm. num.* 4. *verſ. Secundò notandum.* Luyſius *loc. cit. verſ. Addendum eſt.* Couarr. *cap. Alma mater,* 1. *part.* §. 7. *n.* 2. *verſ. Quintò hinc conſtat.* Cardin. & Coſmus, penes ipſum. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. Sanchez *lib.* 2. *oper. moral. cap.* 28. *num.* 33. Filliucius *num.* 122. *cit.* Auila 2. *part. cap.* 6. *dub.* 2. *concluſ.* 1. *verſ. Secundò.* ita dicens: Secundò, nota, quod concluſio etiam habet verum in permutatione beneficij. Ita Couarr. Probatur: nam in tali permutatione interuenit mutua collatio beneficij. Ita ille. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. §. 1. *n.* 6. Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 1. *n.* 11. Azor 2. *p. lib.* 6. *c.* 7. *q.* 8. Palao *diſp.* 2. *punct.* 10. *n.* 2. & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An Excommunicatus ſit priuatus fructibus ſuorũ beneficiorum, quorum collationem accepit, tempore excommunicationis?

RESpondeo tanquam certum. Eſſe priuatum. Ratio eſt, quia collatio prædicta beneficiorum, eſt nulla, ac irrita, & conſequenter prouiſus illa beneficia retinere non poteſt, vt habitum eſt ſupra *quæſt.* 5. ergo nec poterit ſuos fructus facere, ac retinere. Niſi alias cum ipſo diſpenſatum fuerit: quia tunc quantum ad fructus perceptos, poteſt idem beneficiarius, obtenta reualidatione tituli, obtinere: nam fructus reſeruantur ſucceſſori. Quod ſi diſpenſationem obtinere non poſſit, & dimittat beneficium; tunc ſi per ſe ipſum, aut vicarium exhibuit ſeruitium beneficio annexum, licitè poterit eam partem fructuum ſibi retinere, quæ ad honeſtam ſuſtentationem, iuxta prædictum ſeruitium debebatur. Sic Alterius *lib.* 2. *de Cenſur. diſp.* 6. *c.* 8. *in principio,* & ante illum Henriquez *lib.* 13. *cap.* 14. *n.* 3. *in fine.* Palao *diſp.* 2. *punct.* 13. *in princ.* & alij penes ipſum.

QVÆSTIO XXVII.

An Excommunicatus quandiu in excommunicatione perſeuerat, etiam ſit priuatus fructibus illorum beneficiorum, quæ legitimè ante excommunicationem poſſidebat?

RESpondeo tanquam certum: Etiam fructibus horum beneficiorum priuatum eſſe: nec poſſe percipere fructus dictorum beneficiorum, quandiu in excommunicatione perſeuerat. *Primò,* quia ſic colligitur ex *cap. Paſtoralis,* §. *Verum, de appellat.* vbi Innoc. III. loquendo de excommunicato, hæc ait; *Illi prouentus Eccleſiaſtici meritò ſubtrahuntur, cui Eccleſia communio denegatur.*

Secundò, quia beneficium datur propter officium, & fructus beneficij aſſignantur, vt beneficiarius liberè, & expeditè poſſit exercere debitum officium, *cap. Cum ſecundùm, de prebend.* at ſic eſt, quod excommunicatus remanet ſuſpenſus ab officio, & conſequenter ad exercendas Eccleſiaſticas functiones, eſt interdictus: ergo meritò remanet priuatus fructibus beneficij. In hac reſponſione ita abſolutè prolata conueniunt omnes. Abbas *in d. cap. Paſtoralis, num.* 28. & *ibi* Decius *num.* 5. Archidiac. *in cap. Ad hæc, diſt.* 32. Caiet. *verb. excommunicatio in fine, verſ. Vbi ſcito.* Sylueſt. *Clericus* 4. §. 25. *& excommunicatio* 3. §. 1. Nauarrus *cap.* 25. *n.* 124. *& c.* 25. *n.* 11. Couarr. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 8. *verſ. Duodecimò hinc,* & apud eundem Gloſſa communiter recepta *in d. c. Paſtoralis.* Gloſſa *in l. inter quos* §. *damn. ff. de damno infect.* & regia *lib.* 31. *tit.* 9. *p.* 1. Turrecrem. *cap. Contumacia* 50. *diſt. num.* 2. & alij Canoniſtæ. Et ex Theologis Palud. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. Gabriel. *q.* 2. *art.* 3. Adrianus *de Claui, quæſt.* 3. Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 2. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 6. *cap.* 8. *in princip.* Henriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 4. Victoria *tit. de excomm.* §. 16. alias 345. & Polanco *in directer. Confeſſor.* Aragon. 2. 2. *quæſt.* 12. *art.* 2. Gutierrez *can. qq. c.* 7. *num.* 92. Auila 2. *part. c.* 6. *diſp.* 6. *dub.* 1. Bauny *diſp.* 7. *de excomm. quæſt.* 19. *dub.* 7. Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 9. *à num.* 81. Layman. 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *n.* 9. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 4. §. 1. *num.* 9. & alij *infra* citandi, inter quos omnes, ſolùm eſt controuerſia, & certè grauiſſima, an videlicet, ad incurrendam excommunicatus hanc priuationem fructuum, ſit neceſſaria iudicis ſententia, an non. Pro qua difficultate diſſoluenda ſit.

QVÆSTIO XXVIII.

An Excommunicatus tam toleratus, quàm non toleratus, ſit, propter excommunicationem priuatus, ipſo iure, & facto, fructibus beneficiorum, non expectata iudicis ſententia?

NEgant quam plures Doctores, docentes, quod beneficiarius excommunicatus, nullo modo ſit ipſo iure priuatus fructibus ſui beneficij, nec tentatur conſequenter eos à ſe ſponte, & ante ſententiam declaratoriam iudicis, abdicare, dummodo exequatur onera, & officia beneficij.

Ducuntur, quia nullibi reperitur iure cautum, excommunicatum ipſo facto priuatum eſſe fructibus beneficij: ergo licitè poterit illos retinere, antequam ſequatur ſententia. Antecedens probatur. Nam ſi hoc eſſet iure cautùm, maximè eſſet *in Canone Paſtoralis, quæſt. antecedenti citato*; at non cauetur in hoc; nam verba illa, *Prouentus Eccleſiaſtici ſubtrahuntur,* intelligi poſſunt, de ſubtractione facienda per ſententiam iudicis, vt ait *ibi* Gloſſa *in verb. ſubtrahuntur,* ergo, &c. Ita ſentiunt apud Sanchez, Henriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 3. *& cap.* 32. *n.* 3. *in comment. lit. X.* Nauarra *lib.* 2. *de reſtitut. cap.* 2. *p.* 1. *diff.* 5. *n.* 243. quos citat & ſequitur Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 51. (non 5. vt inuenies apud Machado) *n.* 12. *verſ. Tandem probatur.* Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 9. *num.* 81. Vaſquez *de beneficijs, cap.* 4. §. 3. *dub.* 4. *n.* 229. Auila *part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 6. *dub.* 1. *concl.* 2. Bonacina *diſput.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 4. §. 2. *num.* 2. Hurtad. *diſp.* 6. *de excomm diff.* 1. Præpoſitus *in* 3. *part. quæſt.* 2. *de excommunicatione, dub.* 11. *n.* 68. Diana *part.* 4. *tract. reſol.* 54. *& part.* 6. *tract.* 9. *reſol.* 104. Candidus *diſquiſ.* 18. *de benefic. art.* 15. *dubit.* 2. *dicto* 3. Palao *diſp.* 2. *punct.* 11. *n.* 4. Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Et ante hos, meus Nauarrus *lib.* 5. *conſil. de ſent. excommun. conſil.* 50.

Digitized by Google

conſil. 50.*n.*2. Et licèt hæc ſententia ſit ſatis probabilis, & in conſcientia tuta.

Probabilius tamen reſpondeo, Beneficiatum priuatum eſſe ex vi iuris, fructibus beneficij correſpondentibus durationi excommunicationis, eo ipſo, quod excommunicationem incurrat, quamuis per ſententiam Iudicis ad amiſſionem illorum non fuerit condemnatus.

Primo. Quia ſic habetur *in d. c. Paſtoralis. §. Verum.* vbi, ex communi interpretatione Doctorum Canoniſtarum, quæ in huiuſmodi rebus magnam habet authoritatem, non eſt ſermo de fructuum priuatione per Iudicem facienda; ſed ipſo facto inducta per excommunicationem: ergo.

Secundo. Quia huiuſmodi fructuum priuatio eſt immediatus effectus excommunicationis: ergo ad incurrendam hanc pœnam, nullo modo eſt neceſſaria ſententia Iudicis. Probatur conſequentia. Tum, quia alias non eſſet effectus immediatus excommunicationis, ſed ſententiæ. Tum etiam quia ita Excommunicato ſunt ſui beneficij fructus ſubtracti, ſicut denegatur Eccleſiæ communio: at hæc illi, iure ipſo, ac facto negatur, ante ſententiam declaratoriam Iudicis: ergo & fructus. *Confirmatur.* Quia, vt dicitur *in d. §. Verum.* excommunicatio trahit ſecum executionem, & ideo vt vim ſuam in reum exerat, non requirit ſententiam declaratoriam Iudicis: ergo ante illius ſententiam, priuat Beneficiarium fructibus ſui beneficij. Sic & latè Abbas *in d. §. Verum.* vbi *n.* 17. miratur Gloſſam contrarium ſenſiſſe Innoc. *in c.* 1. *de Iudic.* Couar. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 8. *verſ. Duodecimo hinc etiam.* Vgol. *tab.* 2. *c.* 12. Moneta *de diſtributionibus par.* 2. *q.* 15. *n.* 22. Sayrus *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 14. Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. *à n* 4. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 6. *c.* 8. *per totum.* Garcias *de benef. part.* 7. *c.* 13. *n.* 90. Toletus *lib* 1. *c.* 13. *n.* 14. & penes ipſum, Gloſſa *in cap. Studeat. in fine diſt.* 50. Hoſtienſ. *in Sum rubr. de ſent. excom. n.* 11. *verſ. Item.* Put. *deciſ.* 280. *lib.* 1. Palud. *diſt.* 18. *q.* 4. Syln. *Clericus,* 4. *q.* 25. Ioan. de Ligna *in c. Quia diuerſitatem de conceſ. Prœbend.* Decius *in c. Paſtoralis. §. Verum, col.* 4. Armilla *verſ. excom. n.* 9. & Sum. Confeſſ. *lib* 3 *tit.* 53. *q.* 81. *verſ. Effectus.* Tenent item Mercerus *in* 3. *part q.* 21. *dub.* 8. *n.* 6. Filliuc *tr.* 12. *cap.* 5. *q.* 6. *n.* 129. *dicto* 1. Bauny *diſp.* 7. *de excomm. diſput.* 19. *dub.* 7. *dicto* 2. Cornejo *diſp.* 10. *de excom.* §. 6. *dub. vnic. q.* 1. Villal. *tr.* 17. *diff.* 10. *n.* 1. Baſſæus *verb. excom.* 3. *num.* 18. Qui & citat Manuëlem Sà *verb. Beneficium. num.* 48. & Henricum Henriquez (quem etiam citat Bonac.) *lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 4. Et certè vterque benè pro hac parte citatum. Nam licet Sà *verb. cit. num. mihi* 48. nil ad propoſitum afferat, *num. verò* 50. hæc dicit: Excommunicatus, vel ſuſpenſus à beneficio, interim dum quærit abſolui, poteſt fructibus vti ſibi, & ſuis neceſſariis. Sic Sà, vnde quamuis non exprimat hanc partem, innuit tamen, quod idem facit Henriquez, limitando, vt tantum ſit hoc verum, in caſu quo excommunicatus eſt negligens in procuranda abſolutione excommunicationis. Verum eſt quod Sà *verb. ſuſpenſio n.* 7. oppoſitum clarè teneat, vt videbimus *infra tr.* 4. *de ſuſpenſ. diſp.* 5. *q* 27. Sic deinde Reginald. *tom.* 2. *lib.* 32. *tract.* 1. *cap.* 7. *num.* 36. & etiam Nauar. *in Summ. cap.* 25. *n.* 121. *verſ. Nota quintò, adiuncto num.* 122. *verſ. Decimo tertio peccat.* quamuis *num.* 224. *verſ. Decimo quinto pecc. t.* ſolum velit habere id verum loquendo de excommunicato per quem ſtat, quominus abſoluatur, non de aliis excommunicatis pœnitentibus, nec per quæ ſtat, quominus abſoluantur, de quibus forſan loquutus fuit in ſuis Conſiliis *loc. cit.* vt ſic ſe tantum Doctorem contradicere negemus. Horum Authorum oppoſitas ſententias refert Machado *lib.* 1. *parte* 3. *docum.* 10. *in fine,* ipſe verò, vel vtrique, vel nulli adhæret.

Qvæstio XXIX.

An etiam ex vi iuris, priuetur, ipſo facto, fructibus ſui beneficij, excommunicatus, quem pœnitet, & non ſtat per ipſum, vt abſoluatur?

NEgant, & à fortiori, omnes authores nuper pro prima ſententia adducti. Et ex adductis pro noſtra, Nauarrus *loc. cit.* & Henriquez etiam, his verbis. Si excommunicatus pœniteat, nec per eum ſtat quominus abſoluatur, ex pia Eccleſiæ voluntate fructus facit ſuos in conſcientia: ſicut & fruitur iis ſuffragiis Eccleſiæ, quæ pro eo ſpecialiter offeruntur. Quia reus priuatur fructibus, non ſolùm quia deeſt modus ſupra dictus, ſed ſimul in pœnam contumaciæ; ceſſante verò cauſa contumaciæ ceſſat, in foro conſcientiæ, hic effectus pœnalis, & gaudet fructibus: quia præſtat officium per ſe, vel per alium expeditum, & recitat horas, & habet titulum cum poſſeſſione, & eſt operarius dignus mercede ſua. At in foro exteriori per ſententiam ſaltem criminis declaratoriam, priuabitur fructibus, quia præſumitur contumax. Hæc Henriquez *cap.* 3. *cit. numero* 4. & penes ipſum *lit. P.* Hoſtienſ. Aſtenſ. Syluestr. Caiet. Armilla, & alij Sayrus etiàm *loc. cit. n.* 29. Alterius *c.* 8. *cit. verſ. Quamobrem.* Candid. *diſquiſ.* 18. *art.* 15. *dubit.* 2. & alij.

Sed probabilius reſpondeo: etiam in propoſito caſu priuari excommunicatum, ipſo facto, ex vi iuris fructibus ſui beneficij. Quia vt effectus excommunicationis tollatur, non ſufficit à contumacia recedere, & abſolutionem procurare, niſi Cenſura re ipſa per abſolutionem auferatur: ergo Beneficiarius quandiu vinculo excommunicationis eſt ligatus, tandiu manebit fructibus ſui beneficij priuatus. *Confirmatur.* Quia durante excommunicatione ſemper eſt quis inhabilis ad nouum beneficium obtinendum, etiamſi à contumacia receſſerit, & abſolutionem procurare inceperit: ergo etiam erit inhabilis ad proprij beneficij fructus ſuos faciendos. Sic Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 17. Cornejo *diſp.* 10. *de excom.* §. 6. *dub. vnico, verſ. Sed quid ſi excommunicatus.* addentes hoc maximè habere verum, quando abſolutio à Cenſura abſque noua iniuria differtur: nam ſi dilatio eſſet iniurioſa, daretur actio beneficiario, fructus illius temporis recuperandi. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 5. *quæſt.* 9. *n.* 136. & 137. Bonac. *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 4. §. 2.

Qvæstio XXX.

An, ſuppoſito quod excommunicatus, ipſo iure, & ante omnem ſententiam, eſt priuatus fructibus ſui beneficij; teneatur in conſcientia ſeipſum ſpoliare his fructibus, eoſque reſtituere, etiam ante ſententiam declaratoriam Iudicis?

NEgatiua ſententia ſic probari poteſt. Nam illæ pœnæ, quæ in ſui exequutione requirunt actionem rei delinquentis, neminem obligant ad eas exequendas ante ſententiam Iudicis, ſaltem declaratoriam criminis commiſſi; propter quod hæreticus, non tenetur ſe ſpoliare bonis ſuis, donec per Eccleſiam condemnetur, cap *Cum ſecundum leges. de Hær. in* 6. ergo ſimiliter excommunicatus Beneficiarius, non tenebitur ante Iudicis ſententiam ſeipſum ſpoliare fructibus ſui beneficij. Sic docent omnes Doctores qui docent excommunicatum non priuari ipſo facto, & ante ſententiam Iudiciis fructibus ſui beneficij. Legantur citati *q.* 28. pro prima ſententia.

Contra verò authores eàdem *quæſt. cit.* pro ſecunda ſententia abſolutè oppoſitum ſentiunt docentes, quemcumq; excommunicatum, etiam occultum, teneri per ſe loquendo, fructus beneficij non recipere, & receptos ante ſententiam Iudicis, reſtituere. *Ratio eſt.* Quia ne-

mo poteſt retinere in conſcientia quod ſuum non eſt: ac ſic eſt quod excommunicatus, ex vi Cenſuræ, non poteſt beneficij fructus, ſuos facere, nec aliquod dominium eorum acquirere: ergo nec poteſt eos percipere, nec retinere: ergo lege naturali tenebitur ſtatim eos reſtituere, ſicut cæteras res alienas. Sic docent authores ſtatim citandi. Qui.

Ad argumentum factum pro parte negatiua, reſpondent, & benè negando conſequentiam. Quia re vera magnum diſcrimen eſt inter hanc pœnam, quam incurrit excommunicatus, & illam, qua quis aliqua lege priuatur ſuis propriis bonis. Nam in iſto caſu de hæretico, & ſimilibus ſupponitur, reum habuiſſe verum dominium talium bonorum, & conſequenter legitimam eorum poſſeſſionem & vſum; & ideo licèt ex rigore legis à tempore delicti priuetur dominio directo talium bonorum, tamen ex benignitate legis, non cogitur ſeipſum poſſeſſione, & vſu talium bonorum priuare donec per ſententiam Iudicis de crimine condemnetur. At verò Excommunicatum nunquam habuit dominium eorum fructuum, qui poſt incurſam excommunicationem ex beneficio præuenerint; quia neque ante excommunicationem tale dominium habuit, non enim habuit ante ius in illis, ſed ad illos, & hoc ius fuit impeditum per excommunicationem, & ideo poſt eam contractam, non acquiſiuit tale dominium, lege illud impediente: ergo excommunicatus nullo tempore habuit dominium talium fructuum, neque legitimam poſſeſſionem, aut vſum eorum, & ideo in conſcientia illos reſtituere tenetur. Sic Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. *à n.* 7. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 6. *c.* 8. *verſ. Sed poſtulabit.* Cornejo *diſp.* 10. *de excommun.* §. 6. *dub. vnico, q.* 2. Villalob. *tr.* 17. *diff.* 10. *n.* 4. per hæc verba: [De lo dicho ſe infiere, que como el deſcomulgado no haze los fructos ſuyos, ſi de hecho los recibe, tiene obligacion de reſtituir los aun antes de la ſentencia del Iuez. Y eſto aunque ſea tolerado: porque la Extrauagante *Ad euitanda*, en nada relieua al deſcomulgado: como en ella ſe ve.] Sic ille, & communiter alij DD. pro noſtra ſententia nuper *q.* 28. relati.

Sed ego clariùs cum diſtinctione reſpondeo, quod attento rigore iuris, & vi præciſè Cenſuræ excommunicationis, dicendum ſit, cum authoribus huius ſecundæ ſententiæ, excommunicatum non facere in conſcientia fructus beneficij, ideóque abſque alia ſententia teneri illos reſtituere; vel curare eorum condonationem à ſacra Pœnitentiaria, expoſita aliqua cauſa, vt paupertatis, ignorantiæ, &c. Attamen attenta conſuetudine, vbi legitimè eſt introducta aſſerendum eſt, non teneri in conſcientia Excommunicatum ſpoliare ſe bonis beneficij tempore excommunicationis acquiſiti, ante ſententiam Iudicis; ac conſequenter poſſe ante illam talibus fructibus gaudere, dummodo per ſe, vel per alium expeditum præſtet officium beneficij, recitet horas, &c.

Primam partem huius noſtræ reſponſionis probat ſatis efficaciter ratio facta pro ſecunda ſententia. *Secundam* verò. Quia vſus & conſuetudo in hac parte iuri communi derogare quit, vt fatetur Eilliuc *tr.* 12. *cap.* 5. *q.* 6. *verſ. Hinc infertur.* Vbi, poſtquam propoſuit & docuit primam partem noſtræ reſponſionis, hæc addit: Id tamen intelligendum eſt, niſi conſuetudo alicubi contrarium induxiſſet, quod ſcilicet, excommunicati fructus non amittant, ex Rebuff. Vgol. & aliis relatis à Garcia *de Benef. part.* 7. *c.* 13. *num.* 128. Et eam eſſe in Hiſpania idem teſtatur *n. ſequent.* Ideóque ſtante probabili ſententia Petri Nauar. Armillæ & Sanchez, ex eodem, *ibidem num.* 91. quod excommunicatus non priuetur fructibus, niſi id ſententia exprimatur; Confeſſarij poſſunt relinquere pœnitentes in bona fide, nec eos obligare ad reſtitutionem, niſi aliter ex circumſtantiis, vel viridi obſeruantia iuris communis, iudicarent agendum eſſe. Sic Filliuc. Et clariùs Gaſpar. Hurtad. *diſp.* 6. *de excommun. diff.* 1. *in fine,* ita dicens: Addimus, quod quamuis de rigore Iuris, excommunicatus eo ipſo, abſque noua ſententia Iudicis, eſſet priuatus fructibus ſui beneficij, conſuetudine tamen non priuatur, quia dicto iuri, quamuis eſſet, fuiſſet dicta conſuetudine derogatum. Hæc Hurtadus. Et ex illo Diana *parte* 4. *tr.* 4. *reſolut.* 54. & *part.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 104. dicens, ita etiam ſentire Mercerum *in* 3. *p. q.* 21. *dub.* 8. *n.* 6. Qui licèt ſuam & noſtram opinionem puteteſſe veram ex diſpoſitione Iuris, addit tamen, quod quia non ſoleat excommunicatus priuari fructibus beneficij ſui, poteſt ſe conformare huic conſuetudini; quia cum ius illud ſit poſitiuum, poteſt derogari per contrariam conſuetudinem. Sic iuxta Dianam, Mercerus. Et ante hos omnes Rebuff. & alij, vt refert Suarius *diſp.* 13. *ſect.* 2. *num.* 21. *in fine.* per hæc verba: Sunt verò, qui dicant, quamuis hæc de rigore Iuris vera ſint, ex recepta tamen conſuetudine, non ſolere excommunicatum priuari fructibus beneficij, vt videre eſt apud Rebuff. *in repetit. c. Poſtulaſtis n.* 84. *de Cler. excom. miniſtr.* Et quidem cum hoc ius poſitiuum ſit, non eſt dubiũ, quin potuerit per contrariã conſuetudinem derogari. Mihi tamen non conſtat, talẽ conſuetudinem vniuerſalem eſſe: vbi tamen de illa conſtiterit, poterit quis cum ea conformari: alioqui quæ diximus de iure obſeruanda ſunt, Hucuſque Suarez.

QVÆSTIO XXXI.

An ſtando etiam in rigore Iuris, quando excommunicatus eſt pauper, non habens aliàs vnde viuat, poſſit retinere ex fructibus ſui beneficij, quidquid fuerit neceſſarium, ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, etſi ſit negligens in procuranda abſolutione?

AFfirmat Auila 2. *p. c.* 6. *diſp.* 6. *dub.* 1. (non 5. vt leges apud Dianam, & Cornejo) *concl.* 3. Quia iſte excommunicatus, non eſt (inquit) peioris conditionis, quam alij pauperes: ſed fructus reſtituendos, poteſt dare pauperibus: ergo etiam ſibi. Hanc concluſionem limitat Nauar. *cap.* 25. *n.* 124. dummodo non fuerit negligens in procuranda abſolutione. Sed alij tenent concluſionem abſolutè, vt iacet; & meritò quia hæc retentio fructuum eſt per modum elemoſynæ; ad quam non requiritur diligentia in procuranda abſolutione. Hucuſque Auila. Et ante ipſum Henr. *lib.* 14. *c.* 13. *n.* 4. his verbis: Illos verò fructus ſui ſuſtentationi neceſſarios retinere poteſt, etiam qui fuit in mora. Sic ille. Et penes ipſum, *lit. S.* Panor. Gloſ. Sylu. Aſtenſ. & Armilla.

Sed probabilius longè reſpondeo: nullo modo poſſe ipſum excommunicatum, qui eſt negligens in procuranda abſolutione, aliquid de fructibus ſui beneficij ſibi vſurpare, etiam vt ſubueniat ſui, & ſuorum indigentiæ & egeſtati. Ratio eſt. Quia excommunicatus eſt priuatus ab Eccleſia dominio fructuum ſui beneficij, & ideo ſpectant ad Eccleſiam: ergo cum huiuſmodi fructus non ſint bona ſua, ſed Eccleſiæ, non poterit contra eius voluntatem ea ſibi vſurpare, quouis prætextu neceſſitatis non extremæ, quæ hic eſſe non poteſt, cum excommunicatus iſte, poſſit ſemper, ſi velit ab illo ſtatu contumaciæ reſipiſcere, & ab excommunicatione immunis effici, & ſic fructus percipere; vel etiam alio modo ſibi victum procurare.

Ad fundamentum Auilæ reſpondeo, quod hic non agimus de reſtituendo, ſed de non vſurpando alienum, quod valdè diuerſum eſt, & magis vrgens, ac neceſſarium: præſertim cum neceſſitas, in qua iſte excommunicatus exiſtit, ſit neceſſitas omnino voluntaria, & ita ratione ſuæ cõtumaciæ peioris cõditionis, quàm cæteri pauperes. Sic Gl. *in d.* §. *Verũ.* vbi Abb. *n.* 16. ex Ioa. And.

Decius

Digitized by Google

Decius ibidem,*n.9.* Felin. *in cap. Apoſtolicæ, n.12. de excep.* Sylueſt. *excommun. 3.§.1. verſ. Nono, beneficium. & Clericus,4.§.17. Vigeſimo quinto quæritur.* Nauarr. *c.25.n.124.* Couar. *lib.3. variar. cap. 3.n.8.verſ. Duodecimo hinc.* vbi ait hanc ſententiam frequentiſſimo omnium conſenſu eſſe receptam. Suarez *diſp.13.ſect.2.n.13.* Alterius *lib.2.diſp.6 cap.9.dub.1.* Filliuc.*tr.12.cap.5.q.9.n.136.* Cornejo *diſp.10. de excommunic.§.6.dub.vnico,verſ.Et ſi rogas.* Diana(ni fallor) ex illo *part.5.tract.9.reſol.104.in fine.* Villalob. *tract.17.diff.9.n.4. ſic dicens*: [Tambien ſe infiere, que aunque tenga neceſidad el deſcomulgado de los frutos para ſu ſuſtento natural,ò para la decencia de ſu eſtado, no ſe puede ſuſtentar con ellos: porque voluntariamente ſe dexo el caer en tan mal eſtado, y aſſi no ay razon para que la Igleſia le alimente.] Ita ille.

QVÆSTIO XXXII.

An ſaltem, caſu, quo excommunicatus non ſit in mora petendi abſolutionem à Cenſura, ſed potius illam petit; poſſit ipſemet excommunicatus propria authoritate, ex fructibus beneficij ſuæ inopiæ occurrere, ſi aliunde non poteſt ſe alere?

RESpondeo: Tunc poſſe, etiam propria ſua authoritate ſibi, & ſuis pro ſuo ſtatu de fructibus ſui beneficij ſuccurrere, dummodo per ipſum non ſteterit quominus abſolutionem habuerit, & alia alimenta non habeat, aut ea comparare ſibi aliter poſſit. Sic ex Nauar. *cap.25.n.124.* & Syluestro *excommunicatio 3.num.1.verſ. Nono. & verſ. Clericus,4. n.17.quæſt 25.* docent Suarez *diſp.13 ſect 2.n.16. & 17.* Alterius & Filliuc. *loc.cit.* Et Villalob. *loc.cit.* qui verbis ipſiuſmet, nuper adductus, hæc addit ſequentia verba: [Mas ha de ſe limitar con Suarez,que no ſe entienda, quando el Clerigo que eſtà pueſto en eſta neceſſidad, dexo ya la contumacia,que en tal caſo podra por ſu propria autoridad ſuſtentarſe de los frutos del beneficio, quando la deſcomunion es oculta, y aun tambien quando es publica, y no puede de otra manera alimentarſe, como ſe colige del derecho (*per argum.à ſimili, cap. Qui diuerſitatem. de Conceſſ. Præbendæ. & cap. Studeat. diſt.50.*) porque no ſea fuerza mendigar. Y aun podria el Iuez applicarle algo para la ſuſtentacion en eſte caſo, y debe hazerlo, mas no, ſi no ſe ha apartado de la contumacia.] Sic Villalobos. Cornejo etiam *loc. cit.verſ.Sed quid & verſ. Si autem inquiras.*

QVÆSTIO XXXIII.

An teneatur Superior Excommunicatum contumacem,de fructibus beneficij eius ſuſtentare,ſi excommunicatus inopia, & egeſtate laboret?

RESpondeo: Minimè teneri imò nec debere regulariter loquendo. Quia Prælatus non tenetur alere ipſum excommunicatum bonis Eccleſiæ, quibus iuſtè priuatus eſt ob ſuam contumaciam. Nam ipſa actualis contumacia, & mora petendi abſolutionem, meretur hanc pœnam, vt Eccleſia non debeat de bonis ſuis alere excommunicatum, etiamſi indigeat, & mendicare cogatur, & quidquid dedecoris inde prouenire poteſt, in perſonam potiùs excommunicati, quàm in ordinem redundat, & totum id permittitur, propter maius Eccleſiæ bonum, quod eſt contumaciæ reiectio: & quia ſua culpa caret, neceſſariis ſibi ad ſuſtentationem. Sic Couar. Gloſſa, Abbas, & Decius *ſup. q.31.citati.* Suarez *diſp.13.ſect.2.n.14.* dicens,id eſſe certum. Alterius omnino ex illo non citato, *lib.2. diſp.6.*

c.9.verſ. Primo dicendum eſt. Cornejo *diſp.10.de excom. §.6. dub. vnico. verſ. Si autem inquiras.* Filliuc.*tr.12.c.5. q.6.n.136.* licèt addat, quod in tali caſu poſſit ſuperior, ſi velit, aliquam partem dictorum fructuum applicare dicto excommunicato, tanquam pauperi; quod idem docet Suarez *loc.cit.* & benè,quidquid renuat Alterius, docens, id non poſſe facere Iudicem, aut ſuperiorem ſine peccato mortali.

QVÆSTIO XXXIV.

An ſi Excommunicatus,ignorans inuincibiliter ſuam excommunicationem,fructus percipiat, teneatur poſteà certior ſuæ excommunicationis factus,fructus perceptos reſtituere?

NEgatiuam ſententiam fortè tenebunt, qui tenent collationem beneficij factam excommunicato inuincibiliter ſuam excommunicationem ignoranti, eſſe ratam, ac validam, ac conſequenter per eam acquirere excommunicatum præfatum, ius percipiendi, & retinendi beneficij fructus. Sunt autē citati *ſup.q.5.*

Sed omnino ex dictis ibi, oppoſitum reſpondeo dicendo; Teneri poſtea fructus perceptos reſtituere: Quia ignorantia excōmunicationis non contulit dominiū, nec ius retinendi fructus,cum,vt ibidem diximus, non impediat effectum excommunicationis legitimè incurſæ: ergo poſtquam excommunicatus cognouit ſe in excommunicatione exiſtère, beneficij fructus percepiſſe, tenebitur illos reſtituere: exceptis tamen his caſibus.

Primus eſt, ſi excommunicatus bona fide accepit huiuſmodi fructus, & eadem bona fide eos conſumpſit, itaut propterea non ſit factus ditior: quia tunc non tenebitur reſtituere, vt patet, quia nec ratione iniuſtæ aceptionis, cum fuerit facta bona fide; nec ratione rei acceptæ, cum illa iam non exiſtat, neque in ſe, neque in alia loco ſui: & alioqui ſine culpa ſui, vel iniuria alterius conſumpta fuit: ergo.

Secundus caſus eſt, ſi excommunicatus eadem bona fide Eccleſiæ, ſeruiuit; nam tunc poteſt fructus beneficij retinere; niſi fortè eſſent pinguiſſimi; nam tunc ſolùm poſſet retinere eos, qui ſibi, & ſuæ familiæ eſſent neceſſarij ad decentem ſuſtentationem ſui ſtatus, attenta ſeruitij ratione. Sic debent docere omnes DD. *ſupra qu.5. relati.* Et in ſpecie id docent Suarez *ſect.2.cit.n.10.& 11.* Cornejo *loc.cit.q.3.*

QVÆSTIO XXXV.

An Excommunicatus ſit priuatus omnibus fructibus, qui nomine Eccleſiaſticorum prouentum, comprehenduntur?

RESpondeo affirmatiuè. Quia id conſtat *ex cap. Paſtoralis. §. Verum, de appellat.* vbi ſic dicit Pontifex: *Nos itaque reſpondemus, quod cum executionem excommunicatio ſecum trahat, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipſum excommunicatum denunciare potes,vt ab aliis euitetur. Et illi prouentus Eccleſiaſtici meritò ſubtrahuntur, cui Eccleſiæ communio denegatur.* Sic Innocent. III. Et cum eo omnes Doctores, tam Canoniſtæ, quàm Theologi. Qui omnes conueniunt in hoc, quod, ſub nomine *prouentuum Eccleſiaſticorum*, comprehenduntur omnes fructus, qui ſunt adnexi ſpirituali titulo, aut procedunt ex propriis bonis Eccleſiæ; vt ſunt fructus ipſius beneficij;fructus Præbendæ; fructus oblationum & decimarum;redditus ob Emphyteuſim Eccleſiæ, vel ob alium contractum procedentes:& denique Eccleſiaſticæ penſiones;nam hæc omnia, nomine fructuum,ſeu prouentuum eccleſiaſticorum, comprehenduntur. Legantur Couarru. *lib.3. variar. capite 13. in principio.* Suarez *diſp.13. ſect.2.num.21.* Alterius *lib.2. diſp.6.c.9. dub.2.*

Filliuc. *tract.*12. *c.*5. *q* 6. *dicto* 2. *n.*130. Bonac. *diſp.*2. *q.*2. *punct.*4. §. 2. *num.* 2. & alij.

QVÆSTIO XXXVI.

An fructibus patrimonij, in titulum alicui Clerico aſsignati, ſit priuatus excommunicatus?

RESpondeo tanquam certum: quod non. Quia certum eſt tale patrimonium, etiam aſſignatum pro titulo, ad quem eſt ordinatus, non eſſe beneficium eccleſiaſticum: ergo fructus ab ipſo prouenientes, non ſunt prouentus eccleſiaſtici, cum non percipiantur ex rebus Deo dicatis: ergo tales fructus non amittit excommunicatus per excommunicationem, cum ſolum amittat prouentus eccleſiaſticos, vt conſtat *ex cap. Paſtoralis* citato. Sic Suar. Filliuc. & Bonac. *loc. cit.* Candidus *diſquiſ.*18. *art.*15. *dubit.*1. *& ſeqq.*

QVÆSTIO XXXVII.

An Excommunicatus ſit priuatus diſtributionibus quotidianis, hoc eſt illis fructibus, ſeu prouentibus, qui conferri ſolent ſolùm aſsiſtentibus Choro?

RESpondeo tanquam certum: Etiam eſſe priuatum diſtributionibus quotidianis *Primò*, quia excommunicatus eſt priuatus miniſterio quotidiano in celebrandis diuinis Officiis Choro, ſeu Eccleſiæ deſeruientibus: at ſic eſt quod propter hoc miniſterium & aſſiſtentiam Choro, ſunt illæ diſtributiones aſſignatæ: ergo meritò illis priuantur. *Secundò.* Quia huiuſmodi diſtributiones comprehenduntur nomine prouentus eccleſiaſtici, cum ſint extractæ: ex fructibus Eccleſiæ, tanquam potior illorum portio. *Tertiò*, Quia ſic tenent praxis & conſenſus omnium Doctorum. Legantur Suarez *diſp.*13. *ſect.*2. *n.*22. *& diſp.* 27. *ſect.*1. *n.*29. Alterius *lib.* 2. *diſp.*6. *c.*9. *dubit.*2. Filliuc. *tract.*12. *c.*5. *q.*7. *n.*132. Bonac. & Candid. *locis citatis.* Vaſquez *de Beneſ. c* 4. §. 3. *n.*231. Palao *tom.*2. *tract.* 7. *diſp.*3. *punct.*9. §. 2. *n.*4. & alij penes. ipſos.

QVÆSTIO XXXVIII.

An fructus beneficij, quibus Excommunicati priuantur, ſint expendendi in vtilitatem Eccleſiæ, ad quam beneficium ſpectat?

RESpondeo affirmatiuè. Quia ſic colligitur *ex cap. Cum ad hoc, de Cleric. non reſid.* & tenent communiter Doctores ibi, *& cap. Paſtoralis*, §. *Verum.* Vbi Gloſſa & Abbas. Suarez *diſp.*13. *ſect.*2. *n.*24. *&* 25. vbi ſub Eccleſiæ vtilitate comprehendi ait, ſubuentionem pauperum & egenorum. Nauar. *c.*25. *n.*123. Cornejo *diſp.* 10. *de excom* §. 6. *dub. vnico in fine.* Candidus *art.*15. *citato dubit.*4. Alterius *lib.* 2. *diſp.*6. *c.*9. *verſ. Si verò ſit ſermo.* Filliuc. *tract.*12. *cap.*5. *q.*7. *dicto* 2. Qui ſimul cum aliis hanc concluſionem intelligunt, caſu, quo diuerſa non ſit conſuetudo, aut inſtitutio Eccleſiæ: nam ſi ex conſuetudine aut inſtitutione fructus ad alios pertineant Clericos; hinc ad hos abſque noua alia applicatione tranſibunt. Si verò ex eadem Eccleſiæ ordinatione ſtatutum ſit, vt applicentur fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco, eodem modo illi applicandi erunt. In omni tamen euentu, pars fructuum, qui Penſionario adiudicata eſt, ſemper manet reſeruata ex fructibus beneficij, vt illi ſoluatur cuius eſt penſio, quia excommunicatus non eſt cogendus ad ſoluendam penſionem ex propriis bonis, cum penſio non ſit impoſita ſuper perſonam, ſed ſuper beneficium. Legatur Suarez *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXIX.

An etiam diſtributiones quotidianæ, quas excommunicatus amittit, debeant expendi in vtilitatem Eccleſiæ, aut pauperum; an verò in vtilitatem eorum qui Choro aſsiſtunt?

RESpondeo quod in applicatione harum diſtributionum, ſtandum ſit etiam ordinationi, & conſuetudini Eccleſiæ. Vnde ſi ex conſuetudine diſtributiones quotidianæ, quæ abſentibus, ſi præſentes forent, competerent, accreſcunt (vt ferè ſemper contingit) præſentibus Choro, ita quoque eiſdem accreſcunt portiones eorum, qui propter excommunicationem Choro intereſſe non poſſunt, & ita aſſiſtentes tranſibunt abſque noua applicatione, vt dictum eſt. In caſu verò quod ſinguli Miniſtri Eccleſiæ ſint excommunicati, & non poſſint in Eccleſia miniſtrare omnes diſtributiones, quæ illis forent dandæ, ad Eccleſiam ipſam pertinent. Sic Suar. Alterius, Filliuc. Cornejo, Candid & communis.

QVÆSTIO XL.

An iniuſtè excommunicatus poſſit (poſtquam excommunicatio declarata fuerit iniuſta) repetere fructus beneficij, quos amiſit, tempore excommunicationis?

RESpondeo: Poſſe tales fructus repetere, poſtquam per ſententiam declaretur excommunicationem iniuſtam fuiſſe, etiam ſi aliàs valida. Quia cum huiuſmodi priuatio ſit pœna, & grauis ſatis, ea affici non debet, qui non deliquit. Et licèt ſufficienter deliquerit, vt talis excommunicatio poſſit eſſe valida, non tamen vt fructibus priuetur, cùm iniuſtè illa puniatur. Quod intelligendum eſt, dummodo in mora non ſit petendi abſolutionem; quia aliàs ſua culpa in excommunicatione maneret, & ſic fructus amiſſos, tempore moræ non recuperabit. Sic Gloſſa *in cap. Super cauſa* 2. *q.*5. *verb. Beneficia.* Gloſſa *in cap. Paſtoralis.* §. *Verum. de appellat.* Abbas, Imola *in d. cap. Super cauſa.* Felinus *in cap. Apoſtolicæ de except. num.*13. Nauar. *conſil.* 11. *n* 6. *&* 7. *de Cler. non reſid. & in capite Si quando. remed.* 2. *n.*32. *de reſcript.* Couar. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 13. *num.*8. *verſ. Duodecimo hinc.* Gabr. *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 8. *art.*3. Henriquez *lib.* 13. *cap.*13. *num.*4. *in fine*, & penes illum *lit. V*, Palud. Sylueſt. Rayn. Goffr. & alij. Suarez *diſp.* 13. *ſect.*2. *num.* 19. Alterius *libro* 2. *diſp.*6. *cap* 9. *dubitatione* 4. Auila 2. *p. cap.*6. *diſp.*6. *dub.*1. *concl.*1. Petr. Nauar. *lib.*2. *de reſtit. cap.*2. *diff.*4. *n.*238. Filliuc. *tract.*12. *cap.*5. *quaeſt.*9. *n.*140. Bonac. *diſput.*2. *quaeſt.*2. *punct.*4. §. 2. *n.*5. Qui & citat Manuelem Sà *verb. Beneficium, n.* 48. & Monetam *de diſtribut. part.*2. *q.* 15. Sed ex his, Sà non loquitur de iniuſtè excommunicato; ſed de iuſtè impedito, ait enim ſic: Diſtributiones quotidianæ debentur iuſtè impedito, modo adſit in eo oppido, & ſoleat, cum ſanus eſt, Officiis intereſſe. Sic ille Cornejo *diſp.* 10. *de excommun.* §. 6. *dub. vnico. verſ. Limitanda.* qui attentè eſt legendus propter errorem Typographiæ.

QVÆSTIO XLI.

An ſimiliter poſſit iniuſtè excommunicatus repetere diſtributiones quotidianas, quas tempore excommunicationis amiſit?

AFfirmant abſolutè & indiſtinctè Auila, Cornejo, & nonnulli alij. Sed præcipuè Petr. Nau. *loc. cit.* dicens, id eſſe verum, loquendo de omnibus iniuſtè excommunicatis, etiam de illo, qui ante excommunicationem non conſueuerat intereſſe Officiis diuinis.

Digitized by Google

diuinis. Quia quamuis aliàs non conſueuerat intereſſe, nihilominus mutata voluntate poterat intereſſe: & quamuis anteà haberet animum non aſſiſtendi, nihilominus poterat animo depoſito aſſiſtere: ergo.

Negat verò contrà Dominicus *in cap. Contumaces. 50. diſt.*

Sed probabilius cum diſtinctione reſpondeo. Poſſe quidem iniuſtè excommunicatum diſtributiones quotidianas, quas tempore excommunicationis, amiſit, repetere, caſu,quo ipſe iniuſtè excommunicatus,eſſet præſens in loco, vbi beneficium habebit, & item, eſſet ſolitus frequentare chorum, & aſſiſtere diuinis Officiis: ſecus aliàs. Ratio eſt. Quia eadem eſt ratio de excommunicato, ac eſt de infirmo, qui vt habetur *in cap. Ad audientiam. de Cler. non reſident.* debet percipere omnes fructus beneficij: quia, vt ibi ait Gloſſa *verb. infirmitas*, hoc ipſe ſatis punitur, nec addenda eſt afflictio afflicto. Vbi Abbas *n.* 5. & communiter alij Doctores quærunt, an etiam quilibet infirmus debeat lucrari? ſed probabilius longè eſt, quod non quilibet infirmus poteſt lucrari diſtributiones quotidianas, ſed ſolùm ille poteſt illas percipere, qui cauſa infirmitatis duntaxat eſt impeditus à reſidentia; vt docet Abbas cum communi *in cap. Ad audientiam. de Cler. non reſid. num.* 5. ergo qui abeſt à loco beneficij tempore infirmitatis, vel qui non erat ſolitus intereſſe diuinis Officijs, ſi morbo correptus fuerit. & non valeat aſſiſtere Officijs diuinis, non acquirit diſtributiones, quia infirmitas non fuit cauſa non reſidendi; ergo idem eſt aſſerendum de excommunicato. Sic Couar. *lib.* 13. *variar. c.* 13. *n.* 8. *verſ. Duodecimo hinc* per hæc verba: Cæterum iniquè excommunicatus tunc demum quotidianas diſtributiones exigere poterit; cum tempore ipſo excommunicationis præſens fuerit in loco, vbi beneficium habebat, erátque ſolitus diuinis Officijs ante excommunicationis impedimentum adeſſe, ſecundum Felin. *in d. c. Apoſtolicæ, n.* 12. quamuis Dominicus *in d. cap. Contumaces*, teneat contrarium. Cuius opinio vera eſt, in eo, qui ante excommunicationem non côlueuerat diuinis Officijs adeſſe. Etenim is, nequaquam habebit quotidianas diſtributiones eius temporis, quo iniquè fuerat excommunicatus. Sic ille. Henriquez etiam *lib.* 13. *c.* 13. *n.* 4. *in fine.* & penes illum in Gloſſa *lit. T.* vltra Felinum & Couar. Ioan. Andre. Gemin. Panorm. Nauar. Gabriel. Padilla, Armilla, Sandoual, Syluest. Angel. Roſel. & alij. Quibus addendi ſunt, Suar. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 20. Alterius *lib.* 2. *diſp* 6. *c.* 9. *verſ. Quod quidem.* Filliuc. *tract.* 12. *c.* 5. *q.* 9. *n.* 133. Banac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. §. 2. *n.* 5.

Qvæstio XLII.

An etiam iuſtè excommunicatus poſſit poſt abſolutionem à Cenſura, recuperare fructus, quos perdidit, tempore excommunicationis?

Reſpondeo tanquam certum: Non poſſe illos fructus recuperare etiam poſt abſolutionem. *Primò.* Quia iuſtiſſimè ob excommunicationem eſt huiuſmodi ab Eccleſia ijs fructibus priuatus; & alteri legitimè applicati: ergo non eſt ratio cur iſte ijs fructibus priuandus ſit. *Secundò.* Quia alioquin ſpe reſtitutionis facilius delinqueretur. *c.* 1. *diſt.* 50. quia facilitas veniæ excitat cupiditatem delinquendi. *c. Eſt iniuſta.* 23. *q.* 4. Sic omnes. Gloſſa *in c. Paſtoralis.* §. *Verum. de appellat. verb. ſubtrahuntur.* Abbas *ibid. n.* 22. Rebuff. *in repet. c. Poſtulaſtis. n.* 82. *de Cler. excom. miniſtr.* Felin. *in c. Apoſtolicæ. n.* 13. *& in c. Cum inter. n.* 18. *de except.* Nauar. *Conſil.* 50. *de ſent. excomm.* Couar. *lib.* 3. *variar. c.* 13. *n.* 8. *verſ. Duodecimo hinc.* Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 20. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 6. *c.* 9. *verſ. Quarta dubitatio.* Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 5. *q.* 10. *n.* 139. & communis.

Qvæstio XLIII.

An ſaltem prædictus iuſtè excommunicatus poſſit recipere, ac recuperare, poſt abſolutionem, diſtributiones quotidianas, quæ dantur aſſiſtentibus Choro, ſi per ipſum non ſtet, ne abſoluatur & ne interſit Choro?

Affirmat Candidus *diſquiſ.* 18. *art.* 15. *dub.* 3 ijs verbis. Dico *quartò.* Beneficiarius iuſtè excommunicatus, qui non aſſiſtit diuinis Officijs, qui tamen conſueuit adeſſe Choro, poteſt recipere diſtributiones, quæ dantur aſſiſtentibus Choro, ſi per ipſum non ſtet, quominus abſoluatur, & ne interſit diuinis Officijs; quia cum per ipſum non ſtet, ne abſoluatur, videtur legitimè impeditus: at legitimè impeditus, poteſt diſtributiones & fructus percipere: ergo, &c. Ità Candidus. Et penes illum, Nauar. *conſil.* 50. *de ſent. excom. n.* 1. Sayrus *lib.* 2. *de Cenſur. c.* 5. *n.* 29. & Sà verb. *Beneficium, n.* 50. Quibus addi poſſunt alij citati *ſupra q.* 29. pro prima ſententia. Sed iuxta ibidem dicta

Probabilius reſpondeo: Non poſſe prædictum iuſtè excommunicatum diſtributiones quotidianas recipere, & conſequenter illas poſt abſolutionem recuperare; niſi ſolùm caſu, quo iniuſtè, & per iniuriam denegetur ei excommunicationis abſolutio; quia tunc verè daretur ei actio recuperandi diſtributiones illius temporis; cum iam tunc tanquam iniuſtè excommunicatus ſit habendus. Hæc reſponſio conſtat ex ratione facta ad probandam noſtram ſententiam habitam *ſup. q.* 29. Quam cum præſenti docent Suarez *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 17. licet ſub aliquo dubio; Bonac. etiam *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. §. 2. *n.* 7. *& de Horis Canon. diſp.* 2. *q.* 5. *punct.* 2. §. 2. *n.* 1. & penes illum Gonzalez *ad Regul.* 8. *Gloſſa* 5. §. 6. *n.* 123. Palao *tom.* 2. *tract.* 7. *diſp.* 3. *punct.* 9. §. 2. *n.* 4. *verſ. Si verò.*

Qvæstio XLIV.

An iniuſtè excommunicatus poſſit ab Eccleſia repetere fructus beneficiorum, quos tempore excommunicationis amiſit iniuſtè?

Reſpondeo tanquam certum: Poſſe ab Eccleſia tales fructus repetere. Ratio eſt: Quia huiuſmodi fructus pertinent ad Eccleſiam: ergo ab eadem poterit Beneficiarius repetere. Sic Alterius *lib.* 2. *diſp.* 6. *c.* 9. *verſ. Sed hic quærere* dicens, Quod loquendo de his beneficiorum fructibus nulla ſit difficultas; maxima verò loquendo de diſtributionibus quotidianis, quæ ſi amittuntur ab excommunicato, accreſcunt aliis deſeruientibus; de his ergo loquendo ſit.

Qvæstio XLV.

An etiam, iniuſtè excommunicatus debeat repetere diſtributiones, quas amiſit, ab ipſis, quibus applicatæ fuerunt?

Negant plures Doctores, docentes non ab ipſis Canonicis, ſeu aliis Choro aſſiſtentibus, quibus adiudicatæ diſtributiones ſunt; ſed potiùs ab ipſo Prælato, ſeu Iudice, qui iniuſtam tulit excommunicationis ſententiam, eſſe petendas & recuperandas. Ratio eorum eſt. Quia per abſentiam excommunicati, fuerunt eius diſtributiones applicatæ & adiudicatæ aliis aſſiſtentibus Choro tanquam ſtipendium, & merces ſui miniſterij & officij: ergo acquiſitum eſt illis ius ſuper huiuſmodi diſtributiones: ergo non tenentur illas reſtituere; ergo nec excommunicatus poterit ab illis diſtributiones amiſſas repetere. Sic Suarez (quem neſcio ob quam cauſam, non explicato nomine, refert Alter.) *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 23. *verſ. Quæres.* Filliuc. *tr.* 12. *c.* 5.

Digitized by Google

*quæſt.7. dicto 2.num.*133. Vgolinus *tab.2.cap.*12.*n.*4. Sayrus *lib.2.cap.*5.*n.*27.

Sed probabilius reſpondeo: Debere repetere diſtributiones amiſſas à Clericis, quibus adiudicatæ, & applicatæ fuerunt: non verò à Iudice, qui iniuſtè ſententiam excommunicationis tulit. Quia probabilius eſt, quod Clerici præfati non acquiſierunt ius perfectum, ſed imperfectum & reuocabiliter, portionis diſtributionum excommunicati iniuſtè: quia illa ſemper pertinet ad illum, qui iniuſtè excommunicatus fuit, etiamſi diſtributa fuerit inter ipſos Clericos Choro aſſiſtentes: ergo ab ipſis poterit repeti, ab ipſo iniuſtè excommunicato, poſt obtentam abſolutionem, tanquam iure ſibi hypothecata: quia ius accreſcendi, quod transfert dominium diſtributionum, quas lucrarentur abſentes, in præſentes, ac actu Choro inſeruientes, ceſſat, quando quis abeſt abſque culpa, & delicto, quod ita accidit in eo, qui iniuſtè eſt excommunicatus. Sic & latiùs Alterius *lib.2.diſp.6. cap.9.cit.* Palao *tom.6. diſp.2. puncto* 11. *n.9.* Bonac. *diſp.*1.*de Cenſur.q.*2. *punct.*4.§.2.*n.*6.*& de horis Canon. diſp.2.quæſt.5.punct.*2. §.2.*n.*4. & penes illum, Felin. *cap.Apoſtolica,n.*12.*de except.* Moneta *de diſtrib.q.*15. *n.*33.*&* 44. Gutierrez *lib.*1. *Can.qq. cap.*2. *num.*136. Garzias *de benef.p.7. cap.*13.*n.*120. & alij. Addit tamen, quod in defectum Clericorum, inter quos diuiſa fuit excommunicati portio diſtributionum, detur actio contra Iudicem iniuſtè excommunicantem, tam pro portione prædicta, quàm pro intereſſe damnorum, & expenſarum: nam qui cauſam damni dat, damnum dediſſe cenſetur, & conſequenter ad damni reſtitutionem obligatur, *cap.vlt.de Iniuriis.* Quod additum limitat adhuc, niſi caſu, quòd Iudex bona fide, & ſeruato iuris ordine ſententiam excommunicationis tulit, quia tunc in foro conſcientiæ non tenebitur Iudex ad reſtitutionem: nec reus poſſet agere contra illum, niſi aliàs conuictus fuerit odio, vel gratia, aut pecuniis corruptus, ſcienter ſententiam excommunicationis iniuſtam protulerit. Quod latè probat Alterius *loc.cit.verſ. Addamus.*

DISPVTATIO X.

De eodem effectu quarto, videlicet, de incapacitate Excommunicati ad conferenda Beneficia Eccleſiaſtica.

QVÆSTIO PRIMA.

An excommunicatus priuatus ſit poteſtate conferendi Beneficia Eccleſiaſtica?

RESPONDEO tanquam quid certum apud omnes: Eſſe priuatum, & ita, vt neque licitè, neque validè poſſit excommunicatus beneficium eccleſiaſticum conferre. *Primò.* Quia id expreſsè conſtat ex *cap. vnico, de ſede vacante, in 6.ex cap. Quia diuerſitatem. de conceſſ. Prabend. & ex cap. Tanta, de exceſſibus Prælator.*

Secundò. Quia conferre beneficia, eſt actus iuriſdictionis, vt cum communi docet Gloſſa *in cap.Transmiſſam, de elect.verb. de talibus*, at ſic eſt, quod excommunicatus eſt priuatus ab Eccleſia poteſtate iuriſdictionis, *vt infra, diſp.*11. dicemus: ergo excommunicati priuati ſunt poteſtate conferendi beneficia. Sic ſentiunt omnes Doctores *in cap.de Cler.excom. miniſtr.& cap.Cum dilectus. de Conſuet.* Legantur Couarr. *in c.Alma mater part.*1.§.7.*n.9.* Suarez *diſp.*14. *ſect.*2. Alterius *lib.2.diſp.5.cap.*1. Filliuc. *tr.*12.*c.*6.*q.*4. Auila 2.*p.c.6.diſp.5.dub.*1. Bonac. *diſp.2.q.1.punct.5.n.6.* Hurt. *diſp.7.de excom.diff.*3. Cornejo *diſp.*10.*de excom.* §.5.*dub.*1.*verſ.Infero quintò.* Henriquez *lib.*13.*c.*7.*n.*2. Palao *tom.6.de Cenſur.diſp.2.punct.*13.*n.*11.

QVÆSTIO II.

An Collatio beneficij facta à quolibet excommunicato, tam tolerato, quàm non tolerato ſit nulla, & inualida?

REſpondeo quod non: ſed ſolùm collatio Beneficij facta ab excommunicato non tolerato, hoc eſt, nominatim denunciato & publico percuſſore Clerici. Nam poſt Extrauagantem *Ad euitanda*, collatio Beneficij facta ab excommunicato tolerato, etiam publico (dummodo non ſit nominatim denunciatus, aut notorius percuſſor Clerici, vt diximus) tenet, & eſt valida non in fauorem ipſius conferentis, ſed eius, cui confertur. Sic Couarr. Henriq. Suarez, Alterius, Filliuc. Auila, Bonac. *loc.cit.* Diana *p.5. tract.9. reſol.99.in fine*, & communis.

Addit tamen Alterius, quod caſu quo collatio beneficij fiat priuata authoritate, & non ratione publici officij, tunc collatio beneficij, etiamſi fiat ab occulto excommunicato, ſit nulla, vt docet Abbas *in cap.Veritatis,n.*47.*de dolo & contum.* & Innoc. *in c. Cum dilectus. de conſuetud.* & Ioan. Andr. *in cap.*1. *de reſcript. lib.6.* Sic etiam Couarr. *in cap. Alma mater* 1.*p.*§.7. *verſ. Quid autem.* & alij penes ipſum.

Sed hoc additum non placet Vaſquio, neque eius diſcipulo Luyſio; Quia in hac materia (inquiunt) non habet locum diſtinctio de poteſtate publica, & priuata. Quidquid enim ſit de veritate diſtinctionis, tamen in propoſito, collatio beneficij, ante denunciationem ſpecialem, valida eſt, poſt Concil. Conſtant. eadem enim eſt ratio: quia hoc voluit Concilium, non in fauorem excommunicati, ſed in fauorem fidelium. Sic Vaſquez *de excommun.dub.5.num.6.* Luyſius *lib.2.diſp.15.dub.2. in fine.* & alij: & quidem melius, *vt infra q.*25.

QVÆSTIO III.

An Excommunicatus toleratus, ſeu non vitandus, peccet Beneficia conferendo?

REſpondeo dicendum, quod ſi excommunicatus conferat beneficium ſponte, & libera voluntate, verè peccet: ſi verò id faciat ad petitionem alterius, & & in ſolum eius fauorem, tunc nullo modo peccet, poſt Extrauag. *Ad euitanda*; ſicuti tunc petens non peccat, quia alioqui illud Extrauagantis priuilegium, eſſet inane, & ſine effectu: vel potiùs ſcandalum, vel occaſionem peccandi daret, quod eſt contra finem illius legis. Sic Suarez *diſp.14.ſect.2.n.4.* Alterius *lib.2. diſp.5.cap.1.verſ. Dices ſecundò.* Palao *diſputatione* 2. *puncto* 13. *numero* 1.

QVÆSTIO IV.

An, non ſolum ipſe excommunicatus, ſed etiam qui eius vicem gerit, ſit priuatus iuriſdictione ad conferenda Beneficia?

REſpondeo etiam eſſe tali iuriſdictione priuatum. Quia ſuſpenſa, aut ſublata iuriſdictione Principalis, cenſetur quoque ſuſpenſa, ſeu ablata iuriſdictio illius, cuius tota iuriſdictio pendet non tantùm in habitu, ſed etiam in actu à principali, quia eſt vna

Digitized by Google

vna iuriſdictio, vt habetur *in cap.1. de Offic. Vicarij in 6.* Vnde excommunicato Epiſcopo Vicarius, qui eius gerit vices, neque licitè, neque validè poteſt beneficia conferre. Sic Suarez *loc.cit.* Alterius *loc.cit. verſ. Tandem poſtulabis.* Filliuc. *tract.12. cap.6.qu.4. dicto 2. numero 149.*

Qvæstio V.

An ad quacunque Beneficia Eccleſiaſtica conferenda, ſit excommunicatus vitandus priuatus iuriſdictione?

Reſpondeo tanquam certum: Ad quæcunque conferenda eſſe iuriſdictione priuatum. Et ideo ab excommunicato vitando, neque licitè, neque validè conferri poſſunt dignitas aliqua, Præbenda, Beneficium, ſiue ſimplex ſit, ſiue cum cura: quia hæc omnia nomine beneficij eccleſiaſtici veniunt, vt conſtat ex ſupra dictis *diſp.9.q.15.& ſequent.* & docent Gloſſa *in Reg.1.Beneficium.de regul.iur. in 6.* & ibi Francus, & alij Suarez *ſect.2. cit.n.3.* Alterius *loc.cit. verſ. Secunda dubitatio.* Qui addit in præſentiarum, nomine beneficij, non venire penſionem: quia vera penſio tantum conſtitui poteſt à Papa: ſed Papa nequit vinculo excommunicationis conſtringi: ergo.

Qvæstio VI.

An, quando ius conferēdi beneficium pertinet ad plures coniunctim, collatio reddatur nulla, ſi ex conferentibus aliquis ſit excommunicatus vitandus?

Reſpondeo tanquam certum: Reddi nullam. Quare ſi collatio beneficij conueniat Epiſcopo & Capitulo, & Canonici ſint excommunicati vitandi, nec licitè, nec validè poſſunt cum Epiſcopo beneficium conferre, vt habetur, *in cap. vnico. Ne Sede vacante in 6.* Secus ſi eſſent excommunicati non vitandi: quia tunc valeret collatio beneficij, quia Capitulum confert ratione publici officij. Sic ex Franc. Innocent. & Ioan. Andrea, docet Alterius *lib.2.diſp.5.cap.1.in fine.*

Qvæstio VII.

An etiam Excommunicatus vitandus, ſit priuatus iuriſdictione eligendi?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe etiam priuatum. *Primò*, quia ſic colligitur ex *cap Cum inter. 1. de Electione.* Vbi ſermo eſt de electione facta à ſuſpenſis, & caſſata dicitur, (non caſſanda, vt ſcribunt Suarez & Filliucius) vnde Gloſſa *in ſum. cap.* Sic ait: Item electio de ſuſpenſis, & à ſuſpenſis non tenet. & in verb. *Caſſata.* ſic dicit: Caſſata, id eſt, caſſa nunciata: quia ſuſpenſi eligere non poſſunt. Sic Gloſſa. Nunc ego. Ergo id aſſerendum eſt de excommunicatis, vt ait Gloſſa *in cap. Conſtitutis 1. de appellat. verb. excommunicationis.* his verbis. Idem eſſet ſi ſuſpenſus eſſet. Nam ſuſpenſi & excommunicati, nec eligere, nec eligi poſſunt. *ſup. de conſuetud. Cum dilectus, &c.* Sic Gloſſa.

Secundò, quia electio eſt actus iuriſdictionis; at excommunicatus eſt priuatus poteſtate iuriſdictionis, quam habet ratione publici Officij: ergo nec licitè, nec validè poteſt eligere.

Ex quo ſequitur, quod electio facta ab vno tantùm, vel à multis, vt à Capitulo, & ſingulæ perſonæ ſint excommunicati, quod electio ſit irrita ac nulla. Sic omnes. Gloſſæ & Doctores *in citatis Capitulis.* Innoc. & Abbas *in cap.2.de poſtulat. Prælatorum.* Couarr. *in cap. Alma mater.1.p.§.7.n.9. verſ. Duodecimus.* Suarez *diſp.14.ſect.2.n.6.* Alterius *lib.2.diſp.5.cap.2.in principio.* Filliuc. *tract.12. cap.6.q.5.n.150.* Auila 2. *p.c.6. diſp.5.dub.1.* Ægid. *diſp.14.dub.10.n.92.* Palao *punct. 13.cit.num.11.* Henriquez *lib.13. cap.7.n.2. in Gloſſa lit.B.* & alij citandi.

Qvæstio VIII.

An ſi Excommunicatus vitandus, non eligat ſolus, ſed cum aliis non excommunicatis; valida tunc ſit electio, caſu, quo votum excommunicati neceſſarium fuerit ad effectum electionis?

Reſpondeo tanquam certum: Minimè tunc fuiſſe validam. *Primò*, quia tale votum excommunicati tanquam nullum computandum eſt, cum alij non excommunicati coëligentes cum excommunicato non habilitent illum ad ſuffragandum: ergo ex defectu ſufficientis numeri ſuffragiorum ad legitimam electionem faciendam, talis electio erit nulla.

Secundò, quia caſus eſt expreſſus *in cap. Ad probandum, de re iudic.* vbi ſententia lata à duobus iudicibus, quorum vnus erat excommunicatus, declaratur irrita, eo quod facultas pronunciandi, delegata fuit illis non inſolidum, ſed coniunctim, ſicut facultas eligendi conceditur electoribus: ergo caſu, quo votum vnius excommunicati adhuc, ſit neceſſarium ad valorem actionis, ſeu electionis, ſufficiens erit ad irritandam illam. Sic omnes. Gloſſa *in ſumma dicti cap. & verb. caſſata.* Nauar. *lib.1. Concil.tit.de elect.conſil.1.* (non 11. vt inuenies apud Auilam) Couarr. *in cap. Alma mater.1.p.§.7.num.9.* (non 1. vt inuenies apud Henriquez) Suarez *diſp.14.ſect.2.n.9.& 10.* his verbis: Atque hinc fieri videtur: vt ſi ad valorem electionis, neceſſarius ſit omnium ſuffragiorum conſenſus, non poſſit eſſe valida, ſi vel vnus eligentium excommunicatus ſit. Patet, quia ſi vnus diſſentiret, electio eſſet nulla: ergo eadem ratione, ſi vnius ſuffragium inualidum eſt, erit electio nulla. Sic ille. Henriqu. *lib.13. cap.7.n.2. in Gloſſa.lit.B.* Auila 2.*p.cap.6.diſp.5. dub.1. concl.3.* Filliuc. *tract.12.cap.6.q.5.n.151.* Bonac. *diſp.2. q.2.punct.5.n.6. verſ. Ex quo fit.* Ægidius *dub.10. cit. dicto 2.n.93.* Hurtad. *diſp.7.de excomm.diff.5.* Cornejo *diſp.10. §.5.dub.1. verſ. Sed quid ſi non ſolus.* Alterius *lib.2.diſp.5.c.2.verſ.Tertio dicunt.* Vaſquez *de excomm. dub.5.* Luyſius *lib.2.diſp.15.dub.2.* Palao *diſp.2.punct. 3.n.12.* Qui omnes in hoc conueniunt, quod quando aliàs non conſtat fuiſſe ſuffragia ſufficientia abſque ſuffragio excommunicati, ſit cenſenda electio nulla.

Qvæstio IX.

An etiam ſit inualida electio, caſu, quo votum excommunicati non fuerit neceſſarium ad effectum electionis, eo quod ad illam legitimè faciendam, ſufficiens eſſet numerus ſuffragiorū?

Reſpondeo tanquam quid certum: tunc non eſſe inualidam electionem, ſed validam; caſu, quo excommunicatus ad ſuffragandum ſe ingeſſerit, & ab aliis coëligentibus, ignorantibus illum eſſe excommunicatum, admiſſus fuerit (de caſu autem quo ſcienter eſſet admiſſus, dicemus *infrà*) Ratio eſt. Quia excommunicatus occultus non eſt vitandus; quoniam cum nemo cogatur diuinare de occultis. *cap. ſi e. Vt noſtrum, vt Eccleſ. Benef.* vnuſquiſque debet haberi ſecundum communem opinionem, vt liber, & non excommunicatus; ergo ex hac parte electio ab eo facta valida erit. Sic colligitur *ex cap. Apoſtolica, de Cler. excomm. miniſtrante,* & tenet Gloſſa vlt. *in c. Si quando de elect. in 6.* Vbi huic, quam proponit, quæſtioni, an videlicet;

Digitized by Google

delicet, teneat electio, quando aliquis ex eligentibus excõmunicatus erat? Reſpondet, quod, *Non, ſi ſcienter ei communicauerunt? aliàs ſic. de ſent. & re iud. Ad probandum.* Sic Gloſſa. Quam ſequuntur Gemin. *num.*3. Anchar. *num.*2. & Francus *num.*3. Alterius *cap.*2. *cit. verſ. Primò quando plures.* Henriq. *lib.*13.*c.*7. *num.*2. *in Gloſſa, lit. B.* ſic dicens: Non ſolum ſi vnus eligat, ſed cum aliis electoribus (*Sic lege; non electionibus*) ſimul eligat, itaut ſine ipſius voto non valeret electio, eſt irrita. Si autem votum eius ab effectu conſtat, non fuiſſe neceſſarium, peccat ſe ingerens excommunicatus, ſed valet electio. Couarru. §.7.*n.*1. (*lege* 9.) ita ille. Auila 2.*p. cap.*6. *diſput.*5. *dub.*1. *concl.*3. Suarez, Filliuc. Cornejo, & alij citati & communis, vt videre eſt apud Couarru. *loc. cit. num.*9. *verſ. Duodecimus excommunicatus. & verſ. Quid autem.* Vaſquez & Luyſius *loc. cit.* Palao *diſp.*2. *de Cenſur. punct.*13.*n.*13.

QVÆSTIO X.

An etiam ſit valida electio, caſu dato, quod votum excommunicati non ſit neceſſarium ad effectum electionis, ſi ipſe excommunicatus vitandus ſcienter fuerit admiſſus ab alijs veris, & habilibus electoribus?

AFfirmat Gaſp. Hurt. *diſp.*7. *de excom diff.*3. Quia dicta (inquit) admiſſio, nullo iure inualidat electionem. Sic ille. Qui & citat pro ſe Henriquez *lib.*13.*cap.*7.*cit. in annotat.* & Ægidium *diſp.*14.*dub.*10. Et benè; licet ex illis, clarius doceat hanc partem hic vltimus: Ait namque ſic *dub.*2.*cit. num.*93. Addunt multi talem electionem eſſe irritam, ſi non excommunicati excommunicatos non toleratos ſponte admiſerint ad electionem: quia *cap. vlt. de Procuratoribus*, dicitur repellendus Procurator, quem conſtituit communitas vna cum ſuis rectoribus, quos ſciebat eſſe excommunicatos. Quæ opinio ſatis probabilis eſt, ob Doctorum auctoritatem. Illud tamen caput, ſolùm conuincit talem electionem irritandam, ſiue poſſe reiici à confirmatore: nam illo capite tantum dicitur, talem Procuratorem debere repelli: vnde non ſequitur eum inualidè admitti, ſiue eius acta eſſe inualida ſi admittatur. Ita Ægidius. Quibus authoribus ſatis fauere videntur Vaſquez & Luyſius *loc. cit.* quia eodem modo loquuntur, ac Henriquez, quem pro ſe citat Hurtadus. Ita etiam ſentit Palao *num.*13. *cit.* & penes ipſum, Layman, Bonac. & Suarez.

Sed probabilius reſpondeo in dicto caſu, minime eſſe validam electionem, ſed inualidam ac irritam. Quia probabilius eſt, quod ius, in odium excommunicatorum, talem electionem irritam, ipſo facto, faciat. Quod ſatis clarè colligitur *ex cap. Ad probandum. de ſent. & re iud. & ex cap. Cum ſuper. de Offic. Deleg.* & expreſſius *ex cap. conſulti*, quod eſt vltimum, *de Procurator.* Vbi Procurator electus & conſtitutus ab Vniuerſitate, in qua Maiores & Iurati, per quos communitas regebatur, excommunicati erant, repellendus à procuratione dicitur, ſi communitas ſciens eos eſſe excommunicatos, illos ad talem Procuratorem conſtituendum admiſit. Vbi notandum eſt, quod hoc ſtatutum non eſt, in eo ſpeciali negotio, propter ſpecialem rationem, quæ in Procuratore conſtituendo conſideretur, & quæ multo maior non ſit in conſtituendo, vel eligendo Prælato, aut beneficio eccleſiaſtico, ſed ſtatutum eſt ſolum ob voluntariam admiſſionem excommunicatorum ad eligendum: ergo ex iure omnis electio illo modo facta eſt irrita ipſo facto.

Nec obſtat, quod textus dicat, quod in dicto caſu talis Procurator ſit repellendus à procuratione; ex quo ſolum ſequi videtur talem electionem eſſe irritandam, non verò quod ipſo facto ſit irrita, vt vult Ægidius. Quia contrà eſt planum argumentum ex contextu capitis deſumptum; Nam ideo (dicit Innocent. III. vel, vt alij volunt Greg. IX.) quod talis Procurator ſit repellendus à procuratione, quia videlicet eius electio, ob admiſſionem voluntariam excommunicatorum fuit irrita, ac nulla, ipſo facto, ergo. Sic clarè ſentit Gloſſa in ſumma dicti capitis, vt conſtat ex his eius verbis *Nota quod ſi maior pars ſcienter admittit indignum, nihil valet quod agitur: ſed ſi ignoranter propter paucos, non vitiat factum maioris partis.* Hæc ibi Gloſſa, & ibidem *verb. Iurati, hac: Per hoc videbatur quod procuratio non valebat: quia Maiores & Iurati per quos communitas regebatur, erant excommunicati.* Et paulo *infra. Vnde videtur quod inſtitutio Procuratoris non valeat, & ſic ille Procurator debet repelli.* Sic Gloſſa. Quid clariùs? Ideo hanc ſententiam tenent communiter omnes Canoniſtæ, vt fatetur, princeps inter illos, meus Nauar. *lib.*1.*Conſil. titul. de elect. conſil.* 1. vbi quæſtioni noſtræ, ſic reſpondet: Reſpondeo quod electio eſt nulla, eo ſolo caſu, ſi excommunicatus erat denunciatus, & conſtabat illis qui ſimul eligebant, & erat notoria, & legitima excommunicatio, & non fuit appellatum legitimè ante excommunicationem, per *cap. fin. de Procurator.* Vbi Innocentius, Cardinalis, Panormit. & communis. Sic ille. Suarez *diſp.*14.*ſect.*2. *num.*17. Filliuc. *tr.*12. *c.*6.*quæſt.*5.*verſ. Quinto, electio.* Auila 2. *p.cap.*6.*diſp.*5. *dub.*1. *concl.*3. & penes illum, Couarru. *loco citato.* Cornejo *diſp.*10.*de excommun.*§.5.*dub.*1. *verſ. Sed quid quando.* Alterius *lib.*2.*diſp.*5.*cap.*2.*verſ. Tertio dicunt.*

QVÆSTIO XI.

An ſaltem, caſu, quo excommunicati admittantur ad electionem ab alijs coelectoribus ſcienter, & non eligant vnam perſonam; ſed non excommunicati vnam, aliam verò excommunicati, tunc electio facta à non excommunicatis ſit valida?

AFfirmabunt à fortiori, omnes authores pro prima ſententia nuper adducti.

Sed ego etiam conſequenter loquendo reſpondeo: Nec in dicto caſu eſſe talem electionem validam. Quia non excommunicati ſcienter admiſerunt excommunicatos ad electionem, & cum eis coëligere intenderunt: ergo ex vi dicti *capitis fin. de Procurator.* talis electio irrita, & inualida eſt. Sic Innocent. *in cap. Illa, de elect.* Alterius *loc. cit. verſ. Poſtulabis.*

QVÆSTIO XII.

An etiam, ſit electio inualida, quando Electores coguntur admittere excommunicatos vitandos ad ſimul eligendum?

AFfirmabunt, & maiori multò ratione, omnes authores citati *ſup. q.*10. videlicet. Hurtadus Henriquez, Ægidius, & alij. Quibus fauent Innoc. *in cap. Illa. num.*5. ex illo Alterius *loc. cit. verſu, Verum quid ſit.* dicentes talem electionem valere, caſu, quo non excommunicati, non conſenſerint expreſsè, quod excommunicati vocarentur ad electionem.

Sed clariùs, & diſtinctiùs reſpondeo: Valere quidem talem electionem, ſi veri electores nequirent excommunicatos à dicta electione expellere; nam tunc validè poſſunt eligere, proteſtando per hoc nullum ius eligendi intendere excommunicato dare. Et ratio eſt. Quia non debet quis ſuum ius negligere vt euitet participationem excommunicati, quem ſine ſui iuris damno euitare non poteſt argum. *cap. Si iure.*

de

Digitized by Google

de ſent.excom. ergo,&c.Sic Cornejo *diſp.*10. *de excom.* §.5.*dub.*1.*verſ.Sed quid ſit excommunicatus*,& à fortiori omnes Doctores primæ ſententiæ.

QVÆSTIO XIII.

An ſaltem; Electio Summi Pontificis, facta ab excommunicatis electoribus, ſit valida?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe validam. Quoniam ſic placuit Sum.Pontifici Clem.V. *in Clem. Ne Romani*, §. *Cæterum, de electione* (vbi Conſtitutionem Greg.X.in Concil.Lugdunenſi editam,circa electionem Romani Pontificis innouauit & confirmauit) ſic per hæc verba dicenti: *Cæterum, vt circa electionem prædictam,eò magis vitentur diſſenſiones,& ſchiſmata,quominus eligentibus aderit diſſidendi facultas. Decernimus,vt nullus Cardinalium cuiuſlibet excommunicationis,ſuſpenſionis, aut interdicti prætextu à dicta valeat electione repelli.* Sic Clemens.Sic omnes.Legantur Suarez *diſp.*14.*ſect.*2.*n.*19. Alterius *lib.*2.*diſp.*5.*cap.*2.*verſ. Hæc autem regula.* Filliuc.Cornejo,& alij *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An Patronus excommunicatus, licitè poſſit ad Eccleſiaſticum beneficiũ præſentare aliquem?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe licitè. Quia Excommunicato, nulla (præſertim eccleſiaſtica) licet communicatio: at ſic eſt; quod præſentare ad beneficium non poteſt fieri ſine eccleſiaſtica communicatione:ergo præſentare non licebit excommunicato. Sic omnes.Legantur Suarez *diſp.*14.*ſect.*2. *n.*21.Alterius *lib.*2.*diſp.*5.*c.*3.*in principio.*Filliuc.*tr.*12. *c.*6.*q.*6.*n.*152. Hurt. *diſp.*7.*de excom.diff.*3.*n.*9. *verſ. Præſentatio quoque.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO XV.

An Præſentatio ad beneficium Eccleſiæ,à Patrono Clerico excommunicato vitando facta,ſit valida?

AFfirmant aliqui, quos, ſuppreſſis nominibus, referunt Suarez, Alterius *vbi infra.* Quia nullum reperitur expreſſũ ius,quo talis præſentatio irritetur.

Pro hac affirmatiua ſententia refert Luyſius, & ex illo Diana) Couarr. *in c. Alma mater*,1.*p.*§.7.*n.*9.*verſ. Duodecimus* & alios penes ipſum; his verbis. Tertia opinio ſimpliciter docet talem præſentationem eſſe validam. Hanc tenet Couar. *in c. Alma mater* 1.*p.*§.7. *n.*9. & alij, quos citat Couarruuias. Ita Luyſius. Sed certè,hîc error Typographiæ apparet. Nam Luyſius, talem præſentationem eſſe inualidam voluit dicere, aliàs non pro tertia opinione, ſed pro prima nuper relata citaret Couarruuiam.Licèt vt verum fatear,poſſet abſque graui culpa,pro illa citari:eo quod ſatis lubricè pro vtraque parte loquatur; quamuis tandem clarè ſit pro negatiua,pro illaque citetur à Suario,Vaſquio, Alterio,& ab aliis communiter. Vnde hoc ſuppoſito,

Tanquam mihi certum reſpondeo: Talem præſentationem factam à Clerico Patrono, eſſe omninò inualidam. An vero, ſi de facto Epiſcopus conferat beneficium aliquod alicui, ad præſentationem Clerici Patroni excõmunicati,collatio ſit nulla)*infra* dicemus.

Ratio eſt. Quia præſentatio facta à Clerico habet vim electionis, *arg. ex c. Cum autem.c. Nobis,& c.penult.de Iure patr.*at ſic eſt quod ab electio facta excommunicato vitando, non tenet: ergo neque præſentatio.*Confirmo hanc partem.* Nam ius præſentandi, ſemper competit Clerico ratione alicuius beneficij, vel dignitatis Eccleſiaſticæ:ſed ab his omninò eſt ſuſpenſus excommunicatus: ergo talem actum præſentandi non poteſt validè exercere. Sic omnes communiter. Abbas *in c.Nobis,n.*3. *de Iure Patron.* Lambertinus *de Iure Patr.* 1.*p.*2.*lib.*2.*q.*2.*art.*2.Lapus *allegat.*8.Rocca Curtius *de Iure Patr.verb. Competens*,*q.*8. Rota 161. & 707.*in antiquis.* Bettachinus *tr. de Epiſcopo* 1 *lib.*3. *part.q.*31. Quos citat, & ſequitur Couar. *n.*9.*cit.verſ. Duodecimus, in fine.* Quia quamuis hic author in medio huius numeri,dicat,*quod inſtitutio Epiſcopi facta ad præſentationem Patroni Clerici excommunicati valet omninò*,hoc dicit per errorem Typographiæ; debet namque legi, *non valet omninò.* Quod ex eo clarè conſtat; quia videlicet,& citat Rotam citatam,quæ non valere talem donationem aſſerit; & id in fine numeri, negat de præſentatione facta à Patrono laïco excommunicato,quod eſt amplius. Tenet igitur Couarr. noſtram ſententiam. Et pro illa citatum, ſequuntur Henriq. *lib.*13.*c.*7.*n.*2.*in Gloſſa,lit.B.*Suarez *diſp.*14.*ſect.*2.*n.*28. dicens, hanc ſententiam ſibi videri certam & contrariam,non probabilem.Alterius *lib.*2.*diſp.*5.*c.*2.*verſ. ex his tribus ſententiis.* Vaſquez *dub.*5.*de excom.n.*3.*verſ. Secundo circa hoc.*Nauar.*lib.*3.*conſil.mihi* 1. Aulla 7 *de Iure Patronatus*,& penes ipſum,Ioan Andr.Antonius, & alij Auila 2.*p.c.*6.*diſp.*5.*concl.*4. Sayrus, quem citat, & ſequitur Cornejo *diſp.* 10.*de excom.*§.5. *dub.* 1. *verb. Infero ſeptimò.* vbi aduertenter eum lege, & propter errorem Typographiæ, vbi ſcriptum inuenies, *à laïco excommunicato*, lege *à Clerico excommunicato.* Ægidius *diſp.*14.*dub.*10.*n.*94.Filliuc.*tr.*12.*c.*6 *q.*6.*dict.*2.*n.*153. Luyſius *lib.*2.*de Cenſur.diſp.*15.*dub.*3. Bauny *diſp.*7.*de exc.q.*16.*dicto* 3.Villal.*tr.*17.*diff.*12.*n.*3. Diana *part.*5. *reſol.*105. Machado *lib.*1.*part.*3.*tr.docum* 11. & penes ipſos, Gomez *in tr.expectatiuarum,n.*60.Rebuff.*in cap. Poſtulaſti,de Cler.excom. miniſtrante, n.*104. Layman. *lib.*1.*tr.*5.*part.*2.*c.*2.*n.*13. Palao *diſp.*2.*punct.*13.*n.*15. Vgol.*tab.*2.*cap.*13.§.2.*n.*13.

QVÆSTIO XVI.

An item,Præſentatio ad Beneficium facta à Patrono laico excommunicato vitando, ſit etiam inualida?

AFfirmant ex authoribus pro noſtra ſententia adductis,Couarruu. *loc.cit.* his verbis: Ergo verò non video congruam in hoc diſcriminis huius rationem: atque ideo exiſtimo inſtitutionem factam ab Epiſcopo ad præſentationem Patroni laici excommunicati nullam eſſe: ſequórque in hoc Lambertinum *de Iure Patronat.*3.*part.*2.*lib.q.*3.*art.*4. Ita ille, & poſt illum, Vaſquez, Hurtadus, Luyſius, Auila, Layman, Ægidius,& Filliuc. Qui & citat Henriquez pro ſe *lib.* 13.*cap.*9.*n.*2. Sed non benè,quia in dicto cap. nil de hac re tractat:benè tamen *c.*7.*n.*2.*in Gloſſa lit.B.*in quo loco ſolum dicit, id eſſe probabile *vt infra.* Ita etiam Alterius *loc.cit.verſ.Ex his tribus.in fine.*

Ratio pro illis, eſt. Quia in iure, electio,& præſentatio æquiparantur. *capite Quærebam, de elect. libro* 6. & ibi Ioan. Andr. ſed laïcus excommunicatus non poteſt eligere, vt nuper eſt habitum: ergo neque præſentare,ſicut de Clerico excõmunicato dictum eſt.

Sed probabilius reſpondeo: Talem præſentationem eſſe validam ac ratam abſolutè loquendo. Ratio eſt. Quia laïcus non præſentat ex officio; ſed vt quid ad ſuum patrimonium ſpectans, quod ipſe adminiſtrare poteſt validè etiam excommunicatus non toleratur: ergo præſentatio ab ipſo facta valida erit, cum dumtaxat ſit expreſſio voluntatis, quod non eſt quid iuris,ſed facti. Ex quo conſtat ratio diſcriminis inter Patronum Clericum & laicum: quod Patronus laicus,nihil iuris confert ad beneficium præſentato, ſed ſolum

Digitized by Google

ſolum ex quadam gratia permittitur ei, vt poſſit nominare perſonam, quæ ſit inſtituenda ab Epiſcopo *cap. Quoniam de Iure Patr.* & ideo conceſſum eſt Patrono laico, vt poſſit variare præſentationem, itaut, vno præſentato, poſſit, eo non reprobato, alium idoneum præſentare, *cap. Cum autem. de Iure Patron.* quoniam talis actus eſt merè facti & totalis diſpoſitio ad beneficium dependet ab inſtitutione Epiſcopo, & tanquam ſola ius in beneficio tribuens eſt conſideranda potiùs quàm præſentatio Patroni excommunicati: At præſentatio Patroni Clerici habet vim electionis, *cap. Cum autem, cit.* & ideo ex illa transfertur ius in præſentatum, & non eſt liberum tali Patrono variare præſentationem: quare Epiſcopus non confert totale ius in beneficium. Quamobrem cum talis præſentatio habeat vim, & efficaciam partim à perſona inhabili; nempe à Patrono Clerico excommunicato, & partim ab inſtitutione Epiſcopi, & ſit actus indiuiduus, ex conſequenti, ſecundum vtramque rationem infectus manet.

Vnde ad rationem contrariorum ex dictis conſtat. Reſpondendum enim eſt, antecedens eſſe verum, loquendo de præſentatione facta à Clerico: quia, ſicut Clericus confert ius: falſum verò, loquendo de præſentatione facta à laico, quia cum non habeat poteſtatem conferendi ius ſpirituale, eius præſentatio ad eccleſiaſticum beneficium nullum ius confert, & ſic non habet rationem electionis, vt ſatis clarè colligitur *ex cap. Cum autem. citato.* Propterea hanc noſtram ſententiam tenent Rota, & Rochus Curt. nuper citati. Ludou. Gomez *loc. cit.* dicens, ita fuiſſe deciſum in vna Zamorenſi, ipſo præſente, Suarez. Sayrus, Cornejo, Villal. Diana. Machado *loc. cit.* Palao *diſp. 2. punct. 13. n. 16.* Vgolin. Garcia, & alij penes ipſum.

Huic ſententiæ videtur etiam adhærere Henriqu. *loco* pro ſe à Filliuc. *cit.* cum hæc dicit verba: Patronus eccleſiaſticus excommunicatus non poteſt præſentare; Couar. Panormit. Lapus, Rochus, Lambert. Idem de Patrono laico eſt probabilis; Couarr. *num. 9.* Lambert. *q. 3. art. 4.* At valere præſentationem à laico excommunicato factam, tenent Rocchus, Rota, Gomez, eo quod ſit quid facti, potiùs quam iuris: vt collatio ignoranti facta ab executore Apoſtolico occultè excommunicato valet, quia eſt quid facti, vt fatetur Couarru. cum Rota. Sic Henriquez. Ex quo conſtat malè citari pro ſe à Filliucio.

Verum eſt, Quod ſecundum aliquam rationem reſpectiuam ad Epiſcopum conferentem beneficium præſentato ab excommunicato vitando, poſſit dici huiuſmodi præſentatio nulla, eo quod ad Epiſcopi voluntate pendeat, talem præſentationem in re habere effectum, *vt infra q. 18. dicetur.*

QVÆSTIO XVII.

An Præſentatio huiuſmodi à Patrono laico excommunicato vitando facto, ſit ita valida, vt teneatur Epiſcopus eam admittere, ſi perſona præſentata digna ſit?

RESpondeo: Non teneri Epiſcopum talem præſentationem admittere; Imò nec licitè poſſe; ne eam admittendo, cum excommunicato vitando communicet. Sic Suarez *diſp. 14. ſect. 2. n. 28.* his verbis: Dicendum in primis cenſeo, talem præſentationem ita eſſe ſufficientem, vt ſi Epiſcopus velit illam admittere, & præſentatum inſtituere, inſtitutio & collatio valeat. Addo verò deinde præſentationem illam, non eſſe ita efficacem (vt ſic dicam) quin poſſit Epiſcopus illam repudiare, & non admittere, quamuis perſona præſentata digna ſit, neque aliam habeat cauſam, niſi quod præſentans excommunicatus eſt. Sic Suarez. Et ex illo Cornejo & Diana *loc. cit.* Hurt. *diſp. 7. diff. 3.* Qui quamuis (*vt ſuprà vidimus*) ſuſtineat cum Vaſqu. Couarru. & aliis, præſentationem factam à Patrono etiam laico, excommunicato vitando, eſſe illicitam & nullam, nihilominus, contra dictos Vaſqu. & Couar. tenet, quod inſtitutio, ſeu collatio beneficij, facta ab Epiſcopo ad præſentationem dicti excommunicati ſit valida. Quia (inquit) talis inſtitutio, neque iure poſitiuo irritatur, quia nullum extat; nec naturali, cum fiat abſque iniuria Patroni, quia non fit contra eius voluntatem: peccat tamen Epiſcopus acceptando præſentationem dicti excommunicati, quia id eſt communicare cum illo. Sic Hurt. Propoſitus etiam *part. q. 2. de excom. dub. 11. n. 69.* Villal. *loc. cit. n. 3. verſ. Haſe de aduertir*, & etiam Suarez *loc. cit. num. 31.* Palao *diſp. 2. punct. 13. n. 19.* Layman. *lib. 1. tract. 5. part. 2. c. 1. n. 3.* Garcia *5. parte de benef. c. 4.* & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An, ſi Patronus laicus excommunicatus vitãdus, in mora ſit præſentandi; poſſit Epiſcopus tunc, alteri, cui voluerit, collationẽ beneficij facere?

RESpondeo; Poſſe. Quia ob moram (non, ob mortem, vt leges in Cornejo & Diana) ius præſentandi ad Epiſcopum deuoluitur. Sic Cornejo *diſp. 10. de excom. §. 5. dub. 1. verſ. Sed dubitatur.* & ex illo Diana *part. 5. tr. 9. reſol. 105. verſ. Sed dubitatur.* Suarez etiam *loc. cit.* per hæc verba: Si talis Patronus ſit in mora, ita legitimè præſentandi intra tempus, in quo ſecundum ius, aut ſecundum ſpecialem inſtitutionem, tenetur; tunc poſſe Epiſcopum liberè prouidere beneficium, nulla ratione habita præſentationis ſibi factæ ab excommunicato, quandoquidem nec cum illo communicare, nec contractum aliquem cum illo inire tenetur. Vnde tandem concludo, talem præſentationem, ſecundum hanc rationem, potiùs dicendam eſſe nullam, quàm validam; quandoquidem efficaciam non habet, ſed repudiari poteſt. Sic Suarez. Filliuc. *tr. 12. c. 6. dicto 3. n. 154.* & alij nuper citati.

QVÆSTIO XIX.

An ſaltem, caſu, quo Patronus laicus ſit excommunicatus toleratus poſſit obligare Epiſcopum, vt acceptet præſentationem ab eo factam?

AFfirmandum videtur. Quia tunc Epiſcopus licitè poteſt cum prædicto excommunicato communicare, iuxta Extrauag. *Ad euitanda.* ergo & excommunicatus obligare illum, vt acceptet præſentationem ab eo factam, cum hæc ſit valida.

Sed reſpondeo dicendum; quod licèt Epiſcopus licitè, & à fortiori validè, poſſit admittere præſentationem ab excommunicato tolerato factam: Non tamen poterit cogi ab ipſo excommunicato ad illam acceptandam.

Prima Pars conſtat. Quia Epiſcopus non tenetur vitare dictum excommunicatum poſt Extrauag. citatam: ergo non prohibetur hoc titulo acceptare talem præſentationem: ſed ex nullo alio capite eſt illi id prohibitum: ergo & validè & licitè poteſt, ſi velit talem præſentationem acceptare.

Secunda verò pars, etiam conſtat. Quia etſi, poſt dictam Extrauag. liceat cuilibet cum excommunicato tolerato communicare; nullus tamen ad hoc obligatur, vt patet: ergo nec Epiſcopus ad acceptandam præſentationem ab excommunicato adhuc tolerato factam. Sic Suarez *diſp. 14. ſect. 2. n. 30.* Cornejo *diſp. 10. de excom. §. 5. dub. 1. verſ. Sed dubitatur.* Diana *p. 5. tr. 9. reſol.*

Digitized by Google

reſol. 105. *verſ. Sed dubitatur.* Filliuc. *tr.* 12. *c.* 6. *q.* 6. *dicto* 4. *n.* 155. Layman. *tr.* 5. *cit part.* 2. *cap.* 1. *n.* 3. Garcia *de benef. part.* 5. *c.* 4. Hurtad. *diſp.* 7. *diff.* 3. Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 10. *n.* 95. Palao *diſp.* 2. *punct.* 13. *n.* 19. & alij.

QVÆSTIO XX.

An, caſu, quo Epiſcopus acceptet præſentationem factam à Clerico excommunicato vitando, valida ſit, ac rata collatio, & inſtitutio beneficij?

NEgant Couarr. *in cap. Alma mater.* 1. *p.* §. 7. *n.* 9. Vaſquez *dub.* 5. *de excommun. n.* 3. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 5. *cap.* 3. *verſ. Iterum quæret.* Quorum fundamentum eſt, quia huiuſmodi præſentatio, iure eſt inualida, *vt ſupra quæſt.* 15. eſt habitum: ergo & collatio beneficij ad talem præſentationem Patroni Clerici excommunicati, etiam erit nulla & inualida.

Sed æquè probabiliter reſpondeo dicendum, quod quamuis in prædicto caſu peccet Epiſcopus acceptando Clerici excommunicati vitandi præſentationem, propter communicationem cum illo; nihilominus valida ſit collatio talis beneficij. Ratio eſt. Quia quamuis dicta præſentatio ſit nulla, quoad hoc vt non poſſit ius conferre præſentato, vt ſupra eſt dictum; at verò ſi Epiſcopus ſciens defectum præſentationis, illam voluntariè acceptet, & beneficium conferat, valida eſt talis collatio, quia nec ius illam irritat, nec habet defectum ſubſtantialem, quem Epiſcopus non poſſit ſua voluntate & poteſtate ſupplere. Sic Bauny *diſp.* 7. *de excommun. q.* 16. *dicto* 6. probans hanc reſponſionem his verbis. Quia, videlicet, in aſſignato caſu, datur beneficium ab eo, qui poteſt, non cuilibet, ſed digno, ac præſentato, iure non contradicente, alioqui ius de illo extaret aliquod, aut Apoſtolica conſtitutio. Peccat tamen Epiſcopus, cum ſciens præſentantis defectum, ei in collatione beneficij acquieſcit, ad quod tamen offert idoneum quia ſic cum excommunicato communicat: non eſt tamen hæc culpa niſi venialis, in ſententia Suarij, nulla autem ſi ratio, publicáque Eccleſiæ commoda, beneficium vacare non ſinerent. Hæc Bauny. Ex Suario *diſp.* 14. *ſect.* 2. *n.* 31. & Ægidio *diſp.* 14. *dub.* 10. *n.* 95. Sic tenent etiam Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 6. *num.* 155. *cit.* Hurtad. *diſput.* 7. *diff.* 3. *numero* 9. Luyſius *libro* 2. *diſputatione* 15. *dub.* 3. *verſ. Sed poteſt quæri.* Palao *loc. cit. numero* 20. & Layman penes ipſum.

QVÆSTIO XXI.

An admiſſio, ſeu ſumptio poſſeſſionis benefeficij, legitimè ſibi collati, facta ab excommunicato, ſit valida?

AFfirmant aliqui Doctores exiſtimantes talem poſſeſſionem eſſe validam, imo & licitam. Quia nec admiſſione, nec ſumptione confertur, nec acquiritur ius ad beneficium; ſed ſolum acquiritur, & ſumitur ab excommunicato, id quod iam eſt ſuum: at ſic eſt quod comparare rem ſuam, aut acquirere poſſeſſionem rei propriæ, non eſt communicato prohibitum: ergo. Ita tenet Hurtadus *diſp.* 7. *de excommun. diff.* 3. *verſ. Admiſſio tamen.*

Sed probabilius reſpondeo: Nec eſſe licitam, nec validam. *Primò.* Quia excommunicatus eſt ſuſpenſus ab omni vſu ſui beneficij, & priuatus omnibus fructibus & commodis eius ergo eſt etiam priuatus à poſſeſſione capienda ſi illam non habet, quia non eſt dubium, quin ille vſus ſit valde vtilis & commodus beneficij. Nam licet poſſeſſio non conferat nouum ius, multum tamen illud firmat, & ſecurius reddit.

Secundò. Quia actus huiuſmodi beneficij poſſeſſionem accipiendi, eſt iuris ſpiritualis: ergo prohibitus excommunicato. Sic omnino Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 2. *n.* 34. (ex cuius doctrina ſolutum manet fundamentum Hurt.) Filliuc. *tr.* 12. *c.* 6. *q.* 8. *n.* 162. *verſ. Quod ſit valida.*

QVÆSTIO XXII.

An ſaltem, actus intromittendi aliquem in poſſeſſionem beneficij, ab excommunicato factus, ſit validus?

NEgandum omnino videtur. Nam actus recipiendi poſſeſſionem ab excommunicato factus, eſt omnino inualidus, vt nuper eſt habitum: ergo etiam erit inualidus actus intromittendi aliquem in beneficij poſſeſſionem, ab excommunicato factus.

Sed cum diſtinctione reſpondeo dicendum, quod, vel talis actus fit ab executore mero, qui quidem nulla vtitur iuriſdictione ad immittendum Prouiſum in poſſeſſionem, vel fit ab executore mixto, qui debet exercere actum aliquem iuriſdictionis, vt immittat aliquem in poſſeſſionem; vt contingit quando Iudex Eccleſiaſticus vtitur poteſtate ſui officij ad immittendum aliquem in poſſeſſionem. Si fiat ab executore mero, dicendum eſt, talem actum factum ab excommunicato eſſe validum: ſecus verò, ſi fiat ab executore mixto excommunicato.

Prima pars huius reſponſionis habetu. expreſsè, & in terminis *in cap. Proillorum in fine, de Præbend.* Vbi Sum. Pontifex mandat, vt non abſoluantur Canonici cuiuſdam Eccleſiæ, qui innodati fuerant vinculo excommunicationis ab Epiſcopo; quoniam recuſabant recipere in Canonicum quendam prouiſum à Papa, antequam admittant prouiſum ad ius Canoniæ: ergo ex iure talis admiſſio, ſeu intromiſſio in poſſeſſionem exercita ab excommunicato eſt valida, vt expreſsè docet Gloſſa *in d. cap. verb. in Canonicum* dicens: Excommunicatos poſſe recipere aliquem in Canonicum, & valere talem receptionem: quia ea (inquit) quæ faciunt excommunicati in eorum præiudicium benè valent. Sic Gloſſa, Abbas, Innocent. Suarez, Alterius, & alij mox citandi, eſtque omnium ſententia.

Secunda verò noſtræ reſponſionis pars, eſt etiam communis. Ratio eſt. Quia vt ſæpè dictum eſt, vſus iuriſdictionis manet per excommunicationem ſuſpenſus: ergo collatio poſſeſſionis, ſi ſit cum actu iuriſdictionis facta ab excommunicato, inualida omnino erit. Sic tenent Abbas *in cap. Fraternitatis. de teſtib. num.* 9. *& in cap. Veritatis. de dicto, & contum. numer.* 42. *& in cap. Proillorum. cit. n.* 16. Innocent. *in cap. Eam te, de reſcript.* Suarez *diſput.* 14. *ſect.* 2. *num.* 33. *&* 34. Alterius *libro* 2. *diſput.* 5. *cap.* 3. *verſ. Quantum attinet.* Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 161. *&* 162. Hurtadus *diſp.* 2. 7. *de excommunic. diff.* 3 *in fine.* Luyſius *lib.* 2. *diſput.* 15. *dub.* 3. *verſ. De collatione.* & penes ipſum, Vaſquez *de excommunic. dub.* 6. *num.* 9. Sayrus *libro* 2. *Theſauri capite* 6. *numero* 12. Palao *puncto* 13. *cit. n.* 24. & alij.

Ad rationem dubitandi reſpondent Suarez & Filliuc. negando conſequentiam. Quia diſparitas eſt, quod recipere poſſeſſionem beneficij, eſt fauor & magnus, ipſius excommunicati, at verò dare beneficij poſſeſſionem, non excommunicato, non eſt fauor ipſius excommunicati dantis, ſed accipientis non excommunicati, & ideo, non mirum quod actus recipientis poſſeſſionem beneficij factus ab excommunicato, ſit inualidus; validus verò actus dantis poſſeſſionem factus ab excommunicato.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXIII.

An reſignatio beneficij ſimpliciter facta ab excommunicato quolibet, in manibus Prælati, à quo confertur beneficium, ſit valida?

RESpondeo tanquam certum apud omnes: Eſſe validam, ac omnino licitam. *Primò.* Quia Excommunicatus, licèt non poſſit acquirere beneficium, poteſt tamen liberè dimittere illud ſimpliciter in manibus Prælati, quo dimiſſo, ſi Prælatus, illud conferat alteri, valida eſt collatio: ergo eodem modo licitè ac validè poterit illud ſic reſignare. *Confirmatur* nam excommunicatus per hunc reſignandi actum, non confert aliquod ius alteri, ſed tantum abdicat à ſe ius quod habet in beneficium: at hoc eſt permiſſum excommunicato: ergo. Sic omnes Doctores. Inter quos ſolùm eſt differentia, an reſignatio ſit valida, quando fit non liberè & ſimpliciter, ſed in fauorem tertiæ perſonæ, vt ſtatim videbimus. Sit ergo.

QVÆSTIO XXIV.

An etiam, Reſignatio beneficij ab excommunicato vitando facta, in fauorem tertiæ perſonæ, hoc eſt, ſub conditione, vt conferatur perſonæ à ſe aſſignata, ſit rata, ac valida?

AFfirmant Luyſius *lib. 2. de Cenſur. diſput. 15. dub. 3. verſ. Tandem quæritur.* & ex illo Diana *parte 5. tr. 9. reſol. 106.* Qui probant: nam reſignatio, etiam ſic facta, nec eſt præſentatio, neque electio, neque inſtitutio beneficij; ergo. Non eſt electio, vt patet. Non præſentatio, quia ille non habet ius Patronatus ad præſentandum, ſed ſolùm vult relinquere beneficium ſub conditione, vt detur alteri. Et licèt iſte poſſet peccare in communicatione; tamen non apparet ius, ob quod dicamus nullam eſſe reſignationem. Ita illi. Et antea Bonac. *diſp. 2. de Cenſur. q. 2. punct. 5. n. 7.* & poſtea Palao *tom. 6. diſp. 2. de Cenſur. punct. 13. n. 26.*

Sed probabilius reſpondeo: Reſignationem beneficij ſic factam, non eſſe validam & ratam; ſed potiùs inualidam ac irritam. Quia probabilius eſt, quod per hunc modum reſignandi, reſignans non abdicat ſimpliciter à ſe ius, quod habet in beneficio, ſed transfert illud in tertiam perſonam, quantum pertinet ad ipſum: hoc eſt, conſentit, vt beneficium conferatur à Prælato illi perſonæ per ipſum nominatæ, & non alteri: ergo reſignans, in hoc caſu, concurrit ad collationem beneficij, præbendo conſenſum talem, ſine quo Prælatus non poſſet beneficium conferre: ſed ſic eſt, quod excommunicatus vitandus, eſt priuatus omni iure ſpirituali: ergo & poteſtate reſignandi beneficium in fauorem tertiæ perſonæ, cum per hanc reſignationem acquiratur aliquod ius nominatæ perſonæ, & ideo æquiualeat præſentationi factæ à Clerico, quæ ſicut illa eſt inualida ab excommunicato facta, vt ſupra eſt habitum; ita, & hæc. Et per hoc patet quid reſpondendum ſit fundamento contrariorum, Sic docent Couarr. *in c. Alma mater. 1. p. §. 7. num. 9. verſ. Quid autem.* Suarez *diſp. 14. ſect. 1. n. 35.* Alterius *lib. 2. diſp. 5. c. 3. verſ. Ad ſecundam dubitationem.* Filliuc. *tr. 12. c. 6. q. 9. n. 163.* Villal. *tr. 17. diff. 12. n. 5.* & (ni fallor) Machado *lib. 1. part. 3. tr. 3. docum. 11. num. 4.*

QVÆSTIO XXV.

An item, ſit inualida beneficij reſignatio in fauorem tertiæ perſonæ, ſi fiat ab excommunicato occulto, & non vitando?

AFfirmant etiam eſſe inualidam, Couarr. Alterius. Inocent. Abbas, & alij citati *quæſt. 2. in fine.* Quia, inquiunt, reſignare beneficium proprium, non eſt opus publici officij, ſed priuatæ perſonæ: at ſic eſt, quod geſta ab aliquo, vt à priuata perſona, non ſunt valida, ſiue ille ſit excommunicatus publicus, ſiue occultus: ergo.

Sed probabilius reſpondeo: in hoc caſu non eſſe inualidam talem reſignationem, ſed validam, ac ratam. Ratio eſt. Quia huiuſmodi excommunicatus non eſt vitandus in cæteris actibus, ſeu negotiis: ergo neque in hoc actu: ergo validè (imò & licitè, ſi ab aliis requiratur) poterit eius reſignatio acceptari, in fauorem eius, qui reſignatio ſit. Et ita etiam ſeruatur intentio Extrauag. *Ad euitanda*, quia non fit fauor excommunicato, ſed alteri, quem non eſſe excommunicatum ſupponimus. Nec argumentum contrariorum eſt efficas poſt dictam Extrauagantem, vt conſtat ex dictis *q. 2.* loquendo de excommunicato conferente beneficium, quia eadem eſt de vtroque ratio. Sic Suarez *loc. cit. n. 36.* Filliuc. *n. 164. dicto 2.* Vaſquez & Luyſius *q. 2. adducti* Diana etiam *parte 5. tr. 9. reſol. 106. verſu Notandum eſt.* Villalob. *loc. cit*

QVÆSTIO XXVI.

An inſtitutio, aut confirmatio beneficij, facta ab excomunicato vitando, ſit nulla?

REſpondeo tanquam certum: Eſſe nullam. Quia inſtitutio beneficij, non eſt aliud, quàm quædam collatio beneficij facta perſonæ præſentatæ: at ſic eſt, quod collatio beneficij facta ab excommunicato vitando non valet, *vt ſup. q. 1.* eſt habitum: ergo nec valebit inſtitutio beneficij. Sic Suarez *diſp. 14. ſect. 2. num. 32.* per hæc verba. De inſtitutione autem idem iudicium eſt, quod de collatione beneficij; nam licet hæc à Iuriſperitis diſtinguatur ab illa, re tamen vera, eſt collatio quædam: ſed accommodata eſt illa vox ad ſignificandam collationem beneficij pertinentis ad ius patronatus, quæ non eſt omnino libera collatori, ſed facere illam debet in perſonam nominatam, ſeu præſentatam, vt expoſuit Abbas *intit. de Inſtitution. cap. Ex frequentibus, & aliis.* Conſtat ergo etiam Inſtitutionem eſſe proprium actum poteſtatis ſpiritualis, ac proinde factam ab excommunicato nullam eſſe. Atque eadem ratio eſt de confirmatione beneficij, quæ etiam eſt actus Iuriſdictionis, & de omnibus ſimilibus. Sic Suarez. Alterius item *lib. 2. diſp. 5. c. 3. verſ. Eadem aptari.* Filliuc. *tr. 12. c. 6. q. 7. dicto 4. num. 160.* Villalob. *tract. 17. diff. 12. num. 4.* Couarr. Henriquez, Vgolinus, Rebuff. & Sayrus, quos citat, & ſequitur Palao *diſp. 2. de Cenſur. punct. 13. num. 21.*

QVÆSTIO XXVII.

An poſtulatio ſolemnis facta ab excommunicato vitando, ſit nulla & inualida?

REſpondeo tanquam certum: Eſſe inualidam. Quia poſtulatio ſolemnis habet vim electionis; nam ea admiſſa, nulla alia electio requiritur *cap. Gratum. de Poſtulat. Prælator.* & ſic ſeruat Romana Curia teſte Abbate *loc. cit.* at electio facta ab excommunicato eſt irrita, *vt ſuprà qu. 7.* eſt habitum: ergo & poſtulatio ſolemnis, talis erit. Pro maiori intelligentia reſponſionis notandum eſt. Quod poſtulatio eſt, eius qui eligi non poteſt in Prælatum, conſors Capituli facta petitio. Hæc autem poſtulatio ſeu petitio, eſt duplex, vna ſolemnis, quando poſtulatur quis in Prælatum ab eo, qui poteſt ſuper omni impedimento Poſtulati diſpenſare, & confirmare poſtulationem factam; vt contingit, quando Canonici conuenientes in vnum poſtulant aliquem pro ſuo Epiſcopo à Papa: &

& hæc poſtulatio, vt diximus, habet vim electionis, & ideo eſt nulla, ſi fiat ab excommunicatis. Altera eſt ſimplex, quando poſtulatur quis in Prælatum ab eo; qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento Poſtulati, requiritur tamen conſenſus eius; & contingit, quando quis poſtulatur Monachus ab Abbate, ſine cuius conſenſu Monachus conſentire non poteſt. Et de hac poſtulatione dicemus *infra*. Sic omnino Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 6. *quæſ.* 7. *num.* 156. & 157. Et antea Abbas *cap.* 1. *de Poſtulatio. Prælator. n.* 34. Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 32. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 5. *cap.* 3. *verſ. Eadem aptari poſſunt.* Qui addunt, quod ſi Prælatus ſciens defectum Poſtulantium admittat, & confirmet huiuſmodi Poſtulationem, talis admiſſio habebit effectum electionis, & Confirmationis: iuxta ſupra dicta *quæſt.* 20.

QVÆSTIO XXVIII.

An Poſtulatio ſimplex facta ab Excommunicato vitando, ſit etiam nulla, & inualida?

RESpondeo non eſſe inualidam, ſed validam ac ratam. Ratio, quia hæc poſtulatio non habet vim electionis, cum illa admiſſa, ſit adhuc electione opus cum ergo tantum quid facti ſit, non iuris, non inualidatur ſi fiat ab excommunicato, etiam vitando. Sic Suarez, Filliucius, & alij citati. Legantur Caſtro Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. punct.* 13. *n.* 22. & Sayrus *lib.* 2. *Theſauri, cap.* 8. *num.* 10.

DISPVTATIO XI.

De quinto effectu Excommunicationis, qui eſt priuatio iuriſdictionis vtriuſque fori, tam Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Excommunicatus non toleratus, omni iudiciaria poteſtate in foro Eccleſiaſtico ſit priuatus?

RESPONDEO tanquam certum apud omnes: Quod ſic. *Primò*, quia ſic habetur *in c. Audiuimus* 24. *q.* 1. Vbi Alex. II. Valerianum Epiſcopum, bono animo eſſe iubet, nec Rauennatis Archiepiſcopi timere fulmina, *quod excommunicatus, cum excommunicare non potuerit*: ob defectum videlicet iuriſdictionis. *In cap.* 1. *de offic. vicarij in* 6. *cap. ſi is, cui de offic. deleg. in* 6. & *cap. de ſupplen. neglig. Prælator. eod. lib.* & alibi.

Secundo, quia prius natura eſt habere officium, quàm iuriſdictionem, ac poteſtatem, nam vt conſtat, ius, v. g. ferendæ Cenſuræ, effectus eſt officij, cum ab illo oriri ſoleat, ſed excommunicatus non toleratus, eſt ſuſpenſus ab officio, cum illud exercere nequeat ſine communicatione cum fidelibus, quæ ratione cenſuræ, quæ illos vincit, iis eſt prohibita: ergo & à iuriſdictione eſt ſuſpenſus. Sic omnes DD. Legantur D. Thom. *in addit. quæſt.* 8. *art.* 8. & *quæſt.* 22. *art.* 3. *ad* 1. & 2. & 3. *part. quæſt.* 64. *art.* 6. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Nauarrus *cap.* 27. *à num.* 17. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 6. Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 1. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 2. *cap.* 1. Filliucius *tract.* 12. *c.* 6. *quæſ.* 1. Hurt. *diſp.* 8. *diff.* 2. Bauny *diſput.* 7. *de excommunicat. quæſt.* 20. *aſſertione* 1. Cornejo *diſp.* 10. *de excommunic.* §. 5. *dub.* 1. & alij.

QVÆSTIO II.

An Eccleſiaſticus nominatim excommunicatus valeat ferre in aliquem excommunicationis ſententiam?

RESpondeo tanquam certum: Non valere. *Primò*, quia ſic fuit expreſsè deciſum ab Alexandro III. vt vidimus *in cap. Audiuimus, cit.* per hæc verba: *Audiuimus quod Henricus Rauennas dictus Archiepiſcopus, niſus ſit te excommunicare. Verum quia excommunicatus te excommunicare non potuit, Apoſtolica auctoritate te tuóſque abſoluendo* (id eſt, inquit Gloſſa, abſolutos eſſe oſtendendo, id eſt, non ligatos,) *mandamus exinde nunquam curare.* Sic etiam definitur à Nicolao Papa *in cap. Ait Cœleſtinus*, & *in cap. Miramur, ead. cauſa,* & *quæſt. Secundò*, quia excommunicatus vitandus ſuſpenſus eſt ab officio, & ab omni actu iuriſdictionis: at excommunicare eſt actus iuriſdictionis: ergo. Sic omnes. Legantur præcipuè Gloſſæ *in cit. cap.* ſed attentè *in cap. Audiuimus*, propter errorem Typographiæ. Henriquez, Suarez, Bauny, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO III.

An etiam ſit prohibitum excommunicato denunciato Eccleſiaſtico, Indulgentias concedere?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe prohibitum, quia actus concedendi Indulgentias, eſt iuriſdictionis propriæ: at ſic eſt, quod excommunicatus eſt ſuſpenſus ab officio, & ab omni actu iuriſdictionis, vt nuper diximus: ergo. Sic Nauar. *de Iubil. notab.* 31. *n.* 10. ſic dicens: Addo quinto, etiam Epiſcopos, & ſuperiores id non poſſe facere ſi ſunt excommunicati, ſchiſmatici, vel hæretici, quia carent, vel ſuſpenſi ſunt omni iuriſdictione *cap. Audiuimus* 24. *quæſt.* 1. *cap. Cum dilecti, de dolo, & contum.* quamuis non obſtante peccato ſolo lethali, id poſſunt, perinde ac alij ſanctiſſimi ſecundum S. Thomam, & alios *vbi ſuprà.* Quia dare indulgentias ſpectat ad iuriſdictionem, quæ per peccatum lethale non tollitur, neque ſuſpenditur ſecundum omnes. Sic ille. Abbas etiam *in cap. Accedentibus, de exceſſib. Prælator.* Syluest. *verb. Indulgentia, num.* 13. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 32. *in fine.* & *lib.* 13. *de excommunicatione, cap.* 7. *num.* 6. Cordub. *quæſt.* 12. *propoſ.* 11. & *quæſt.* 13. Suarez *diſput.* 14. *ſect.* 1. *num.* 2. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 5. Filliucius *tract.* 12. *cap.* 6. *quæſ.* 3. *num.* 146. *fine,* & alij. Qui omnes ad omnes actus, qui propriæ iuriſdictionis ſunt, hanc doctrinam extendunt. Sunt autem omnes actus, qui propriè ſunt iudicis, & ſuperioris Eccleſiaſtici, vt ſunt præcipere, aut leges ferre, aut in latis diſpenſare, iudicium ferre, dare licentiam ad quodlibet munus Eccleſiaſticum exercendum, & alij ſimiles actus, qui numerantur *in cap. Accedentibus, de exceſſ. Prælator.* & *in cap. Dilectus filius, de Offic. Ordinar.*

QVÆSTIO IV.

An acta, à Iudice Eccleſiaſtico excommunicato non tolerato, non ſolum ſint illicita, verum etiam inualida?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe etiam inualida ac irrita, quia ſic conſtat ex *c. Aduerſus, de immunit. Eccleſiaſt.* vbi ſic dicitur: Quia verò nec ſic quorundam malitiam contra Dei Eccleſiam conquieuit; adiicimus, vt conſtitutiones & ſententiæ, quæ à talibus, vel (vt apertius legitur in Concil. Lateranen.) quæ ab excommunicatis huiuſmodi, vel de ipſorum

mandato, fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullæ vnquam tempore valituræ. Sic Innocent. III. in Concil. general. Lateran. *cap. 46.* vbi Gloſſa *verb. tempore valitura*, ita ait: Sic ergo patet quod ſententia tempore excommunicationis lata, nulla eſt. *infra de hæret. excommunicamus*, §. *Credentes.* Nec etiam conualeſcere poteſt, vt hic patet. Imò ſi detegatur, poſt ſententiam, quia aliquis fuerit publicè excommunicatus, retractatur ſententia, *ſupra de re iud. Ad probandum*; quia hæc exceptio in qualibet parte litis poteſt opponi *ſupra de exceſſib. Exceptionem.* Imò nec priuilegium ipſorum valet 3.*q.*4. *Nullus.* Hæc Gloſſa. Quam ſequuntur omnes. Legantur Suarez *diſp.*14 *ſect.* 2. *à num.*4. Filliucius *tract.* 12.*cap.*6.*q.*2. Cornejo *diſp.*10.*de excommunicat.* §.7. *dub.*1. Hurtadus *diſp.*8.*de excommun.diff.*2. & alij. Legantur dicta à nobis, pro iis, quæ deſiderari in hac materia poſſunt, *tract.*1. *diſput.*2. vbi de cauſa efficienti cenſurarum egimus.

Qvæstio V.

An ſubditus teneatur obedire mandatis ſuperioris ſui excommunicati non tolerati?

RESpondeo tanquam certum: Non ſolum non teneri; verum nec poſſe id licitè facere. Quia mandati eius obedire, eſſet communicare cum eo aliquo modo in diuinis, & recognoſcere in illo poteſtatem iuriſdictionis, quam Eccleſia ab eo auferre intendit per excommunicationem. Verum eſt, quod excuſaretur ſubditus à mortali, ſi non animo obediendi, ſed ex quadam vrbanitate, aut humana verecundia, ſecluſo ſcandalo id faceret. Sic Suarez *loc. cit. n.*5. *verſu, Atque hinc fit.* Cornejo *loc. cit. verſ. Ex quo infero.* Filliuc. *loc. cit. n.*145. *in fine.*

Qvæstio VI.

An Epiſcopus excommunicatus non toleratus, validè poſſit approbare aliquem ad confeſſiones audiendas?

AFfirmant Henriquez *lib.*6.*cap.*6.*num.*3. & *cap.*7. *in fine*, & *lib.*13. *cap.*7. *num.*7. *in principio.* Palud. Nauarr. Bartholomæus, & Petrus de Ledeſma, Tabiena, Armilla, Boſſius, Rodriguez, Baſilius, & alij, quos omnes citaui 1.*part. tract.*5.*diſp.*11.*quæſt.*11. Quia exiſtimant, hunc actum non eſſe propriæ iuriſdictionis vſum.

Sed probabiliùs iterum reſpondeo non poſſe. Quia probabilius eſt, quod approbare aliquem ad confeſſiones audiendas ſit actus, & vſus propriæ iuriſdictionis: at Epiſcopus excommunicatus non toleratus caret omni iuriſdictione: ergo talis approbationis actus, irritus, & inualidus eſſet. Sic Sanchez *lib.*3. *de matrimon. cap.*21.*num* 9. Sylueſt. Soros, Victoria, Martinus de Ledeſma, Gutierrez, Suarez & Fagundez, quos adduxi *loc. cit.*

Qvæstio VII.

An Parochus nominatim excõmunicatus poſſit dare licentiam alicui Sacerdoti ad conferendum Sacramentum Extrema Vnctionis?

NEgat Suarez *diſp.*14.*ſect.*2.*n.*7. & ita acriter vt dicat oppoſitum eſſe improbabile. Negant etiam Sà *verb. Extrema Vnctio, n.*8. & Rodriguez *in ſum. c.*192. *n.*10. quos citaui 1.*p. tract.*4.*diſp.*4.*q.*5. Quia exiſtimant dare talem licentiam eſſe actum iuriſdictionis.

Sed probabiliùs reſpondeo poſſe. Quia probabilius eſt, quod dare dictam licentiam non ſit actus iuriſdictionis propriæ: ergo etiam ab ea ſuſpenſus poteſt conferre. Sic Henriquez *lib.*3.*cap.*13.*n.*3. & *lib.*13 *c.*7. *n.*7. Sylueſt. Armilla, Tabiena, Palud. Poſſeuinus, Victorell. Filliuc. Ortiz, Ludou. de S. Iuan, quos citaui *loc. cit.* Imò, vt ibi notaui, ipſe Suarius hanc ſententiam docuit prius *tom.*4 *diſp.*44.

Qvæstio VIII.

An etiam Parochus excommunicatus vitandus, poſſit dare licentiam alicui Sacerdoti, vt aſsiſtat Matrimonio?

NEgant Petr. Ledeſma, Ægidius, & Layman adducti à nobis 2 *p. tract.*9.*diſp.*7.*q.*26.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe etiam. Quia probabilius eſt, quod præbatio dictæ licentiæ non ſit actus iuriſdictionis, ſed ſolum ſubſtitutio teſtis, quam expreſsè illi conceſſit Trident. Sic Sanchez *lib.*3.*de matrim. diſp.*21.*n.*7. Baſilius *lib.*5.*cap.*17.*n.*14. Sà, Henriquez, Rebellus, Poſſeuinus, Hurt. Diana, Machado, & Bonacina quos citaui *q.*26.*cit.*

Qvæstio IX.

An item ipſemet Parochus excommunicatus vitandus, poſſit validè aſsiſtere Matrimonio

NEgant Auila, Eſtius, Syluius, Sà, & alij quos citaui 2.*p. tract.*9.*diſp.*7.*quæſt.*25.

Sed longè multò probabiliùs, reſpondeo poſſe. Quia longè multò probabilius eſt, quod Parochus non eſt Miniſter Sacramenti Matrimonij: rurſus nec eſt per excommunicationem priuatus officio Parochi: ergo validè aſſiſtere Matrimonio poterit. Sic Sanchez, Nauar. Salzed. Henriquez, Baſil. Suarez, Vaſquez, Riccius, Ægid. Rebell. Ochagau. Hurtad. Poſſeuin. Gutierrez, Bonac. & Diana, quos omnes adduxi *quæſt.*25.*citata.*

Qvæstio X.

An acta à Iudice Eccleſiaſtico excommunicato tolerato, & non vitando, ſint irrita, & inualida?

AFfirmarunt eſſe inualida, & irrita, Gloſſa *in* §. *Veruntamen, poſt cap. Infamis* 3.*q.*7. *verb. Dum putaretur.* ex Ioan. Andr. Syluest. *excommunicatio* 1.*n.*6.*in fin.* & *excommunic.*2.*n.*1. *caſu* 2. & penes ipſum, Panorm. Raymund. & Archid. Et Etiam Cano, Caietan. & Ledeſma apud Henriquez *lib.*13.*cap.*7.*n.*6.*in Gloſſa lit.T.* & alij.

Sed vt quid verum reſpondeo: Iam omnia acta ſeu geſta, à Iudice excommunicato tolerato, & non vitando, eſſe valida, ac rata. Ratio eſt, quia ob bonum commune, ſupplet Eccleſia defectum huiuſmodi Iudicis excommunicati tolerati; & iure optimo, cum aliàs ſequeretur, quod multæ collationes, electiones, & præſentationes beneficiorum eſſent irritæ. *Confirmatur.* Nam ſententia in foro interiori, nempe, abſolutio ſacramentalis, lata ab excommunicato tolerato, eſt valida, ſecundum communem omnium ſententiam: ergo à fortiori erit valida ſententia lata de re ad forum exterius pertinente. Sic iam omnes. Nauarrus *cap.*27.*num.*7. vbi ait, quod excommunicatio lata ab excommunicato non denunciato valeat, ſecundum Panorm. *in cap. Ab excommunicato, num* 5. *de reſcript cap. Cùm dilecti, de dolo*, & *contum. ſub fin.* & Felin. *in cap. Ad probandum, col.*3.*de re indic.* quamuis eam ferat in fauorem eius, qui ſcit eum excommunicatum, vt dixi *in cap. dilectus* 2. *de prabend.* in reſponſione

Digitized by Google

ſione ad contraria per Extrauag. *Ad euitanda.* Sic Nauarr. *ibi,* & *num.* 21. *&* 36. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. (non 8. vt leges apud Auilam) *num.* 5. his verbis: Quidam aiunt occultè excommunicatum non poſſe excommunicare. At re vera valet excommunicatio poſt Concil. Conſtantienſe, lata etiam à notorio, ſi denunciatus non ſit, licet feratur in fauorem ſcientis illum eſſe excommunicatum. Sic ille: & penes ipſum, Couarr. *in cap. Alma,* 1. *part.* §. 6. *n.* 6. *&* 7. *&* §. 7. *n.* 9. *&* §. 11. *num.* 4. Victor. Caſtro, Sotus, & alij. Sic etiam Suarez *diſput.* 14. *ſect.* 2. *à num.* 8. Alterius *lib.* 3. *diſput.* 2. *cap.* 2. Auila 2. *part. cap.* 6. *diſput.* 6. *dub.* 3. *verſ. Tertia opinio.* Gutiertez *Canon. qq. capit.* 1. *numer.* 82. Fillucius *tract.* 12. *cap.* 6. *queſ.* 2. Luyſius *lib.* 2. *diſput.* 14. *dub.* 1. Vaſquez *de excommunic. dub.* 5. Hurtadus *diſp.* 8. *diff.* 2. Bauny *diſput.* 7. *de excommunicat. quæſt.* 20. & alij *infra* citandi.

QVÆSTIO XI.

An Excommunicatus non toleratus poſſit licitè exercere officium Iudicis in foro ſæculari?

RESpondeo tanquam certum: Quod non poſſit. *Primò*, ob communem rationem, nam eſt excluſus ab humana cum aliis communicatione; & alij à communicatione cum illo. *Secundò,* quia *in cap. Decernimus, de ſent. excommunic. in* 6. repellitur à foro, ſeu Iudicio ſæculari Actor, Patronus, Teſtis, *vt infra:* ergo ratione maiori Iudex, cum maior ratio ſit in Iudice, quàm in illis. Sic omnes. Legantur Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 22. *n.* 36. Suarez *diſp.* 16. *ſect.* 1. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 2. *cap.* 1. Filliucius *tract.* 11. *cap.* 7. *à quæſ.* 2. Hurtad. & Bauny *loc. cit.* Lugo *de Iuſt. tom.* 2. *diſp.* 37. *ſect.* 2. & alij.

QVÆSTIO XII.

An ſaltem ſi non licitè, validè tamen poſſit exercere officium Iudicis in foro, ſeu iudicio ſæculari, dictus excommunicatus non toleratus, ſi in excommunicatione per annum inſorduerit?

RESpondeo tanquam certum: Quod non poſſit validè exercere officium iudicis in dicto caſu: & ideo ſententia ab illo data nullius roboris ſit habenda. Quia ſic expreſſè habetur in cap. *Excommunicatus, el* 1. *de hæret.* §. *Credentes.* Vbi poſtquam credentes, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum excommunicantur, additur pro ſæcularibus, quod ſi per annum non ſatisfecerit, & Iudex fuerit, eius ſententia nullam habeat firmitatem. Sic enim ait ibi Pontifex. *Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus ſubiacere. Firmiter ſtatuentes, vt poſtquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur: Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec hereditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocumque negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quod ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſa aliqua ad eius audientiam perferantur.* Sic Innocent. III. in Concil. gener. Lateran. Et ideo omnes Doctores, tanquam certum ſupponunt, quod actus exerciti à Iudice ſæculari excommunicato vitando, ſi in excommunicatione per annum inſorduerit, non ſolum ſint illiciti, verum etiam inualidi. Quare difficultas tantum eſt an etiam tales ſint, quando non inſorduerit per annum, pro quo ſit.

QVÆSTIO XIII.

An etiamſi Iudex ſæcularis non inſorduerit per annum excommunicatus vitandus, actus eius in iudicio exerciti, ſint adhuc inualidi, ac nulli?

NEgat Victoria, exiſtimans, quod non eo ipſo quod Iudex ſæcularis ſit excommunicatus vitandus, eius actus iudiciales ſint nulli, ſi non inſordeſcat per annum. Ait namque ſic (*quæſt.* 16. *de excommunic. num. mihi* 345. *verſu, Dico denique.*) Ad hoc reſpondetur, publicè excommunicatum ſuſpenſum eſſe ab officio, & beneficio Eccleſiaſtico, de iure communi; Eccleſiaſtico tamen, nam à ciuili non eſt ſuſpenſus, ita quod ſententiæ non valeant: niſi cum per annum perſeuerat in excommunicatione, vt habetur *extra, de hæreticis, cap. excommunicamus,* §. *Credentes.* Ita ille. Cuius fundamentum potuit eſſe, quod, vt nuper vidimus, in dicto capite, præter excommunicationem latam pro delictis ibi aſſignatis, additur pœna annullationis ſententiæ, & aliorum actuum Iudicis: ergo præciſè hæc pœna, non eſt incluſa in excommunicatione, ſed addita Iudici ſæculari inſordeſcenti per annum: ergo, non eo ipſo, quod Iudex ſæcularis ſit excommunicatus, eius ſententia, & alij iudiciales actus ſunt nulli, ſi non inſordeſcat per annum.

Sed, vt certum reſpondeo dicendum, quod omnes actus iudiciales facti à Iudice ſæculari excommunicato vitando, eo ipſo quod ſic ſi excommunicatus, etiamſi non inſordeſcat per annum, ſint nulli, ac inualidi. Probari poteſt hæc reſponſio *primo. Ex cap. Ait Cæleſtinus, cap. Apertè, & cap. Miramur* 24. *quæſt.* 1. vbi Nicolaus Papa docet excommunicatos notorios, non poſſe iudicare, nec eorum ſententias eſſe validas.

Secundò, quia, quæ fiunt à ſuſpenſis à ſuo officio, ſunt inualida: at ſic eſt, quod excommunicati vitandi, ſunt ſuſpenſi ab omni officio, & actu publico, cap. *Pia, de except. in* 6. ergo nullum eſt quidquid agunt ratione publici officij.

Tertiò, quia communi conſuetudine, & conſenſu communi omnium Doctorum vno Victoria excepto, ita eſt in Eccleſia receptus, & explicatus hic excommunicationis effectus, quod quidem ſufficeret; etiamſi alia deeſſent.

Nec obeſt argumentum Victoriæ. Nam *in dicto cap.* (vt bene notat Hurtadus) plures exprimuntur pœnæ pro dictis delictis ex quibus non paucæ generaliter incluſæ ſunt in ipſa excommunicatione, vt priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ; non admiſſio ad publica officia, & repulſio ab aduocando, & aliæ ſunt pœnæ particulares & ſuperadditæ excommunicationi; vt quod excommunicatus ſit infamis, & quod ſit inteſtabilis, & quod non poſſit accedere ad ſucceſſionem hæreditatis, omnes tamen ſimul non incurruntur ab excommunicato pro dictis, niſi per annum inſorduerit, & hoc eſt, quod in capite decernitur. Sic tenet communis Iuriſperitorum ſententia. Quam ſequuntur Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 1. *num.* 2. *&* 5. Alterius *lib.* 2. *diſput.* 2. *cap.* 1. Auila 2. *part. cap.* 6. *diſput.* 6. *dub.* 3. *verſ. Ex quo ſequitur.* Vbi ſententiam Victoriæ appellat falſam; Filliucius *tract.* 11. *cap.* 7. *quæſ.* 2. *dicto* 2. *à num.* 169. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 6. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 22. *num.* 36. Hurtadus *diſp.* 8. *diff.* 2. Vaſquez *dub.* 5. *de excommunic. num.* 8. Luyſius *lib.* 2. *de Cenſur. diſp.* 14. *dub.* 1. Bonac. *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 7. *n.* 1. Præpoſitus *in* 3. *part. quæſt.* 2. *de excommunicatione, dub.* 12. *num.* 75. Malderus *tract.* 6. *de iuſtitia, cap.* 1. *dub.* 11. Diana *part.* 5. *tractat.* 9. *reſolut.* 108. Bauny *diſputat.* 7. *de excommunicatione, quæſt.* 20. *dicto* 2.

Digitized by Google

Layman. *lib.1. tract.5.part.2.cap.2. num.14. verſ. Alia verò ratio.* Villalob. *tract.17.diff.14.n.1.* Machado *lib. part.3.tract.3.docum.12.num.5.* Cardin.Lugo *diſp.37.cit. ſect.2.num.6. & 8.* Palao *diſp.2.de Cenſur.punct.14. §.2. num 2.* & penes ipſum, Innocent. Abbas, Socinus & Ægidius.

QVÆSTIO XIV.

An Iudex, tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis excommunicatus vitandus, peccet mortaliter exercendo officium iudicis?

RESpondeo tanquam certum: Peccare mortaliter quia in primis, agit in re graui, nempe in actione publica iudicandi, contra prohibitionem Eccleſiæ. Deinde agit contra iuſtitiam commutatiuam, & legalem vſurpando iuriſdictionem, quam non habet, & actus nullos efficiendo: ergo clarè conſtat, quod iudex quilibet excommunicatus vitandus, ſeu non toleratus peccet mortaliter officium iudicis exercendo. Sic communis ſententia. Suarez *loc.cit.à num.8.* Filliucius *loc. cit cap.6.n.147.& cap.7.* Henriquez *n.6.cit.* & penes illum, Felinus, Decius, Caiet. Sotus, Nauarr. & alij. Alterius *cap.1 cit* Bonac. *loc.cit.n.3.* Luyſius, Villalobos, & Machad. *loc.cit.* Bauny *loc. cit.* his verbis: Dico tertiò, peccare mortaliter iudicem, qui in excommunicatione non tolerata, iudicat, eligit, teſtes audit. Aſſertionis hæc eſt cauſa, quod iudicando, alienum ſibi vendicet ius, ac poteſtatem alteri debitam occupet; cum enim vti ſua ei per cenſuram non liceat, vis ea iudicandi qua erat inſtructus, ad illum reuoluitur, à quo eam acceperat, proindéque illi iniuriam, vſurpatione rei, quæ eſt eius, non ſuas irrogat. Idem eſt de aliis actionibus iudicium. Enimuero facit auditio teſtium merces illis, vt ſit à litigantibus, debita: ergo cum in foro fori, eorum teſtimonium ſit nullum, eis iuſtum operæ ſuæ ſtipendium numerantibus, iniuriam facit, cum reſtitutionis de re accepta faciendæ obligatione. Hucuſque Bauny.

QVÆSTIO XV.

An Geſta à Iudice ſæculari excommunicato tolerato, & non vitando, ſint valida, & rata?

NEgarunt olim nonnulli Doctores, vt in ſimili vidimus nuper *quæſt.10.*

Sed poſt Concil. Conſtantienſe, vt certum, reſpondeo eſſe valida & rata. Quia Eccleſia, ob bonum commune, non vult priuare iudices excommunicatos excommunicatione tolerata, ſua iuriſdictione: cum igitur illam in ſuo vigore conſeruent, valide poſſunt illa vti, & conſequenter ab eis geſta valida ac rata ſunt. Sic tenent communiter iam omnes. Qui & probant manifeſtè ex *l.Barbarius, ff. de offic. Prætoris.* Legantur Nauarr. *cap.27.n.7.& cap.21.num.10.* Couarr. *in cap. Alma mater, 1. part. §.7.num.10.* & alij citati ſupra *quæſtio.* Quoniam in hac re eadem eſt de iudice Eccleſiaſtico, ac ſæculari ratio.

QVÆSTIO XVI.

An Iudex quilibet excommunicatus toleratus, & non vitandus, peccet mortaliter, ſicut peccat non toleratus, ferendo ſententiam, & exercendo alia officia Iudicis?

NEgat Diana *part.5. tract.9. reſol.131.* Cuius ratio eſt, quia cùm Concilium non ſuſpendat talem iudicem ab officio, nec priuet vſu iſtius poteſtatis, ſolum videtur illum actum prohibere, quatenus eſt communicatio quædam humana, non autem præcisè quatenus eſt actus iuriſdictionis, & poteſtatis iudiciariæ. Ita Diana citans pro ſe Nauarrum *cap.19. num.28. & ſequent.* Caietanum *verb. excommunicato vetita.* & Barthol. Ledeſma *de excommun. dub.9.* His addi poſſunt Sanchez *lib.3. de matrim. diſp.21.n.6.* Auila *2.part.cap. 6.diſp.6.dub.3.* Villalobos *tract.17.diff.14.cit.num.1.* ita dicens: [Y ſi el deſcomulgado es tolerado, no peca en dar la ſentencia por dezir que vſurpa juizio ageno, como dize vna Gloſſa, Ricardo, Couarrubias, Soto, y Leſſio, ſi no ſolo pecara venialmente como dize Cajetano, en el comunicar con los otros, aunque Suarez ſiente que peca mortalmente, mas a mi no me lo parece.] Hæc ille. Citant etiam pro hac parte Leſſius, & Bonacina, Henricum Henriquez *lib.13.cap.7.* & quidem bene, nam id videtur docere *cap.7.n.3.* his verbis: At ſi non eſſet denunciatus, non peccat mortaliter in his actibus iuriſdictionis, ſecluſo ſcandalo; quia ſecundario prohibentur, vt pertinentes ad communicationem in humanis; & poſt Concil. Conſtant. facta à non denunciato valent in fauorem aliorum. Hæc ibi Henriquez Quamuis eodem cap. *num.6.* contrarium videatur docere.

Sed probabilius reſpondeo peccare etiam mortaliter; niſi aliàs ignorantia, vel inconſideratio, aut functionis breuitas excuſet. Sic Leſſius *lib.2. de iuſt. cap.29. dubit.7.n.59.* Quia (inquit) Eccleſia prohibet communicationem iudicis excommunicati in iudicando, non ſolum generali ratione communicationis humanæ, ſed etiam, vt eſt vſus iuriſdictionis, & poteſtatis, dignitatem quamdam continens. Vnde cum illa ſit res grauis, & magni momenti, non video cur præceptum non obliget ſub peccato mortali. Nec obſtat quod Concilium non ſuſpendat iudices ab officio; quia id fit propter bonum aliorum: non tamen idcirco intendit ipſos iudices in aliquo reuelare, vt expreſsè idem Concilium teſtatur. Si tamen partes iuſtitiam exigant, vel ratio poſtulet, vt in aliquo caſu, ex officio procedat, non peccabit: quia Concilium concedit, vt incommodum aliorum ſuo munere fungi poſſit. Sic Leſſius. Et ſic etiam Suarez *diſp.16. ſect.1. n.10.* Alterius *lib.1. diſp.2.cap.1.* ita dicens: Ego putarem eſſe peccatum, mortale: quia actio iudicandi per ſe ſumpta eſt grauis & grauius erit, ſi iudicium, quod excommunicatus vſurpat, ſit Eccleſiaſticum; niſi ſit de re admodum leui, vt moraliter quaſi non exiſtimetur. Hæc ille. Bonacina etiam *diſp.2.quæſt.2.punct.5.n.3.* Filliucius *tract.12. cap.6.quæſ.3.num.147.* Ægidius *diſput.14. dub.14. numer.148.*

QVÆSTIO XVII.

An ſententia, & alij actus Iudicis excommunicati tolerati, ſint etiam validi, caſu quo partes illum excipiant, quod ſit excommunicatus?

REſpondeo tunc non eſſe validos, ſed irritos ac nullos. Ratio eſt, quia nullus tenetur excommunicati, quantumuis tolerati, iuriſdictionem admittere ergo quilibet poteſt eum repellere, eiúſque iudicium declinare, opponendo excommunicationem: cuius tamen ſpeciem, & authorem debet exprimere, & intra octo dies eam euidenter probare, vt habetur *cap.1. de exception. in 6.* Sic Leſſius *de iuſtitia, cap.29. dub.7.num.58.* ita dicens: Aduerte tamen: neminem teneri admittere iudicem excommunicatum: poteſt enim contra illum excipere, quod ſit excommunicatus, vt patet *cap. Exceptionem in fine, de exception.* Quod verum eſt, etiamſi eius excommunicatio hoc loco non ſit manifeſta, modo tamen alibi ſit publica, vt colligitur ex *eod.cap.* iuncta Gloſſa *v.Publicè*, vel ipſe

poſſit

Digitized by Google

poſſit illam probare. Ratio eſt, quia etſi Concilium concedat, vt poſſis cum iudice excommunicato habere communionem, & ius ab illo petere, non tamen cogit. Itaque ſicut olim poterat recuſari, ita & nunc. Si tamen partes in illum conſenſerint, & ſententia debito modo lata fuerit, non poteſt propter excommunicationem reſcindi; quia legitima poteſtate, cui partes ſe ſubmiſerunt, lata eſt: ſicut, cum ſponte ſe alieno iudici permittente iure, ſubiiciunt, ſententia reſcindi non poteſt. Hæc Leſſius. Et etiam Ægidius *diſp.14.dub.10. num.89.* Præpoſitus *in 3.p.quæſt.1.de excommun.dub.12. n.78.* Bonac. *diſp.2.quæſt.2.punct.5.n.3.verſ.Addo.* Diana *part.5.tract.9.reſol.109.* Filliucius *tract.12.cap.7.quæſt.1. n.166.* Lugo *de iuſt.tom.2.diſp.37.ſect.2.n.7.* Palao *diſp.2.punct.13.an.3.* & alij apud ipſum.

QVÆSTIO XVIII.

An excommunicatus toleratus, poſſit validè excommunicare?

NEgant Suarez *diſp.14.ſect.2.n.15.* Layman *lib.1. tract.5.part.2.cap.5.num.7.* & Præpoſit. *quæſt.2.de excommunicatione, dub.12. num.78.* Quorum ratio eſt, quia in Concil. Conſtant. nullus fauor conceditur excommunicato tolerato, niſi quatenus cedit in gratiam aliorum fidelium parentium, & volentium cum eo communicare: ergo non poteſt actum iuriſdictionis coactiuæ in ſubditum, qui nolit eum obedire, cum ad id non teneatur.

Affirmant verò contra Nauarr. Henriquez, Couarr. victoria, & nonnulli alij ex citatis *ſuprà quæſt.10.*

Sed cum diſtinctione, & concordia harum ſententiarum reſpondeo dicendum, quod nullo modo poſſit excommunicatus toleratus excommunicare alium validè, caſu quo ante prolatam ſententiam excommunicationis, ſubditus exceptionem excommunicationis opponat, prout opponere poteſt, & declinare eius iuriſdictionem, vt nuper eſt habitum. Secus verò caſu, quia iuriſdictio non fuerit declinata, quia tunc validè poteſt excommunicare. Sic Gutierrez *canon. qq. lib.1. cap.1.n.82.* Ægidius *diſp.14.dub.10. num.91.* Diana *p.5. tract.9.reſol.135.* quos citat & ſequitur Lugo *tom.2.de iuſt.diſp.37.ſect.2.n.7.* Et iuxta hanc diſtinctionem explicandi, & in concordiam redigendi ſunt Authores pro ſententiis primis relatis. An verò excommunicatus validè poſſit eligi ad officium & dignitatem iudicis, dummodo durante excommunicatione non exerceat vſum iuriſdictionis.

Reſpondeo non poſſe vt diximus contra aliquos DD. *ſupr.diſp.9.quæſt.19.*

DISPVTATIO XII.

De ſexto effectu excommunicationis, qui eſt, inhabilitas exercendi actus legitimos, tam in foro iudiciali, quàm extra.

QVÆSTIO PRIMA.

An excommunicatus maior, poſſit eſſe in iudicio per ſe, Actor, ſeu agere in foro, Hiſpanè, Poner demanda, ò *Acuſar, en juizio?*

RESPONDEO tanquam certum: Quod minimè poſſit eſſe Actor in iudicio, ſiue Eccleſiaſtico, ſiue ſæculari. Quia ſic definitur *in cap. Decreuimus, de ſentent excom. in 6.* his verbis; *Decreuimus, vt iudices ſæculares per cenſuram Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſticis iudicibus, canonica monitione præmiſſa, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando, & teſtificando in ſuis Curijs, & Iudicijs compellantur.* Sic Alexand. IV. Quod etiam definitur in *cap. Pia, de except. cod. lib. cap. Intelleximus, de iudicijs, cap. exceptionem, de exception.* Et ideò tanquam quid certiſſimum hanc docent reſponſionem omnes Doctores; addentes, etiam eſſe talem, intellectam de excommunicato tolerato. Et meritò quidem: quoniam agere in iudicio concernit fauorem Agentis, & Concilium Conſtant. noluit in aliquo ipſis excommunicatis fauere. Legantur Ioann. Andr. Abbas, Gloſſa, & alij Canoniſtæ *in d. cap. Decreuimus.* Nauarrus *cap. 27.num.23.* Couarr. *lib.1. variar. cap.19.num.5.* Henriquez *lib.13.cap.7.num.4.* Vgolinus *tab.2.c.15.* Aula *2.part.cap.6.diſp.7.in princip. & dub.1. concluſ.1.* Sayrus *lib.2.cap.7.num.3.* Suarez *diſp.16. ſect.3. num.2.* Alterius *lib.2. diſp.3. cap.1. in princip.* Filliucius *tract.12. cap.7.* (non 17. vt leges apud Bonacinam). *quæſ.4.num.174.* Ægidius *diſp.14.dub.11.num.110.* Bonacina *diſp.2 quæſt.2.punct.7.num.5.* Bauny *diſp.7.de excommun.quæſt.21.aſſertione 1.* Hurtad. *diſp.8. de excomm. diff.3.* Luyſius *lib.2.diſp.it.14 dub.2.* Cornejo *diſp.10.de excommunic.§.9.quæſ.1.* Diana *part 5. tract.9. reſol.109.* Villalob. *tract.17. diff.14 num.4.* Machado *tom.2. lib 6. part 4. tract.1. document.31.* Gregor. Lopez *in l.6. in fin. tit 9.part.3.* Layman *lib.1. tract.5. part. 2. cap.2. num. 14. verſ. Octauus effectus.* Baſſæus *excommunicatio 3.num.29.* Palao *diſp.2. de Cenſur. punct.14.§.2.n.6.* & alij.

QVÆSTIO II.

An non ſolum per ſe, ſed neque per Procuratorem, qui ab eo authoritatẽ accipiat, poſſit licitè excommunicatus in iudicio agere?

REſpondeo tanquam certum: Adhuc non poſſe: quia Procurator agit authoritate ſui principalis, ſed Actor excommunicatus, qui eſt Principalis, expellitur à iudicio: ergo & Procurator eius. Et ideo *in cap. vltimo, de Procurator.* declaratur nulla, inſtitutio Procuratoris ab excommunicato facta. Et ob eandem rationem, quamuis antequam Actor in excommunicationem incideret, Procuratorem rerum ſuarum inſtituiſſet, adueniente excommunicatione ſuſpenditur quaſi, & vim ſuam amittit, eo quod dependeat veluti in fieri, & conſeruari à facultate committentis. Sic Innocent. & Abbas *in d cap. vlt.* Syluest. *verb. Procurator.* Suarez *loc.cit. num.4.* Alterius *cap.1. cit. col.4.verſ. Neque tantum.* Vgolinus *loc.cit.num.5.* Sayrus *loc. cit.* Filliucius *loc.cit. dicto 3. num. 176.* Bonacina *loc. cit.* & Bauny *loc cit. aſſert.2.* Qui bene notat, ſecus dicendum eſſe, de Procuratore aliunde habente ius ad patrocinandum, vt verbi gratia à lege, ſicut Vicarius Capituli, ſede vacante, quia tunc etſi eſſent Canonici ſinguli excommunicati, modo tamen ipſe non eſſet, licitè poſſet in iudicio agere. Legantur etiam cæteri DD. nuper citati, præcipuè Palao *punct. 14.§.2. numer.7.* Sayrus *lib.2. Theſauri, capit.7. num.4* & alij.

QVÆSTIO III.

An Excommunicatus maior, poſſit ſe ipſum defendere in iudicio?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe, *Primò*, quia ſic colligitur ex cap. *Intelleximus, de Iudicijs. Secundò*, quia defenſio eſt iuris naturalis. Et ideo excommunicatus optimè poteſt probare excommuni-

Digitized by Google

cationem fuiſſe inualidam ; aut ſibi iniuſtè denegari abſolutionem, quam petit. Poteſt excipere, ſi iudicem ſuſpectum habeat ; & appellare ſi credat ſe iniuſtè eſſe condemnatum ; & ſimiliter poteſt obiicere excommunicationem, Accuſatori, Teſti, &c. dicendo, illos eſſe excommunicatos. Sic omnes. Abbas *in cap. Cùm inter, de except. num.* 10. Nauarr. *lib.* 1 *conſil. tit. de corpore vitiato, conſil. vnico, num.* 8. Suarez *diſp.* 16 *ſect.* 3. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 3. *cap.* 1. *verſ. Non tamen, & verſ. Cùm autem.* Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 7. *quæſ.* 4. *n.* 174. & 175. Auila 2. *p. c.* 6. *diſp.* 7. *in princip.* Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 7. *n.* 7. Hurtad. *diſp.* 8. *de excommun. diff.* 3. Luyſius *lib.* 2. *diſp.* 14. *dub.* 3. *verſ. Sed non negatur*, & communis.

QVÆSTIO IV.

An reus excommunicatus poſſit eſſe Reactor, aut Reconuentor ſui Actoris, in iudicio?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe, niſi aliàs in defenſionem propriam. Ratio eſt, quia reconuentio eſt noua actio, vt dicitur *in cap. Cùm inter, de except.* ergo debet eſſe de re diſtincta ab illa, quæ agitur in iudicio : ergo non poteſt fieri à Reo excommunicato, cum non ſit neceſſaria ad defenſionem illius rei, de qua in iudicio agitur. Sic omnes præcipuè Alterius his verbis : Excommunicatus enim conuentus, & vocatus in iudicio tanquam Reus, non poteſt ſuum Actorem reconuenire, Reconuenire enim eſt agere, ſeu reagere. *cap.* 2 *de mutuis petit. & cap.* 2. *de Ord. cognit.* Et habetur expreſsè *in cap. Cùm inter, in fine, de except.* & *ibi* Gloſſa *verb. Reconuentione.* Gloſſa *in cap.* 1. *verb. reſcriptum, de reſcript. lib.* 6. &c. Sic ille. Legantur etiam Suarez, Filliucius, Bonacina, & alij *loc. cit.* Palao *diſp.* 2. *punct.* 14. *n.* 10.

QVÆSTIO V.

An Excommunicatus agens in iudicio publico, repelli debeat à iudice, quando exceptio excommunicationis non opponitur ab aduerſario?

NEgandum videtur, eò quòd, vt ait Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 18. (non 19. vt inuenies apud Auilam) *num.* 5. & *regul. Peccatum,* 1. *part. in principio, num.* 8. tam in Gallia, quàm in Hiſpania paſſim admittuntur excommunicati à iudicibus ſæcularibus ad agendum. Ait enim ſic *num.* 5. *cit.* In Gallia ſanè moribus, & iudiciali, ac forenſi ſtylo inductum eſt, vt huius exceptionis nemo ab agendo repellatur. Teſte Fabro *in §. vlt. Inſtitut. de Curator.* Andrea Tiraquello *lib.* 1. *de retract.* §. 1. *gloſſa* 9. *num.* 275. & Ioanne Rupellano *lib.* 1 *Forenſ. Inſtitut. cap.* 35. Sic ille. *Et infra.* Apud Hiſpanos etiam videmus paſſim à iudicibus ſæcularibus, non obſtante exceptione excommunicationis Actorem ad agendum admitti. Hæc Couarruuias. Et idem ex illo, Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 4. *in Gloſſa, lit. l.* & Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 7. *dub.* 1. *verſ. Duo reſtant.*

Et quidem non teneri neceſſariò iudicem, in dicto caſu, repellere ab agendo excommunicatum, adhuc non toleratum, inſinuat clarè Machado *tom.* 2. *lib.* 6. *part.* 4. *tract.* 1. *docum.* 3. *num.* 2. dicens hæc verba: [Y aun en caſo que por el reo, no ſe le opuſieſſe al Actor la excepcion de que eſtaua deſcomulgado, diſpone el Derecho en los lugares citados, que el Iuez de oficio le pueda repeler. Todo loqual como hemos dicho ſe entende, y ha lugar quando el deſcomulgado es vitando.] Ita Machado.

Sed oppoſitum omnino, cum diſtinctione reſpondeo dicendum. Quod etiam in caſu, quo exceptio excommunicationis non opponatur, non ſolum poſſit iudex, ſed etiam teneatur ex officio, repellere actorem à iudicio, quando excommunicatus eſt vitandus, & non toleratus : (niſi aliàs vrgeat, aliqua grauis cauſa vt dicemus *quæſt.* 7.) quando verò eſt toleratus, & non vitandus, licèt poſſit à iudice repelli, quia poteſt non communicare cum illo, non tamen tenetur eum quamuis publicum, reiicere. (niſi ad petitionem partis ſufficienter probantis excommunicationem) quia non tenetur eum vitare.

Vtramque reſponſionis noſtræ partem, tenent communiter DD. & colligitur apertè ex cap. *Pia, de exceptio.* & cap. *Decernimus, quæſt.* 1. *cit.* Sic Auila 2. *p. cap.* 6. *diſput.* 7. *dub.* 1. his verbis. Secunda concluſio. Quando Actor eſt publicè excommunicatus, debet Iudex ex officio illum repellere ab agendo, licet Reus hoc non excipiat *d. cap. Pia*, quod ego intelligo, poſt Concilium Conſtant. de excommunicato non tolerato : nam ratio huius textus eſt, euitare peccatum communicationis, vt habetur ex Geminian. ibi *num.* 2. & 5. &, vt conſtat ex *cap. Decernimus, de ſentent. excomm. in* 6. Hæc concluſio etiam habet locum in iudice ſæculari, qui quidem de cauſa ſpirituali excommunicationis non cognoſcit principaliter, nec incidenter; ſed tantum de facto excommunicationis, quod non prohibetur iudici ſæculi, vt ait Bart. *l. Titia, ff. ſoluti matrim.* Hæc Auila. Et etiam Suarez *diſp.* 16. *ſect.* 3. *num.* 2. (non *ſect.* 4. *num.* 6. vt leges apud Bonacinam) Alterius *lib.* 2. *diſp.* 3. *cap.* 1. *verſ. Notandum eſt ſecundò.* Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 7. *quæſ.* 4. *dicto* 4. *n.* 177. Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 11. *num.* 101. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 7. *n.* 9. Hurtad. *diſp.* 8. *de excomm. diff.* 3. *num.* 6. Luyſius *lib.* 2. *diſput.* 14. *dub.* 3. *verſ. Secundò excommunicatus.* Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 110. Palao *diſput.* 2. *de Cenſur. punct.* 14. *n.* 6. & alij.

QVÆSTIO VI.

An ita ſit prohibitum excommunicato vitando, in iudicio agere; vt tamen ſi agat, & non repellatur à iudice, nec ei exceptio excõmunicationis opponatur, geſta per ipſum valida ſint?

NEgandum videtur. Quia geſta per iudicem excommunicatum vitandum ſunt nulla, *vt ſuprà diſp.* 11. *q.* 4. eſt habitum, etiamſi excommunicatio non fuerit in iudicio oppoſita : ergo idem eſt dicendum de geſtis ab Actore excommunicato vitando.

Sed, vt quid verum, reſpondeo valida eſſe omnia ab illo, in dicto caſu, geſta. Quia ſic videtur definitum ab Innocent. IV. in cap. *Pia, de exception. in* 6. his verbis : *Sed ſi poſt rem iudicatam talis exceptio proponatur, executionem impediet : ſed ſententia quæ præceſſit, non minus robur debitum obtinebit :* ſubintellige, quàm *ſi tempore litis, & lata ſententia excommunicatus non fuiſſet,* hic enim eſt ſimplex ſenſus, vt Gloſſa & Interpretes exponunt : ergo non obſtante dicta excommunicatione, geſta in iudicio valida ſunt. Sic Gloſſa *cap. Pia, cit. verb. Pia, & verb. Obtinebit.* Abbas *in cap. Intelleximus, de iudicijs*, & alij Interpretes, Suarez *diſput.* 14. *ſect.* 3. *num.* 7. Alterius *lib.* 2. *diſput.* 3. *cap.* 1. *verſ. Sed quæri poteſt.* Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 7. *dub.* 1. *concluſ.* 5. Filliucius *tract.* 12. *cap.* 7. *quæſ.* 4. *dicto* 5. *num.* 178. Bonacina *loc. cit. num.* 10. Cornejo *diſp.* 10. *de excommunic.* §. 9. *verſ. Et ſi inquiras.* Hurtado *diff.* 3. *cit. verſ. Sed quamuis.* Luyſius *dub.* 3. *cit. verſ. Item principaliter.* Machado *lib.* 6. *p.* 4 *tract.* 1. *docum.* 3. *n.* 4. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 14. *n.* 4. Legatur in ſimili Palao *diſp.* 2. *punct.* 14. *n.* 15.

Ad rationem dubitandi reſpondeo diuerſam eſſe rationem de Iudice, ac de Actore : nam in iudice requiritur iuriſdictio, ſine qua, acta ſunt nulla, hæc autem tollitur per excommunicationem vitandam : at

Digitized by Google

at ex parte Actoris, nulla requiritur iuriſdictio; & ſic eius geſta valent. Sic Alterius.

QVÆSTIO VII.

An, Actor excommunicatus peccet ius ſuum in Iudicio petens; antequàm à Iudice expellatur ab illo?

NEgare poſſet aliquis; eo quod, vt vidimus, *q.5.* tam in Hiſpania, quàm in Gallia, paſſim à Iudicibus ſæcularibus admittuntur excommunicati ad agendum.

Sed reſpondeo dicendum, quod Actor excommunicatus ius ſuum in Iudicio petens, licèt, per ſe loquendo, & ex vi ſolius excommunicationis, mortaliter non peccet, peccet tamen venialiter, niſi vrgeat aliqua cauſa iuſta. Sic Alterius *cap.1.cit verſ. Sed quæret aliquis*, his verbis: Reſpondeo: peccare excommunicatum Actorem, ſi peratius in Iudicio, quoniam violet ſacros Canones, quibus hoc ei interdictum eſt: regulariter tamen non erit peccatum mortale ex vi ſolius excommunicationis, niſi interueniat iniuſtitia, quia petat rem iniuſtam, vel vtatur fraude, & dolo, ſed agat bona fide, abſque contemptu Eccleſiæ, maximè ſi cauſa litis non ſit admodum grauis, nec diuturna, & ſine continua communicatione agi poſſit. Denique tales poſſunt concurrere cauſæ, vt Iudex præſertim ſæcularis, qui non poteſt abſoluere, valeat; & debeat admittere excommunicatum ad agendum, ne graue aliquod detrimentum, & præiudicium imminens ex mora & dilatione, ſi prius procuranda eſſet abſolutio, patiatur: vt ſi timeatur de fuga Debitoris, niſi ex mandato Iudicis ad inſtantiam Actoris capiatur. Nam in his caſibus, non tam diceretur ſe agere, quàm ſe defendere & ad ſui defenſionem implorare Iudicis officium, quod licitum eſt, vt vidimus, & affirmant Doctores iuribus ſupra citatis. Hucuſque Alterius, omnino ex Suario (quem non citat) *diſput.14.ſect.3.num.9.* qui vlterius hanc partem probat ſic. Quia ob vitandum graue damnum licitum eſt excommunicato communicare cum aliis, & aliis, cum ipſo, quando eſt periculum in mora, ſi expectetur abſolutio: ergo eodem titulo licebit tali excommunicato agere, & Iudici illum admittere. Quod etiam Abbas, & alij Canoniſtæ concedunt *in d.cap.Cum inter, de except.* & in aliis, locis *ſup. citatis.* Hæc Suarez, & etiam Filliucius, Villalob. Cornejo, Luyſius, & Diana *loc nuper citatis.* Pal. *punct.14. cit.num.11.* Couarruuias *lib.1.variar.cap.13.* & Bonacina *diſput.2.de excomm.quæſt.2.punct.7.num.8.*

QVÆSTIO VIII.

An reus excommunicatus vitandus, poſſit ad Iudicium cogi, & vocari?

REſpondeo tanquam certum: poſſe talem reum excommunicatum vocari, cogi, & trahi ad iudicium, non ſolum in cauſa excommunicationis, ſed etiam in quacumque alia cauſa; in qua fuerit prouocatus, & poſtulatus. Quia ita definitur in cap. *Intelleximus, de Iudicijs* ab Alexand. III. vbi rationem deciſionis reddit, inquiens: *Ne videatur de ſua malitia commodum reportare.* Ac ſi Pontifex diceret: Excommunicatus non debet ex ſua culpa, & malitia commodum reportare: at ſic eſt, quod ſi excommunicatus non poſſet compelli, & trahi ad iudicium, ex ſua malitia, & culpa, magnum commodum reportaret, cum magnum illi eſſet, ſi vel pro debito, vel pro crimine, cogi ad iudicium non poſſet, & compelli ad comparendum: ergo. Sic omnes Canoniſtæ *in d. cap.* Legantur Gloſſa ibi. Nauarrus *cap. 27. num.13.* Suarez *diſput.14.ſect.4.num.1.* dicens eſſe communem & certam ſententiam. Alterius *lib.2. diſput.3.cap.2.in princip.* Auila *2.parte cap.6. diſput.7. dub.1.verſ. Præterea.* Filliucius *tract.12.cap.7.quæſ.5.dicto 2.num.180.* Hurtadus *diſput.8. de excommun. diffic.4.* Luyſius *lib.2. diſput.14 dub.13. verſ. Reſtat explicandum.* Bauny *diſputatione 7. de excommun. quæſt.21. verſu, Verum enim.* Ægidius *diſputat.14.dub.11.num.115.* Laymann. *lib.1. tract.5. part.2. cap.2. num.15.* (non 5. vt leges apud Bauny,) Palao *diſput.2. de Cenſur. punct.14. num.23.* Villallobos *tract.17. diffic.14. num.5.* Machado *lib.6. part.4. tract.1. docum.4. num.1.* & alij. Qui omnes in hac re concludunt, quod reus excommunicatus, etiam vitandus, cogi, ac compelli poſſit, vt in iudicio cum effectu appareat, & reſpondeat ad ea, quæ in ius vocatus eſt, & faciat omnia alia, quæ ſi non eſſet excommunicatus, præſtare teneretur. Sicut è contra licitum erit reo excommunicato efficere ea omnia ad ſui defenſionem, quæ cuilibet reo non excommunicato minimè denegantur, quia defenſio iure naturæ cuilibet eſt permiſſa: & ideo poterit reſpondere, negare, probare, appellare, & ſimilia, agere.

QVÆSTIO IX.

An reus excommunicatus vitandus, in ius vocatus, poſſit validè, non per ſeipſum, ſed per Procuratorem à ſe conſtitutum, reſpondere?

REſpondeo tanquam certum: poſſet. Quia ſic expreſsè decernitur in cap. *Intelleximus, cit.* his verbis: *Quia poſtulaſti à nobis, vtrum excommunicatus in Iudicio ſtare poſſit. Reſpondemus quod conueniri poteſt, & debet per alium in iudicio reſpondere: Ne videatur de ſua malitia commodum reportare.* Sic totus textus. Poteſt ergo excommunicatus validè per Procuratorem in Iudicio reſpondere; & conſequenter validè & licitè ad hunc effectum Procuratorem pro ſe conſtituere; & Procurator ſimiliter validè & licitè poteſt pro illo cauſam agere, eúmque defendere: nam hæc omnia ſeſe conſequuntur. Sic omnes. Legantur Suarez *loc.cit.5.num.5.* Alterius *loc. cit. verſ. Sed hic quæri poteſt*, & alij citandi. Qui id tanquam certum ſupponunt.

QVÆSTIO X.

An huiuſmodi reus excommunicatus, non ſolum poſſit, verùm etiam teneatur, reſpondere in Iudicio per ſuum Procuratorem; ita ut, nequeat per ſeipſum reſpondere, caſu quo inueniat idoneum Procuratorem?

AFfirmat teneri reum in dicto caſu ſemper per ſuum Procuratorem in iudicio reſpondere, Auila. *part.2.cap.6. diſput.7.dub.2.* his verbis: Tertia opinio, & tenenda eſt, quod etiam in cauſis arduis non poteſt reſpondere per ſeipſum, ſi inuenit idoneum Procuratorem: benè tamen ſi non inueniat. Ita Felinus *d.cap Intelleximus, num.3.* Decius *num.7.* Aretin. *n.18.* Syluester *verb. excommunicatio 3. num.1. effectu 12.* Et probatur ex *d.cap. Intelleximus*, ibi: *Etiam debet per alium reſpondere.* Et textus loquitur de cauſa matrimoniali, quæ eſt grauiſſima. Nec placet explicatio Gloſſæ, quod verbum, *debet*, non inducit neceſſitatem: quoniam vt ait Calderinus, verba propriè ſunt accipienda, niſi reſultet ſenſus abſonus. Quando autem non inuenit idoneum Procuratorem, licitè poteſt comparere in iudicio: quia Eccleſia pro ſua pietate non vult auferre illi defenſionem naturalem: & tunc reliqui,

Digitized by Google

qui neceſſariò interueniunt in iudicio, licitè poſſunt cum illo communicare, nec incurrent minorem excommunicationem. Ita Gloſſa *d. cap. Intelleximus, verb. conuenire*, & eſt textus *cap. Si verè, de ſentent. excommun.* Hæc Auila. Cui addi poſſunt Hurtadus *diſput.8.de excommun.diffic.*4. Henriquez *lib.*13.*cap.*7. *num.*5. Villalobos *tract.*17.*diffic.*14.*num.*5. Laymann. *lib.*1.*tract.* 5.*part.*2.*cap.*2.*num.*15. ibi : Debet tamen tunc non per ſeipſum, ſed per Aduocatum reſpondere, ſi idoneum reperiri poſſit, & cauſa ardua ſit. Vnde non benè citat hunc Authorem, Stephanus Bauny pro oppoſita parte. Luyſius etiam in hanc inclinat ſententiam *dub.*3. *cit. verſ. Mihi autem videtur.* Vgolinus *tab.*2. *cap.*16.§.8. *num.*1. & alij. Et licèt hæc ſententia ſit ſatis probabilis.

Sed non minus probabiliter reſpondeo : poſſe prædictum reum excommunicatum, reſpondere in iudicio, etiam per ſeipſum : non ſolum caſu quo non inueniat idoneum Procuratorem, in quo omnes conueniunt, verum etiam caſu quo illum inueniat idoneum. *Primò*, quia in cap. *Cum inter*, & *cap. Dilecti, & cap.Venerabilem, de exceptionibus*, expreſsè, abſque vlla reſtrictione permittitur excommunicato, vt poſſit ſeipſum in iudicio defendere : ergo non videtur coactus conſtituere Procuratorem, etſi ſit idoneus, ſi velit per ſeipſum Iudicio ſtare.

Secundò, quia, vt benè Ægidius, nimis videtur durum, & coniunctum multis incommodis conſtringere excommunicatum, vt compareat per alium quoties id facere poteſt : quia ſic ſemper erit anxius, an poterit per ſe comparere, & antequam poterit admitti, vt ſeipſum defendat, debebit prius probare, ſe non poſſe per alium comparare, quia niſi de hoc conſtet, Iudex eum non poterit admittere quod ei ſæpè erit difficile, & inutiles moras iudiciis adferet.

Ad caput *intelleximus cit.* omiſſa reſponſione Gloſſa quam multi vt congruam, & meritò, ſequuntur, dicendum, eſt quod particula illa, *per alium*, non excludat ipſum reum, quaſi per ſe reſpondere non poſſit, ſed per eam, Summum Pontificem velle, quod ſaltem per alium, ſi nolit per ſeipſum, vel non ſit idoneus, debeat reſpondere. Sic docent Innocent. Abbas, & Hoſtienſ. quos citat, & ſequitur Suarez *diſput.*14. *ſect.*4. *num.*6. Gloſſa etiam *in d. cap. Intellexiſtis, verb. conueniri poteſt.* Alterius *lib.*2. *diſputat.*3. *cap.*2.*verſ.Sed licèt.* Ægidius *diſput.*14. *dub.*11.*n.*116. *&* 117. Præpoſitus *quæſt.*2. *de excommunicat. dub.*13. *num.*87. Diana *part.*5. *tract.*9. *reſolut.* 111. Machado *lib.*6. *part.*4.*tract.*1. *docum.*4.*num.*2. dicens hanc eſſe communiorem, & in praxi receptam, ſententiam, & illam, vt probabilem, ſequitur Bauny *diſputat.*7. *de excommunic.quæſt.*11. *verſ.Communis reſponſio*, & talem eſſe, fatetur etiam Laymann. *loc. cit.* Tenent etiam Sayrus *lib.*3.*de excommun.cap.*8. Filliucius *tractatu* 12. *cap.*7. *quæſt.*5. *num.*181. Bonacina *diſput.*2. *de excommunicat.quæſt.*2.*punct.*7.*num.*8.& Palao *diſput.*2. *de Cenſur puncto* 14.*num.*26.

QVÆSTIO XI.

An reus excommunicatus poſſit in Iudicio ad ſuam defenſionem, ante abſolutionem admitti; caſu, quo, ſi velit, poteſt illam obtinere?

NEgat poſſe reum in Iudicio, tunc ante abſolutionem admitti, Felinus *in cap. Intelleximus, de Iudiciis, num.*13. eo quod non appareat ratio iuſta illum admittendi, ſine abſolutione, quando illam poteſt obtinere.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe admitti, adhuc dato caſu quo non ſit abſolutus, licèt potuerit. Quia ſacri Canones abſolutè concedunt excommunicato, abſque vlla reſtrictione, facultatem ſe defendendi, *cap. Cum inter, cap. Dilecti, & cap Venerabilem, de except.* ergo. Sic Suarez *loc.cit. num.*8. Alterius *loc. cit. verſ.Secundò quæri poteſt.* Luyſius *dub.*3.*cit.in fine.*

QVÆSTIO XII.

An reus excommunicatus, ſi voluntarius ſit, debeat audiri in Iudicio?

REſpondeo tanquam certum : Non debere audiri. *Primò*, quia cap. *Intelleximus, de Iudiciis*, vbi reum in ius venire compellitur, loquitur de reo neceſſario, hoc eſt, de reo, qui cogitur reſpondere in iudicio, & vocatur in iudicium inuitus, vt grauetur de re aliqua, & ne incommodum patiatur cogitur comparere, & ſe defendere; & de hoc reo neceſſariò, eſt ſermo habitus in ſuperioribus quæſtionibus. At voluntarius reus excommunicatus, de quo in præſentiarum agitur, non compellitur comparare ab aliquo, ſed ad iudicium ſuo commodo venit, non propter Actoris vtilitatem : & ideo Eccleſia horum reorum generi fauere nullo modo vult, ſed agitare potius, ac vexare, vt reſipiſcant. Rei verò neceſſarij in ius venire compelluntur, ne eis ſua malitia ſit vtilis, ac commoda, eiſque defendere permittitur, vt ex *cap. Intelleximus,cit.* diximus *quæſt.*8.

Secundò, quia reus voluntarius, potius habet vim Actoris, quàm rei, cum ipſe prouocet ad iudicium, & compellat Actorem ad agendum, nempe, vt ſuum iudicium proſequatur, &c. At Actor non auditur in iudicio, vt ſupra *quæſt.*1. *&* 2. eſt habitum: ergo. Sic Abbas *in cap. Cum inter, de except. num.*12. Suarez *diſputat.*14 *ſect.*4. *num.*12. Alterius *lib.*2. *diſput.*3.*cap.*2. *verſ.Quartò quæri poteſt.* Filliuc. *tract.*12. *cap.*7.*quæſ.*5. *dicto* 1. Bauny *diſput.*7. *de excommunic. quæſt.*21. *verſ. Quamquam*, & Cornejo *loc.cit.verſ.Sed quid.*

QVÆSTIO XIII.

An excommunicatus, licitè poſſit officium Notarij, ſeu Tabellionis, exercere?

REſpondeo tanquam certum : non poſſe licitè : ob prohibitionem generalem, ciuilis communicationis, quæ habetur *in cap.*1. *de except. in* 6. cum ergo officium Notarij, ſeu Tabellionis, nequeat exerceri ſine communicatione hominum; & ſimiliter alij non poſſint vti opera Notarij excommunicati ad conficienda inſtrumenta, cum id non poſſint conſequi, niſi communicando cum Notario ipſo excommunicato, hinc eſt, quod omnes ſint rei culpæ, ſi id facere intentent. Sic docent omnes. Gloſſa *in cap. Decernimus, de ſentent. excommun. in* 6. *verb. Et teſtificando*, & Francus *ibi num.*7. Abbas *in cap. Intelleximus, de Iudic.num.*2. Decius *ibi,n.*4. Domin. *in cap. Nullus* 3. *quæſt.*4. Cardin. *in cap. Perpendimus, de ſentent. excomm. in* 39. *quæſt.* Quos omnes citat ac ſequitur Alterius *lib.*2.*diſput.*3.*cap.*4.*in princip.* Suarez *diſput.*16. *ſect.*5. *num.*1. Filiucius *tract.*12. *cap.*7. *quæſ.*6. *dicto* 3. *n.*186. Hurtadus *diſputat.*8. *diffic.*5. Luyſius *lib.*2. *diſputat.*4. *dub.*4.& alij mox citandi.

QVÆSTIO XIV.

An grauiter peccet excommunicatus, munus Notarij, ſeu Tabellionis exercendo?

REſpondeo grauiter mort. peccare. Quia exercere munus Notarij in excommunicatione eſt res ſatis grauis.

Digitized by Google

grauis, cum ſit actio publici muneris & officij, vt habetur *ex cap. Ad audientiam, de praeſcript.* Praetertterquam, quod ex huiuſmodi abuſu multa poſſunt ſequi incommoda, & lites inter partes ipſas. Hanc reſponſionem communiter docent Doctores. Illámque ex mente omnium ſic tenet & explicat Filliucius *loc. cit.* his verbis: Peccabit grauiter Tabellio exercendo munus Tabellionis in excommunicatione. Et quidem ſi vitandus ſit, non eſt dubium; tum propter communionem illi denegatam: tum propter dubium faciendi actus irritos, & expoſitos nullitati, & litibus. Si non eſt vitandus, peccabit ſi ſe ingerat. Si tamen requiſitus, aliquid ſui muneris faciat, non peccabit: poſſunt enim alij cum ipſo agere, & conſequenter etiam ipſe in tali caſu cum aliis, vt ſupra ſaepè diximus. Sic ille. Et etiam Suarez *loc. cit. n.6. & 7.* Alterius *loc. cit.* Luyſius *dub.4.cit. verſ. Duo addenda ſunt.* Diana *part.5.tract.9. reſolut.*112. Faber *de Cenſur. in 4. ſentent. diſtinct.*23. *quaeſt.*1. *diſput.*4. *cap.*6. *num.* 201. Machado *lib.6. part.3. tractatu* 2. *docum.*4. *num.*5. & Palao *diſputatione* 2. *de Cenſuris puncto* 14. *num.*20. *&* 21. & communis.

Qvaestio XV.

An inſtrumenta, acta, ſeu ſcripta facta à Notario, ſiue Scriba publico, vel Tabellione, excommunicato non tolerato, ſint valida, & ideo illis adhibenda fides, quae inſtrumentis authenticis praeſtatur?

Affirmant abſolutè Rebuff. *in Concordia tit. de excommunicatis vitandis, verſ.*7. Cuius ſententiam tenuere alij, quos ſuppreſſis nominibus, refert Gloſſa *in cap. Decernimus, de ſentent. excommun. in* 6. *verb. Et teſtificando.* Qui & probant argument. *ex cap. Excommunicamus, §. Credentes, de Haeretic.* vbi dicitur de excommunicato, quod ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc inſtrumenta per ipſum confecta, non valent: ergo à contrario, prius, id eſt, ante annum confecta valebunt, licet Notarius eſſet excommunicatus.

Negant contrà abſolutè alij apud eandem Gloſſam; ſentientes inſtrumenta ſeu acta, facta ab excommunicato quocumque nullam vim habere. Pro quorum opinione facit optimè *cap. Nullus* 3. *quaeſt.* 4. vbi haec habetur: *Nullus Anathematizatorum ſuſcipiatur, nec à quoquam credantur, quae ab eis dicuntur, vel conſcribuntur:* at ſi validae eſſent eorum Scripturae deberet eis fides adhiberi: ergo. Ita apud Palao, ſentiunt Henriquez *lib.*13. *cap.*9. Auila 2. *part. cap.*6. *diſp.*6. *dub.*5. & Hurtad. *diſput.*3. *de excommun. diffic.*5.

Alij tandem media incedunt via, dicentes, acta, ſeu ſcripta à Notario excommunicato facta, eſſe valida, & obligare in foro conſcientiae, ſi fiant ex conſenſu partium non ignorantium Notarij excommunicationem; quia in hoc caſu, iam partes, ſiue licitè, ſiue illicitè, dici poſſunt credere excommunicato, illum admittendo vt fide dignum ad ſcripturam faciendam, & quoad hoc iam violarunt legem latam in dicto *cap. Nullus*, & ideo videtur, poſtea non poſſe illam Scripturam reiicere vt inualidam, quia iam ceſſerunt iuri ſuo, *& quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.* vt dicitur Regula 21. *iuris in* 6. Secus vero, inquiunt, ſi inſtrumenta fiant à Notario excommunicato vitando apud eos qui eius excommunicationem ignorant; quia tunc erunt omnino inualida. Ita Suarez *diſp.*16. *ſect.*5. *num.*4. *&* 5. propoſitus *in* 3. *part. quaeſt.* 2. *de excommunic. dub.*13 *num.* 89. & Luyſius Turrianus *lib.*2. *diſput.*14. *dub.*4. Quos citat, & ſequitur Diana *part.*5. *tract.*9. *reſol.*112. Quibus addi poſſunt Filliuc. *tract.*12. *cap.*7. *quaeſ.*6. *dicto* 2. *num.* 185. Ægidius *diſp.*14. *dub.*11. *concluſ.*2. *&* 3. Bonacina *diſput.*2. *de excomm. quaeſt.*2. *punct.*5. *num.*8. *& punct.*7. *num.*4. & Palao *diſputat.*2. *punct.*14. *num.*22.

Sed ego probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod omnia acta, inſtrumenta, vel ſcripta, facta à Notario ſeu Tabellione excommunicato non tolerato, ſint irrita, & inualida, non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiae; etiam caſu quo partes non ignorantes excommunicationem Notarij admittant illum ad conſcribendam ſcripturam publicam.

Probatur *prima pars. Primò*, tum *ex cap. Licet, de ſentent. excommun. in* 6. vbi vniuerſaliter expellitur excommunicatus ab omnibus actibus legitimis. Tum, & clarius, *ex cap. Nullus cit.* pro ſecunda ſententia, vbi cautum eſt; ne fides adhibeatur iis, quae conſcripta ſunt ab excommunicato: at ſic eſt quod totus valor ſcripturae confectae à publico Notario conſiſtit in eo quod ei fides adhibeatur: ergo.

Secundò, quia excommunicato Notario, verè interdicitur ne poſſit exercere ſuum officium publicum: ergo omnia acta, geſta ab eo ratione officij contra hanc prohibitionem, erunt inualida: aliàs prohibitio eſſet eluſoria quod eſt abſurdum *l. ſi Praetor. ff. de Iudic. cap. Commiſſa, de elect.* 1. *n.*6.

Secunda verò *pars*, quae directè contra Authores tertiae ſententiae militat, ex dictis facile probatur. Quia conſenſus partium admittentium excommunicatum Notarium ad conficiendam ſcripturam, non poteſt reddere illam authenticam, nam talis conſenſus non confirmat actum contra prohibitionem attentatum, vt in eiſdem terminis de inſtrumento celebrato à Clerico, cui vetitatum eſt, ne poſſit officium Notarij exercere, notat Abbas *in cap. Sicut te, ne Cleri. vel Monaſt.* ex Bartol. *in l. Praetor ait, ff. de Noui operis nunciatione.* Sic omnino Alterius *lib.* 2. *diſput.*3. *cap.*4. *col.*2. *ſeq.* ex Abbate, Hoſtienſ. Innocent. Decio, & aliis Canoniſtis. Quibus addi Poſſunt Auila 2. *p. cap.*6. *diſp.*6. *dub.*5. & penes illum, Federicus *conſil.*74. Ripa *lib.*3. *reſponſ.* Gloſſa *cit. in cap. Decernimus.* Francus *ibi num.*7. Geminianus *num.*6. Anchar. *col. ante penult.* Sylueſter *verb. excommunicat.* 3. *num.*2. *circa finem*, & Henriquez *lib.*13. *cap.*9. *num.*3. Sic etiam Ægidius *diſput.*14. *dub.*11. *concluſ.*4. *num.*113. Hurtad. *diſp.*7. *de excommun. diffic.*5. Bauny *diſput.*7. *de excommun. q.* 22. *verſ. Reliquus eſt Scriba.* Faber *in* 4. *diſtinct.* 25. *quaeſt.*1. *diſput.*4. *cap.*6. *num.*201. Layman *lib.*1. *tract.*5. *p.*2. *cap.* 2. *num.*15. Villalobos *tract.*17. *difficult.*14. *num.*6. Cornejo *diſput.*10. *de excommunicat. §.*9.

Qvaestio XVI.

An etiam ſint inualida inſtrumenta, ſeu ſcripta, facta à Notario, ſeu Tabellione excommunicato tolerato?

Affirmant aliqui DD ex adductis pro ſententia ſecunda, praecipuè Hurtado *loc. cit.* vbi poſtquam dixit, quod inſtrumenta quae ab excommunicatis Notariis conſcribuntur ſint nulla, addit; quod eſt verum etiam de inſtrumentis factis à tolerato, quia non eſt obligatio ei credendi, ſicut nec communicandi cum illo. Inſtrumentum ergo ab excommunicato adhuc tolerato factum, reiici poteſt in iudicio, vtpotè nullum. Ita ille.

Alij verò concedunt, inſtrumenta facta ab excommunicato Notario tolerato, eſſe valida, caſu, quo non reiiciantur, & repellantur; minimè verò ſi repellantur. Ita limitat primam ſententiam Laymann *loc. cit.* ita dicens: Nam inſtrumentum confectum ab excommunicato non tolerato, non cenſetur authenticum: cum is à publicis actibus, tum iure ipſo, tum Iudicis officio repellatur. Imò, tametſi tale inſtrumentum

mentum à tolerato confectum ſit, nihilominus in foro externo infirmari poterit, ſi opponens excommunicationem ſufficienter probare queat. Hæc Layman. Cui adde Ægidium, & alios nonnullos apud Hurtadum.

Alij tandem huic quæſtioni cum diſtinctione reſpondent, dicendo quod caſu quo partes, quarum voluntate ſcriptura fit, ſcientes Notarium eſſe excommunicatum ad tale miniſterium admittant, tunc valida erit ſcriptura, & inſtrumentum factum, & partes tenebuntur illud acceptare etiam in foro exteriori: ſi verò ex ignorantia excommunicationis illum admiſerint, liberum erit eis, illud in foro exteriori acceptare, vel non: quia per priuilegium Extrauag. *Ad euitanda*, non coguntur, ſed ſolum permittuntur communicare cum tali excommunicato, atque ita relinquitur in eorum poteſtate fidem præſtare prædictis inſtrumentis. Ita ſentiunt Suarez *ſect.5. cit. num.8.* & ex illo non citato, Cornejo *§.9. cit. verſu, Sed quid ſi ſit toleratus?*

Sed abſolutè probabiliùs reſpondeo: non eſſe inualida, ſed valida potius & firma inſtrumenta, & ſcripta facta à Notario excommunicato tolerato. Sic communiter Doctores. Auila *dub.5. cit.* his verbis: Dubitatur 5. vtrum inſtrumenta facta à Tabellione non tolerato ſint valida? Dico, *non tolerato*; nam facta à tolerato, certum eſt, eſſe valida poſt Concil. Conſtant. vt tenet Didac. Perez *lib.1. ordinamenti tit.5. leg.2. quæſt.19.* & patet ex dictis: vnde ſolum eſt dubium de non tolerato: Hæc Auila. Luyſius *lib.2. diſput.14. dub.4.* ita dicens: Alterum eſt (*ſubintellige, notandum*) poſt Concil. Conſtant. antequam iſte Tabellio ſit denunciatus, poſſe alios vti officio illius, & valida eſſe inſtrumenta in vtilitatem eorum; quæ prohibitio reſpectu eorum ablata eſt. Sic Luyſius. Et ex illo Diana *reſolut. 112. cit.* Bauny *quæſt.21. cit.* ibi: Occulti tamen ſi erunt, vim ſunt in gratiam populi habitura (*ſubintellige, inſtrumenta*,) cui fauere Eccleſia in Extrauaganti *Ad euitanda*, voluit. Sic ille. Villalobos *num.6. cit.* dicens, inſtrumenta ab huiuſmodi excommunicato tolerato facta, in vtroque foro valida eſſe. Machado etiam *lib.6. part.3. tract.2. docum.4. num.5.*

QVÆSTIO XVII.

An, ſi quis excommunicatus exiſtens, creetur Notarius, ſeu Tabellio, valeat hac inſtitutio; & acta ab ipſo, poſt ablatam Cenſuram, facta, valida ſint?

NEgant quidam Canoniſtæ, quos ſuppreſſis nominibus referunt Suarez, & Alterius, *vbi infrà:* exiſtimantes acta facta à dicto Notario, etiam poſt ablatam excommunicationem, eſſe inualida, ac nulla: quia exiſtimant electionem in Notarium eſſe nullam: ergo & eius acta: nam interdicto aliquo actu, interdictum intelligitur omne id, quod ad executionem illius actus dirigitur cap. *Si celebrat, de Cler. excommun. miniſtran.*

Sed multò longè probabiliùs reſpondeo: valere dictam Notarij electionem; & conſequenter, acta ab ipſo, poſt obtentam excommunicationis abſolutionem, facta. Quia nullus extat in iure Canon, quo talis electio declaretur irrita. Vnde quamuis peccent, qui ſcienter officium Notariatus excommunicato conferunt, & ideo ad ſummum talis collatio irritari poſſit per ſuperiorem, quod ſolum probari poteſt ex illo cap. *Si celebrat*; nihilominus tamen, ante irritationem tenet, & eſt valida, & conſequenter inſtrumenta, quæ à tali Notario, poſt abſolutionem, conficiuntur, valida, & authentica ſunt, & fidem faciunt. Sic Suarez *diſput.16. ſect.5. num.9.* Alterius *lib.2. diſp.3. cap.4. verſ. Poſſet tamen.* Cornejo *diſput.10. de excommunic. §.9. dub. vnic. verſ. Et ſi rurſus inquiras.* Villalobos *tract.17. difficult. 14. num.6. in fine.*

QVÆSTIO XVIII.

An excommunicatus vitandus poſſit in Iudicio licitè officium Procuratoris gerere?

REſpondeo tanquam certum apud omnes: non poſſe licitè. *Primò*, quia excommunicatus nequit communicare cum aliis: ſed officium Procurationis, nequit exerceri ſine excommunicatione: ergo excommunicatus nequit eſſe Procurator, aut licitè officium Procuratoris exercere. *Secundò*, quia plus eſt, eſſe Procuratorem, quàm teſtem: ſed excommunicatus non admittitur in iudicio tanquam Teſtis, ex *cap. Decernimus, de ſentent. excommun. in 6.* ergo multò minus admittendus erit tanquam Procurator. Sic omnes DD. Canoniſtæ in cap. *Poſt ceſſionem, de probat.* Legantur Suarez *diſputat. 16. ſect.7. num.4.* Alterius *lib.2. diſput. 3. cap.3. in princip.* Filliuc. *tract.12. cap.7. quæſ.9.* Henriquez *lib.13. cap.9. num.3.* Bonacina *diſputat.2. quæſ.2. punct.7. num.13.* Auila *part.2. cap 6. diſputat.7. in princip.* Luyſius *lib.2. diſp.14. dub.5.* Cornejo *diſp.10. de excommunic. §.9. dub. vnico, quæſ.4.* Diana *parte 3. tractatu 9. reſolut.114.*

QVÆSTIO XIX.

An ſaltem in caſu neceſſitatis, poſſit excõmunicatus exercere officium Procuratoris pro reo?

REſpondeo tanquam quid certum: poſſe tunc. Quia neceſſitas à tranſgreſſione legis excuſabit Sic Suarez *loc. cit. num.5.* his verbis: Addo vero, ſi fingatur caſus, in quo, nec reus per ſeipſum, ſe defendere, nec Procuratorem alium prò ſe poſſit ſubſtituere, præter eum, qui excommunicatus eſt, tunc ob articulum neceſſitatis, excommunicatum poſſe alterius cauſam agere, vt ipſum defendat: nam in aliis rebus communicare cum excommunicato licitum eſt, propter neceſſitatem, vel magnam vtilitatem, præſertim eius, qui excommunicatus non eſt: ergo ob hanc neceſſitatem licebit. Sic Suarez, & ex illo, Luyſius *dub.5. cit. verſ. Addit P. Suarez.*

QVÆSTIO XX.

An etiam licitè poſſit excommunicatus gerere officium Procuratoris pro ſocio, & litis conſorte?

REſpondeo tanquam certum: quod non. Quia excommunicatus nequit ſtare in iudico in cauſa propria, cap. *Intelleximus, de Iudic.* ergo multò minus ei licebit in cauſa aliena, etiamſi conſortis in lite; niſi aliàs cauſa eſſet indiuidua, quia tunc in illis caſibus, in quibus ei permiſſum eſſet agere in iudicio ratione ſui ad defendendam cauſam ſuam, liceret quoque defendere conſortem abſque aliquo mandato *l.2. §. ex his, de verb. oblig.* Sic Abbas *in cap. Poſt Ceſſionem, de probat. n.10.* Et ex illo Alter. *lib.2. diſp.3. c.3. verſ. Quæres aliquis.*

QVÆSTIO XXI.

An peccet dumtaxat venialiter Excommunicatus vitandus, munus Procuratoris exercendo?

AFfirmat Villalobos *tract.17. diffic.14. n.9. concl.8.* his verbis: [Tampoco puede ſer *(el deſcomulgado)* Procurador

Procurador en Iuizio, que eſto es manera de comunicacion, y tambien ſe collige del derecho, y de parta del deſcomulgado ſera pecado venial, de parte del que le elige, no lo ſerá ſi es tolerado.] Ita ille.

Alij vero contrà dicunt, quod licèt exercere vnam, vel aliam actionem in iudicio poſſit excuſari à culpa graui ob leuitatem materiæ; aſſumere tamen officium Procuratoris animo illud proſequendi, mortale peccatum ſit cenſendum. Ita Suarez *diſput.* 16. *ſect.* 7. *n.* 7. Alterius *cap.* 3. *cit. verſ. Quanta verò.* Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 7. *queſ.* 9. *num.* 191. *in fine.*

Sed probabiliùs abſolutè reſpondeo: non ſolum venialiter, ſed mortaliter peccare excommunicatum vitandum, exercendo munus Procuratoris, etiamſi id faciat dumtaxat ſemel, aut iterum. Ratio eſt, quia facit contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui: ergo peccat mortaliter, etiamſi ſemel ſolùm aut iterum faciat. *Confirmatur.* Nam Actor excommunicatus vitandus nequit per ſeipſum, nec ſemel, in iudicio comparere, ſine culpa mort. ergo minus poterit Procurator excommunicatus vitandus pro illo ſine eadem mortali culpa comparere: quia grauius eſt agere pro alio, quàm pro ſeipſo. Sic aliqui DD. quos videtur ſequi Machado *lib.* 6. *part.* 3. *tract.* 1. *docum.* 16. *iuncto docum.* 8. *num.* 1. Et cum reſtrictione aſſignata Alterius, Suarez, & Filliuc. Qui benè vlterius limitant hanc noſtram reſponſionem, dicendo, eam ſic eſſe intelligendam: niſi aliàs occurrat talis neceſſitas, vel ratio charitatis, vt culpam, vel excuſare, vel ita minuere valeat, vt leuis, & venialis transgreſſio cenſeatur.

QVÆSTIO XXII.

An etiam excommunicatus non vitandus, ſeu toleratus, peccet mortaliter, officium Procuratoris agendo?

RESpondeo dicendum, quod etiam peccet mortaliter, ſi ſe, non requiſitus, ingerat, & exerceat pro Actore, vel pro reo, officium Procuratoris; ſecus ſi requiſitus, & ad inſtantiam partis id faciat. Id conſtat ex dictis *queſt.* 14. vbi, idem loquendo de Notario excommunicato exercente ſuum officium, aſſeruimus. Et tenet expreſsè Suarez loquendo in terminis noſtræ quæſtionis, his verbis: Atque ex dictis ſequitur, per ſe loquendo, & ſecluſo dicto caſu neceſſitatis, peccatum eſſe vel ipſum excommunicatum huic numeri Procuratoris ſe ingerere, vel alios ipſum admittere, aut cum eo cauſam agere. Hoc tamen diuerſa ratione nunc locum habet in diuerſis excommunicatis: nam ex parte excommunicati, ſemper hoc eſt illicitum, etiamſi occultus ſit: ex parte verò aliorum, ſolùm ſi denunciatus ſeu vitandus ſit, iuxta Extrauag. *Ad euitanda.* Hæc Suarez *diſp.* 16. *ſect.* 3. *n.* 6.

QVÆSTIO XXIII.

An acta à Procuratore excommunicato tam tolerato, quàm non tolerato, facta, ſint valida, & rata?

RESpondeo eſſe valida, quamdiù à limine Iudicij, per exceptionem excommunicationis, à Iudice non repellantur. Itaque, ſi quando quis conſtituitur Procurator, non erat excommunicatus, valida cenſenda ſunt acta per huiuſmodi Procuratorem facta, etiam poſtquam fuit excommunicatus, quamdiù à Iudice non repelluntur. *Primò*, quia id docent omnes Canoniſtæ, partim *in cap.* 1. *de exception. in* 6. & partim, *cap. Poſt ceſſionem, de probat.* vbi Abbas *num.* 17.

Secundò, quia Procurator legitimam accepit poteſtatem ad exercendam Procurationem: ac ſic eſt quod per excommunicationem non amittit illam: ergo quamuis per excommunicationem prohibeatur illa poteſtate vti, ſi tamen vtatur, factum tenebit. *Tertiò*, quia pro hoc euentu, nullum eſt ius quod faciat irrita hæc acta. Secus dicendum caſu quo à Iudice, vt diximus, repellantur; quia tunc probata excommunicatione, ſuſpenditur poteſtas agendi, & nihil validè ſit, ex dictis iuribus citatis. Sic omnes. Legantur Suarez *diſput.* 16. *ſect.* 3. *num.* 8. 9. & 16. Alterius *lib.* 2. *diſput.* 3. *cap.* 3. *verſ. De peccato igitur.* Vbi ait hanc reſponſionem ab omnibus admitti. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 7. *queſ.* 9. *dicto* 2. *num* 191. Layman *lib.* 1. *diſput.* 14. *dub.* 5. *verſ. Secundo dicendum* Bonacina *diſp.* 1. *queſ.* 2. *punct.* 7. *num.* 13. Cornejo *diſp.* 10. *§.* 9. *dub. vnic. queſ.* 4. Faber *in* 4. *diſtinct.* 25. *queſt.* 1. *diſput.* 4. *cap* 6. *num.* 203. Præpoſitus *in* 3. *part. queſt.* 1. *de excommunicat. dub.* 13. *num.* 91. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 114. Villalobos *tract.* 17. *diff.* 14. *num.* 9.

Hinc optimè colligentes, matrimonium celebratum per Procuratorem excommunicatum, eſſe validum, & ratum.

QVÆSTIO XXIV.

An, qui Excommunicatus eſt, licitè poſsit in Procuratorem conſtitui?

RESpondeo tanquam certum: quod nec poſſit licitè ab aliis in Procuratorem conſtitui: nec ipſe poſſit officium illud licitè accipere. Sic tenet, & probat Alterius, ſic: Quoniam hæc fieri non poſſunt ſine communicatione, quæ prohibita eſt, tam reſpectu fidelium erga excommunicatum; ſicut è contra, niſi neceſſitate vrgente, aut niſi Procuratio detur conditione non exercendi eam, durante excommunicatione, ſed poſt obtentam abſolutionem. Vnde ex his conſtat peccatum eſſe, & graue conſtituere excommunicatum ad officium Procuratoris exercendum. Sic Alterius *cap.* 3. *cit. verſ. Verum quid ſentiendum.* Ex Suario *non cit. ſect.* 7. *cit. num.* 10. Filliucius *queſ.* 9. *cit. dicto* 3. *num.* 193. Palao *diſputat.* 2. *de Cenſur. puncto* 14. *num.* 15. & alij.

QVÆSTIO XXV.

An, non ſolum ſit illicita conſtitutio Procuratoris excommunicati, verum etiam inualida; ita vt ex vi illius, talis perſona, reuera nec accipiat poteſtatem, nec maneat Procurator conſtitutus?

AFfirmant, & eſſe illicitam huiuſmodi conſtitutionem Procuratoris excommunicati, & etiam inualidam, ac nullam, ipſo facto, Specul. *in tit. de Procurat. in princip.* Cald. Ioann. Andr. Felin. Butr. & alij, quos refert, ac ſequitur Abbas *in cap. Poſt ceſſionem, de probat. num.* 17. & *in capite veritatis, de dolo, & conſum. n.* 34. Gloſſa *in d. cap. Poſt ceſſionem.* Auila 2. *part. cap.* 6. *diſput.* 7. *dub.* 2. & alij Canoniſtæ communiter. Horum fundamentum præcipuum eſt textus in cap. *Poſt ceſſionem, de probat.* vbi ab Innocent. III. definitur, quod quotieſcumque per litteras ordinarij probatur excommunicatus quis, procuratione repellitur: Ait enim ſic Pontifex: *Cum igitur per litteras Iudicis ordinarij (quibus ſtandum eſt, donec probetur contrarium) nobis conſtiterit, quod V. excommunicatus erat cum procurationis officium aſſumpſit. Ipſum tanquam Procuratorem non duximus admittendum.* Sic totus textus. Supra quem Gloſſa, ſic ait: Nota, quod eo tempore quo quis eſt excommunicatus, non poteſt conſtitui Procurator: & ſi conſtituatur, non valet, etiamſi

Digitized by Google

etiamſi poſtea fuerit abſolutus. Hæc Gloſſa. Quam ſequuntur etiam Vgolinus *tab. 1. de Cenſur. cap. 19. §. 3.* & Sayrus *lib. 2. de excommun. cap. 8. à num. 7.*

Sed probabiliùs reſpondeo: dictam conſtitutionem Procuratoris excommunicati, eſſe, licèt illicitam, validam, & legitimam; ideóque talem perſonam verè manere Procuratorem cum poteſtate ad exercendum licitè officium procurationis, ſublata excommunicatione, ſine nouo conſenſu conſtituentis. Ratio eſt, quia reuera nullum adeſt ius expreſſum, quod caſſet, & irritet talem Procuratoris conſtitutionem. Nam ex verbis textus, *ex cap. Poſt ceſſionem*, allatis, nullo modo concludi poteſt, conſtitutionem Procuratoris excommunicati fuiſſe ipſo iure nullam, ſed ſolum eſſe prohibitam, & forè ab Eccleſia irritandam tanquam factam in ordine ad actum prohibitum, & propterea talem Procuratorem eſſe ſuſpendendum ab illo munere. Igitur acta per Procuratorem huiuſmodi facta, verè valent, quouſque ab officio priuatus fuerit, vel reiectus ab executione illius, cum talis Procurator veram ab initio acceperit poteſtatem. Sic docent Innocent. & Decius *in d. cap. Poſt ceſſionem.* Quos ſequuntur Nauarrus *in man. cap. 27. num. 23.* Suarez *diſput. 16. ſect. 7. n. 15.* Alterius *lib. 2. diſp. 3. cap. 3. verſ. His rationibus ductus.* Filliucius *tract. 12. cap. 7. quæſ. 9. dicto 3. num. 193.* Luyſius *lib. 2. diſput. 14. dub. 5. verſ. Diſputat. vero.* &c. Cornejo *diſputat. 10. de excommun. §. 9. quæſ. 4.* Faber, Præpoſit. & Diana *loc. ſup. quæſt. 23.* citatis Villalobos *tract. 17. diffic. 14. num. 10.* his verbis: [El poder que ſe da al Procurador, vale, como dicen Decio, y otros, aunque eſte deſcomulgado, como diximos en la eleccion del Eſcriuano, que como lo que haze no es irrito, tampoco es irrita la eleccion por dóde ſe va para ella, que baſta que ſe pue da irritar, y no prueuan mas vnos textos, que ſe alegan por le parte contraria, como aduierte Suarez.] Sic ille. Et Palao *diſput. 2. de Cenſur. punct. 14. §. 2. num. 16.* Ægidius *diſput. 14. dub. 11. n. 110.* Qui omnes, hanc noſtram reſponſionem intelligunt, de conſtitutione Procuratoris excommunicati tam ad negotia extraiudicialia, quàm ad actus iudiciales, & lites.

Qvæstio XXVI.

An Iuriſconſultus excommunicatus vitandus, licitè poſſit eſſe Aduocatus, ſeu aduocare in Iudicio, pro Reo, vel Actore?

Reſpondeo tanquam certum: non poſſe licitè. *Primò*, quia hoc munus exerceri non poteſt abſque communicatione cum non excommunicatis, quæ illis iure eſt prohibita. *Secundò*, quia id expreſsè interdictum eſt excommunicato in cap. *Decernimus, de ſentent. excommun. in 6.* cuius textus verba retulimus *ſup. quæſt. 1.* ergo, &c. Sic omnes Doctores. Canoniſtæ *in d. cap. Decernimus.* Suarez *diſputat. 16. ſect. 7. num. 1.* Alterius *lib. 2. diſput. 3. cap. 3. verſ. Et quantum ad Aduocatum.* Filliucius *tract. 12. cap. 7. quæſ. 8.* Auila *2. part. cap. 6. diſput. 7. dub. 3. concluſ. 1.* Vaſquez *dub. 5. de excommun. num. 8.* Luyſius *lib. 2. diſput. 14. dub. 5. in princ.* Hurtadus *diſputatione 8. de excommunicat. difficult. 7.* Bonacina *diſputatione 2. quæſito 2. puncto 7. numero 13.* Villalobos *tractatu 17. difficultate 14. numero 8.* Machado *lib. 6. part. 3. tract. 1. docum. 8. num. 1.* Palao *diſp. 2. punct. 14. §. 2. numero 13.* & alij.

Qvæstio XXVII.

An Iuriſconſultus excommunicatus vitandus, peccet ſolum venialiter, aduocando pro alio in Iudicio?

Affirmat Villalobos *num. 8. cit.* his verbis: [Tampoco puede el deſcomulgado ſer Abagado, que eſto es communicacion, y ſpecialmente le eſtà prohibido en derecho, y aſſi le puede el Iuez repeler, y lo deue hazer ſi fueſſe denunciado, ò notorio percuſor de Clerigo. Mas ſi de hecho abogaſe, lo que hiziere valdra, que no eſtà irritado por derecho, y ſolo en eſſo pecara venialmente.] Ita ille, & antea Suarez *diſput. 16. ſect. 7. num. 9. in fine.* iuncto *num. 10. ſect. 6.* & Filliucius *quæſt. 8. cit. num. 190.* iuncto *num. 188. antecedenti.*

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare, & mortaliter. Quia in re graui facit contra expreſſum textum prohibentem excommunicato aduocare in iudicio, vt nuper vidimus. Sic expreſsè Vaſquez *dubio 5. de excommun. num. 8.* Machado, licèt ſuo indeciſo more, *loc. cit.* & conſtat ex dictis in ſimili *quæſt. 14. & 22.* Quamuis ſecus ſit dicendum de excommunicato tolerato requiſito à Reo, vel Actore, vt pro illis patrocinetur, iuxta *loc. citato* dicta.

Qvæstio XXVIII.

An valida ſint ea, quæ ab Aduocato excommunicato vitando fiunt?

Reſpondeo tanquam quid certum: valere. Quia nullibi irritantur: ergo quamdiù à Iudice non reiiciuntur patrocinia à dicto excommunicato facta, valida erunt. *Confirmatur.* Nam munus Aduocati eſt conſilium præbere, & tueri cauſam, ſecundum iura, & rationes: ergo ſi conſilium ab eo datum ſit rectum, & iuri conſentaneum, & allegationes firmæ ac ſolidæ, non habebunt minorem vim, nec carent aliqua efficacia, eo quod prodeant ab ore Aduocati excommunicati. Verum eſt, quod ſi patrocinia hæc ſint excommunicati vitandi, debeat Iudex ex officio ea repellere: ſi verò ſint tolerati, & non vitandi; tunc licèt poſſint reiici à parte ſe opponente, vel à Iudice, ſi conſtet de excommunicatione, non tamen ad id tenentur, ſed poſſunt licitè illa admittere. Sic communiter Doctores. Suarez *diſput. 16. ſect. 7. num. 1.* Alterius *lib. 2. diſput. 3. cap. 3.* Filliucius, Bonacina, Palao, Hurtad. Diana, Cornejo, Villalobos, Machado, & Luyſius *loc. cit.* & alij. Legantur dicta de Procuratore, & Notario excommunicato.

Qvæstio XXIX.

An aduocatus excommunicatus vitandus, teneatur reſtituere ſtipendium, quod pro aduocatione accepit?

Affirmatiuam ſententiam tenent aliqui Canoniſtæ, cenſentes tale ſtipendium reſtituendum, aut erogandum eſſe pauperibus. Ita Ioann. Andreas *in cap. Decernimus, de ſentent. excommun. in 6.* Buſtos *ibid.* & Hoſtienſ. *in cap. Pia, de exception. lib. 6.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: non teneri dictum Aduocatum ad reſtitutionem iuſti ſtipendij pro labore aduocationis acceptæ. Ratio eſt, quia talis labor eſt pretio æſtimabilis; & eſt vtilis parti, & aliàs nullum reperitur ius, quod reddat Aduocatum inhabilem ad iuſtum ſtipendium recipiendum: ergo. Sic Suarez *diſput. 16. ſect. 7. num. 3.* & Alterius *lib. 2. diſp. 3. c. 3. in fine.* Qui benè aduertunt, hanc noſtram reſponſionem

Digitized by Google

ſionem ſolum habere verum caſu, quo miniſterium Aduocati in iudicio admiſſum ſit, nam ſi tale miniſterium inutile, & infructuoſum reddatur ipſi Clienti, ob Aduocati excommunicationem, tunc Aduocatus non poteſt licitè petere ſtipẽdium, niſi aliàs excommunicatio Aduocati nota fuiſſet ipſi petenti patrocinium, & nihilominus eius operâ vti voluiſſet; nam tunc & Aduocatus poteſt ſtipendium petere, & Cliens tenetur ſoluere, quiã ſibi imputare debet ſi tali periculo ſe expoſuerit. Auila *etiam p.* 2. *cap.*6. *diſp.*7. *dub.*3. *concl.*3. Hurtad. *diſputat.*8. *de excommun. diffic.*7. Luyſius *lib.* 2. *diſp.*14. *dub.*5 *in princ.* Bonac. *diſp.*2. *quæſ.*2. *punct.*7. *n.*16. Cornejo *diſput.*10. *de excommun.* §.9. *quæſ.*3. *verſ. Si quæras.* Diana *part.*5. *tract.*9. *reſolut.* 114.

QVÆSTIO XXX.

An Excommunicatus non toleratus, licitè poſſit eſſe teſtis in iudicio, & extra?

RESpondeo tanquam certum: non poſſe licitè. *Primò* ob rationem generalem: quia videlicet, omnis communicatio eſt prohibita excommunicato. *Secundo,* quia in ſpecie id prohibetur in cap. *Decernimus, de ſent. excomm. in* 6. vt viſum eſt *ſup. q.* 1. vbi etiam ſtatuitur Iudices ſæculares per Cẽſuram compellendos eſſe, vt excommunicatos in teſtes non admittant. Tenentur ergo ipſi ex officio eos repellere, etiamſi partes nihil obiiciant, vel eos voluntariè admittant. Sic etiam colligitur ex cap. *Veniens* 2. *de teſtib. in fine.* Et tenent ibi Abbas *n.*5. *&* 28 Felin. *n.*38. Sylueſter *excommun.*3. *n.*1. *verſ. Vndecimò interdictus eſt.* Suar. *diſput.*16. *ſect.*6. *n.*1. Alter. *lib.* 2. *diſp.*3. *cap.*5. *in princip.* Auila 2. *p. cap.*6. *diſp.*7. *dub.*4. *concl.*3. Henriquez *lib.*3. *cap.*9. *n.*3. Vaſquez *de excommunic. dub.*5. *num.*8. Filliuc. *tract.*11. *cap.*7. *quæſ.*7. *n.*187. Bonacina *diſput.*2. *quæſ.*2. *punct.*7. *n.*11. Luyſius *lib.*2. *diſput.*14. *dub.*4 *verſ. Circa ſecundam partem.* Hurtadus *diſputat.*8 *de excommun. difficult.*6. Ægidius *diſput.*14. *dub.*1. *concl.*1. *num.*109. Villalobos *tract.*17. *diffic.*14 *num.*7. *concl* 6. Machado *lib.*6. *part.*4. *tract.*2. *docum.*4. *num.*1. Diana *part.*5. *tract.*9. *reſol.*113. Cornejo *diſput.*10. *de excommunic.* § 9. *quæſ.*6. Palao *diſput.*2. *punct.*14. §. 2. *num.* 17. & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An Excommunicatus non toleratus, peccet ſolùm venialiter, ferendo teſtimonium in Iudicio, vel extra?

AFfirmat Filliuc. *loc. cit. num.*188. his verbis: Dices primò. Quod peccatum committet ſi excommunicatus ſit teſtis in iudicio, vel extra? Reſpondeo. Si ſit iniuſtus, quia falſus, vel contra iuſtitiam peccabit mortaliter: ſi verus, eſt iuſtus, tantum peccabit venialiter, etiamſi vitandus ſit: quia tantum eſt communicatio humana. Ita ille. Et ante illum Sotus *in* 4. *diſt.*22. *quæſ.*1. *art.*4. *pag. mihi* 1013. *verſ. Nec poteſt accuſare aut teſtis eſſe in iudicio.* Sà *verb. excommunic. n.*27. Caiet. quem refert ac ſequitur Suarez *diſput.*16. *ſect.*6. *non diſp.*14. *ſect.*2. vt citat Machado (*n.*10. Villal. *tr.*17. *diff.*14. *n.*7. *cit.* Mach. *loc. cit. n.*3. his verbis: [Mas ſi el teſtigo es deſcomulgado denunciado ò vitando, que es todo vno, comunmente afirmen los Doctores, que no excede ſu culpa de venial, porque la comunicacion viene à ſer en coſas humanas, y no Diuinas.] Ita ille. Diana etiam *part.*5. *tract.*9. *reſolut.*113 Palao *punct.*14. *cit.* §. 2. *num.*17. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter. Quia in re graui, contra prohibitionem ſpecialem iuris facit. Sic Vaſq. *diſput. de excomm. dub.*5. *n.*8. ita dicens: Quod de collatione actiua beneficij diximus,

dicendum eſt, de actu quocumque publico, & legitimo, etiam ſæculari, vt habetur in cap. *Decernimus, de ſent. excomm. in* 6. priuatur enim ab agendo, patrocinando, & teſtificando. Et quamuis dicat Sotus *ſupra art.*4. quod tantum peccabit venialiter teſtificando: tamen verius videtur, quod mortaliter: quia priuatur hac communicatione peculiariter per textum citatum. Et ſic ſentit Nauar. *cap.*27. *n.*28. Sic ille. Et infra ita ait: ſed hæc iudicialia facere mortale videtur mihi, quia in iure ſpecialiter prohibetur *in cap. cit.* & *in cap. Veniens* 2. *de teſtib.* dicitur, quod vt aliquis teſtificetur qui erat excommunicatus, abſoluatur: ſed ſi tantum prohiberetur teſtis à teſtimonio, ſicut ab aliis humanis communicationibus, non egeret abſolutione, quia propter vtile liceret communicare; qualis vtilitas eſſet teſtificando: & ita *in cap. cit. Decernimus*, non præciperetur ſpecialiter, quod Iudex expellatur ab agendo, patrocinando, &c. ſi tantum ſicut ab aliis rebus, prohibiti eſſent abſtinere, quia propter vtile liceret patrocinari, &c. nec peccat tantum, vt dicit Nauar. qui iudicat, quia vſurpat iuriſdictionem, quam non habet, ſed quia ſpecialiter prohibetur, ſicut ij, quos diximus. Hucuſque Doctus Vaſquez.

QVÆSTIO XXXII.

An ſaltem excommunicatus toleratus, licitè poſſit eſſe in Iudicio teſtis?

NEgant Franc. Butr. Gabr. Maſcard. & Puteus, quos refert, & ſequitur Alterius *lib.* 2. *diſputat.* 3. *cap.*5. *verſ. Quod intelligitur.*

Sed vt certum iam reſpondeo: quod quamuis ſecundùm ius antiquum potuit habere verum horũ authorum ſententia; nunc verò ſecundum ius nouum Extrauag. *Ad euitanda,* minimè. Ideóque iuxta ſæpiùs repetita dicẽdum eſt; quod quamuis non liceat ipſi teſti non requiſito ferre in iudicio teſtimonium, cum ei non ſit ablata prohibitio non communicandi cum aliis; licebit tamen ſi id faciat rogatus, & requiſitus, iuxta d. Extrauag. Sic Suar. *diſp.*16. *ſect.*6. *n.*4. *in fine.* Filliuc. *tr.*11. *c.*7. *quæſ.*7. *n.*188. *verſ. Dices ſecundò.* Præpoſit. *in* 3. *p. quæſ.*2. *de excomm. dub.*13. *n.*90. Hurtad. *diſp.*8. *de excommunic. diffic.*6. Luyſius *lib.*2. *diſp.*14. *dub.*4. *verſ. Occurrit verò.* Cornejo *diſp.*10. *de excomm.* §. 9. *quæſ.*6. *verſ. Et ſi rurſus inquiras* Diana *p.*5. *tract.*9. *reſol.*113. Villalob. *tract.*17. *diffic.*14. *n.*7. *concl.*6. Machado *lib.*6. *part.*4. *tract.*2. *docum.*4. *num.*2. & antea Auila 2. *part. cap.*6. *diſp.*7. *dub.*4. ſic loquens: Secunda concluſio. Etiam ante abſolutionem toleratus licitè poteſt eſſe teſtis. Sic Buſtos *d. cap. Statuimus.* Et probatur: nam actus teſtificandi natura ſua ordinatur in fauorem partis, non in fauorem teſtificantis: ſed Concil. Conſtantienſe tolerat prædictos excommunicatos, quantum ad ea, quæ tangunt commodum aliorum: ergo. Sic Auila, & Palao *diſput.*2. *punct.*14. §. 2. *num.*17.

QVÆSTIO XXXIII.

An validum ſit teſtimonium teſtis excommunicati non tolerati; caſu, quo non repellatur à Iudice?

AFfirmant Filliuc. *tract.*11. *cap.*7. *quæſ.*7. *n.*188. ibi: Valet tamen eius teſtimonium, etiamſi vitandus ſit, donec contra eum fiat exceptio. Ita ille. Cuius ſententia videtur eſſe Suarij *ſect.*6. *cit. num.*5. quatenus ait, tale teſtimonium non fore validum ſi repellatur ab eo contra quem producitur: ergo in eius ſententia, validum erit, ſi non repellatur. Ita cum Suario tenet etiam Luyſius *lib.* 2. *diſputatione* 14. *dubio* 4. *verſ. Dubium verò.* Villalobos *num.*7. *cit. concl.*6. ita dicens:

Digitized by Google

Y aunque el deſcomulgado ſea denunciando, ſino le repelen en el Iuizio, vale ſu dicho, que no eſta irritado por derecho. Ita ille. Et Sayrus *lib.2.cap.8.n.1.* Ægidius *diſput.14.dub.11.num.110.* Palao *loc.cit.num.18.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: minimè eſſe validum, etiam caſu, quo non repellatur teſtimonium dicti teſtis in iudicio. *Primò*, quia ſic colligitur ex cap. *Licèt, de ſent. excommun. in 6.* vbi apertè ſtatuitur quod excommunicatus, tam in iudicialibus: quàm extraiudicialibus, ſit à legitimis actibus remouendus. *Secundò*, clarius id probatur, ex cap. *Nullus 3. quaſt. 4.* vbi, vt vidimus, *quaſt. 15.* apertè ſtatuitur, quod nullo modo credatur teſtimonio excommunicati, aut teſtimonio Notarij: at ſic eſt, quod, vt *ibidem* probauimus, quod teſtimonium Notarij excommunicati vitandi, eſt omnino nullum, etiamſi à Iudice non repellatur: ergo idem dicendum eſt de teſtimonio teſtis excommunicati vitandi. Sic docent Vaſquez *de excommun. dub. 3.* Socin. *in cap. Sacris, n. 405. de ſentent. excomm.* Cornejo *diſput. 10. de excommun. §. 9. quaſito 6.* Faber *in 2. diſtinct. 25. quaſt. 1. diſputat 4. cap. 6. num. 202.* & Bauny *diſputat. 7. de excommunicat. quaſt. 11. verſu, Poſſúnque*, & ex citatis *ſup. quaſt. 15.* Hurtadus *quaſt. 36.* citandus, & alij.

Quæstio XXXIV.

An ſaltem teſtimonium teſtis excommunicati nõ tolerati, ſit validum, caſu, quo, non ſolùm non repellitur; verum etiam de conſenſu Iudicis, vtriuſque partis admittitur?

Affirmant & à fortiori Suar. Filliuc. Luyſ. Villalobóſque *locis* nuper *citatis*. Quibus addi poſſunt Diana *p. 5. tract. 9. reſ. 113.* ita dicens: Verum ego puto, quod excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, vt patet cap. *Decernimus, de ſentent. excommun. in 6.* vbi etiam decernitur, vt Iudices ſæculares per Cenſuras Eccleſiaſticas compellantur tales repellere. Si tamen admittatur eius teſtimonium, eſt validum, quia non apparet vllum ius irritans eius teſtimonium quando admittitur. Hæc Diana.

Sed probabilius, iuxta dicta *ſup. q. 5.* reſpondeo: etiam in propoſito caſu eſſe nullum, & caſſum teſtimonium dicti excommunicati. Quia conſenſus partium, & Iudicis admittentium teſtimonium, non poſſunt illud reddere authenticum, & fide dignum, vt loquendo de inſtrumento facto à Notario excommunicato vitando *loc. citat.* diximus. Sic ex Authoribus ibi citatis, tenent Vaſq. *de excomm. dub. 5. cit.* Hurtado *diſp. 8. diff. 6.* Faber. *loc. cit.* Cornejo etiam, vbi quærens, quid ſi de facto admittatur in Iudicio teſtimonium teſtis excommunicati vitandi erítne validum? Et reſpondet ſic. Reſpondeo: negatiuè *in d. cap. Nullus 3. quaſt. 4.* ex quo, eadem ratione, debent eſſe inualida, quæ ab excommunicato dicuntur vt teſtis, & quæ ſcribuntur, vt Tabellio. Sic ille.

Quæstio XXXV.

An etiam ſit inualidum, teſtimonium teſtis excommunicati tolerati, & non vitandi?

Affirmant Hurtad. *diſput. 8. de excomm. diffic. 6.* his verbis: Addimus contra nonnullos, vt optimè Vaſq. *dub. 5.* teſtimonium excommunicati eſſe nullum, cum ei credendum non ſit, vt dicitur in Can. *Nullus 3. q. 4.* quod contra Ægidium, & alios verum exiſtimamus, etiamſi non repellatur (vt poteſt non repelli, quando teſtis eſt toleratus) ſicut diximus de inſtrumento Tabellionis, qui eſt teſtis qualificatus. Et id etiam exiſtimamus verum, quamuis teſtis ſit toleratus: quia ei, quamuis tolerato, non eſt obligatio credendi; valet autem teſtimonij conſiſtit in eo, quod & debeat credi. Ita ille.

Sed iuxta à nobis dicta loquendo de inſtrumento facto à Notario ſeu Tabellione excommunicato tolerato, probabiliùs reſp. nullo modo eſſe inualidum; ſed validum ac ratum teſtimonium prolatum à teſte excommunicato tolerato. Quia huic, poſt Concilium Conſtantienſe, credendum eſſe eſt notum. Sic Cornejo, & Faber *vbi ſuprà*, quos ſequi videtur Machado *lib. 6. part. 4. tract. 2. docum. 4. num. 2.* ſic dicens: [Se ha de aduertir, que ſi el teſtigo eſtà deſcomulgado tolerado, ſi ſiendo requerido teſtifica en Iuizio, y fuera del ſitue de tal en eſcritura, teſtamentos, &c. no ſolo es valido, ſino tambien licito por la Extrauagante de Martino V. ſi bien algunos ſon de contrario parecer, fundados en que la prohibicion del derecho comprehende no ſolo a los denunciados, ſi no tambien à los tolerados.] Hæc ille. Citarique poſſunt pro hac parte, omnes quos in ſimili etiam pro noſtra citauimus *ſupra quaſt. 16.*

Quæstio XXXVI.

An Excommunicatus poſſit eſſe teſtis in cauſis fidei?

Reſpondeo tanquam certum: poſſe. Quia in fauorem eius admittuntur teſtes etiam excommunicati contra hæreticos, receptatores, & defenſores eorum, in defectu aliarum probationum, vt habetur in cap. *In fidei, de Hæretic. lib. 6.* Quod non ſolùm verum eſt, quando in illa cauſa via Inquiſitionis proceditur, vt vult Gloſſa (malè) ſed etiam quando proceditur via accuſationis, vt benè Suar. *diſp. 16. ſect. 6. n. 2.* Alter *lib. 2. diſp. 3. cap. 5 in fine.* Luyſ. *lib. 2. diſp. 14. dub. 4.* Auila *2. p. c. 6 diſp. 7. dub. 4. concl. 3.* Filliuc. *tract. 12. c. 7. quaſ. 7. num. 187.* Cornejo *diſp. 10. §. 9. quaſ. 6.* Sanchez *lib. 3. de Matrim. diſp. 41. n. 5.* Geminian. Anchar. Francus, Sayrus, Bonacina, quos citat & ſequitur Palao *diſput. 2. de Cenſur. puncto 14. §. 2. num. 19.*

Quæstio XXXVII.

An etiam, poſſit excommunicatus eſſe teſtis in contractu Matrimonij?

Negant Couart. *4. decr. 2. p. cap. 8. §. 12. n. 1.* & penes ipſum, Bernard. Corſetus, Albertin. Alex. Decius, & alij. Quibus videtur aſſentire Suar. *loc. cit.* dicit enim, quod extra caſum conceſſum, *q. antecedenti*, nunquam poteſt excommunicatus in teſtem admitti in iudicio, quia generalis prohibitio communicationis, & ſpecialis de non admittendis teſtibus; vniuerſalis eſt *in d. cap. Decernimus*, & in iure nulla alia exceptio inuenitur. Ita ille. Quem videtur ſequi Filliucius, & Alterius *loc. cit.*

Sed probabilius reſpondeo: poſſe eſſe teſtem in dicto Matrimonij contractu. Ratio eſt, quia in cauſa fauorabili admittuntur teſtes, etiam excommunicati, ob fidei fauorem, vt decernitur cap. *In fidei fauorem, cit.* at ſic eſt, quod cauſa Matrimonij eſt valde fauorabilis, vt habetur cap. *fin. de ſent. & re iudic.* & ideo ad teſtificandum in ea admittuntur fœminæ cap. *Super eod. el 2. de teſtib. & conſang. cap. Videtur, qui Matrim. accuſat. poſ. & l. 15. tit. 9. p. 4.* ergo etiam poſſunt admitti teſtes excommunicati. Sic Sanchez *diſput. 41. cit. n. 5.* Auila *2. parte cap. 6. diſputatione 7. dubio 4. concluſ. 3.* quos refert, & ſequitur Cornejo *diſputatione 10. cit. §. 9. quaſito 6.*

Et antea nos etiam *part. 2. tractatu 9. de Matrimon. diſputat. 7. quaſito 44.*

Qvæ

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXVIII.

An item, in aliis caſibus, in quibus admittitur infamis in teſtem, admitti & poſsit excommunicatus?

RESpondeo probabiliter: poſſe. Quia horum eadem videtur ratio. Vnde aduerſus Simoniacas admitti poteſt in teſtem, excommunicatus, quia aduerſus tales, admittuntur ſerui, meretrix, & alij quilibet crimínoſi, vt habetur *in cap. Tanta, de Simonia.* Sic Alter. *lib.2.diſp.3.cap.5.in fine.* Addens ex Baldo, idem eſſe dicendum, de excommunicato ſub conditione; caſu, quo, illa pendente, teſtimonium tulerit; nam tunc huiuſmodi, eſſet ratum, etiamſi poſtea conditio purificetur; quia non ita retrotrahitur, vt poſſit teſtimonium latum reddere nullum, vt ait Maſcardus *concluſ.705. num.16.de probat.*

QVÆSTIO XXXIX.

An deinde poſsit Excommunicatus eſſe teſtis, contra Excommunicatum?

RESpondeo quod minimè. Quia nulla eſt ratio, quæ ad aſſerendum cõtra generalem prohibitionem communicationis, & ſpecialem de non admittendis teſtibus excommunicatis *in cap. Decernimus*, nos cogat. Et ideo ita docent Specul. *in tit. de teſtib. §.1. col.14. verſ. Sed nunquid excommunicatus.* Gabr. *lib.1.commun. de teſtib. concluſ.19.num.4.* & ex illis Alterius *cap.3 cit.in princip.*

QVÆSTIO XL.

***An ſaltem, poſsit eſſe teſtis, qui eſt excommunicatus, quia non fuit confeſſus ſemel in anno, iuxta præceptum cap.* Omnis vtriuſque ſexus, de Pœnitent.**

AFfirmant Marian. Iun. *conſ.32.col.penult.vol.2.* & Ruin *conſil.106.col.1.in fine, & col.4.volum.5.*

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod nec huiuſmodi excommunicatus, ſi eſt denunciatus, poſſit eſſe teſtis. Quia verè eſt excommunicatus: ergo & eſt priuatus iure proferendi in iudicio teſtimonium, ſicut ſunt alij excommunicati. Sic Felin. *in cap. Teſtimonium, de teſtib.col.1.* Pariſius *conſil.58.col.10. volum.4.* & Alterius *loc.cit.verſ.Habet locum.*

QVÆSTIO XLI.

An Excommunicatus poſsit licitè ferre teſtimonium in contractibus, teſtamentis, & aliis Scripturis extraiudicialibus?

RESpondeo tanquam certũ: non poſſe licitè. Quia excommunicatus caret communicatione hominũ: ergo nequit eſſe teſtis in dictis inſtrumentis extraiudicialibus, cum ſine hominum communicatione fieri nequeunt. Sic habetur expreſsè *in c. Licet, de ſent.excom. in 6.* vbi dicitur, quod excommunicatus, non ſolum in Iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus euitari, &c. debeat iis verbis: *Lapſo eodem tempore excommunicatus publicè nunciari, & nedum in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibus remouere debebit.* Sic textus. Qui locum habet, tam in excõmunicato vitãdo, & nõ tolerato; quàm in non vitãdo, & tolerato, ſi aliàs iſte non fuerit rogatus, & requiſitus, iuxta dicta *queſ.32.* Sic omnes DD. Legantur Abbas *in cap. teſtimonium, de teſtib.* Franc. *c. Decernimus, de ſent.excom. in 6.* Felin. *in c. Rodulphus, de reſcript.* Suar. *diſp.16.ſect.6. n.7.* Alter. *lib.2.diſp.3.c.5.verſ.Neque ſolùm.* Filliuc. *tr.12 c.7.queſ.7.dict.2.n.188.* Cornejo *diſp.10.de excomm §.9.queſ.6.verſ.Et ſi inquiras.* Luyſius *lib.2.diſput.14.dub.4.* Diana *part.5.tract.9.reſolut.113.*

QVÆSTIO XLII.

An ſaltem ſit validum teſtimonium excommunicati denunciati, ſeu vitandi, in ſcripturis, contractibus, teſtamentis, & aliis inſtrumentis extraiudicialibus?

AFfirmant Suar. Alter. Filliuc. Cornejo, Luyſius, & Diana *loc.cit.* Fundamentum Suarij, (inquit Faber, relatus à Diana *loc.cit.*) eſt: quia licèt iure prohibeatur, vt non licitè fiat, non tamen cauetur, vt validè non fiat in ſcripturis priuatis. Ita Suar. apud Fabrum, qui his verbis impugnat illum: verum hoc non intelligo. Nam omnis Scriptura facta per Tabellionem, authoritate tabellionatus mihi videtur publica: quia authoritas Tabellionis eſt publica. Vnde teſtis teſtificans in tali ſcriptura mihi videtur teſtificare publicè: quia licet actu non ſit deducta ad iudicium, tamen poteſt deduci, & eſt apta nata deduci. Itaque mihi videtur includi in illis actibus, de quibus dicitur cap. *Licet, de ſent. excom. in 6.* in quo dicitur excõmmunicatũ, tam in iudicialibus, quàm extraiudicialibus, à legitimis actibus eſſe remouendum. Hucuſque Faber, apud Dianam *diſt.25.q.1.diſp.4.c.6.n.102.* Sed certè hìc Author, vt impugnet Suar. finxit fundamentum adductum quaſi ab illo prolatum. Nam Suarius, licèt affirmet validum eſſe teſtimonij excommunicati in contractibus, teſtamentis, & aliis ſcripturis extraiudicialibus, nullo tamen modo dixit, id euenire, ex eo quod, iure nõ caueatur id fieri in ſcripturis priuatis. Sed ex eo quod ſi teſtimonium excommunicati facti in iudicio eſt validum, quia iure non irritatur; à fortiori erit validũ teſtimonium in contractibus, teſtamentis, & aliis ſcripturis. Adde quod Suar. expreſsè vocat has ſcripturas extraiudiciales, publicas. Ait enim ſic *n.8.* Igitur regula conſtituta de excommunicatõ, quod in iudicio teſtis eſſe non debeat, in contractibus, & teſtamentis, & quibuſlibet inſtrumentis publicis locum habet. Ita ille. In vanum ergo inuehit Faber contra illum impugnando rationem, quam non dedit. Quod non aduertit Diana. Nihilominus tamen.

Probabiliùs reſpondeo: etiam eſſe inualidum, & nullum teſtimonium excommunicati vitandi, in contractibus, teſtamentis, & aliis ſcripturis extraiudicialibus. Ratio eſt, quia probabilius eſt, quod teſtimonium teſtis excommunicati vitandi in iudicio eſt inualidum, ac nullum, vt habitum eſt ſuprà *q.33.& 34.* ergo & teſtimonium in contractibus, teſtamentis, & aliis ſcripturis extraiudicialibus; quia de iis omnibus idem eſt ius, & conſequenter, ratio; vt ex citatis quæſtionibus conſtat. Sic Faber *loc.cit.* & loquendo de teſtamentis, idem ſentit Vgolin. *tab.2.cap.17.§.1.* (licèt loquendo de contractibus oppoſitum abſque idonea ratione ſentiat,) & alij plures apud ipſum.

QVÆSTIO XLIII.

An Excommunicatus poſsit eſſe Tutor, vel Curator?

RESpondeo tanquam certum: non poſſe. *Primò*, ob generalem prohibitionẽ communicandi cũ aliis. *Secundò*, quia excommunicatus non poteſt publicum officiũ habere. Vnde conſtat, quod Tutor, ſeu Curator excõmunicatus peccet, exercendo tale officium, ſiue in iudicio, ſiue extra: & ſimili modo ille, qui tale officiũ excommunicato confert. Idque ſemper eſt intelligendum iuxta diſpoſitionem Extrauagantis *Ad euitanda*, id eſt, vt publicè denunciatus, ſit excommunicatus quantum

quantum ad alios, qui excommunicatum deputarent Tutorem aut Curatorem: ſed quoad ipſum excommunicatum etiamſi ſit toleratus, peccet ſi ſuſcipiat tale officium, non rogatus, aut nuntiatus, & ſic illud exerceat. Sic omnes. Legatur Suar. *diſp.16.ſect.8.* Alter. *lib.2.diſp.4.cap.3.* Filliuc. *tract.12.cap.7.quaſ.10.* Vgolin. *tab.2.cap.14.* Cornejo *diſput.10.de excommunicat. §.9. quaſ.vlt.* Diana *part.5.tract.9.reſol.115.*

QVÆSTIO XLIV.

An geſta à Tutore, vel Curatore excommunicato vitando, ſint valida, & rata?

NEgant plures DD. exiſtimantes, contractus, & alios actus, qui fiunt ab excommunicato vitando ratione Tutelæ, & Curæ, nullos eſſe, nullámque habere vim, & efficaciam. Quia (inquiunt) officium Tutoris, & Curatoris, eſt publicum, cum ſit publica auctoritate Iudicis collata: ſed quidquid fit ab excommunicato titulo publici officij, eſt nullum, vt colligitur ex *cap. Ad probandum, de re Iud.* ergo. Ita Abbas *in cap. Veritatis, de dolo, & contum.n.34.* Syluest. *excommunicat.3. num.2.* Tabiena *excommunic.2. §.14.* Vgolinus *tab.2. cap.14* & communiter Canoniſtæ.

Sed probabiliùs reſpondeo: geſta per Tutorem, aut Curatorem excommunicatum (etiam vitandum) nomine pupilli eſſe valida, quamdiù per exceptionem non repellatur, ſicut diximus de Procuratore *quæſt.23.* Ratio eſt, quia nullum extat peculiare ius, quo geſta à Tutore, vel Curatore excommunicato irritentur: ergo id non eſt affirmandum.

Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ dicendum eſt, quod officium Tutoris licet ſit aliquo modo publicum eo quod ad illud ſuſcipiendum quis indigeat auctoritate legis, & Iudicis miniſterio; non tamen eſt publicum includens iuriſdictionem, & eſt publica auctoritate, & vtilitate, & cuius actus dicuntur ciuiles, & de iis ſolum loquendo, verificatur minor, nam tales actus non valent, niſi adſit communis error excommunicationis vt *ſup.* eſt habitum. Vnde noſtram ſententiam tenent Suar. *diſp.16.ſect.8.* Filliuc. *tr.12.cap.7. quaſ.10.n.194.* Alter. *lib.2.diſp.4.cap.3.verſ. His rationibus* Luyſ. *lib.2.diſp.14.dub.5.in fine.* Cornejo *diſp.10 de excommun. §9. quaſ.vlt.* Villalobos *tract.17. diffic.14. num. 10.* cuius verba inuenies *ſupra quaſ.25.* Diana *part.5.tractatu 9.reſolut.115.*

QVÆSTIO XLV.

An Excommunicatus licitè poſſit condere Teſtamentum, & Codicillum facere?

REſpondeo tanquam certum: non poſſe licitè. Quia hæc non poſſunt fieri ſine communicatione humana, qua priuatus eſt omnis excommunicatus, vt ſæpè eſt habitum: ergo. Sic omnes Doctores. Præcipuè ſtatim citandi.

QVÆSTIO XLVI.

An ſaltem, validum, ac firmum ſit Teſtamentum factum ab Excomunicato?

NEgant Gloſſa *in cap. Decernimus, de ſentent. excomm. in 6. verb. Et teſtificando.* Hoſtienſ. *in cap. Pia, de except. in 6.* Ioan. Monach. *in cap. Quamquam, de vſuris.* Perez *lib.1.tit.2. lib.5. ordin. p.64.* Gebriel etiam *in 4. diſt.18.q.2. art.3. dub.1.* & alij, quos refert Gloſſa. *cit.* Cuius fundamentum eſt. Quia excommunicatus eſt ſimilis Deportato: ſed Deportatus nequit teſtari *ff. de Teſtam. l. eius cui, §.1.* ergo neque excommunicatus.

Sed probabiliùs longè multò reſpondeo: validum, ac firmum eſſet teſtamentum, ſeu codicillum conditum, & factum ab excommunicato, (dummodo excommunicatus non ſit ob hæreſim, aut ob percutionem Cardinalis, quia tunc, ſaltem in foro exteriori, non valebit.) Ratio eſt, quia omnes teſtari poſſunt, qui iure expreſsè non prohibentur, vt habetur *in l. ſi quæramus, ff. de teſtam.* & ibi Gloſſa *Inſtit. quibus eſt permiſſ. facere teſtam. l.1. C. de Sacroſ. Eccl.* Sed excommunicatus regulariter non prohibetur teſtari: ergo Excommunicatus validè poterit teſtari. *Confirmatur.* Nam ſpeciale eſt in excommunicato propter hæreſim, quod hic non poſſit teſtari, *cap. Excommunicamus, §. Credentes, de hæret. Autent. Credentes, C. de Heret.* ſicuti eſt etiam in excommunicato ex percuſſione Cardin. *c. Fœlicis, de pœnit. in 6.* ergo excommunicatus regulariter, ob aliàs cauſas non eſt interdicta teſtandi poteſtas, licèt, vt ſupra diximus, in teſtando peccet. Sic Innoc. *cap. Cum voluntate, de ſent. excomm. in 6.* Abbas *in cap. Ad probandum, de re Iud. n.9.* Gemin. Anchar. & Ioan. Andr. *in cap. Decernimus, cit.* Archid. *in d. cap. Pia.* Fredetic. *conſil.74.* Bart. Bald. Imola, Guillelm. Benedict. Felin. Franc. & alij, quos refert, ac ſequitur Couar. *tom.2. in tract. de teſtam. part.2.n.18. pag. mihi 16.* Nauarr. *cap.27. num.36. Ad 6.* Anton. Gomez, & Anton. Gabr. quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.13. cap.7. n.7.* Alterius *lib.2. diſp.4. cap.2* & alij. Ex quibus ad fundamentum contrarium, dicendum eſt, falſum eſſe, nam in hoc non æquiparatur excommunicatus, Deportato.

QVÆSTIO XLVII.

An Excommunicatus inſtitui poſſit hæres; ita vt, inſtitutio in eum facta, teneat?

NEgant Angel. *verb. Hæres, n.24.* (mihi, Alterio 22.) vbi expreſsè ait, quod excommunicatus non poteſt hęres inſtitui, his verbis: Octauo, excommunicatus. Nam qui tempore inſtitutionis, vel mortis, vel aditionis hæreditatis erat excommunicatus non valet inſtitutio. Secus ſi poſt mortem fuit excommunicatus, ſed ante mortem abſolutus: vel poſt mortem fuit excommunicatus, & ante aditionem abſolutus, tenet inſtitutio, *ff. de hæret. inſtituend. l. ſed etſi conditioni, § ſolemus, & l. Si alienum, §. In extraneis.* Hæc Angel. Et etiam Tabiena *eod. v. Hæres, n.20.* Syluest. *verb. Hæreditas 3. §.2.* & Armilla *n 16.* & penes illos Hoſtienſis.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe validè excommunicatum inſtitui hæredem, & conſequenter hic poterit adire etiam licitè hæreditatem, ſi hominum communione non vtatur. Quod contingere poteſt cum animo quis hæreditatem adit, vt per tacitam acceptionem hæreditatis, vel per realem poſſeſſionem rei, aut alio ſimili modo: ſecus ſi Iudicis opera vtatur, quamuis aditio nihilominus valeat.

Ratio huius reſponſionis, eadem eſt omnino ac præcedentis. Nam, non omnibus excommunicatis eſt prohibitum hæredes inſtitui; ſed ſolum iis, qui tales ſunt propter hæreſim, aut percuſſionem Cardinalium: ergo cæteri excommunicati inſtitui validè poſſunt. Sic Authores ſupra adducti, & ſpecialiter Henriquez *c.7. num.7. cit.* & Alterius *cap.2. cit.* Qui ad fundamentum contrariorum reſpondet, quod iura pro ſua ſententia adducta ſolùm probant, ad valorem Teſtamenti, tempus ipſius inſtitutionis inſpiciendum eſſe, vt eo tempore hæres inſtitutus habilis ſit, & capax, quod quidem veriſſimum eſt: ſed excommunicatio, qua obſtringitur hæres, tempore, quo inſtituitur, non reddit ipſum incapacem, vt habitum eſt, & ideo illi textus non faciunt ad rem. Legantur Palao *diſp.2. punct.16. num.7.* Auila, Ægidius, & Sayrus penes ipſum.

Digitized by Google

Qvæstio XLVIII.

An licitum ſit Excommunicatis, inire cum aliÿs contractus?

RESpondeo tanquam certum: nullo modo eſſe licitum excommunicatis vitandis, inire cum aliis contractus: Quia id fieri nequit ſine communicatione cum aliis fidelibus, quæ quidem prohibita eſt illis. Et idem dicendum eſt de excommunicatis non vitandis, nempe, non eſſe illis licitum, caſu, quo ipſi ſe ingerant, inchoéntque contractum, atque prouocent alios ad contrahendum: ſecus verò caſu, quo ipſimet ſint ab aliis prouocati; quia tunc licitum eſt huiuſmodi excommunicatis non vitandis cum aliis inire, & celebrare contractus. Sic docent ſine controuerſia, omnes.

Qvæstio XLIX.

An ſaltem, contractus initi cum Excommunicatis vitandis, ſint validi, ſi alium defectum non habeant, præter excommunicationem?

NEgant Hoſtienſ. *in cap. Veritatis, de dolo & contumac.* & Fortun. *in l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, ff. de liberis & poſthum. col.* 21.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: eſſe omnino validos. Quia hæc pœna, nempe, quod contractus ab excommunicato celebratus, ſit nullus, nullibi in iure ſtatuta eſt, nec probatur: ergo nullo modo, id eſt aſſerendum. *Confirmatur.* Quia potius oppoſitum colligitur ex iure, nempe, ex textu *in cap. Felicis, de Pœnit.* 1. *in* 6. *§. Verum.* Vbi Bonifac. VIII. videtur concedere cuidam excommunicato repetitionem eorum, quæ acquiſierat per excommunicationem: ergo ſupponit contractus ab illo factos, durante excommunicatione validos fuiſſe. Sic Innocent. & Panormitan. *num.* 35. *in cap. Virtutis, cit.* Felinus *in cap. Ad probandum, de re Iudic.* Ioann. de Selua *in tract. de Benefic.* 3. *part. quæſt.* 4. *col.* 3. & Alphonſ. à Caſtro *de poteſt. legis pœnal. lib.* 2. *cap. vlt. concluſ.* 2. Quos citat, & ſequitur Couarruuias *in cap. Alma mater* 1. *p. §.* 1. *num.* 9. Ioann. de Ligna *tract. de Cenſuris*, §. 15. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 7. vbi congerendo omnia à nobis dicta ſic ait: Denunciatus repellitur etiam ab actu extraiudiciali legitimo, cum ſibi ex officio componit. At valet contractus priuatus cum illo initus, vt emptio, venditio, locatio, &c. & contractus Matrimonij: Profeſſio iſtius valet, quia eſt contractus, quo homo ſe tradit Deo, & Prælatis Religionis. Teſtamentum eius, qui ob hæreſim, aut ob percuſſionem Cardinalis, excommunicatus eſt, non valet in foro exteriori. Si ob aliam cauſam ſit denunciatus, valet teſtamentum eius, & hæredis inſtitutio in eo facta; cum ſit contractus ciuilis priuatus, vt valet donatio inter viuos. Hæc ille. Alterius etiam *lib.* 2. *diſputatione* 4. *cap.* 1. *verſ. Hucuſque* Filliucius *tractatu* 12. *cap.* 8. *quæſ.* 4. *num.* 204. Suarez *diſputatione* 16. *ſectione* 8. Cornejo *diſputatione* 10. *de excommunicat. §.* 10. *quæſito* 4. *verſ. Sed difficultas eſt.* Sayrus *lib.* 2. *cap.* 9. *à num.* 11. Vaſquez *de excommunicat. dubio* 8. *num.* 8. Bauny *diſputatione* 7. *de excommunicat. quæſt.* 15. *Aſſert.* 2. Hurtadus *diſputatione* 9. *de excommunicat. diffic.* 1. *num.* 5. Ægidius *diſp.* 15. *dub.* 12. *num.* 119. Palao *diſputatione* 2. *de Cenſur. punct.* 16. *num.* 2. & alij.

DISPVTATIO XIII.

De ſeptimo effectu Excommunicationis, qui eſt priuatio ciuilis, politicæ, ſeu humanæ communicationis, aut conuerſationis.

Qvæstio Prima.

An omni Excõmunicato maiori ſit, per ſe loquendo, prohibitum, excommunicare, ſeu conuerſare, cum aliis fidelibus?

RESPONDEO tanquam certum: affirmatiuè. Quia proprius effectus excommunicationis maioris eſt, priuare excommunicatum communicatione, & communi congreſſu aliorum fidelium, vt conſtat ex dictis *diſp.* 1. & ex ipſo iure, cap. *Cum excommunicato, & ſeqq.* 11. *q.* 3. *c. Nuper, & c. Si aliquando, de ſent. excomm.* ergo per ſe loquendo, & ſecluſa omni neceſſitate, &c. de quo infra, omnis excommunicatus eſt priuatus communi congreſſu, & humana conuerſatione aliorum fidelium. Sic omnes. Canoniſtæ in citatis iuribus. Theologi *in* 4. *diſt.* 18. vbi D. Thom. *q.* 4. *art.* 1. Ricard. & Palud. Sotus *diſt.* 22. & alij Nauarr. *c.* 27. *à num.* 17. Couarruuias *in cap. Alma mater* 1. *part. §.* 1. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 1. Alterius *lib.* 1. *diſput.* 9. *cap.* 1. *&* 2. Auila 2. *part. cap.* 6. *diſput.* 8. *&* 9. Bonacina *diſput.* 2. *quæſ.* 2. *punct.* 6. *§.* 1. Hurtadus *diſp.* 9. *de excomm. diffic.* 1. & Pal. *diſp.* 2. *de Cenſ. punct.* 17. & alij.

Qvæstio II.

An ſit prohibitum Excommunicatis, ex vi Cenſuræ, cum infidelibus communicare, & conuerſare?

AFfirmat Gloſſa *in margin. in cap. Deuotam* 27. *q.* 1.

Sed reſpondeo tanquam certum: non eſſe prohibitum. Quia per excommunicationem ſolùm ſeparatur excommunicatus à conſortio, à communione fidelium, & Chriſtianorum cap. *omnis Chriſtianus, c. Engeltrudam* 3. *q.* 4. *& c. penult. de ſent. excom.* ergo non ſeparatur ab infidelium communicatione. Sic omnes communiter. Vgolin. *tab.* 1. *c.* 12. *§.* 1. Suar. *diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 11. Sayr. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 35. Ægid. *diſp.* 13. *dub.* 1. *n.* 10. Filliuc. *tract.* 13. *cap.* 5. *quæſ.* 2. *dicto* 2. *num.* 83. Bonacina *diſp.* 2. *quæſ.* 2. *punct.* 6. *§.* 1. *n.* 3. Alterius *lib.* 1. *diſput.* 9. *cap.* 1. *verſ. Tertiò poteſt.*

Qvæstio III.

An etiam non ſit prohibitum, ſed licitum, excommunicato, cum altero excommunicato communicare?

AFfirmant, adhuc non eſſe id prohibitum excommunicato, Gloſſa *in cap. Deuotam* 27. *q.* 1. *verb. Chriſtiana,* & alij. Quorum fundamentum eſſe poteſt. Quod excommunicati non ſunt iam de corpore myſtico Eccleſiæ, à quo ſeparat excommunicatio: ergo poſſunt adinuicem colloqui, & conuerſari.

Sed vt quid certum reſpondeo; minimè eſſe licitum, ſed potiùs prohibitum excommunicato communicare cum alio excommunicato. Quia in iuribus citatis, ſimpliciter, & abſolutè prohibetur, ne quis excommunicatus communicet cum alio fideli, hoc

P 3 eſt,

eſt, baptizato, ſeu Chriſtiano: at ſic eſt quod per excomunicationem quamcumque, non deſinit excommunicatus eſſe fidelis: ergo. *Confirmatur.* Quoniam aliàs excommunicati eſſent melioris conditionis, vt ſic, quàm non excommunicati, qui quidem priuantur illa communicatione: at hoc non eſt dicendum: ergo. Sic tenent Abbas *in cap. Illud, de Cler. excomm. miniſtr. n.6.* Hoſtienſ. *in ſum. tit. de ſent. excomm. n.11.* & Ioan. de Lignano *de Cenſur. §.27. n.2.* Quos citat, & ſequitur Suarez *diſp. 15. ſect. 1. n.12.* quibus addi poſſunt Felinus *cap. Nulli, de ſentent. excommun.* Victoria *de excommun. quaſt. 16. num. mihi 343.* Alterius *lib. 1. diſput. 9. cap. 1. verſ. Nec excommunicatus.*

Ad argumentum ergo in contrarium, dicendum eſt, quod excommunicati, non ſunt ita extra Eccleſiam ſicut infideles; quia adhuc ſunt membra Eccleſiæ per Baptiſmum, & fidem, & ideo non ſunt exempti à legibus, & præceptis Pontificis, & conſequenter tenentur illi parere, ſicuti alij fideles. Vnde ſi excommunicati adinuicem ſe communicent, & peccant æquè ac ſi communicarent cum aliis fidelibus non excommunicatis, & excommunicationem minorem incurrũt.

QVÆSTIO IV.

An item, ſit prohibitum fidelibus, communicare cum Excommunicatis?

RESpondeo tanquam certum: eſſe illis prohibitum, communicare cum excommunicatis vitandis, hoc eſt, nominatim denunciatis, aut publicis Clericorum percuſſoribus: non verò cum excommunicatis non vitandis, ſeu toleratis. Hæc reſponſio conſtans eſt iam poſt Concil. Conſtant. in Extrauag. *Ad euitanda.* Vbi conceſſum eſt fidelibus priuilegium communicandi cum excommunicatis toleratis, non verò cum vitandis. Ideóque participans cum excommunicato vitando, & peccat, & incurrit excommunicationem minorem, vt infra: non verò participans cum excommunicato non vitando, ſeu tolerato. Sic omnes DD. Legantur Suarez *diſp. 9. ſect. 2.* Filliuc. *tract. 13. cap. 4.* Altetius *lib. 1. diſput. 9. capit. 2.* Bonacina *diſputat. 2. quaſ. 2. punct. 6. §. 1.* Et etiam à nobis dicta ſupra.

QVÆSTIO V.

Quibus in rebus, ſeu actionibus prohibitus ſit fidelis communicare cum Excommunicatis vitandis, hoc eſt, nominatim denunciatis, & publicis Clericorum percuſſoribus?

RESpondeo quod eſt prohibitus communicare in omnibus contentis in illis verſiculis Gloſſæ, *cap. ſtatuimus, de ſentent. excommun. in 6. verb. Alijs*, nempe,

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Quos verſus attigerunt, & collegerunt ex multis iuribus præcipuè ex *quaſt. 1. citatis.* Hoſtienſ. *in ſumm. de ſentent. excomm. §. exquiſita pœna.* Nauarr. *cap. 27. n. 20.* & vt ipſe ait, alij Canoniſtæ mille in locis. Theologi *in 4. diſt. 18.* vbi D. Thom. *q. 21. in addit. art. 1.* Palud. *q. 6. art. 1.* Durand. *quaſt. 5. n. 6. & 7.* Gabriel *quaſt. 2. art. 1.* Sotus *diſt. 22. q. 1. art. 4. concl. 2.* Summiſtæ *verb. excommunic.* Suarez *diſp. 25. ſect. 1.* Alterius *lib. 1. diſp. 10. cap. 1.* Henriquez *lib. 13. cap. 7. n. 3.* Filliucius *tract. 13. cap. 5.* Auila *part. 2. cap. 6. diſputat. 9.* Ægidius *diſputat. 14. dub. 4. & 12.* Vaſquez *de excommunic. dub. 7. & 8.* Bonacina *diſput. 2. quaſ. 2. punct. 6. §. 2.* Hurtadus *diſput. 9. diffic. 1.* Cornejo *diſput. 10. de excommun. §. 10.* Luyſius *lib. 2. diſput. 12.* Bauny *diſput. 7. de excommun. quaſt. 15.* Palao *diſput. 2. punct. 17.* Laymann. *lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 2. à num. 16.* Villalobos *tract. 17. diffic. 13.* Machado *lib. 1. part. 3. tract. 3. docum. 16.* Et alij cum quibus in ſequentibus explicabimus quæſtionibus, quid per dictas particulas, & voces prohibeatur. Sic ergo.

QVÆSTIO VI.

An prohibitum ſit fidelibus, oſculari, aut amplexari Excommunicatum vitandum?

RESpondeo tanquam certum: eſſe prohibitum, non ſolum illum oſculari, aut amplexari, ſed etiam aliud quodlibet ſignum ſpecialis amicitiæ, & beneuolentiæ illi demonſtrare. Quia ſic habetur *in cap. Excommunicatos 11. q. 3.* per hæc verba: *Excommunicatos quoſcumque à Sacerdotibus nullus recipiat, ante vtriuſque partis iuſtam examinationem: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec Aue eis dicat; quia quicunque in his, vel aliis prohibitis ſcienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excommunicationi ſubiaceat.* Sic Calixtus Pontifex. Et cum eo omnes. Legantur citati, præcipuè Nauarr. Suar. Alter. Auila, Filliuc. Cornejo, Hurt. & Bonac. *loc. cit.* Qui tamen benè addit, quod ſi daretur caſus, vt Titius excommunicatus oſcularetur Seium, & hunc etiam Caius; tunc hic, non diceretur communicare cum Titio excommunicato; niſi fortè conuentionem aliquam fecerit, ſimul oſculandi.

QVÆSTIO VII.

An etiam ſit prohibitum, cum Excommunicato vitando, loqui, aut confabulari?

RESpondeo tanquam certum: eſſe prohibitum cum illo loqui, non modo palam, ſed neque clam; & etiamſi excommunicatus non reſpondeat, & quamuis ab illo prouocemur. Quia ſic habetur *in cap. Cum excommunicato 11. q. 3.* his verbis: *Cum excommunicato, neque orare, neque loqui (niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent) nec veſci liceat. Si quis enim cum eo aut palam, aut abſconsè locutus fuerit, ſtatim cum eo communionem excommunicationis contrahet pœnam.* Sic textus, ex Iſidoro in regula Monachor. *cap. 18.* Et omnes. Legantur Suarez, Filliuc. Alterius Hurtad. Cornejo, Palao, Auila, & alij citati. Couarruuias *in cap. Alma mater 1. part. §. 2. num. 1.* Caietan. *verb. communio*, & alij.

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem, ſit licitum fidelibus, loqui cum excommunicatis, per ſigna, aut nutus?

RESpondeo tanquam quid certum: nec id eſſe licitum. Quia ſignis, & nutibus verè etiam loquimur, & animi noſtri ſenſa aperimus. Sic Suar. *diſp. 15. ſect. 1. n. 2.* ita ſcribens: Rurſus extenditur hæc pars ad locutionem per litteras, vel per nuncium, vel per nutus: quacunque enim ratione fiat, eſt humana collocutio, & communicatio, quæ licèt per *os* ſignificetur, quia vox eſt præcipuum inſtrumentum huius communicationis, tamen ſub illa comprehenditur omne inſtrumentum, quod loco vocis vſurpari ſolet. Atque hæc eſt etiam communis ſententia. Sic Suar. Et etiam Filliuc. Auila, Hurtad. Bauny, Palao *ſup. cit.* & cõmunis.

QVÆSTIO IX.

An ſi licitum fidelibus, loqui cum excommunicato, vitando, per ſcripturam, aut litteras, vel nuncium?

RESpondeo tanquam quid certum: nec id licere. Quia paria ſunt quidquam tractati verbo, nuncio,

& epiſtola. Textus optimus *in cap. Si aliquando, de ſent. excommun.* textus *in cap. Clericus* 81. *diſt. & in cap. vbi periculum,* §. *Nulli, de elect. in* 6. Et ſic docent Gloſſæ, Felinus, Romanus, Iaſon, & Decius, quos citat, ac ſequitur Couarr. *in cap. Alma,* 1. *part.* §. 2. *num.* 1. dicens, id communi omnium ſententia receptum eſſe. Legantur etiam Nauarrus, Suarez, Alterius, Filliucius, Auila, *ſupra citati,* & Cornejo *loc. cit.* ſic dicens: Tertium eſt prohibitum, locutio per ſcripturam, ita vt ad eum ſcribere, neque eius literas legere, liceat. Sic ille. Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. excommunic. cauſa, pag.* 319. & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 3. & penes illum, Sylueſt. Armilla, & alij Palao *punct.* 18. *cit. n.* 2. & communis.

QVÆSTIO X.

An ſaltem licitum ſit, reſcribere excommunicato vitando?

AFfirmat Henricus Henriquez *cap. cit. num.* 3. ita ſcribens: Reſalutare, aut reſcribere non prohibetur, quia eſt ſolutio debiti, quæ etiam reſpectu inimici obligat. Ita ille. Et penes ipſum *ibidem lit. O.* D. Thom. olim *addit. quæſt.* 23. *art.* 1. Sylueſt. & F. Medina, atque olim Nauarr. *Hiſpan. num.* 34. ſic etiam Ioan. Henriquez *in compend. caſuum moral. cap.* 10. *n.* 20. ita dicens: [Aduierte, que quando el deſcomulgado ſaluda a otra perſona, ò eſcriue alguna carta, ſe le puede voluer à ſaludar y reſponder a la carta, porque eſto, no es ſaludarle, ni eſcriuirle, ſino pagarle vna deuda, loqual no ſe prohibe por derecho alguno.] Ita ille. Citant etiam pro hac parte Bonacina, & Machado, Filliucium *tract.* 13. *cap.* 5. *num.* 84. Sed malè, quia Filliucius oppoſitum docet, his verbis: quamuis Henriquez *loc. cit.* concedat poſſe reſcribi, ſicut reſalutari, quod alij negant: quia ſic etiam poſſet reſponderi interroganti, ideo tantum concedenda eſt reſalutatio, ex conſuetudine. Hæc Filliucius. Malè ergo citatur ab his authoribus. Videtur tamen (ni fallor) hanc ſententiam docere Machado *lib.* 1. 3. *part. tract.* 3. *docum.* 16. *num.* 2. cum ſic ſcribat: [Si ſea licito reſponder a las que el deſcomulgado eſcriuio antes, es controuerſo entre los Doctores, Bonacina, y otros defienden que no lo es. Pero Filliucio, y otros afirman que ſi; porque eſta es accion que ſe le deue al enemigo.] Ita ille. Et tenet expreſsè Sà *verb. excommunicatio, n.* 39. his verbis: Os, id eſt, ſermo, literæ, nuntij, munera: miſſa tamen ab eo munera, poſſunt mitti pauperibus. Potes & ſalutantem ſalutare, & ſcribenti reſcribere: eſt enim id debitum ei quoddam ſoluere. Ita Sà. Ita etiam Palao *diſput.* 3. *punct.* 17. *num.* 2. ex Sayro *cap.* 13. *num.* 2.

Sed probabilius reſpondeo: Non eſſe licitum reſcribere excommunicato vitando. *Primò,* quia, nullo modo eſt licitum nobis, reſpondere excommunicato, quamuis ab ipſo prouocemur, vt diximus *ſupr. quæſt.* 3. cum authoribus ibi citatis: ergo neque erit licitum ei reſcribere; nam paria ſunt, verbo, & epiſtola quidquam agere, vt habitum eſt *quæſt.* 5. *Secundò,* quia reſcribere excommunicato, verè eſt communicare cum illo; at hoc generaliter eſt prohibitum fidelibus in pœnam delicti commiſſi ab excommunicato: propter quod manet priuatus huiuſmodi obſequiis, & honoribus, qui quidem aliàs, ſecluſa excommunicatione verè deberentur: ergo. Sic Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 6. §. 2. *num.* 4. *verſ. Sed mihi,* & Filliucius *loc. cit. num.* 84. Auila etiam *part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 6. Suarez *ſect.* 1. *cit. n.* 3. Alterius, Cornejo, & alij *infra* citandi, quatenus negant, eſſe licitum excommunicatum ſalutantem, reſalutare.

QVÆSTIO XI.

An ſit licitum, munera excommunicato vitando, mittere?

REſpondeo tanquam certum: Non eſſe licitum, quia hoc, eſt ſignum beneuolentiæ, & amicitiæ ſpecialis, quod quidem tribuere excommunicato vitando, eſt prohibitum. Et meritò, cum his ſignis aliis communicemus. Sic Guido, & Hug. *in cap. Quoniam multos* 11. *quæſt.* 3. quos citat, & ſequitur Angelus *excommunicatio* 8. *num.* 3. & Sylueſt. *excommunicatio* 5. *n.* 2. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 3. Alterius *lib.* 1. *diſput.* 10. *cap.* 1. Filliucius *tract.* 13. *cap.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 84. Auila 2. *part. cap.* 6. *diſput.* 9. *dub.* 2. Palao *punct.* 17. *cit. num.* 2. & alij.

QVÆSTIO XII.

An ſaltem, ſit licitum, munera ab excommunicato vitando recipere?

REſpondeo tanquam certum: Adhuc non eſſe licitum, quia id etiam eſt communicare cum excommunicato: ergo etiam prohibitum fidelibus. Sic docent ex Guid. & Hug. Angel. & Sylueſt *loc. cit.* Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 6. §. 1 *n.* 2. Auila, & Filliuc. *loc. cit.* Cornejo *diſput.* 10. *de excommunicat.* §. 10. *quæſ.* 1. & omnes.

QVÆSTIO XIII.

An munera, quæ quis illicitè ab excommunicato recepit, teneatur ea excommunicato reddere, vel dare pauperibus?

AFfirmat, apud Filliucium *loc. cit.* Gloſſa. Ang. *excommun.* 8. *num.* 4. *lit. G.* cuius ſententiæ aſſentire videtur Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 2. dum hæc verba profert: Reſpondeo, quod per hanc particulam denotatur, quod non poſſumus alloqui excommunicatum, nec per verba, nec per nutum, nec per literas miſſas, nec receptas, nec amplexando, vel oſculando in ſignum amicitiæ, nec etiam mittendo, nec recipiendo munera: Vnde ſi excommunicatus mittat munera, non poſſunt retineri, ſed vel remittantur illi ad confuſionem eius, & ruborem, vel mittantur ad eius vxorem, vel dentur pauperibus. Ita Sylueſter. Hucuſque Auila. Sed an benè citet Sylueſtrum, conſtabit ſtatim.

Sed probabilius longè multò reſpondeo non teneri neceſſariò illum, qui munera ab excommunicato recepit, reddere, vel dare pro eleemoſyna (licet peccet ea ſcienter recipiendo, & incurrat minorem excommunicationem) benè tamen faceret ea remittendo, maximè tamen quando ille nihil ſciens de excommunicatione dicta munera recepiſſet. Ratio *primi,* eſt, quia non datur radix à qua oriatur obligatio reſtituendi munera ab excommunicato accepta. Ratio verò *ſecundi,* eſt quam dat Auila. Sic expreſsè tenet Sylueſter *excommunicatio* 5. *num.* 2. per hæc verba: Os, inquam, negatur primo, id eſt, oſculum, ſecundum S. Thomam, & conſequenter, locutio ſecundùm alios, quæ ſolet eſſe inter amicos, ſub qua comprehenduntur, ſecundum Guid. & Hug. *in cap. quoniam multos* 11. *quæſt.* 3. etiam literæ receptæ, vel miſſæ, & nuncij, & munera; quæ, vt idem Guid. dicit, qui ab excommunicato recipit, reddere non tenetur: ſed ex conſilio ſunt danda pauperibus; vel remittenda ad ruborem excommunicati. Hæc Sylueſter. Malè ergo illum citat Auila pro ſe. Sic etiam videtur cum Sylueſtro ſentire Henriquez *lib.* 13. *c.* 7. *n.* 3. *in Gloſſa lit. I.* & clarè

Digitized by Google

ſenſit Filliuc.*num.*84 *cit.* Bonacina *diſp.*2. *q.*2.*punct.*6. §.1.*num.*2.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem, ſit licitum, ab vxore, filio, vel familia excommunicati, munera accipere?

RESpondeo tanquam certum: Nec adhuc eſſe licitum, ſi nomine excommunicati ab vxore, filio, vel à familia mittantur: ſecus ſi ſuo. Sic Syluest. *ex communicatio* 5.*num.*13. *dub.*4. vbi hanc quæſtionem proponens; *vtrùm ab vxore, vel familia excommunicati poſſimus aliquid accipere?* ſic reſpondet. Dico ſecundum Veru. quod ſic, ſi ſua, & ſuo nomine dederint, ſecus ſi nomine excommunicati, & ſuo ſimul, vel excommunicati ſolum. Item, ſecus ſi dederint de communibus bonis, aut propriis excommunicati: niſi fortè ille conceſſiſſet, quod ſuo proprio nomine poſſent dare. Et intelligo, niſi hoc conceſſerit in fraudem; purà, quia ſciebat, quod aliter talia acceptata non fuiſſent. Et ſi dubitatur, quæ vel quo nomine dentur: tenendum eſt certum, ſecundum eundem Veru. niſi, ſcilicet, eſſe tanta neceſſitas in accipiente, quod excuſaret, vt *in ſum. Confeſſ. eod. tit. quæſt.*146. Hucuſque Syluester. Quem citant, & ſequuntur Henriquez, & Filliuc. *loc. cit.* Et hæc ſufficiant pro explicatione particulæ *os*. Quid deinde intelligatur per verbum *orare*, diximus *ſuprà diſp.*7. quaſi per totam, intelligi quidem eſſe prohibitam participationem cum excommunicato, tum in Sacramentis, tum in ſacrificio Miſſæ, tum in officiis diuinis, tum denique in aliis precibus & orationibus. Propter quod illo omiſſo, quod ſignificetur, & prohibeatur per verbum *Vale*, ſequentibus explicabimus quæſtionibus. Sit ergo

QVÆSTIO XV.

An per verbum Vale, *prohibitum ſit fidelibus, ſalutare excommunicatum, verbis honorificis, Hiſpanè.* Tenga vm buenos dias: Veſo a vm ſu mano, *&c.*

RESpondeo tanquam certum. Prohibitum eſſe. Conſtat ex *cap. Excommunicatos*, *& cap. Cùm excommunicato* 11.*quæſt.*3. Quorum verba relata inuenies *quæſt.*2. *&* 3. Et ideo, id tanquam certum ſupponit Machado *lib.*1.*part.*3.*tract.*3.*docum.*16.*n.*4. ita dicens: [Por la palabra *Vale*, prohibe el derecho qualquera ſalutacion cortez, hecha por palabras] Sic ille. Et omnes. Legantur Suarez *diſp.*15.*ſect.*1. *num.*3. Alterius *lib.*1.*diſp.*10.*cap.*1. Filliucius *tract.*13.*cap.*5.*quæſ.*5. Bonacina *diſp.*2.*q.*2.*punct.*6.§.1.*num.*4. Auila 2.*part.cap.*6. *diſp.*9.*dub.*9. Henriquez *lib.*13.*cap.*7.*num.*3. & alij *infrà* citandi.

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem, ſit licitum, ſalutare Excommunicatum, verbis deprecatoriis, veluti dicendo: Deus te illuminet, *vel*, Deus te conuertat?

NEgare ex parte videtur Filliucius *cap.*5.*cit. quæſ.*3. *num.*84.*& quæſ.*5.*num.*86. dum ſolùm concedit, poſſe ſic reſalutare, non ſalutare; his verbis: Salutare autem non poſſumus, ex *cap. Excommunicatos* 11.*q.*3. *Nec dicatur ei Aue.* At reſalutare dicendo; *Deus te illuminet*, vel, *Deus te conuertat*, poſſumus, magis ex conſuetudine, quàm ex rigore iuris. Sic *num.*84. & *num.*86. ſic: Poſſet tamen ſalutanti excommunicato, reſpondere, *Dominus te conuertat*, vt *ſuprà* diximus. Hæc Filliucius.

Sed probabiliùs abſolutè reſpondeo licitum eſſe, non ſolum reſalutare, verùm & ſalutare excommunicatum, dictis verbis deprecatoriis. Quia probabilius eſt, quod ſolum eſt prohibitum à iure ſalutare verbis honorificis excommunicatum; non verò, verbis deprecatoriis, & ordinatis ad emendationem illius. Sic Suarez *loc. cit. num.*4. per hæc verba: Locutus ſum autem de honorifica ſalutatione, quia, vt omnes authores dicunt, verbis deprecatoriis, & præſertim iis, quæ ad emendationem, & reſipiſcentiam poſtulandam, pertineant, licitum eſt ſalutare excommunicatos, quoniam & pro excommunicato orare priuatum licet; vt *ſupra* diximus, & de iis, quæ ad excommunicationem pertinent, & iuuare poſſunt ad conuerſionem excommunicati, loqui etiam cum illo poſſumus: vtrumque autem horum virtute continetur in illo ſalutandi modo. Hæc Suarez. Bonacina etiam *loc. cit.* Henriquez *num.*3.*cit.* & alij penes ipſos. Hurtad.*diſp.*9. *diff.*1.*verſ. Per particulam vale*, Palao *diſp.*2.*punct.*17.*n.*4. Nauarr. Sotus, & Sayrus penes ipſum. Machado *lib.*1. *part.*3.*tract.*3.*docum.*16.*num.*5. his verbis: Mas baſe de aduertir, que decirle: *Dios te conuierta*, *y te alumbre*, &c. todos conuienen en que no es ilicito. Sic ille.

QVÆSTIO XVII.

An etiam ſit licitum, reſalutare excommunicatum, ſalutantem prius, verbis etiam honorificis?

AFfirmat vterque Henriquez, Sà, & alij citati *ſupra q.*6. quibus addi poſſunt Ægidius *diſp.* 14. *dub* 4.*in fine.* Præpoſitus *in* 3.*part. quæſt.*2.*de excommun. diſt.*14.*num.*95. Ioan. Franc. Suarez *in Enchirid. lib.*6. *verb. excommunicatio*, §. *Vale.* Reginald. *lib.*32. *diſp.*1. *cap.*12.*num.*81. quos citat, & ſequitur Diana *part.* 5. *tract.*15.*reſol.*116. citans etiam Filliucium. (Sed malè) Palao *loc. cit.* & alij exiſtimantes, non ſolum eſſe licitum reſcribere excommunicato vitando (de hoc enim procedunt omnes hæ difficultates) ſed etiam illum reſalutare verbis honorificis, eo quo iſta videatur ſolutio debiti, quæ ex debito præſtanda debet etiam inimico. Citant etiam pro hac parte (vt *loc. cit.* notauimus) Bonacina, & Machado, Vincentium Filliucium, ſed non benè. Nam hic author; tantum concedit quod ſalutanti excommunicato, poteſt quis reſpondere, *Dominus te conuertat*, *Deus te illuminet*, at hoc non eſt reſalutare verbis honorificis, de quo eſt difficultas. Vnde, iuxta *q.*6. dicta.

Probabilius reſpondeo dicendum, quod non ſit licitum, excommunicatum ſalutantem, reſalutare honorificè. Quia ſi non eſt licitum ſcripto reſpondere; ita neque verbis erit honorificis reſalutare; quia vtriuſque eadem eſt ratio. *Confirmatur.* Quia in honorifica reſalutatione, verè demonſtratur amicitia, & beneuolentia, erga excommunicatum, quam omnia iura illi ſignificare vetant: ergo. Sic docent Bonacina, Suarez, & Auila *locis quæſt.*6.*citatis.* Alterius *lib.* 1. *diſp.* 10.*cap.*1.*verſ. Sequitur verbum Vale, in fine.* Machado *num.*5.*citato*, ita ſcribens: [Tambien es dudoſo, ſi ſea licito reſaludar al deſcomulgado. Probable opinion es la affirmatiua. Si bien la negatiua ſe tiene por mas probable, porque qualquiera communicacion con el deſcomulgado es prohibida en pena de ſu delito.] Sic ille. Et antea Hurtadus *diſp.*9.*de excommun. diff.*1.*in fin.* Gordonus *in ſumm. tom.*2.*lib.*7.*quæſt.*10.*cap.*5.*num.* 60. citatur etiam à Diana, Toletus *lib.*1.*cap.*12.*num.*3. ſed omnino malè, quia ibi nil tractat ad propoſitum, & *cap.*11.*num.*5. vbi hoc *Vale* verbum explicat, ſolum ait, quod per *Vale*, ſalutationes, donaria, honoris exhibitiones, aperiendo caput, & ſimilia, prohibeantur.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXIII.

An ſaltem, ſit licitum fidelibus, reſalutare excommunicatum vitandum, abſque verbis, v. g. aperiendo caput; ei aſſurgendo; dando ei locum in ſedili; vel ſimilia ſigna præbendo in ſignum vrbanitatis?

AFfirmant id eſſe licitum, quàm plures Doctores. *Primò*, quia ius ſolùm vetat verbalem ſalutationem, *Nec ei Aue dixeritis.* *Secundò*, quia pœnæ ſunt reſtringendæ: ergo quamuis quis reuerentiam exhibeat excommunicato, quocumque ſigno, dummodo non loquatur, nòn peccabit, nec incurret excommunicationem minorem. Ita Angel. *verb. excommunicatio* 8. *num mihi* 4. (Suatio 5.) ſic ſcribens: Aſſurgere autem, vel ei reuerentiam facere, aut inclinare ſe ſalutanti, vel mouere labia, dummodo nihil dicat, non inducunt minorem excommunicationem, ſecundum Rodo. cum pœnæ ſint reſtringendæ per *regul. odia, de reg. iur. in* 6. Ita Ang. Et etiam Antonin. 3. *part. tit.* 25. *c.* 2. *in princ.* Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Graſſius *lib.* 4. *caſuum conſcient. cap.* 12. *n.* 5. Quos pro hac parte refert Suarez. Quibus addi poſſunt apud Auilam, Tabiena *excommunicatio, num.* 5. Maior *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. Paiat. *ead. diſt. diſp.* 3. *col.* 32. & Mexia *difficultate* 10. *de excommunicatione.* His turſus adiungi poſſunt. Sà *verb. excommunicatio, num.* 41. ita loquens: Vale, id eſt, ſalutare, ſcilicet, verbo, vel ſcripto: nam aſſurgere, vel caput aperire, non videtur prohibitum. Ita Sa. Saytus etiam *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Megalius *in* 3. *part. lib.* 2. *cap.* 5. *q.* 3. *n.* 19. & Luyſius *lib.* 2. *de Cenſur. diſp.* 12. (non 13. vt leges apud Dianam) *dub.* 1. Quorum doctrinam vt probabilem defendit Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 116. vt dicit Auſonius *in ſua ſumma, verb. excommunicationis effectus, num.* 25. atque Palao *diſput.* 2. *punct.* 17. *numero* 4.

Sed probabilius reſpondeo: Nullo modo eſſe licitum, huiuſmodi modum reſalutandi excommunicatum vitandum. *Primò*, quia omnia prædicta ſigna reuerentiæ, ſunt ſalutationis indicia. *Secundò*, quia in iure, abſolutè, & ſimpliciter prohibetur omnis excommunicatio: ſed ſic eſt, quod prædicta reuerentiæ ſignificatio, etiamſi ſolis nutibus fiat, eſt quædam communicatio, non minus, quàm alia facta voce: ergo. Ita Syl̄ueſt. *verb. excommunicatio* 5. §. 3. (non 1. vt inuenies apud Auilam) per hæc verba: Si autem ſalutanti quis aſſurgat, vel exhibet reuerentiam, aut inclinat, aut mouet labia, quaſi reſalutans, nihil tamen dicens, ſecundum Gul. non incidit: quia pœnæ ſunt reſtringendæ *de pœnit. diſt.* 1. §. *Pœne, & in reg. odia, lib.* 6. Et ita determinat Sum. Ang. Sed Dir. *lib.* 3. tenet, quod per hæc incurratur excōmunicatio minor. Et in effectu idē tenet Gul. *de mon. laud.* & Zenze. & Steph. & Card. & Imol. *Clement. fin. de ſentent. excommunicat.* Et ita determinat Sum. Roſell. Et hoc eſt verius: quia iſta ſunt quædam ſalutatio, non verbo, ſed opere, & communicatio quædam quæ generaliter prohibetur, etiam tacendo, vt in oratione, vel cibo. 11. *q.* 3. *excommunicatos.* & cap. *Qui communicauerit, & cap. Sicut Apoſtoli.* Et quod dicitur de motione labiorum eſt ridiculum, quia Eccleſia non intendit prohibere ſalutationem interiorem, ſed exteriorem ad punitionem Rei, & terrorem aliorum. Hucuſque Syl̄ueſter. Cui addi poſſunt Nauar. *cap.* 27. *n.* 20. Vaſquez *dub.* 8. *de excommunicatione, num.* 5. Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 3. Qui tamen addit quod forſitan ex conſuetudine, non nullæ ex præfatis actiones excuſari poſſint Henriquez *lib.* 13. *cao.* 7. *num.* 3. *& cap.* 22. *in fine.* Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 4. Hurtad. *diſp.* 9. *diff.* 1. *verſ. Per particulam Vale.* Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *n.* 16. *verſu Nomine autem.* Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 6. §. 1. *n.* 4. *verſ. ſententia iſtorum.* Cornejo *diſp.* 10. *de excommunicatione,* §. 10. *quæſ.* 3. Vgolinus, & alij penes ipſos. Et tenent etiam Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 8. *dub.* 9. *conc.* 3. caſu, quo præfata ſigna fiant animo ſalutandi excommunicatum, & Alterius *lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 1. *verſ. Sequitur verbum*, & Palao *loc. cit.* dicens, id eſſe conſulendum, vt ſecurius, & probabilius.

QVÆSTIO XIX.

An ſaltem, ſit licitum, caput excōmunicatis detegere, eis aſſurgere, &c. ſi hæc ſigna non fiant, animo eis honorem præſtandi, ſed ſòlùm ad euitandum ſcandalum, vel, ob vrbanitatis indicia?

AFfirmant Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 3. *& cap.* 22. *n.* 4. *in fine.* Nauarrus *cap.* 27. *num.* 20. Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 9. *concluſ.* 2. Alterius, & Bonacina *loc. cit.* Probatque Henriquez *num.* 4. *cit.* Quia factum externum detegendi caput, & aſſurgendi, non eſt per ſe ſignum, ſed res de ſe indifferens, & abſque ſcandalo, quæ poteſt interna intentione auferri à ratione ſalutationis: & verba iuris, quæ vetant ſalutationem, debent in proprietate, & ſtrictè accipi, tanquam odium Ita Henriquez.

Sed adhuc probabilius reſpondeo: Necdum eſſe id licitum, quia Eccleſia, vt bene dixit Syl̄ueſter, non prohibet ſalutationem interiorem, ſed exteriorem. quæ quidem dari poteſt, etiam deficiente animo ſalutandi. *Confirmatur.* Tum (quia vt bene Suarez) idem peſſent contrarij dicere de ſalutatione, voce, aut ſcripto exhibita, quod non faciunt. Tum etiam: quia exhibere ſigna honoris ſine intentione honorandi, eſt fictio quædam, & moraliter prout nunc fit, continet mendacium: ac denique etiam prohibetur eadem met lege, qua ſimpliciter vetatur talis honoris exhibitio: ſicut exhibere honorem idolo abſque intentione honorandi, eadem lege religionis prohibetur: ergo, &c. Sic Suarez *loc. cit. num.* 4. Hurtàdus *diff.* 1. *cit.* Nauarrus, Vaſquez, & Laymā, quos citat, & vt quid probabilius, ſequitur Palao *loc. cit.* qui tamen malè citat Bonacina pro hac parte.

Ex quibus conſtat quid ſit reſpondendum ad fundamentum Henrici. Negandum enim eſt, prædicta ſigna, pro hîc & nunc, non eſſe ſigna ſalutationis, ſunt etenim ſalutationes exteriores, & communicationes, quæ verè ab Eccleſia interdicuntur.

QVÆSTIO XX

An adminus, ſit licitum, aperire caput, Prætori, Iudici, aut Magnati, excommunicato vitando?

REſpondeo dicendum, quod quamuis non ſit licitum, ex vi iuris; cùm iura abſolutè, & ſine diſtinctione perſonarum interdicant fidelibus communicationem cum excommunicato vitando, ſit tamen licitum ex vi conſuetudinis introductæ ob vtilitatem fidelium. Sic communiter Doctores. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *num.* 3. *in Gloſſa lit. N. & cap.* 22. *n.* 4. ita dicens: Prætori denunciato vice Regis innocentis, quem repræſentat, aperire caput, & aſſurgere licet, (præſertim ſi quis ei tacitè dicat: *Deus te conuertat, aut ſit tecum*) qui actus exterior à culpa excuſatur: quia vtile nobis eſt iudicem habere beneuolum, cum facile ſit incidere in manus eius. Sic ille Zerola *in praxi Epiſcopali,* 1. *p. verb. excommunicationis cauſa formalis, dub.* 11. id probans, quia alioqui magnum eſſe periculum ſcandali, hodie, quod tanti ſit bireti amotio apud nobiles. Additque,

Digitized by Google

Additque, ſe ita audiuiſſe fuiſſe practicatum Neapol. quando fuerunt declarati excommunicati quidam regij officiales ab Archiepiſcopo illius ciuitatis. Filliucius *tract.13.cap.5.quaeſ.5.n.*86. Bonacina *diſp.2.q.2. punct.6.num.4.verſ.Addo.* Alterius *lib.1.diſp.*10.*cap.1. verſ.Imò quando.*

QVÆSTIO XXI.

Quid intelligatur per particulam, Communio, *quæ eſt quarta vox illius verſiculi?*

RESpondeo dicendum, quod ſecundum aliquos Doctores, per hanc vocem *Communio*, intelligitur vſus Euchariſtiæ, & alia, quæ pertinent ad ſuffragia. Ita D.Thom. *in 4.diſt.*18.*quaeſt.2.art.*1. Syluester, Medina, & alij apud Henriquez *lib.*13.*cap.7. num.3. in corp.& in Gloſſa lit.P.* Sed ſic ſumpta hæc vox, non ſpectat huc, ſed ad ſpiritualem communicationem, de qua egimus *ſuprà diſp.*7. quaſi per totam. Ideóque alij communiter per hanc vocem, intelligunt communicationem externam in habitatione, ſocietate, contractu, & huiuſmodi, quæ vitantur haberi cum excommunicato vitando. Sic explicant hanc vocem Henriquez *lib.*13.*cap.7.num.*3. ita dicens: In verſu, *Communio* intelligitur non illa, quæ pertinet ad Sacramenta, & ſuffragia, vt quidam putant: ſed primùm pertinet ad communicationem cooperationis, ſi cum excommunicato ſimul exerceat artificium, aut contractum, & negotia, etiam turpia: Secundò ſi habitent in eadem domo, & cubiculo, vt ſocij pro eodem negotio; ſecus ſi in diuerſo cubili, lecto, vel menſa, & pro diuerſo negotio. Sic ille. Et antea Nauarr. *cap.*27.*num.*20. Sylueſter *verb.excommunicatio* 5.*num.*3. Angel.*excommunicatio* 8.*num.*4. Suarez *diſp.*15 *ſect.1. n.*5. Filliucius *tract.*13.*cap.5. quaeſ.6.* Bonacina *diſp.2. q.2.punct.6.n.*5. Luyſius *lib.2.diſp.*12.*dub.*1. Sayr.*lib.2. cap.*13.*n.*8. Cornejó *diſp.*10.*de excommun.§.*10.*quaeſ.*4. & alij communiter. Qui circa dictam particulam ſequentes mouent difficultates.

QVÆSTIO XXII.

An licitum ſit fideli non excommunicato, cum excommunicato vitando, in eadem domo habitare?

NEgare abſolutè videtur Nauarr. *cap.*27. *num.*20. his verbis: Per *Communio* intelligitur, participatio quæ habetur in operando, exercendo, aut faciendo aliquid ſimul cum eo, aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiuſdem parte, aut conuerſando cum aliis modis. Ita ille. Et ex illo, non citato, idem eiſdémque verbis docet Alterius *lib.1. diſp.*10. *cap.1. verſ.verbum Communio.*

Sed clarius cum diſtinctione reſpondeo: Non quidem eſſe licitum fideli non excommunicato, habitare cum excommunicato in eadem domo, cum aliqua ſocietate, id eſt, quando eſt pro eodem negotio: benè tamen quando eſt pro diuerſo negotio. Sic Angel. *excommun.* 8. *n.*4. his verbis: *Communio*, per hoc prohibetur, ne quis facto communicet excommunicato: purà, cooperando in aliquo exercitio, vel habitando in domo cum excommunicato. Dicit tamen Innoc. *in d.cap. Nuper*, quod ſi ego & excomunicatus ſumus in aliqua domo, ego pro meis negotiis, & ipſe pro ſuis, quod non dicor communicare ei, ſed quando ego & ipſe ſimul pro eodem negotio cohabitamus. Sic ille. Et etiam Sylueſter *loc.cit.* Armilla *verb.excommunicatio,n.*41. Tabiena *excommunicatio* 8.*n.*6. Henriquez *loc.cit.* & penes ipſum, Caiet. Sotus, & alij. Sà *verb.excommunicatio num.*42. Suarez *ſect.1.cit.num.*8. trahens Nauarrum ad noſtrum ſenſum. Auila 2. *part. cap.6. diſput.9.dub.9.* Bonacina *diſp.2.quaeſt.2.punct.6.num.*5. Viualdus *de excomm.num.mihi* 88. Filliucius *tract.*13. *cap.5.quaeſ.6.num.*87. & Palao *diſp.2. punct.*17.*num.*5. & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An non ſolùm in eadem domo, ſed etiam in eodem cubiculo, vel camera, licitum ſit non excommunicato habitare cum excommunicato vitando?

NEgare, & à fortori, videntur Nauarr. & Alterius verbis nuper adductis.

Sed adhuc, iuxta à nobis dicta, reſpondeo etiam eſſe licitum non excommunicato, habitare cum excommunicato in eodem cubiculo, vel camera, caſu tamen quo non cohabitet cum illo, tanquam ſocius, & pro eodem negotio, ſed pro diuerſo. Ratio eſt, quia quando cohabitatio eſt pro diuerſo negotio, non adeſt, propriè loquendo, communicatio. Secus ſi eſſent ibi ſimul pro eodem negotio. Sic Sylueſt. *loc.cit.* ita dicens: Si tamen ego & ille (*nempe, excommunicatus*) ſumus in vna domo, vel camera pro diuerſis negotiis; non participo ſecund. Innoc. *in cap.Nuper eod. tit.* ſecus pro eodem. Sic ille. Et Angel. Armill, Tabiena, Suarez, Auila, Bonacina, Viualdus, & Filliuc. *loc.cit.* & omnes. Et, vt bene Suarez, id & non aliud, vult Nauarrus.

QVÆSTIO XXIV.

An etiam ſit licitum non excommunicato, non ſolùm habitare in eadem camera; verùm etiam in eodem lecto, cum excommunicato vitando dormire?

NEgarunt communiter Doctores: quia exiſtimant in tali condormitione in eodem lecto, verè communicationem interuenire, quam prohibitam eſſe vtriſque ex dictis conſtat. Ita expreſsè Angel. *n.*4. *cit.* docet ex Innoc. dicens: Similiter dicit (*Innocentius videlicet*) quod ſi ego & ipſe (*nempe, excommunicatus*) haberemus vnam ſolam cameram communem: quod liceret mihi in ea cum eodem excommunicato iacere, comedere, & huiuſmodi: dummodo non communicem ei in eadem menſa, nec in eodem lecto, aut locutione, vel oratione. Ita Angelus. Et etiam Henriquez *lib.*13.*cap.7 num.*3. Auila 2.*part.c.6.diſp.9.dub.9. verſ.Circa habitationem, & dub.*10. *in princip.* Alterius *lib.1.diſp.*10. *cap.1.verſ. Poſtrema tandem.*

Alij affirmant, dicentes eſſe licitum cum excommunicato in eodem lecto condormire; dummodo id fiat ſine intentione communicandi. Sic docet Sà *verb. excommunicatio*, *num.*34. his verbis: *Menſa*, ſcilicet, communis, itémque lectus. Qui tamen ſimul ederet, aut dormiret, ſine intentione communicandi, non peccaret. Ita Sà, & Petrus Sotus apud ipſum. Quibus ſatis fauent authores pro prima ſententia *quaeſt.*15. *citati.* Sed certè, vt *ibidem* diximus, parum refert non habere intentionem communicandi, ſi in actione externa, quam Eccleſia vitare intendit, communicatio intercedat. Vnde.

Clarius cum diſtinctione reſpondeo. Non eſſe licitum fideli non excommunicato, cum excommunicato in eodem lecto condormire; niſi caſu interueniente neceſſitatis, vtilitatis, & contingentiæ. Ratio primi eſt, quia in eodem lecto condormire, extra prædictos caſus, non fit abſque mutua ſocietate, & communicatione, vt benè notauit Nicolaus de Ploue *de excomm. §.de participatione cum excommunicatis*, *fol.mihi* 68. his

Digitized by Google

his verbis: Item ſi ego & excommunicatus habemus vnam cameram, communem: bene licet mihi cum excommunicato eſſe in eadem camera,& iacere,& comedere: ſed non in eadem menſa, vel in eodem lecto, quia hoc non poteſt eſſe ſine voluntaria communione ſecundum Archid. qui ita notauit 10. *quæſt.* 3. *Apoſtoli.* Hæc Ploue. Et in hoc ſenſu habet verum, quod primá ſententia docet.

Ratio verò ſecundi, eſt eadem à contrario ſenſu: quia videlicet, in caſu quo quis, in caſu neceſſitatis, aut vtilitatis, vel contingentiæ cum excommunicato condormiret, verè excuſaretur à peccato, non ſolum quia id re vera fieret abſque mutua ſocietate, & communicatione interiori, vt ſupponimus, ſed quia vtilitas, vel neceſſitas excuſat fidelem à peccato, & à cenſura in communicatione cum excommunicato. Sic Suarez, in re, *diſp.* 15. *ſect.* 1. *num.* 8. & Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 6. *num.* 5. ita ſcribens: Ex quo patet, non eſſe licitum dormire cum excommunicato in eodem lecto: dormire vero in diuerſis lectis poſitis in eodem cubiculo, non videtur prohibitum, modo qui in eodem cubiculo dormiunt non ibi maneant per modum ſocietatis, vel ad idem negotium, tunc enim dicerentur ſimul communicare: manentes verò in eadem domo, ſeu cubiculo, ea ratione, vt quiſque ſuis intendat negotiis, non dicuntur ſimul communicare, vt accidit, quando excommunicatus ſuum gerit negotium in vno angulo ſeorſim ab altero, & alter in alio, abſque cooperatione alterius: aut quando duo condormiunt in eodem lecto, non per modum ſocietatis, ſed, vt vnuſquiſque ibi dormiat, vt ſuam quietem capiat, ſicut contingit, quando duo perueniunt ad idem diuerſorium, & vtrique vnus tantum lectus conceditur. Sic Bonacina. Et Filliucius *tract.* 13. *c.* 5. *quæſ.* 7 *num.* 88. Reginaldus *num.* 94. Hurtadus *diſput.* 9. *de excommunicatione, diff.* 6. *in fine.* & ex illo Diana *p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 121. & penes ipſum, Mercerus, Præpoſitus, & Faber.

Qvæstio XXV.

An ſit prohibitum fideli, conſedere, coambulare, ſimul iter agere, collaborare, ſeu cooperari cum excommunicato vitando?

Affiamant Bonacina *loc. cit.* loquendo de cooperatione in eodem opere, & materia. Et bene:

Sed vniuerſalius de his, & ſimilibus actionibus, in titulo quæſtionis propoſitis, reſpondeo dicendum, eſſe quidem prohibitas, ſi intelligantur formaliter & per modum communicationis: Si tamen ſolùm materialiter, ſecus. Vnde ſi excommunicatus & non excommunicatus ſimul in eodem loco conſedeant, vel deambulent, vel iter agant per eandem viam, vel in eadem naui incedant, non agent contra cenſuram, quia hæc non eſt humana communicatio. Sic omnino Suarez *ſect.* 1. *cit. num.* 9. Aduertens vlterius, quod cooperari excommunicatus, & non excommunicatus, tunc dicentur, quando mutuam operam, aut miniſterium ſibi præbent in eodem opere, & artificio efficiendo, etiamſi ad tale opus conducti ſint: ſecus verò eſſet ſi ad laborandum in diuerſis parietibus eiuſdem domus conducerentur, etiamſi ab eodem, & in eodem tempore, & pro eadem domo conſtruenda conducti eſſent & laborarent. Itaque hæc omnia moraliter penſanda ſunt, vt ſi communicationem includant, intelligantur prohibita; & non aliàs.

Hucuſque Suarez. Et Filliucius *cap.* 5. *cit. quæſ.* 6. *in fine*, loquendo de actione deambulandi, aut iter agendi.

Qvæstio XXVI.

An per particulam, Menſa, *prohibeatur, comedere, & bibere in eadem menſa, cum excommunicato vitando?*

Affirmant, & ſine diſtinctione vlla, Angelus *excommunicatio* 8. *num.* 4. *in fine*, ita dicens: *Menſa*, per hoc prohibetur comeſtio, vel potatio cum excommunicato. Sylueſter etiam *excommunicatio* 5. *num.* 3. per hæc verba: *Menſa*, id eſt, comeſtio in menſa eadem, ſub qua intelligitur etiam quies in eodem lecto. Vnde ſi ſuperueniat Menſæ in qua manduco, etiam in aliena domo, teneor ſurgere ſecundum Gul. ſi eſt publicè excommunicatus. Ita Sylueſter, Nauarrus *cap.* 27. *n.* 20. Auila 2 *part. cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 10. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 1. *in fine.* Cornejo *diſp.* 10. *de excomm.* §. 10. *quæſ. vltima.* & alij.

Alij verò aliter hanc vocem explicant dicendo quod per dictam particulam, *menſa*, prohibeatur comedere, & bibere cum excommicato vitando, in eadem menſa formaliter, non materialiter. Hoc eſt, quod prohibeatur comedere cum excommunicato in eadem menſa tanquam cum conuiue, & per modum ſocietatis: quia tunc datur vera communicatio vnius cum alio: aliàs non. Ita Hurtadus, & Diana *loc. cit.* ex Suario *diſp.* 15. *ſect.* 1. *à n.* 1. Palao *tom.* 6. *diſp.* 2. *punct.* 17. *in fine.*

Sed egò aliter reſpondeo dicendum. Prohiberi quidem per dictam vocem, *Menſa*, comeſtionem, & potationem cum dicto excommunicato in vna, & eadem menſa formaliter, hoc eſt, in menſa, quæ licet ſit multiplex materialiter, vna reputetur formaliter, vt accidit in ſeminariis, & Refectoriis Religioſorum, in quibus, licet diuerſæ menſæ ſint diſpoſitæ, pro vna formaliter reputatur. Sic Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 3. Bonacina *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. *n.* 6. & alij. Quæ explicatio ex mox dicendis planior fiet. Sic ergo

Qvæstio XXVII.

An ſit licitum, comedere cum excommunicato in vna, & eadem menſa, ſi id fiat, animo non ſe communicandi?

Affirmat, (vt vidimus *quæſt.* 24.) Eman. Sà, ex Petro Soto *lect.* 3. *de excommunic. fol. mihi* 212. ſic dicente: Qualis intelligatur participatio orationum, Sacramentorum, vel menſæ, aut ſocietatis humanæ, multa ſpecialiter traduntur, quæ medioeris iudicij arbitrio potius relinquenda ſunt. Vt eſt illud: Si quis in eodem fortè hoſpitio, & menſa comedat cum excommunicato, nec inuitatus ab eo, neque contrà, ipſum inuitans. Vbi certum eſt non eſſe communicationem veram voluntatum, & animorum, quamquam caſu in eodem loco conueniant. Propriè itaque participare menſæ eſt, vel inuitaſſe, vel inuitatum fuiſſe ab excommunicato; vel cum illo ſimul inuitatum eidem conuiuio intereſſe, etiamſi ſint diuerſæ menſæ, vel loca. Hucuſque Petrus Sotus. Cui ſententiæ ſatis fauent DD. citati pro prima, *quæſt.* 15.

Sed probabilius reſpondeo: non eſſe licitum, quia, quod adſit, vel non adſit animus communicandi cum excommunicato, nihil refert, ſi adſit communicatio exterior cum illo in comeſtione, & compotatione in eadem menſa formaliter. Eccleſia námque non reſpicit animum interiorem, quem per ſe vetare non poteſt, ſed exteriorem actionem comeſtionis, & potationis in eadem menſa formaliter; igitur ſi hæc adſit, nil obſtat, vt incurratur cenſura, quod deficiat animus. Sic debent aſſerere Suarez, & Hurtad. citati in ſimili *quæſt.* 15. & 20.

Qvæ

Digitized by Google

Qvæstio XXVIII.

An ſaltem, ſit licitum, comedere cum excommunicato in vna, & eadem menſa formaliter, ſi id fiat, abſque mutua ſocietate?

Affirmat, contra Auilam, aſſerentem non eſſe licitum manducare, cū excommunicato in aliqua menſa paruula; eo quod tunc cenſeatur communicatio in menſa, Diana *part. 5. tract. 9. reſol.* 221. his verbis. Hæc Auila. Sed quoad hoc vltimum tu cogita. Quia, quando caſu, & abſque ſocietate conceditur, quamuis fiat in eadem menſa, licèt paruula, tunc verè vnus non communicat cum altero per modum ſocietatis: ergo. Et ideo, ex Suarez, Hurtado *diſp. 9. de excommun. diff. 1. n. 6.* docet, loquens de cohabitatione ſignificata per particulam, *Communio*, quod non prohibita ſit, quando caſu, & ſaltem materialiter accidit, etiam in eodem lecto. Si igitur quis non dicitur communicare cum excommunicato, ſi caſu communicat, & dormiat cum illo in eodem lecto, dicendum eſt, etiam non communicare cum illo, ſi comedat in eadem menſa, licèt paruula, quando, v. g. ſi aliquis in eodem hoſpitio pernoctaret, & vna menſa, licèt paruula, aſſignaretur ſimul cum excommunicato, vt de eodem lecto diximus cum Hurtado *ſuprà*, & dicit Mercerus *de Sacram. in 3. p. q. 21. dub. 10.* Præpoſitus *in 3. p. q. 2. de excommun. dub. 1. n. 96.* & Faber *de Cenſur. in 4. ſentent. diſt. 25. q. 1. diſp. 4. cap. 6. n. 207.* Hucuſque Diana Suarez etiam *diſp. 15. ſect. 1. n. 6.* Bonacina *diſp. 2. q. 2. punct. 6. n. 6.* & Viuald. *de excomm. n. 89.* His accedit Petrus Sotus *loc. q. 23. cit.* dicens, licitum eſſe comedere in eadem menſa, ſi non inuitat, nec inuitatur ab excommnnicato.

Sed probabilius reſpondeo: Nullo modo eſſe licitum comedere cum excommunicato vitando, in vna & eadem menſa formaliter, ſeu in vna & eadem menſa paruula etiam caſu, quo nec inuitet quis, nec inuitetur ab excommunicato: Secus verò in vna menſa materialiter vna, & formaliter multiplex. *Primò*, quia in iure abſolutè prohibetur fideli cum excommunicato veſci, aut ad menſam eius accedere, *c. excommunicatos, cap. Cùm excommunicato, & cap. Ad menſam* 11. *q. 3.* vt vidimus *ſupr. q. 2. & 3.* ergo ad minus hæc prohibitio intelligenda eſt de comeſtione, & potatione in eadem menſa formaliter, vt eſt menſa paruula.

Secundò, quia, qui cum excommunicato veſcitur in eadem menſa paruula, verè dicitur communicare cum illo in menſa, & in foro exteriori, habere cum illo ſocietatem externam, quàm iura ſolùm prohibent: ergo, ablata etiam alia quacumque ſocietate animorum, aut inuitatione, illa ſufficiet, vt incurratur, & peccatum, & cenſura. Sic Archidiac. & Plouc *ſup. q. 20. cit.* Henriquez *lib. 13. cap. 7. n. 3.* his verbis: Menſa prohibetur, nempe, ne cum excommunicato comedat in eadem menſa formaliter. *Et infra adiungit.* At in diuerſorio, vbi eſt longa tabula pro menſa, licebit comedere ſeparatim in diuerſa parte tabulæ: quia moraliter reputatur alia menſa. Sic Henriquez. Auila etiam *2. p. cap. 6. diſp. 9. dub. 11.* ſic ſcribens: Et nota, quod non tam eſt conſideranda vnitas materialis menſæ, quàm vnitas moralis menſæ, ſeu prandij ad arbitrium viri prudentis. Hinc ſequitur primò, quod ſi in aliquo hoſpitio ſit aliqua menſa mediocris longitudinis, & in vna parte menſæ comedat excommunicatus non toleratus, & in altera parte comedat alter non excommunicatus in eodem tempore, nullam facientes ſocietatem, ſed vnuſquiſque per ſe, non cenſentur communicare in menſa quamuis iidem cibi apponantur illis, quia illa ſunt veluti diuerſa prandia. Sic aliqui viri docti. Dixi, *mediocris longitudinis:* nam quando menſa eſt paruula, cenſebitur communicatio in menſa. Hucuſque Auila. Quibus addi poſſunt, Alterius *cap. 1. cit. in fine.* Nauarr. D. Anton. & Syluester apud ipſum Villalob. *tract. 17. diff. 13. num. 1. in fine.*

Ad caſum hoſpitis pernoctantis in hoſpitio iam dico *quæſt. ſequenti.*

Qvæstio XXIX.

An liceat iter agenti, ſedere in hoſpitio, in eadem, etiam paruula menſa, cum excommunicato vitando?

Affirmant, vt vidimus, Suarez, Hurtad. Mercerus, Præpoſitus, Faber, Diana, Bonacina, & Viualdus, qui quærens, an ſi quis in alio hoſpitio iter agens, & ſtans ad menſam, accedat excommunicatus, & ſedeat in eadem menſa, vel in diuerſa, ad manducandum? Reſpondet, Illud non eſſe communicare in menſa, nam ſi in diuerſis menſis ſedeant, patet non communicare: Si verò ſedeant, in eadem menſa, illud eſſet, diuerſa prandia formaliter ſumere, licèt idem prandium materialiter. Ita Viualdus.

Negant contrà alij dicentes minimè id, etiam in propoſito caſu licere, iter agenti, ſed teneri non excommunicatum ſurgere à menſa, & fugere ad aliam ipſius hoſpitij partem. Ita D. Antonin. *3. part. tit. 25. cap. 2.* ſic loquens: Quartò prohibetur cum excommunicato participare in menſa. Sed ſi hoſpitatus ſum in aliqua domo ad menſam, & ſuperueniat, & ingerat ſe excommunicatus, ſecundum Guil. ſi eſt publicè excommunicatus, teneor fugere, non obſtante cuiuſcumque ſcandalo. Si vero eſt excommnnicatus occultus, & non poſſum, ſine eius nota, ſurgere, non teneor ſurgere. Item ſuperueniente publicè excommunicato, non teneor exire de domo. Imo etiam ſi ſcirem aliquem publicè excommunicatum receptum eſſe in aliqua domo, poſſum ibi hoſpitari, ſi tantæ capacitatis ſit locus, quod poſſum eius communionem vitare. Nam licet mihi cum excommunicato in eadem camera comedere, ſed non in eadem menſa; ſimiliter, nec in eodem lecto iacere. Hucuſque D. Anton. Quem ſequuntur Syluest. *excommun. 5. n. 3.* & Nauarr. *cap. 27. num. 20.* Henriquez, & Auila *locis nuper citatis.*

Sed ego conſequenter ad reſolutionem in ſimili caſu datam, *ſupra quæſt. 24.* Reſpondeo dicendum: licere quidem iter agenti ſedere in hoſpitio in eadem menſa, etiam paruula cum excommunicato vitādo, vt aiunt Authores primæ ſententiæ, non ob rationem ab illis aſſignatam, nempe, quia ibi non reperiatur communicatio in eadem menſa formaliter, neque comedatur cum ſocietate; cum contra hoc ſit, quod reperiatur communicatio in eademmet menſa, vna formaliter, modò à nobis explicato: ſed quia neceſſitas itineris, hoſpitatio in aliena domo, compellit itinerantem, vt tam in lecto, quàm in menſa hoſpitanti obtemperet: ob quam cauſam ab incurſione cenſuræ in tali caſu excuſatur. Neceſſitas námque excuſat quem ab incurrenda cenſura, *vt infra* dicemus. Sic innuit Filliucius *cap. 5. cit. q. 7. n.* 88.

Qvæstio XXX.

An liceat alicui, comedere cum excommunicato in conuiuio alicuius tertij, à quo vterque eſt inuitatus?

Negant quidam abſolutè, & ſine diſtinctione vlla. Quia exiſtimant, non ſolum vitandum eſſe huiuſmodi conuiuium cum excommunicato in eadem menſa, ſed etiam in diuerſis, ſi ſit in eadem domo, quamuis eſſent in diuerſis cubiculis. Ita docet Cornejo *diſp. 10. de excommun. §. 10. quæſt. vlt.* his verbis: Vnde non liceat comedere & bibere ſimul cum excommunicato

Digitized by Google

nicato in eadem menſa, neque in diuerſis, quando ad idem conuiuium ſpectant, & ſi ſint in diuerſis cubiculis, quia cum ad idem conuiuium ſpectent, eadem menſa cenſetur. Ita ille, & alij, apud Suarium *diſp.* 15. *ſect.* 1. *num.* 7.

Sed probabilius reſpondeo: Non licere comedere cum excommunicato in conuiuio in eodem cubiculo, etiam in diuerſa menſa: ſecus verò ſi id fiat in diuerſo cubiculo. Quia in hoc caſu inuitatus, qui non accumbit ad menſam excommunicati, non peccat, eo quod tunc non cenſeatur mortaliter ſimul edere in eodem conuiuio: bene tamen in caſu primo. Sic Henriquez *lib.* 13. *cap.* 7. *n.* 3. per hæc verba: Menſa prohibetur, nempe ne cum excommunicato comedat in eadem menſa formaliter. Nec in eodem conuiuio alicuius tertij, à quo vterque eſt inuitatus, niſi locus ſeparatus eſſet ab excommunicato, in diuerſa domo, aut cubiculo eiuſdem inuitantis. At ſi in eodem cubiculo videat accumbere excommunicatum, fugiat ex menſa (quamuis menſæ inuitantis eſſent inter ſe ſeparatæ) ne videatur communicare, & moraliter ſimul edere in eodem conuiuio. Sic Henriquez. Et penes ipſum, Petr. Sotus cum Innocentio, Anton. Nauarr Aſtenſ. Roder. & Palacius Quibus addi poſſunt, Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 7. Auila 2. *p. c.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 11. *verſ. Secundo ſequitur.* Sayrus *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 13. Vgolinus *tab.* 2. *cap.* 23. §. 2. Reginald. *n.* 86. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. *n.* 6. Villalob. *tr.* 17. *diff.* 13. *n.* 1.

Qvæstio XXXI.

An Religioſus, qui ſcit in ſuo refectorio adeſſe aliquem excommunicatum vitandum, teneatur à menſa ſurgere, & in alia parte comedere?

Reſpondeo ex dictis: Teneri, quia aliàs participaret cum excommunicato in menſa vna formaliter. Sic Auila *loc. cit.* ita dicens: Tertiò ſequitur, quod ſi in aliquo refectorio Religioſorum, ſederet in menſa vnus excommunicatus non toleratus, reliqui ibi ſedentes, licèt in aliis menſis, dicerentur communicare cum illo in menſa. Sic ille. Et Villalob. *loc. cit.* ſic: [*Menſa*, dize que tan poco es licito comer con el a vna meſa, ni aun en diuerſa meſa, ſi eſtuuieſſen en vna pieza (porque no caben todos à comer en vna) que todo aquello ſe llama vna meſa, quanto a eſte efecto: como ſon las meſas, que ſe ponen en las Cofradias, y en los refectorios de los Religioſos y Colegios. Ita ille. Bonacina *loc. cit.* & alij.

Addit Auila, idem eſſe dicendum quando ex teſtamento alicuius, aut memoria in eadem die, & hora, diſtribuitur cibus per vicinos oppidi. Si enim conueniāt in eundem locum, vt ſimul ſumant, & edant cibum, dicuntur communicare in menſa, & ideo nequibunt abſque peccato, & incurſione Cenſuræ, id facere præſente inter illos excommunicato vitando. Secus eſt, ſi detur cibus vnicuique in loco quidem communi, tamen ita datur, quod poſſit illum obſeruare, vt comedat in propria domo: nam tunc non eſt conuiuium, ſed eſt ſicut eleemoſyna, quam quiſque reportat. Sic ille *loc. cit. verſ. Quartò ſequitur.*

DISPVTATIO XIV.

De eodem ſeptimo effectu Excommunicationis: nempe, de culpa, quam non excommunicatus incurrit, ex communione cum excommunicato vitando, & è contra.

Qvæstio Prima.

An fidelis communicans in rebus ciuilibus, & actionibus humanis, cum excommunicato vitando, peccet mortaliter?

Affirmant abſoluè Goffr. *in ſumma, tit. de ſent. excomm* & Reymund, apud Syluestrum *vbi infrà*. Quorum ſententiam putat Archid. veram, quando communicatur cum excommunicato ab homine, non à canone, quia mitius agitur cum lege, quàm cum legis miniſtro, *ff. de arbitr. l. Celſus.* Tenet etiam poſt hos Faber *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *diſp.* 4. *cap.* 2. *num.* 51. In quos etiam inclinauit Abbas *in cap. Sacris, de iis, quæ vi, & met.*

Horum fundamentum eſt. *Primum* aliqui iuris textus, ſed præcipuus textus *in cap. Sacris, de iis, quæ vi, metúſve ca. fui.* vbi agitur de culpa, quæ contrahitur ab illo, qui inuitus communicat cum excommunicato: & concludit Pontifex, incurri excommunicationem minorem ob communicationem cum excommunicato, & reddit rationem: *Cùm pro nullo metu debeat quis peccatum mortale incurrere:* ergo ob communicationem cum excommunicato incurritur peccatum mortale.

Secundum, quia per communicationem cum excommunicato vitando incurritur excommunicatio minor, & per hanc priuatur quis participatione paſſiua Sacramentorum: at ſic eſt quod per peccatum veniale nemo excluditur à perceptione Sacramentorum: ergo neceſſario debet eſſe mortale per quod à dicta perceptione quis priuetur.

Sed probabilius longè multo reſpondeo ſolum peccare venialiter: exceptis caſibus infrà referendis. *Primò*, quia ſi communicatio cum excommunicato eſſet peccatum mortale, non permitteretur ob neceſſitatem famis; nec ſeruis liceret communicare Dominis: at oppoſitum eſt definitum *cap. Quoniam multos* 11. *q.* 3. *& cap. Inter, de ſent. excomm.* ergo.

Secundò, quia lex, etiam ex ſuo genere grauis, in materia leui obligat tantum ſub veniali: at ſic eſt, quod communicatio in actionibus humanis, & communibus, reputatur vt materia leuis; tum, quia non ſunt actiones magni momenti: tum etiam, quia indirectè & ſecundariò ratione excommunicationis ſunt prohibitæ: ergo. Sic tenent communiter omnes. Hoſtienſ. & Ioan. Andr. quos citat, & ſequitur Nauarr. *cap.* 27. *n.* 28. *&* 29. Couarr. *in cap. Alma mater*, 1. *p.* §. 3. *n.* 7. vbi ait, hanc reſponſionem, omnium Theologorum & Canoniſtarum ſuffragio eſſe receptiſſimam. S. Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 3. *& in addit. q.* 23. *art.* 3. *& quodlib.* 11. *art.* 9. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 1. *art.* 4. Syluest. *excomm.* 5. *n.* 6. *verſu, Quarto participando.* Caiet. *verb. excomm. ſine.* Henriquez *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 1. Alcoçer *cap.* 17. Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 2. *n.* 2. Vaſquez *de excommun. dub.* 7. *num.* 8. Vgolinus *tab.* 2. *cap.* 23. *cap.* 14. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 20. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 12. *cap.* 1. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 1. *n.* 5. Filliuc. *tract.* 13. *cap.* 5. *quæſ.* 8. & anteà *cap.* 3. *quæſ.* 4. Sà *verb. excommunicatio, num. vlt.* Toletus *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. Luyſius *lib.* 2. *diſp.* 12. *dub.* 2. Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 8. *dub.* 3. *dicto* 2. Ægidius *diſput.* 14. *dub.* 14. *num.* 149. Hurtadus *diſput.* 9. *de excommunicat. diff.* 2. Syluius *in* 3. *part. quæſt.* 23. *art.* 3. Mercerus *in* 3. *p. de Sacrament. q.* 21. *dub.* 10. Præpoſitus *quæſt.* 2. *de excommun. dub.* 15. *n.* 99. Cornejo *diſput.* 10. *de excommun. poſt* §. 10. *dub.* 1. Ioan. de Cruce *in director. part.* 2. *de excommunic. ante dub.* 14. *n.* 14. Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 2. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 13. *concl.* 2. dicens, ſic tenere omnes Doctores. Machado *lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 3. *docum.* 15. *num.* 1. *&* 5. Palao *diſput.* 2. *de Cenſur. punct.* 18 *fine.*

Ad primum in contrarium reſpondeo cum Couarruuias, quod ille textus loquitur, de excommunica- tione,

tione, quæ habetur cum excommunicato, in diuinis, in crimine, vel in contemptum; non de illa quæ cum illo in humanis habetur.

Ad ſecundum concedendum eſt,& quod per communicationem cum excommunicato vitando,ſeu non tolerato, incurrat quis excommunicationem minorem,per quam priuatur paſſiua receptione Sacramentorum;& rurſus,quod per peccatum veniale præcisè, & nudè ſumptum, nemo excludatur à perceptione Sacramentorum: negandum tamen eſt, quod neceſſariò debeat priuari quis â dicta perceptione ſolum per peccatum mortale: cum & priuari queat per cenſuram, & ſententiam excommunicationis minoris contractæ ob ſolum peccatum veniale: nam hoc verè eſt in poteſtate Eccleſiæ, infligentis in inobedientes ſui pœnam priuationis paſſiuæ receptionis Sacramentorum, ob cenſuram incurſam ſolum ob veniale. Vnde licet priuatio participationis paſſiuæ Sacramentorum ſit graue damnum, quia tamen poteſt quis ab hac pœna facillimè liberari, ideò regulariter excommunicatio minor incurritur ob peccatum veniale.

QVÆSTIO II.

An ſaltem, peccet mortaliter quis, caſu quo frequenter cum excommunicato vitando, in dictis actionibus humanis communicet?

AFfirmant abſolutè, & ſine diſtinctione Suarez *diſp.*15.*ſect.*2.*num.*11. Ægidius *diſp.*14.*num.*149. & Filliucius *tract.*13. *cap.*3. *quæſ.*3. *num.*43. & *cap.*5. *quæſ.* 9. *num.*92. Quos refert, ac ſequitur Bonacina *diſp.*2. *quæſt.*2. §.1. *num.*6. & etiam Villalob. *tract.*17. *diff.*13. *num.*4. Quorum fundamentum eſt, quia quamuis ſinguli actus communicationis ſint materia leuis: nihilominus multitudo actuum, ſi ſumantur per modum vnius, poteſt conſtituere materiam grauem ſufficientem ad mortale.

His authoribus addi poſſunt alij antiqui, qui exiſtimarunt, frequentiam actuum eſſe quendam contemptum; adeò quidem, vt ſi quis frequenter legem tranſgrediatur, id facere dicatur ex contemptu: ergo iuxta horum ſententiam ſi iſta communicatio cum excommunicato fieret adeò frequenter ac ſi non eſſet excommunicatus, eſſet peccatum mortale. Ita Ioan. Andr. *in cap. Sacris, cit.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de ſentent. excommunicat.* §. *Neceſſe* & Durand. *in* 4. *diſt.*18. *quæſt.*5. Quibus adhærere videtur Nauarrus *cap.*27. *num.*29.

Sed probabilius reſpondeo: Adhuc non peccare mortaliter; ſed venialiter tantum. Quia probabilius eſt, quod neque frequens legis tranſgreſſio ſit contemptus, vt expreſsè docet D. Thom. 2.2. *quæſt.*136. *art* 9. ſic dicens: *Quando autem propter aliquam cauſam, putà concupiſcentiam, vel iram, quis inducitur ad aliquid faciendum contra ſtatuta legis, non peccet ex contemptu, etiamſi frequenter ex eadem cauſa, vel alia ſimili, peccatum iteret.* Sic Doctor Sanctus, & cum eo omnes Diſcipuli: Neque multitudo actuum venialium conſtituit materiam grauem in hac materia, in qua dicti actus non coaleſcunt inter ſe ad conſtituendam vnam materiam. Ideóque hanc noſtram ſententiam tenet apud Bonacinam, Auila 2. *part. cap.*6. *diſput.* 8. *dub.* 3. *concluſ.*2. *verſ. Nota ſecundò.* Sayrus *lib.*2. *cap.*12. *num.*4. & Reginaldus *lib.*32. *num.* 92. quibus addi poſſunt Henriquez *lib.*13. *cap.*8. *n.* 1. *in Gloſſa lit. B.* vbi ait, rarò hic dari contemptum cum peccato mortali. Alterius *lib.*1. *diſp.* 12. *c.*6. Diana *p.*5. *tract.*9. *reſol.*2. & alij.

QVÆSTIO III.

An ad minus, peccet mortaliter, qui in huiuſmodi humanis actionibus communicat cum excommunicato vitando, ex contemptu formali excommunicationis, & Clauium Eccleſiæ?

REſpondeo tanquam certum: Tunc peccare mortaliter. Sic communiter Doctores. Ex quibus præcipuè ex D. Thom. 2.2. *q.*136. *art.*9 *ad* 3. & *q.* 105. *art.* 1. *ad* 1. & 2. & *ibi* Caiet. & *in ſum. verb. contemptus.* Adrian. Caſtro, & aliis, quos refert, & citat Alterius *loc. cit.* Notandum eſt, quod duo requirantur, vt verè, & propriè quis dicatur delinquere ex contemptu. *Primum* eſt legis tranſgreſſio, quæ eſt actus ipſe peccati. *Secundum* eſt, contemptus legiſlatoris, id eſt, cauſa peccandi; idcircò enim vult tranſgredi legem, quia Superior prohibuit. Et huiuſmodi contemptus eſt cauſa peccati mortalis, etiam in illis præceptis, quorum tranſgreſſio, ſolum eſſet peccatum veniale: vt contingit in præſentiarum. Ideóque hanc reſponſionem docent citati Doctores. Et etiam Cornejo *diſp.*10. *de excommun. poſt* §.10. *dub.* 1.

QVÆSTIO IV.

An qui communicat cum excommunicato vitando, contra præceptum Superioris interdicentis, ſub pœna excommunicationis, huiuſmodi communicationem, peccet mortaliter?

REſpondeo tanquam certum: Peccare mortaliter, & excommunicationem incurrere. Quia tunc, talis tranſgreditur præceptum ſuperioris id ſub mortali præcipientis. Vnde ibi duplex reperitur peccatum, nempe contra obedientiam iuris, & iudicis: & primum, vt ſic, vt veniale; ſecundum verò mortale. Quia vt ſupra eſt habitum, mitius agitur cum lege quàm cum homine. Sic Nauarr. *cap.*27. *n.*31. *verſ. Quarta*, & *n.*36. *verſ. Ad quartum.* Henriquez *lib.*13. *cap.*8. *n.*1. *verſ. Secundo quando.* Suarez *diſp.*15. *ſect.*2. *n.*12. & 17. Alterius *lib.*1. *diſp.*12. *cap.*7. *in princip.* Filliuc. *tract.*13. *c.*3. *quæſ.*3. *dicto* 2. *n.*43. Villalob. *tract.*27. *diff.*13. *n.*5. ita dicens: [Si el Iuez puſieſſe precepto de deſcomunion mayor à alguno, que no trataſſe con el deſcomulgado, ſeria pecado mortal hazer lo contrario: porque es toda la materia de aquel precepto, y obliga à pecado mortal. Mas no puede el Iuez poner eſta deſcomunion, ſino es por ſentencia eſpecial, y contra perſonas ciertas, auiendo precedido monicion, que de otra manera ſeria nula conforme à derecho. *cap. ſtatuimus, de ſent. excomm. in* 6.] Sic ille.

QVÆSTIO V.

An etiam peccet mortaliter, qui communicat cũ excommunicato vitando, in crimine criminoſo?

REſpondeo tanquam certum: Et peccare mortaliter, & incurrere excommunicationem maiorem. Quia incidit in eandem materiam excommunicationis: & in eandem maiorem excommunicationem, ex *c. Nuper*; & ex *c. Concubinæ, de ſent. excom.* quam incurrere non poſſet, ſi talis communicatio peccatum mortale non eſſet. Vnde ſi quis, v. g. eſt excommunicatus vitandus, quouſque ſoluat debitum, quicumque illi conſilium, fauorem, aut auxilium præſtat, ne tale ſoluat debitum, mortaliter peccat, & incurrit in eandem maiorem excommunicationem, quia eſt participans in eodem caſu, & peccato pro quo lata fuit excommunicatio. Sic omnes Doctores. Legantur D. Thom. *in* 4. *diſt.*18. *q.*2. *art.* 4. *quæſtiunc.* 3. *ad* 4. & *in addit. q.*23. *art.*2. Nauarrus, Henriquez, Suarez, & Filliucius *loc. cit.*

Alterius

Alterius *loc.cit.cap.*9.Palao *diſp.*8.*punct.*18.*num.*5. Bonacina *diſp.*2.*quæſt.*2. *punct.*6.§.1.*num.*8. Sotus *diſt.*22. *quæſt.*1.*art.*4.Couarr.*in cap. Alma mater*,1.*part.*§.3.*n.*6. Cornejo *diſp.*10.*de excommunic.*§.10.*dub.*1.Auila 2.*part. cap.*6.*diſp.*10.*dub.*1.& 3.Villalob.*loc.cit.num.*6.Hurtad. *diſp.*9.*diff.*2.& 3.Machado *lib.*1.*part.*3.*tract.*3.*docum.*15. & alij omnes. Qui tamen aliquas exigunt conditiones, vt quis hanc excommuncationis pœnam incurrat, de quibus iam dicam.

Qvæstio VI.

An requirantur aliquæ conditiones, vt quis, participans in crimine cum excommunicato, peccet mortaliter, & incurrat excommunicationem maiorem?

RESpondeo requiri conditiones quinque. *Prima* eſt, quod communicet cum excommunacato in crimine, poſtquam criminoſus excommunicationem contraxit propter tale crimen. Et ex hac conditione ſequitur, prædictam excommunicationem non incurri ab eo, qui communicat in primo actu, propter quem criminoſus principalis incurrit excommunicationem; quia non communicat cum excommunicato pro tunc. Vnde ſi aliquis perſuadeat, aut cooperetur Religioſo, vt temerè dimittat habitum, non incurret hanc ſpecialem, de qua nunc loquimur, excommunicationem: incurret tamen illam, ſi poſtquam Religioſus manet excommunicatus propter dimiſſionem habitus, perſuadeat illi, vt non reaſſumat habitum.

Secunda conditio, quæ requiritur, eſt: quod communicatio, ſeu participatio ſit in eodem crimine, propter quod alter iam fuit excommunicatus. Ex qua conditione ſequitur: quod ſi quis ſciens Petrum eſſe excommunicatum, quia non ſoluit quod debet, & conſúlat illi, ne ſoluat, cum commodè poſſit, tunc verè communicat cum illo in crimine criminoſo, & incurrit eandem excommunicationem maiorem: Secus verò ſi adiuuaret excommunicatum ac hoc, vt non caperetur à Iudice, eo animo, vt non ſuſpendatur, vel vapulet ab illo propter tale furtum (non verò eo animo, vt non reſtituat) quia tunc non communicat in eodem crimine, propter quod principalis fuit excommunicatus, & ideo non incurrit huiuſmodi maiorem excommunicationem.

Tertia eſt, quod communicet cum criminoſo, ſciens illum iam incurriſſe excommunicationem propter tale crimen: aliàs excuſabitur à tranſgreſſione prohibitionis communicationis in crimine iam punito ipſa excommunicatione, & conſequenter ab excommunicatione, quæ contra ipſum communicantem fertur. Nam *in cap. Nuper, de ſentent. excommun.* dicitur, *quod participet ſcienter.*

Quarta eſt, quod is cum quo communicat in crimine, ſit nominatim excommunicatus, & denunciatus. Conſtat ex dicto cap. *Nuper.* Equa conditione colligitur (contra Victoriam *de excommun. n.*10. & alios) quod participans cum notorio percuſſore Clerici, non incurrat prædictam excommunicationem, niſi aliàs talis percuſſor denunciatus fuerit excommunicatus: eo quod in dicto cap. *Nuper,* ſolum fit mentio de participante cum nominatim excomunicato: ibi: *Vtrùm qui nominatim excommunicatis ſcienter communicant*, &c. Et infra: *In ſecunda verò quæſtione, credimus diſtinguendum: An is, qui nominatim excommunicato communicat, ſcienter in crimine communicet criminoſo, ei conſilium impendendo, auxilium, & fauorẽ*, &c. Sic loquitur Innoc. III.

Quinta eſt; quod communicatio, aut cooperatio in crimine, non ſit adeò leuis, vt pro nihilo habeatur: nam ad incurrendam maiorem excommunicationem requiritur materia grauis, & ſufficiens ad peccatum mortale. Sic docent communiter Doctores tam Theologi, quàm Canoniſtæ. Qui addunt, eadem excommunicatione ligari ipſum Epiſcopum, aut alium Prælatum excommunicantem, excepto Papa; eo quod huiuſmodi teneantur ſeruare ius commune, quale eſt cap. *Nuper, citatum,* & ideo tranſgrediendo illud, afficiuntur excommunicatione iure communi lata, de quo nos ſtatim. Legantur Nauarrus *cap.*27.*n.*33.& 11.Couarr. *in cap. Alma mater*, *p.*1.§.3.*n.*5.Henriquez *lib.*13.*c.*9.*per totum.* Suarez *diſp.*15.*ſect.*2.*num.*7.& *ſect.* 7.*n.*4.Alterius *lib.*1.*diſp.* 12.*cap.*9.*per totum.* Vaſquez *dub.*7.*de excomm.* Auila 2.*p.cap.*6.*diſp.*10.Sayrus *lib.*2.*cap.*11.*n.*6. Vgolin.*tab.*1 *cap.*13.§.8.Filliuc.*tract.*12.*cap.*9.*quæſ.*8.*n.* 112. & *tract.*13.*cap.*3.*quæſ.*5.*num.*46.Reginald.*lib.*, 2.*n.*96. Sanchez *lib.*2 *ſumm cap.*10.Bonac. *diſp.*2.*quæſ* 2 *punct.* 6.§.1.*n.*9.Hurtad.*diſp.*9.*de excomm.diff.*3.Ægidius *diſp.* 14.*dub.*13.Villalob.*tract.*17 *diff.* 13.*n.*6.Machado *lib.* 1.*p.*3.*tract.*13.*docum.*15.Palao *diſp.*2.*punct.*18.*n.*5.& alij.

Qvæstio VII.

An huiuſmodi excommunicatio lata in participantes in crimine criminoſo, ſit iuris?

NEgat Gloſſa *in cap ſtatuimus, de ſent. excomm. in* 6. *verb. Conſtitutionibus.* ex Ber. ita dicens: Notat autem hic Ber. quod ſi Epiſcopus communicat in crimine cum excommunicato à ſe, quod non incurrit maiorem excommunicationem: quia ſic communicans peccat in eo qui damnauit, & ab eo eſt abſoluendus *ſuprà eod. Nuper.* Sed iſte ſua ſententia ſe ligare non potuit, *ff. de arb. l. pen. ff. de Iud. l. Iulianus.* Tamen dicit quod minori excommunicatione ligatus eſt, quæ à iure contrahitur, &c. *Et infra.* ergo non eſt ſententia Canonis, quia tunc abſoluetur à proprio Ordinario. Hæc Gloſſa.

Sed probabilius longè multo reſpondeo dictam excommunicationem eſſe iuris, non hominis: & ideo ſi Prælatus inferior Papa excommunicans, communicet cum excommunicato à ſe, verè incurrit excommunicationem maiorem; quia ligatur authoritate iuris. Hæc reſponſio conſtat apertè ex his verbis cap. *Nuper, citati,* videlicet: *Quamuis enim & tunc, non iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato communicans ſit litigatus*, &c. ergo ex iure conſtat, dictam excommunicationem eſſe iuris, non hominis, & conſequenter omnem Prælatum inferiorem Pontifice communicantem cum excommunicato à ſe, dictam excommunicationem incurrere. Sic D. Thom. 3.*part.tit.*24. (non 25. vt leges apud Auilam) *cap.*35. & penes illum, Anchar. Innocent. & Ioan. Andreas. Sic etiam Syluester *excom.*8. *num.*11. Abbas *in d.cap. Nuper.* vbi fatetur hanc eſſe opinionem communem. Cardin. *ibidem*, & Couarr. *in cap. Alma mater*, 1.*part.*§.3.*n.*5. Auila 2.*p.cap.*6.*diſp.*10. *dub.*3.*concl.*3. Suarez *diſp.*15.*ſect.*7.*n.*4. Vaſquez *dub.*7. *de excommun. n.*5. & *dub.*10.*n.*6. Filliuc. & Hurtad. *loc. cit.* Bonac. *loc cit.n.*8.

Qvæstio VIII.

An huiuſmodi excommunicatio incurratur toties, quoties quis participat cum excommunicato in crimine criminoſo?

RESpondeo affirmatiuè, modò participationes ſint moraliter diuerſæ. Sic Nauarr. *cap.*27. *num.* 112. ita dicens: Tertia declaratio in ſolutione proprij dubij, quod ſicut qui percutit pluries Clericum, ita vt appellentur diuerſæ percuſſiones, iuxta dicta *ſuprà eod.cap.*6.*num.*16.& *ſeqq.* ſingulis vicibus incurrit excommunicationem: ſic qui participat in crimine multoties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratæ

participationes, ſingulis vicibus incurrit excommunicationem. Sic Doctus Nauarrus. Et poſt illum, Henriquez ſic: Si verò ſæpe participet, in crimine cum denunciato, augentur excommunicationes ex multiplici cauſa: ſed quia reputantur quaſi vna mortaliter grauior, ſolent vna abſolutione auferri. Sic ille *lib.* 13. *cap.* 9. *in fine.* Bonacina etiam *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 1. *n.* 8.

QVÆSTIO IX.

Quiſnam poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa, ob communicationem cum excommunicatò in crimine criminoſo?

Reſpondeo tanquam certum: Quod poteſt ille ſolus, qui poteſt abſoluere principalem cum quo communicauit, vt patet ex *cap. Nuper, citato*, & ideo ſi excommunicatio Principalis fuerit reſeruata, etiam erit reſeruata excommunicato participantis: ſi verò illa nulli fuerit reſeruata, nec iſta erit. Sic ex dicto capite *Nuper*, docent omnes Doctores. Legantur Nauarrus *cap.* 27. *num.* 112. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 9. *num.* 1. vbi ſic ait: Hanc participantis excommunicationem extendit ius ad eum, qui conſilio, auxilio, vel fauore participat: & abſolutio ab excommunicatione ſic participantis reſeruatur ei, cui alterius complicis excommunicatio erat reſeruata. Sic Henriquez. Et penes ipſum Armilla §. 50. Syluester *excommun.* 8. *num.* 11. & Couarr. *num.* 5. *citato.* Qui & addunt, non teneri nos vitare ſic participantem eo quod non ſit nominatim denunciatus, ſed à iure. Sic etiam Auila, Bonacina, & alij *ſupra citati.*

QVÆSTIO X.

An item peccent mortaliter, & incurrat excommunicationem maiorem, Clericus, qui ſcienter, & ſponte admittit ad officia diuina excommunicatum nominatim à Papa?

Reſpondeo affirmatiuè, quia ſic decreuit Clemens III. *in cap. ſignificauit, de ſentent. excommun.* his verbis: *Verum Clericos, qui ſcienter, & ſponte participauerunt excommunicatis à nobis, & ipſos in officiis receperunt: eadem excommunicationis ſententia cum ipſis non dubitamus inuolui: quos etiam pro beneficio abſolutionis habendo, ad nos volumus cum litterarum tuarum inſinuatione remitti.* Sic textus totus. Et ſic omnes Doctores explicantes dictum textum: & colligentes ex illo, has quinque neceſſarias conditiones, vt quis incurrat huiuſmodi maiorem excommunicationem Pontifici reſeruatam. *Prima* eſt, quod communicans ſit Clericus. Vnde laicus participans cum dicto excommunicato in diuinis, licet peccaret mortaliter, non incurreret maiorem excommunicationem, quia dictus textus de ſolis Clericis loquitur. Syluester *excomm.* 5. §. 22. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 12. *cap.* 8. & alij.

Secunda eſt. Quod communicet ſcienter; hoc eſt, ſciens illum, cum quo communicat, eſſe excommunicatum à Papa. Ex qua conditione colligitur, quod excuſetur ab excommunicatione Clericus, qui ignorat, etiam ignorantia craſſa, illum cui communicat, eſſe denunciatum à Papa. Caiet. *in ſum. verb. excommunicatio, cap.* 58. Syluester *loc. cit.* Nauarr. *cap.* 27. *n.* 93. Alterius *loc. cit.* & alij.

Tertia eſt. Quod communicet ſponte, hoc eſt, non motus metu aliquo, aut vi adhuc leui. Ex qua conditione infertur, quod in foro conſcientiæ excuſetur à dicta excommunicatione Clericus, qui excommunicato à Papa communicet ductus metu, etiam leuiori, alicuius grauis damni, dummodo metus ſit cauſa illi communicandi, quia non cenſetur id ſponte facere, vt textus requirit. Nauarrus, Syluester, Alterius *citati.* Et Hurtad. *diſp.* 9. *de excommunic. diff.* 3. Palao *punct.* 18. *num.* 4.

Quarta eſt. Quod excommunicatus, cui Clericus, ſcienter & ſponte communicat, ſit excommunicatus à Papa, & tanquam ab homine. Ex qua conditione ſequitur, quod non ſufficiat, quod excommunicatio ſi contenta in iure; aut in bulla Cœnæ: ſed eſt neceſſarium, quod ſit excommunicatus denunciatus à Papa tanquam ab homine. Slyueſt. Caiet. Alterius, Hurtad. *loc. cit.*

Quinta tandem eſt; quod Clericus, qui ſcienter, & ſponte communicat excommunicato denunciato à Pontifice, id faciat, in diuinis officiis, hoc eſt, admittendo illum ad officia Eccleſiaſtica. Ex qua conditione deducitur *Primò*, quod excuſetur à dicta excommunicatione Clericus, qui non admittit talem excommunicatum ad officia diuina, quamuis cum illo aſſiſtat diuinis officiis, ſicut vnus de populo (quidquid repugnet Couarruuias.) *Secundò*, deducitur, quod ſi dictus Clericus, talem denunciatum à Papa in humanis participet, nec peccet mortaliter; nec maiorem excommunicationem incurrat, quidquid nonnulli citati ab Henrico Henriquez contrarium ſentiant. Sic communiter Doctores. Legantur Caiet. Syluest. Nauarr. Alterius, & Hurtad. *loc. cit.* Couarr. *in cap. Alma, part.* 1. §. 3. *à n.* 3. Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 1 *art.* 4. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 8. *n.* 2. Qui plurimos pro hac quæſt. citat in marg. *lit. H & ſeqq. & num.* 3. *in corpore, & lit. Q. & ſeqq.* Vaſquez *dub.* 10. *de excommun. n.* 2. *verſ. oppoſitam ſententiam.* Palao *n.* 4. *cit.*

QVÆSTIO XI.

An deinde peccet mortaliter, qui communicat in officiis diuinis ſolemniter celebratis, cum excommunicatio vitando?

Reſpondeo tanquam certum: Affirmatiuè, quia præceptum de euitandis excommunicatis directè reſpicit ſpiritualia: ergo qui excommunicatum ad diuina admittit, & cum eo communicat, directè facit contra præceptum: ergo peccat mortaliter, ſaltem ex ſuo genere. Igitur quicumque communicat cum dicto excommunicato vitando, in Sacramentis adminiſtrandis, & recipiendis, in Miſſa, in officiis diuinis ſolemniter, & publicè celebratis, & in Eccleſiaſtica ſepultura peccat mortaliter ex ſuo genere, vt conſtat ex à nobis dictis *ſuprà.*

Sic omnes DD. S. Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. S. Anton. 3 *part. tit.* 25. *cap.* 1. Adrian. *in* 4. *in materia de Clauib. quæſt.* 3. Abbas & alij Canoniſtæ *in cap. Sacris, de his quæ vi, metúſve cauſa fiunt.* & *in cap. Sacris, de ſentent. excommunic.*

QVÆSTIO XII.

An ex paruitate materiæ, poſſit quis excuſari à mortali, communicans excommunicato vitando in officiis diuinis ſolemniter celebratis?

Reſpondeo: Poſſe, quia in huiuſmodi præceptorum tranſgreſſione, paruitas materiæ à mortali excuſat: vt communiter docent omnes. Et in terminis noſtræ quæſtionis, ita tenet Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 8. *dub.* 3. his verbis: Primò ergo dico quod ſi communicent cum illo in rebus ſecundi generis eſt peccatum mortale ex genere ſuo. Dico, *ex genere ſuo*: nam ex paruitate materiæ erit veniale, vt ſi audiret ſimul cum excommunicato non tolerato paruam partem Miſſæ, v. g. vſque ad Euangelium: vel illud quod dicitur poſt

conſumptio

Digitized by Google

conſumptionem Corporis, & Sanguinis Chriſti. Sic ille. Sed certè exemplum quod ponit de Miſſa, potius pertinet ad res primi generis, quàm ſecundi, vt conſtat ex ab ipſo notatis, *verſ. In primis ſupponendum eſt.* Sic etiam ex illo, Ægidius *diſp.* 14. *de Cenſur. dub.* 14. *n.* 146. & Diana ex vtroque *p.* 5. *tr.* 5. *reſol.* 21. Quibus addi poſſunt Hurtadus *diſp.* 9. *de excomm. diff.* 2. *ibi* : Addimus primò, *ex ſuo genere*, quia pro leuitate communicationis, poteſt eſſe tãtum peccatum veniale; vt ſi communicatio ſit in parua parte Miſſæ, aut officij diuini. Sic Hurtadus. Bonacina quoque *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 1. *n.* 5. his verbis. Communicando verò in diuinis, vt in ſepultura, in Sacramentis, & officiis publicè celebratis, grauiter peccant, vt accidit, quando quis Miſſam audit cum excommunicato vitando, aut cum eo aſſiſtit diuinis Officiis, niſi paruitas materiæ excuſet, qualis videtur eſſe, quando quis audit principium Miſſæ cum Excommunicato vſque ad Epiſtolam: aut quando aliquis aſſiſtit in Eccleſia cum Excommunicato eo tempore quo canitur vnus breuis Pſalmus. Sic hic Author. Filliucius etiam *tract.* 13. *cap.* 3. *quæſ.* 4. *dicto* 2. *n.* 45. Suarez *diſp.* 5. *ſect.* 2. *n.* 8. & alij.

QVÆSTIO XIII.

An etiam excuſetur à mortali, qui participat cum vitando Excommunicato, in officijs diuinis, priuata communicatione?

NEgatiuam ſententiam eſſe ſatis probabilem clarè innuit Palao *diſp.* 2. *punct.* 18. *num.* 2. dum affirmat, probabile eſſe non eſſe culpam mortalem, communicare in officio diuino priuatim dicto.

Sed certè ego reſpondeo quod non ſolum eſt probabile, ſed contrario probabilius, excuſati quidem in eo caſu, à culpa mortali, licet à veniali non. Sic Couarr. *in cap. Alma mater.* 1. *p.* §. 3. *n.* 8. (quamuis non ſine timore quodam) Vaſquez *dub.* 7. *de excommun. n.* 9. *& dub.* 10. *n.* 2. Et ex illis Hurtadus *diff.* 2. *citata*, his verbis, quæ ſuiſmet nuper relatis addit: Secundo addimus, *in officijs diuinis ſolemniter celebratis*: quia communicatio in officio diuino priuatim dicto, vt quando excommunicatus, & alter recitant horas canonicas, tantum eſt venialis, vt docent Couarr. Vaſquez, & communiter Doctores, quia in ordine ad finem quem Eccleſia intendit priuatione communicationis non eſt grauis in ratione communicationis, quamuis ſit in ratione actionis. Sic Hurtadus. His authoribus addi poſſunt Nauarr. *cap.* 27. *n.* 36. *ad* 5. quem citat, & ſequitur Filliucius *quæſ.* 4. *cit. n.* 44. Auila *loc. cit. concl.* 1. & ex illo, Ægidius, & Diana *loc. cit.* Bonacina *loc cit. verſ. Aduertendum eſt.* Alterius *lib.* 1. *diſp.* 12. *cap.* 2. *verſ. Couarruuias.* Palao *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem ſit licitum, communicare cum Excommunicato non vitando, ſeu tolerato, ac ſi non eſſet excommunicatus?

NEgat Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 8. *dub.* 2. *concl.* 3. ita dicens: Quando ipſe excommunicatus toleratus non ſe ingerit, nec eſt paratus ad communicandum cum aliis, non eſt licitum fidelibus illum prouocare, vel inuitare ad communicandum in diuinis, neque in humanis, ſed ipſe peccabit in hoc, & excommunicatus ipſe peccabit communicando, quamuis ſit inductus, vel inuitatus. Hanc tenet expreſsè Caietan. *verb. Abſolutionis impedim.* Syluester *verb. excommunicatio* 5. *dub.* 19. *dicto* 4. Cano, & Mexic. *diff.* 10. *de excommunic. ante quintum caſum.* & multi viri docti. Hæc Auila. Qui tamen *concluſ.* 4. addit, quod licet fideles peccent inuitando Excommunicatum toleratum non paratum ad communicandum, ſiue peccent venialiter, ſiue mortaliter, iuxta dicenda *dub.* 3. non tamen incurrant minorem excommunicationem, quia ex vi decreti Conſtantienſis, ſolum tenemur vitare excommunicatos non toleratos. Vnde ſi tenemur abſtinere à communicatione in caſibus tertiæ concluſionis, eſt ex vi legis, naturalis, & diuinæ prohibentis, ne inducamus aliquem ad peccandum. Ita ille.

Affirmat contra Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 117. ſic contra Auilam dicendo: Sed ego contrariam ſententiam tenendam eſſe puto cum Hurtado *diſp.* 2. *de excomm. diff.* 4. *n.* 13. ſibi docet, fideles poſſe licitè abſque vlla prohibitione, adhuc diuina & naturali, communicare cum excommunicato tolerato, ac ſi non eſſet excommunicatus, non ſolum in humanis, etiam eum prouocando, in quo Doctores conuenire videntur, ſed etiam in Sacramentis, & in quibuſcunque aliis diuinis. Quia Eccleſia in Extrauag. *Ad euitanda ſcandala*, id conceſſit, & indulſit fidelibus dum dixit: *Nemo prætextu Cenſuræ abſtinere teneatur*, &c. Quia ſi ſuppoſita excommunicatione fideles indirectè, ne coopetentur cum excommunicato; aut ne illum inducant ad communicationem actiuam, vel paſſiuam, tenerentur abſtinere, non diceretur in Extrauag. ita ſimpliciter, & abſque vlla reſtrictione, *neminem teneri abſtinere à communicatione prætextu Cenſuræ*: id eſt, quamuis ille, cum quo communicat ſit cenſura innodatus. *Et confirmatur*, quia ſi fideles non poſſent omnino liberè abſque peccato aliquo cum excommunicato tolerato communicare, ac ſi non eſſet excommunicatus, non ſatis conſultum fuiſſet ſcrupulis conſcientiarum timoratarum, vt ibi conſuli intenditur. Et hanc ſententiam docet Ledeſma *in* 1. *p.* 4. *quæſt.* 5. *art.* 6. *dub.* 13. & probabilem fatetur ipſemet Auila *loc. cit.* Hucuſque Diana.

Sed ego clarius reſpondeo *primò*, quod fideles licitè omnino poſſunt communicare in rebus humanis, & ciuilibus cum excommunicato tolerato, & non vitando, ac ſi non eſſet excommunicatus. Quia id indulſit fidelibus Concil. Conſtantienſe: vt conſtat ex *Extrauaganti citata*, & benè probat contra Auilam, Hurtad.

Reſpondeo *ſecundò*, quod etiam poſſint fideles, communicare in rebus diuinis dicto excommunicato tolerato, abſque eo quod peccent, nec venialiter contra cenſuram, & prohibitionem Eccleſiaſticam, & abſque eo quod minorem excommunicationem incurrant, vt bene probat Auila *concl.* 4. *cit.* & conſentiunt illi omnes Doctores. An verò peccent contra legem naturalem, & diuinam, caſu quo talem excommunicatum prouocent ad Sacramenta miniſtranda, diximus *ſupra diſp.* 7.

DISPVTATIO XV.

De eodem ſeptimo effectu, nempe, de cauſis excuſantibus à culpa, & à cenſura in participatione & communicatione cum Excommunicato vitando.

QVÆSTIO PRIMA.

An dentur aliquæ cauſæ, propter quas licitum ſit, participare, & communicare cum excommunicato vitando?

RESPONDEO tanquam certum: Dari, & quinque. Quæ quidem hoc verſiculo ſignificantur, & refertur à Gloſſa *in cap. Cùm deſideres, de ſent. excom. verb. Præſtitum.*

Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.
Hæc quinque ſoluunt Anathema, ne poſſit obeſſe.

Has cauſas colligunt Doctores ex *cap. Quoniam multos* 11. *quæſt.* 1. vbi Gregorius VII. cum videret quotidie excommunicationis cauſa, homines illaqueari, volens huic malo opportunè prouidere, cenſuram ex excommunicatione cum excommunicato prouenientem, temperauit prudenter, vt non incurreretur, ſi cauſa communicationis eſſet vtilitas, neceſſitas, aut alius titulus legitimus. Item ex *cap. Reſponſo, & cap. Cùm voluntate, de ſent. excommunic.* vbi Canoniſtæ. Legantur inter alios, Nauarrus *cap.* 37. *num.* 26. *& ſeqq.* Couarr. *in cap. Alma.* 1. *p.* §. 1. *num.* 8. & 10. & alij penes ipſos. Ex Theolog. & Summiſtis D. Auguſt. *in Pſalm.* 54. D. Thomas *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 4. *&* 22. *q.* 39. *art.* 4. *concl.* 5. Adrian. *de Clauib. quæſt.* 3. Maior. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *argum.* 4. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 22. §. 1. Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 3. Vaſquez *dub.* 5. *de excomm.* Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *per totam.* Filliucius *tract.* 13. *cap.* 6. *à quæſt.* 2. Auila *p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 11. Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 12. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 1. *punct.* 6. §. 2. *à num.* 7. Hurtadus *diſp.* 9. *de excommun. diff.* 4. Luyſius *lib.* 2. *de Cenſur. diſp.* 13. *dub.* 1. Cornejo *diſp.* 10. *de excommun.* §. 10. *dub.* 2. Baſſæus *excommunicatio* 3. *à num.* 27. Palao *diſp.* 10. *de Cenſuris, puncto* 19. Reginaldus *lib.* 32. *num.* 98. Bauny *in Epitome de excommun. cap.* 27. *pag.* 342 Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 2. *de excommun. an.* 16. *pag.* 135. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 13. *à num.* 8. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 3. *docum.* 17. & alij citandi. Cum quibus particulas relatas ſigillatim explicabimus. Et primò de Prima, nempe, *Vtile.*

QVÆSTIO II.

An per particulam* Vtile, *intelligatur vtilitas ſpecialis, tam ſpiritualis, quàm temporalis; tam ipſius excommunicati vitandi, quàm aliorum participantium cum illo?

RESpondeo tanquam certum. Id totum intelligi. Sic omnes Authores, vt fatetur Vaſquez *dub.* 9. *cit.* his verbis: *Vtilis* nomine, intelligunt Authores, ſiue ſit vtilitas ſpiritualis excommunicati, ſiue propria, ſiue temporalis, &c. Sic ille, & alij citati, qui omnes id explicant eſſe verum, caſu, quo vtilitas ſit vera, non ficta. Quando autem ita euenit, ſequentibus quæſtionibus explicabimus. Sit ergo

QVÆSTIO III.

An ob ſpiritualem vtilitatem excommunicati vitandi, licitum ſit Confeſſori, audire confeſſionem illius, priuſquam eùm abſoluat à Cenſura?

NEgat Abulenſis *Matth.* 16. *quæſt.* 5. Quia putat in eo caſu participare Confeſſorem cum excommunicato in Sacramento, quod non licet. Eandem ſententiam tenet Roſella *confeſſio* 1. §. 10. citans pro ſe, falsò tamen, Innocentium, & *Clem.* 1. *de Priuil.*

Sed, vt certum, reſpondeo: licitum eſſe Confeſſori audire confeſſionem excommunicati vitandi, antequam, illum à cenſura abſoluat. Quæ quidem reſponſio eſt vera adhuc caſu, quo excommunicatus non ſit abſoluendus, quia, v. g. manet in concubinatu. Sic Doctiſſimus Nauarrus *cap.* 10. *num.* 2. *aliàs* 5. his verbis: Non eſt etiam neceſſarium interrogare, an ſit excommunicatus in hunc finem, vt confeſſarius vitet excommunicationem minorem, quam incurrunt qui excommunicato communicant; quia non incurrunt illam communicando in his, quæ ad eius animæ ſalutem conducunt, *cap. Cùm voluntate, de ſentent. excommun.* talis autem eſt Confeſſarij cum pœnitente colloquutio, & communicatio circa peccatorum confeſſionem. Neque *Clement.* 1. *de priuileg.* neque Innocent. poſt quem facta fuit illa, citatus malè à Roſella *verb. Confeſſio* 2. §. 10. aliud ſenſerunt. Quoniam ſatis eſt, vt abſoluta iam confeſſione, prius pœnitens ab excommunicatione, quam à peccatis abſoluatur. Hucuſque Nauarrus. Cui adde Henriquez *lib.* 13. *cap.* 12. §. 4. *in Gloſſa lit. T. & cap.* 15. §. 1. Sic dicentem: Dum vtile eſt ob ſalutem ſpecialem vtriuſvis: vt audire eius confeſſionem, licèt ille ob indiſpoſitionem, aut aliam cauſam, non eſſet abſoluendus. Sic ille. Quibus addi poſſunt Auila 2. *part. cap.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 2. *verſ. Tertiò licitum eſt.* Hurtadus *diſp.* 9. *de excommunic. diff.* 4. *n.* 19. Filliucius *tract.* 13. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 100. Cornejo *diſp.* 10. *de excommunic.* §. 10. *dub.* 2. *verſ. Infero primò.* Medina *lib.* 1. *ſumm. cap.* 7. *verſ. Aſſi meſmo, pag.* 279. & alij communiter. Citat etiam Henriquez *in Gloſſa cit. littera T.* Caietanum *verb. Abſolutio, cap.* 3. & Couarr. *in cap. Alma,* 1. *part.* §. 2. *num.* 2. Sed non benè.

QVÆSTIO IV.

An etiam ob vtilitatem ſpiritualem Excommunicati, poſſimus illum ad audiendam concionem admittere?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe, quia admiſſio ad concionem ordinatur per ſe ad vtilitatem animæ excommunicati. Et ita expreſsè ſignificauit Innocent. III. *in cap. Reſponſo, de ſentent. excommunic.* his verbis: *Reſponſo noſtro poſtulas edoceri, an cum Ferrarien. ciues excommunicationis, & interdicti ſententijs ſint ligati, liceat tibi viros, & mulieres ſemel in hebdomada, vel in menſe, apud aliquam Eccleſiam conuocare, quibus prædices verbum Dei, & eoſdem ad correctionem inducas. Super quo reſpondemus, quod ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc facere poteris cum videris expedire: dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur.* Sic Innocentius. Et cum eo omnes Doctores. Legantur Nauarr. Henriquez, Auila, Hurtad. Medina, & Cornejo *loc. cit.* Suarez *diſput.* 15. *ſect.* 3. *num.* 11. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 1. Filliucius *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO V.

An item ob eandē vtilitatem, poſſit quis priuatim admonere excommunicatum, vt reſipiſcat, & ob id, etiam interponere aliqua verba vrbana ad captandam beneuolentiam?

REſpodeo tanquam certum: Poſſe omnino, quia ſic expreſsè habetur *in cap. Cùm voluntate, de ſent. excommun.* per hæc verba: *Cùm voluntate ac propoſito maleficia diſtinguantur, excommunicationis ſententiam non incurrit, qui excommunicato, in his quæ ad abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem animæ pertinent, in locutione participat: licet etiam alia verba incidenter (vt apud eum magis proficiat) interponat.* Sic Gregor. IX. Et cum eo omnes Doctores. Legantur citati.

QVÆSTIO VI.

An ſi quis admoneat excommunicatum per Epiſtolam, poſſit in principio eius, ponere ſolitam ſalutationem?

NEgant Armilla *verb. Excommunicatio, num.* 40. Archid. & Syluest. *verb. Excommunicatio* 5 *num.* 3 vbi.

vbi ſic ait : Imò ſi ei (*id eſt, excommunicato*) licitè ſcribatur in caſibus, de quibus infra, non eſt ſalutandus, ſed loco ſalutationis ſcribatur, *Spiritum conſilij ſanioris*, ſecundum Archidiac. ita Syluest. Pro cuius ſententia, citat Hurtadus, Auilam; ſed omnino malè, vt iam videbis.

Sed vt ferè certum reſpondeo : poſſe illum ponere conſuetam ſalutationem. Quia ſic colligitur ex verbis textus *in cap. Cum voluntate*, vt nuper vidimus. Sic in primis, tenet Auila 2.*part.cap.*6.*diſp.*11.*dub.*2. his verbis: Secundò poteſt aliquis illi conſulere, quod conuenit eius ſaluti ſpirituali, & poteſt ad hoc interponere aliqua verba vrbana, ad captandam beneuolentiam, vt ſic efficacius perſuadeat. Ita Soto *diſt.*22. *quæſt.*1. *art.*4. Nauarrus *cap.*27. *num.*17. Couarruuias *cap. Alma mater, part.*1. §.1. *num.*10. Et eſt textus cap. *Cum voluntate, de ſentent. excommun.* Et ſimiliter erit licitum exhibere illi aliqua ſigna exteriora beneuolentiæ, & amicitiæ, vt eum ſalutare, detegere caput, & ſi mittat ei conſilium in ſcriptis, poteſt in principio Epiſtolæ ponere ſolitam ſalutationem, Hoc eſt contra Sylueſtrum, & Armillam (*loc. cit.*) dicentes, quod ſcribitur excommunicato in caſibus conceſſis, non licet ponere ſolitam ſalutationem, ſed loco ſalutationis, ponere *ſpiritum conſilij*, vel aliquid ſimile. Sed noſtra ſententia probatur efficaciter ex cap. *Cum voluntate*, vbi dicitur, quod licet interponere alia verba, vt magis proficiat Præterea. Nam conceſſo aliquo fine, conceduntur media conducentia ad finem: & propter eandem rationem, credo cum aliis viris dictis idem licere, quando propter aliàs cauſas licitum eſt ſcribere excommunicato, vt ad petendum conſilium, & alis ſtatim dicendis Hucuſque Auila. Et antea Henriquez *lib.*13.*cap.*22.*n.*1. Hurtadus *diſput.*9.*de excommun. difficult.*4. Nauar. *cap.*27. *num.*17. Bonacina *diſput.*2.*quæſt.*2.*punct.*6.§.2.*num.*10. Cornejo *diſput.*10.*cit.*§.10. *dub.*2. *quæſ.*1. *verſ. In foro primò.* Vbi aduertit & benè, in hoc caſu eſſe limitandum id, quod dixerat, non eſſe excommunicato dicendum *Aue*, quamuis liceat ei ſcribere.

QVÆSTIO VII.

An deinde, licitè poſſit quis, monere excommunicatum; etiamſi ſciat, talem monitionem nihil profuturam?

RESpondeo tanquam certum : non poſſe licitè tunc. Quia tunc ceſſat vtilitas, propter quam erat monitio licita. Sic Couarruuias *in cap. Alma* 1.*p.* §.1.*num.*10. his verbis: Vnde conſtat non prohiberi cum excommunicatis colloquium, quod ex charitate procedit, & ad charitatem ordinatur: modo id ſyncerè fiat abſque cautela & ſimulatione : nam ſi quis alloquatur excommunicatum ſciens nihil id colloquium ad ſalutem conducturum, ſimulatione quadam potiùs, quam animo fraternæ dilectionis, ſeipſum decipit, nec pœnam iure ſtaturam euadit. Quod in ſpecie notat Ioan. Maior *in* 4.*ſentent.diſt.*18. *quæſt.* 2. *argum.*4. Hæc Couarruuias, Henriquez, Auila, Cornejo *loco citato*, Sylueſter *excommunicatio* 5. *numero* 4.

QVÆSTIO VIII.

An ſit licitum alicui, legere pium librum, aut ſacram Scripturam, coram excommunicato; vt illum ad ſalutem animæ conducat?

RESpondeo tanquam certum : eſſe licitum. Quia in omnibus his, quæ ad excommunicatorum correctionem, & ad ſalutem animarum eorum pertinent, licitum eſt, imò pium, cum illis communicare, ſiue verbis, ſiue ſcriptis, ſiue lectione etiam: vt conſtat ex cap. *Reſponſo*, & ex cap. *Cum voluntate*, citatis Sic communiter Doctores. Inter quos optimè Henriquez *lib.*13.*cap.*22.*num.*1. qui, comprehendens omnia à nobis nuper tradita, ſic ait: Sic licèt concionem habere ad excommunicatos, & hæreticos; & conferre ſpiritualia, licèt admiſceat alia verba (quibus beneuolentia, & attentio captari ſolet, vt verba vrbanitatis) & ſalutet, & caput detegat: aut ſi ſcribit, ponere in principio Epiſtolæ conſuetam ſalutationem. Id tamen, nonniſi quamdiù ſperat illius correctionem, quia aliàs ceſſat vtilitas: legere pium librum, vel ſacram Scripturam, vt ille vtiliter audiat, recitare cum illo priuatam orationem, vt iuuet ad conuerſionem illius. Hucuſque ille.

QVÆSTIO IX.

An licitum ſit nobis, eleemoſynam pauperi excommunicato erogare?

RESpondeo tanquam certum : eſſe licitum. Quia non ſolùm ob ſpiritualem ſalutem animæ ipſius excommunicati, ſed etiam propter indigentiam corporis eiuſdem, eſt nobis communicatio permiſſa ergo licitum eſt nobis, illi eleemoſynam largiri, etiam ob communem indigentiam ſi ſit pauper ad exercendam miſericordiam, quam fideles exhibere ſolent erga communes inopes. Sic habetur expreſsè *in cap. Quoniam multos* 11.*quæſt.*3. his verbis: *Et ſi quis excommunicatis non in ſuſtentationem ſuperbiæ*, (aut, vt aliàs legitur, in ſuſtentationem, non ſuperbiæ,) *ſed humanitatis cauſa, dare aliquid voluerit, non prohibemus.* Sic Gregor. VII. Et benè. Quia (vt ibi notat Gloſſa *verbo, Dare*, eleemoſyna, nulli eſt deneganda, 86.*diſt. cap. Paſce.*) Sic omnes Ricardus *diſt.*18. *art.*11. Adrianus *quæſt.*3.*de clauib.* Suarez *diſputat.*15. *ſect.*3.*num.*10. Alterius *lib.*1.*diſput.*15.*cap.*1. Filliuc. *tract.*13.*cap.*6.*quæſt.*3.*num.*100. Palao *diſp.*2.*punct.*19. *num.*2. Hurtadus *diſp.*9.*diffic.*4.*n.*19. Cornejo *diſp.*10. *de excommun.*§.10. *dub.*1. *verſ. Secundò infero, etiam eſſe.* Auila 2.*part. cap.*6. *diſput.*11. *dub.*13. & alij contra Sylueſtrum *verb. excommun.*3. *num.*1.*part.*5. requirentem neceſſitatem extremam vel grauem in paupere excommunicato, vt nobis licitum ſit illi erogare eleemoſynam. Sed rigorosè id requiſiuit hic, vt poſtea amplectendo noſtram ſententiam melius vidit, *excommunicatio* 5. *num.*5.

QVÆSTIO X.

An etiam ſit nobis licitum, noſtra ope, auxilio, aut defenſione, excommunicato ſubuenire; ne aliquod graue damnum, in corpore, aut in fama, aut in aliis bonis temporalibus, patiatur?

RESpondeo tanquam certum : etiam eſſe licitum. Quia communicatio, quæ verè ex charitate procedit, & ad charitatem ordinatur, non prohibetur cum excommunicatis haberi. Nam Eccleſia, quæ ab excommunicato indixit ſeparationem, non præcidit dilectionem: vt benè Auguſtin. *in Pſalm.*54. Igitur nobis licita eſt cum excommunicato communicatio, quoties opera, & induſtria noſtra eſt illis vtilis ad aliquod graue damnum vitandum. Et ideo, vt diximus, poſſumus ei eleemoſynam dare, & illum ab iniuſto inuaſore defendere; quod adeò verum eſt, vt ſi quis Clericum excommunicatum percutere aggrediatur, & alius non defendat, commodè poſſit, hic

Digitized by Google

in excommunicationem latam in cap. *Quanta de ſent. excommunicat.* incurrat. Sic omnes. Ricardus, Adrianus, Suarez, Filliucius, Hurtadus, & Cornejo *loco citato.*

QVÆSTIO XI.

An item, ob propriam vtilitatem ſpiritualem, poßit quis cum excommunicato communicare?

AFfirmat abſolutè Cornejo *dub. 2. cit.* ita dicens: Secundò infero, etiam ad noſtram ſpiritualem ſalutem: poſſe nos cum excommunicato communicare, ab eóque conſilium, & inſtructionem petere: Imo ad ſalutem alicuius tertij poſſumus vti medio ipſius excommunicati, vt notauit Saytus *lib. 2. c. 14. num. 3. in fine.* Ita Cornejo.

Sed clarius cum diſtinctione reſpondeo: dicendum, poſſe quidem quem cum excommunicato, ob propriam ſpiritualem ſalutem, communicare; ab eóque conſilium, tam pro ſe, quàm pro aliis petere, dummodo non adſit alius, qui hoc munus æquè benè valeat præſtare; aliàs non. Ratio eſt: quia excommunicatio non debet eſſe magis incommoda non excommunicatis, quàm ipſi excommunicato: at huic eſt licitum, ob propriam ſpiritualem ſalutem, cum aliis fidelibus non excommunicatis communicare: ergo etiam his, ob propriam ſpiritualem ſalutem, erit licitum cum excommunicatis vitandis (de his enim eſt difficultas) communicare. Sic Suarez *diſputat. 15. ſect. 3. num. 9.* his verbis: Itaque propter vtilitatem noſtram vti poſſumus hac communicatione, cum communicato. Nam ſi ab alio æquè idoneo conſilium non ſperamus, ab illo petere poſſumus, argumento capitis *Cum voluntate*, & cap. *Reſponſo, de ſentent. excommun.* & notauit Paludanus *in 4. d. 18. quæſt. 6.* Gabriel *quæſt. 3.* Angelus *verb. excommunicatio 8. num. 6.* Caietanus *in ſum. cap. De participatione*, &c. Sic Suarez, & ſic etiam Nauarrus *cap. 27. n. 16.* (non 2. vt leges apud Auilam,) Syluester *excommunicatio 5. num. 4.* Hurtadus *diffic. 4. cit.* Alterius *lib. 1. diſputat. 15. cap. 1.* Bonacina *diſputat. 2. quæſt. 2. punct. 6. §. 2. num. 12.* & omnes.

QVÆSTIO XII.

An deinde, ob vtilitatem temporalem, cuilibet liceat cum excommunicato vitando communicare?

REſpondeo diſtinctione data: Cuilibet licere. Et ita (ait Suarez *loco citato*,) ſi æger indigeat corporis curatione, poteſt Medicum excommunicatum vocare, ſi magis idoneum illum reputet. Item, poteſt ab illo eleemoſynam petere, ſi indigeat, vel neceſſaria emere, vt dicitur in dicto cap. *Quoniam multos*, ſi aliunde habere non poſſit, vel certè non æquè commoda, vel vtilia. Sic etiam poſſumus, eadem ratione, ab excommunicato debitum exigere cap. *Intelleximus, de Iudicijs*, cap. *Si verè, de ſentent. excommun.* Ac denique quoties eius opera nobis neceſſaria fuerit ad nos, vel noſtra tuenda, talis communicatio nobis prohibita non eſt: quia excommunicatio, non eſt lata, in nocumentum aliorum fidelium, & ideo per illam eis non prohibentur, quæ neceſſitatibus huius vitæ humano modo neceſſaria ſunt. Sic ille. Nauarr. etiam, Syluest. Auila, Bonacina, Alterius, & Hurtad. *loc. cit.* & omnes.

QVÆSTIO XIII.

An rurſus, ipſiſmet excommunicatis, ob ſuam vtilitatem ſpiritualem, aut temporalem ſit licitum, cum alijs communicare; ſicuti eſt licitum alijs, cum ipſis?

NEgandum videtur. Quia in Extrauag. *Ad euitanda*, ſolùm conceditur aliis fidelibus communicatio cum excommunicato tolerato, & non vitando quod tamen ipſi excommunicato non eſt licitum: ergo.

Sed vt quid certum reſpondeo: etiam ipſis excommunicatis eſſe licitum in dictis caſibus, communicare cum aliis fidelibus non excommunicatis, vnde & poterunt conciones aliorum audire; & ab aliis petere conſilium, eo modo, quo alij poſſunt ab excommunicatis. Similiter poterunt petere ab aliis vt intercedant pro ipſis, præſertim ad abſolutionem obtinendam; & tandem ſicut excommunicatio indigenti corporali ſubſidio licitè ſubuenimus, vt nuper eſt habitum, ita ipſe indigens licitè poteſt tale ſubſidium procurare cum magis naturale ſit vt, quis ſibi ſuccurrat, quàm vt alij id præſtent. Sic communiter omnes. Gabriel *in 4. diſtinct. 18. quæſt. 3. dub. 5.* Suarez *diſputat. 14. ſect. 3. num. 11.* & ex illo non citato, Alterius *lib. 1. diſput. 15. cap. 1.* Filliucius *tract. 13. cap. 6. quæſt. 3. dicto 3. num. 101.* Auila 2. *parte cap. 6. diſputatione 11. dub. 4. concluſ. 2.* Hurtadus *diſputat. 9. de excommun. difficult. 4. verſ. Et non minus.* Cornejo *diſputat. 10. §. 10. dub. 1. verſ. Tertiò in foro.*

An autem poſſit debitum priuatim exigere, iã dicam.

Ad rationem autem dubitandi reſpondeo: eſſe diuerſam rationem, quia hæ actiones, quas concedimus excommuicatis etiam vitandis, pertinent ex lege naturali ad bonum ipſorum excommunicatorum: at conceſſio Extrauagantis eſt priuilegium conceſſum non excommunicatis communicandi cum excommunicatis non vitandis, in omni genere actionum. Legantur Suarez, Alterius, & Filliucius.

QVÆSTIO XIV.

An tandem ſit licitum excommunicato, etiam vitando, petere à ſuo debitore ſuum creditum priuatim?

NEgant aliqui, quos citat, ac ſequitur Saytus *lib. 2. cap. 9. num. 20.* Et ideo exiſtimant, debitorem poſſe licitè ſolutionem differre donec excommunicatus ab excommunicatione abſoluatur. Ratio eorum eſt. Quia communicare cum dictis excommunicatis non licet. Tenet etiam hanc ex parte ſententiam Medina *Cod. de reſtitut. quæſt. 3. cauſa 9.* docens, id eſſe verum, caſu, quo debitum ſit contractum voluntaria obligatione, nempe, ex libera promiſſione, etiam iurata; non verò ſi debitum eſt contractum iure diuino aut naturali, vt per contractum emptionis, mutui, &c.

Sed probabiliùs reſpondeo licitum eſſe excommunicato dicto petere priuatim debitum à ſuo debitore; & hunc teneri in conſcientia illud ſoluere, nec poſſe ſolutionem differre. Ratio eſt, quia obligatio ſoluendi debitum poſt elapſum terminum, eſt iuris naturalis: ergo nullo modo poteſt tolli per ius poſitiuum, quod eſt minus: ergo ſi debitor tenetur in conſcientia ſoluere debitum excommunicato, etiam huic erit licitum, illud à ſuo debitore priuatim exigere. (An verò poſſit etiam illud exigere in iudicio diximus ſupra *diſput. 12. quæſt. 7.*) ſic latè Couarruuias *reg. Peccatum 1. p. relect. n. 8.* Syluester *excommunic. 3. n. 1. & excom. 5. n. 21. dub. 12.* Soto *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4.* Auila 2. *p. cap. 6. diſp. 11. dub. 4. conc. 2.* Alter. *lib. 2. diſp. 4. cap. 1.*

Digitized by Google

*cap.*1. Leſſ.*lib.*2.*cap.*16.*dub.*9.*n.*79. Bonac. *diſp.*2.*qu.*2. *punct.*6.§.2.*n.*15. Diana *p.*5.*tr.*9.*reſ.*130.Hutt.*diſp* 9.*de excom.diffic.*4. Suar. *diſp.*15 *ſect.*8.*n.*4. Cornejo *loc.cit.* & Henriq. *lib.*13.*cap.*22, *in fine*, & penes illum *in marg. lit.G.* Nauarrus, Caietan. Paludanus, Maior, Syluest. Armilla, Anton. Peſantius, Archidiacon. Innocent. Franc.Forrun.Lapus,& Perez.

QVÆSTIO XV.

Quid intelligatur per ſecundam particulā, Lex?

RESpondeo intelligi, legem Matrimonij. Matrimonium namque dicitur lex, eo quod vxor ſit ſub lege viri. Argum. *cap.*1.*&* 2. *de ſecund. Nuptij.* Ita explicant hanc particulam omnes Doctores: & propter illam (deſumptam ex cap. *Quoniam multos* 11.*q.*3.) excipiuntur vxores ne teneantur hac lege non communicandi cum marito excommunicato etiam vitando. Leganrur S.Th.*in add.q.*23.*art.*1.Sotus *in* 4.*diſt.*22.*q.*1.*art.*4. Syluest. *excomm.*5.§.4.Angel. *excomm.*8.*n.*1. Angles *in florib.quæſt. de excommun.art.*3. *diff.*6. *dub.*2. *pag.*40. Suarez *diſput.*15 *ſect.*4. Sanchez *lib.*9.*de matr. diſputat.*14.*per totam.* Henriquez *lib.*13. *cap.*22. §.2. Nauarrus *cap.*27.*n.*27. Alterius *lib.*1. *diſput.*15. *cap.*2. Filliucius *tract.*13.*cap.*6.*quæſ.*4. Auila 2.*p cap.*6.*dub.*5. Diana *part.*5.*tr.*9. *reſol.*122. Palao *diſp.*2.*punct.*19.*n.*3. Bonac. *diſp.*2.*quæſt.*2.*punct.*6.§.2. *à num.*17. Hurtadus *diſput.*9. *de excommun. difficult.*4.*num.*21. Cornejo *diſputat.*10. *de excommunicat.* §.10. *dub.* 2. *& in ordine* 3. *quæſ.*2. & alij. Qui omnes in primis docent, ex dicto cap. *Quoniam multos*, quod vxor licitè poſſit permanere cum marito excommunicato.

QVÆSTIO XVI.

An vxor poſſit communicare cum marito excommunicato non tolerato, in redditione, & petitione debiti coniugalis?

RESpondeo tanquam certum: poſſe. Quia cuilibet licet petere debitum pecuniarum à ſuo debitore excommunicato: ergo & vxori, debitum coniugale à ſuo marito. Rurſus, cuilibet eſt licitum reddere debitum pecuniarum creditori excommunicato: ergo & vxori debitum coniugale. Sic Nauarrus, Henriquez, Suarez, Alterius, Auila, Cornejo, Diana, & alij. Qui benè addunt, hoc eſſe verum, niſi aliàs excommunicatio ſit lata in cauſa Matrimonij, quia lis erat, an eſſet legitimè contractum: quia tunc abſtinere debet vxor, tam à petitione, quàm à redditione debiti, ne fortè incidat in fornicationem.

QVÆSTIO XVII.

An vxori liceat communicare cum marito excōmunicato non tolerato, non ſolùm in debito coniugale; ſed etiam in colloquijs, menſa, & alijs omnibus, ac ſi excommunicatus non eſſet?

NEgant nonnulli Doctores, quos per hæc verba refert Henriquez, *vbi infrà*: Quibuſdam videtur hæc eſſe nimia licentia data per vocem. *Lex*, (aliàs ſimilis licentia concederetur reliquis contentis in verſiculo) atque ita negant licitum vxori participare cum marito denunciato, niſi in neceſſariis, Syluester *excommunicatio* 5. §. 2. *dicto* 5. ſeu *num.*4. *verſ.* 2. *& num.*17. Armilla *excommunicatio*, §. 47. Caietan. *excommun. ad finem*, §. *circa* 3.

Sed vt ferè certum reſpondeo: licere vxori communicare cum marito excommunicato non tolerato: non ſolùm in debito coniugale, ſed etiam generaliter in omnibus aliis, ac ſi non eſſet excommunicatus. Qui in cap. *Quoniam multos* 11. *quæſt.* 3. abſolutè, & ſine vlla limitatione concedit Pontifex vxori, quod poſſit communicare cum viro excommunicato: ergo cum ſit fauor non eſt reſtringendus, ſed potius ampliandus. Antecedens conſtat ex illis verbis textus: *Apoſtolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos ſubtrahimus, videlicet, vxores, liberos, ſeruos, ancillas, ſeu mancipia, necnon ruſticos ſeruientes*, &c. ergo. Sic Gloſſa *in d. capite*, Henriquez *lib.* 13.*cap.*22. *num.*2.*& in marg.lit.M.* Suarez *diſput.*15. *ſect.*4.*num.*1. Auila 2. *part.cap.*6. *diſput.*11. *dub.*5. *concluſ.*2. Bonacina *diſp.*2. *quæſt.*2.*punct.*6. quorum duo citant pro hac parte Caietanum *verb. excommunicatio circa finem*, §. *Illicita autem*, & Syluestrum *excommunicatio* 5. *num.*4. quos authores citat Henriquez, vt vidimus pro contraria parte. Sed in primis Caietanus, non benè citatur ab Auila *in d.§. Illicita*: quia ibi nil ad propoſitum habet. Benè tamen *in* §. *Circa tertium*, in quo citatur ab Henriquez; quamuis ibi ſolùm hæc verba ad intentum dicat, videlicet: Lex matrimonij: quia vxor licitè communicat marito excommunicato, vt Canon dicit. Et eadem ratione vir communicat vxori excommunicatæ, ſaltem in his, quæ debet illi. Hæc Caietanus. Tu vide, quibus faueat. Syluester autem, in *loco citato*, loquendo de vxore, noſtræ ſententiæ fauet; loquendo verò de marito, contrariæ. Et eadem eſt mens Caietani, vt conſtat. Tenent rurſus noſtram ſententiam, Vgolinus *tab.*2.*cap.*23.§.6.*n.*1. Filliucius *tract.*13.*cap.*6. *quæſ.*4.*num.*105. Alterius *cap.* 1. *citato.* Hurtad. *diſp.*9. *de excommun. diffic.* 4. *verſ. Secundò ob legem.* Cornejo *diſput.*10. §.10. *dub.*3. Diana *parte* 5. *tract.*9.*reſolut.*122. Villalobos *tract.*17. *diffic.*13.*n.*12. Machado *lib.*1. *part.*3.*tract.*3. *docum.*17.*num.*2. optimè Sanchez *lib.*9. *de matrim. diſputat.*14. *num.*4. & penes ipſum, Hoſtienſ. Palud. Gabr. Turrectem. Nauarrus, Vgolin. Manuel, Petr. Ledeſma, Viuald. & Sà. Sic etiam Palao *diſput.*2.*punct.*19.*num.*3. & communis.

QVÆSTIO XVIII.

An etiam, caſu, quo mulier ſcienter contraheret matrimonium cum excommunicato, poſſet eodem modo, quo eſt dictum, cum illo communicare?

NEgant D.Thom. *in* 4. *diſtinct.*18. *quæſt.*2. *artic.*4. quem citat & ſequitur Suarez *diſput.*15. *ſect.*4. *num.*6. Filliucius *tract.*13. *cap.*6. *quæſ.*3. *num.*103. Gordonus *in ſum.tom.* 2. *lib.*7. *quæſ.*10. *cap.*6.*num.*72. Faber *in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.*1. *diſput.*4. *cap.*7.*n.*217. Mercerus *in* 3. *part. quæſt.*21, *dub.*11. Cornejo *diſput.*10.§.10. *dub.*2. *verſ. Sed difficultas eſt.* Vbi ſic ait: vxor, quæ virum excommunicatum non toleratum duxit, non poterit licitè cohabitare, neque ei debitum reddere, aut ab eo petere, donec ab excommunicatione abſoluatur: & idem eſt de viro verſus vxorem: & ratio eſt, quia non videtur, vt contractus factus in iniuriam excommunicationis, tribuat ius ad communicationem per ipſam Cenſuram prohibitam. Ita Cornejo.

Sed probabilius reſpondeo: poſſe eodem modo, ac dictum eſt, communicare. Ratio eſt. Nam matrimonium contractum cum excommunicato, eſt validum, vt conſtat ex cap. *Significaſti, de eo qui duxit*, &c. ergo illa eſt vera vxor: ergo cum in dicto cap. *Quoniam multos*, permittatur vxoribus abſolutè, & ſine limitatione cum viris excommunicatis communicare, licitè poterit illa. *Confirmatur.* Quia poſtquam illud matrimonium initum cum excommunicato validum fuit; iam vinculum, quod ex illo oritur eſt naturale: ergo tolli non poteſt per prohibitionem poſitiuam: ergo hac etiam

Digitized by Google

etiam extante, poterit prædicta vxor cum ſuo viro ſic excommunicato communnicare. Vnde vxor in hoc caſu non accipit ius ad communicandum, ſolùm ex iure poſitiuo, ſed ex iure etiam naturali. Vnde Gloſſa *in cap. Inter alia, de ſentent. excomun. verb. Agente,* benè dixit quod capitulum, *Quoniam multos,* (vbi Gregorius permittit quædam genera perſonarum poſſe communicare cum excõmnicatis ſine periculo Anathematis, nempe, vxores, liberos, ſeruos, Ancillas, ſeu Mancipia, necnon ruſticos ſeruientes, &c. non conſtituat aliquid noui, ſed ſolum declaret ius naturale, quantum ad aliquas perſonas in dicto capite enumeratas, nempe, quantum ad vxores, filios, ſeruos, & ancillas; quantùm verò ad ruſticos, & mercenarios, qui iure humano alteri ſubiiciuntur, conſtituat nouum ius. Ex quo ſolutum manet fundamentum oppoſitæ ſententiæ. Et ideo hanc noſtram tenent Vgolinus *tab. 2. de Cenſur. cap. 23. §. 6. n. 1.* Quem citat, & ſequitur Sanchez *lib. 9. de Matrim. diſp. 14. n. 3.* Alterius etiam *lib. 1. diſput. 15. cap. 2. verſ. Sed oppoſitum eſt probabilius.* Ægidius *diſputat. 14. dub. 12. num. 129. iuncto num. 125.* Bonacina *diſput. 2. quaſt. 2. punct. 6. §. 2. n. 18.* Luyſius *lib. 2. de Cenſur. diſputat. 13. dubio 2. verſ. Sed mihi.* Diana *part. 5. tractatu 9. reſolut. 122.* Qui & citat Auilam *2. part. cap. 6. diſput. 11.* ſed ego non inueni vbi id Auila doceat. Tenent deinde Villalobos *tractatu 17. diffic. 13. num. 12.* Machado *lib. 1. p. 3. tract. 3. docum. 17. num. 3.* & ante hos omnes Nauarrus *cap. 27. num. 27.* vt benè vidit Ægidius. Palao etiam *diſput. 2. de Cenſuris puncto 19. num. 3.*

QVÆSTIO XIX.

An etiam; Sponſa de præſenti poſſit gaudere priuilegio d. cap. Quoniam multos, *& ita communicare cum ſponſo excommunicato vitando?*

NEgant Vgolinus *tab. 2. cap. 13. §. 6. num. 5.* Alterius *lib. 1. diſputat. 15. cap. 2. verſ. Non poteſt tamen,* & alij. Quorum fundamentum eſt, quia dictum cap. *Quoniam,* concedens hoc priuilegium, expreſsè loquitur de vxoribus: at ſic eſt, quod vxoris nomine, non venit Sponſa *l. Si qua, §. 1. ff. de ritu nupt. ergo.*

Sed probabilius longè reſpondeo: poſſe Sponſam de præſenti communicare cum ſuo ſponſo excommunicato vitando. Quia probabiliùs longè eſt, quod in fauorabilibus, quale eſt decretum dicti capitis *Quoniam multos,* excipiens vxorem, vxoris nomine, ſponſa de præſenti veniat: ergo vt talis gaudet priuilegio illius, communicandi ſcilicet, cum Sponſo excommunicato. *Confirmatur.* Quia per matrimonium nondum conſummatum, facta eſt mutua corporum traditio inter coniuges & ad cohabitandum, aliáque obſequia ſibi aſtricti ſunt: ergo ſi à communicatione arceantur, maximo expoſiti ſunt periculo incontinentiæ, &c. cuius euitatio fuit cauſa deciſionis *dict. cap. Quoniam:* ergo. Sic Sanchez *diſputat. 14. citat. num. 8.* Qui bene ait, contrarium eſſe aſſerendum; loquendo de Sponſa de futuro.

QVÆSTIO XX.

An ſit licitum vxori, ſimus prandere cum ſuo viro, qui illicitè, ad menſam excommunicatam vitandum admittit?

REſpondeo tanquam certum: non eſſe illi licitum. Quia ſolo priuilegio participandi cum viro excommunicato, ob matrimonij vinculum, fruitur, vt conſtant expræcit, cap. *Quoniam:* at ſic eſt, quod, ſi, viro cœnante cum excommnnicato denunciato, vxor accumberet eidem menſæ, communicaret cum dicto excommunicato: ergo Sic Henriq. *lib. 13. cap. 22. n. 1.* Vgolin. *loc. cit.* Palud. Armilla, Aſtenſ. Monal. D. Ant. Syluester, Angelus, Roſella, & Tabiena, quos citat, & ſequitur Sanchez *loc. cit. num. 12.*

QVÆSTIO XXI.

An vxor nõ ſolùm poſſit, verùm etiam teneatur, eſſe, & communicare cum viro excommunicato, eodem modo, quoad id, ante excommunicationem, aſtricta erat?

REſpondeo tanquam certum teneri. Quia ita declarauit Innocent. III. *cap. Inter alia, de ſentent. excomm.* explicans caput *Quoniam multos 11. quæſt. 3.* his verbis: quibus quæſtioni à nobis propoſita ſic reſpondet: *Vt igitur vnde ius prodit, interpretatio quoque procedat, ambiguitatem huiuſmodi taliter duximus abſoluendam; quod cum quadam perſona in præmiſſo capitulo denotata, illis, in quos lata fuerit excommunicationis ſententia, ante prolationem ipſius, obſequio tenerentur familiariter adhærere; neque poſtmodum ad contrarium teneantur (cum adhuc debitum duret) beneficio Canonis id agente, à priori non ſunt obnoxietate ſoluta; ſed ad familiare tenentur obſequium: & ita per conſequens ad communionem tenentur, ſine qua, illud nequeunt exhibere.* Sic Innocent Magnus. Et ſic docent *in d. cap.* Ioan. Andr. Abbas, Felinus, & Henric. Vgolinus etiam *loc. cit. n. 3.* quos omnes citat, & ſequitur Sanch. *diſp. 14. cit. n. 13.* Quibus adde Suarium *diſp. 15. ſect. 4. num. 2.* Ægidium, Auilam, Sayrum, & Laymann, quos citat, & ſequitur Palao *diſput. 2. punct. 17. num. 7.*

QVÆSTIO XXII.

An licitum ſit viro non excommunicato, cõmunicare cum vxore nominatim excommunicata, in omnibus, & eodem modo, quo licitum eſt vxori cum viro nominatim excommunicato?

NEgant plures Doctores, exiſtimantes non eſſe viro licitum, communicare cum vxore excommunicata, niſi ſolùm in debito coniugali. *Primò,* quia cap. *Quoniam multos 11. quæſt. 3.* vbi id priuilegium conceditur, ſolum ſit ſermo de vxoribus. *Secundò,* quia in cap. *De filia 27. quæſt. 1.* Pater Clericus eſſe prohibetur cum filia Deo dicata, quæ nupſit: ergo ſimiliter, nec vir eſſe poterit cum vxore excommunicata. Ita docent Gloſſa *in d. cap. Quoniam multos, verb. vxores.* Goffred. *in ſum. tit. de ſent. excommun. num. 30.* Ioann. Monach. *cap. Statuimus, numer. 2. verſ. Contradic. de ſent. excommunicat. in 6.* Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de ſent. excommun. §. Quæ ſit pœna participantium, num. 15.* Roſella *excommunicatio 6. num. 4.* Summa Piſana, & Raynerius, quos ſex Authores citat, & ſequitur Syluester *verb. excommunicatio 5. num. 4. verſ. Secundò excuſat.* vbi addit, quod ad ſummum poſſit participare cum dicta vxore excommunicata in debitis, tantum, hoc eſt, in his, quæ ipſa tenetur, vt in copula, & in ordinando de regimine domus: non autem in comeſtione, aut familiari colloquio, & huiuſmodi. Cuius ſententiam tenere videtur Caietan. *verb. excommunicatio, ad finem,* cap. *Participatio cum excommunicatis quibus caſibus permittatur, in princip.* quatenus ait: hanc communicationem licitam eſſe, ſaltem in his, quæ vxor viro debet. Negant etiam Armilla *verb. excommunicatio n. 45. & l. 34. tit. 9. part. 1.* & ibi Gregor. Lopez *verb. Æl.* Aſtenſ. Henric. Archid. Alexand. D. Anton. & alij, quos pro hac parte citant Henriquez *lib. 13. cap. 22. num. 2. lit. P.* & Sanchez *lib. 9. de Matrimon. diſp. 14. num. 14.*

Sed

Digitized by Google

Sed probabiliùs multò reſpondeo: licitum eſſe viro non excommunicato in omnibus participare, & communicare cum vxore nominatim excommunicata, eodem modo, quo licet vxori cum viro nominatim excommunicato. Ratio eſt, quia vxor & vir ſunt correlatiua: at ſic eſt, quod correlatiuorum eadem eſt ratio: ergo quidquid de vno diſponitur, diſpoſitum cenſetur de alio, *l. fin. Cod. de indict. viduit. & l. fin. ff. de accept. Confirmatur*, quia in noſtro caſu, eadem eſt ratio in vtroque: ergo quidquid diſponitur de vno, diſpoſitum eſt de alio. Antecedens conſtat. Nam ratio diſpoſitionis in vxore (vt habetur *in dict. cap. Quoniam multos*, eſt, ad ſcrupulos, & pericula animarum vitanda, quæ paſſim suborirentur, ſi vxor nequiret cum viro excommunicato communicare: item propter obſequia præſtanda marito: propter difficilem ſeparationem, & fornicationis periculum: at ſic eſt, quod hæ omnes rationes æquè habent locum reſpectu viri, ſi vxor excommunicata ſit: ergo.

Nec obſtat quod in cap. *Quoniam*, ſolum excipiatur expreſsè vxor, & non vir: quoniam ideo fuit, quia frequentius viri, quàm vxores in excommunicationem incidunt: per hoc tamen non excluditur caſus, quo ipſa vxor excommunicatione innodata ſit; quia vbi lex alicuius caſus meminit, eo quod frequentius accidat, caſus ſimiles minus frequentes non excludit, ſed potiùs virtute includit, vt docent Gloſſa 1. *verb. Iudas, C. de his, qui ad Eccl. confug.* & Gloſſa *in Clem.* 1. *de reſcript. verb. Præſidentes*. Imola, Rebuff. Peralta, Valaſcus, Vgolin. apud Sanchez *loc. cit.* Nec rurſus obſtat textus *in cap. De filia*, quia ibi nulla de excommunicatione fit mentio: & ideo id minimè ad rem noſtram facit. Vnde hanc ſententiam tenent Sotus *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. concl. 5. caſu 2.* Petrus Soto *lect. 3. de excom. verſ. Secundum ſit.* Nauarr. *c. 27. n. 27.* ſuper *verſ. Humile.* Couarr. *in cap. Alma mater, 1 part. §. 1. n. 8.* Vgol. *tab. 2. car. 23. §. 6. n. 6.* Henriq. *lib. 13. c. 22. n. 2.* Graffis 1. *p. deciſ. lib. 4. cap. 13. n. 6.* Petr. Ledeſma *in ſum. vbi de excommun. cap. 7. caſu 2.* Viuald. *in candelab. 2. p. de excommun. n. 100.* Ludou. Lopez 2. *p. inſtruct. de excom. c. 16.* Metina *lib. 1. ſumma cap. 11. §. 5.* Paludan. Gabr. Maior, Adrian. Angel. Tabiena, & alij plures, quos refert ac ſequitur Sanchez *lib. 9. de matr. diſp. 14. n. 16.* Quibus addi poſſunt Suarez *diſp. 15. ſect. 4. n. 14.* Sayrus *lib. 2. cap. 14. num. 6.* Alterius *lib. 1. diſp. 15. cap. 2. verſ. Si verò vxor*, & penes ipſum D. Thom. *in addit. 3. p. q. 23. art. 1.* Vaſquez etiam *dub. 9. de excomm. n. 3.* Ægidius *diſp. 14. dub. 12. num. 123.* Luyſius *lib. 2. diſp. 13. dub. 3.* Hurtados *diſp. 9. diffic. 4. n. 23.* Faber *in 4. diſt. 25. diſp. 4. c. 7. num. 219.* Præpoſitus *in 3. p. q. 2. dub. 17. num. 125.* Mercerus *in 3. p. q. 21. dubio 11.* Cornejo *in 3. p. diſput. 10. de excomm. §. 10. dub. 2.* Gordonus *tom. 2. lib. 7. q. 10. c. 6. n. 70.* Villalobos *tract. 17. diff. 13. n. 14.* quos omnes citat, & ſequitur Diana *part. 5. tract. 9. reſol. 123.* Quamuis ex tribus argumentis, quæ pro parte contraria adducit, vni ſoli reſpondeat. Sic rurſus Filliuc. *tract. 13. cap. 6. num. 104.* Bonac. *diſput. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. n. 24.* Reginald. *lib. 32. num. 102.* Machad. *lib. 1. part. 3. tract. 3. docum. 17. n. 2.* Palao *diſput. 2. cit. punct. 19. n. 5.* Auila *2. part. cap. 6. diſput. 11. dub. 6.* Laymann *lib. 1. ſumme tractatu 5. part. 2. cap. 2. num. 16.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An, ſi vterque coniux ſit excommunicatus, ſit etiam illis licita communicatio in debito, menſa, colloquio, & aliis communibus?

Reſpondeo affirmatiuè. Quia effectus excommunicationis non creſcit in vno, ex eo quod alter ſit excommunicatus. In quo tamen caſu aduertendum eſt, ne contingat, vt per mutuam communicationem, alter alterius foueat contumaciam, maximè ſi propter idem crimen ſunt excommunicati, nam tunc eſſet communicatio in crimine, & conſequenter nouum peccatum mortale: Quod etiam accidere poteſt, ſi alter coniugum tantum eſt excommunicatus, & vnus eſt in cauſa, vt alter in excommunicatione obdureſcat; nam etiam tunc erit communicatio in crimine, atque ita nouum mortale: quod præcipuè contingere poteſt, quando vxor eſt excommunicata, ſi maritus negligat illam corrigere. Sic Alterius *cap. 2. cit. in fine.* Sanchez *diſputat. 14. cit. n. 3. & 22.* Auila 2. *part. cap. 6. diſput. 9. dub. 5. concluſ. 1. & concluſ. 2. ad 2.* Cornejo, Diana *loc. cit.* & omnes.

QVÆSTIO XXIV.

An permiſſio, quam ius tribuit vxori communicandi cum marito excommunicato, extendatur ad diuina?

Negant Caietan. *in ſumm. verb. excommunicatio ad finem, cap. Participatio cum excommunicatis quibus caſibus permittatur*, & Armilla *eod. verb. n. 44.* dum dicunt, extra diuina, licere participationem cum excommunicatis in caſibus contentis in eo verſiculo *Vtile, lex humile*, &c. quod eſſe tutius ait Henriquez *lib. 13. cap. 22. n. 3. in fine*, ibi: Sed tutius in praxi eſt, ne ratione legis, vel humilis, denunciatus communicet in diuinis: ſed temperatè vtendum eſt fauore, quia iure expreſſo non conceditur participare in diuinis. Ita ille, & antea Syluester *citatus ſupra quæſt. 17.* pro prima ſententia. Ita etiam Bonacina *diſput. 2. q. 2. puncto 6. §. 2. num. 22.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: talem communicationem extendi etiam ad diuina. Quia exceptio, quæ fit in d. cap. *Quoniam multos*, nempe, vt vxor non cõprehendatur ſub præcepto interdicẽti participationem cum viro excommunicato, eſt generalis: ergo generaliter debet intelligi, & ſic extendi etiam ad diuina, iuxta cap. *Soliti, de maiorit. & obed.* Sic Henriq. *cap. 22. cit. n. 1. in marg. lit. L.* vbi ſic ait: Nam ſi vxor participet etiam in diuinis cum marito, aut filius cum patre, etiam nominatim denunciato (dummodo illum non inducat) non peccat. Quia cap. *Quoniam multos*, concedit eum fauorem abſque reſtrictione, vt ait Nauarr. *add. Hiſp. cap. 27. num. 27.* & ita generaliter loquuntur Maior, Adrian. *de clauib. q. 3.* Soto, Nauarr. & Recent. Hucuſque Henriquez. Sic etiam Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 14. num. 5.* Sà *verb. excommunicatio num. 44. iuncto num. 46.* Cornejo *diſput. 10. de excommun. §. 10. dub. 2.* aliàs 3. *verſ. Et ſi roges.* Auila 2. *part. cap. 6. diſputat. 11. dub. 6. verſ. Virum verò.*

QVÆSTIO XXV.

An coniux excommunicatus poſſit licitè debitum petere ab vxore non excommunicata?

Negant quidam Doctores. Quia *in d. cap. Quoniam multos*, nihil conceditur ipſis excommunicatis, ſed ſolum aliis, qui cum ipſis communicant: & aliàs in cap. *Decernimus, de ſentent. excommun. in 6.* generaliter negatur excommunicato actio petendi debitum: ergo. Ita docent Gloſſa *in dict. cap. Quoniam multos, verb. Vxores*, & ibi Archidiac. & Graffis 1. *part. deciſ. lib. 4. cap. 13. num. 6.* Syluester etiam *verb. excomm. 5. num. 4. verſ. Secundò excuſat.* & Gregor. Lopez *l. 34. verb. Ael. tit. 9. part. 1.* vbi dicunt vtrumque coniugem excuſari quoad debiti redditionem, quoad petitionem verò, eum qui excommunicatus non eſt.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe licitum debitum petere.

Digitized by Google

petere. Quia coniux non excommunicatus tenetur ad præſtanda obſequia excommunicato, ſicut ante excommunicationem, vt ſupra *q.*17. eſt habitum: at ſic eſt, quod inter hæc primas tenet hoc quod eſt proprium coniugum, quatenus coniuges ſunt: ergo. Sic DD. citati *ſup. q.*16. Et Sanch. *diſp.*14. *cit. n.*20. Cornejo *loc. cit. verſ. Et ſi rurſus inquiras.* Qui ad fundamentum contrariorum reſpondet, permiſſionem in d. cap. *Quoniam multos*, mutuam eſſe ex parte vtriuſque, quia valde oneroſum eſſet vxori, eam obligare ad petendum debitum, quoties in ſe, vel in marito ſentit periculum incontinentiæ. Et quamuis dicamus eſſe prohibitum marito petere in iudicio debitum, & cohabitationem, ex d. cap. *Decernimus*, minimè tamen eſt prohibita petitio priuata extra iudicium, quia cum excommunicatus non priuetur iure priuato ſuorum bonorum, poterit licitè vti vxore ſua. Ita ille. Et alij. Dicamus iam de tertia particula *Humile*, de qua ſit.

QVÆSTIO XXVI.

Quæ perſonæ excipiantur per Verbum; Humile?

RESpondeo excipi omnes illas, quæ ſunt in humilitate ſubiectionis, hoc eſt, quæ aliqua legis obligatione ſubiiciuntur alteri. Vnde excipiuntur filij, ſerui, familiaréſque, & ita huiuſmodi licitè poſſunt communicare cum parentibus, ac dominis excommunicatis, vt conceſſum eſt illis in dicto cap. *Quoniam multos* 11. *q.*3. & in cap. *Si verè, de ſent. excommun.* Et ita docent omnes Doctores. Legantur D. Anton. *in cap. de Minore excommunic.* Syluester *excommunicatio* 5. *num.*4. Armilla *verb. excommunicatio, num.*46. Angelus *excommunicatio* 8. *num.*11. Sotus *diſtinct.*22. *quaſt.*1. *artic.*4. Nauarrus *cap.*27. *num.*26. Suarez *diſput.*15. *ſect.*5. Alterius *lib.*1. *diſput.*15. *cap.*3. *&* 4. Auila 2. *part. cap.*6. *diſputat.*11. *à dub.*6. Bonac. *diſput.*2. *quaſt.*2. *punct.*6. §.2. *à num.*25. Filliuc. *tract.*13. *cap.*6. *à quaſt.*5. & alij, cum quibus de ſingulis perſonis *in d. cap.* exceptis ſigillatim dicemus.

QVÆSTIO XXVII.

An filij legitimi, & ſub cura parentum exiſtentes, licitè poſſint communicare cum patribus excommunicatis vitandis?

RESpondeo tanquam certum: poſſe. Quia, ex quatuor vel quinque generibus perſonarum, quæ priuilegio cap. *Quoniam multos* gaudent, primò enumerantur filij, ibi: *Filij, ſerui, ancillæ, ſeu mancipia, & ruſtici ſeruientes, & omnes alij qui non adeò curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrentur*: at ſic eſt, quod nomine filij, primo loco veniunt filij legitimi ſub cura parentum exiſtentes: ergo. Sic omnes. Legantur inter alios Suarez, & Filliucius *loc. cit.* Qui benè addunt, etiam vt certum, filiorum nomine, filius etiam comprehendi, tam reſpectu patris, quàm matris, eo quod textus abſolutè loquatur de filiis, qui æqualiter dicunt reſpectum ad vtrumque parentem, & filiorum nomine conſtat vtrumque ſexum comprehendi, vt vulgare eſt apud Iuriſtas, & omnes conſentiunt.

QVÆSTIO XXVIII.

An etiam, filij legitimi, emancipati tamen poſſint communicare cum ſuis parentibus excommunicatis vitandis?

NEgant in primis abſolutè quidam. Quorum fundamentum eſt: quia filius emancipatus, iam non eſt ſub cura; & poteſtate parentis, eſtque quaſi extraneus; & ideo nulla indiget communicatione cum parente: ergo non eſt cur concedatur communicatio cum illo, ſi ille excommunicatus ſit: & ita nil obſtat, quod in d. cap. *Quoniam multos*, abſolutè filij eximantur, & non ſit cum limitatione ad eos ſolum, qui ſub patria poteſtate ſunt. Ita D. Thom. *in* 4. *d.*18. *q.*2. *art.*4. Ricard. *ibi, art.*6. *q.*1. Gabriel *quaſt.*3. *notab.*3. Sotus *diſt.*22. *q.*1. *art.*4. Nauarrus *cap.*27. *n.*27. Hoſtienſ. Turrecrem. Angel. Syluester, Armilla, quos omnes pro hac parte citat Suarez *vbi infra.* Quibus addi poſſunt Faber *in* 4. *diſt.*25. *q.*1. *diſp.*4. *cap.*7. *num.*221. Vaſquez *diſput. de excommun. dub.*9. Luyſius *lib.*2. *diſp.*13. *dub.*4. Villalobos *tract.*17. *diffic.*13. *n.*15. Henriquez *lib.*13. *cap.*22. *num.*22. & alij, quamuis ex his Doctoribus, Angel. Syluest. Armilla, Sotus, & Henriquez, limitent hanc ſententiam dicendo eſſe intelligendam de filio emancipato, qui non eſt comenſalis patris: Ita enim ait Henriq. *Humile* pertinet primò ad filios nondum emancipatos: vel ad alios emancipatos, qui tamen ſunt comenſales patris: Quia hic emancipatus (addit in Gloſſ. *lit. S.*) manet ſub patris iuriſdictione. Auila etiam *part.*2. *cap.*6. *diſp.*11. *dub.*6. ita dicens: Excuſantur filij, & non ſolum mancipati, ſed etiam emancipati, ſi ſint comenſales illius, & recipiant ab eo neceſſaria. Ita Auila.

Concedunt contrà alij, non abſolutè, ſed cum diſtinctione, aſſerendo, quod filius emancipatus licitè poſſit communicare cum patre excommunicato in his, quæ pertinent ad filium, vt filius eſt, & ideo nullo modo peccabit in exhibenda obedientia, reuerentia, & ſubſidio patri excommunicato; quia iſta debita ſunt iure filiationis: non tamen poterit communicare cum illo, quoad alias actiones in quibus non communicat, vt emancipatus eſt: & ita non poterit dictus filius emancipatus, habitans extra domum patris, habitare in eadem domo, menſa, &c. cum illo, nec exercere alias familiares actiones: quia in his non eſt illi ſubiectus. Ita Suarez *diſputat.*15. *ſect.*5. *num.*4. Alterius *lib.*1. *diſputat.*15. *cap.*4. *dubit.*1. Fillucius *tract.*13. *cap.*6. *quaſt.*5. *num.*108. Bonacina *diſput.*2. *quaſt.*2. *punct.*6. §.2. *num.*28. Cornejo *diſp.*1. §.10. *dub.*3. *quaſt.*3. Machado *lib.*1. *part.*3. *tract.*3. *docum.*17. *n.*5. Ægidius *diſp.*14. *dub.*12. *num.*132. & alij.

Sed æquè probabiliùs reſpondeo: filium emancipatum, etiamſi non ſit comenſalis, nec ſub cura parentis, poſſe abſolutè communicare cum illo excommunicato, in omnibus rebus; ac alij filij non emancipati poſſunt. *Primò*, quia Gregorius VII. in d. cap. *Quoniam multos*, abſque vlla limitatione excipit filios: ergo abſolutè veniunt in exceptione filij emancipati; quia cum ſit fauor, ampliandus eſt, non reſtringendus.

Secundò, quia filius emancipatus, etiamſi non ſit ſub cura parentum, retinet ſemper debitum naturale obſequendi patri: ergo credendum eſt, Eccleſiam noluiſſe huius debiti vſum perturbare, cum neque docuerit, neque expedierit: ergo, &c. Sic Palud. *in* 4. *diſt.*18. *q.*6. *art.*2. Vgol. *tab.*2. *cap.*23. Mercer. *in* 3. *part. q.*21. *dub.*11. Præpoſit. *q.*2. *de excomm. dub.*17. *n.*6. Hurt. *diſp.*9. *de excomm. diff.*4. *num.*21. Quos citat, & ſequitur Diana *part.*5. *tract.*9. *reſolut.*118. Quibus adde Reginaldum *lib.*32. *n.*109. & Palao *diſput.*2. *punct.*19. *n.*10. & dicunt eſſe probabile Suarez, & Villalobos *loc. cit.*

QVÆSTIO XXIX.

An etiam, filij illegitimi, poſſint licitè cum parentibus excommunicatis vitandis communicare?

REſpondet quidam, poſſe communicare cum illis, in omnibus, (ſicut communicare poſſunt filij legitimi)

Digitized by Google

legitimi) ſi ſunt ſub cura parentum, & cohabitent. Si verò ſint emancipati, tunc ſolum poſſe communicare in illis rebus, quæ pertinent ad filium, vt filius eſt. Ita Suarez, Filliuc. Alterius, & alij authores ſecundæ ſententiæ relati quæſt. antecedenti.

Sed abſolutè, iuxta à nobis dicta, reſpondeo poſſe dictos filios cum parentibus excommunicatis in omnibus, ac poſſunt filij legitimi communicare; ſiue in parentum poteſtate ſint, ſiue extra. Quia appellatio filij eſt generalis: ergo etiam hos illegitimos filios comprehendi. Adde quod etiam in illis eſt naturale debitum exhibendi obſequium parentibus: ergo. Sic Palud. Vgolin. Mercer. Præpoſitus, Hurtad. & Diana *loc. cit.* Imo & Cornejo id ipſum docet *loc. cit. verſ. Sed quid ſi filij legitimi non ſint.* Palao *n. 10. cit.*

Qvæstio XXX.

An item, filij adoptiui poſſint communicare, eodem modo, ac filij legitimi, cum parentibus excommunicatis?

Affirmant abſolutè Caſtro Palao *diſp. 2. puncto 19. num. 10.* Sed cum diſtinctione reſpondeo: Non poſſe communicare, caſu quo tales filij ſint emancipati, & non cohabitent cum parentibus, ſecus verò caſu, quo tales filij adoptiui ſint ſub cura parentum, & cum illis verſentur, quia tunc poſſunt communicare cum parentibus excommunicatis eodem modo ac alij. *Prima pars* huius reſponſionis probatur: quia poſt emancipationem, non remanet in his filiis vinculum naturale, & peculiaris ratio obſequendi parentibus, quam diximus manere in aliis filiis naturalibus, vnde iure ciuili filij adoptiui emancipati, non connumerantur inter filios, ſeu liberos. §. *Adoptiui. Inſtit. de exhared. libero.*

Secunda verò pars probatur. Quia filij adoptiui etiam comprehenduntur appellatione abſoluta filiorum *l. Adoptiuum, ff. de in Ius vocando:* ergo gaudere debent eodem priuilegio communicandi cum parentibus excommunicatis, quo gaudent alij filij naturales. Sic tenent Palud. Hugolin. Mercer. Præpoſ. Diana *loc. cit.* & Hurtado præcipuè his verbis: Nomine liberorum etiam comprehenduntur filij emancipati, quamuis non ſint commenſales; vt contra non paucos docent Palud. & Vgolin. *(loc. ſup. cit.)* quia verè ſint filij: & etiam comprehenduntur illegitimi: ob eandem rationem: & etiam comprehenduntur adoptiui quandiu non ſunt emancipati, quia quandiu non ſunt, verè dicuntur filij. Sic Hurtadus. Imo & Suarez, Filliuc. & alij Doctores ſupra cit.

Qvæstio XXXI.

An Nepotes, &, Pronepotes comprehendantur etiam ſub nomine filiorum, & ita poſſint, cum Auo & Proauo, excommunicatis, communicare?

Reſpondent Suarez, Alterius, Filliucius, Palao, Bonac. & alij citati *ſup. quæſtione 28.* comprehendi nomine filiorum, & ita, ſi maneant ſub cura Auorum & aliorum progenitorum, & cohabitent, poſſunt communicare cum illis ſicuti filij: Si verò ſeparati viuant tantùm poterunt communicare cum illis, quæ neceſſaria ſunt ad explendam obligationem huiuſmodi, ad inſtar filiorum emancipatorum.

Sed, iuxta Doctrinam à nobis *quæſtione 28.* traditam reſpondeo dicendum, quod verè comprehendantur ſub appellatione filiorum: & ideo ſemper poterunt communicare cum dictis progenitoribus excommunicatis, ſicuti poſſunt filij, quamuis emancipati, & ſeparati ab illis viuant. Ratio eſt: quia Nepos, & Pronepos, verè veniunt appellatione filiorum, quoad Auos & progenitores ſuos, *l. Filij appellatione, & l. liberorum, de verbor. ſignif.* ergo eodem modo ac filij gaudere debent priuilegio *cap. Quoniam multos.* at ſic eſt, quod filij, virtute dicti priuilegij, poſſunt communicare cum ſuis parentibus excommunicatis in omnibus rebus, etiam caſu quo ſeparati ab illis viuant: ergo eodem modo poterunt Nepotes & Pronepotes cum ſuis Proauis excommunicatis, ſiquidem eodem vinculo naturali ad illis obedientiam exhibendam ſunt aſtricti. Sic Hurtadus *diſputat. 9. diffic. 4. numero 21.* Cornejo *dub. 3. cit. quæſtione 3. verſ. etſi reges.* Diana *parte 5. tractatu 9. reſol. 119.* Palao *loco citato*, & alij *ſupra quæſtione 28.*

Qvæstio XXXII.

An Nurus, & Gener, poſſint communicare cum Socero, & Socro excommunicatis: & Priuignus, & Priuigna cum Nouerca & Vitrico?

Affirmant poſſe communicare, ſicuti filij parentibus, ſi cohabitent cum illis: non verò, ſi ſunt ſicuti emancipati; quia nunc nullum vinculum naturale remanet, ſed ſola affinitas, quæ non eſt ſufficiens principium inducens naturalem obligationem adeo intrinſecam, vt ſit licita talis communicatio, ſecluſa actuali ſubiectione & cohabitatione, Suarez *diſputatione 15. ſect. 5. numero 7.* Alterius *diſputat. 15. capite 4. dubit. 4.* Filliuc. *tract. 13. capite 6. quæſtione 5. numero 111.* Cornejo *loco cit verſ. Si inquiras* Luyſius *libro 2. de Cenſuris, diſputatione 13. dub. 4. verſ. Idem iudicium.* Diana *loc. cit.* Villalob. *tractatu 17. diff. 13. numero 15.* ita dicens: [Lo miſmo ſe ha de dezir de la Nuera y Yerno, reſpecto del Suegro, y el Ahijado, y Ahijada reſpecto del Padraſtro y Madraſtra, que eſtos, ſi comen en caſa, ſe juzgan por hijos quanto a eſtos fauores.]

Sed æquè probabiliter reſpondeo. Non ſolùm poſſe communicare Nurum & Generum; Priuignum & Priuignam, cum Socero & Socro, & cum Nouerca & Vitrico excommunicatis, caſu, quo habitent cum illis: ſed etiam caſu, quo quaſi emancipati ab illis viuant. Quod poſſint communicare caſu quo cum illis habitent, conſtat: quia omnes dictæ perſonæ, ratione ſpecialis affinitatis, habentur loco filiorum, & ſic ſub tali nomine comprehenduntur §. *Affinitatis, Inſtitut. de Nuptiis*: ergo gaudent eodem priuilegio, ac gaudent filij reſpectu ſuorum parentum. Quod verò etiam poſſint cum illis communicare caſu, quo huiuſmodi perſonæ, nempe, Nurus & Gener: Priuignus & Priuigna, ſint quaſi emancipati, & extra conuictus ſuorum correlatiuorum, etiam conſtare videtur; nam adhuc in hoc caſu manet vinculum affinitatis, propter quod ſemper ſunt habendi veluti filij, ac per conſequens, ſuo ordine gaudere debent ſemper priuilegio communicandi cum ſuis correlatiuis, nempe cum Socero & Socro; ac cum Nouerca & Vitrico excommunicatis, veluti cum ſuis; aliquo modo, parentibus: quamuis, vt verum fateamur, non maneat in his æquale vinculum, & par obligatio parendi ſuis correlatiuis; ſicut manet, & eſt in filiis reſpectu ſuorum parentum. Sic Gordonus *tomo 2. libro 7. quæſt. 10. capite 6. numero 76.* & Hurtado *diff. 4. cit.* vbi, ex Sayro *libro 2. capite 14.* Sic ait; Imo, vt aduertit Sayrus etiam comprehenduntur Nurus & Gener, & Priuignus, & Priuigna, quia ratione affinitatis habentur vt filij: & in dicto Can. *Quoniam multos*, priuilegiantur liberi abſque vlla reſtrictione. Sic ille.

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXIII.

An Pupillus poſſit communicare cum ſuo Tutore excommunicato vitando?

RESpondeo poſſe abſolutè communicare cum illo (ſicut filius cum ſuo patre) ſi ſit ſub eius cura, & commenſalis illi; quia tunc eius parentis vicem gerit: ſi autem viuat ſeparatus, ſolùm ei communicare poterit in illis rebus, quæ ad munus Tutoris pertinent, & ſine quibus conuenienter peragi non poteſt. Sic Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 5. *n.* 9. Alterius *libro* 1. *diſp.* 15. *c.* 4. Filliuc. *tract.* 13. *c.* 6. *q.* 5. *n.* 112. Cornejo *diſp.* 10 §. 10. *dub.* 3. *q* 3. *verſ. Si autem iterum.* Luyſius *lib.* 2. *diſp.* 13. *dub.* 4. *verſ. Tandem docet.* Diana *parte* 5. *tractatu* 9. *reſolut.* 119. Bonacina *diſputatione* 2. *quæſtione* 2. *puncto* 6. §. 2. *numero* 33. & Palao *diſputatione* 2. *puncto* 19. *numero* 9.

QVÆSTIO XXXIV.

An filij ſpirituales poſſint communicare cum patribus ſpiritualibus excommunicatis vitandis?

RESpondeo quod non. Quia hi non veniunt nomine filiorum, de quibus loquitur textus in cap. *Quoniam multos citato.* Sic Suarez *loc. cit.* hic verbis. Et hæc videntur ſufficere ad declarationem illius vocis filij; nam aliud genus filiationis ſpiritualis, quod à Theologis conſideratur inter baptizantem & baptizatum, ſuſcipientem & ſuſceptum, iuxta titulum *de cognatione ſpirituali*, aut inter ſubditum ſpirituale, & Prælatum ſuum: hoc, inquam, filiationis genus ad præſens non ſpectat: quia nec mens Gregorij fuit de his loqui, vt per ſe conſtat; neque etiam ex illo naſcitur neceſſitas aliqua huius ciuilis communicationis, de qua nunc agitur, præciſè conſiderando ratione talis filiationis. Hæc Suarez. & ex illo Filliuc. *loc. cit. n.* 112. *verſ. Octauò, non extenditur.*

QVÆSTIO XXXV.

An ſuperiores non excommunicati, poſſint cum ſuis inferioribus excommunicatis communicare verbi gratia, Pater, vel Mater cum filiis; auus, aut Proauus cum Nepotibus & Pronepotibus, &c?

NEgat Gloſſa *in cap. Quoniam multos.* 11. *q.* 3. *verb. vxores.* his verbis: Hoc tamen ſcias, quod ſi filius eſt excommunicatus, vel ſeruus, non debet Pater, vel Dominus communicare ei, *vt* 27. *q.* 1. *de filia.* Sic Gloſſa: quam eſſe communiter receptam teſtatur Nauarr. *cap.* 27. *n.* 27. Huic ſententiæ adhæret Angel. *excommunicatio* 8. *n.* 10. & penes illum, Hurt. & Innoc. quamuis contrarium ſentiant, caſu, quo filij à patre accipiant alimenta.

Sed probabilius reſpondeo: poſſe communicare cum ſuis inferioribus excommunicatis. Quia ius ſuperiorum non eſt minus validum, ac potens, quàm ius inferiorum: ergo ſi hoc priuilegium eſt conceſſum inferioribus, à fortiori debemus ſentire eſſe conceſſum ſuperioribus, præſertim vbi eadem eſt ratio deciſionis iuris, nempe idem animarum periculum, quod ius euitare prætendit. *Confirmatur*, quia correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio, iuxta regulam iuris *C. in l. fin. ff. de accept.* & ita quod de vno correlatiuo diſponitur, de altero diſpoſitum eſſe cenſetur.

Nec obſtat *cap. De filia* 27. *quæſt.* 2. (non *dict.* 27. vt Cornejo & Diana referunt) quod opponit Gloſſa; vbi iuxta explicationem ipſius Gloſſæ habetur, quod excommunicationem incurrunt parentes communicantes cum filia excommunicata, eo quod poſt profeſſionem matrimonij duxerat; nam reſpondetur ex eadem Gloſſa ibi, verb. *Receperunt*, id eſſe verum ſolum, in caſu quo parentes foueant illam in crimine criminoſo, in quo caſu nec filio licèt cum parentibus communicare. Accipe verba Gloſſæ *in Sum. c. Dicitur, quod ſi filia Epiſcopi, vel alterius, poſt votum nupſerit, & pater, vel mater hoc approbauerit, omnes excommunicentur.* Hæc Gloſſa, ibi. Et *infra verb. Receperit hæc: vel dicatur, receperit, id eſt adeò dilexerit, quod in errorem eam foueat, & ſecundum hoc, non eſt contra cap. Quoniam multos.* Hæc hîc. Quid clarius pro nobis? Vnde hanc ſententiam tenent Nauar. *cap.* 27. *cit. numero* 27. his verbis: E quamuis iuxta *Gloſſ. d. cap. Quoniam*, communiter receptam, maritus, pater, dominus, & herus, non poſſunt communicare vxori, filiis, mancipiis, & famulis excommunicatis, nobis tamen verius videtur oppoſitum, quod ſentit Adr. *in* 4. *de Clauib. q.* 3. *col.* 5. quos rectiùs ait, excludi per verbum *vtile*, quàm per verbum *lex*, per illud enim excluditur creditor, qui poteſt ſuum debitum petere à debitore excommunicato, & omnes iſtæ perſonæ ſubiectæ ſunt debitores mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, aut ſtipendium. Sic Doctus Nauarrus, Henriquez *libro* 13. *cap.* 22. *num.* 3. & penes illum, *lit. E.* D. Thom. *in add. q.* 23. *art.* 1. Sotus *diſt.* 22. *art.* 4. *concl.* 5. Syluest. *excommunic.* 5. *n.* 17. & alij Auila 2. *p. cap.* 6. *diſput.* 11. *dub.* 7. & apud ipſum, Caiet. Suarez *diſput.* 15. *ſect.* 5. *num.* 18. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 4. Filliuc. *tract.* 13. *capite* 6. *quæſtione* 7. *numero* 118. Cornejo *diſputatione* 10. §. 10. *dubit.* 3. *verſu, ſed an vice verſa.* Gordonus *tomo* 2. *libro* 7. *quæſtione* 10. *capite* 6. *numero* 85. Diana *parte* 5. *tractatu* 9. *reſol.* 120. & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An etiam, quando Superiores ſunt excommunicati, poſſint cum ſuis inferioribus non excommunicatis communicare?

RESpondeo: etiam poſſe. Quia etiam in hoc caſu hi intelliguntur excepti in cap. *Quoniam multos* per quandam conſecutionem neceſſariam ex ratione correlatiuorum: Nam aliàs inutilis eſſet facultas conceſſa inferioribus non excommunicatis ad communicandum cum ſuis ſuperioribus excommunicatis, ſi hi non poſſent viciſſim communicare cum ipſis, vt ex dictis ſupra loquendo de marito & vxore eſt habitum. Sic Suarez, Alterius, Filliucius, Palao *loc. cit.* & alij communiter. Qui benè dicunt, eiuſmodi perſonis omnem communicationem cõmunem, & vſualem ſaltem, concedi; eam videlicet, quam conuictus & mutua cohabitatio requirit. An etiam concedatur illis communicatio in diuinis; ex ſupra habitis conſtat, quid ſit dicendum. Et hæc dicta ſufficiant pro declaratione vocis, *filij*, dicamus nunc de vocibus *ſerui, ancillæ, mancipij, ruſtici, &c.*

QVÆSTIO XXXVII.

An ſerui, vel famuli, quocunque titulo tales ſint, poſſint communicare cum Dominis excommunicatis vitandis?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia ita habetur expreſſum, *in cap. Quoniam multos. citat.* iuxta quod omnes ſerui, ancillæ, mancipia, & famuli, tàm vrbani, quàm ruſticani, qui, ante excommunicationem ſaltem, erant ſubiecti dominis excommunicatis poſſunt communicare cum dominis excommunicatis, dummodo

Digitized by Google

dummodo non communicent, & participent in his, propter quæ Domini fuerunt excommunicati. In hac reſponſione conueniunt omnes. Legantur Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 5. *à num.* 9. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *c.* 3. Henr. *lib.* 13. *c.* 22. *n.* 3. Auila 2. *p. c.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 6. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 2. *à n.* 32. Filliuc. *tr.* 13. *c.* 6. *q.* 5. Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. punct.* 19. *n.* 11. & alij.

QVÆSTIO XXXVIII.

An, vt famuli, ſerui, &c. poſſint communicare cum ſuis Dominis excommunicatis; neceſſum ſit, quod ante excommunicationem Dominorũ intrauerint ad ſeruiendum illis?

AFfirmant id eſſe neceſſarium, vt quidam DD. vnde exiſtimant, quod ſerui, vel famuli, qui poſt excommunicationem dominorum, ſcienter, & abſque neceſſitate cœperunt inſeruire dominis excommunicatis, non poſſint cum eis communicare. Fundamentum huius ſententiæ, eſt textus *in cap. Inter alia, de ſent. excommun.* in quo dicitur, quod ideo prædicti ſerui, & famuli teneantur ad familiare obſequium excommunicati, quia ante excommunicationem ad id tenebantur, quod debitum, adhuc poſt excommunicationem durat: ergo cum hæc ratio deficiat in ſeruis, qui alteris non obligabantur ante excommunicationem, ipſi non videntur prædictis excommunicatis poſſe communicare. Ita Nauarr. *cap.* 27. *n.* 27. Syluest. *excommunicatio* 5. *n.* 4. Caiet. & Turrecrem. Angel. & Armilla, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 5. *n.* 13. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *capite* 3. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 8. Vgolin *tab.* 2. *cap.* 23. §. 9. Filliuc. *tract.* 13. *cap.* 6. *queſt.* 6. *num.* 117. Auila *loc. citato.* Præpoſitus *in* 3. *part. q.* 2. *de excommun. dub.* 17. *n.* 126. Faber *diſt.* 25. *q.* 1. *diſp.* 4. *cap.* 7. *n.* 213. Megala *in* 3. *p. lib.* 2. *cap.* 5. *q.* 4. *n.* 53. Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 17. Mercerus *in* 3. *p. queſtione* 21. *dub.* 11. Gordonus *in Summ. tomo* 2. *libro* 7. *queſtione* 10. *capite* 6. *num.* 79. Henriquez *libro* 13. *capite* 22. *numero* 3. *in principio.* Villalob. *tractatu* 17. *difficult.* 13. *numero* 25. *in fine*, & alij communiter.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non eſſe neceſſariã dictam conditionem, vt famuli poſſint communicare cum ſuis dominis excommunicatis: & ita aſſerendum iudico, hos abſolutè, & ſimpliciter poſſe communicare cum dominis excommunicatis, quamuis ſcientes hos eſſe excommunicatos, inceperint illis inſeruire (licet non negemus peccaſſe obligando ſe ad illis inſeruiendum.) Ratio eſt. Quia Gregor. VII. *in d. cap. Quoniam multos* 11. *q.* 3. abſolutè, & ſimpliciter loquitur, & nullo modo dictam conditionem requirit, vt conſtat; cum abſolutè concedat filiis, ſeruis, & ancillis, & aliis ſubditis facultatem communicandi cum ſuis patribus, dominis, heris, &c. modò non ſeruiant in crimine criminoſo, aut cum periculo propriæ ſubuerſionis, vel cum periculo, vt excommunicatus perſeueret in ſua contumacia: ergo. Quod ſi Innocent. III. in cap. *Inter alia*, id affirmauit de iis, qui ante excommunicationem tale debitum contraxerunt; non tamen negauit de aliis, & meritò cum poſt contractam ſeruitutem eadem ſit omnium horum ratio. Vnde ſic ſentiunt Bonacina *diſput.* 2. *qu.* 2. *punct.* 6. §. 2. *n.* 32. Vbi benè addit, idem eſſe dicendum, de filiis genitis, eo tempore, quo pater erat excommunicatus, & de coniugibus, qui contraxerunt in excommunicatione, de quo ſupra diximus. Ægidius etiam *diſp.* 14. *dub.* 12. *n.* 129. Hurtad. *diſp.* 9. *de excommun. diff.* 4. *n.* 24. *verſ. eximunt autem.* Diana *part.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 124. Luyſius *lib.* 2. *diſp.* 13. *dub.* 5. *verſ. Sed nos.* Legantur Ægidius *loc. cit.* Qui optimè ſatisfacit capiti *Inter alia*, pro parte contraria adducto, & Palao *puncto* 19. *cit. numero* 15. qui ex eo hanc noſtram ſententiam etiam docet.

QVÆSTIO XXXIX.

An prædicti ſerui, & famuli, poſſint generaliter communicare in omnibus rebus, tàm humanis, quàm diuinis, cum ſuis dominis excommunicatis vitandis?

NEgat Syluest. *verb. excommunicatio* 5. *num.* 4. *verſ. Tertiò excuſat humile*, his verbis: Et quod dicitur de ruſticis, ſecundum Veruec. de colentibus terras intelligitur, & vt dicit, etiam ad eos extenditur qui dicuntur *mediatarij*, quia communicare poſſunt quantum exigit cultura, & huiuſmodi. Ita Syluest. Tenent & alij loquendo de excommunicatione in diuinis iuxta ſententiam, quam retulimus in ſimili *ſup. q.* 24.

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe generaliter in omnibus rebus, etiam diuinis communicare cum dominis excommunicatis, ac ſi illi non eſſent excommunicati. Quia prædictus Canon *Quoniam*, abſolutè & ſine vlla limitatione concedit ſeruis, famulis, ancillis, &c. quod poſſint communicare cum dominis excommunicatis (ſicut diximus de viro & vxore *q.* 24.) ergo cum ſit fauor, non eſt reſtringendus. Sic Henriquez *libro* 13 *cap.* 22. *num.* 3. his verbis: Seruitores ruſtici, qui ſunt commenſales, & famuli, quamuis extra domum domini excommunicati habitent, poſſunt cum domino excommunicato agere, non tantùm in rebus neceſſariis, ſed generaliter in omnibus humanis: quia ius eum fauorem ſine reſtrictione concedit. Sic ille. Ægidius etiam *dub.* 12. *cit. num.* 132. vbi quærenti, an dictæ perſonæ poſſint generatim in omnibus communicare cum dictis excommunicatis; ſic reſpondet: Quidam putant eos non poſſe communicare in omnibus rebus aliàs licitis, præſertim in ſacris. Sed alij verius aiunt eos poſſe: quia cum ius generatim iis communicationem concedat, non debemus hanc reſtringere. Ita Sanchez *lib* 9. *de matrim. diſp.* 14. *n.* 4. & 5. Eman. Sà 5. *excommunicatio num.* 45. (*aliàs* 46.) Henriquez *lib.* 13. *cap.* 22. *num.* 2. *in Comment. lit. I.* & alij, quos citant. Hinc famulus poteſt dominum excommunicatum euntem ad ſacrum comitari, ſicut etiam eius vxor, aut liberi: item Sacellanus poterit cum ſuo Epiſcopo legere horas, aut famulus domino celebranti inſeruire, quia huiuſmodi obſequia, & communicatio à talibus ex officio iis debita ſunt ante excommunicationem, nec per hanc ea obligatio eliditur, vt patet *ex cap. Inter alia* 31. *de ſententia excommunicationis.* Huc vſque Ægidius. Sotus etiam Caietanus & Nauarr. apud Henriquez *num.* 3. *citato, in Gloſſa litera A.* Layman *tractatu* 5. *parte* 2. *capite* 2. *numero* 16. Diana *parte* 5. *tractatu* 9. *reſolut.* 124. & Auila 2. *p. capite* 6. *diſputatione* 11. *dub.* 6. *verſ. Vtrum verò.*

QVÆSTIO XL.

An etiam vaſſalli poſſint communicare cum Domino ſuo excommunicato vitando; & Dominus cum illis?

NEgat abſolutè Hurtad. *diſput.* 9. *de excomm. diff.* 4. *num.* 24. his verbis: Ob dictam tamen ſubiectionem ſignificatum particula *Humile*, non excipiuntur vaſſalli à prohibitione communicationis cum domino temporali excommunicato, nec è contra: quid vaſſalli non ſunt filij, nec ſeruientes, nec aliter de familia domini temporalis. Ita ille.

Sed probabilius, ſeu clarius, cum diſtinctione reſ-

pondeo : Poſſe quidem vaſſallos communicare cum Domino temporali excommunicato vitando in ſolutione tributorum: minimè verò in aliis rebus humanis. *Prima pars* conſtat : Nam debitor non ſolùm poteſt, verum etiam tenetur ſoluere debitum excommunicato, vt habitum eſt ſupra: ſed tributa ſunt quædam debita : ergo poterunt vaſſalli ; imò & tenebuntur, illa ſoluere Domino excommunicato, quandiu dominum temporale non perdiderit. *Secunda verò pars*, etiam patet ; nam quantum ad communicationem in aliis rebus eadem eſt ratio de vaſſallis, & de omnibus aliis, vt benè probat Hurtadus : ergo. Sic Suarez *diſp.*15.*ſect.*6.*à n.*2. Auila 2.*part. cap.*6. *diſp.*11.*dub.*9. Filliuc. *tr.*13.*c.*6. *q.*9.*à n.*122. Vgol.*c.*13.§.9. Regin. *lib.*32. *num.*115. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.*6. §.2.*n.*40. Henriq. *libro* 13.*c.*7. *n.*4 *& cap.*22. *n.*3. Cornejo *diſp.* 10. *de excommun.* §.10. *dub.* 3. *qu.* 3. *verſ. Circa tamen ſeruos*. Sayrus *lib.*2.*de excommunicat. capite* 14. *num.* 20. Palao *diſput.*2.*de Cenſur.punct.*19.*n.*20.& alij.

QVÆSTIO XLI.

An inferiores eiuſdem familiæ vt fratres, ſorores, ſerui, & ſimiles, ſi vnus horum ſit excommunicatus, poſſint cæteri communicare cum illo?

Affirmant abſolutè quidam, quos, ſuppreſſis nominibus, referunt Suarez & Alterius. Quorum fundamentum eſt. Quia cum huiuſmodi inferiores ſimul cohabitent, non poſſunt moraliter vitare conſortium excommunicati; neque enim frater tenetur recedere à Patre, neque ſeruus à Domino, eo quod alter frater, vel ſeruus ſit excommunicatus.

Sed, diſtinctione vtendo, reſpondeo : Nullo modo poſſe per ſe, & directè dictas perſonas communicare cum ſuis confratribus, conſororibus, aut conſeruis excommunicatis; quia ad id non habent priuilegium : ergo non poterunt hæ perſonæ inter ſe liberè omnino communicare, quaſi proprio priuilegio, aut exemptione vtentis: Poterunt tamen indirectè, & quaſi per accidens mutuam communicationem habere in ordine ad eundem ſuperiorem: quia ſuppoſita cohabitatione communi, & communicatione cum eodem ſuperiori, moraliter non poteſt vitari hæc communicatio. (Et hoc ſolùm probat ratio facta pro parte contraria) *Et confirmatur*. Quia conceſſo principali, id quoque quod eſt acceſſorium, & conſequens intelligitur conceſſum : at ſic eſt, quod conceditur inferioribus communicatio cum ſuperioribus, & his cum illis : ergo etiam inferioribus inter ſe. Sic Felin. *in cap. Inter alia. de ſentent. excommunic.* Suarez *diſp.*15. *ſect.*5. *n.*32. Nauarr. *cap.*27.*num.*27. Alterius *lib.*1. *diſp.*15. *cap.*4. *verſ. Sexta dubitatio.* Filliuc. *loc.cit.q.*8.*n.*121. Vgolin. *tab.* 2. *cap.*23. §.8. Reginald. *num.*120. Bonacina *loc. cit. num.*35. Hurtad. *diſputatione* 9. *diff.*4.*num.*25. Luyſius *lib.*2. *diſp.*13. *dub.*5. *verſ. Dubitant verò.* Cornejo *loc.cit. verſ. Quarta difficultas.* Mercerus *de Sacram. q.*21. *dub.*11. Gordonus *tomo* 2. *libro* 7. *quæſt.* 10.*capite* 6.*numero* 88. Villalob. *tractatu* 17. *diff.* 13. *numero* 17. Diana *parte* 5.*tract.* 9. *reſol.* 125. Sayrus *libr.*2.*de excommunicatione*, *cap.*14. *numero* 17. Palao *diſputatione* 2. *de cenſuris, puncto* 19. *numero* 23.& communis.

QVÆSTIO XLII.

An ſit licitum Clericis, communicare cum ſuo Epiſcopo excommunicato vitando?

Affirmant Medina *c.de reſtitut.q.*3.(*vel* 6.)*cauſa* 9. vbi generaliter concedit Clericis, præſertim Presbyteris, communicare in omnibus cum proprio Epiſcopo excommunicato. Quia Clerici, inquit, dum initiantur, promittunt ſuo Epiſcopo obedientiam : ergo verè ſunt ſubditi illius : at ſubditi poſſunt communicare cum ſuis ſuperioribus excommunicatis : ergo.

Sed, vt certum, reſpondeo dicendum, quod nullo modo ſit licitum, Clericis, qui non ſunt de familia, aut ſeruitio Epiſcopi, ſed tantùm ſunt ei ſubiecti ſubiectione communi, communicare cum ſuo Epiſcopo excommunicato non tolerato (niſi in his, quæ aliàs ſunt promiſſa iure communi.) Quia nullum eſt ius, quod concedat tale priuilegium. Secùs verò dicendum loquendo de Clericis, qui ſunt de familia Epiſcopi, quia hi titulo famulatus poterunt cum illo communicare in his omnibus, quæ domeſtica ſunt, & familiaria, non verò in Epiſcopalibus, cum his priuatus ſit Epiſcopus, & conſequenter eius ſubditi ſunt priuati omni vſu ſpiritualis ſubiectionis reſpondenti tali iuriſdictioni. Sic colligitur ex cap. *Miratus* 93. *diſt.& ex cap.vlt. de exceſſ. Prælat.* & tenent communiter DD. Henr. *lib.*13.*c.*22. *n.*3. his verbis. Secundò, Clerici qui ſunt in hoſpitio, & ſeruitio Epiſcopo (*poſſunt*, ſubintellige, *communicare cum illo excommunicato*) non autem qui extra illius familiam ſunt : quia hi non ſunt Epiſcopo, tam ſtrictè ſubiecti, vt filius, aut ſeruus. Hæc ille. Et penes ipſum, *lit.C.& D* Palud. Sylu. Ricard. & Armilla. Suarez etiam *diſp.*15.*ſect.*7.*num.*1. Alterius *lib.*1.*diſp.*15.*c.*3.*verſ. Et idem dicendum.* Vgol. *loc.cit.*§.9. Sayrus *lib.*2.*c.*14.*n.*15. Auila *part.*2.*c.*6.*diſp.* 11.*dub.*8. Filliuc. *tr.*13.*c.*6.*q.*10. Regin. *lib.*32.*num.*113. Bonac. *diſp.*2.*q.*2.*punct.*6.§.2.*n.*36. Luyſius *lib.*2.*diſput.* 13.*dub.*6. Hurtad. *diſp.*9.*de excom.diff.*4.*n.*24. Cornejo *diſputat.*10.*de excommunic.*§.10.*dub.*3.*difficult.*2. Palao *puncto* 19.*cit.n.*17.& communis.

QVÆSTIO XLIII.

An Religioſi poſſint communicare cum ſuis Prælatis excommunicatis vitandis?

Negant Palud. *in diſt.*18. *q.*6. *art.*4. Ricard. ibid. Aſtenſ. *in Sum p.*2.*lib.*7.*tit.*12.*q.*13. & alij exiſtimantes, non poſſe communicare : quia Prælatus excommunicatus habet ſuſpenſam iuriſdictionem ſpiritualem: ergo nullum actum Prælati exercere poteſt : ergo ſimpliciter de Prælato loquendo, non poterit ſubditus illi communicare.

Affirmant verò alij, docentes, poſſe quidem Religioſos communicare cum ſuis Prælatis excommunicatis, non tamen in omnibus rebus, ſed in his tantùm, quas moraliter requirit cohabitatio. Sic in Sum. Suarez *loc.cit.n.*2. his verbis : At verò cum perſona Prælati cohabitare ſine dubio poſſunt alij Religioſi, non verò aliter cum illo communicare, quàm poſſent cum alio Religioſo eiuſdem domus, ſi excommunicatus eſſet. Sic ille. Alterius etiam *capite* 3.*cit.verſ. Maior controuerſia*, Filliuc. *loc.cit.n.*125. Diana *part.*5. *tractatu* 9.*reſol.*127.& penes ipſum Gordonus, Faber. & Villalob.

Sed ego abſolutè reſpondeo : Poſſe Religioſos ſimpliciter communicare cum ſuis Prælatis excommunicatis, etiam vitandis. Quia Superior per excommunicationem non admittit poteſtatem ad gubernandam domum & Religionem, ac per conſequens, nec inferior eximitur à ſubiectione illius : ergo poterit communicare cum illo, in omnibus, ſicuti poteſt filius cum ſuo patre excommunicato.

Ex quo conſtat ad argumentum Paludani, & aliorum. Dicendum namq; eſt, quod Prælatus non ſolùm habet iuriſdictionem ſpirituale͂, ſed etiam poteſtatem temporalem, & oppoſitam ad gubernatione͂ domus & Religioſorum,

Digitized by Google

Religioſorum, vnde ex hac parte licitè poterunt Religioſi dictis Prælatis excommunicatis communicare in omnibus, ſicuti filij, & ſerui, cum Parentibus & Dominis excommunicatis. Sic Sotus *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. concl. 5.* illis verbis: Et idem cenſetur de ſubditis in Religionibus reſpectu Prælatorum: tametſi hoc Ricardus & Paludanus gratis negent. Sic ille. Et etiam Armilla *verb. excommunicatio, n. 46.* Auila *2. p. capite 6. diſp. 11. dub. 6. in fine.* Vaſquez *de excommun. c. 9. verſ. Tertius caſus eſt.* Luyſius *lib. 2. diſp. 13. dub. 6.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. n. 26.* Sayrus, quem citat & ſequitur Cornejo *loc. cit.* vbi dicit Suarium ſcrupuloſè in hac materia eſſe locutum, & alij. Imo addunt, & benè Auila & Bonacina idem eſſe dicendum de Nouitiis Religioſis reſpectu ſuorum Prælatorum: Addo & ego, & etiam reſpectu Magiſtri Nouitiorum; quia hic etiam eſt Pedagogus, & Pater ſpiritualis. Et oppoſitum eſſet radix multorum ſcrupulorum. Legantur Auila *loc. cit. dub. 7. in fine.* & Bonac. *loc. cit. n. 39.* vbi apertè docent Magiſtrum Nouitiorum poſſe in omnibus communicare cum Nouitiis excommunicatis, quia cenſetur eorum Pater ſpiritualis: ergo è contra, quia Nouitij ſunt filij ſpirituales, poterunt liberè communicare cum ſuis Magiſtris excommunicatis, tanquam cum ſuis Patribus. Tenet etiam noſtram ſententiam, Palao *puncto 19. citato, n. 18.* licèt non benè citet Suarium pro ſe.

Qvæstio XLIV.

An Milites poſſint communicare in bello cum Duce excommunicato vitando?

Reſpondeo: Poſſe cum illo communicare, eúmque in bello iuſto ſequi, & defendere. Quia verè ſunt ſubiecti illi. Sic habetur *in cap. Iulianus 11. quæſt. 3.* Sic Bonac. *§. 2. cit. num. 27.* Cornejo *loc. cit.* & penes ipſum Sayrus *libro 2. capite 14. numero 19.* Sylueſt. *excommunicatio 5. numero 4.* & Palao *diſputatione 2. de Cenſur. diſp. 19. num. 19.*

Qvæstio XLV.

Qui intelligatur per illam particulam, Res ignorata?

Reſpondeo, quod ignorantia inuincibilis, ſiue iuris, ſiue facti excuſet à peccato communicandi cum excommunicato, & conſequenter à pœna iure ſtatuta, nempe ab excommunicatione minori. De quo latè diximus *tractatu 1. de Cenſur. in genere diſputatione 9.* Legantur Nauar. *capite 27. num. 27.* Caiet. *verb. excommunicatio. in fine, §. Circa tertium.* Auila *2. p. cap. 6. diſputatione 11. dub. 10.* Suarez *diſputat. 15. ſectione 3. à numero 2.* Alterius *libro 1. diſputatione 15. capite 5.* Filliucius *tractatu 13. capite 6. quæſtione 11.* Bonacina *diſputatione 2. quæſtione 2. punct. 6. §. 2. à numero 41.* & alij.

Qvæstio XLVI.

An, qui dubitat, an alius excommunicatus denunciatus ſit, illum ſtatim vitare debeat?

Reſpondeo: Non debere. Quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis: ergo propter ſolum dubium, non poſſum ego priuare alium communicatione ad quam ex ſe ius habet: nam fieri poteſt, vt non ſit excommunicatus. Sic Adrian. *in 4. q. 3. de Clauib.* *Maior in 4. diſt. 18. q. 2. col. 8.* quem citat, & ſequitur Nauarr. *c. 27. n. 27.* ibi: Sed qui dubitat, non tenetur vitare, præſertim in præſentia aliorum; quia inferret illi iniuriam. Suarez *diſp. 15. ſect. 3. numero 4.* Sanchez *in Sum. libro 1. cap. 10. n. 56. in fine.* (non 69. vt inuenies citatum apud Bonacinam) Filliuc. *loc. cit. num. 129.* Bonac. *§. 2. cit. n. 42.* Auila *2. p. cap. 6. diſp. 11. dub. 11. ante 6. concl.* Palao *diſp. 2. puncto 19. num. 25.* & alij communiter.

Qvæstio XLVII.

An ſaltem, qui certò ſcit alium eſſe excommunicatum, dubitat tamen, an denunciatus ſit, teneatur tunc illum vitare?

Reſpondeo, non teneri illum adhuc vitare: poſſe tamen, ſi velit. *Primum* patet: quia poſt Concil. Conſtant. non tenetur quis vitare excommunicatum, niſi aliàs ſit denunciatus, vel publicus percuſſor Clerici. *Secundum* etiam conſtat: quia cum quis certò ſcit alium eſſe excõmunicatum, non tenetur cum illo communicare: nam Concil. Conſtant. quamuis det facultatem non vitandi excommunicatum non denunciatum, non tamen obligat ad non vitandum illum: ergo licèt propter dubitationem de denunciatione poſſit quis vti illo priuilegio non vitandi, non tamen ad id obligatur. Sic Suarez, Filliuc. & Bonac. *loc. cit.* Auila *2. p. cap. 6. diſp. 11. dub. 11.* Cornejo *diſput. 10. de excom. §. 10. dub. 3. q. 4.* & alij.

Qvæstio XLVIII.

An Confeſſarius teneatur vitare illum, quem per Confeſſionem ſcit eſſe excommunicatum non toleratum?

Negant quidam teneri vitare illum: nec poſſe; non ſolùm in publico, verum nec in ſecreto: eo quod Confeſſarius nequeat ſcientia Confeſſionis vti extra Confeſſionem abſque violatione ſigilli: Idemque exiſtimant dicendum de aliis, qui tenentur ad ſigillum vt de Interprete, ac de Doctore à quo Confeſſarius petit conſilium, & de Prælato à quo petitur licentia ad abſoluendum à reſeruatis, caſu, quo fortuitò veniant in cognitionem excommunicati. Sic Auila, & Cornejo *loc. cit.* Couarr. *in cap. Alma mater 1. p. §. 2. num. 3.* Suarez *diſp. 15. ſect. 3. num. 6.* Henriq. *libro 13. capite 6. numero 1.* Sayrus *lib. 2. cap. 14. n. 26.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. n. 45.* Sà, Medina Nuñus, Lugo, & alij quos pro hac parte adduxi *1. parte tract. 5. de pœnit. diſp. 10. q. 72.*

Sed, iuxta ibi dicta reſpondeo dicendum, quod licèt Confeſſarius, nec teneatur, nec poſſit vitare in publico prædictum excommunicatum, ob rationem aſſignatam: in ſecreto tamen poſſit, vitare illum, quamuis adhuc ad id non teneatur. Sic ex Nauarro & aliis diximus, *1. p. loc. cit. quæſt. 71. & 72.* Legantur ibi dicta.

Qvæstio XLIX.

An ego tenear vitare illum, qui extrà Confeſſionem mihi dixit, ſe eſſe excommunicatum non toleratum?

Reſpondeo, me teneri vitare illum omninò. Quia teſtimonium proprium contra ſeipſum, facit moralem certitudinem, itaut excludat ignorantiam; imò, & dubium. Sic Syluester *verb. excommunicatio 5. num. 18.* qui ſecus dicit, ſi hoc audirem ab aduerſario, ex *22. q. 5. cap. Hoc videtur.* Auila *2. p. capite 6. diſputatione 11. dub. 11. concluſ. 2.* Bonacina *diſputatione 2. quæſtione 2. puncto 6. §. 2. num. 43.*

Digitized by Google

QVÆSTIO L.

An teneatur quis vitare eum, quem per famam publicam nouit eſſe excommunicatum denunciatum, aut publicum percuſſorem Clerici?

NEgant Decius *in cap. Prudentiam, §. Sexta, de offic. deleg.* & alij apud Alterium, vbi infra. Quorum fundamentum eſt. Quia fama, tantum habet vim vnius teſtis, vt conſtat ex 4. q. 3. §. *Item.* Sed vnicus teſtis non ſufficit ad probandam excommunicationem, vt colligitur ex cap. 1. *de except. in 6.* ergo neque fama, vt teneatur quis euitare ab alio, tanquam excommunicatus.

Sed, vt certum reſpondeo: Teneri vitare eum, in omnibus actibus communibus; tam humanis, quàm diuinis. Quia certum eſt ad hoc ſolam famam excommunicationis ſufficere, cum hoc definitum ſit in cap. *Cum deſideres. §. Secunda, de ſent. excommunic. his verbis: Secundæ quæſtioni hunc finem duximus imponendum, quod ſi publica fama eſt, aliquem verberaſſe Clericum; nec Epiſcopus, nec alius ſibi communicare debet; niſi ad arbitrium Epiſcopi de hoc ſe purgauerit: vel ad cautelam, abſolutionis beneficium conſequatur.* Ergo Pontifex abſolutè definiuit, excommunicatum vitandum eſſe propter ſolam famam excommunicationis, donec ſeipſum purgauerit. Et idem habetur *in capite Illud, de Cler. excomm. miniſtrant.* Et ideo ſic ſentiunt communiter DD. Gloſſa *in d. cap. Cum deſideres, verb. Si publica fama.* & ibi Abbas *n. 6.* Felin. *in cap. Prudentiam. §. Sexta. n. 17.* Nauarr. *cap. 27. n. 27.* Couarr. *in cap. Alma mater, 1. p. §. 2. à num. 4.* Specul. Dominic. Archid & alij Canoniſtæ, quos citat, & ſequitur Alterius *lib. 1. diſp. 11. cap. 1.* D. Thom. *quodlib. 4. artic. 14. & in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. quæſtiunc. 2. & 3.* Palud. *ibid. q. 6. art. 5. verſ. Res ignorata.* Sanchez *lib. 1. Sum. c. 10. n. 63.* Auila 2. *p. cap. 6. diſp. 11. dub. 11. concl. 3.* Bonacina *diſp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. n. 44.* Cornejo *diſp. 10. §. 10. dub. 3. quæſt. 4.* Hurtad. *diſp. 9. difficult. 4. num. 27.* Palao *diſp. 2. de Cenſur. punct. 19. numero 26.* & alij. Ad fundamentum Decij, ex ſtatim dicendis conſtabit quid ſit reſpondendum.

QVÆSTIO LI.

An etiam, ſola fama excommunicationis ſufficiat ad hoc, vt infamatus repellatur à Iudicio; aut, vt puniatur ille, qui excommunicatum non vitauerit, &c?

AFfirmat adhuc Roman. *conſil. 349. Dum quæritur. numero 4.*

Sed, vt certum ferè reſpondeo: Non ſufficere ſolam formam excommunicationis ad hoc vt infamatus de excommunicatione repellatur à Iudicio, &c.

Primò. Nam id expreſsè & clarè probatur. *ex cap. 1. de except. lib. 6.* vbi habetur excommunicationem probari debere apertiſſimis documentis: ergo in foro iudiciali, non eſt ſufficiens fama ad repellendum infamatum de excommunicatione. Et in hoc ſenſu accepta vera eſt ſententia Decij ſup. adducta.

Secundò, id comprobatur ratione: quia quando agitur de graui damno & præiudicio alicuius, fama non probat contra illum: ergo cum in noſtro caſu agatur de damno graui, & præiudicio infamati, fama nil contra illum probabit. Sic communis ſententia. Specul. Archid. Felinus & Maſcard. quos affert, & ſequitur Alter. *cap. 1. cit. verſ. Secunda pars.*

QVÆSTIO LII.

An, ſi quis, non per famam publicam, ſed à paucis, audiat, aliquem eſſe excommunicatum vitandum, teneatur eum vitare?

NEgat, ex Paludano *diſt. 18. q. 6. art. 2. verſ. Res ignorata,* Auila *diſput. 11. cit. dub. 11. concl. 3.* his verbis: Dixi, *fama publica*; nam ſi tantum audiui à paucis hominibus, præſertim ſi ſint eius contrarij, non teneor vitare, quoniam notitia paucorum, non ſufficit ad famam publicam. Ita Paludanus ſupra. Dico, *non teneor*, quia non teneor credere illum eſſe non toleratum: at verò ſi credo, teneor quandiu non depono conſcientiam. Huc vſque Auila.

Sed probabiliùs, & diſtinctiùs reſpondeo dicendum, quod ſi quis à paucis hominibus, dummodo ſint viri probi, & fide digni, audiat Petrum, v. g. eſſe excommunicatum vitandum, aut non toleratum, tunc teneatur illum vitare: quia duobus teſtibus fide dignis & probis, etiamſi contrarij ſint diffamati, credendum eſt. Secus verò ſi tales teſtes non eſſent fide digni, nec probi, & eſſent aduerſarij ipſius diffamati; quia tunc non teneretur quis vitare Petrum, quia tunc non teneretur credere illum eſſe excommunicatum vitandum. Sic Nauarr. *cap. 27. num. 27.* his verbis: Verum eſt tamen, quod qui à fide dignis audiuit illum, vel illum denunciatum, debet euitare. *argum. c. Illud, de Cler. excom. miniſt.* Sic Nauarr. & ex illo Alterius *lib. 1. diſp. 11. cap. 1. col. 2. lit. D.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. num. 44.* per hæc verba: Mihi probabilius dicendum videtur eſſe vitandum ſi à duobus fide dignis audiui eſſe excommunicatum vitandum: nam duobus teſtibus fide dignis credendum eſt. Lamas etiam 1. *parte Methodi, c. 10. §. 1. pag. 148.* Caſtro Palao *diſputat. 2. punct. 19. n. 26.* & alij Doctores communiter.

QVÆSTIO LIII.

An, ſi quis, adhuc per vnicum teſtem fide dignum, verbi gratia, Parochum, ſciret, Petrum, verbi gratia, eſſe excommunicatum denunciatum, teneretur vitare illum?

AFfirmat Llamas, vbi ſupra, his verbis: Quicunque audiens à fide digno Petrum eſſe excommunicatum denunciatum, tenetur illum vitare, quo vſque contrarium conſtet ei, vel eſſe abſolutum, etiam teſtimonio fide digno, vel, quod magis eſt, experientia. Sic. Hieron. Llamas. Et poſt illum, loquendo ſolùm de Parocho, Alterius *lib. 1. diſputat. 11. capite 3.* his verbis: Non ſufficit autem ad inducendam obligationem ad euitandum excommunicatum, dictum cuiuſuis priuati dicentis talem eſſe denunciatum: neque enim facilè omnibus eſt fides adhibenda. Sylu. *excomm. 5. num. 26.* Nauarr. *in Man. cap. 27. numero 27.* cum Mai. *diſt. 17. quæſt. 2.* Et licèt quidam negent credendum eſſe Paſtori aſſerenti, ſe pronunciaſſe ſententiam excommunicationis contra aliquem, niſi oſtendat ſcripturam manu Notarij confectam; oppoſitum eſt verius, fidem præſtandam eſſe Epiſcopo affirmanti de excommunicatione ſubditi ſui, niſi obſtet rationabilis cauſa dubitandi. Palud. *diſt. 18. qu. 6. art. 2.* Huc vſque Alterius.

Sed probabiliùs reſpondeo in dicto caſu, non teneri quem vitare Petrum. Quia nemo tenetur neceſſariò credere vni teſti, etiam fide digno etiam Parocho præſertim in damnum tertij: vt docet Nauarr. *cap. 22. num. 82.* his verbis: Non tenetur *quis*, ad credendum ſubeſſe impedimentum, eo quod vnus teſtis, etiam fide dignus & iuratus, & amicus & proprius parochus

Digitized by Google

rochus id ei aſſereret : quia licet dictum vnius fide digni ſufficiat, vt iuſtè credere poſſit ſecundum Gloſſ. ſingul. in l. Titio fundus, ff. de condit. & demonſtrat. non tamen ſufficit ad inducendum neceſſitatem credendi, ad id enim oportet eſſe duos, iuxta cap. Cum à nobis. de teſtibus. Huc vſque Doct is Nauarr. Bonac. diſp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. n. 46. Cornejo diſp. 10. de excommun. §. 10. dub. 3. q. 4. dicto 4. & alij. Et facit doctrina, quam tradit Sanchez lib. 2. de matrim. diſp. vlt. q. 3. num. 16. (non diſp. 93. num. 36. vt citat Bonac. cum ille 2. liber non includat niſi 46. diſputationes) vbi quamplures pro hac parte inuenies Doctores. Inter quos tu enumera Auilam part. 2. cap. 6. diſp. 11. dub. 11. concl. 5. Palao loc. cit. & alios.

QVÆSTIO LIV.

An ſaltem, teneatur quis vitare illum, quem Epiſcopus, vel Parochus, teſtificatur eſſe nominatim denunciatum, oſtendendo ei litteras denunciationis?

RESpondeo tanquam certum: tunc teneri illum, tanquam excommunicatum vitare. Quia Paſtor oſtendendo ſimul litteras denunciatorias, maiorem fidem facit denunciationis, quàm fama publica. Sic Cornejo loc. cit. qui, complectens ſimul reſolutionem à nobis nuper datam, hanc iis verbis docet. Dico 4. ex teſtimonio Epiſcopi, vel Parochi Affirmantis, Petrum eſſe excommunicatum, non teneor illum vitare. Probatur, quia non teneor credere vni teſti, etiam fide digno, præſertim in damnum tertij, vt docet Nauarr. in Sum. cap. 28. num. 81. Si tamen de facto credam, teneor vitare, vt ſupra diximus : quod ſi maneam dubius, non teneor vitare, vt docet Nauar. cap. 27. num. 27. & diximus in tractatu de Conſcientia. Doctrina verò huius dubij intelligenda eſt, niſi mihi oſtendantur litteræ denunciationis : quia tunc tenebor eum euitare, vt docet Sylueſt. verb. excommunicatio 5. num. 28. quia illæ litteræ cum teſtimonio Paſtoris, maiorem fidem faciunt quàm fama publica. Sic Cornejo. Et ante illum, Auila 2. p. cap. 6. diſp. 11. dub 11. concl. 4. Bonac. num. 46. cit. Alterius lib. 1. diſputat. 11. cap. 3. Palao loc. cit. & communis.

QVÆSTIO LV.

An quis teneatur euitare illum, quem, fama publica, conſtat, percuſſiſſe Clericum; ſed non conſtat fama publica, quod notoriè percuſſit?

RESpondeo non teneri, niſi conſtet etiam quod notoriè percuſſerit. Quia poſt Concil. Conſtant. vtrumque requiritur, ad hoc vt quis teneatur euitare percuſſorem Clerici : ergo quamuis fama ſit quod percuſſit, ſi non ſit quod notoriè percuſſit notorietate facti, itaut non poſſit vlla tergiuerſatione celari, non tenetur quis illum, vt excommunicatum vitare. *Confirmatur.* Quia, vt ſupra eſt habitum, nullus tenetur vitare eum, quem conſtat eſſe excommunicatum, ſi aliàs ſimul ei non conſtet, eſſe etiam nominatim denunciatum: ergo ſimiliter, nullus tenebitur euitare eum, quem conſtat percuſſiſſe Clericum, & ob hoc contraxiſſe excommunicationem, ſi ei non conſtet eam percuſſionem fuiſſe notoriam notorietate facti. Sic Auila loco citato, concluſ. 3. Bonacina loco citato, numero 47. Cornejo loco etiam citato, dicto 3. verſ. Vnde notandum eſt.

* *
*

QVÆSTIO LVI.

An, ſi quis, Petrum, verbi gratia, eſſe excommunicatum nominatim in vna Prouincia, teneatur illum vitare in alia, vbi eſt occultus?

AFfirmat abſolutè Bonacina diſp. 2. quaſt. 2. puncto 6. §. 2. num. 48. Quia tenemur, inquit, obedire præcepto Superioris præcipientis vitandum eſſe excommunicatum non toleratum. Citatque pro ſua ſententia Vaſquium dub. 8. de excommunic. num. 2.

Alij ſub diſtinctione reſpondent, teneri quidem illum vitare in publico; caſu, quo in hac alia Prouincia, teſtibus aut inſtrumentis probari poſſit, eſſe in alia excommunicatum denunciatum; at verò ſi id probari non poſſit, teneri vitare illum in occulto, ſi non ſit periculum ſcandali aut damni, ſed non in publico, quia tunc diffamaret illum publicè vitando. Sic Sylueſt. verb. excommunicatio. 5. num. 26. Couarr. in cap. Alma mater. 1. p. §. 2. num. 3. & 6. & §. 3. num. 2. Palac. Durand. D. Anton. Tabiena, & alij quos citat Henriquez libro 13. capite 6. numero 3. in Gloſſa lit. B.

Alij verò cenſent, nec teneri, nec poſſe vitare dictum Petrum in publico, quamuis poſſit probari teſtibus, vel inſtrumentis alibi eſſe excommunicatum denunciatum : benè tamen teneri vitare illum in occulto, etiamſi non poſſit probari. Ita Auila 1. p. c. 6. diſp. 11. dub. 12. Qui primam partem ſic probat: Nam ex hoc quod poſſit probari teſtibus, aut inſtrumentis, non ſequitur, quod in hac ciuitate ſit publicus excommunicatus non toleratus : ergo non licet eum vitare in publico, quia eſſet illum diffamare. *Confirmatur.* Nam ſi aliquis eſſet publicè diffamatus in vna ciuitate, etiam per authoritatem Iudicis, ſi ego diffamem eum in alia Prouincia diſtanti, vbi id eſt occultum, neque eſt veroſimile, quod de proximo diuulgabitur, pecco, ſaltem contra charitatem : ergo etiam pecco in præſenti. *Secundam verò partem*, ſic probat. Quia ille eſt verè excommunicatus, & non toleratus, & ego id ſcio: ergo teneor vitare in occulto, iuxta cap. Cum non ab homine, de ſent. excomm. vbi definitur quod publicè excommunicatus, eſt publicè vitandus; occultus autem, occultè. Huc vſque Auila. Qui citat pro ſe Palud. in 4. diſt. 18. q. 6. art. 2. Mexica difficult. 11. de excommunic. in fine. P. Henriq. ſup. num. 1. Armillam verb. excommunicatio. num. 61. & communem.

Alij tandem ſentiunt, nullo modo teneri quem, dictum Petrum, vt excommunicatum vitare in alia Prouincia, vbi id eſt occultum. Quia vbi eſt ocultus, eſt innocens: ergo habet ius petendi quamcumque rem externam, & conſequenter nemo tenebitur illi eam negare : ergo conſequenter, nec vitare eum, non ſolùm in publico, ſed nec in ſecreto. Sic apud Henriquez cap. 6. cit. lit. C. Vetus. Sum. Confeſſor. Piſana Hent. Coſma & alij. Quibus fauet ſatis Vaſq. dub. 8. cit. n. 2. Legatur.

Ego autem iuxta dicta ſupra, exiſtimo omnes has ſententias eſſe probabiles, cum habeant ſuos Auctores, & Patronos, & rationes efficaces.

QVÆSTIO LVII.

An qui ſemel ſciuit, aliquem eſſe excommunicatum non toleratum; ſemper teneatur vitare illum, donec ei conſtet de abſolutione?

RESpondeo affirmatiuè. Quia in hoc caſu, conſtat de excommunicatione, & ſtat poſſeſſio pro ea : nec ius præſumit abſolutionem fuiſſe collatam, niſi

aliquo modo probetur. Sic Sylueſt. *excommunicat.* 5. *num.* 16. Palud. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 6. *art.* 2. Nauarr. *cap.* 27. *n.* 26. *ex Gloſſa in cap. Propoſuit. de Cler. excom. miniſtr. In Sum. & verb. de abſolutione.* Couarr. *in cap. Alma mater.* 1. *p.* §. 2. *n.* 7. *ex cap. A nobis, de ſent. excommun.* & penes ipſum, Abbas, Rota, Anchar. Felin. & alij. Suarez *diſp.* 15. *ſect.* 3. *n.* 7. Auila 2. *p. capite* 6. *diſp.* 11. *dub.* 11. *concl.* 6. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 2. *n.* 54. Cornejo *diſp.* 10. §. 10. *dub.* 3. *in fine.* Hurtad. *diſp.* 9. *difficult.* 4. Palao *diſp.* 2. *punct.* 19. *n.* 27. & communis.

QVÆSTIO LVIII.

Quando excommunicatus præſumi abſolutus debeat, ſi quis cum eo licitè communicare valeat?

RESpondeo quod abſolutus cenſeri debet. *Primò*, quando excommunicatus ipſe, qui aliàs eſt bonæ famæ & fide dignus, affirmat ſe iam abſolutum eſſe. Sic Nauarr. Suarez, Auila, Bonac. Palao, & Cornejo *loco citato.* Angel. *verb. excommunicatio* 8. *numero* 16. & alij.

Secundò, quando teſtes fide digni, pro certò aſſerunt illum eſſe abſolutum. Imo etiam quando vnus teſtis grauis, & omni exceptione maior, id affirmat, tanquam teſtis oculatus, vel alio modo æquiualenti: quia in re fauorabili id ſatis eſt, ad generandam fidem à Deo probabilem, vt ſecundum illam operari liceat. Suarez, Bonac. & Palao *locis citatis.*

Tertiò, quando communi opinione, & fama publica, habetur pro abſoluto, & liber ab excommunicatione. Couarr. Suarez, Auila, Bonac. Cornejo & Palao.

Quartò, quando multum temporis pertranſiit poſt latam excommunicationem: quia tunc probabiliter præſumere poſſum, attenta qualitate perſonæ, eum iam abſolutum fuiſſe, & ad gremium Eccleſiæ rediiſſe. Quia veriſimile, non eſt, toto illo tempore, verbi gratia, per annum, in excommunicatione inſorduiſſe. Sylueſt. Abbas Couarr. Suarez. Auila, Bonac. Palao, Cornejo *loc. cit.* & communis Canoniſtarum *in d. capite Propoſuit.*

Quintò, quando noui ipſum excommunicatum, tempore Iubilæi, aut Sacerdoti facultatem habenti circa talem excommunicationem, confeſſum fuiſſe. Sic Bonac. & omnes Doctores. In his ergo omnibus caſibus, licitum eſt communicare cum excommunicato, quia creditur abſolutus. Quod ſi fortaſſe in re ipſa contigerit errare, talis ignorantia & Cenſuram, & culpam excuſabit, vt benè Suarez *n.* 7. *cit.*

QVÆSTIO LIX.

Quid intelligatur per particulam Neceſſe, *quæ eſt vltima cauſa excuſans?*

RESpondeo quod intelligitur, neceſſitas, tam ipſius excommunicati, quàm aliorum; ſiue extrema ſit, ſiue grauis, ſiue communis, ſiue ſit ſpiritualis, ſiue corporalis. Nam ſi vtilitas, vt ſupra diximus, eſt iuſta excuſationis cauſa, à fortiori erit neceſſitas. Sic habetur in cap. *Quoniam multos.* 21. *q.* 3. & cap. *Inter alia, de ſent. excommun.* Vnde licitum erit Peregrino, qui aliunde non poteſt, ab excommunicato ad victum neceſſaria emere. Et cuilibet, ſuſtentationis, vel eleemoſynæ cauſa, aliquid excommunicato dare; illumque hoſpitio recipere, &c. Sic omnes. Legantur Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 5. Filliuc. *tract.* 13. *c.* 6. *q.* 10. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 2. *à num.* 57. Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 13. Henriquez *libro* 13. *cap.* 23. *num.* 4. Suarez *diſputatione* 15. *ſectione* 3. *à numero* 8. Hurtadus *diſputatione* 9. *diffic.* 4. Palao *diſputatione* 2. *puncto* 19. *numero* 28. & alij.

QVÆSTIO LX.

An poſſit quis excommunicato vitando equum gratis, vel pretio tradere; vt proſequatur iter inceptum?

RESpondeo poſſe: ſi alioquin ſit debilis, aut aliàs non ſoleat iter facere pedeſter. Quia illo opus habet. Similitérque è contrà, poterit quis petere equum, aut hoſpitium ab excommunicato vitando, vt diximus, ob eandem rationem. Sic omnes. Henriquez, Auila, Bonac. *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO LXI.

An non excommunicatus poſſit petere eleemoſynam ab excommunicato vitando?

RESpondeo non poſſe, niſi in caſu, quo non eſſet alius, à quo poſſit commodè petere. Quia ſi colligitur *ex cap. Quoniam multos, cit.* Sic Henriquez, Auila, & Bonac. *loc. cit.* Ex quibus primi colligunt, quod caſu quo pauper non poſſit commodè habere ſuſtentationem, niſi ſedeat ad menſam ſimul cum excommunicato vitando, tunc poſſit licitè ad menſam ſedere. Quod prius notauit Palud. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 6. *artic.* 2. *numero* 6.

QVÆSTIO LXII.

An ſaltem, Prædicatores, & Confeſſores poſſint licitè petere eleemoſynam ab excommunicato vitando, etiamſi aliàs poſſent aliunde ſibi prouidere?

NEgant Abbas, & Innocent. *in cap. Cum voluntate, de ſent. excommun.* quos ſequitur Sylueſt. *verb. excommunicatio* 5. *dub.* 5. *num.* 14. cum quadam tamen limitatione: Dicit namque hoc eſſe verum, quando ex hoc quod non acciperent eleemoſynam ab excommunicato, impediretur fructus prædicationis in ipſo excommunicato.

Sed abſolutè, & ſine limitatione vlla reſpondeo: Poſſe prædictos Prædicatores, & Confeſſores eleemoſynam ab excommunicato petere etiamſi aliàs poſſent ſibi commodè prouidere. Quia id abſolutè concedit illis ius; eo quod pro ſpirituali miniſterio debetur eis temporalis ſuſtentatio. Sic enim habetur In cap. *Cum voluntate. cit. ibi: Præſertim ſi aliàs non valeant in illo loco ſuſtentationem habere.* Vbi Gloſſ. *verb. Præſertim*; ſic ait: *Præſertim*, poteſt exponi pro maximè: quia aliàs tempore neceſſitatis ab excommunicatis poſſunt recipi neceſſaria, & emi. 11. *q.* 3. *Quoniam multos.* Sic Gloſſa. Palud. *diſt.* 18. *qu.* 6. *artic.* 2. D. Anton. 3. *p. tit.* 26. *cap.* 1. §. 1. Quod citat, & ſequitur Henriquez *lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 4. *lit. N.* Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 13. *concl.* 3. Sayrus *lib.* 2. *c.* 14. *n.* 30. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 6. §. 2. *n.* 59. *verſ. Excipiuntur.* Palao *n.* 27. *citato in fine.*

QVÆSTIO LXIII.

An licitum ſit, communicare cum excommunicato vitando, ratione euitandi aliquod graue damnum?

RESpondeo eſſe licitum. Patet per verbum *Vtile.* Sic omnes Doctores. Ex quo colligitur, eſſe omnino licitum, continuare cum excommunicato contractum

Digitized by Google

tractum vtilem, quem cœpit ante illius excommunicationem, vt docent Caiet. *verb. excommunicat. circa finem, §. Circa tertium.* Syluest. *excommun.* 3. *n.* 3. Couarr. *in cap. Alma mater.* 1. *p.* §. 1. *n.* 8. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 23. *n.* 4. Auila 2. *p. cap.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 13. *concl.* 4. & alij id probantes ex cap. *Si verè, de ſent. excomm.*

Secundò ex dictis colligunt, eſſe omnino licitum communicare cum excommunicato vitando, ob vitandum metum mortis incuſſum, vt concedunt omnes, ſimiliterque ob vitanda minora detrimenta rei familiaris, veluti ſi Dominus pro libidine ſua, vel vt ſe oſtendat non reputandum excommunicatum, dicat Capellano ſuo, vt celebret; poteſt vt vitet damni periculum, niſi id faceret in contemptum fidei, vel poteſtatis eccleſiaſticæ. Sic Syluest. Caiet. Armilla, Soto & alij, quos citat, & ſequitur Henr. *loc. cit.*

QVÆSTIO LXIV.

An ſit licitum, erogari eleemoſynam excommunicato, vt tali iuuamine ſecurius perſiſtat in excommunicatione?

RESponceo, quod nullo modo. Quia, vt habentur cap. *Non omnis* 5. q. 5. *vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat.* Idem docet Gloſſa *in cap. Quieſcamus, diſt.* 42. *verſ. Poſtulat.* dicens, omnibus elargiendam eſſe eleemoſynam, *Niſi quis per ſecuritatem cibi negligat iuſtitiam, quia tunc ſubtrahenda eſt ei. cap. Non omnis* 5. *q.* 5. *Niſi iam fame moriatur.* Sic Gloſſa. Et ſic Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 5. & alij.

QVÆSTIO LXV.

An cæteris paribus, prius ſit elargienda eleemoſyna, non excommunicato, quàm excommunicato?

REſpondeo affirmatiuè. Quia magis debemus ſubuenire iuſto & bono viro, quàm impio, & peccatori, cap. *Non ſatis diſt.* 86. ergo magis non excommunicato, quàm excommunicato. Sic ex communi omnium ſententia; Alterius *cap.* 5. *citato.* Qui tamen vt probabilius, addit contrarium eſſe dicendum caſu, quo excommunicatus eſſet frater aut conſanguineus, & non excommunicatus eſſet extraneus; quia tunc ſi æqualiter indigeant, præponendi ſunt, cæteris partibus, conſanguinei. Secus ſi extraneus magis indigeret.

QVÆSTIO LXVI.

An, in caſibus, quibus permiſſa eſt communicatio cum excommunicatis vitandis, poſſit Superior præcipere, vt quacunque neceſſitate occurrente, eorum communicatio euitetur?

REſpondeo, poſſe. Quia ſic habetur in cap. *Conſtitutionem, de ſent. excommun. lib.* 6. & docent communiter Doctores. Qui tamen excipiunt communicationem, quæ naturali, aut diuino iure præcipitur. Vnde benè poteſt Superior prohibere, ne filij communicent Parentibus, ne vxor Marito non tamen prohibere poteſt, vt hæc debitum reddat Marito; illi obſequium, & honorem iure naturæ Parentibus debitum præſtent. Sic Gabriel *diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 1. Alterius *lib.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 5. *quæſ.* 4.

QVÆSTIO LXVII.

An, ſi Pontifex, ſub pœna excommunicationis præciperet, ne quis Sicarijs, ſeu Bannitis ſubueniret, poſſet aliquis in extrema neceſſitate illis exiſtentibus, ſubuenire, abſque incurſu Cenſuræ?

REſpondeo, Non poſſe adhuc tunc, illis ſubuenire. Quia, ſicut non poteſt quis eripere de manu Iudicis damnatos ad mortem quando ad necem ducuntur: ita non poſſet in hoc caſu liberare huiuſmodi excommunicatos ab ea neceſſitate qua prementur, etiamſi eſſet mortis; quia Pontificis propoſitum eſſet hoc modo punire mortis ſupplicio illos Sicarios. Sic omnino Alterius *loc. cit. verſ. Quid ſi Romanus Pontifex.* Et hæc ſufficiant de cauſis, quæ poſſunt excuſare fideles, ſi communicent cum excommunicatis vitandis.

DISPVTATIO XVI.

De alijs effectibus Excommunicationis maioris.

QVÆSTIO PRIMA.

An Reſcripta quæcunque, à Pontifice, per Excommunicatum maiorem, impetrata; ſint inualida, & nihil ei proſint?

RESPONDEO affirmatiuè. Quia Gregor. IX. *cap.* 1. *de Reſcr. in* 6. decreuit Reſcriptum impetratum ab excommunicato, & proceſſum virtute illius habitum, eſſe ipſo iure nullum: præterquam ſuper excommunicationis, vel appellationis articulo. Verba Gregorij ſunt: *Ipſo iure reſcriptum, vel proceſſus per ipſum habitus, non valent, ſi ab excommunicato ſuper alio, quàm excommunicationis, vel appellationis articulo fuerit impetratum:* ergo reſcripta Pontificis ab excommunicato impetrata, & proceſſus virtute illorum factus ſuper alio, quàm ſuper excommunicationis, vel appellationis articulo inualida, ſunt, & nihil excommunicato proſunt, niſi caſu quo reſcripta dentur cum clauſula abſolutionis, vt iam ſemper fit, ad effectum validationis eorum. Sic omnes DD. Leguntur Canoniſtæ *in cap. cit.* Nauarr. *in cap. Ita quorundam, de Iudæis. notab.* 11. *n.* 14. *& lib.* 5. *conſil. tit. de ſent. excom. conſ.* 44. *n.* 4. Suarez *diſp.* 17. *ſect.* 1. *à n.* 2. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 7. *c.* 1. Ægid. *diſput.* 14. *dub.* 10. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 8. *& vlt.* Hurtad. *diſp.* 10. *de excomm. diff. vnica.* Toletus *lib.* 1. *c.* 13. Filliuc. *tr.* 12. *c.* 9. *q.* 1. *n.* 110. & Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. puncto* 12.

QVÆSTIO II.

An etiam, Reſcripta Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Papa inferiorum, obtenta per excommunicatum, ſint inualida, & nullius efficaciæ?

AFfirmant quidam, ducti ex eo, quod Greg. IX. *in d. c.* 1. *de Reſcriptis.* de omnibus reſcriptis in genere loquitur, ſine vlla diſtinctione: ergo de omnibus debet intelligi: quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Ita Alterius *lib.* 2. *diſp.* 7. *c.* 1. & alij communiter penes ipſum.

Sed probabilius reſpondeo dicendum, quod reſcripta

cripta Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum inferiorum Papa, obtenta per excommunicatos, ſint valida, & efficacia. Quia probabilius eſt, quod Gregorius in dicto cap. Solùm loquatur de reſcriptis Apoſtolicis, vt ex contextu capitis, & ex diſcurſu tituli deducitur: necnon, & communi interpretatione Doctorum, & communi conſuetudine. Sic Nauarr. *conſil.* 44. *citato*. Suarez *diſp.* 17. *cit. n.* 2. Filliuc. Bonac. & Hurt. *loc. cit.* Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tr.* 3. *docum.* 18. *n.* 1. Sylu. *verb. Reſcriptum.* & Villal. *tr.* 17. *diff.* 15. *n.* 1. Palao *punct.* 12. *cit. n.* 4. Layman. *lib.* 1. *tr.* 5. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 11. & alij.

QVÆSTIO III.

An item ſint valida Reſcripta, priuilegia, ſeu gratia, impetrata à ſupremo Principe ſæculari per Excommunicatum?

NEgant Alterius *loc. cit.* & alij penes ipſum. Quibus adhæret Nauarr. *conſil.* 44. *citato*, exiſtimans Conſtitutionem D. Gregorij Papæ comprehendere etiam reſcripta, literas, priuilegia, & gratias (nam hæc omnia, dicuntur *reſcripta*) ſupremorum Principum ſæcularium; Imperatoris, videlicet, Regis, &c. Ideoque eſſe inualida conceſſa excommunicatis tempore conceſſionis.

Sed probabilius reſpondeo: Etiam huiuſmodi reſcripta eſſe valida. Quia probabilius eſt, dictam Conſtitutionem ſolùm loqui de reſcriptis conceſſis à Pontifice, non ab alijs, vt colligitur ex ratione facta pro noſtra ſententia *quæſt. antecedenti*. Sic Suarez, Filliucius, Bonac. Hurtad. Palao & Machado *loc. cit. n.* 2. vbi ait hanc noſtram ſententiam eſſe probabiliorem, [Por ſer (inquiens) contra Derecho ampliar las penas, è introduzir las que por el no eſtan eſtablecidas, *in cap. odia de reg. iur. in* 6. *l. factam cuique* §. *in pœnalibus. ff. eod. cap. Pœna, de pœnit. diſt.* 5. y aſſi lo tiene declarado la coſtumbre que como conſta del derecho, *cap. Cum dilectus de conſuet. l. Minimè, ff. de legib.*] Eſt optima legum interpres.

QVÆSTIO IV.

An ſi excommunicatus eſt omnino occultus, reſcriptum, per eum impetratum à Papa, ſit etiam nullum?

NEgat Archidiac. *in d. cap.* 1. *de reſcript. n.* 1. Quia exiſtimat Conſtitutionem latam *in d. cap.* non comprehendere excommunicatum occultum, ſed ſolum publicum; & conſequenter, reſcripta impetrata ab excommunicato occulto, non eſſe inualida.

Sed probabilius reſpondeo: Etiam eſſe nullum. Quia probabilius eſt, quod illa Conſtitutio comprehendat vtrumque excommunicatum, tàm publicum, quàm occultum: cum textus *d. cap.* ſimpliciter, & abſolutè de excommunicato loquatur, & ideò ſine fundamento reſtringitur ad excommunicatum ſolùm publicum. Præſertim cum lex illa in odium excommunicationis lata ſit, & excommunicato occulto nullus fauor fiat, argum. Extrauagantis, *Ad euitanda*, Sic Abbas, & alij, quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 2. *diſp.* 7. *cap.* Nauarr. *in cap. Ita quorundam. de Iud. n* 8. (vnde malè Filliucius ait, contrarium docere) Gloſſa, Directorium, & Syluester, quos ſequitur Suarez *diſp.* 17. *ſect.* 1. *numero* 4. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 9. *quæſtione* 1. *numero* 212. Bonacina *puncto vltimo cit. in fine.* Machado *lib.* 1. *p.* 3 *docum.* 18. *n.* 3. Palao *diſp.* 2. *de Cenſur. punct.* 12. *num.* 1. & alij.

* * *

QVÆSTIO V.

An clauſula abſolutionis, quæ in Reſcriptis Apoſtolicis præmittitur ad valorem eorum, ſit adeo vniuerſalis, vt per illam impetrantes ab omnibus Cenſuris, etiam reſeruatis abſoluantur?

REſpondeo abſolui per illam ab omnibus Cenſuris, etiamſi ſint reſeruatæ Pontifici, & contentæ in Bulla Cœnæ Domini, & capaces reddi ad effectum gratiæ dumtaxat conſequendum. Sic Nauar. in cap. *In quorundam, de Iudæis, n.* 14. *aliàs* 21. *notab.* 11. Suarez *diſp.* 17. *ſect.* 1. *n.* 2. Alterius *lib.* 2. *diſp.* 7. *c.* 1. vbi ab hac generali regula aliquos caſus excludit.

QVÆSTIO VI.

An reſcriptum Pōtificis impetratum ab Excommunicato in fauorem tertiæ perſonæ, ſit etiam nullum?

NEgant Iaſon *in l. Vniuerſis. C. de Precib. imper. offeren.* & Dominicus, ac Archidiac. *in cap.* 1. *de Reſcript. libro* 6.

Sed probabilius reſpondeo: Etiam eſſe nullum. *Primò.* Quia dictum *cap. de Reſcript.* generaliter loquitur: ergo debet intelligi generaliter, & ſic, ſiue pro ſe, ſiue pro alio reſcriptum impetratur. *Secundò.* Quia in vtroque caſu currit eadem ratio: Nam ideo excommunicatus prohibetur, ne poſſit impetrare Reſcriptum, nec comparere in iudicio propter periculum communicationis, & etiam ne ex malitia ſua commodum reportet: at ſic eſt quod hæc omnia ita verificantur, quando excommunicatus impetrat Reſcriptum pro alio exercendo officium Procuratoris & Defenſoris, ac quando pro ſe impetrat; cum in vtroque caſu conſequatur aliquod commodum, & vtatur aliorum commercio: ergo. Sic Abbas *in c. fin. de Procurator. n.* 11. *& in cap. Ad probandum, de re iud. num.* 14. *& in cap. Paſtoralis.* §. *Verùm, de appellat. n.* 15. Felinus etiam, & Bald. quos citat, & ſequitur Alterius *diſp.* 7. *cit. c.* 2.

QVÆSTIO VII.

An Excommunicatus, qui per annum in excommunicatione, obdurato animo, perſiſtit; fiat ſuſpectus de hæreſi, & vt talis puniri poſſit?

REſpondeo affirmatiuè. Quia ita expreſsè habetur in Trident. *ſeſſ.* 25. *c.* 3. *de reform.* per hæc verba: *Excommunicatus quicumque, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad Sacramenta, & communionem fidelium non recipiatur, ſed ſi obdurato animo, Cenſuris annexus, in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæreſ. ſuſpectum, procedi poſſit.* Hæc Concilium. Cuius decreti fundamentum fuit: Quia prædictus excommunicatus, & claues Eccleſiæ, & ſuffragia & Sacramenta contemnere videtur; ideóque in ſuſpicionem venit, quod malè de illis ſentiat; ac per hoc ſuſpectus de fide efficitur.

Circa hoc decretum Concilij, ſunt aliqua notanda. *Primò*, quod locum habet in excommunicato quocunque, & ita ſiue talis ſit, ob cauſam criminalem, ſiue ciuilem: nam Concilium vtitur dictione illa vniuerſali: *excommunicatus quicunque*, vt omnes comprehendat. *Secundò*, quod Concilium notanter dicat, *obdurato animo*, quia ſi quis ignorantia, aut impotentia in excommunicatione perſeueret, non fiet ſuſpectus de hæreſi, & conſequenter, nec vt talis punietur. *Tertiò*, quod quando Concilium ait, *per annum inſorduerit*, debet intelligi, de anno completo. *l. Vrbana familia*

Digitized by Google

milia §. Pernoctare, ff. de verb ſignif. Quartò, quod iſta contumacia per annum in excommunicatione, eſt coniectura, vt excommunicatus habeatur ſuſpectus de hæreſi, non tamen poteſt condemnari, aut puniri tanquam hæreticus. Gloſſ. *in cap. Contingit de dolo, & contum. verb. conſtituatur. Quintò.* Quod quamuis hæc ſuſpicio de hæreſi ſit leuis, vt aiunt Directorium Inquiſit. *lib. 2. Schol. 61. & lib. 3. Schol. 31.* & Couarr. *in cap. Alma. 1. part. §. 7. notab. 4.* nihilominus ſufficit ad inducendam purgationem, quam ſi excommunicatus ſubire noluerit, ſed adhuc in excommunicatione permanſerit, tunc veluti impœnitens, pertinax, & hæreticus condemnari poteſt. cap. *excommunicamus. §. Qui autem. de hæret.* vt docent Hoſt. Innoc. & alij, *in c. vlt. de pœnit.* & alij apud Couarr. *Sextò*, nota, quod qui per aliquod tempus, etiam *infra* annum pertinaciter perſeuerauerit in excommunicatione, debet puniri aliqua pœna temporali, de quo ſunt leges noſtri Regni, quas affert Couarr. *loc. cit.* Legantur ipſe *loco cit.* & alij Canoniſtæ *in cap. Contingit. cit.* Vgol. *tab. 2. de Cenſur. c. 14. §. 3. n. 3.* Simanc. *in Cathol. inſt. cap. 27.* Bern. Diaz *in Pract. Canon. c. 116. n. 12.* Suarez *diſp. 17. ſect. 1. n. 6.* Alterius *lib. 2. diſp. 8. c. 3.* Henr. *lib. 13. c. 4. n. 5* Auila *2. p. c. 6. diſp. 10. dub. vlt. concl. 2.* Filliuc. *tr. 12. c. 9. q. 4. n. 214.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. punct. vlt. n. 2.* Hurt. *diſp. 11. diff. vnica.* Villalob. *tract. 17. diff. 15.* & alij.

QVÆSTIO VIII.

An qui conuenitur ſuper aliquo crimine, & ob contumaciam in ea cauſa excommunicatur, ſi in ea excommunicatione per annum perſeueret, cenſeatur conuictus de crimine, de quo fuit accuſatus?

RESpondeo affirmatiuè. Quia ſic habetur in cap. *Rurſus. & cap. Quicúmque* 11. *q.* 3. Et ex ipſis cap. Nauar. *c. 27. n. 23.* Couar. *in c. Alma. 1. p. §. 7. n. 10.* Auila *loc. cit. conc. 1.* Hurt. *loc. cit.* & alij. Hinc benè inferentes, quod ſi aliquis ſuſpectus de hæreſi vocetur ab Inquiſitoribus, vt reſpondeat de fide, & non compareat, & ob id in excommunicatione in eum lata, per annum perſeueret, cenſeatur conuictus de hæreſi, & vt talis puniendus: vt expreſsè habetur in cap. *Cum contumacia, de hæret. in 6.* Sic omnes Alterius, Couar. Auila. Hurt. & Villal. *loc. cit. n. 3.* vbi ſic ait: Quando los Inquiſidores llaman à vno por ſoſpechoſo de hereſia, y le deſcomulgan porque no quiere comparecer, y eſta contumaz, ſi ſe queda vn año deſcomulgado, le han de declarar por hereje, como ſi eſtubiera conuencido della; como conſta de vn texto (cap. *Cum contumacia cit.*) y ſu Gloſſa. Y aduierte Gonzalo de Villa-Diego, que ha lugar eſto, quando es verdaderamente contumaz: porque ſi tubo iuſto impedimiento, por el qual no podia parecer en Iuizio, no le han de condenar por hereje.] Sic ille. Et benè. *Quia impeditis non currit tempus. l. 1. §. fin. c. de annali except.*

QVÆSTIO IX.

An Clericus perſiſtens in excommunicatione per annum, priuari poſsit beneficijs quæ poſsidet?

RESpondeo poſſe priuari per ſententiam, ſaltem quando crimen eſt tale, quod priuat beneficiis, vt eſt homicidium. Sic communiter DD. docent ex cap. *Cum bona, de ætate & qualit.* Couarr. *in c. Alma mater. 1. p. §. 7. n. 10.* Bonac. Villal. Filliuc. *loc. cit.* Mach. etiam *lib. 1. p. 3. tr. 3. docum. 18. n. 7.* ita dicens [El quinto effecto, y que conſta del Derecho, *cap. Cum bona cit.* es que el deſcomulgado, que como hemos dicho perſeuera vn año en la deſcomunion, le pueden priuar de los beneficios eccleſiaſticos. Loqual entiende Bonac. y otros, quando el delito ſobre que fue deſcomulgado, merecia *aliàs* priuacion del beneficio. Si bien otros, lo conceden en todo acontecimento:] vt Gloſſa *in c. Rurſus. 11. q. 3.* Couarr. *loc. cit. verſ. Tertio.* & alij.

QVÆSTIO X.

An Excommunicatus reddatur per excommunicationem infamis?

RESpondeo affirmatiuè. Quia ita habetur ex Clement. Rom. *lib. 1. Apoſtol. inſtit. c. 47.* vbi decernit, iuſtè excommunicatum à vita mortali, & gloria æterna reiectum eſſe: & apud iuſtos & pios homines inhonoratum, & inglorium haberi. Deinde Stephanus Papa *in cap. Infames, 6 q. 1.* inter perſonas, quæ ſecundum Canones habentur infames, excommunicatos, iis verbis, enumerat: *Et omnes Anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos.* Sic Pontifex. Et cum eo omnes. Syluest. *excomm. 3. §. 1. verſ. Octauo. & verſ. Decimo ſeptimo.* D. Anton. *3. p. tit. 24. c. 76.* Rebuff *in repetit. in c. Poſtulaſtis de Cler. excomm. miniſtr. à num. 44.* Nauarr. *c. 27. n. 21. verſ. Septimò facit*, & alij quos citat & ſequitur Alterius *lib. 2. diſp. 8. c. 2. Per totum late*, & benè Filliuc. *tr. 12. c. 9. q. 4.* & alij. Et hæc ſufficiant pro effectibus excommunicationis maioris: vt tranſitum faciamus ad diſputationem de abſolutione eiuſdem.

DISPVTATIO XVII.

De Abſolutione ab Excommunicatione. Et primò de ijs, qui ab excommuuicatione maiori abſoluere poſſunt.

§. I.

QVÆSTIO PRIMA.

Qui ſunt Iudices, qui poteſtate ordinaria, hoc eſt, iure proprio, abſoluere à Cenſuris poſſunt?

RESPONDEO quod ſunt omnes illi, qui poteſtate ordinaria, hoc eſt, ſuo iure, non alieno mandato, excommunicare poſſunt. Vnde

In primis Papa in vniuerſa Eccleſia, etiam contradicentibus Epiſcopis, poteſt abſoluere quemcumque ab omni Cenſura. Deinde eandem poteſtatem ordinariam abſoluendi habent Legati Apoſtolici, Nuncij, aut alij Commiſſarij, quos in Prouincias Pontifex mittit, vnde omnes in eiſdem Prouinciis degentes abſoluere valent. Idemque eſt dicendum de Vicario Papæ.

Secundò, Patriarchæ, ſeu Primates, Archiepiſcopi & Epiſcopi, eorumque Vicarij generales, habentes ſubditos, poſſunt eos abſoluere, etiam extra proprias Diœceſes.

Tertiò, eadem poteſtas abſoluendi reſidet penes Concil. generale quoad omnes fideles, & ſimiliter penes Prouinciale, Diœceſanum, erga ſubditos: & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ poſt obitum ſui paſtoris.

Quartò, abſoluere poſſunt Cardinales in Eccleſiis, quæ eis aſſignatæ ſunt pro titulo. ex cap. *his quæ pro Eccleſia de maiorit. & obed.* Inquiſitores etiam ſancti Officij, iuxta dicta ſup. *tr. 1. diſp. 2. q. 14.*

Quintò, abſoluere poſſunt ſuos ſubditos Abbates, Priores, Miniſtri, & alij Prælati regulares.

Sextò,

Digitized by Google

Sextò, Vicarius à Capitulo electus, quando vacat Paſtore Cathedralis Eccleſiæ ex Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 16. Qui omnes ſupra relati habent iuriſdictionem abſoluendi (ſicut & cenſurandi) ab excommunicatione, & aliis Cenſuris, auctoritate ordinaria, manente ab ipſo Summo Pontifice, qui poteſt illam coarctare, vel ex cauſa auferre. Legantur dicta à nobis ſup. *tr.* 1. *diſp.* 2. *à quæſt.* 8. *vſque ad* 26. Suarez *diſp.* 7. *ſect.* 2. Alterius *lib.* 4. *diſp.* 2. *cap.* 1. Bauny *tract.* 2. *de Cenſuris, diſput.* 3. *quæſt.* 2. *&* 4. Nauarr. *capite* 27. *à numero* 39. Henriquez *libro* 12. *à capite* 27. Auila 2. *p. capite* 7. *diſp.* 1.

QVÆSTIO II.

Qui ſunt Iudices, qui poteſtate delegata, abſoluere à Cenſuris poſſunt?

Reſpondeo quod omnes illi, quibus poteſtas, ſeu iuriſdictio abſoluendi commiſſa eſt ab ipſis Ordinariis, vel ab ipſo Legato Summi Pontificis, vel ab eo qui à Principe habet priuilegium perpetuum ratione dignitatis Officij: quod priuilegium ſi iure communi inſertum ſit, non tollitur per clauſulam generalem derogatoriam, vt aiunt Nauarr. *capite* 27. *n.* 45. Gloſſa *in cap. fin. de offic. ordin.* Henriquez *lib.* 13. *cap.* 27. *n.* 5. Alterius *libro* 4 *diſp.* 2. *c.* 1. Addentes, quod etiam Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum cum vi cauſarum; & iuriſdictione in vtroque foro, poſſit delegare hanc abſoluendi facultatem, quales ſunt Vicarius Epiſcopi, Prælati Monaſteriorum, & qui in abſentia Prælatorum, gerunt eorum vices.

QVÆSTIO III.

Quibus perſonis poſsit delegari poteſtas abſoluendi à Cenſuris?

Reſpondeo quod omnibus illis, quibus delegari poteſt poteſtas ferendi Cenſuras. Sunt autem, iuxta dicta ſup. *tractatu* 1. *diſputatione* 2. *à quæſtione* 27. *& ſequent.* non ſolùm Clerici, ſed etiam laici, tàm viri, quam fœminæ, etiamſi ſint infideles. Nam hi, ſicut ex commiſſione, ſaltem extraordinaria Pontificis, poſſunt ferre Cenſuras, ita & poterunt, eiuſdem commiſſione ſi gaudent, ab illis validè abſoluere. Qui autem de facto hanc poteſtatem delegatam habeant, ex dicendis fiet manifeſtum.

QVÆSTIO IV.

An nõ ſolùm Sacerdos, ſed etiam Clericus primæ Tonſuræ; qui habet iuriſdictionem Eccleſiaſticam in foro exteriori, ac proinde, in eodem foro poteſt excommunicare; poſsit etiam, non ſolùm in foro exteriori abſoluere à Cenſuris, verùm etiam in foro interiori?

Negant quidam exiſtimantes, quod licèt prædictus poſſit abſoluere à Cenſuris in foro exteriori, non tamen in interiori, ſeu in foro conſcientiæ, aut pœnitentiali. Quia ita videtur colligi ex cap. *Canonica, de ſentent. excommunic.* vbi dicitur: *Statuentes, vt in tali caſu, per Priorem veſtrum, qui Preſbyter eſſe debet, fratribus veſtris abſolutionis beneficium impendatur.* Idemque colligitur *ex cap. A nobis, &* 2. *eod. tit.* Ita ſentiunt Hoſtienſ. *in d. capite, & in Sum. tit. de ſentent. excommunic.* §. *Quis poſſit abſoluere*, Sylueſter *verb. Abſolutio.* 1. §. 3. *verſ. Quintus eſt in illo.* Armilla *verb. Abſolutio n.* 38. *&* 42. *verſ. Octauò*, ita diuens: Octauò, in eo, qui non Sacerdos excommunicauit, qui licèt poſſit abſoluere quoad forum contentioſum, non tamen quoad pœnitentiale, quod ſolum Sacerdos poteſt. Ita ille. Eandemque ſententiam ſequuntur Monald. *tit. excommunicatio*, & Ang. *verb. Abſolutio.* 1. & alij apud Henricum *in capite A nobis cit.* Et quidem ſi huiuſmodi Doctores agere intentant de abſolutione excommunicati à culpa, & peccato, propter quod iure fuit excommunicatus, aut cenſuratus; tunc certum eſt apud omnes, quod ſolum Sacerdos habens ad id iuriſdictionem, abſoluere ab illo peccato poſſit; Si verò loquantur, vt nos in præſentiarum loquimur, de abſolutione à vinculo Cenſurarum: v.g. excommunicationis; tunc,

Reſpondeo dicendum, vt quid certum, quod abſolutio ab excommunicatione, & ab aliis Cenſuris, adminiſtrari, & concedi poſſit, quoad omne eius vinculum, ab habente poteſtatem excommunicandi, etiamſi his, nec Presbyter, nec Diaconus, nec Subdiaconus, &c. ſed ſolùm Clericus primæ Tonſuræ ſit. Et ideò non ſolùm poteſt habilitare excommunicatum, vt valeat comparere in iudicio, & communicare cum fidelibus in communicatione politica; ſed etiam, vt fruatur communibus Eccleſiæ ſuffragiis.

Probatur. Quia regulariter, qui poteſt ligare, poteſt & abſoluere, *cap. Inferior, diſt.* 21. *l. Qui condemnare, ff. de re ind.* Sed Clericus, nondum Presbyter, habens iuriſdictionem, poteſt per excommunicationem, etiam in foro interiori ligare; ergo ſimiliter poterit abſoluere. Nec contrarium probatur per dict. cap. *Canonica.* Quia ibi, ideo requiritur Presbyter ad abſoluendum ab excommunicatione, quia in eo etiam eſt ſermo de abſolutione à culpa reſeruata Sum. Pontifici, ob quam incurſa eſt excommunicatio; à culpa autem, nullus qui non ſit Presbyter poteſt abſoluere. Hanc ſolutionem ad textum affert Hurtadus; aliam etiam inuenies apud Couarr. Sic ſentiunt apud hunc, Ioan. Andr. Henric. Cardin. Collectar. & D. Anton. Quos ipſe ſequitur *in cap. Alma mater.* 1. *p.* §. 11. *n.* 10. vbi id latè probat. Nauarr. *in Man. cap.* 27. *numero* 41. Vbi ſic ait: Sexto, quod ſi qui excommunicauit, non eſt Sacerdos, non poteſt abſoluere in foro conſcientiæ, quamquam poteſt in exteriori, ſecundum aliquos, quos Sylueſter ſequutus eſt *verb. Abſolutio.* 1 *notab.* 4. quod reſtringendum eſt ad abſolutionem conuictam cum peccatorum abſolutione: nam ab excommunicatione ſola poteſt abſoluere, etiam quoad conſcientiæ forum, etiam ſola prima Tonſura initiatus, vt affirmat S. Thom. *in* 4. *diſt.* 18. *receptus à* S. Anton. 3. *p. tit.* 24. *cap.* 77. & Ioan. Tabiena *verb. Abſolutio ab excommunicat. &c.* Sic Nauarrus. Auila etiam 2. *parte, capite* 7. *diſp.* 1. *dub.* 2. Alterius *lib.* 4. *diſput.* 4. *c.* 1. *verſ. Sed ſupereſt.* Hurt. *diſp.* 15. *de excomm. diff.* 1. Suarez *diſp.* 7. *ſect.* 6. *n.* 2.

QVÆSTIO V.

An laicus, non tonſuratus, poſſit, abſque ſpeciali commiſsione, abſoluere à Cenſuris in articulo mortis; deficiente Sacerdote?

Affirmant quamplures Doctores. Quia Pontifex poteſt hanc facultatem laïco, etiam tonſurato, concedere, vt conſtat ex dictis *tract.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 27. *& ſequent.* ergo credendum eſt piè, ita conceſſiſſe. Ita ſentiunt Gloſſa, Armilla, Tabiena, Panormit. Ioann. Valerus, & Ioan. de la Cruz, Ioan. Sancius, Barthol. de Leſma, Ragutius, Margarita Confeſſorum, & D. Anton. citati à nobis pro hac ſententia, 1. *part. de Sacram. tract.* 5. *diſp.* 11. *q.* 7. His adddi poteſt nouiſſimè Bauny *tractatu* 1. *de Cenſuris in communi, quæſtione* 8. *&* 9. & expreſſiùs *tractatu* 2. *de Abſoluente ab excommunicat. diſputatione* 3. *quæſtione* 30. *pagina* 160. vbi id hoc argumento confirmat. Nam Rex Galliæ,

de

Digitized by Google

de facto habet hanc abſoluendi poteſtatem delegatam à Papa, etiam extra periculum mortis cenſurati: ergo credendum eſt, etiam cuilibet laico eſſe conceſſam pro mortis articulo cenſurati. Pia certè conſequentia. Antecedens ergo probatur. Quia qui ligare Cenſuris poteſt; poteſt ab illis ſoluere, vt ſupra eſt habitum: at ſic eſt, quod Rex Galliæ habet poteſtatem & delegatam à Papa ferendi Cenſuras; ergo & ab illis abſoluendi. Minorem probant verba Caroli de Graſſalis, quæ habentur *lib. 2. Regalium iure 9.* & ſunt hæc: *Hinc eſt tertiò, quod nedum Rex Chriſtianiſſimus ab alijs excommunicari non poteſt, imò ipſe alios, ſaltem laicos, ex iuſta cauſa excommunicare poteſt, ſecundum Vincent. Cygn. in allegation. ſuis de bello Ital. cap Regali, verſ. Supereſt videndum.* Et in hanc ſententiam videtur iam inclinare Diana *part. 5. tract. 9. reſolut. 7.* licèt contrariam probabiliorem dixerit *3. part. tract. 4. reſolut. 133.* & expreſsè tenet Candidus *diſquiſit. 22. artic 55. dubit. 2. dicto 6.*

Sed probabiliùs iterum reſpondeo: non poſſe abſque ſpeciali commiſſione. Quia, nec ex iure aliquo, aut conſuetudine habemus, quod Eccleſia, aut Summus Pontifex, hanc poteſtatem abſoluendi à Cenſuris laico conceſſerit, etiam pro articulo mortis. Vnde in hac parte nulla eſt adhibenda fides dictis Caroli de Graſſalis, vt benè ait Bauny. Sic Suarez *diſp. 7. ſect. 6. n. 6. & ſeq.* Sanchez *lib. 2. Summæ cap. 13. num. 13.* Vaſquez *dub. 18 de excommun. n. 9.* Ægidius *diſput. 14. dub. 16. n. 236.* Nauarr. Sotus, Palud. Vgolinus, Couarr. Graffius. Corduba, Laymann, Auila, Hurtad. & Lugo, quos pro hac eadem ſententia retulimus *1 part. loc. cit.* Quibus adhuc addi poſſunt Bonacina *diſp. 1. de Cenſur. q. 3. punct. 3. num. 1.* Alterius *lib 4. diſp. 5. cap. 2.* Henriq. *lib. 13. cap. 27. num. 4.* Faber *in 4. diſt. 25. q. 1. diſp. 4. cap. 8. n. 257.* Layman *lib. 1. de Cenſur. diſp. 24. dub. 4.* Præpoſit. *in 3. part. quæſt. 1. de Cenſur. in communi dub. 14. num 95.* Sayrus *lib. 2. cap. 21. num. 13.* Cornejo *de Cenſuris in genere diſputat. 11. dub. 4.* Filliucius *tractatu 11. cap. 10. quæſito 5 numero 318.*

Ad fundamentum contrariorum, concedendum eſt antecedens, negandum tamen, eſſe contra pietatem Eccleſiæ, quod poteſtatem abſoluendi à Cenſuris exiſtentem in articulo mortis, non concedat laico: tum quia Cenſura quæcunque, ratione ſui, non impedit ſaluationem: tum etiam, quia auferri poteſt poſt mortem ipſius Cenſurati.

QVÆSTIO VI.

An ſaltem, quilibet Clericus, etiamſi ſolum habeat primam tonſuram, poſſit, etiam ſine ſpeciali commiſſione, abſoluere ab excommunicatione, & ab alijs Cenſuris, exiſtentem in articulo mortis?

AFfirmant, & à fortiori, Authores primæ ſent. nuper citati, & vltra illos ex noſtra Palud. *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 1. concl. 3. in fine.* Henriq. *lib. 13. cap. 24. num. 1.* in Gloſſa *lit. C.* per hæc verba: Sic in articulo mortis Clericus etiam ſolius tonſuræ, poſſet abſente Sacerdote, abſoluere ab excommunicatione, etiam reſeruata Papæ, & concedere Indulgentias etiam Bullæ Cruciatæ, & dicitur latè Confeſſarius in hoc fauore *ſup. lib. 3. lege 6. de pœnitent. cap. 9. §. 3. 4.* D. Th. *addit. q. 24. 1* (Palud *diſt. 20. q. 1. 2.* & Soto *diſtinct. 18. quæſt. 4.* dicunt probabile) & tenet Anton. Sylueſter, Armilla, Nauarrus *cap 27. num. 270. §. 6. & cap. 26. num. 32.* prodeſſe, vt ſic decedens ſepeliatur. Hucuſque Henriquez ibi. Quod & repetit. *cap. 27. num. 4.* quamuis in fine, in contrariam ſententiam magis propendere dicit Auila: ait namque Henriquez ſic: Vicarius Epiſcopi, quamuis non Sacerdos ſit, ſed tantum tonſuratus; vt poteſt in vtroque foro abſoluere ab excommunicatione reſeruata Epiſcopo: ita pro eo articulo mortis probati Auctores benè idem concedunt omni viro tonſurato abſente Sacerdote: nam Tonſurato ſolet Eccleſia committere facultatem abſoluendi ab excommunicatione. Quamuis receptior ſententia ſit, ne tunc abſoluatur niſi à Sacerdote, aut Vicario Epiſcopi, licèt Sacerdos non ſit. Hæc Henriquez. Sed certè licet hîc aliqualiter in hanc ſententiam propendat, oppoſitam expreſsè tenet præcipuè *lib. 6. cit. cap. 9. num. 3. & 4.*

Sed probabiliùs reſpondeo: adhuc non poſſe, ſine ſpeciali commiſſione. Quia ratio nuper aſſignata, *quæſt. antecedenti*, quàtenus fundatur in vſu, vel conſuetudine, etiam procedit de Tonſurato, & de alio quolibet Ordinato non Sacerdote: & iura etiam, quæ de hac re loquuntur ſemper nominant Sacerdotem, vt patet ex Concil. Trident. *ſeſſ. 14. cap 7.* Sic Suarez *diſput. 7. ſect. 6. n. 10.* Couarr. *in cap. Alma mater 1. p. §. 11. n. 9. & 10.* Nauarrus *in ſumm. cap. 26. n. 26.* his verbis: Dixi *Preſbyter*; alius enim, etiam deficiente Presbytero, non poteſt à peccatis abſoluere, iuxta Gloſſ. *ſingul recept. in cap. Paſtoralis*, §. *Præterea, de offic. Ordin.* neque ab excommunicatione, vt probamus, & defendimus *à num 83.* cum prædicta gloſſ. recepta ibi ab omnibus & ab Imol. *in l. 1. col. 3. ff. de publ. iudic.* &c. Sic Nauarrus, ibi, & expreſſius *cap. 27. num. 270.* Henrico, *mihi 272. verſ. Sextò quod per hoc videtur.* Vnde malè citatur ab Henriquez pro oppoſita parte. Auila *2. part. cap. 7. diſputat. 1. dub. 2.* Filliucius *loc. citato*, & alij citati pro noſtra ſententia *quæſt. antecedenti.*

QVÆSTIO VII.

An ad minus, Iudex Eccleſiaſticus, qui poteſtatem habet excommunicandi, & abſoluendi, poſſit, licèt Sacerdos non ſit abſoluere in articulo mortis à quacunque Cenſura quemcunque etiam non ſubditum?

AFfirmant, & à fortiori quidem, Doctores pro prima ſententia adducti *quæſt. 5. & 6.* Sed in ſpecie de hac difficultate loquendo, id docent Paludan. *in 4. diſt. 18. q. 5. num. 10.* & Vgolinus *tab. 1. cap. 4. §. vlt. n. 6.* vt refert Suarez *vbi infrà*: & Filliuc. probans eſſe probabile, licèt probabilius oppoſitum.

Fundamentum eorum eſt. Quia ſicut iuriſdictio abſoluendi à peccatis, quam Parochus ordinariè habet in ſuos ſubditos, extenditur ad alienos quoſcunque in articulo mortis: ita iuriſdictio, quam Iudex Eccleſiaſticus habet ad abſoluendos ſuos ſubditos, extendi videtur, ex pia Eccleſiæ interpretatione, ad non ſubditos in articulo mortis.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec præfatum Iudicem poſſe abſoluere in articulo adhuc mortis non ſubditum, ſi Sacerdos non ſit. Quia vt abſolutio Cenſuratum ſit valida, requirit in Abſoluente iuriſdictionem erga Cenſuratum: at hanc non habet Iudex non Sacerdos, erga perſonam non ſubditam: ergo.

Nec obeſt fundamentum contrariæ opinionis; quia illa coniectura, & ſimilitudo, non ſufficit ad ſtabiliendam hanc iuriſdictionem neceſſariam ad abſoluendos non ſubditos: benè tamen ad hoc, quod ſicut conceditur Parocho facultatem abſoluendi à peccatis alienos ſubditos in articulo mortis; ita conceditur Sacerdoti cuilibet nullam iuriſdictionem habenti, circa peccata mortalia, in eodem mortis articulo. Sic Suarez *diſputat. 7. ſect. 6. num. 11.* Alterius *lib. 4. diſput. 5. cap. 1. in fine.* Filliucius *tract. 11. cap. 10. quæſ. 5. num. 318.*

QVÆSTIO VIII.

An omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta poſſint in articulo mortis abſoluere ab omnibus peccatis & Cenſuris, etiam Papæ reſeruatis?

NEgarunt in primis Medina *C. de Confeſſ. quæſt.* 31. Couarr. *in cap. Alma mater* 1. *part* §. 6. *num.* 8. & Marſilius *in* 4. *quæſt.* 12. *artic.* 24 *part. concluſ.* 2. quos ſic retulimus 1. *part de Sacram tractatu* 15. *diſput.* 11. *quæſt.* 16. Quia exiſtimarunt, nullum excommunicatum vitandum habere iuriſdictionem in pœnitentes etiam in articulo mortis.

Negarunt deinde Sotus, Nauarr. & Ledeſma *loc. cit.* adducti; quia putarunt hanc facultatem non eſſe conceſſam hæreticis licèt ſit excommunicatis, & quomodocumque ſuſpenſis.

Sed vt quid certiſſimum reſpondeo: dicendum. Quod omnes Sacerdotes, ſiue ſint ſimplices, ſiue excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, Delegati, & etiam Hæretici, poſſint abſoluere quemlibet in articulo mortis, à quolibet peccato & Cenſura etiã Papæ quomodolibet reſeruata. Quia ſic habetur in Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 8. Cuius verba retulimus 1. *p. loc. cit.* Et tenent communiter Doctores. D. Thom. Canus, Durand. Palud. Maior, Ruard. Syluest. & Angelus, quos refert, & ſequitur Vaſq. *tom* 4. *q.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *& de excommunicatione dub* 20. *n.* 1. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 26. *ſect.* 4. *& tom.* 5. *de Cenſur. diſp* 7. *ſect.* 6. Lugo Hurtad. Granados, Sanchez, Ægidius, & alij, quos *loc. cit.* adduximus. Vbi de aliis quæſtionibus ad hæc concernentibus fusè tractauimus, ibi videantur, & *diſp.* 12. *q.* 69. *& ſeq.*

QVÆSTIO IX.

An ſit illicitum, abſolutionem Cenſurarum per errorem, aut dolum, à Iudice extorquere?

REſpondeo tanquam certum: affirmatiuè. Quia irrogatur iniuria Iudici à quo per dolum, aut errorem abſolutio Cenſurarum extorquetur. Sic omnes. Legantur Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 8. *num.* 1. & alij, mox citandi.

QVÆSTIO X.

An, non ſolum ſit illicita, verùm etiam inualida, Abſolutio Cenſurarum, per dolum, aut errorem extorta?

AFfirmare videtur abſolutè Sà *verb. Abſolutio ab excommunic. num.* 14. quatenus ita ait: Abſolutio ex cauſa falſa valet. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 38. Etſi id quidam negent. Ita ille.

Sed diſtinctius reſpondeo: etiam eſſe inualidam, ſi abſolutio fuit extorta per dolum, fraudem, aut errorem verſantem, circa cauſam finalem: ſecus verò ſi fuerit extorta per fraudem, dolum, ſeu errorem verſantem tantummodo, circa cauſam impulſiuam. Quia in primo caſu, Iudex non intendit abſoluere à Cenſuris, niſi iuxta cauſam ſibi propoſitam: ergo ſi hæc non ſubſiſtit, inualida erit abſolutio. Secus in ſecundo caſu, quia in illo, verè Iudex intendit abſoluere ob cauſam finalem, quam ſupponimus ſubſiſtere, etiamſi non ſubſiſtat impulſiua.

Ex hoc fit, quod ſi reus dicat Iudici, ſe ſatisfeciſſe parti læſæ, cum reuera non ſatisfecerit: vel Confeſſori dicat ſe non poſſe ſatisfacere, cum tamen poſſit; tunc abſolutio conceſſa erit nulla; quia reuera non ſubſiſtit cauſa finalis Iudici, aut Confeſſario expreſſa, propter quam Iudex, vel Confeſſarius intendunt abſoluere. Idémque eſt dicendum de Hæretico, qui ſe fingens conuerſum, petit excommunicationis reſeruatæ abſolutionem; nam ob eandem rationem, abſolutio à tali Cenſura data, etiam per Inquiſitores, erit nulla. Et ideo, etiamſi dictus Hæreticus poſtea reſipiſcat interius, nihilominus peccatum hæreſis, ita remanet reſeruatum, ſicut erat ante abſolutionem: quia permanente eadem Cenſura, perſeuerat eadem reſeruatio; at ſic eſt, quod manet eadem Cenſura, cum abſolutio fuerit nulla ex defectu voluntatis Abſoluentis: ergo. Sic omnes communiter. Legatur Suarez *diſput.* 7. *ſect.* 6. *num.* 12. Alterius *lib.* 4. *diſputat.* 5. *cap.* 2. Sanchez *lib.* 2. *ſumma cap.* 12. *num.* 8. Filliucius *tractatu* 11. *cap.* 10. *quæſ.* 3 *num.* 321. & *quæſ.* 6. *num.* 327. *in fine.* Reginaldus *lib.* 9. *num.* 47. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſ.* 3 *punct.* 8. *num.* 2. & antea Nauarrus, *loco à Sà citato*, his verbis: Tum, quia excommunicatio lata ex falſa cauſa valet, & non abſolutio, iuxta Gloſſ. *cap. ex parte, de offic. Ordinis, & in cap. Quod ſuper iis, de fide inſtrument.* Hæc Nauarrus. Nec Sà oppoſitum docet, nam intelligendus eſt in ſenſu ſecundæ noſtræ reſponſionis partis & ita pro illa citat eum Bonacina *loco citato.* Bauny *tractatu* 2. *diſputatione* 3. *quæſtione* 45. *dubio* 1. *&* 2.

QVÆSTIO XI.

An etiam, non ſolum ſit illicita, ſed etiam inualida, Cenſurarum Abſolutio, extorta per vim, vel metum iniurioſum cadentem in conſtantem virum?

NEgandum videtur. Quia Cenſura lata ex vi, vel metu cadente in conſtantem virum, per ſe, & ex natura rei eſt valida, vt diximus ſupra *tractatu* 1. *diſput.* 2. *quæſt.* 47. contra nonnullos Doctores: ergo etiam erit valida abſolutio excommunicationis, & alterius cuiuſcunque Cenſuræ extorta per vim, & metum cadentem in conſtantem virum; patet conſequentia ex paritate rationis.

Sed tanquam certum reſpondeo: dicendum, quod abſolutio excommunicationis, & cuiuſuis alterius Cenſuræ, extorta per vim, vel metum cadentem in conſtantem virum, ſit omnino nulla & inualida, non ex natura rei, ſed ex iure poſitiuo, & humano cap. *vnico de his, quæ vi, metúſve, cap fin. lib.* 6. vbi Pontifex Gregor. X. decreuit Abſolutionem à quacumque Cenſura metu extorta, eſſe nullam, per hæc verba: *Abſolutionis beneficium ab excommunicationis ſententia, vel quamcunque reuocationem ipſius, aut ſuſpenſionis, ſeu etiam interdicti per vim, vel metum extorta: præſentis conſtitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus.* Sic Pontifex. Et ſic omnes. Legantur Suar. Nauar. Bauny, Alter. Filliuc. & Bonac. *loc cit.* vbi inuenies cauſas, ob quas potius voluerit Pontifex irritare Abſolutionem; quàm excommunicationem latam ex metu, vel vi. Legantur etiam dicta à nobis ſuprà *diſp.* 2. *cit. q.* 47.

QVÆSTIO XII.

An item, ſit inualida Abſolutio Cenſurarum, extorta à Iudice, per vim, vel metum leuem?

AFfirmat adhuc eſſe inualidam, ſi talis metus fuit cauſa extorquendi à Iudice abſolutionem, Caietanus *in ſum. verb. excommunicatio cap.* 41. vbi ſic ait: Nota primo quod vis, ſeu metus illatus, non diſtinguitur inter magnum, & paruum: qualemcunque enim vim, aut qualemcunque metũ intulerit, ſufficit, ſi inde ſubſequutus eſt effectus abſolutionis, ſeu reuocationis: quia

Digitized by Google

quia Canon non diſtinguit (vt dictum eſt) inter magnum & paruum. Ita Caietan. cuius ſententiam, quoad forum conſcientiæ, eſſe tenendam, docet Nauarrus *cap.27.num.125.verſ. Decimaſeptima.*

Sed probabiliùs reſpondeo: tunc non eſſe inualidam, ſed ratam, & validam. Quia in iure non habetur ratio metus leuis, *l. Nec timorem, ff. de eo, quod metus cauſa*, quia non dicitur ſimpliciter talis, cum non cauſet inuoluntarium morale. Pœna autem Iuris humani reſtringitur ad caſum expreſſum. Sic Suarez *diſp.7.ſect.6.n.14.* Alter. *lib.4.diſp.5.c.2.* Henriq. *lib.13.cap.30.n.1.* Filliuc. *tract.11.cap.19.quæſ.5.n.322.* Ægidius *diſp.14.dub.16.n.223.* Bonac. *diſp.1.quæſ.3.pun.8.n.4. verſ. Dixi, cadentem in conſtantem virum*, & alij communiter cum Gloſſa *in cap. vnico, de his, quæ vi, &c. cit. verb. Subiacere.*

QVÆSTIO XIII.

An, qui per metum grauem, ſeu vim, impetrat abſolutionem à Cenſura, incurrat nouam excommunicationem?

RESpondeo vt quid certum: incurrere. Quia ſic decreuit dict. Gregor. X. *in d.cap.vnico, de his, quæ vi, metúſve cap.fin.* his verbis: *Ne autem ſine vindicta, violentiæ creſcat audacia: eos, qui abſolutionem, ſeu reuocationem huiuſmodi vi, vel metu extorſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere.* Sic Pontifex. Et Concil. Trid. *ſeſſ.25. de reform. cap.3. ad fin.* ait; *Nefas eſſe, vt Magiſtratus compellat Iudicem Eccleſiaſticum abſoluere.* Sic Gloſſa, & alij Canoniſtæ *in d.cap.* dicentes, extorquentes ſic abſolutionem à Cenſura, eſſe per hunc textum ipſo iure excommunicatos. Nauarr. *cap.27.n.125.cit.* Caiet. *loc.* etiam *cit.* Angelus *excommunicatio 5. caſu 15.* Henriquez, Alterius, & Bonacina *locis citatis.*

QVÆSTIO XIV.

An huius decreti excommunicationem incurrāt Iudices Regij; quando ad tollendam vim, rogant, & iure compellunt Iudicem Eccleſiaſticum, vt abſoluat excommunicatum ab ipſo, ad tempus?

RESpondeo non incurrere. Quia ſic tenet vſus, & praxis in Regia, & caſtellana republica, propter maximam vtilitatem, quæ ei accedit; cum alioqui, niſi remedium hoc, & auxilium aduerſus Iudices Eccleſiaſticos, caſu, quo nolunt deferre appellationi ad Sedem Apoſtolicam, ad quam reus appellauit, grauiſſimè opprimerentur Innocentes à Iudicibus Eccleſiaſticis, qui procul à Romana Curia, paſſim Iuriſdictione, & poteſtate Eccleſiæ abuterentur. Sic optimè Couarr. *pract.quæſt.cap.35. num.3.* vbi ſic ait: In hac Regia, & Caſtellana Republica illud obſeruatiſſimum eſt, & diù obtinuit à tempore, quod memoriam hominum excedit, poſſe ab his, qui à Iudicibus Eccleſiaſticis, vi, & Cenſuris opprimuntur, Regios Auditores, & Conſiliarios, qui apud Regia ſuprema prætoria, iura litigantibus reddunt, omnino adiri, vt vim auferant, & compellant Iudices Eccleſiaſticos ab ea inferenda ceſſare, & *Paulò infrà*: Nam vbi lis agitur apud Iudicem Eccleſiaſticum, etiam inter Eccleſiaſticos, qui per ſententiam condemnatus appellat, Iudéxque non vult deferre appellationi, & ideo pro executione multis afficitur Cenſuris, & grauaminibus, conqueritur ſimplici querela coram Regiis Auditoribus ex eo quod non deferatur appellatio, quam ad Sedem Apoſtolicam propoſuit: tunc ſanè ſtatim ex ſola ſimplici quærela dantur litteræ Regiæ, quibus præcipitur Tabellionis ſub certa pœna, quod intra breue tempus mittat ad Curiam acta cauſæ, & proceſſum, & rogatur Iudex Eccleſiaſticus, vt abſoluat excommunicatum ad aliquot dies, qui ſufficiant miſſioni, & examinationi proceſſus. Quod ſi contumax Iudex ſit, dantur ſecundæ literæ, ac tandem tertiæ, & id agere cogitur pœnis quibuſdam, &c. Hucuſque, & amplius Couarr. Cuius ſententiam approbant Henriq. *lib.13. cap.30.* & penes ipſum, *lit.H.* Caiet. *in ſum. verb. excommun. c.19. & 30.* Driedo *lib.1. de libert. Chriſt pag.143.* Sot. *in lib. de ſecret membr.2.q 5.* & Perez *l.5. & 9. tit.1. lib.3. ordinat. & l.14. tit.3. lib.1. recopilat.* Legantur etiam Nauarrus *cap.27. num.69. & 70.* Alterius *lib.4. diſputat.5. cap.2.*

QVÆSTIO XV.

An ab excommunicatione ab homine lata, poſſit abſoluere ipſe, qui illam tulit?

RESpondeo poſſe, regulariter loquendo. Quia eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare: ergo qui per excommunicationem ligare poteſt, poteſt & abſoluere. Sic conſtat ex cap. *Inferior, diſt.21.* vbi Gloſſa *verb. inferior, capite verbum, de Pœnitent. diſtinct.1.* vbi definitum eſt, par, & æquale ius eſſe ſoluendi & ligandi. Sic, vt quid certum, ſupponunt omnes Doctores, qui ſolum excipiunt aliquos caſus, in quibus Iudex, qui excommunicauit, non poteſt abſoluere: ideóque conſultò in reſponſione diximus, *regulariter loquendo.* Legantur Suarez *diſput.7. ſect.2.* Alterius *lib.4. diſput.2.cap.2.* Auila *2. part.cap.7. diſputat.1. à dubio 4.* Bonacina *diſput.1.quæſt.3.punct.1.* Angelus *verb. Abſolutio 2. in princip.* Armilla *eod. verb. num.42.* Henriquez *lib.13.cap.28. num.6.*

QVÆSTIO XVI.

In quibus caſibus non poteſt abſoluere ab excommunicatione ipſe, qui excommunicauit?

RESpondeo quod in quinque caſibus. *Primus* accidit. In Delegato Papæ, qui inobedientem ſuæ ſententiæ poteſt excommunicare, ſed poſt annum à ſententia diffinitiua, non poteſt abſoluere, cap. *Quærenti, de Offic. deleg.* Angel. & Armilla *loc.cit.* Auila *loc. cit. dub.9. verſu. Tertius caſus.* Qui ex Angelo, & Innocent. notat, quod ſi dictus Delegatus excommunicat ante ſententiam definitiuam, ſemper poterit abſoluere, vſque ad diffinitiuam ſententiam, etiam poſt annum, vſque ad hanc: quia perpetua eſt iuriſdictio. Suarez *diſput.7. ſect.2. num.7.* Bonacina *diſp.1. quæſt.3. punct.1. num.1.* & alij.

Secundus, in Incendiariis, quos Epiſcopus poteſt excommunicare, ſed poſt denunciationem non poteſt abſoluere, cap. *Tua nos, de ſentent. excommunicat.* Sic Henriquez *lib.13. cap.18. num.6.* ita dicens: Si Iudex Incendiarium (qui iure ipſo non eſt excommunicatus) excommunicet, reſeruatur Papæ. Sic ille. Caietan. *verb. excommunicatio, cap.22.* Nauarrus *cap.27. num.94. & 256. & cap.17. num.100.* Sotus *diſtinct.22. quæſt.2. art.3. concl.2.* Angel. & Armilla *loc.cit.* Auila *loc.cit. verſ. Dixi regulariter.*

Tertius, quando qui excommunicauit, incidit in maiorem excommunicationem, ita vt ſit denunciatus, & non toleratus: quia tunc, cum priuetur vſu Iuriſdictionis, non poteſt iam abſoluere, ſecus ſi ſit toleratus, aut in minorem excommunicationem incidat, quia tunc poſſet. Nauarrus *cap.27. num.40.* Angelus, Armilla, & Henriquez *loc.cit.* Auila *loc.cit. verſ. Secundus caſus.*

Digitized by Google

Quartus, quando Papa committit alteri, vt abſque vlla cauſæ cognitione, excommunicet aliquem: quia cum talis ſit merus executor, non poterit abſoluere. Secus ſi mandat ei, vt excommunicet cum cognitione cauſæ, quia tunc poſſet abſoluere. Sic Angelus *loc cit.* & penes ipſum, Ioan. Andr. Archidiac. Hoſtienſ. & Bernard. Nauarrus *num.*44. Armilla, Henriquez, & Auila *loc. cit.*

Quintus, quando excommunicationem ab inferiori latam confirmat Papa ex certa ſcientia; quia tunc ſolus Papa poteſt abſoluere, eo quod talis confirmatio eſt idem ac ſi ipſe Papa ferret excommunicationem. Sic Henriq. *lib.*13.*c.*28.*n.*6. & penes ipſum, Nauarrus, Ioan. Andr. Syluest & Angel. qui addunt, ſecus dicendum, ſi Papa non confirmauit ſententiam inferioris ex certa ſcientia, & cum cognitione cauſæ: aut ſi ſententia eſſet per ſtatutum, quia quantumcunquo confirmatum, poterit inferior abſoluere niſi in confirmatione ſibi, vel alteri reſeruaſſet. Auila etiam *dub.6.cit.verſ. Quintus caſus eſt.* Vbi ex Syluestro notat, quod tunc confirmatio ex certa ſcientia fiat, quando in ea inſeritur totus tenor rei confirmatæ; aut quando Papa vtitur iſtis, vel ſimilibus verbis, *ex certa ſcientia*, &c. aut quando confirmat aliquid quod vidit. Legantur vltra citatos Authores, Alterius *lib.*4. *diſputatione* 2.*cap.*5. *dub.*5.

QVÆSTIO XVII.

An ab excommunicatione ab homine lata, non tantum poſsit abſoluere qui illam tulit, verùm etiam eius ſucceſſor?

RESpondeo tanquam certum: poſſe etiam eius ſucceſſorem. Quia moraliter cenſentur eadem perſona, cùm idem gerant officium, & eadem fungantur dignitate. Sic textus *in cap. Si Epiſcopus ante* 11.*q.*3. & omnes. Suarez *diſp.*7.*ſect.*2.*à n.*3. Alterius *lib.*4. *diſp.*2. *cap.*2. Bonacina *diſp.*1.*q.*2.*punct.*1.*à num.*1. & alij. Hinc colligentes quod non ſolum Epiſcopus ſucceſſor poterit abſoluere ab excommunicatione lata per Prædeceſſorem, ſed etiam Capitulum Sede vacante, cum hoc ſuccedat in iuriſdictionem Epiſcopi mortui, vel communicati, vel ſuſpenſi, aut vincti apud infideles, &c. *cap.*2.*de maior.& obed.lib.*6. *cap. Si Epiſcopus, de ſupplen. neglig. Pralat. eod.lib.*

QVÆSTIO XVIII.

An non ſolum poſsit abſoluere ab excommunicatione, qui per ſententiam illam tulit, aut eius ſucceſſor; verùm etiam, Superior eius?

NEgant Decius *in cap. Caterum, de Iudicijs, num.*5. Carol. Ruin. *conſil.*7. *num.*6. *lib.*4. & Gloſſa *in cap. Paſtoralis, in princip. de Offic. Ordin.* Quos pro hac parte refert Couarruuias *in cap. Alma mater* 1.*p.* §.12.*num.*3. Et illam, ipſum ſequi, exiſtimant Bonacina, & Auila, *vbi infrà.* Sed non exiſtimant benè. Nam oppoſitam partem, abſolutè docet, vt *infrà.* Vnde

Probabiliùs reſpondeo: quod etiam Prælatus Superior, non dignitate, ſed iuriſdictione, poſſit, abſolutè loquendo, abſoluere ab excommunicatione lata à ſuo inferiori. Ideóque Epiſcopus validè poteſt abſoluere ab excommunicatione lata ab aliquo Abbate ſibi inferiori, vel Archidiacono, aut Parocho ſibi ſubditis, caſu, quo hi ex conſuetudine excommunicent. Ratio eſt, quia iuriſdictio competens Prælato inferiori, non datur ei priuatiuè, ſed accumulatiuè: hoc eſt, non datur ei priuando Superiorem iuriſdictione ordinaria quam habet, ſed ei datur ad hunc effectum, quod poſſit hac iuriſdictione vti, ſicuti Prælatus Superior, ergo. Sic D. Thom. *in* 4. *diſt.*18.*quæſt.*2.*art.*5.*quæſt.*1.*ibi*, Paludanus *q.*5.*art.*2. Syluester *verb. Abſolutio* 1. *quæſt.*1. *notab.*2. Hoſtienſ. Abbas, Imola, Bal. & alij, quos refert, & ſequitur Couar. *loc.cit.*§.12.*n.*2.& 3. dicens eſſe id commune. His addi poſſunt, Sotus *diſtinct.*22. *in fine.* Angelus *verb. excommunicatio* 4. *num.*1. Tabiena *n.*8. Armilla *verb.num.*22. Nauarrus *cap.*27.*num.*40. Quos omnes, ſimul cum Couarruuia, citant, & ſectantur Suarez *diſp.*7. *ſect.*2. *num.*12. & Alterius *lib.*4. *diſput.*2. *cap.*3. Sic etiam Henriquez *lib.*13.*cap.*27. (non 28. vt leges apud Auilam, & Bonacinam) *num.*3. qui etiam ait, Couarruuias in oppoſitum propendere, ſed etiam non benè, & Auila 2. *part.cap.*7.*diſput.*1.*dub.*11. Vgolinus *tab.*1.*cap.*4. Filliucius *tractatu* 11. *cap.*9. *quæſ.*5. *num.*286. & *quæſ.*9.*num.*296. Sayrus *lib.*1.*cap.* 10.*n.*1. Ægidius *diſput.*14. *dub.*16. *num.*233. Bonacina *diſp.*1. *quæſt.*3. *punct.*1. *num.*3. Hurtadus *diſput.*15.*difficult.*6. *num.*19. & communis. Additque Auila *loc.cit.* quod dato, quod prima ſententia eſſet vera, in Prælatis ſæcularibus, ſecus tamen eſſet dicendum in Prælatis regularibus *infrà*.

QVÆSTIO XIX.

An Archiepiſcopus poſsit validè, & licitè abſoluere ab excommunicatione, & alia quauis Cenſura lata per ſuffraganeum Epiſcopum, in cauſa appellationis?

REſpondeo tanquam certum: poſſe in cauſa appellationis. Quia ſic colligitur ex cap. *Per tuas, de ſentent. excommunic.* vbi Innocent. III. reiecta opinione aliquorum exiſtimantium, non poſſe Archiepiſcopum abſoluere ab excommunicatione lata per Epiſcopum ſuffraganeum, adhuc in cauſa appellationis; contrarium definiuit Alexandro Papa. Quod idem fecit, Innocent. IV. *in cap. Venerabilibus, eodem tit. lib.*6. ibi: *Excommunicatos autem ab ipſis ſuffraganeis, vel eorum Officialibus poſſunt abſoluere, ſi ab ipſis litigantibus ad eos fuerit prouocatum.* Sic omnes Abbas *in cap. In litteris, de offic. deleg.* & ibi Decius, & alij Canoniſtæ, vbi notant quod quando per appellationem defertur cauſa ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, debeat hic priuſquam à Cenſura abſoluat, ſeruare formam & modum præſcriptum in cap. *Ad reprimendam, de offic. Ordin. & in cap. Prudentiam*, §. *Sexta, de offic. Deleg. & in cap. Venerabilibus, cit.*§. *Sanè*, & §. *Porrò.* Henriquez *lib.*13.*cap.*27.*n.*3. & antea *cap.*24. *num.*2. vbi ſic ait: Archiepiſcopus ſuffraganeorum ſubditos non excommunicat, vel abſoluit, niſi in cauſa appellationis, vel dum iure concedente viſitat illos. Sic ille. Et penes ipſum Panorm. Felin. Nauarr. Syluester, Dueñas, & Couarruias. Sic etiam Suarez *diſputat.*7. *ſect.*2. *num.*16. Alterius *cap.*3.*cit.verſ. Alio modo.* Filliucius *loc. cit.num.*297. Syluester *verſ. Abſolutio* 2.§.1.

QVÆSTIO XX.

An Epiſcopus poſsit abſoluere à Cenſuris latis ab Abbatibus quibuſdã, Archidiaconis, & Archipresbyteris, ſibi inferioribus, etiam caſu, quo ad ipſum facta non ſit à parte appellatio?

NEgant quidam exiſtimantes, non poſſe Epiſcopum abſoluere à Cenſuris latis, ab Abbatibus, Archidiaconis, &c. ſibi ſubditis, niſi quando ad ipſum per viam appellationis, aut querelæ defertur. Quia in capite *Cum ab Eccleſiarum, de Offic. Iudicis Ordinarij*, ſtatutum eſt ab Alexandro III.

quod

Digitized by Google

quod ſi Plebanus, ſeu Ordinarius ſubiectus Epiſcopo, in Clericos, vel laicos parochianos ſuos, interdicti, vel excommunicationis ſententiam rationabiliter ferat, Epiſcopus illam ſeruare debeat, & illam ſine congrua ſatisfactione, & abſque eiuſdem Plebani, ſeu Ordinarij conſcientia, non relaxet. Ergo caſu, quo Epiſcopus dictam interdicti, ſeu excommunicationis ſententiam, Plebano irrequiſito, nec aliquâ ſatisfactione præmiſſa, relaxet, non tenebit relaxatio, ſeu abſolutio. Ita ſentiunt Decius, Carol. Ruinus, & Gloſſa *citati quæſtione* 18. pro prima ſententia; necnon Paludanus, & Couarruuias, citati pro ſecunda.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod Epiſcopus poteſt relaxare Cenſuram latam ab Abbatibus, &c. duobus modis. *Primò*, cum conſcientia Plebani, qui illam tulit, & ſatisfactione præmiſſa; & tunc, non ſolum erit valida abſolutio, ſeu relaxatio, ſed & licita, vt conſtat ex dicto cap. *Cum ab Eccleſiarum. Secundò*, ſine conſcientia Plebani, & ſine ſatisfactione præmiſſa; & tunc licet eſſet illicita abſolutio, ſeu relaxatio Cenſuræ, eſſet tamen valida: tum, quia in textu pro prima ſententia adducto, nullum eſt verbum irritans talem actum. Tum etiam, quia Epiſcopus verè eſt Superior, & Ordinarius ſuæ Diœceſis, cap. *De perſona* 11. *q.* 3. ergo valida erit abſolutio ab illo data. Sic Gloſſa *in d. cap. Cum ab Eccleſiarum, verb. Non relaxes.* Syluester *verb. Abſolutio* 2. §. 1. Tabiena *n.* 14. Angel. *n.* 3. Armilla *n.* 43. Qui intelligunt, id eſſe verum, niſi aliàs ex conſuetudine haberent Plebani, vt excommunicati, aut interdicti per ipſos, non poſſint ab Epiſcopo abſolui, quia tunc non poſſet, cap. *Dilecto, de Offic. Archid.* Suarez *diſputat.* 7. *ſect.* 2. *num.* 17.

QVÆSTIO XXI.

An Prouincialis Ordinis Mendicantium, poſſit abſoluere illum, quem Inferior Prælatus, v. g. Miniſter, ſeu, Prior Conuentualis, excommunicauit?

RESpondeo tanquam certum: poſſe abſoluere, imò aduocare ad ſe cauſam coram Inferiori prælato inchoatam; quia iuriſdictio inferioris Prælati huius, verè eſt ſubordinata Superiori. Sic Abbas *in cap. Si quis contra Clericum, in repet. n.* 42. & *in cap. Cum contingat, n.* 21. *de foro compet. & in cap. Cum ab Eccleſiarum, de offic. Iud. Ordin.* Couar. *in cap. Alma mater* 1. *p.* §. 11. *n.* 3. Syluester, & Suarez nuper citati. Auila 2. *part. cap.* 7. *diſput.* 2. *dub.* 11. *concluſ.* 3. dicens, id eſſe certum in omnium opinione.

QVÆSTIO XXII.

An Excommunicatio lata per ſententiam generalem, pro peccatis futuris, poſſit etiam relaxari, & abſolui, non ſolum à prælato, qui illam tulit, & Superiore; ſed etiam ab aliis, qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione lata ab ipſo iure?

AFfirmant, non ſolum poſſe abſolui à Prælato qui excommunicationem tulit, & eius Superiori; ſed etiam ab aliis, qui poſſunt abſoluere à Cenſuris iuris nulli reſeruatis; vt ſunt Epiſcopi quicunque, Parochus proprius, & omnis Sacerdos, qui poteſt à mortalibus. Quia talis ſententia ab homine lata, cum ſit generalis, æquipollet Canoni, & ſtatuto, Nauarrus *in cap. Ita quorundam, de Iudæis, & in ſumm. cap.* 27. *n.* 44. Ioan. Andr. Card. & Imola *in cap. Graue, de præbend.* Couarr. *in cap. Alma mater* 1. *p.* §. 11. *n.* 4. Henricus *in cap. Ex frequentibus, de Inſtitut.* Villalobos *de Irregular. quæſt.* 13. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 28. *num.* 5. & penes ipſum, *lit. T.* Abbas, & Felinus (qui ab aliis citantur propoſita parte) Syluest. Armilla, Alaua, & alij. Ita etiam Ægidius *diſp.* 14. *dub.* 16. *n.* 257. Hurtad. *diſputat.* 15. *de excommun. diffic.* 6. *n.* 21. Auila 2. *p. cap.* 7. *diſputat.* 1. *dub.* 8. Sà *verb. abſolutio ab excommun. num.* 15. Laymann *tract.* 5. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. Cornejo *tract.* 5. *diſput.* 11. *de excomm. dub.* 3. Diana *part.* 5. *tractatu* 9. *reſolut.* 4. Præpoſitus *in* 3. *part. q.* 1. *dub.* 13. *n.* 90. Bauny *tract.* 2. *de excommun. diſp.* 3. *quæſt.* 20. *verſ. Quid ſi Cenſura.* Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 1. *à num.* 5.

Negant verò alij, exiſtimantes, ſolùm poſſe abſolui dicta excommunicatio lata per generalem ſententiam, ab eo, qui ab excommunicatione lata ab homine ſpecialiter poteſt; videlicet, à Prælato, qui illam tulit, vel ab eius Superiore. Ratio horum eſt. Quia talis excommunicationis ſententia, ſimpliciter eſt ab homine, non à Iure: ſed ſic eſt, quod iuxta generalem regulam in iure fundatam, quæcunque excommunicatio lata ab homine, ſolum poteſt tolli ab ipſo ferente, vel à Superiore: ergo & in illa hæc regula locum habet; patet, quia nulla apparet ratio diuerſitatis, in eo quod ſit generalis, vel particularis ſententia, cum ſemper remaneat ſententia hominis, & nunquam dici poteſt, excommunicatio Iuris. Sic Gloſſa *vlt. in cap. Ex frequentibus, cit.* Abbas *in cap. Graue, cit.* Felin. *in cap. Paſtoralis*, §. *Præterea, de off. c. Ordin.* Caietan. *verb. Abſolutio ab excommun.* Ioan. *in ſum. Confeſſor. lib.* 3. *tit.* 33. *quæſt.* 86. Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. Vaſquez *dub.* 19. *de excommunicat. num.* 9. *verſ. Addit Couarruuias.* Faber *diſtinct.* 25. *q.* 1. *diſput.* 4. *cap.* 8. *num.* 141. Alterius *lib.* 4. *diſput.* 2. *cap.* 4. Suarez *diſput.* 7. *ſect.* 2. *num.* 23. Filliucius *tractatu* 11. *cap.* 9. *quæſ.* 10. *n.* 302. Villalobos *tractatu* 17. *diff.* 18. *num.* 12. & 13.

Sed iis conſideratis ſententiis, ego reſpondeo: vtramque eſſe æquè probabilem: Sed priorem eligendam, eo quod fauorabilior, & benignior ſit. Pro qua parte facit quartum argumentum pro ea à Bauny, his verbis, confectum: Quia cum odia in mitiorem partem trahi oporteat, verbaque legis, quæ pœnam irrogat, propriè capi debeant, hoc eſt, in ea notione, quæ illis, ex hominum inſtituto, conuenit, excommunicatio generaliter lata in fures, v. c. reſeruata Epiſcopo non erit, ſi vniuerſè ſic concepta, non ſit propriè in hominem: at verum eſt prius: quæro enim, quem voces denotent à quem extra Eccleſiam ſpeciatim collocent; *qui furatus eſt, ſit excommunicatus?* ergo non eſt generalis excommunicatio, de earum genere, quæ ſint eius Auctori reſeruatæ. Sic Stephanus Bauny.

QVÆSTIO XXIII.

An, qui excommunicatus fuit à ſuo Epiſcopo per ſententiam generalem, & poſtea domiciliũ in aliam diœceſim tranſtulit, nõ ſolum poſſit abſolui ab Epiſcopo, qui illum excommunicauit ſed etiam ab illo, cuius iam ſubditus eſt?

NEgare debent Authores nuper pro ſecunda ſententia adducti, eo quod exiſtiment, quod excommunicatus per ſententiam generalem latam ab homine, nequeat abſolui, niſi ab illo, qui poteſt ab excommunicatione ab homine ſpecialiter lata, nempe ab eo qui eam tulit, vel ab eius Superiore. Et ſic ſentit inter alios Filliucius *loc. cit. num.* 303.

Sed iuxta ſententiam à nobis nuper electam, reſpondeo: dicendum, quod etiam poſſit abſolui ab alio Epiſcopo, ad cuius diœceſim domicilium tranſtulit, & iam ſubditus eſt. Quia illa excommunicatio lata per ſententiam generalem, eſt valde ſimilis, & æquiparatur excommunicationi latæ per Canonem, aut ſtatutum: at ab hac poteſt quis abſolui per

Digitized by Google

Epiſcopum loci, quò tranſtulit domicilium, cum poſſit abſolui ab excommunicatione iuris: ergo. Sic omnes Doctores pro prima ſententia *quæſt. antecedenti* relati, necnon & Suarez *ſect. 2. cit. n. 16.* & Alter. *cap. 5. verſ ſecundum dubium*, cum huic quæſtioni, iuxta hanc noſtram ſententiam, fiant ſatis.

QVÆSTIO XXIV.

An etiam, qui à ſuo Epiſcopo fuit excommunicatus per ſententiam particularem, poſſit adhuc abſolui ab alio Epiſcopo, in cuius diœceſim domicilium tranſtulit?

RESpondeo iuxta omnes Authores, vtriuſque ſententiæ *quæſt. 22.* relati: Non poſſe abſolui, niſi à priori Epiſcopo à quo fuit ſpeciatim excommunicatus. Quia iudicium fuit inceptum coram illo, & ſic acquiſiuit permanentem iuriſdictionem in illa cauſa, & in iis, quæ ad illam ſpectant, inter quæ ſunt Cenſura, & abſolutio ab illa. Iuriſdictio autem ſic confirmata non aufertur per mutationem domicilij, vt conſtat ex cap. *Propoſuiſti: de foro compet.* vbi Gloſſ. vltima docet, illum, qui coram Iudice competenti conuenitur, coactum eſſe vſque ad finem perſiſtere, etiamſi mutauerit forum, quia præuentus eſt. Legantur Suarez *diſp. 7. ſect. 2. n. 26.* Alterius *lib. 4. diſp. 2 c. 5. verſ. Ad primam dubitationem.* Bonac. *diſput. 1. quæſt. 3. puncto 5. n. 5. verſ. Dixi per ſententiam generalem.* Filliuc. *num. 303. citat.* & alij.

QVÆSTIO XXV.

An, qui manens in Territorio alterius Epiſcopi, incidit in excommunicationem latam ab illo, vel ratione delicti, vel ex alio capite; debeat abſolui ab eodem; vel poſſit etiam abſolui à ſuo Epiſcopo, rediens poſteà ad ſuum Epiſcopatum?

RESpondeo dicendum, quod, vel peregrinus incidit in excommunicationem latam ab Epiſcopo per ſtatutum pro futuris culpis; vel per ſententiam particularem ratione delicti commiſſi in illius diœceſi: Si incidit in excomunicationem per ſtatutum, tunc dicendum eſt, quod poſſit abſolui etiam ab Epiſcopo ſuo (niſi aliàs fuiſſet reſeruata) quia de hac Cenſura iudicandum eſt, ſicut de Cenſura lata à iure, & non ab homine. Si verò incidit in excommunicationem latam per ſetentiam particularem ratione delicti in Territorio alterius Epiſcopi commiſſi, tunc dicendum eſt, non poſſe abſolui à ſuo proprio Epiſcopo, ſed ab illo ſolum, qui excommunicationem tulit: quia ratione delicti factus eſt ſubiectus Epiſcopi loci: vbi commiſit delictum, & ideo ab eodem eſt abſoluendus, quia in tali caſu ille ſolus eſt Iudex. Sic Abbas in cap. *Graue nimis, de præbend. num. 14.* Suarez *loc. cit. num. 27.* Alterius *cap. 5. cit. verſ. Ad ſecundam dubitationem. loc. cit. num. 304.*

QVÆSTIO XXVI.

An, qui excommunicatus eſt ad inſtantiam partis ab vno Prælato: poſſit, conſentiente parte, abſolui validè ab alio Prælato?

RESpondeo tanquam certum: non poſſe. Quia conſenſus partis non tribuit iuriſdictionem Prælato, illi ad abſoluendum carenti: ergo. Sic ex cap. *De cauſis, de offic. Deleg.* docent Doctores. Legantur Alterius *lib. 2. diſput. 2. cap. 5. dubitat. 3.* Suarez *loc. cit. 34.*

QVÆSTIO XXVII.

An poſt factam, & admiſſam appellationem, poſſit Prælatus, à quo appellatum eſt, abſoluere appellantem ab excommunicatione, quam contra ipſum tulerat?

RESpondeo tanquam certum: poſſe. Quia licèt per appellationem cauſæ cognitio deuoluatur ad Superiorem Prælatum, non idcirco, qui protulit ſententiam excommunicationis, amittit iuriſdictionem ordinariam, quam habet in ipſum excommunicatum, ſed ſuſpéditur poſt admiſſam appellationem, ne quippiam agere poſſit, quod impediat effectum appellationis: at ſic eſt, quod per abſolutioné, quam traderet inferior Prælatus à quo appellatum eſt, nil innouaret in dicta cauſa in damnum ipſius excommunicati: ergo valida eſſet talis abſolutio. Sic ex Abbate, & aliis Canoniſtis docent Suarez *diſput. 7. ſect. 2. n. 33.* Alter. *loc. cit. dub. 4.* Filliucius *tract. 11. cap. 9. quæſt. 10. n. 306.* Bonacina *diſput. 1. quæſt. 3. punct. 1. num. 8.*

Qui addunt vt certiſſimum, idem eſſe dicendum de Iudice, aut Prælato ad quem appellatum eſt, videlicet, quod hic à fortiori poſſit abſoluere ab excommunicatione lata ab Inferiori Prælato à quo eſt appellatum; quamuis non debeat, niſi iuxta modum præſcriptum in cap. *Ad reprimendam, de offic. Iudic. Ord.* de quo diximus ſupra.

QVÆSTIO XXVIII.

An, ſi quis excommunicatus per ſententiam generalem ab aliquo Iudice, ingrediatur Religionem; poſſit abſolui à Prælato Religionis, ex vi iuris communis, ſecluſóque omni priuilegio Religionis?

NEgare debent, (vt ait Alterius *vbi infrà*,) qui affirmant, ſolùm poſſe abſolui ab excommunicatione lata per generalem ſententiam, ab illo, qui illam tulit, ſunt autem Abbas, Felin. Caietan. Vgolin. Vaſq. Faber, Suarez, & Filliucius, relati *ſuprà quæſt. 22.* & Alterius *c. 4. ibi cit. & c. 5. ſeq. verſ. Quare aliter.*

Sed iuxta ſententiam contrariam ibi à nobis ſelectam reſpondeo: dicendum, poſſe abſolui à Prælato Religionis, cui pro tunc eſt ſubiectus, omni etiam priuilegio Religionis ſecluſo. Ratio eſt, quia tunc ille eſt Ordinarius ſuus. Et idem à fortiori eſt dicendum, ſi excommunicatus fuit, quia incidit in excommunicationem latam per ſtatutum à Iudice cum hæc non ſit ab homine, ſed à iure. Sic Nauarr. Couarr. Henriquez, Sylueſter, Armilla, & alij quàm plures *citati q. 22.* Imò ſic reſpondent Suarez *diſput. 7. ſect. 2. num. 29.* & Filliucius *n. 305.* Et omnes vtriuſque ſententiæ Doctores id affirmant, loquendo ex vi priuilegiorum Religionum. Nam id ſaltem conceſſum eſt mendicantibus à Clemente IV. & Martino V. vt fatetur Suar. *n. 30.* his verbis: Mendicantium Superiores ordinarij priuilegium habent ad abſoluendum ab omni Cenſura ab homine lata, & contracta ante ingreſſum Religionis dummodo, talis Cenſura generaliter lata ſit. Sic ille. Et omnes.

QVÆSTIO XXIX.

An etiam excommunicatus, per ſententiam particularem à ſuo Iudice, ingrediens Religionem, poſſit abſolui à Superiori dictæ Religionis, ſecluſo etiam priuilegio?

AFfirmat Lupus *alleg. 48. verſ. Alia regula eſt, quod excommunicatus*, aſſerens, propter ingreſſum Religionis

Digitized by Google

Religionis poſſe quemcumque abſolui per Prælatum talis Religionis à quacumque Cenſura lata per Epiſcopum,vel alium Iudicem,ne detur Religioſo occaſio vagandi extra Religionem.

Sed vt certum,reſpondeo non poſſe abſolui,ſecluſo priuilegio,à Prælato Religionis, ſed à Iudice à quo ſpecialiter fuit excommunicatus. *Primò*,quia,vt ſupra eſt habitum,ratione litis, ſeu cauſæ inchoatæ,pertinet ſecundum ius commune ad priorem Prælatum. *Secundò*, quia nullo iure probari poteſt, talem iuriſdictionem, quantum ad abſolutionem excommunicationis, tranſlatam eſſe per ingreſſum Religionis in Prælatum Religionis. Nam licèt ratio adducta à lapis ſit ſatis congrua vt detur talis iuriſdictio Religionum Prælatis; de facto tamen datam illis eſſe nullo iure conſtat. Ex iure ergo,& ſecluſo priuilegio, nequibit dictus excommunicatus abſolui,niſi à primo Prælato à quo particulariter fuit excommunicatus.Sic Suarez *diſp.7.ſect.2.* Vgolinus *tab.1.cap.4.num.10.* Alterius *lib.4.diſput.2.cap.5.dub.1.* Filliucius *tract.11.cap.9. quæſt.10.num.305.* Bonacina *diſput.1.quæſt.3.punct.1. num.7.*

Qvæstio XXX.

An ſaltem,ex vi priuilegij ſpecialis Religionis, poſſint Prælati illius abſoluere excommunicatum,ab excommunicatione ab homine per ſententiam particularem lata,& contracta ante ingreſſum Religionis?

NEgant Suarez, & Alterius *loc.cit.* Quia exiſtimant, quod priuilegia conceſſa à Clemente IV. & Martino V.aliquibus Ordinibus,vt poſſint abſoluere ab omni cenſura ab homine lata, etiam contracta ante ingreſſum Religionis, intelligenda ſunt de cenſura per ſententiam generalem, non verò de cenſura lata per particularem ſententiam.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Poſſe Prælatos Religionum ex vi ſuorum priuilegiorum, abſoluere excommunicatum ab excommunicatione lata ab homine per ſententiam particularem, etiam contracta ante ingreſſum Religionis, dummodo ſatisfacta ſit pars. Quia æquè probabile eſt, quod prædicta priuilegia, cum generaliter loquantur de omni cenſura lata ab homine,generaliter ſunt intelligenda;& ideo, tam de cenſura lata ab homine per generalem ſententiam, quàm lata ab homine per ſententiam particularem. Imò addo, quod præcipuè de hac vltima intelligi debeant; tum, quia hæc præcipuè dicitur ſententia lata ab homine, vt ex habitis *quæſt.22.* conſtat. Tum etiam, quia iuxta noſtram ſententiam *loc.cit.*habitam,abſque vllo priuilegio poteſt quis abſolui à quocumque Confeſſario à cenſura contracta per ſententiam generalem: ergo vt aliquid de nouo operentur priuilegia dicta, de abſolutione à cenſura lata etiam per particularem ſententiam ſunt intelligenda. Sic, & à fortiori docebit Lapus *loco citato.* Legantur Nauarr. *lib.5. conſil.tit.de ſentent. excomun. conſil.47.n.4.& 5.* Medina *in ſua ſum.lib.2.cap.12.*Ledeſma *2.p.ſui 4.q.16.art.1.dub.vlt.*Couarr.*in c. Alma mater,1.part.§.11.num.16.* Gutierrez *in ſuis qq.cap.5. in fine.* Miranda *in manual. Prælator. tom.2. quæſt.30. art.22.*

Qvæstio XXXI.

An Epiſcopus poſſit abſoluere ab omni cenſura iuris,nemini reſeruata?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe Epiſcopum, & Prælatum Epiſcopalem iuriſdictionem habentem, necnon & illum, qui eius vicem gerit. Sic expreſsè definitur ab Innocent. III. *in cap. Nuper,de ſentent.excommunic.* Vbi concedit facultatem Epiſcopis abſoluendi ab excommunicatione iuris. Quod clarius ex infrà dicendis conſtabit. Sic omnes Doctores.Legantur Nauarrus *cap.27.num.10.*Syluester *verb. Abſolutio 1.num.4.* Henriquez *lib.13. cap.18.num.5.* Auila *part.2.cap.7.diſp.1.dub.4.* Suarez *diſp.7.ſect.3.* Vgolinus *tab.1.cap.18.§.1.*Alterius *lib.4.diſp.3.cap.1.* Filliucius *tract.11.cap.9.quæſ.4.num.281.* Bonacina *diſp.1.quæſt.3.punct.1.n.9.* Bauny *tr.2.diſp.3.quæſt.4. pag.116.*Ægidius *diſput.14.dub.16.num.230.* Hurtad. *diſp.15.de excomm.diff.2.* Cornejo *tract.5.de excomm. diſp.11.dub.1.*Sayrus *cap.19.n.7.& 8.* Diana *p.5.tr.9. reſol.5.* & omnes Theologi cum D.Thom. *in addit. quæſt.24.& 21.*

Qvæstio XXXI.

An etiam Vicarius Generalis Epiſcopi,& Capituli Sede vacante, poſſit abſoluere ab omni Cenſura iuris,ſicuti poteſt Epiſcopus, & Capitulum Sede vacante?

REſpondeo tanquam certum:Etiam poſſe, quia hi omnes nomine Epiſcopi comprehenduntur. Sic authores citati,præcipuè Suarez, Alterius, & Bauny, qui cum aliis alios Prælatos iis verbis addit:Pari cum iſto fruuntur iure Prælati Religionum, vt Abbates, Portellius *de dubijs Regul.verbo.Abbas.*Ordinum Generales, quaſi Prælati, vt Prouinciales,Priores Conuentuales, Rectores, Correctores apud Minimos. Ita Abbas *in cap.Poſſeſſionum, num.1. de prob.* Geminianus *in cap.2.de conſtit.in 6.* Vicarij Generales Epiſcoporum, *&c.*

Qvæstio XXXIII.

An item Parochus poſſit abſoluere ab omni cenſura iuris non reſeruata; ſicuti alij Prælati,ſuprà recenſiti,poſſunt?

NEgant quamplures Doctores;eo quod Parochus non habet ex ſuo officio iuriſdictionem in foro exteriori: at hæc omnino eſt neceſſaria ad abſolutionem ab excommunicatione maiori iuris: ergo. Ita tenet Couarr. *in cap. Alma mater,1.part.§.12.num.5.* & penes ipſum Gloſſa *in cap.2.de pœnitent.& remiſſ.* Panormit. *in cap.Nuper,de ſentent.excomm.* Felin. *in cap.Paſtoralis.§.Præterea,col.3.de offic.iud.ord.* Imola *in cap.Ab excommunicato,de reſcript.col.5.*Henriq.Botteus *in tract.de Synodo 3.part.art.5.* Bitterenſ. *in opere de excommun.& interdicto.* Durand. *in 4.diſt.18.qu.4.* Palud.*ibi,quæſt.5.art.4.* His addi poſſunt Piaſecius *in caſibus reſeruatis.*Barboſa *de offic.Epiſcopi,part.3.*Abulenſ. *Matt.16.quæſt.87.ad 2.* Caiet *verb. Abſolutio ab excommun.cap.4.in fine.* Tabiena *verbo Abſolutio 1.n.4. & verb.Diſpenſatio,n.16.*D.Anton.*3.part.tit.17.c.11.* Roſella *verb.Confeſſor 1.num.3.* Comit.*1.reſponſ.q.27.* Faber *diſt.25.quæſt.1.diſp.4.cap.8.n.25c.* & alij.Accedit denique, quod maximæ authoritatis eſt, id quod teſtantur Biterenſ.& ex illo Durand. nempe, ita ſenſiſſe Bonifacium VIII. Ebredunen. & Ricardum de Senis Vice-Cancellarium Romanæ Eccleſiæ, viros eruditione, & doctrina præſtantiſſimos: à quorum ſententia nemini licebit diuerti:ergo.

Sed, hoc non obſtante, probabilius reſpondeo etiam Parochos poſſe abſoluere à quacumque cenſura iuris non reſeruata,& ideo à quacumque iuris maiori excommunicatione,dummodo reſeruata non ſit. *Primò*, quia ita docuit, & indulſit Innocent. III. *in cap.Nuper 29.de ſent.excommun.*In quo cap.expreſsè

Digitized by Google

dixit : Excommunicatum excommunicatione non reſeruata,abſolui ab Epiſcopo,aut proprio Sacerdote poſſe. Verba capitis ſunt : *In ſecundo vero caſu,à ſuo Epiſcopo , vel à proprio Sacerdote poterit abſolutionis beneficium obtinere : quamuis enim & tunc non iudicis, ſed iuris ſententia Excommunicato communicans ſit ligatus, quia tamen Conditor Canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alij relaxandi.* At ſic eſt , quod nomine proprij Sacerdotis, in omnium ſententia , intelligitur Parochus:ergo etiam hic,ſicuti poteſt Epiſcopus,poteſt abſoluere à quacumque excommunicatione iuris non reſeruata, in foro pœnitentiali; nam quoad hoc Epiſcopus, & proprius Parochus æquiparantur.

Nec obſtat , quod textus tantum loquatur de excommunicatione minori ; nam ratio ibi aſſignata , etiam currit in excommunicatione maiori,& in quauis alia cenſura:Ratio namque textus hæc eſt : *Quia tamen Conditor Canonis,eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit,eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi.* Vnde Angel.Syluest.Nauarr.& alij,meritò dicunt , textum hunc eſſe quaſi expreſſum pro hac parte.

Nec obſtat ſecundò, ratio pro contrariis adducta. Quia ad abſoluendum à cenſuris, non eſt neceſſario iuriſdictio exterior ex officio , ſed ſufficit conceſſio poteſtatis exterioris ad id , data à Pontifice , *in dicto cap.Nuper.*

Ad authoritatem etiam Bonifacij VIII. reſpondet Bauny. *Primò,* quod nullus dicti Pontificis extet Canon ; nec nulla appareat litteris teſtata fides, præter quàm in opere,quod, *de excommun.& interd.* Biterenſ. ſeu Berengarius , ſcripſit. *Secundò* reſpondet : Alium à nobis ſtare Pontificem , contra Bonifacium , virtutum æquè,ingeniſque laude præſtantem, cum eóque lectiſſimam Theologorum ſobolem , quos errare in re tanta quis credat ? Tenent namque hanc ſententiam in primis D. Thom. *in 4. diſt.18.quæſt.2.art.2. & in addit.quæſt.24.art.1.* D.Bonauent.*diſt.18.quæſt.6.* Maior *quæſt.2. dub.3.* Ledeſma *quæſt.26.art.1.* Sotus *diſt.22.quæſt. 3.art.3.concluſ.3.* Syluester *verb. Abſolutio 1.num.4.& §.5.n.7.& verb.caſus 1.n.3.* (licet *verb. excommunicatio* 8.*caſu* 9. *num.*1. dicat ſolum Ordinarium poſſe abſoluere) Angel. *Abſolutio 1.§.2. & 8.* Armilla *verb.Abſolutio,num.35.* Nauarr. *cap.27.n.39. & 257.*Summa Confeſſ.*lib.3.tit.33.qu.85.* Hoſtienſ. & Innocent. *in d.cap.Nuper.* Henriquez *lib. 14. c.27. n.3.& cap.28.num.5.* Medina *in ſumm.lib.1.§.11.§.7.* Suarez *diſput.7.ſect.3.num.23.* Alterius *lib.4.diſput.3. cap.3.* Vaſquez *de excommunicatione, dub.19.* Auila *2.parte,cap.7.diſp.1.dub.4.* Ægidius *diſp.14. dub.16. num.230.* Filliucius *tract.11. cap.9. quæſ.4. num.283.* Toletus *lib.1.cap.16.* Tannerus *tom.4.diſp.6.quæſt.10. dub.6.num.115.* Præpoſitus *3. part.quæſ.1.de Cenſ.in comm.quæſ.1. dub.4.* Luyſius *de Cenſur.lib.2.diſput.19. dub.6.*Reginaldus *lib.9.cap.5.ſect.5.num.15.* Layman. *tract.5. part.2.cap.5. num.1.* Bauny *tract.2. diſp.3. de Abſoluente, quæſt.5.* (Qui tamen malè citat pro hac parte Couarruuiam.) Hurtad.*diſp.15.de excommunic. diff.2.n.6.*Cornejo *in 3.p.tract.5.diſp.11.de excommunicatione, dub.1.* Bonacina *diſput.1. quæſt.3. puncto 1. num.9.* Sayrus *lib.5. cap.15.n.22.* Vgolinus *tab.1. cap.18.* Villalob. *tract.17.diff.17.num.8.* Moſcoſo *in ſum.tract.16.c.4.n.7.* Diana *part.5. tract.9. reſolut.5.*

QÆSTIO XXXIV.

An denique, non ſolum Parochi,ſed etiam omnes alij Sacerdotes,habentes,quocumque modo,facultatem abſoluendi à peccatis mortalibus;poſſint etiam abſoluere ab omni excommunicatione , & alia quauis Cenſura iuris, non reſeruata?

NEgabunt & à fortiori Doctores citati , nuper pro prima ſententia , & negat implicitè etiam Medina *loc.cit.* cum poteſtatem hanc abſoluendi, ſolum concedat Epiſcopis, & Parochis.

Sed probabilius reſpondeo:Adhuc poſſe abſoluere à prædictis Cenſuris. Quia hæc abſoluendi facultas committitur Epiſcopo , & proprio Sacerdoti , *in d.cap.Nuper* , vt ſuprà vidimus : at ſic eſt , quod non ſolùm Parochus , ſed quilibet alius Sacerdos potens abſoluere aliquem à mortalibus,dicitur proprius Sacerdos illius , vt colligitur ex *cap. Omnis vtriuſque ſexus , de pœnitent.& remiſſ.* ergo. Sic communiter Doctores citati nuper pro noſtra ſententia. Suarez *diſp.7.cit.ſect.4.n.9.* Alterius *cap.4.* Nauarrus,Sayrus, Hurtadus,Bauny,Auila, Bonacina, Filliucius, Sotus, Armilla,Cornejo,Diana, Villalob. & alij.

QVÆSTIO XXXV.

*An,cap.*Nuper,*concedens Epiſcopis,& Parochis facultatem ad abſoluendum à Cenſura iuris,per contrariam conſuetudinem abrogatum ſit?*

AFfirmat Vgolinus *loc. cit.* nuper pro noſtra ſententia, eò quòd Couarruuias dicat, contrariam conſuetudinem (nempe , quod Parochi nequeant abſoluere à cenſuris iuris) communi praxi eſſe receptam.

Sed reſpondeo dicendum,nullo modo conſtare de tali conſuetudine, ſaltem generaliter recepta; & ideo vbi recepta non eſt , ſemper poſſe Parochos, & alios Sacerdotes habentes facultatem abſoluendi à peccatis abſoluere à cenſuris iuris non reſeruatis. Sic Alterius *lib.4.diſp.3.c.3.pag.409.* ex Suario non citato, *ſect.4. num.20.* per hæc verba:Ad quintam de conſuetudine, & praxi,quam Couarruuias teſtatur recepiſſe contrariam opinionem : In primis dicendum eſt , non conſtare de tali conſuetudine contraria. Deinde non ſequitur,in aliquibus locis Parochi non exercent hanc iuriſdictionem : ergo eſt inducta contraria conſuetudo, vt non poſſit abſoluere. Quia non agendo poſt longum tempus, non inducitur conſuetudo. Tandem in illis locis, vbi viget talis conſuetudo,illa ſeruetur: quia conſuetudo poteſt dare , & auferre iuriſdictionem.Hucuſque Alterius.

QVÆSTIO XXXVI.

Qui poteſt abſoluere ab Excommunicatione, & alia quauis cenſura iuris, reſeruata?

REſpondeo tanquam certum : Quod poteſt abſoluere ipſemet legis , aut Canonis Conditor , ſeu Author , vel eius Superior , vel ille, qui ab eis, poteſtatem delegatam habuerit. Alius verò minimè , niſi in articulo mortis. Sic colligunt omnes Doctores ex *cap. Nuper , de ſentent.excommunicat.* Legantur Suarez. *diſp.7.ſect.5.* Alterius *lib.4.diſp.4.c.2.* Filliucius *tract. 11.c.9.qu.5.n.286.* Bonac.*diſp.1.q.3.punct.1.n.9.* Hurt. *diſp.15.de excom.diff.3.*Cornejo *tract.5.de excommun. diſp.11.*

Digitized by Google

*diſp.*11.*dub.*2. Auila 2. *part.cap.*7. *diſp.*1. *dub.*5. Diana *part.*5.*tract.*9.*reſol.*6.

QVÆSTIO XXXVII.

An obtinens facultatem à Papa ad Abſoluendum ab omnibus Cenſuris; poſſit abſoluere à Cenſuris iuris reſeruatis?

NEgant quidam DD.exiſtimantes,facultatem generalem abſoluendi ab omnibus cenſuris, non comprehendere cenſuras reſeruatas in iure. Et eodem modo, ſi fuerit conceſſa ad omnes excommunicationes,non complecti excommunicationes reſeruatas in iure.Quia (inquiunt) *in generali conceſſione,non veniunt ea,quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. Regul.iur.in* 6. & habetur *in cap.vlt. de offic. Vicar. eod.lib.* Ita ſentit ex S.Thom.3. *part.tit.*24.*cap.*77.§.1. Suarez *diſp.*7.*ſect.*5.*num.*10.

Sed probabilius reſpondeo poſſe abſoluere. Quia aliàs tale priuilegium, nullum haberet effectum, ſi non poſſet, qui illud obtinuit, abſoluere ab excommunicationibus, & aliis Cenſuris iuris reſeruatis; nam quilibet Sacerdos approbatus, abſque noua facultate, poteſt abſoluere ab excommunicationibus, & aliis cenſuris non reſeruatis. Sic Azor. 1.*part.lib.*8. *cap.*10.*quæſ.*11. Sà *verbo Abſolutio,num* 20.& Graffius, quos refert ac ſequitur Bonacina *diſp.*1.*qu.*3. *punct.*1. *num.*11.Quibus addi poſſunt Alterius *lib.*4.*diſp.*4.*c.*2. *pag.*413.Nauarr. *in c.Ita quorumdam,de indic.notab.*11. *num.*21. Candidus *diſquiſ.*22.*art.*51. *dubit.*4. *dicto* 10. & penes ipſum D.Thom. *in* 4.*diſt.*18.*quæſt.*2.*art.*5.*in corp.* & Sylueſt. *Abſolutio* 1.*n.*4.§. *Et ſimpliciter.verſ. Sed tu adde.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An etiam obtinens facultatem abſoluendi à Cenſuris Papæ reſeruatis; poſſit abſoluere à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, quando non eſt facta mentio huius Bullæ?

REſpondeo tanquam certum: Non poſſe, quia certum eſt, ſub conceſſione generali caſuum Pontifici reſeruatorum,non comprehendi caſus Bullæ Cœnæ. Nam cum in ea ſpecialiſſimè reſeruentur;ſpeciali expreſſione indigent exprimendo caſus Bullæ. Sic Vgolinus *tab.*1.*c.*10.§.4.*num.*8. Nauarrus *cap.*27. *num.*275. Couarr. *in cap. Alma mater*, 1.*part.*§.11.*n.*15. Graffius *lib.*4.*deciſ.cap.*18. *num.*2. *& cap.*15.*num.* 56. Suarez *diſp.*7.*ſect.*5. *num.*11. *& diſp.*21. *ſect.*3. *num.*3. Sanchez *lib.*2.*Summæ*, *cap.*12.*num.*13. Alterius *lib.*4. *diſp.*4.*cap.*2. Bonacina *diſp.*1. *quæſt.*3. *punct.*1.*num.*12. Hurtad. *diſput.*15. *de excommunicatione,diff.*3.*num.*13. Candidus *loc.cit. dicto* 11. Bartholom. à S. Fauſto *de Iubil.lib.*4. *quæſt.*104. Bardi *in Bullam*, 2.*part.tract.*6. *cap.*2.*ſect.*3.*num.*33.

QVÆSTIO XXXIX.

An eo ipſo, quod quis obtineat facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ,poſſit abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim contracta?

AFfirmarunt olim quidam DD.exiſtimantes,quod poſſit quis virtute Bullæ,aut Iubilei concedentis illi facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ,abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim contracta, adhuc caſu, quo in facultate,non fiat expreſſa mentio hæreſis. Ita tenuere apud Henriquez *vbi infrà*, Panorm. *cap. de cætero, de ſentent.excommun.* Ledeſma 2.*part.quæſt.*26.*art.*1.*fol.*353. Sotus *diſt.*22.*quæſt.* 2.*art.* 3 *poſt*.5.*concluſ. in* 2. *caſu Cœnæ.* & Corduba *in ſumma*, *caſu* 8.*in fine*,& alij Recent. Quibus addi poſſunt Filliuc.*tract.*8.*cap.*20.*n.*265.vbi id latè probat. Et Bauny *de Cenſur. diſput.de Bulla Cœnæ*, *quæſt.*1 §. *Explicantur dubia,dub.*5.*pag.*307. & penes ipſum Farinac.*de hæreſi*, *quæſt.*192.*num.*62. &(loquendo de hæreſi omnino occulta)Reginald.*lib.*8.*c.*5. *num.*53. & Fagundez *de præcept. Eccleſ.tract.*2.*lib.*8.*num.*38. Molfeſius *tom.*1.*ſumm. tract* 7.*cap.*21. *num.*62. Alfonſus de Leone *tract.de Iubileo,part.* 2.*quæſt.*11.*num.*43.Peirinus *de priuileg tom.*1. *conſtit* 4.*Sixti IV.*§.5. *num.* 10. Lorca *in* 2.2. *quæſt.*11. *art.*4.*diſp.*45.*num.*3.Polancus *de Iubil.ſect.*42.*num.*65. & Quintanadueñas *in tract. de Iubil. duarum hebdom. cap.*25.*num.*1.Qui tamen malè citat Viualdum pro hac parte; cum oppoſitam apertè amplectatur, *vbi infrà*, & apud Suarium, loquendo de abſolutione ab hæreſi occulta, Graffius *lib.*4. *deciſ.cap.*15. *num.*25. & apud Bonacinam, Peñam *in director. part* 3. *comment.*23. *verſ.Quod ſi* & apud Franciſcum Bardi *in Bullam Cruc. part.*2.*tract.*6.*cap.*2.*ſect.*3.Sà *in excommun. Bullæ Cœnæ*, *num.*17.*(mihi* 20.*)* Quem ipſemet ſequitur *num.* 26. vbi addit ex Sà,ſic declaratum fuiſſe à Sacra Congregatione (ſed certè ego apud meum Sà talem declarationem non inueni)& ex Filliuc.*tract.*8.*cap.*19. *n.*265. ita fuiſſe reſponſum à Sacra Pœnitentiaria *anno* 1617. *occaſione cuiuſdam Iubilei.* Hanc ſententiam eſſe probabilem,innuit clarè Couarr.Diana,Alterius, & Luyſius *infrà.*

Fundamentum horum Doctorum eſt. *Primò*, quia priuilegium Principis, latiſſimè eſt interpretandum, iuxta cap.*Quamuis pleniſſima, de præbend.* Quæ regula maximè procedit in his beneficiis, quæ bonum animæ reſpiciunt, qualis eſt facultas abſoluendi à reſeruatis.

Secundò probatur ex more, & conſuetudine Romanæ Eccleſiæ, quæ ſolet in Bullis Iubilei (necnon & Cruciatæ) quando conceditur facultas abſoluendi ab omnibus criminibus, quantumuis enormibus, excipere expreſsè hæreſim: ergo vbi non exprimitur intelligitur comprehenſa ſub generali clauſula continente omnes caſus Bullæ,iuxta*l. ſi Chorus,ff.de legat.*3, *Generalis conceſſio, aut diſpoſitio omnes ſpecies ſub ſe contentas continet.*

Sed alij probabiliter reſpondent. Non poſſe in dicto caſu abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim, adhuc occultam, contracta. Sic Henriquez *lib.*6. (non 8. vt inuenies citatum apud Sanchez, & Bonacinam) *cap.*16. *num.*2. his verbis. A caſu hæreſis exterioris per clauſulam generalem Bullæ Cruciatæ, aut pleniſſimi Iubilei, niſi aliter in ipſo expreſsè declaretur, Confeſſarius abſoluere non poteſt. Quia Vrbanus IV.Paulus IV. Pius V. & Gregorius XIII. Pontif. ita expreſſerunt, per Bullam, cum conſilio Cardinalium, ampliſſimè Cenſoribus fidei conceſſam. Nam & generalis commiſſio, non extenditur ad illa, quæ ſolent in ſpeciali concedi. Sic Henriquez. Et apud illum, in Gloſſa *lit.I.* Couarr. *in cap. Alma mater*, 1.*part.*§.11.*num.*15. Qui latè id probat. Simancas *de Cathol.inſtit.cap.*3.*num.*2.Perez *l.*3.*tit.*4.*lib.*8. *ordin. pag.*85.Medina *lib.*1.*Summæ*, *cap.*10.§.1. *& cap.*11.§.7. Angles *flor.Theor.pag.*206.Caiet. *excommun.cap.*1.Nauarr.*cap.*27.*num.*271.§.15.*& in noua,num.*275. Palac. *c.*4.*diſp.*20.*quæſt.*3. Quintil. Mandoſ. *in praxi ſignaturæ*, *v. Abſolutio ab hæreſi* Rojas *tract.de priuil. inquiſit.* §.416.*& de hæret.*2.*part.aſſert.*39. vbi addit id declaratum eſſe proprio motu Pij V. *anno* 72.*die* 30. *Ianuarij.* Aragon. 2.2.*quæſt.*11. *art.*3. Man. Rodrig. *in explicat. Bullæ*, §.9.*num.*7. vbi etiam refert, ita declaraſſe Gregor. XIII. *anno* 84. & olim Vrbanus IV. Et ita eſſe praxim in Romana Curia concludit. His addi poſſunt Gutierrez *quæſt.Canon.lib.*1.*cap.*13.*num.*26.Azor.*tom.*1.

*lib.*8.

Digitized by Google

*lib.8.cap.*10.*quæſt.*12.*& cap.*19.*quæſt.*2. Auila 2.*part. cap.*7.(non 2.vt leges apud Bonacinam) *diſp.*1.*dub.*7. *concluſ.*2. Sanchez *lib.*2.*ſumma,cap.*12.*num.*10.Suarez *diſp* 7.*ſect.*5.*num.*12. Vgolinus *tab.*1. *cap.*13.§.4.*n.*10. Alterius *lib.*4 *diſp.*4 *cap.*2.*verſ. Et ſimiliter.* Vaſquez *de excommunic.dub.*19.*num.*5. *&* 6. Bonacina *diſp.*1.*q.*3. *punct.*1.*num.*13. Hurtad.*diſp.*15.*de excommunic.diff.*3. *verſ. Et ob eandem rationem.* Candidus *diſquiſ.*22.*art.* 51.*dub.*4.*dicto* 12 Laylnus *lib.*2.*de Cenſur.diſp.*25.*dub.* 2. Viualdus *cap de Abſolutione Sacrament.n.*16.Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, alleg.*40.*num* 31. Ludouic. à Cruce *in Bullam*, *diſp.*1.*cap.*3.*dub.*6. *num.* 4. Trullench *ibid. lib.*1.§.7. *cap.*2. *dub.*7.*n.*9. Palao *tom.*1. *tract.*4. *diſp.*4. *punct.*3.§.4.*num.*2. Diana 1.*part.tract.*5.*reſol.*1.& penes ipſum,etiam Floronus,Syluius, Ragucius,Nouarius, Homobonus,Torreblanca,Ricciullus, & alij.

Ego verò vtramque ſententiam in concordiam redigendo: reſpondeo quod ille qui obtinuit facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ,licitè, & validè poterit abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim occultam exteriorem contractam,etiamſi in facultate Bullæ, aut Iubilei, non fiat expreſſa mentio hæreſis, dummodo per talem facultatem conceſſa ſit Confeſſario facultas abſoluendi ab omnibus caſibus,& Cenſuris Epiſcopis reſeruatis,& non ſit reſtricta per aliam Bullam, ſeu decretum Pontificum: minimè tamen poterit abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim publicam contractam ob rationes ſecundæ ſententiæ.Legatur *à quæſt.*81.

Et ad fundamentum huius ſecundæ ſententiæ, in quantum opponuntur noſtræ,dicendum eſt, vel non conſtare authenticè de declarationibus Pontificum, aut intelligi de abſolutione ab hæreſi publica. Et ad ſtylum Curiæ, quod variatur pro varietate Pontificum, & fundatur in probabilitate oppoſitæ opinionis,quæ ob id non tollit probabilitatem alterius.

Qvæstio XL.

An qui à Papa obtinuit facultatem abſoluendi à Cenſuris, & caſibus illi reſeruatis; poſſit abſoluere à Cenſuris, & caſibus, quos ſibi Epiſcopi reſeruarunt?

NEgat Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*3.*punct.*1.*num.*10. qui & refert pro ſe Nauarrum *in cap. Ita quorundam, de Iudæis,notab.*11.*num.*71.*& in Man.cap.*27.*num.*261. Graffium *lib.*4. *deciſ.cap.*15.*num.*28. & Farinacium *de hæreſ.quæſt.*92 *num.*63. Ratio Bonacinæ eſt,quia dum Pontifex condit aliquam legem, non intendit derogare ſtatutis, & conſuetudinibus particularibus locorum *cap.*1. *de conſtitut.in* 6. adde & tu, Nec ſtatutis Epiſcoporum: ergo,*&c.*

Sed cum diſtinctione veriſſimè reſpondeo dicendum,quod licèt ſtando in rigore iuris, qui virtute alicuius priuilegij, Iubilei,aut Bullæ,obtinuit à Pontifice facultatem abſoluendi ab omnibus cenſuris, & caſibus ſibi reſeruatis, non ideo poſſit abſoluere à reſeruatis ſpecificè ab Epiſcopis: at verò ſtando conſuetudini,& vſui,contrariũ eſt dicendum.Sic Alterius *lib.*4.*diſput.*4.*cap.*2. dicens,id, & non aliud, ſentire Nauarrum, his verbis: Reſpondendum eſt huic dubitationi, Confeſſarium habentem generalem facultatem à Papa abſoluendi ab omnibus excommunicationibus,& cenſuris reſeruatis Sedi Apoſtolicæ poſſe abſoluere etiam à caſibus in ſpecie Epiſcopo reſeruatis. Ita ſentit Nauarr.*in d num.*261.vbi licèt dicat,oppoſitum fundari in ipſo iure,tamẽ vſum, & conſuetudinem fuiſſe ita interpretatum ius, vt ſublata cenſura Papali, intelligatur ſublata reſeruatio, & cenſura Epiſcopalis. Et *num.*263. fuſius redarguit contrariam opinionem cuiuſdam Doctoris, qui aſſerebat, non poſſe pœnitentem virtute priuilegij,& Bullæ Papalis, abſolui à caſibus reſeruatis Epiſcopis, ipſis inconſultis; nam Papa habet ſuper omnes Chriſtianos iuriſdictionem, per Extrauag. *Vnam Sanctam, de maior. & obed.* immediatam, quoad omnia ſpiritualia, quam nemo poteſt ab illo tollere,vel diminuere, *cap.Cuncta per modum*, *cap. Per principalem* 6.*quæſt.*3. Deinde ex contraria opinione tollerentur omnes Bullæ Iubilei, quibus conceditur ampliſſima facultas eligendi Confeſſarios, cum poteſtate abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris reſeruatis qui enim eſſent innodati cenſuris Epiſcopalibus, virtute Iubilei non poſſent abſolui, ex conſequenti non poſſent lucrari Indulgentias, & Iubilæum: atque ita Bulla Iubilei careret effectu ſuo contra voluntatem Summi Pontificis. Huculque Alterius. Cuius ſententiam prius docuerat P.Suarez *diſp.*7.*ſect.*5.*num.*43. adducens in ſenſum à nobis explicatum, Nauarrum,& Graffium,vnde abſolutè non bene citat illos Bonacina pro ſe. Sic etiam Vgolinus *tab.*1. *cap.*13.§.4. *n.*10. Hurtad. *diſp.*15.*de excommun.diff.*3.*in fine.*

---

§. II.

De poteſtate Epiſcoporum, & Prælatorum Regularium,circa Abſolutionem ab excommunicationibus, & alijs Cenſuris reſeruatis Papæ.

Qvæstio XLI.

An Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione reſeruata Papæ,ex delicto occulto contracta?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe Epiſcopum, tam per ſe, quam per ſuum Vicarium ad id ſpecialiter deputatum, abſoluere ſuum ſubditum, non alienum,à quacumque excommunicatione,ex delicto occulto orta, quantumuis Papæ ſit reſeruata. Quia ſic fuit Epiſcopis conceſſum per Concilium Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*6. his verbis: *In quibuſcumque caſibus occultis,etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in Diœceſi ſua,per ſe ipſos,aut Vicarium, ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ, gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicariis ſit permiſſum.* Hæc Concilium. Et ex illo docent omnes. Legantur Nauarr.*lib.*1.*conſil.de offic. Ordinarij,conſil.*8.Henriquez *lib.*6.*de pœnitent.cap.*14.*n.*7. *& cap.*16.*num.*1.Auila *part.*2.*cap.*7.*diſp.*1.*dub.*6.Bonacina *diſput.*1.*quæſt.*3.*punct.*2.Bauny *tract.*2 *diſput.*3.*de Abſoluente*, *quæſt.*21. Sanchez *lib.*2.*ſumm.cap.*11.*n.*2. Hurtad.*diſp.*15.*de excommunic diff.*3.*verſ. Deinde Epiſcopis.* Granados *de fide*, *controuerſ.*1.*tract.*15.*diſp.*14. *ſect.*1.*&* 2. Caſtro Palao *tom.*1. *tract.*4.*diſput.*4.*punct.* 3.§.2.*num.*1. & alij.

Qvæstio XLII.

An nomine Epiſcopi,cui,in dicto Tridentini decreto, conceditur facultas abſoluendi à reſeruatis Papæ,veniat quicunque Epiſcopus, dummodo ſit conſecratus?

REſpondeo tanquam certum: Non venire quemcumque. Nam in primis, non ſatis eſt quod Epiſcopus ſit conſecratus, ſi diœceſi, ac ſubditis careat. Tales ſunt Epiſcopi titulares,vulgò *de anillo.* Quia vt ex contextu dicti decreti conſtat, non conceditur

dicta

Digitized by Google

dicta abſoluendi facultas Epiſcopo reſpectu omnium fidelium, ſed reſpectu ſubditorum in propria diœceſi, Suarez *diſp.*41.*ſect.*2.*n.*7. Sanchez *lib.*2.*Summa*,*c.*11. *n.*3. Granados *ſect.*2.*cit.n.*4.

Rurſus. Non poteſt ea facultate abſoluendi vti Epiſcopus earum Religionum, in quibus Tridentinum, quoad totum non fuerit receptum (ſecus eſſet, ſi ſolum quoad partem) etiam ſi ſubditos habeat. Quia par debet eſſe fauorum, & onerum ratio: ergo vbi Tridentinum, non eſt receptum quoad leges, & onera, nequit acceptari quod fauores. Suarez, & Sanchez *loc.cit.* Alterius *tom.*2. *diſp.*8. *de ſuſpenſ.cap.*3. *concl.*4. vbi ait, ita declaraſſe Sacr. Congregat. Cardinal. ſuper Concilio.

Venit ergo, nomine Epiſcopi, in dicto decreto, quicumque Epiſcopus electus, & confirmatus, etiamſi conſecratus non ſit, nec Sacerdos, dummodo habeat diœceſim, in qua Tridentinum receptum ſit. Sic Suarez *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*30.*ſect.*2.*num.*4. Sanchez *lib.*8.*de Matrim.diſp.*2.*num.*11.*& lib.*2.*ſumma,cap.*11. *cit.n.*3. Et colligitur ex à nobis dictis 1. *part.tract.*5. *de Pœnit.diſp.*11.*qu.*51.*&* 52. Granados *ſect.*2.*cit.n.*4. Palao *loc. cit.n.*2.

QVÆSTIO XLIII.

An etiam Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, poßit, virtute dicti Decreti Tridenti, abſoluere à cenſuris reſeruatis Papæ, ex delicto occulto ortis?

NEgant apud Bonacinam *vbi infrà*, Aragonius 2.2. *qu.*88.*art.*12.*concl.*4. *col.*7. Toletus *lib.*1.*cap.*83. *num.*5. & alij apud Barboſam *in remiſſionibus*, *ſeſſ.*24. *cap.*6.*num.*2. Sed certè ex his authoribus, Aragonius, oppoſitum docet apud Sanchez *vbi infra*, & Toletus, nec verbum de hac re habet *loc.cit.* Negat tamen Suarez *diſp.*41.*ſect.*2.*num.*13. quem è contrà, malè citat Bonacina pro parte oppoſita, & Palao *loc.cit.* loquendo dumtaxat de abſolutione ab hæreſi.

Fundamentum Suarij eſt. Quia ſic declarauit Congregatio Cardinalium dicens, hanc facultatem eſſe ſolius Epiſcopi priuatiuè, quoad omnes alios: ergo excludit etiam Capitulum Sede vacante.

Sed probabilius reſpondeo dictam facultatem abſoluendi, etiam tranſire ad Capitulum Sede vacante. Quia Capitulum iure communi, ſuccedit in omnibus his, quæ iure ordinario cõpetunt Epiſcopis: at ſic eſt, quod dicta abſoluendi facultas competit Epiſcopis iure ordinario ſpeciali, cum competat, non eorum perſonis, ſed dignitati eorum, & officio, vt benè probat Sanchez *vbi infra*: ergo. Sic Cenedo *Collect.*4. *ad decretal.num.*3. Aragon. 2.2.*quæſt.*88.*art.*12.*col.*7. *concluſ.*5.*fol.*1042. & Manuël *quæſt.Regul.tom.*1.*q.*61. *art.*9. quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.*8.*de Matrimonio*, *diſp.*2.*num.*10.*& lib.*2.*ſumma*, *cap.*11.*num.*4. vbi pro hac parte citat Suarium *tom.*4.*in* 3.*p.diſp.*30. *ſect.*2.*n.*4. Henriquez etiam *lib.*6.*de pœnit.cap.*16.*n.*1. & penes ipſum *lit. D.* Nauarrus *cap.*27.*n.*39. Syluester *verb.Capitulum*, §.2. Angel. §.2. cum Panormitano, & Gemin. & alij. Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*3.*punct.*2.*num.*1. qui citat etiam Auilam *p.*7.*diſp.*10.*dub.*6. & Sayrum *lib.*6.*cap.*11.*num.*83. & benè. Villal. *tract.*21. *diff.*9. *num.*5. Fagundez *lib.*1 *in decal.cap.*15.*n.*19. Granados *loc.cit.*

Nec obſtat declaratio Cardinalium in contrarium à Suario adducta. Quia de ea non conſtat authenticè, vt benè Sanchez, addens, nec eſſe neceſſariò illi ſtandum, quamuis magnam authoritatem habeat.

QVÆSTIO XLIV.

An deinde, ex vi dicti decreti, poſſint etiam, Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; & diœceſim propriam vt ſunt Abbas Metinen & Aſcalæ Regiæ; abſoluere ſuos ſubditos à prædictis Cenſuris reſeruatis?

NEgant apud Henriquez *vbi infrà*, Syluester *verb. Diſpenſatio*, §.4. *fin.&* §.14. cum Panormitano, Innocent. & Hoſtienſ. Ang. *eod.verb.*§.7.*&* 8. Quibus addi poſſunt Cenedo *loc.cit.* & Suarez, allegata quadam declaratione Cardinal. *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*30. *ſect.*2.*num.*6. Aragon. 2.2. *quæſt.*88. *art.*12. *concl.*4. Petrus Ledeſma 2.*tomo*, *ſummæ*, *tract.*1.*cap.*6.*poſt* 20. *concluſ.diff.*2. Bonacina *diſp.*7.*de Cenſur.q.*5. *punct.*5. *n.*7. (ſibi *vbi infrà* contrarius) Garcia *de Beneficijs*, & Barboſa, apud Palaum citandum.

Sed probabilius reſpondeo etiam hos Prælatos poſſe à prædictis cenſuris abſoluere. Quia probabilius eſt hos Prælatos nomine Epiſcopi in dicto Tridentini decreto venire. Sic Henriquez *lib.*6. *cap.*16.*n.*1. ita dicens: de Abbate magno exempto, qui poteſtate quaſi Epiſcopali eſt præditus: quidam negant poſſe: quaſi ſolum habeat iuriſdictionem ex priuilegio, non ipſo iure; quæ proinde reſtringenda eſt ad ea, quæ expreſsè ſibi ſunt conceſſa. At praxis cum ratione, & Sapientum authoritate, idem huic permittit, quod Epiſcopo. Sic Henriquez. Qui id amplius proſequitur *in marg.lit. G.& lib.*14. *de irregul.cap.*18.*num.*2.*in marg.lit.P.* Manuël Rodrig. *tom.*2.*ſum.cap.*10. *num.*6. *concl.*6.*& tom.*1.*quæſt. Regul.q.*61.*art.*9. Saytus *lib.*6. *cap.*11.*n.*83.*fine*. Auila *part.*7.*diſp.*80.*dub.*6. quo omnes citat, ac ſequitur Sanchez *lib.*8.*de Matrim.diſp.*2. *num.*12. *& lib.*2.*ſum.cap.*11.*num.*5. Bonacina *punct.*2. *cit. num.*1. Alterius *tom.*2.*diſp.*8.*de ſuſpenſ.cap.*3.*verſ. Sed hic quæri poteſt*, Granados *ſect.*2. *cit.num.*4. Palao *tom.*1 *tract.*4.*diſp.*4.*punct.*3.§.1.*num.*4. Flores de Mena *variar.lib.*3.*q.*24.*n.*18.

QVÆSTIO XLV.

An Epiſcopi poſſint, ex vi dicti decreti Tridentini, abſoluere etiam à caſibus Bullæ Cænæ, & ab excommunicationibus eis annexis, (excepta ſaltem hæreſi) ortis ex delictis occultis?

NEgant quamplures DD. eo quod exiſtiment, facultatem conceſſam Epiſcopis in præcitato Tridentini decreto, reuocatam eſſe per Bullam Cœnæ, non ſolum quoad abſolutionem ab hæreſi, ſed etiam quoad abſolutionem à cæteris caſibus dictæ Bullæ Cœnæ: vt declararunt Congregatio Cardinalium, Conſiſtorium Sanctæ generalis Inquiſitionis, in Prætorio Romano, imò ipſimet Pontifices, vt referunt aliqui ex Doctoribus mox citandi. Ita Nauarr. *cap.*27. *n.*275.*verſ.*14. dicens, ſic declaraſſe Pium V. & Gregor. XIII. Peña *in directtor.inquiſit.*3.*p.q.*92. *commento* 141.*verſ.penult.* vbi ait, ſic ſæpe pronunciatum eſſe in ſupremo Conſiſtorio Romano Sanctæ generalis Inquiſitionis. Suarez *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*30.*ſect.*2.*n.*11. referens, ſic declaraſſe Congregationem Cardinalium, & *tom.*5.*diſp.*21.*ſect.*4. *num.*5. Maiolus *lib.*5.*de irregularit.cap.*46.*num.*6. Toledo *in ſum. in Bulla Cœnæ, excomm.*14.*fine*. Gutierrez *quæſt. Canon. lib.*1.*c.*13. *in fine*. Felician. *in ſuo Enchirid.de excommunic.cap.*18. Paul. Fuſcus *in tract.de Viſitat.lib.*2.*c.*31.*n.*5. Barthol. ab Angelo *in examine Confeſſor.dialogo*5.§.554. Antonutius *in ſua Catecheſi*, *lib.*1.*c.*25 *annot.*9.*& lib.*3.*c.*2.

Azor

Digitized by Google

lib.8.cap.10.queſt.12.& cap.19.queſt.2. Auila *2.part. cap.7.*(non 2.vt leges apud Bonacinam)*diſp.1.dub.7. concluſ.2.* Sanchez *lib.2.ſummæ,cap.12.num.10.* Suarez *diſp 7.ſect.5.num.12.* Vgolinus *tab.1.cap.13.§.4.n.10.* Alterius *lib.4 diſp.4 cap.2.verſ.Et ſimiliter.* Vaſquez *de excommunic.dub.19.num.5. & 6.* Bonacina *diſp.1.q.3. punct.1.num.13.* Hurtad.*diſp.15.de excommunic.diff.3. verſ. Et ob eandem rationem.* Candidus *diſquiſ.22.art. 51.dub.4.dicto 12* Laymus *lib.2.de Cenſur.diſp.25.dub. 2.* Viualdus *cap de Abſolutione Sacrament.n.16.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, alleg.40. num 31.* Ludouic. à Cruce *in Bullam, diſp.1.cap.3.dub.6. num. 4.* Trullench *ibid. lib.1.§.7.cap.2. dub.7.n.9.* Palao *tom.1. tract.4. diſp.4. punct.3.§.4.num.2.* Diana *1.part.tract.5.reſol.1.* & penes ipſum,etiam Floronus, Syluius, Ragucius, Nouarius, Homobonus, Torreblanca, Ricciullus, & alij.

Ego verò vtramque ſententiam in concordiam redigendo: reſpondeo quod ille qui obtinuit facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ, licitè, & validè poterit abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim occultam exteriorem contractam, etiamſi in facultate Bullæ, aut Iubilei, non fiat expreſſa mentiõ hæreſis, dummodo per talem facultatem conceſſa ſit Confeſſario facultas abſoluendi ab omnibus caſibus, & Cenſuris Epiſcopis reſeruatis, & non ſit reſtricta per aliam Bullam, ſeu decretum Pontificum: minimè tamen poterit abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim publicam contractam ob rationes ſecundæ ſententiæ. Legatur *à queſt.81.*

Et ad fundamentum huius ſecundæ ſententiæ, in quantum opponuntur noſtræ, dicendum eſt, vel non conſtare authenticè de declarationibus Pontificum, aut intelligi de abſolutione ab hæreſi publica. Et ad ſtylum Curiæ, quod variatur pro varietate Pontificum, & fundatur in probabilitate oppoſitæ opinionis, quæ ob id non tollit probabilitatem alterius.

QVÆSTIO XL.

An qui à Papa obtinuit facultatem abſoluendi à Cenſuris, & caſibus illi reſeruatis; poſſit abſoluere à Cenſuris, & caſibus, quos ſibi Epiſcopi reſeruarunt?

NEgat Bonacina *diſp.1.queſt.3.punct.1.num.10.* qui & refert pro ſe Nauarrum *in cap. Ita quorundam, de Iudæis, notab.11.num.71.& in Man.cap.27.num.261.* Graſſium *lib.4. deciſ.cap.15.num.28.* & Farinacium *de hæreſ queſt.92 num.63.* Ratio Bonacinæ eſt, quia dum Pontifex condit aliquam legem, non intendit derogare ſtatutis, & conſuetudinibus particularibus locorum *cap.1. de conſtitut.in 6.* adde & tu, Nec ſtatutis Epiſcoporum: ergo, *&c.*

Sed cum diſtinctione veriſſimè reſpondeo dicendum, quod licèt ſtando in rigore iuris, qui virtute alicuius priuilegij, Iubilei, aut Bullæ, obtinuit à Pontifice facultatem abſoluendi ab omnibus cenſuris, & caſibus ſibi reſeruatis, non ideo poſſit abſoluere à reſeruatis ſpecificè ab Epiſcopis: at verò ſtando conſuetudini, & vſui, contrariũ eſt dicendum. Sic Alterius *lib.4.diſput.4.cap.2.* dicens, id, & non aliud, ſentire Nauarrum, his verbis: Reſpondendum eſt huic dubitationi, Confeſſarium habentem generalem facultatem à Papa abſoluendi ab omnibus excommunicationibus, & cenſuris reſeruatis Sedi Apoſtolicæ poſſe abſoluere etiam à caſibus in ſpecie Epiſcopo reſeruatis. Ita ſentit Nauarr.*in d num.261.* vbi licèt dicat, oppoſitum fundari in ipſo iure, tamẽ vſum, & conſuetudinem fuiſſe ita interpretatum ius, vt ſublata cenſura Papali, intelligatur ſublata reſeruatio, & cenſura Epiſcopalis. Et *num.263.* fuſius redarguit contrariam opinionem cuiuſdam Doctoris, qui aſſerebat, non poſſe pœnitentem virtute priuilegij, & Bullæ Papalis, abſolui à caſibus reſeruatis Epiſcopis, ipſis inconſultis; nam Papa habet ſuper omnes Chriſtianos iuriſdictionem, per Extrauag. *Vnam Sanctam, de maior. & obed.* immediatam, quoad omnia ſpiritualia, quam nemo poteſt ab illo tollere, vel diminuere, *cap. Cuncta per modum, cap. Per principalem 6.quæſt.3.* Deinde ex contraria opinione tollerentur omnes Bullæ Iubilei, quibus conceditur ampliſſima facultas eligendi Confeſſarios, cum poteſtate abſoluendi ab omnibus peccatis, & cenſuris reſeruatis qui enim eſſent innodati cenſuris Epiſcopalibus, virtute Iubilei non poſſent abſolui, ex conſequenti non poſſent lucrari Indulgentias, & Iubileum: atque ita Bulla Iubilei careret effectu ſuo contra voluntatem Summi Pontificis. Hucuſque Alterius. Cuius ſententiam prius docuerat P.Suarez *diſp.7.ſect.5.num.43.* adducens in ſenſum à nobis explicatum, Nauarrum, & Graſſium, vnde abſolutè non bene citat illos Bonacina pro ſe. Sic etiam Vgolinus *tab.1. cap.13.§.4. n.10.* Hurtad. *diſp.15.de excommun.diff.3.in fine.*

---

§. II.

De poteſtate Epiſcoporum, & Prælatorum Regularium, circa Abſolutionem ab excommunicationibus, & alijs Cenſuris reſeruatis Papæ.

QVÆSTIO XLI.

An Epiſcopus poſſit abſoluere ab excommunicatione reſeruata Papæ, ex delicto occulto contracta?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe Epiſcopum, tam per ſe, quam per ſuum Vicarium ad id ſpecialiter deputatum, abſoluere ſuum ſubditum, non alienum, à quacumque excommunicatione, ex delicto occulto orta, quantumuis Papæ ſit reſeruata. Quia ſic fuit Epiſcopis conceſſum per Concilium Trident. *ſeſſ.24. cap.6.* his verbis: *In quibuſcumque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcumque ſibi ſubditos in Diœceſi ſua, per ſe ipſos, aut Vicarium, ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ, gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicariis ſit permiſſum.* Hæc Concilium. Et ex illo docent omnes. Legantur Nauarr.*lib.1.conſil.de offic. Ordinarij, conſil.8.* Henriquez *lib.6.de pœnitent.cap.14.n.7. & cap.16.num.1.* Auila *part.2.cap.7.diſp.1.dub.6.* Bonacina *diſput.1.queſt.3.punct.2.* Bauny *tract.2 diſput.3.de Abſoluente, queſt.21.* Sanchez *lib.2.ſumm.cap.11.n.2.* Hurtad.*diſp.15.de excommunic diff.3.verſ. Deinde Epiſcopis.* Granados *de fide, controuerſ.1.tract.15.diſp.14. ſect.1.& 2.* Caſtro Palao *tom.1. tract.4.diſput.4.punct. 3.§.2.num.1.* & alij.

QVÆSTIO XLII.

An nomine Epiſcopi, cui, in dicto Tridentini decreto, conceditur facultas abſoluendi à reſeruatis Papæ, veniat quicunque Epiſcopus, dummodo ſit conſecratus?

REſpondeo tanquam certum: Non venire quemcumque. Nam in primis, non ſatis eſt quod Epiſcopus ſit conſecratus, ſi diœceſi, ac ſubditis careat. Tales ſunt Epiſcopi titulares, vulgò *de anillo.* Quia vt ex contextu dicti decreti conſtat, non conceditur dicta

dicta abſoluendi facultas Epiſcopo reſpectu omnium fidelium, ſed reſpectu ſubditorum in propria diœceſi, Suarez *diſp.*41.*ſect.*2.*n.*7. Sanchez *lib.*2.*Summa,c.*11. *n.*3. Granados *ſect.*2.*cit.n.*4.

Rurſus. Non poteſt ea facultate abſoluendi vti Epiſcopus earum Religionum, in quibus Tridentinum, quoad totum non fuerit receptum (ſecus eſſet, ſi ſolum quoad partem) etiam ſi ſubditos habeat. Quia par debet eſſe fauorum, & onerum ratio: ergo vbi Tridentinum, non eſt receptum quoad leges, & onera, nequit acceptari quod fauores. Suarez, & Sanchez *loc.cit.* Alterius *tom.*2. *diſp.*8.*de ſuſpenſ.cap.*3.*concl.*4. vbi ait, ita declaraſſe Sacr. Congregat. Cardinal. ſuper Concilio.

Venit ergo, nomine Epiſcopi, in dicto decreto, quicumque Epiſcopus electus, & confirmatus, etiamſi conſecratus non ſit, nec Sacerdos, dummodo habeat diœceſim, in qua Tridentinum receptum ſit. Sic Suarez *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*30.*ſect.*2.*num.*4. Sanchez *lib.*8.*de Matrim.diſp.*2.*num.*11.*& lib.*2.*ſumma,cap.*11. *cit.n.*3. Et colligitur ex à nobis dictis 1. *part.tract.*5. *de Pœnit.diſp.*11.*qu.*51.*&* 52. Granados *ſect.*2.*cit.n.*4. Palao *loc. cit.n.*2.

Qvæstio XLIII.

An etiam Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, poßit, virtute dicti Decreti Tridenti, abſoluere à cenſuris reſeruatis Papæ, ex delicto occulto ortis?

NEgant apud Bonacinam *vbi infrà*, Aragonius 2.2. *qu.*88.*art.*12.*concl.*4. *col.*7. Toletus *lib.*1.*cap.*83. *num.*5. & alij apud Barboſam *in remiſſionibus,ſeſſ.*24. *cap.*6.*num.*2. Sed certè ex his authoribus, Aragonius, oppoſitum docet apud Sanchez *vbi infra*, & Toletus, nec verbum de hac re habet *loc.cit.* Negat tamen Suarez *diſp.*41.*ſect.*2.*num.*13. quem è contrà, malè citat Bonacina pro parte oppoſita, & Palao *loc.cit.* loquendo dumtaxat de abſolutione ab hæreſi.

Fundamentum Suarij eſt. Quia ſic declarauit Congregatio Cardinalium dicens, hanc facultatem eſſe ſolius Epiſcopi priuatiuè, quoad omnes alios: ergo excludit etiam Capitulum Sede vacante.

Sed probabilius reſpondeo dictam facultatem abſoluendi, etiam tranſire ad Capitulum Sede vacante. Quia Capitulum iure communi, ſuccedit in omnibus his, quæ iure ordinario cõpetunt Epiſcopis: at ſic eſt, quod dicta abſoluendi facultas competit Epiſcopis iure ordinario ſpeciali, cum competat, non eorum perſonis, ſed dignitati eorum, & officio, vt benè probat Sanchez *vbi infrà*: ergo. Sic Cenedo *Collect.*4. *ad decretal.num.*3. Aragon. 2.2.*quæſt.*88.*art.*12.*col.*7. *concluſ.*5.*fol.*1042.& Manuël *quæſt.Regul.tom.*1.*q.*61. *art.*9. quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.*8.*de Matrimonio,diſp.*2.*num.*10,*& lib.*2.*ſumma,cap.*11.*num.*4. vbi pro hac parte citat Suarium *tom.*4.*in* 3.*p.diſp.*30. *ſect.*2.*n.*4. Henriquez etiam *lib.*6.*de pœnit.cap.*16.*n.*1. & penes ipſum *lit. D.* Nauarrus *cap.*27.*n.*39. Syluester *verb.Capitulum,*§.2. Angel.§.2. cum Panormitano, & Gemin. & alij. Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*3.*punct.*2.*num.*1. qui citat etiam Auilam *p.*7.*diſp.*10.*dub.*6.& Sayrum *lib.*6.*cap.*11.*num.*83. & benè. Villal. *tract.*21.*diff.*9. *num.*5. Fagundez *lib.*1 *in decal.cap.*15.*n.*19. Granados *loc.cit.*

Nec obſtat declaratio Cardinalium in contrarium à Suario adducta. Quia de ea non conſtat authenticè, vt benè Sanchez, addens, nec eſſe neceſſariò illi ſtandum, quamuis magnam authoritatem habeat.

Qvæstio XLIV.

An deinde, ex vi dicti decreti, poßint etiam, Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; & diœceſim propriam vt ſunt Abbas Metinen & Aſcala Regiæ; abſoluere ſuos ſubditos à prædictis Cenſuris reſeruatis?

NEgant apud Henriquez *vbi infrà*, Syluester *verb. Diſpenſatio*,§.4. *fin.&* §.14. cum Panormitano, Innocent. & Hoſtienſ. Ang. *eod.verb.*§.7.*&* 8. Quibus addi poſſunt Cenedo *loc.cit.* & Suarez, allegata quadam declaratione Cardinal. *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*30. *ſect.*2.*num.*6. Aragon. 2.2.*quæſt.*88. *art.*12.*concl.*4. Petrus Ledeſma 2.*tomo, ſumma,tract.*1.*cap.*6.*poſt* 20. *concluſ.diff.*2. Bonacina *diſp.*7.*de Cenſur.q.*5.*punct.*5. *n.*7. (ſibi *vbi infrà* contrarius) Garcia *de Beneficijs*, & Barboſa, apud Palaum citandum.

Sed probabilius reſpondeo etiam hos Prælatos poſſe à prædictis cenſuris abſoluere. Quia probabilius eſt hos Prælatos nomine Epiſcopi in dicto Tridentini decreto venire. Sic Henriquez *lib.*6. *cap.*16.*n.*1. ita dicens: de Abbate magno exempto, qui poteſtate quaſi Epiſcopali eſt prædìtus: quidam negant poſſe: quaſi ſolum habeat iuriſdictionem ex priuilegio, non ipſo iure; quæ proinde reſtringenda eſt ad ea, quæ expreſsè ſibi ſunt conceſſa. At praxis cum ratione, & Sapientum authoritate, idem huic permittit, quod Epiſcopo. Sic Henriquez. Qui id amplius proſequitur *in marg.lit. G.& lib.*14. *de irregul.cap.*18.*num.*2.*in marg.lit.P.* Manuël Rodrig. *tom.*2.*ſum.cap.*10. *num.*6. *concl.*6.*& tom.*1.*quæſt. Regul.q.*61.*art.*9. Sayrus *lib.*6. *cap.*11.*n.*83.*fine.* Auila *part.*7.*diſp.*80.*dub.*6. quo omnes citat, ac ſequitur Sanchez *lib.*8.*de Matrim.diſp.*2. *num.*12. *& lib.*2.*ſum.cap.*11.*num.*5. Bonacina *punct.*2. *cit. num.*1. Alterius *tom.*2.*diſp.*8.*de ſuſpenſ.cap.*3.*verſ. Sed hic quæri poteſt.* Granados *ſect.*2. *cit.num.*4. Palao *tom.*1.*tract.*4.*diſp.*4.*punct.*3.§.1.*num.*4. Flores de Mena *variar.lib.*3.*q.*24.*n.*18.

Qvæstio XLV.

An Epiſcopi poßint, ex vi dicti decreti Tridentini, abſoluere etiam à caſibus Bullæ Cœnæ, & ab excommunicationibus eis annexis, (excepta ſaltem hæreſi) ortis ex delictis occultis?

NEgant quamplures DD. eo quod exiſtiment, facultatem conceſſam Epiſcopis in præcitato Tridentini decreto, reuocatam eſſe per Bullam Cœnæ, non ſolum quoad abſolutionem ab hæreſi, ſed etiam quoad abſolutionem à cæteris caſibus dictæ Bullæ Cœnæ: vt declararunt Congregatio Cardinalium, Conſiſtorium Sanctæ generalis Inquiſitionis, in Prætorio Romano, imò ipſimet Pontifices, vt referunt aliqui ex Doctoribus mox citandi. Ita Nauarr. *cap.*27. *n.*275.*verſ.*14. dicens, ſic declaraſſe Pium V. & Gregor. XIII. Peña *in director.inquiſit.*3.*p.q.*92. *commento* 141.*verſ.penult.* vbi ait, ſic ſæpe pronunciatum eſſe in ſupremo Conſiſtorio Romano Sanctæ generalis Inquiſitionis. Suarez *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*30.*ſect.*2.*n.*11. referens, ſic declaraſſe Congregationem Cardinalium, & *tom.*5.*diſp.*21.*ſect.*4.*num.*5. Maiolus *lib.*5 *de irregularit.cap.*46.*num.*6. Toledo *in ſum. in Bulla Cœnæ, excomm.*14.*fine.* Gutierrez *quæſt. Canon. lib.*1.*c.*13. *in fine.* Felician. *in ſuo Enchirid.de excommunic.cap.*18. Paul. Fuſcus *in tract.de Viſitat.lib.*2.*c.*31.*n.*5. Barthol. ab Angelo *in examine Confeſſor.dialogo*5.§.554. Antonutius *in ſua Catecheſi,lib.*1.*c.*25 *annot.*9.*& lib.*3.*c.*2.

Azor

Digitized by Google

Becanus, Granados, & Bauny *loc. cit.* At ſic eſt quod Concilij facultas conceſſa Epiſcopis ad abſoluendum ab omnibus caſibus reſeruatis, etiam hæreſi, loquitur de abſolutione caſuum occultorum, qui ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruati, vt notant ipſimet Doctores, & Sanchez *n. 27. cit.* ergo hæc facultas adhuc quoad abſolutionem ab hæreſi, non reuocatur per dictam clauſulam Bullæ.

Secundò. Probatur authoritate Cardinalis Caraffæ, à quo, nomine Congregationis, ſibi Comitolus eſſe reſponſum affirmat, nihil videlicet, per Bullam Cœnæ derogatum eſſe, aut hoc tempore derogari antiquis Epiſcoporum priuilegiis: quod idem feciſſe Pium V. docet Viuald. *loc. cit.* & alij quamplures Doctores noſtræ ſententiæ: ergo, &c.

Ad ea autem, quæ ex reſponſis Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. & Congregationis, opponebantur *quæſt. antecedenti,* dicendum eſt, de iis authenticè non conſtare quantum eſt neceſſe ad ſpoliandos Epiſcopos ſua poſſeſſione, & ita non obſtante quocunque poſſe eos ab hæreſi, & aliis caſibus occultis Bullæ abſoluere. Sic Nauarr. Simanc. Zauallos, Vela, Corduba, Palacios, Angles, Souſa, Henriquez, Bauny, Sà, Fagundez, Portel. Ledeſma, Lorca, Nuño, Bañez, & alij ferè omnes citati *quæſt. antecedenti,* pro noſtra ſententia, præcipuè Granados *loco cit. ſect. 2. num.* 10. Vbi ad obiecta ex decretis Generalis Inquiſitionis, & Congregationis Cardinalium, per ordinem, his verbis reſpondet: Ad tertium reſpondetur, id pronunciatum eſſe, in hoc grauiſſimo, & ſanctiſſimo Tribunali, ſecundum oppoſitam ſententiam, quæ probabiliſſima eſt: ſed quoniam nondum nobis præcepit eam amplecti, licitum eſt contrariam reputare etiam valdè probabilem, ſicut & multi reputarunt. Ad quartum ſimiliter dicendum eſt, ea reſponſa Cardinalium, eſſe magnæ authoritatis, ſed non ſufficere ad tollendam contrariæ ſententiæ probabilitatem. Sic Granados.

QVÆTIO XLVII.

Quid intelligatur per delictum, aut caſum occultum reſeruatum, à quo Epiſcopi poſſunt abſoluere vigore dicti decreti Concilij Tridentini?

Reſpondent quidam, quod per delictum, & caſum occultum appoſitum in Tridentini decreto, intelligatur illud delictum, quod in ratione delicti, eſt per accidens occultum, eo quod nullus interfuit teſtis, & ſola delinquentis confeſſione manifeſtari poteſt. In quo caſu tantum, aiunt, poteſt ab Epiſcopis abſolui. Ita Gutierr. *qq. can. lib. 1. cap. 13. n. 27.* & Rodrig. *in Bullam Cruc. §. 9. n. 69.*

Sed probabilius reſpondeo dicendum, quod per caſum, aut delictum occultum, intelligitur non ſolum illud, quod eſt per accidens occultum, modo ab his authoribus explanato, ſed etiam illud delictum, quod non eſt publicum, aut notorium, aut famoſum, vnde ſi caſus reſeruatus non eſt huiuſmodi, poteſt optimè, iuxta dictum Tridentini decretum per Epiſcopum abſolui. Sic Henriquez *lib. 14 cap. 20 & vlt. de irregular. n.* 8. Auila ex illo *2. part. cap. 7 diſput. 2. dub. 11. verſ. Petes quid intelligatur.* Bauny *quæſt. 21. cit.* Vbi docet, quod, vt prædicti caſus reſeruati, dicantur publici, & ſic ponantur extra poteſtatem Epiſcopi, requirantur tria.

Primò, notitia maioris partis perſonarum, quæ communitatem, viciniam, Collegium, aut vrbem componunt, in qua tales caſus ſunt admiſſi. Quare, ſi ea decem conſtet hominibus, non eſt ſatis crimen eſſe notum quinque ex illis, ſex minimum eius habere notitiam debent.

Secundò requiritur, vt tales caſus non ſint deducti ad forum contentioſum, aut ſi ſunt, ne ſint probati ab vnico ſaltem teſte, vt *infra q. 54.*

Tertio requiritur, vt reo ſit intimata delatio, ſeu deductio ad forum externum; ſi enim ei ſignificata non fuerit, quantumuis crimen ſit deductum ad forum illud, & in eo aliquo modo probatum, ſaltem vnico teſte, dicetur tamen caſus occultus, in ordine ad abſolutionem Epiſcopi, & diſpenſatione in irregularitate, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, in qua etſi ſit occulta, ſolus Papa diſpenſat. Sic Bauny, ex Graffio *lib. 1. deciſ. cap. 1; num. 31.* Sanchez *lib. 2. ſumma, cap. 11. num 21.* & Auila *loc. cit.* Legantur Henriquez *loc. cit. & eod. lib. 14. cap. 7. num. 5.* Saytus *lib. 4. Theſauri, cap. 17. num. 21.* Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi, allegat. 39.* Palao *de legibus, tract. 3. diſp. 6. punct. 15. §. 1. num. 1.* Trullench *in Bulla, lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 6.* Fagundez, & Portel. *loc. ſuprà cit.* Bonacina *diſput. 1. quæſt. 3. punct. 2. num. 2. verſu, Quartò.* (Qui ſimul cum Auila, malè citat Henriquez *lib. 14. cap. 22.* cum dictus liber non habeat niſi capita 20. Sanchez *lib. 8. de Matrimonio, diſput. 34. num 55. & 56. & lib. 2. ſumma, cap. 11. num 19.* & alij, quidquid velit Alterius *tom. 2. diſput. 8. de diſpenſ. cap. 5.* dicens tunc dici delictum deductum ad forum contentioſum ſtatim ac denunciatio, aut accuſatio de illo coram legitimo iudice facta eſt.

QVÆSTIO XLVIII.

An Abſolutionem ab occultæ hæreſis cenſura, committere poſſit Epiſcopus alicui?

Negant quidam Doctores, quia Tridentinum, in decreto capitis 6. *ſeſſ.* 24. apertè conſtituit diſcrimen inter cæteros Papæ reſeruatos caſus, & hæreſim; vt illos concedat Epiſcopo, per ſe, aut per Vicarium ad id deputandum, hæreſim verò, per ſe, & non per Vicarium: At ſi abſolutionem ab hac poſſet Epiſcopus committere Vicario ſpecialiter deputato, non eſſet diſcrimen aliquod, inter cæteros reſeruatos, & hæreſim: ergo. Propter id, ita ſentiunt Gutierrez *lib. 1. quæſt. Canon. cap. 13. n. 29.* Suarez *tom. 4. in 3. part. diſp. 30. ſect. 2. n. 9. & 15. & de fide, ſpe, &c. diſp. 21. ſect. 4. num.* 8. Petrus Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 1. cap. 6. poſt 20. concluſ. diff. 6.* dicens hoc eſſe ferè certum. Molina *tract. 5. de iuſt. diſp. 18. n. 2.* Garcia *de benef. p. 11. cap. 10. num. 113.*

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe Epiſcopum committere abſolutionem ab hæreſi occulta alicui, ſpecialiter ad eum hæreſis caſum deputato: licèt non poſſit generaliter committere alicui vices ſuas ad abſoluendum ab hæreſi. Ratio eſt, quia ille, qui poteſtatem habet ordinariam abſoluendi iure ſui officij, ac dignitatis, poteſt illam per alterum exercere *cap. vlt. de Offic. iud. ordin.* at ſic eſt quod Epiſcopo conuenit ex officio, & ex propria dignitate abſoluere ab hæreſi occulta, vigore Concilij Tridentini, vt ſupra eſt habitum: ergo poterit illam ſpecialiter alteri committere, non ad omnes generaliter hæreſis caſus, ſicut poteſt ad cæteros caſus reſeruatos Papæ, ſed ad ſolum ſpecialem oblatum hæreſis caſum, per quod optimè ſaluatur differentia in Tridentino tradita. Sic optimè Nauarr. *lib. 1. conſil. tit. de conſtitut. conſil. 1. quæſt. vlt. num. 89. & lib. 5. in 1. edit. tit. de ſentent. excom. conſil. 15. quæſt. 2. & 3. & in 2. edit. tit. de priuil. conſil. 11. quæſt. 2. & 3.* Corduba *in ſumma, quæſt. 8.* Azor *lib 8. inſtit. moral. cap. 10. quæſt. 11.* Henriquez *lib. 6 cap. 14. num. 7. in textu, & in comment. litt* O. Sà *verb. Epiſcopus, num. 37.* Vega *tom. 2. ſumm. cap. 125. caſu 12.* Rodriguez

Digitized by Google

in Bullæ Cruc. §.9. *num.*79. *fine, & in ſumm. tom.*1. *in* 2. *edit. cap.*131.*n.*5. *& quæſt. Regul. tom.*1. *quæſt.*30.*art.*11. Quos omnes refert ſic, ac ſequitur Sanchez *lib.*2. *ſumm.c.*11.*num.*23. Diana 1.*part. tract.*5. *reſol.*2. Alterius *tom.*1.*lib.*5.*diſp.*22.*cap.*2. *verſu, Reſpondet Nauarrus.* Bauny *tractat.*2. *diſputat.*3. *quæſt.*25. *pagina* 163. Granados *de fide, controuerſ.*1. *tract.*15. *diſp.*14.*ſect.*2, *num.*7.

Qvæstio XLIX.

An Epiſcopi poſsint abſoluere ab hæreſi, & ab alijs caſibus occultis reſeruatis Papæ, extra Sacramentum Confeſsionis?

NEgat Vimald. *part.*3. *candelabri aurei, cap.*1.*n.*2. *Primò,* quia facultas abſoluendi à prædictis caſibus fuit conceſſa Epiſcopis in dicto Tridentini decreto, *in foro conſcientiæ*; ergo id intra ſolam confeſſionem poſſunt facere. *Secundò*, quia, vt refert Sanctarell *tract. de hæreſi cap.*5.*dub.*5.*num.*23. Sacra Congregatio Concilij Tridentini declarauit, Epiſcopos abſoluentes à peccatis reſeruatis occultis vigore dicti decreti Concilij, poſſe ſolum hoc facere in confeſſione ſacramentali, & non extra illam: ergo.

Sed omnino reſpondeo: Poſſe abſoluere à prædictis caſibus extra Sacramentum Confeſſionis, non obſtante præfata clauſula dicti decreti. Quia illa particula, *in foro conſcientiæ*, ſolum importat, vt ea abſolutio, non proſit pro foro externo, ſi contingat hæreticum illum, aut alterius delicti reum ad iudicium trahi. Poſſunt ergo, extra confeſſionem, Epiſcopi, à dictis caſibus abſoluere, vt in praxi id faciunt, vt teſtatur Sanchez, ſtatim citandus. Sic Nauarr. *conſil.*11.*de priuil. cit & in ſumm. cap.*27. *num.*41. cum D. Thom. 3. *part. tit.*24. *cap.*77. Suarez *tom.*5. *diſput.*41.*ſect.*2.*num.*11. Sà *verb. Abſolutio ab excommunicat. num.*1. Rodriguez *in ſumma, cap.*131. *citat. num.*6. Petr. Ledeſma *in ſumma, tom.*2. *tract.*1.*cap.*6. *diff.*8.*poſt* 20.*concluſ.* Quos omnes refert ac ſequitur Sanchez *lib.*8. *de Matrimonio, diſp.*34.*num.*29. *& in ſumma, lib* 2 *cap.*12.*num.*13. Bonacina *diſput.*1.*quæſt.*3. *punct.*2. *num.*1. *verſ. Tertiò,* Homobonus *de exam. Eccleſ. part.*1.*tract.*5.*cap.*5.*quæſt.*31. Claudius Soleri *de poteſt. Confeſſor. cap.*20.§.1. Diana 1.*part. tract.*5.*reſol.*2. *in fine.* Bauny *diſp.*3.*cit. quæſt.*28.*pag.* 167. Præpoſitus *dub* 14. *de Cenſuris in communi, num.* 100. Candidus *diſquiſ.*22.*art.*50.*dubit.*4.*dicto* 7. Qui ad ſecundum argumentum factum pro oppoſita parte, reſpondet; talem declarationem nobis authenticè non conſtare.

Qvæstio L.

An poſsit Epiſcopus abſoluere in abſentia à prædicta occultæ hæreſis, aut alterius cuiuſvis criminis, reſeruata excommunicatione?

REſpondeo poſſe certè, quia abſolutè abſolutio ab excommunicatione poteſt, ex omnium mente, in abſentia impendi, ergo cum Tridentinum non reſtringat, vt in præſentia ab his caſibus abſoluatur: poteſt certè abſolutio ab iis in abſentia impendi: Qua excommunicatione, aut cenſura ſublata ſic, poterit quilibet Confeſſarius à peccato, per quod fuit contracta, abſolui. Sic Suarez, Rodriguez, P. de Ledeſma *loc. cit.* quos refert, & ſequitur Sanchez *loc. cit. ſumm. num.*14. Henriquez *lib.*6. *cap.*14.*num.*7. Diana *loco citato.*

* * *

Qvæstio LI.

An ſit neceſſe, tam Epiſcopum, quàm ſubditũ eſſe intra diœceſim; vt poſsit Epiſcopus illum ab hæreſi, & ab alijs caſibus reſeruatis in d. Tridentini decreto contentis, abſoluere?

AFfirmare videtur Machado *tom.*2. *lib.*4. *p.*6. *tr.*12.*docum.*3.*n.*4.*pag.*296.

Sed reſpondeo tanquam certum. Non eſſe neceſſe, vt vterque ſit intra diœceſim, quia licet in dicto Concilij decreto, dicatur, quod *in diœceſi ſua* poſſit à dictis caſibus abſoluere Epiſcopus ſubditum ſuum, non ob id requiritur neceſſariò, vt vterque intra diœceſim exiſtat: quoniam, nec ex vi dictæ particulæ, id ſignificatur: nec oportèt conceſſionem fauorabilem reſtringere pluſquam verba eius cogant. Sic Sanchez *lib.*2.*ſum. cap.*11.*cit. num.*15. ex Suario *tom.*5. *in* 3.*part. diſp.*41.*ſect.*2.*n.*11.

Qvæstio LII.

An ſaltem ſit neceſſe, vt Epiſcopus ſit intra ſuam diœceſim, vt poſsit ſuum ſubditum, ab hæreſi occulta, & ab alijs reſeruatis abſoluere?

AFfirmat Henriquez *lib.*14.*cap.*20.*num.*5. ita dicens: Addit Concilium, vt diſpenſare debeat in diœceſi ſua. At extra diœceſim, & territorium non conceditur id Epiſcopo; ſicut nec exercere pontificalia, juxta Concil. Triden. *ſeſſ.*6.*rel. cap.*6. nec excommunicare. Ita ille, & Rodriguez *tom.*2.*ſumm. cap.*69.*num.*1.*fine.* Bonacina *diſput.*1.*quæſt.*3. *punct.*2. *num.*1.*verſu Tertiò, & diſput.*7.*quæſt.*5. *punct.*1 *num.*5. citans pro hac parte vltra Henriquez, & Rodriguez, Auilam *part.*7.*diſp.*10.*dub.*6. Suarium *diſp.*45.*ſect.*2. *num.*10. & Filliucium *tract.*20.*cap.*10.*n.*271. Sed ex his, oppoſitum docet, Suarez, vt mox dicemus. Candidus etiam *diſquiſ.*21.*art.*50.*dubit.*6. Bauny *in explicatione Bullæ Cœnæ, dub.*3.*pag.*306. Qui etiam citat pro ſe Suarium; ſed malè etiam Villalob. *tract.*21.*diff.*9. *n.*13. Machado *loc. cit.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non eſſe neceſſe; ſed optimè poſſe Epiſcopum, extra ſuam diœceſim exiſtentem, abſoluere ſubditos ſuos, vigore Concilij Tridentini ab hæreſi, & ab aliis cenſuris, & caſibus ocultis Pontifici reſeruatis, caſu ſaltem, quo ſubditi intra diœceſim exiſtant, ſic in primis expreſsè tenet Suarez. *tom.*5. *diſput.*41. *ſect.*2. *num.*10. *&* 11. vbi ita ait: At verò è contrario, ſi Epiſcopus exiſtat extra ſuam diœceſim, videtur poſſe mittere ſubdito intra diœceſim exiſtenti abſolutionem à cenſura, ex vi huius facultatis: quia non eſt neceſſe verbum illud Concilij, *In diœceſi ſua*, referre ad vtramque perſonam: quia neque ex vi verborum id ſignificatur, neque oportet conceſſionem reſtringere pluſquam verba cogant. Sic Suarez. Et idem tenet, licèt non ita clarè, *tom.*4.*in* 3.*part. diſp.*30.*ſect.*2.*n.*3.*fine.* Malè ergo citat illum Bonacina pro ſe. Sic etiam Petr. Ledeſma 2.*tom. ſumm. cap.*6.*diff.*1.*poſt* 20. *concluſionem.* Sanchez *lib.*2. *ſummæ, cap.* 11.*num.*16.17. *&* 18. Diana 1.*parte tract.*5. *reſol.*2. *in fine.*

Qvæstio LIII.

An ad minus, neceſſe ſit, vt ſubditus ſit intra diœceſim, quando Epiſcopus eſt extra, vt hic poſsit prædicta abſoluendi facultate vti?

AFfirmant, & à fortiori, omnes Doctores nuper pro prima ſententia adducti. Quibus adhæret Suarez

Digitized by Google

Suarez *diſput.*41.*cit.ſect.*2.*num.*11. vbi ſic ait. Quo fit, vt intra ſuam diœceſim poſſit Epiſcopus abſoluere immediatè, & per ſe ipſum, à tali cenſura reſeruata, & occulta ſubditum abſentem in alio oppido eiuſdem diœceſis exiſtentem: nihil eſt enim, quod obſtet, cum Concilium dicat: *intra eandem diœceſim.* E contrariò verò ſequitur, non poſſe Epiſcopum vi huius facultatis abſoluere ſubditum extra diœceſim exiſtentem, etiamſi ipſe ibidem exiſteret, & poſſit ibi ab aliis peccatis eum abſoluere, atque etiam à cenſuris non reſeruatis Papæ, propter limitationem Concilij poſitam. Hucuſque Suarez.

Sed probabiliter reſpondeo: Adhuc non eſſe neceſſe. Sed poſſe Eſpicopum vti facultate abſoluendi ſuum ſubditum ab hæreſi occulta, & ab aliis caſibus Papæ reſeruatis, etiam caſu; quo, tam ipſe, quàm ſubditi ſint extra diœceſim. Quia (inquit Sanchez) per verba tam ambigua, & commodè ſanum ſenſum patientia, non eſt credendum Tridentinum voluiſſe, ita arctari facultatem Epiſcopi, ac omnia iura corrigere, quæ iuriſdictionem voluntariam, extra propriam diœceſim exerceri poſſe, docent. Legitimus autem ſenſus horum Concilij verborum: *Quoſcunque ſibi ſubditos, in diœceſi ſua*, hic eſt, nempe. Quod Eſpicopus poſſit abſoluere quoſcunque ſibi ſubditos, & quomodocumque ſibi ſubdantur: nempe, vel quia ſunt ordinarij ſubditi, vtpote, qui ibi domicilium habent: vel quia ſubduntur quo ad ſolum pœnitentiæ forum, eo quod in ſua diœceſi inueniuntur, tanquam aduenæ, & peregrini. Sic Sanchez *num.* 16.17. & 18. *cit.* & Petr. Ledeſma *diff.*1. *citata*, Diana *loco* etiam *citato.* Luyſius *lib.*2. *diſp.*25. *dub.*1. ita dicens: Mihi placet aſſerere Concilium concedens facultatem erga ſubditos, poſuiſſe eam particulam; *In ſua diœceſi*, non quaſi limitans facultatem: ſed affirmaſſe, quod eſt certum de abſolutione Prælati exiſtentis in ſua dœceſi; ſed non negauit Concilium poſſe illa vti extra territorium, erga ſuum ſubditum, ſicut alia facultate abſoluendi ab aliis peccatis: & hoc modo explicatur opinio P. Thomæ Sanchez; & defendi poteſt, non eſſe neceſſarium. Epiſcopum vel ſubditum eſſe intra locum Epiſcoparus. Sic ille.

QVÆSTIO LIV.

An poſſint Epiſopi abſoluere à prædictis delictis occultis Papæ reſeruatis, etiamſi hæc ad forum contentioſum ſint deducta?

Reſpondeo tanquam certum: Tunc non poſſe, quia ſic decreuit Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.*6. *cit.* Sic Auila 2.*part.cap.*7.*diſp.*1.*dub.*11.*concl.*3. ita ſcribens: Sed nota quod Tridentinum excipit delictum deductum ad forum contentioſum, vnde ſi delictum deductũ eſt ad forum contentioſum, etiam cum vnico teſte, non poteſt abſolui per Epiſcopum. Sic ille, ibi & *part.*7.*diſp.*10.*dub.*6. Henriquez *lib.*14.*cap.*7.*num.*5. Sanchez *lib.*2.*ſum.cap.*11.*num.*21. (non 11. vt leges apud Bonac.) & *lib.*8.*de Matrim.diſp.*34.*n.*57. & 58. Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*3.*punct.*2.*num.*1.*verſ. Quintò delicta*, & alij. Notantes ad id non referre quod iuſtè, vel iniuſtè res ſit ad forum contentioſum, ſiue in iudicium delata. Benè tamen quod Reo ſit intimata delatio, vt *q.*47. eſt habitum.

QVÆSTIO LV.

An ſaltem ſi delictum fuit deductum ad forum contentioſum, Reus tamen non conuictus in eo, poſſit Epiſcopus abſoluere à tali delicto reum?

Reſpondeo poſſe tunc, quia in illo caſu ceſſat ratio, ob quam crimen dicatur deductum ad forum contentioſum: nam perinde eſt, ac ſi non fuiſſet deductum: cum enim non fuerit probatum, & non deductum ad forum contentioſum cum effectu, verè cenſetur occultum. Sic Sanchez *num.* 21. *cit.* ita dicens. Quod ſi delinquens ſit defectu plenæ probationis in foro externo abſolutus, etſi falſis teſtibus defenderit ſe, ſiue definitiuè abſolutus ſit, ſiue ab inſtantia, ſeu obſeruatione iudicij, non dicatur delictum ad forum externum delatum. Inſuper ſi duo eiuſdem criminis conſortes ſint, ac alter ſolum ad iudicium deferatur: delictum alterius Rei nondum delatum erit occultum, ac ſubdetur huic poteſtati Epiſcopi. Quia res inter alios acta, aliis præiudicare nequit, quibus res iudicata non nocet, *l.*1.*C.res inter alios acta.* Sic Sanch. ex Nauarr. *lib.*2.*conſil.in* 2.*edit.tit de ſent.& re iud conſil.*2. Sic etiam Henriquez *lib.*14. *cap.*7. *n.*5. & clarius *c.* 20. *n.*4. Auila *loc.cit.* Bonac. *punct.*2.*cit.n.*2. & penes illum Molina, Praxis Neapolit. Barboſa, & alij. Villalob. *tract.*21.*diff.*9.*n.*11.

QVÆSTIO LVI.

An item poſſit Epiſcopus abſoluere ſuum ſubditum à delicto deducto ad forum contentioſum, caſu, quo, finito iudicio, punitus fuit?

Negant quidam: *Primò*, quia Concilium abſolutè dicit: *dummodo delictum non ſit deductum ad forum contentioſum*: ſed ſic eſt quod tale delictum verè fuerit deductum ad tale forum, nec Concilium diſtinguit: ergo. *Item*: quia Concilium dicit, *In delictis occultis*: at hoc eſt iam publicum: ergo ab illo nequibit Epiſcopus abſoluere. Ita Gutierrez *lib.*1. *quæſt. Can.cap.*3. *in fine.* Rodrig. *in* 2.*edit.ſum.c.*168.*fine.* Suarez *diſp.*41. *ſect.*2.*n.*5. & Garcias *p.*7.*cap.*11.*n.*50. quos citat & ſequitur Bonacina *diſp.*1.*q.*3.*punct.*2. *verſ. Vtrùm verè Epiſcopus*, & *diſp.*7.*q.*5.*punct.*1.*n.*6. Palao *tom.*1.*tract.*4. *diſp.*4.*p.*3.§.1.*n.*18.

Sed probabilius reſpondeo etiam poſſe, quia intentum Concilij, ſolùm fuit, conſeruare authoritatem iudicibus de illo delicto cognoſcentibus: ſed in hoc caſu, nihil authoritatis detrahitur iudicibus, vtpotè qui iam functi ſunt officio ſuo, delictum illud puniendo: ergo optimè poteſt Epiſcopus tunc à tali delicto abſoluere. Et per hoc argumentum ſufficientiſſimè ſoluitur primum in contrarium.

Ad ſecundum reſpondeo, quod ideo requirit Concilium, delictum eſſe occultum, vt vitetur publicum ſcandalum, quod facilè ſequeretur, ſi condonarentur delicta publica: ſed ſcandalum publicum ceſſat, per punitionem factam per iudicem, humiliter toleratam à delinquenti. Per illam enim purgat delictum, & ſatisfacit Reipublicæ offenſæ per tale delictum: ergo. Sic omnino Auila *part.*7.*diſp.*10.*dub.*7. vbi ait, ſe vidiſſe id in praxi in caſu ſimili ſæpe obſeruatum, nempe abſoluendo per Bullam ab excommunicatione deducta ad forum contentioſum, finito iam iudicio. Citatque pro hac parte Henriquez *lib.* 14.*cap.*7.*num.*5. in illis verbis: *Quandiu manet deductum ad forum contentioſum.* Idémque facit Sanchez his verbis: Id apertè videtur ſentire Henriquez (*loc.cit.*) vbi dicens, nequire Epiſcopum in delicto deducto ad forum contentioſum, addit hæc verba: *quandiu manet deductum ad forum contentioſum.* Sed certè Henriquez, apud me, non habet, *Quandiu manet*: ſed, *quando manet*, Ait enim, ſic: olim diſpenſatio huius (*irregularitatis cuiuſdam, intellige*) reſeruabatur ſoli Pontifici, nunc poſt Concilium Tridentinum reſeruatur, ſi procedat ex delicto publico: aut quando manet deductum ad forum contentioſum, quamuis vno tantum

teſte probetur. Sic Henriquez *ibi*, & idem habet, æquiualentibus verbis, *cap.20. num.4.* dum ſic ait: Excipit etiam Concil. Trident. vt non ſit deductum ad forum contentioſum, durante lite, & *cap.17.n.3. lit.H & cap.18.num.1.lit M.* Sentiat quidquid his verbis velit. Sentiunt clarè nobiſcum Sanchez *lib.2. ſum. cap.11 num.21.* Reginald.*lib.30.n.29.* Legatur Machado *tom.2. lib.4. part.6. tract 12. docum.4.n.4.* vbi refert vtramque ſententiam, nulli earum adhærens.

QVÆSTIO LVII.

An Epiſcopus poſsit abſoluere eum, qui in vno loco commiſit delictum publicum, & notorium, Papæ reſeruatum; ſed poſtea ſe tranſtulit ad alium locum, vbi eſt occultum, & ibi abſolutionem à tali delicto petit?

NEgant quidam, quia huiuſmodi delicta verè, & ſimpliciter ſunt publica: at ſic eſt, quod Epiſcopus non poteſt abſoluere à delictis publicis Papæ reſeruatis, ſed ab occultis tantum, vt ex ſuprà dictis conſtat: ergo. Ita Suarez *tom.4. in 3. part. diſp.30. ſect.2. num.2.* Bonacina *diſp.1. quæſt.3. punct.2. num.3.* Nauarr. *conſil.43. de tempor. ordin.* Sanctarell. *de hæreſi, cap.5. dub.6. num.26.*

Sed probabiliter certè reſpondeo: Poſſe abſoluere, caſu ſaltem, quo delictum, ita in loco diſtanti ſit publicum, vt non ſit ſpes, quod ad alium locum, vbi abſolutio petitur, deferatur. Ratio eſt, quia tale delictum verè eſt occultum in eo loco in quo abſolutio petitur: ergo verè ſubiicitur facultati Epiſcopi in dicto decreto Tridentini *cap.6. cit.* ſibi conceſſæ. Antecedens conſtat, quia (vt benè Durand. *in 4. diſt.18. quæſt.5. fine.* & *ibi* Palud *quæſt.6. art.1. n.5.* & Sanchez *mox citand.*) non ex hoc quod aliquis ſit publicus excommunicatus in vno loco, cenſeri debet publicus in alio: ergo. Sic Auila *2. part. cap.7. diſput.1. dub.11. concluſ.3.* vbi ita ſenſiſſe aliquos viros doctiſſimos Theologos, & Iuriſtas Salmanticenſes de hac re conſultos, quorum conſilio Epiſcopus Salmaticenſis de facto abſoluit ab huiuſmodi delicto. Sanchez *lib.2. ſumm. cap.11 num.20.* Duardus *in Bulla Cænæ, lib.3. §.2. quæſt.11. n.10.* Trullench *in Bull. Cruc. lib.1. §.7. cap.2. dub.6. num.2.* Barboſa *in Collect. ad Trident. cap.6. ſeſſ.24. de reformat. n.31.*

QVÆSTIO LVIII.

An Epiſcopus poſſit iure ordinario, abſoluere ab excommunicatione publica, etiam reſeruata Papæ, quando excommunicatus eſt impeditus recurrere ad Papam?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe, quia ſic habetur *in cap. Eos qui, cap. Ea noſcitur, & cap. De cætero, cap. Quamuis, cap. Mulieres, & cap. Quod his, de ſentent. excommunicat.* Sic Henriquez *lib.6. cap.9. num.7. & cap.16. num.1.* Syluester *verb. Abſolutio 4. num.7.* Nauarrus *cap.27. num.89. ad 7. & n.11. & 257.* Auila *2. part. cap.7. diſp.1. dub.6 concluſ.3.* Reginaldus *lib 9. num.2.* Vaſquez *de pœnitentia, quæſt 91. artic.3. dub.8. à num.1.* Bonacina *diſp.1. quæſt.3. punct.2. num.4.* Ægidius *diſp.14. dub.16. num.240.* Bauny *tract.2. diſp.3. de Abſoluente ab excommunicatione, quæſt.21.* Hurtadus *diſp.15. de excommunicatione, diff.3.* Cornejo *tract.5. de excommunicatione, diſp.11. dub.2.* Suarez *diſp.22. ſect.1. à n.61.* Alterius *lib.5. diſp.22. cap.2.* Diana *tom.5. tract.9. reſol.6.* Luyſius *lib.3. de Cenſur. diſp.29. dub.4. & 5.*

QVÆSTIO LIX.

Quot, & quænam ſint impedimenta legitima, propter quæ nequeat quis Papam adire; & conſequenter, poſſit Epiſcopus, illis interuenientibus, abſoluere à cenſura publica Papæ reſeruata?

REſpondeo eſſe quàm plurima. Nam *primum* impedimentum eſt, periculum mortis in itinere; aut grauis alicuius incommodi incurrendi. *cap. Si quis ſuadente 17. q.4. cap. Non dubium, cap. Ea noſcitur, cap. De cætero, & cap. Quamuis, de ſentent. excommun.*

Secundum eſt, infirmitas longa, etiamſi periculoſa non ſit, ex *cap. Quod de his, & cap. Quamuis, cit.*

Tertium. Sexus fragilitas, vt fœmina cuiuſcunque conditionis, *cap. Mulieres, cap. Quamuis, cap. Ea noſcitur, de ſent. excommun.* Inter quas præcipuè numerantur Moniales, *cap. de Monialibus, eod. tit.*

Quartum, impotentia ad iter faciendum, qualis inuenitur in claudis, aut podagra laborantibus, cap. *Ea noſcitur, cit.* Hos omnes námque, poſſe abſolui ab Epiſcopo abſque recurſu ad Pontificem, docet ex præcitatis iuribus, Nauarr. *cap.27 num.88.* his verbis: Porrò multi poſſunt ab Epiſcopo ab excommunicatione abſolui; putà morti propinquos, per idem cap. *Si quis ſuadente.* Mulier cuiuſcunque conditionis ſit, *cap. Mulieres, de ſentent. excom.* membra ſua captus, ſcilicet, claudus, cæcus, &c. iuxta Cum. *ibid.* Ægrotus perpetua, vel diuturna ægritudine, nequiens iter facere, putà tertiana, quartana, vel podagra. Sic ille.

Quintum eſt, Paupertas. cap. *Quod de his, & cap. Quamuis, de ſentent. excommunic.* Quia nemo tenetur mendicare, vt ad curiam vadat pro abſolutione à reſeruatis; niſi aliàs, vt quidam volunt, mendicus eſſet & mendicando ire poſſet Romam, quia tunc non excuſaretur Roman ire, cum non propterea caderet à ſuo ſtatu. Et ſic explicant cap. *Ea noſcitur, eod. tit.* cuius oppoſitum videtur definitum, illis verbis: *Alios autem, ſiue pauperes, ſiue diuites Sedi Apoſtolicæ, vel Legato eius, vt beneficium abſolutionis obtineant, neceſſe eſt præſentari.* Sed hanc limitationem ſic nudè ſumptam, non exiſtimo abſolutè veram; nam certè conſiderari debent aliæ circunſtantiæ dicti hominis, an habeant familiam, & an facilè poſſet in via inuenire eleemoſynam, &c. Legantur Nauarrus *cap.27 num.88.* Suarez *diſput.22. ſect.1 num.65.* Toletus *lib.1. cap.35.* Luyſius *lib.3. diſput.29. dub.5.* & Gloſſa *in cap. Ea noſcitur*, vbi hæc, quæ videntur contraria, capita, ſic explicat, nempe, quod *in cap. Quod de his, & in cap. Quamuis*, loquatur Pontifex de his, qui tanta paupertate laborant, quod ad Curiam ire non poſſunt, in cap. verò *Ea noſcitur*, de his, qui poſſunt ire, licèt pauperes ſint. Iuxta quam Gloſſæ explicationem; illi abſolui poſſunt ab alio quàm à Romano Pontifice; hi verò, minimè.

Sextum eſt, obligatio alendi vxorem, filios, & familiam, propria arte, ac labore. Vnde qui hos tenetur alere, & aliàs non ſit adeò diues, vt iter agendo, poſſit id ex propriis bonis facere ſufficienter cenſebitur pauper, vt per iura citata ire Romam excuſetur. Nauar. *loc. cit.* ex Ioan. Andrea, & Panormit. Suarez, Luyſius, Diana, Cornejo *loc. cit.*

Septimum eſt, ætas ſenis, vel impuberis. *cap. Ea noſcitur, cap. Quod de his, & cap. Quamuis, de ſent. excommun.* Quod eſt verum etiam caſu, quo impubes, petat poſt pubertatem abſolutionem ab excommmunicatione reſeruata, quàm ante pubertatem incurrerat. Vnde malè dixit Piaſecius *2. part. cap.1. art.3.* Impuberi huic, cum vir factus fuerit, abſolutionis cauſa, adeundum eſſe Pontificem, cum *cap. Quamuis, citato, & cap. Pueris, eod. tit.* cum, ab itenere in vrbem,

cum

Digitized by Google

cum adoleuerit: Gregorius IX. excuſet. Nauarr. Auila, Bauny, Diana, Cornejo, & alij.

Octauum eſt, cura animarum, vel temporale dominium, quando videlicet, timetur, quod per eius abſentiam, oues, aut vaſalli detrimentum patientur. *cap. Mulieres, cap. De cætero, &c. Ne pro dilatione, de pœnit. & remiſſ.* Auila: Cornejo, Diana.

Nonum eſt, eſſe ſub cura parentum, aut alteri adſtrictus, qui ſui iuris non eſt, veluti filiusfamilias, aut ſeruus, quando Papam adire non poſſunt ſine præiudicio parentis, vel Domini, *cap. Mulieres, de ſent. excom.* Niſi aliàs Pater, aut Dominus, conſentiat; aut filius emancipetur; & ſeruus manumittatur. *cap. Relatum, eod. tit.* Nauarr. Auila, Cornejo, Diana.

Decimum eſt, debilitas in viris delicatis, qui labores itineris ſuſtinere minimè poſſunt, *cap. Mulieres, & cap. Quamuis, cit.* Auila, Cornejo.

Vndecimum eſt, quodlibet aliud impedimentum, quod viri prudentis iudicio, moram proficiendi in vrbem facere poteſt excommunicato. Habetur *in cap. De cætero, cit.* ibi: *Vel alias iuſtas excuſationes, quibus ab itinere rationabiliter excuſetur, ita vt ſine periculo, Apoſtolico ſe nequeat conſpectui præſentare.* Nauarrus *cap. 27. cit. n. 88.* Suarez *num. 66.* Alterius *lib. 5. diſp. 22. cap. 2.* Auila, Cornejo, Diana, & alij. Qui, omnia hæc impedimenta ſumpſere, ex Gregorio IX. *cap. Quamuis, de ſent. excomm.* & ex Clemente III. *cap. Ea noſcitur, & c. Quod de his, eod. tit.* De quibus omnibus etiam nos breuiter diximus *1. p. de Sacr. tract. 5. diſp. 12. q. 73.*

QVÆSTIO LX.

An qui propter aliquod ex prærecenſitis impedimentis, non poteſt Romam adire, teneatur mittere Procuratorem, aut Epiſtolam, pro abſolutione à caſibus publicis Papæ reſeruatis?

AFfirmat Bonacina *diſp. 1. quæſt. 3 punct. 2. num. 4.* ita dicens: Ego verò exiſtimo teneri mittere ſaltem epiſtolam, ſi commodè pro abſolutione obtinenda, vt patet à ſimili de impedimentis Matrimonij: non enim credibile eſt, Papam velle ab Epiſcopo abſolutionem impendi, quando patet recurſus ad Sedem Apoſtolicam per Procuratorem, vel per Epiſtolam. Hæc ille.

Sed probabilius longè reſpondeo non teneri; ſed poſſe immediatè ad Epiſcopum recurrere pro abſolutione à dictis caſibus. Quia iura ſolum exigunt, vt perſonaliter Reus eat ad Papam, ſi poteſt, ceſſante impedimento, vt benè aduertit Nauarrus *cap. 17. n. 90. ad 5.* his verbis: Ad quintam, quod iuſtum habet impedimentum is, qui ire non poteſt, licet pro abſolutione mittere poſſit: non enim ad id ius eum obligat, ſed vult, vt ſi poſſit, vadat. Sic ille. Henriquez *lib. 6. cap. 9. num. 7. & lib. 12. cap. 3. num. 1. fine* Syluester *excommunicatio 8. §. 7.* Corduba *caſu 18.* Auila *2. part. diſp. 1. dub. 6. verſ. Secundò nota, poſt 3. concl.* Ægidius *diſp. 14. dub. 16. num. 241. verſ. Nota ſecundò.* Cornejo *tract. 5. diſp. 11. de excommunicatione, dub. 2. verſ. Secundò nota.* Bauny *tract. 2. diſp. 3. de Abſoluente, quæſt. 21. verſ. Quid ſi ante.* Hurtad. *diſp. 15. de excommunicatione, diff. 3. num. 10.* Alterius *lib. 5. diſput. 22. cap. 2. verſ. Poſtulabit aliquis.* Diana *part. 5. tract. 9. reſol. 6. in fine.* Vgolinus *tab. 1. cap. 4. §. 2. num. 13.* Sayrus *tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 13.* & Sanchez *lib. 2. ſumm. cap. 13. num. 14.* Qui id probat ex *cap. Quamuis, cap. Quod de his, & cap. De cætero, de ſent. excomm.*

* * *

QVÆSTIO LXI.

An ſi Reus, ita impeditus, non poſſit adire Pontificem, poſſit tamen adire legatum, aut ad alium habentem priuilegium ad abſoluendum à cenſura reſeruata; tunc poſſit abſolui ab Epiſcopo?

AFfirmant multi DD. Quia extraordinaria poteſtas conceſſa legato, aut Religioſis, non tollit ordinariam Epiſcoporum, quibus ius commune, vt vidimus, poteſtatem in neceſſitate, circa cenſuras Papæ reſeruatas, tribuit. Ita Henriquez *lib. 6. cap. 10. num. 1. & lib. 13. cap. 3. num. 1. lit. H.* & penes ipſum aliqui Recent. Auila *part. 2. cap. 7. diſp. 1. dub. 6. concluſ. 3. verſ. Quartò nota.* Hurtad. *diſp. 15. diff. 3. n. 11.* Cornejo *dub. 2. cit. verſ. Sed quæres tertiò.* Diana *part. 5. tract. 9. reſol. 6. verſ. Notandum eſt.* citat etiam pro hac parte Bauny, Ægidium *diſp. 14. dub. 16. num. 240.* Sed malè, cum oppoſitum cum Nauarro ſentiat. Et licèt hæc opinio ſit ſatis probabilis, & in praxi conſequenter tuta.

Probabilius tamen reſpondeo: Tunc non poſſe Epiſcopum à prædictis publicis reſeruatis Papæ cenſuris abſoluere. Quia facultas abſoluendi à recenſitis cenſuris, iure communi facta Epiſcopis, ortum habuit à neceſſitate, vt ex dictis nuper conſtat: at hæc ceſſat, quando adeſt, qui ordinaria, aut delegata facultate abſoluendi à reſeruatis eſt inſtructus: ergo. Sic Nauarr. *cap. 27. num. 90. ad 4.* Corduba *caſu 18.* Panorm. Felin. & Anton. Gabr. *1. part. 213.* Bernard. Diaz *reg. 7.* Syluester *abſolutio 4. §. 1.* Armilla *excom. 1. §. 9.* Quos omnes pro hac parte refert Henriquez *loc. cit.* Bonacina *diſp. 1 de Cenſur. q. 3 punct. 2. num. 4. verſ. Rurſus addit.* Lugo *de pœnit. diſp. 20. num. 221. pag. 497.* Ægidius *loc. cit. num. 242. verſ. Nota quartò.* Bauny *tract. 2. diſp. 3. de Abſoluente, q. 21. fine.* Candid. *diſquiſ. 22. art. 51. dub. 3. dicto 5.* Tannerus ſtatim citand. Et nos etiam *1. part. tract. 5. diſp. 12. quæſt. 74. & 2. p. tract. 9. diſp. 24. q. 21.*

QVÆSTIO LXII.

An ſi Reus, non poſſit recurrere ad legatum, nec ad Epiſcopum, poſſit tunc abſolui à Parocho, aut ab alio legitimo Confeſſore, à præfatis caſibus publicis Papæ reſeruatis?

AFfirmat Syluester *verb. Abſolutio 3. in fine.* Henriquez *lib. 6. cap. 9. num. 7.* per hæc verba: Qui impeditus eſt perſonaliter adire Papam, poteſt abſolui ab Epiſcopo, & abſente Epiſcopo, fortè poſſet abſoluere Parochus. Ita ille *ibi.* Quod reperit *cap. 10. n. 1.* & nouiſſimè Tannerus *tom. 4. diſp. 6. q. 10. dub. 6. num. 122.* vbi ſic ait: Similiter, ſi excommunicatus excommunicatione Papæ reſeruata, propter legitimum impedimentum Papam, aut alium ab eo facultatem habentem, adire non poſſit, poteſt abſoluere Epiſcopus; quod ſi nec Epiſcopum poſſit adire, Parochus; eóque deficiente, quivis approbatus Confeſſarius. Ita Tannerus. Quem refert, nec repugnat, Diana *p. 5. tract. 9. reſol. 6. §. Nec deſinam,* & ex illo Auſon. *in ſua ſum. verb. Abſolutio à cenſuris, n. 39.* Et licet hæc ſententia ſit probabilis:

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe Reum in prædicto caſu abſolui à Parocho, quia Pontifex ſolum conceſſit Reo recurſum ad Epiſcopum, eo quod rectè exiſtimarit, rarò contingere poſſe, vt extra articulum mortis, ad Epiſcopum non poſſit recurri. Sic Suarez *tom. 4 in 3. diſp. 30. ſect. 2. n. 12. & 13.* Ludou. de S. Ioan. *in ſua ſum q. 5. art. 18. diff. 4. pag. 436.* Lugo *de pœn. diſp. 20. n. 225.* Quos pro eadem reſponſione citauimus *1. p. loc. cit. q. 75.* Granados etiam *de fide, controu. 1. tract. 15. diſp. 14. ſect. 4.* & Sanchez *lib. 2. ſumm. cap. 13. n. 37.*

Digitized by Google

QVÆSTIO LXIII.

An qui ratione articuli mortis, aut alterius impedimenti legitimi, eſt abſolutus per Epiſcopum, ab excommunicatione Papæ reſeruata, teneatur poſtea, ceſſante impedimento, ſe præſentare Pontifici?

RESpondeo teneri ſe præſentare, quàm citò commodè poterit: aliàs ſi in mora fuerit, reincidet, ipſo iure, in eandem excommunicationem, vt habetur *in cap. Eos qui, de ſentent. excommunic. in 6. & in cap. De cætero, & cap. Ea noſcitur, de ſentent. excomm.* vbi decernitur quod Confeſſor debet pœnitenti, ſeu Reo iniungere, vt ceſſante impedimento; ſe præſenter Pontifici. Sic docent omnes Doctores. Addentes quod quando caſui reſeruato non eſt annexa excommunicatio, tunc onus comparendi non eſt impendendum Reo, eo quod nullo iure id caueatur. Legantur Suarez *tom.4.in 3.part. diſp.30.ſect.3.num.6.* & Sanchez *lib.2. ſumm.cap.17.n.24.*

QVÆSTIO LXIV.

An hoc onus ſe præſentandi Papæ, ſit imponendum ſub iuramento omnibus excommunicatis prædictis?

NEgat Auila 2.*part.c.7.diſp.3.dub.4.*dicens, id non eſſe neceſſarium, niſi ſolum percuſſoribus Clericorum, quia de his ſolum expreſsè determinatur *in cap.de Cætero, & cap. Ea noſcitur, de ſentent. excomm.*

Sed probabiliùs reſpondeo omnibus eſſe imponendum (exceptis pueris, vt *ſup.q.59.* eſt habitum.) Quia ſic colligitur ex prædictis iuribus citatis, & docent Nauarr.*c.27.n.89.in fine.* Corduba *in ſumm.quæſt.18. punct.1.dicto 2.* Manuel *in Bulla Cruc.§.9.n.55.*& Sanchez *lib.2 ſumm.cap.13.n.26.*

QVÆSTIO LXV.

An etiam à mulieribus ſit exigendum hoc, comparendi Pontifici, iuramentum?

NEgat Auila 2.*part.dub 9.cit.* Quia exiſtimat, Fœminas non teneri ſe præſentare Pontifici. Citátque Nauarrum *lib.5.de conſil.de ſent.excom.conſ.14.* id ipſum docentem. Quod prius fecit Syluester *verb. Abſolutio 1.n.3.* quatenus docet, mulieres habere impedimentum perpetuum adeundi Pontificem, & ideo poſſe abſolui ab Epiſcopo à cenſura Canonis, ſine onere illi comparendi.

Sed probabilius longè abſolutè reſpondeo etiam à mulieribus eſſe, regulariter loquendo, exigendum iuramentum comparendi Summo Pontifici. Quia ab hoc onere ſolùm eximuntur pueri ſeu impubes, hoc eſt, minores quatuordecim annorum, quibus non eſt iniungendum, vt Papæ ſe poſt pubertatem ſe præſentent, vt probauimus *ſupr.q.59.* & docet Sanchez ex Nauarro, Cordoua, & Rodrig. *loc.cit.*

Nec Nauarrus docet oppoſitum firmiter, ſed ſatis cum formidine, ait enim ſic, *num.4.* Secundò, quod longè maior eſt difficultas, an ſicut mulier percutiens Clericum propter ſexus fragilitatem poteſt abſolui ab excommunicatione, *(cap.Si quis ſuadente,)* non impoſito ei onere veniendi ad Sedem Apoſtolicam; poſſit abſolui ab excommunicatione ita ſimpliciter, vt non teneatur venire per ſe, vel ſaltem per alium ad Sedem Apoſtolicam pro mandato eius ſuſcipiendo. Nam pro negante facit, quod alioqui nulla erit excommunicatio Papalis mulieribus, quod videtur, iuxta *cap. Mulieres, de ſentent. excommunic.* Et ſicuti impubes percutiens Clericum, ſimili modo poteſt abſolui (iuxta *cap.1.eod.tit.& cap.vlt.*) Hucuſque meus Nauarrus. Cui in hac parte non aſſentio; cum (vt ipſemet fatetur) praxis ſtet pro oppoſita, cum quotidie videamus, mitti mulieres Romam pro abſolutione excommunicationum Papæ reſeruatarum.

QVÆSTIO LXVI.

An huiuſmodi præſentatio, quæ Papæ eſt facienda, ſit ad obtinendam aliam abſolutionem de nouo?

REſpondeo quod non, cum iam Reus plenè abſolutus ſit; habetur *in cap. Quamuis, & cap. De cætero, de ſentent. excommunicat.* & docent Henriquez, & Suarez, quos citat, & ſequitur Sanchez *vbi infrà.* Sed ad obediendum mandato Pontificis; & vt conſtet, vtrum ſatisfecerit patri. Vnde affirmat Nauarr. *cap.26.num.26.§.An autem,* quod ſi conſtet iam ſatisfeciſſe parti, non teneatur ſe præſentare Papæ: Quia non videtur (ait ille) teneri ad parendum iudici, ſi cum parte concordauerit, vel aliàs ſatisfecerit tantum, quantum debebat coram Deo: quia mens præfati cap. *Eos,* illa videtur eſſe, quæ magis eſt attendenda, quàm verba, præſertim in foro conſcientiæ. *cap.penult.de regul.iur lib.6. & l. In conditionibus, ff. de condit.& demonſtrat.* Sic Nauarrus. Et ex illo, ſic Auila *dub.4.cit verſ.Secundò nota.* Henriquez *lib.13.cap.29. num.2.* & Cornejo *diſp.11.de excommunicatione, dub.1. verſ.Nota ſecundò.* Sed hanc limitationem non admittunt Suarez *tom.4.in 3.part.diſp.30.ſect.3.num.6.* nec Sanchez *lib.2.ſumm.cap.13.num.29.* Quia exiſtimant adhuc in illo caſu teneri excommunicatum ſe præſentare, eo quod ſatisfactio partis, non ſit huius præſentationis adæquatus effectus finis: cum etiam prædictum onus comparendi, ſit etiam pars pœnæ ab Eccleſia tali delicto impoſitæ, & ordinatur ad ſpecialem modum ſatisfactionis, & obedientiæ Eccleſiæ exhibendum.

QVÆSTIO LXVII.

An qui tenetur ſe præſentare Papæ, ſufficiat id facere per Procuratorem?

NEgat Hoſtienſ. apud Syluestrum *excommunicat.8. num.8.verſ.Septimò,* exiſtimans, quod qui tenetur ſe præſentare perſonaliter abſolutori, pro abſolutione obtinenda, ceſſante impedimento acceſſus ad eum; non poſſit talem abſolutionem per Procuratorem petere. Quod idem ſentit Innoc. licèt hic concedat, poſſe, exiſtente iuſta cauſa, abſolutionem per Procuratorem peti. Citat etiam Sanchez pro hac parte, Abbatem *in cap.Decreto, num. 1.* Anchar. *cap. Eos, qui de ſentent.excomm. in 6.* & ibi Coſtam *num.16.* Nauarrum *cap.27. num.90. verſ. Ad 5.* Vgolinum *tab.2. cap.14.§.5.n.4.*& Sayrum *tom.1.lib.2.cap.16.n.13.* Sed ex his malè citat meum Nauarrum, *vt infrà.*

Sed probabilius reſpondeo ſufficere ſe præſentare per Procuratorem regulariter loquendo: Quia ius benignè concedit, non quidem, vt teneatur impeditus mittere Procuratorem, ſed, vt non impeditus poſſit per ſe ipſum, vel Procuratorem ire. Sic Caiet. *in ſumma, verb. excommunicatio, cap.69.* Syluester *loc. cit.* cum Archidiac.& Specul. Armilla *verb.excommunicatio, §.59.* Tabiena *excommunicatio 5.num.5.* Henriquez *lib.6.c.9.num.7.in fine, & lib.19.cap.29.n.2.* Qui dicunt, ita ſeruari in Curia. Auila 1.*part.cap.7.diſp.3. dub. 4. verſic. Tertiò nota.* Cornejo *dub. 1. citat. verſ. Nota tertiò.* Diana *part. 5. tractat. 9. reſolut.6. verſ. Notandum eſt.* Et ſic Nauarrus *in ſumma, cap.27. n.46.*

Digitized by Google

*num.*46. per hæc verba: Nonò, quod excommunicati à iure, vel homine, qui ob grauem morbum, aut ob aliud iuſtum impedimentum faciunt ſe abſoluere ab eo, qui ſine illo non poterat, debent ſe præſentare ceſſante impedimento, quàm cito commodè poſſunt ei, qui eos iure poterat abſoluere: alioquin recidunt in eandem excommunicationem, cap. *Eos, de ſent. excommun. lib.*6. Idem de iis, quos abſoluunt Legati Sedis Apoſtolicæ, cum onere præſentandi ſe ſuis Ordinariis, aut aliis quibuſlibet, ad ſuſcipiendam pœnitentiam, aut ſatisfaciendum ei, quem iniuria affecerunt: ſed non tenentur regulariter ſe præſentare perſonaliter, ſed ſatis eſt mittere Procuratores ad id idoneos, ſecundum Caietanum *in ſum. verb. excomm. cap.*69. Hucuſque Nauarr. Non ergo eſt, vt vult Sanchez, pro oppoſita parte. Nec oppoſitum docet *num.*90. *verſ. Ad* 5. ſed potiùs confirmat hanc eandem partem, vt conſtat ex verbis ipſius adductis, *q.*60. Tenet tandem hanc noſtram ſententiam, ipſemet Sanchez *lib.*2. *ſum. cap.*13. *num.*33. loquendo de aliis caſibus reſeruatis, excepto caſu excommunicationis, ob Clerici percuſſionem. Legantur dicta à nobis *tractatu* 1. *diſputat.*11. *quæſt.*21.

QVÆSTIO LXVIII.

Quale cenſeatur tempus commodum, intra quod reus abſolutus ſe præſentare debeat, ne in Cenſuram reincidat?

RESpondeo quod, quoad forum exterius, relinquitur prudentis arbitrio, habita conſideratione perſonæ, temporis, & loci, argum. *l.*1. *ff. de iur. delib cap. de cauſis, de offic. Deleg.* Quoad forum autem interius, relinquitur conſcientiæ rei abſoluti, argum. Gloſſ. *cap. Significaſti* 2. *de homicid.* Sic ex Nauarro, Auila *part.*2. *cap.*7. *diſput.*3. *dub.*4. his verbis: Quartò nota, quod tempus intra quod, quàm cito commodè poteſt, tenetur ſe præſentare, in foro exteriori, penſandum eſt arbitrio boni viri. Sic Nauarrus *cap.*27. *num.*113. nempe, ita vt, ceſſante impedimento, concedatur ſibi aliquod modicum tempus, vt ſibi prouideat de neceſſariis, habita ratione perſonæ, temporis, & locorum: In foro autem interiori, relinquitur conſcientiæ abſoluti. Hucuſque Auila, ex Nauarro. Sic etiam D. Anton. 3. *part. tit.*24. *cap.*47. Syluester *verb. excommunic.*8. § 5. Sayrus *tom.* 1. *Theſauri, lib.*3. *cap.*28. *in fine.* Qui, id benigne eſſe interpretandum, itaut ſat ſit, non adeſſe negligentiam, & fraudem, docent. Sanchez *lib.*2 *ſum. c.*13. *num.*25. Henriquez *lib.*13. *cap.*19. *num.*2.

QVÆSTIO LXIX.

An hoc onus ſe præſentandi, iniungendum ſit reo, quando abſoluitur virtute Bullæ, aut Iubilæi, vel alterius priuilegij concedentis abſolutionem à reſeruatis?

RESpondeo quod nullo modo. Quia, cum tunc abſoluatur directè, & abſolutè, virtute Bullæ, Iubilæi, &c. non tenetur ſe Superiori præſentare. Sic Cornejo *diſput.*11. *de excommun. dub.*2. *pagin.*712. his verbis: Nota vltimò, hanc obligationem ſe præſentandi Superiori, ſolùm intelligi, quando quis abſoluitur, ſolo titulo periculi mortis, vel legitimi impedimenti, ab eo, qui aliàs abſoluere non poterat: nam ſi abſoluatur per Bullam Cruciatæ, aut Iubilæum, etiam in nullo exiſtente impedimento, & (*addo ego*) Medina *lib.*2. *ſum cap.*12. Henriquez *lib.*6. *cap.*2. *num.*2. & *lib.*13. *c.*29. *num.*3. Suarez *tom.*4. *in* 3. *part.* 30. *ſect.*1. *num.*6. Rodrig. *in addit. ad Bull. Cruc.* §.9. *num.*4. Sanchez *lib.*2. *ſum. cap.*13. *num.*31. Qui benè excipit abſolutionem hæretici externi præſtitam in mortis articulo habenti Bullam Cruciatæ. Quia cum hæc, nil circa eam concedat, perinde eſt, ac ſi is Bulla careret. Ideóque iniungendum eſt ei, vt ſi euaſerit, ſe præſentet. Auila 2. *part. cap.*7. *diſp.*3. *dub.*4. *verſ. Quintò maximè nota.*

QVÆSTIO LXX.

An Epiſcopus poſſit abſoluere Religioſos, (vel Religioſas) exemptos, ab omnibus caſibus reſeruatis, qui conceduntur in Trid. ſeſſ.24. cap.6. *Epiſcopis, erga ſubditos ſuos?*

NEgant plures DD. Quia manifeſtum eſt, quod Epiſcopus id facere nequeat, niſi Religioſus, (vel Religioſa) exemptus, ſe ſubiiciat Epiſcopo, vt ipſum à reſeruatis abſoluat: at ſic eſt, quod Religioſus non poteſt cedere priuilegio exemptionis; cum in hac exemptione, non ſolum ſit fauor exempti, ſed etiam Superioris, hoc eſt, Pontificis eximentis, per quam exemptos ſibi immediatè ſubiecit, quare ſua intereſt conſeruare hanc immediatam ſubiectionem: ergo in hoc caſu, non valet regula textus *in cap. Ad Apoſtolicam, de Regular.* vt valeat quis renunciare fauori pro ſe introducto; illa enim habet locum, quando pro ſe ſolo eſt introductus. Et ideo ita ſentiunt Roſella *verb. Abſolutio* 3. *num. vlt.* Angelus *excommunicat.*5. *caſu* 1. *num.*40. Armilla *verb. exempt. num.*9. Rodriguez *tom.*2. *qq. regul. quæſt.*63. *artic.* 10. & *tom.*1. *quæſt.*36. *art.* 5. Suarez *tom.*2. *de Relig. tract. de voto lib.*6. *cap.*11. *num.*7. Petr. Ledeſma *tom.*1. *ſum. tract.*1. *cap.*6. *diffic.*3. *poſt* 20. *concluſ.* Gloſſa, & Imola, in Clement. *penult. de ſentent. excommunic.* Ioann. Andr. Francus, Antonius, Abbas, Alexand. de Neuo, Soccinus, Dominicus, Decius, Felinus, Henricus, quos citat Sanchez *lib.*4. *ſum. cap.*39. *num.*29. & alij Recent. apud Auilam *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe Epiſcopum abſoluere dictos Religioſos (& Religioſas) exemptos, ab omnibus caſibus reſeruatis occultis, conceſſis in d. Trident. decreto Epiſcopis, erga ſuos ſubditos: dummodo illi ſe ſubiiciant de licentia ſuorum Prælatorum.

Primò, quia probabilius eſt, quod Religioſus exemptus poſſit ex licentia ſui Prælati ſubiici Epiſcopo; vt in prædictis caſibus eum abſoluat. Quia exemptio Religioſorum eſt indicta potiſſimè in fauorem Religionis, vt eius Religioſi quietius Deo famulentur, & ne paſſim ab Ordinariis perturbentur: ergo in iis, quæ quietem, & fauorem Religionis concernunt, non debent eſſe peioris conditionis, quàm alij non exempti. Nec rationi conſonat, vt exemptionis priuilegium in hoc caſu contra eius finem operetur, impediens hanc ſubiectionem.

Secundò, quia ſunt priuilegia Pontificum concedentia hanc ſubiectionem Epiſcopo, de Superiorum licentia faciendam, vt ab ipſo impetretur abſolutio, vt affirmant Corduba *in compend. priuileg. Mendic. in Addit. verb. Abſolutio Ordin. quoad fratres*, §.1. & ex illo, Sanchez *vbi infrà*: ergo quidquid ſit de iure, ſaltem Religioſi fruentes priuilegiis Mendicantium, poſſunt virtute eorum priuilegiorum ſe ſubiicere Epiſcopis ad eum effectum, obtenta Superioris licentia. Sic Federicus Senenſ. *conſil.*14. *à num* 5. Rodriguez *tom.*1. *ſumm. in* 2. *edit. cap.*131. *num.*2. Molina *tom.*4. *de Iuſtit. diſput.*61. *num.*4. Suarez *tom.*4. *de pœnitent. diſput.* 30. *ſect.*1. *num.*3. vbi affirmant ita praxi receptum, & *tom.*5. *diſput.* 41. *ſect.*2. *num.*12. Henriquez *lib.*6. *cap.*16. *num.*8. & *lib.*7. *cap.*25. *num.*2. & *lib.*10. *cap.*20. *num.*2. *iuncto commen. lit. H.* & *lib.*14. *cap. vlt.*

Digitized by Google

fine. Auila 2.part.cap.7.diſput.1.dub.6.concluſ.1. Sanchez lib.2. ſumm. cap.11. num.10. & latè lib.4.cap.39. num.32.& 33. & penes ipſum, Barbarius, Lapus, Ancharanus, Albericus, Iaſon, Corneus, Ioann.de Lignano, Verberius, Directorium, Summa Piſana, & alij. Quibus addi poſſunt Zerolla in praxi Epiſcop.1.part. verb.Vicarius, §.18.dub.4. Congregatio Cardinal. teſte Petro Marzilla ſeſſ.24.cap.6. Concil.Trident. Bonacina diſp.1.quæſt.3.punct.2.num.5. Hurtadus diſp.15. de excomm.difficult.3.num.11.verſ. Deinde Epiſcopus. Diana 1.part. tract.5.reſolut.6. cum Finellio tract. de caſibus reſeruat.cap.7.num.7.& part.8.tract.3.reſol.48.cum Baſilio lib.8.de Matrim.cap.5.num.14. & Merolla tom.2. diſp.4.cap.6.num.145.

QVÆSTIO LXXI.

An, ſi Prælatus negaret licentiam Religioſo, ſubijciendi ſe Epiſcopo; poſſet tunc hic, eum à reſeruatis abſoluere?

NEgat Megala 1.part.lib.1.cap.13.num.10. cui fauent Henriquez lib.7.cap.25. num.2. citat. & ex illo, Auila loc.cit. quatenus abſolutè affirmant; non poſſe Religioſum ab Epiſcopo abſolui, ſi ille non habeat ſui Prælati regularis licentiam; quia ita decreuit Paulus III. anno 1545.

Sed probabiliùs cum diſtinctione reſpondeo: non poſſe quidem Religioſum abſolui ab Epiſcopo à reſeruatis, caſu, quo Prælatus regularis, Religioſo iuſtè denegaret licentiam ſubijciendi ſe Epiſcopo, quoad hunc effectum, (quod quidem, & non aliud, voluit Paulus III.) ſecus verò caſu, quo iniuſtè talem illi ſcientiam petitam denegaret. Quia in hoc caſu, per epicheiam, non eſt cenſendum voluntatem Summi Pontificis, & Religionis eſſe, vt Epiſcopus talem Religioſum exemptum non abſoluat, ne is cogatur vagari, & accedere ad Sedem Apoſtolicam, gratia abſolutionis impetrandæ. Sic Molina tom.4.de Iuſt.diſp.61. num.5. Quem citat, & ſequitur Sanchez lib.4. ſumm. cap.39.num.36. Baſilius Legion. lib.8.de Matrim.c.15. num.14. Suarez tom.4.in 3.parte diſp.30.ſect.2.num.3. Diana reſol.cit.6.in fine.

QVÆSTIO LXXII.

An Prælati Regulares poſſint abſoluere ſuos ſubditos ab omnibus caſibus occultis etiam Bullæ Cœnæ, Papæ reſeruatis, vigore decreti Trid. ſeſſ.24.cap.6.

NEgant communiter Doctores. Quia Concilium, id ſolum concedit Epiſcopis, aut habentibus iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quaſi Epiſcopalem; non Regularem: ergo Prælati huiuſmodi regulares, non poſſunt, vigore dicti decreti, abſoluere ſuos ſubditos à caſibus occultis Papæ reſeruatis, ſicuti poſſunt Epiſcopi, cum nomine Epiſcopi, non veniant Prælati Regulares. Ita, & à fortiori, ſentiunt Syluester, Abbas, Innocent. Hoſtienſ. Angel. Cenedo, Suarez, Aragon, & Petr. Ledeſma, citati ſuprà quæſt.44. Quibus addi poſſunt Auila part.7.diſput.10.dub.6.notab. Sanchez tom.1.ſumm.lib.2.cap.11.num.7. Garcias de Benef. part.7.cap.11.num 13. & 20. Armenda in addit.ad recopilationem legum Nauarræ, tit.18. lib.7. de irregularit. num.10. Fagundez lib.1. in primo præcept. Decal.cap.15. num 21. Hurtadus diſput.2. de irregularit. difficult.20. num.67. verſ. Nomine autem Epiſcopi. Barboſa 2 part. allegat.39. num.18. & Caſtro Palao tom.1. tractat.4. diſp.4 punct.3.§.1.num.5.

Sed probabiliter certè reſpondeo: poſſe Prælatos regulares abſoluere ſuos ſubditos à prædictis caſibus occultis reſeruatis, vigore dicti decreti Tridentini (ſi aliàs non ſit reuocatum, de quo infra.) Quia probabile ſanè eſt, quod nomine Epiſcoporum, in dicto decreto veniant Generales, & Prouinciales Regularium: cum habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem: ergo ſicuti Epiſcopi poſſunt abſoluere ſuos ſubditos, vigore dicti decreti à caſibus occultis, etiam Bullæ Cœnæ, Papæ reſeruatis; ita eodem modo poterunt Prælati Regulares abſoluere à ſimilibus ſuos ſubditos. Maiorem, in qua eſt difficultas, docent quàm plures DD. vt fatetur Villalobos tract.21.diff.9. num.7. per hæc verba: [Lo quarto ſe aduierte, que ay dificultad ſi ſe entienden en eſta conceſſion por Obiſpos, los que tienen Iuriſdicion quaſi Epiſcopal, quales ſon los Prouinciales, y algunos Abbades eſentos, y arriba refeti vna opinion de Suarez por vna declacion de Cardenales, en que tienne la parte negatiua, y lo miſmo tiene aqui, de Cenſur. diſput.41.ſect.2.à n.7. y fundaſe en que eſta Conceſſion por la parte que deroga al derecho comun, ſe ha de interpretar eſtrechamente.

Otros dizen que ſe eſtiende eſta conceſſion à los Generales, Prouinciales, y Abbades eſentos, que tienen Iuriſdicion quaſi Epiſcopal, laqual ſentencia es comun, como dize el P. Fray Manuel Rodriguez tom.1.qq. regul. quæſt.61. art.9. Sanchez lib.8.de Matrim.num.13.& 14. Henriquez lib.10. cap.20. num.2. y otros muchos, la razon es, porque la facultad de diſpenſar ſe ha de interpretar latamente, como diſimos arriba, aunque ſea delegada, porque es fauorable: y como eſta conceſſion compete por derecho ordinario, y eſtà pueſta en el cuerpo del derecho (porque el Concilio Tridentino tambien lo es) y de aqui tambien le dize, que ſe ha de interpretar latamente. Item porque todos eſtos, reſpecto de ſus ſubditos tienen plenaria Iuriſdicion, que ſolo difieren de los Obiſpos en la Conſagracion, y anſi pueden aprouar confeſſores para ſus Inferiores, aunque es proprio de los Obiſpos conforme al Concilio Tridentino ſeſſ.23. cap.15. de reformat. Eſta ſecunda ſentencia, tambien es probable, como dize Suarez, y es muy conforme à derecho, y eſtando en ella à la razon de la contraria, ſe reſponde, que el Concilio Tridentino haze nueuo derecho: y aſſi no ſe ha de intrepretar eſtrechamente.] Hucuſque Villalobos. Qui tamen malè citat Henriquez, pro hac parte lib.10.cap.20.num.2. cum ibi non de Poteſtate Prælati Regularis; ſed de poteſtate Epiſcopi reſpectu Regularium circa eorum irregularitates diſpenſandas, loquatur. Tenent nihilominus Granados controuerſ.1.de fide tract.15.diſput.14.ſect.2.n.4. ita ſcribens: Imò valde probabile eſt comprehendi Prælatos Religionum habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt Generales, & Prouinciales: quia licèt non dicantur ita rigoroſè habere diœceſim, habent tamen in aliquo ſenſu, cum domus, & Prouinciæ Religionis illis ſubdantur, & ab Eſpicopo ſint exempti. Hucuſque Granados. Et etiam Bauny tract. 2. de Cenſur. diſput. 3. de abſoluente ab excommunicatione, quæſt.16. Qui ad antecedens argumenti pro contraria ſententia adducti, his verbis, reſpondet. Ad antecedens dicendum: Epiſcopi nomen bipartitò ſumitur: primò, propriè; pro his dumtaxat, qui Epiſcopi ſunt charactere inſignes: Secundò, latè, vt ad eos quoque pertinet, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent, occaſione Prouinciæ, quam obeunt, muneris quod faciunt. Epiſcopi nomen primo modo acceptum, Regulares non amplectitur, ſed altero tantum. Sic Bauny. Sic etiam Magiſter Antonius de Hinojoſa Ordinis Prædicatorum in directorio Deciſionum Regularium, verb. Abſolutio 1. vbi ſic dicit: Abſolutio à quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ac diſpenſatio in irregularitatibus

tibus

Digitized by Google

tibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, (excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentioſum) quæ in foro conſcientiæ licet Epiſcopis per Concilium Trident. *ſeſſ.24.cap.6.* vel cui ſpecialiter duxerint committendum, ſuper ſibi ſubditos: licet quoque Prælatis Ordinariis, Prouincialibus, Prioribus, &c. ex declaratione ipſius Iuris, Concilij. *vt infra confirmatio priuilegiorum.* Sic Hinojoſa ibi. Quod latè probat, *verbo, Confirmatio gratiæ, ſtatuti, vel priuilegij, fol.121. verſ. Prima aſſertio,* (cuius probationem, *infrà qu.76.* referemus. (Sic etiam § *De poteſtate quæ ſecundũ iura canonica competit Prælatis Ordinis, in Fratres, fol.361.* Tenent etiam alij. Et id eſſe probabile clarè affirmant, ſeu inſinuant, Sanchez, & Suarez *loc.cit.* & nouiſſimè Frater Ioannes de Soria *in Epilogo Summarum 2. part. tract.1. ſect.1. diſput. 6.§. circa caſus reſeruatos,* per hæc verba: Probabile eſt quod Epiſcopi, & qui per conceſſionem Tridentini vtuntur hoc priuilegio, vt ſunt Generales, Prouinciales, & Cuſtodes, qui curam fratrum habent, poſſunt abſoluere à peccatis omnibus reſeruatis, quamuis contenta ſint in Bulla Cœnæ Domini: quia priuilegium Principis cenſendum eſt firmum: & conſtans. Sic ille. Quintanadueñas *tom.1. Theolog. Moral. tract.8.dub.16.* vbi noſtram ſententiam eſſe probabiliorem his verbis affirmat: Secunda Concluſio. Facultates, quas iure communi, & ratione ſui officij habent Prælati Regulares, Generales, ſcilicet, Prouinciales, & Superiores ad locales ad abſoluendos ſuos ſubditos à peccatis, & Cenſuris Papæ, & Epiſcopis reſeruatis: necnon ad diſpenſandum in irregularitatibus & votis, ac ea commutandum, non ſuſpenduntur per Bullam huius Iubilæi: Ratio eſt eadem, cum facultates hæ ordinariæ ſint in his Prælatis, vt probant Sanchez *lib.8. de Matrimon. diſput.3. num.9.* Nauarrus *lib.1. conſil. de tempo. Ordinat. conſil.62. n.9.* & alij. Hi ergo Superiores habent circa ſuos ſubditos hoc anno (*ſancto, intellige*) omnes facultates abſoluendi, commutandi, diſpenſandique, quas circa ſuos habent Epiſcopi, poſſúntque eas delegare. Et licèt Sanchez *lib.8. de Matrimon. diſput.1. num.13.* Suarius *tom.4. in 3. part. diſputat.30. ſect.2. num.7.* & alij apud Barboſam *in Trid. ſeſſ.24. cap.6.* exiſtiment hanc facultatem illis competere ſaltem Generalibus, & Prouincialibus per communicationem priuilegij conceſſi à Pio V. Patribus Dominicanis: probabilius eſt, facultatem, quam Tridentinum ibi concedit Epiſcopis, extendi ad Prælatos Religionum exemptarum. Sunt enim hi, reſpectu ſuorum ſubditorum, Paſtores ordinarij, ſicut Epiſcopi reſpectu ſæcularium, habéntque quaſi Epiſcopalem Iuriſdictionem. Ita Emman. *tom.1. quæſt.61. art.9.* Nauarrus *lib.5. conſil.23. de priuileg.* Beja 4. *part. caſu* 38. & alij. Enim verò Pius V. non ideo his Prælatis hoc conceſſit, quia iam non eſſet conceſſum per Tridentinum, ſed ad tollendas opiniones, & ſcrupulos, & ad extendendum hoc cum maiori certitudine ad Superiores locales. Si igitur ex iure communi Tridentini hanc facultatem habent, per hanc generalem ſuſpenſionem, nec illa ſuſpenditur, nec reuocatur, nec minuitur. Nam verba generalia reſcriptorum, aut ſtatutorum, reſtringuntur ſecundùm ius commune, vt probat Garcia Gironda *de priuileg. explicat. numero 275. & 276.* Hucuſque Quintanadueñas, Santor. etiam *in Coment. ad Conſtit. Minor. cap.2. ſtat.14.§.1.& 5. quæſt.5.*

QVÆSTIO LXXIII.

An, non ſolùm vigore dicti Tridentini decreti, ſed etiam aliorum priuilegiorum, poſſint præfati Prælati Regulares abſoluere ſuos ſubditos à recenſitis caſibus occultis Pōtifici reſeruatis?

NEgant omnes Doctores, quos pro prima ſententia *quæſt.45.* relata citauimus, generaliter loquendo. Quos, in ſpecie noſtræ quæſtionis fando, ſequitur Sigiſmundus à Bonac. *tract. de elect. dub.69. num.13.* Tamburinus *de Iure Abbat. tom.2. diſputat.14. quæſt.15. num.13.* Ioann. de Cruce *de ſtatu Relig. lib.1. cap.6. dub.1. concluſ.1.* Zanardus *in director. Theolog. part.2. cap.7.* Naldus *in ſumm. verb. Nouitius, num.7.* Vechius *in praxi nouit. diſp.9. dub.6. n.3.* & Graffius *in Append. lib.1. cap.7. num.21.* Quos omnes pro hac parte refert Diana *3. part. tract.2. reſolut.72.* vbi dicit, ſe in hoc tam graui quæſtione, nolle officium Iudicis agere, poſſunt. Dictis DD. addi poſſunt Mach. *tom.2. lib.5. p.3. tract.2. docum.5. num.1.* & penes illum Laymann *lib.5. tract.1. cap.10. num.20.* Barboſa *in ſumma deciſ. Apoſtolicarum, verb. Abſoluere, collect.9. n.7.*

Fundamentum eorum eſt. Quia omnia priuilegia Regularium pro abſolutione à dictis caſibus conceſſa, iam ſunt à Sum. Pontificibus reuocata: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe Prælatos Regulares, non ſolùm vigore Concilij Tridentini; verùm etiam virtute aliorum priuilegiorum ſpecialium, abſoluere ſuos ſubditos ab omnibus caſibus occultis Papæ reſeruatis, etiam Bullæ Cœnæ; excepta adminus hæreſi, de quo caſu in ſpecie, *infrà.*

Ratio eſt, quia certum eſt, quod Prælati Regulares habent per ſua priuilegia, erga ſuos ſubditos, in foro conſcientiæ, omnem auctoritatem abſoluendi, & diſpenſandi, quam habent Epiſcopi, vigore Concilij Tridentini *ſeſſ.24. cap.6.* erga ſuos ſubditos: ſed Epiſcopi poſſunt abſoluere ſuos ſubditos ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis, etiam Bullæ Cœnæ, & ab omnibus excommunicationibus, eis annexis, ortis ex delictis occultis: ergo idem poterunt erga ſuos ſubditos Prælati Regulares, caſu, quo dicta priuilegia non ſint reuocata, vt pro nunc probabilius ſupponimus. Maior eſt certa. Quia Sanctiſſimus Pius V. conceſſit priuilegium Dominicanis Prioribus, tam Prouincialibus, quàm Conuentualibus, vt ipſi per ſeipſos, idem omnino poſſint in fratres, & Moniales dicti Ordinis, ſibi ſubditos, quoad abſoluendi, & diſpenſandi in foro animæ, ſeu conſcientiæ, quod poſſunt Epiſcopi in ſuos ſubditos vigore Concil. Tridentini *ſeſſ.24. cap.6.* Hoc priuilegium, quod incipit, *Romanus Pontifex* referunt Paraſel. *in compend. §.10. fol.175.* Rodriguez *in Bullario, in fine, fol.910. & tom.1. qq. Regul. quæſt.69. artic.9.* Miranda *tom.1. quæſtione 46.* Villalobos 1. *part. tract.9. diffic.60.* & Hinojoſa *in director. deciſionum regul. verb. Confirmatio gratiæ. fol.121.* Et tale priuilegium extitiſſe fatentur omnes, etiam contrariæ ſententiæ, Doctores.

Rurſus idem priuilegium conceſſere eidem Ordini alij Pontifices, vt teſtatur idem Hinojoſa *verb. Abſolutio 1. fol.6.* ita dicens: Abſoluere poſſunt per priuilegia Apoſtolica, non ſolum Magiſter Ordinis, & Prior Prouincialis, & Conuentualis, ac Sede vacante, Superiores, vel Vicarius electus à tribus patribus antiquioribus, vel qui datur à Prouinciali, vel Capitulo in regimen Conuentus, ob defectum Prioris, vel etiam Vicarij domorum, quæ non ſunt Prioratus Fratres ſuos, vel alios eiuſdem Ordinis, vndecumque ad eos declinantes, ab omni excommunicatione, ſuſpenſione, interdicto, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, etiam de Cœna Domini (exceptis hæreticis elapſis, ſchiſmaticis, literas Papæ falſificantibus, vel

ad

ad Infideles prohibita deferentibus, vel in Papá conſpirantibus. Prædicta omnia conceſſere Clemens IV. Sixtus IV. & Iulius II. Hucuſque Hinojoſa. De quibus priuilegiis etiam faciunt mentionem Rodrig. *in Bullario, pag.* 589. & *tom.* 1. *qq. regul. q.* 20. *art.* 9. Villalob. 1. *p. ſum. tr.* 9. *diffic.* 61. *n.* 6. Frater Franciſcus à S. Bernardino *in Regul. S. Franciſci c.* 7. *controu.* 20. *ſect.* 5. Martin. à S. Ioſeph *c.* 7. *q.* 3. & Leander à Murcia *in Regul. S. Franc. c.* 11. *ſuper* 7. *Regula.*

Qui addit, quod Martino V. [que fue criado Pontifice el año de 1417. concediò, como lo refiere Caſarrubios *in compend. tit. Abſolutio ordinaria quoad fratres.* al Prior del Monaſterio de San Benito el Real de Valladolid: *Vt ipſe in foro conſcientiæ poſſit abſoluere Monachos ab omni excommunicationis ſententia, etiamſi talis eſſet, quam ipſe Summus Pontifex reſeruare conſueuit, & cum eis in omni irregularitate etiam in illis caſibus, in quibus Papa ſibi, vt eam reſeruat, in morte, videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi ſanguinis effuſione, valeat diſpenſare, dum tamen aliquod horum trium, non ſit notorium.* Y eſta Conceſion ſe eſtiende por Eugenio IV. à todos los Monaſterios de la Orden, como refiere Caſarrubios.] Hucuſque Leander. De quo priuilegio etiam agunt Hinojoſa *loc. cit.* Rodriguez *in Bull. fol.* 816. & *tom.* 1. *qq. regul. q.* 24. *art.* 12. Villalobos *tract.* 21. *diffic.* 9. Bauny *tract.* 4. *de pœnit. q.* 32. & alij. Qui alia quamplura referunt priuilegia, de quibus adhuc *infrà.*

Propter quæ hanc noſtram reſponſionem ſuſtinent Bañez 2. 2. *q.* 4. *dub.* 2. *poſt* 2. *concl.* & ibi Aragon *art.* 3. *verſ. Sed dubium eſt.* Rodrig *tom.* 1. *q.* 20. *art.* 9. Ledeſma *in ſum.* 2. *p. tr.* 1. *cap.* 6. *diffic.* 7. *poſt* 10. *concl.* Viuald. 1. *p. tr. de Abſol. n.* 13. & 2. *p. in explicat. Bullæ Cœnæ n.* 141. Souſa *ad eandem Bullam diſp.* 100. *concl.* 3. Quos omnes refert, & ſequitur Villal. *diffic.* 61. *cit.* Quibus addi poſſunt Franciſc. à S. Bern. Martin. à S. Ioſepho, & Leander à Murcia *loc. cit.* Suar. *tom.* 4. *de Reg. tr.* 8. *lib.* 2. *c.* 21. per totum. Hieron. Rodrig. *in comp. qq. Regul. reſol.* 3. *n.* 3. Peyrin. *in priuileg. Minim. tom.* 1. *conſt.* 4. *Sixti IV.* §. 5. *n.* 6. Portel *in addit. ad dub. Reg. verb. Abbas, n.* 8. Vega *tom.* 1. *ſum. c.* 49. *caſu* 1. Hinojoſa *loc. cit.* Candid. *diſquiſ.* 22. *art.* 50. *dubit.* 6. & 8. Sanch. *lib.* 6. *oper. moral. cap.* 8. *n.* 33. & *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 2. *n.* 13. Baſſæus *verb. Hæreſis, n.* 18. *verſ. Quintò,* & penes ipſum Crouſers *ad cap.* 7. *Regulæ S. Franc. lect.* 12. *fol.* 588. & 602. Barboſa 2. *part. allegat.* 39. *num.* 18. Castro Palao *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 4. *punct.* 3. §. 1. *n.* 5.

QVÆSTIO LXXIV.

An adhuc Prælati Regulares poſsint abſoluere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta, tã vigore Concilij Tridentini, quàm priuilegij Pij V.

NEgant quamplures Doctores, in primis Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 11. *n.* 7. docent, Prælatos Regulares, etiam Generales, neque vigore Concilij Tridentini, neque virtute priuilegij Pij V. poſſe abſoluere ſuos ſubditos ab hæreſi, adhuc occulta: Quia in decreto Concilij Tridentini, ſolum in conceſſum fuit Epiſcopis habentibus diœceſim. Deinde in Pij V. conceſſione, non fit ſpecialis mentio hæreſis: at ſic eſt, quod in nulla generali conceſſione cenſetur hæreſis abſolutio comprehendi, niſi ſpecialis eius mentio fiat: ergo. Citat Sanchez, pro hac parte Auilam *de Cenſur. part.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 6. Rodrig. 2. *tom. ſum. c.* 29. *n.* 4. & *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 10. & Vegam 2. *tom. ſum. cap.* 125. *caſ.* 12. *fine.* Rurſus eandem ſententiam tenent Sanctarellus *tract. de hæreſi c.* 5. *dub.* 1. *n.* 9. Megala *conſil.* 21. *num.* 6. Nouarius *in ſingular. concl.* 3. *n.* 10. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 14. *q.* 17. *n.* 3. Quos omnes citat ac ſequitur Diana 1. *part. tract.* 5. *reſolut.* 6. & *part.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 112. & *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 54. & *tract.* 7. *reſolut.* 63. & *part.* 8. *tract.* 7. *reſolut.* 50. vbi ait, contrariam ſententiam omnino eſſe refellendam, ſtante Decreto ſacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, facto verbo cum Sanctiſſimo, *die* 17. *Nouembris* 1618. Et Superiores Regulares dictam opinionem ſequentes, eſſe ſeuerè puniendos in ſacro Tribunali.

His Auctoribus adhuc addi poſſunt Villalobos *in ſum.* 1. *p. tract.* 9 *reſ.* 61. *n.* 3. & 5. *verſ. Ambas opiniones.* Leander de Murcia *in cap.* 7. *Reg. S. Franc. cap.* 20. *n.* 12. & 16. & *cap.* 21. *n.* 12. Santorus *in comment. ad conſtit. Minor. cap.* 2. *ſtat.* 14. §. 1. & 5. *q.* 5. Portel. *in dub. Reg. verb. Prælatus, & verb. Hæreſis.* Fagundez *in* 1. *præcept. Decal. c.* 15. *n.* 21. vbi docet, de iure, nequaquam poſſe Prælatos abſoluere Religioſos ſuos ſubditos ab hæreſi occulta, & ab aliis peccatis etiam occultis contentis in Bulla Cœnæ Domini: quia, nomine Epiſcoporum, non comprehenduntur in decreto Tridentini. De priuilegio verò (addit) an illud ſpeciale habeant, non eſt huius loci diſputare. Conſulenda ſunt verba, priuilegij, & an reuocata ſint, ſedulò inueſtigandum. Miranda *tom.* 2. *Directorij Prælat. Regular. q.* 35 *art.* 19. *concl.* 5. licèt anteà *q.* 7. *art.* 2. *concl.* 3. *in fine,* propoſitis ſententiis contrariis, & pro vnaquaque, validis fundamentis, ſic, per hæc verba, concludat: Hæc omnia referre, ac dicere libuit, vt harum opinionum aliqualis habeatur notitia, ſub Cenſura, & correctione Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ, & cuiuſlibet melius ſentientis: de reliquo nolo hac in re iudicem agere: teneat quilibet quod probabile magis ſibi viſum fuerit. Sic ille, ibi. Tenent etiam, & à fortiori, Sigiſmundus, Ioann. à Cruce, Zanardus, Naldus, Vechius, Graffius, Machado, & Laymann, citati ſupra *quæſt.* 73. Trullench *in* 1. *præcept. Decal. cap.* 3. *dub.* 6. Barboſa *in Summa Apoſtolicarum deciſionum, verb. Hæreſis, collect.* 407. ita dicens: Hæreſis à crimine Regulares abſolui nequeunt ab eorum Prælatis. Vrbanus VIII. *in decreto die* 17. *Nouemb.* 1628. cuius meminit Ioan. Maria Nouarius *in lucerna Regul. verbo hæreſis, num.* 6. Nam ad Epiſcopos tantum Ordinarios, & ad Inquiſitores Delegatos ſpectat ius cognoſcendi de hoc crimine: nec licet Superioribus Regularibus iudicare ſuos ſubditos in hæreſis cauſa. Sacra Congreg. Concilij, teſte Ioan. Maria Nauar. *d. verb. Hæreſis, num.* 3. & 4. Hucuſque Barboſa, & alij cenſentes, neque vigore dicti decreti Tridentini, neque priuilegij Pij V. poſſe Prælatos abſoluere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta, vel quia abſolutio ad hoc hæreſis crimine, non conceditur Prælatis Regularibus, in præhabito decreto, & priuilegio, vel dato quod olim conceſſa fuerit, iam per ſubſequentes Bullas Cœnæ, & noua decreta Pontificum, reuocata ſit.

Reſpondeo primò. Probabile eſt, quod Prælati Regulares poſſint abſoluere ſuos ſubditos ab occultæ hæreſis crimine, tam vigore decreti Concilij Trid. quàm priuilegij Pij V. ſi aliàs his nondum derogauerint Pontifices, reſpectu Regularium, de quo *infrà.*

Probatur *primum*, efficaciter. Quia per Concilium datur facultas Epiſcopis abſoluendi ſuos ſubditos ab occulta hæreſi, vt habitum eſt ſupra *quæſt.* 41. 45. & 46. at ſic eſt, quod eſt probabile, quod nomine Epiſcopi, veniant etiam Prælati Regulares, in præhabito Concilij decreto, vt habitum eſt, *quæſt.* 72. ergo probabile omnino eſt, quod, ſi dictum decretum reſpectu Regularium Prælatorum, non ſit reuocatum, & caſſatum, poſſint etiam huiuſmodi Prælati, virtute dicti decreti, abſoluere ſuos Religioſos ab occulta hæreſi.

Probatur *ſecundum*, quia Prælati Regulares ex conceſſione Sanctiſſimi Pij V. habent, in foro conſcientiæ, omnem facultatem abſoluendi, & diſpenſandi

cum

Digitized by Google

cum ſuis ſubditis, quam habent Epiſcopi erga ſuos ſubditos, vigore Tridentini decreti; vt ſupra *quæſt.* 73. eſt habitum: At ſic eſt, quod Epiſcopi poſſunt etiam modò, abſoluere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta, vt ſupra q. 48. eſt habitum: ergo & Prælati Regulares, ſi dictum priuilegium reuocatum non ſit. Sic loquendo iuxta priuilegium Pij V. ſentit cum aliis Palao *loc. cit. num.* 6. quamuis addat, hoc priuilegio non poſſe vti Prælatos in Hiſpania ſaltem, vt infra *quæſt.* 79.

Nec obſtat argumentum Sancij, & aliorum. Nam ad primum dicendum eſt, quod nomine Epiſcopi etiã veniant Prælati Regulares Ad ſecũdum verò, dicendum eſt primo, maiorem eſſe falſam. Quia cum in ea Pij cõceſſione, expreſsè dicatur tantumdem licere Prælatis Ordinis Dominici (& conſequenter, per communicationem, aliis) quantum eſt permiſſum Epiſcopis erga ſuos ſubditos in Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. & ibi expreſsè Concilium meminerit hæreſis: virtute cenſetur ea comprehenſa in dicta Pij V. conceſſione. *Secundò dico* quod nec minor eſt vniuerſaliter vera; tum, quia in Iubilæo non exprimitur hæreſis, & tamen probabile eſt, quod per facultatem, quæ datur abſolutè abſoluendi à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, poſſit Confeſſarius virtute dicti Iubilæi, hæreticos occultos abſoluere: Tum etiam, quia quando Pontifices volunt à generali conceſſione hæreſim excipere, illam nominatim excipiunt, vt patet in conceſſione Bullæ Cruciatæ, & in conceſſione facta à Gregorio XIII. Monachis S. Bernardi in Hiſpania apud Portel. *verb. Abbas, n.* 6. & in aliis conceſſionibus; ſic reſpondent Suarez *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 10. & 11. Portel *loc. cit.* Diana 1. *part. tract.* 5. *reſolut.* 6. & Bauny 1. *parte tractatu* 4. *de Pœnitent. quæſt.* 32.

QVÆSTIO LXX.V.

An etiam virtute aliorum priuilegiorum, poſſint Prælati Regulares abſoluere ab hæreſi occulta, non ſolum ſuos Religioſos ſubditos, verum etiam ſæculares, ad eos, cauſa abſolutionis, recurrentes?

NEgant communiter Doctores, & præcipuè citati pro prima ſententia ſ *quæſt. antecedenti.* Quia ſi quæ fuere conceſſa priuilegia de hac materia Regularibus, vel iam non ſunt in vſu, vel ſunt reuocata à Pontificibus.

Sed nihilominus tamen reſpondeo: poſſe etiam Prælatos Regulares, virtute aliorum priuilegiorum abſoluere ab hæreſi occulta, tam Religioſos ſuos, quam ſeculares, dato tamen quod nondum ſint reuocata, de quo *infrà*.

Probatur, quia certum eſt, conceſſa fuiſſe à Pontificibus priuilegia huiuſmodi Prælatis Regularibus: ergo ſi non ſunt reuocata à Succeſſoribus Pontificibus, licitum erit eis vti illis, & conſequenter virtute illorum, abſoluere ab hæreſi occulta, tam Religioſos, quàm ſæculares. Antecedens probatur. Nam in primis Alexand. IV. conceſſit Minoritis facultatem abſoluendi ſubditos ſuos de hæreſi occulta, vt referunt Villalobos *tract.* 9. *diffic.* 61. *in fine.* Societatis Compendium, *verb. Bulla Cœnæ.* §. 8. Portel *verb. hæreſis*, *num.* 2. Diana 1. *part. tract.* 5. *reſolut.* 6. Leander de Murcia *c.* 27. *in ſeptimum Regulæ S. Franciſci*, per hæc verba:

[Alexandro VI. que fue criado Pontifice el año de 1492. concedio al General, Prouincial, y Cuſtodios de la Orden de los Menores de la Obſeruancia Vltramontanos plenaria facultad, y autoridad, *Vt quoſcunque ſubditos ſuos Fratres videlicet, & Moniales S. Claræ, ac vtriuſque ſexus Tertiarios, de pœnitentia nuncupatos, inuenerint in aliquo hæreſis, vel apoſtaſiæ crimine lapſos, etiamſi ſint relapſi, poſſint eos abſoluere, & cum eis diſpenſare: necnon præfatorum relapſorum pœnas à iure conſtitutas commutare, penſatis, qualitate, & quantitate, aliiſque debitis circumſtantiis, augendo, aggrauando, vel diminuendo, toties, quoties opus fuerit, & prout ſecundum Deum viderint expedire: dummodo talium relapſorum crimina, publica, & notoria, quoad ſæculares non ſint; nec ex hoc ſcandalum oriri poſſit.* Y ſe deue notar, que hereges relapſos ſe llaman, y ſon, los que deſpues de auer abjurado la heregia en el fuero exterior ante Iuez competente, tornan otra vez à caer en la heregia; pero no lo ſon aquellos que deſpues de auerla abjurado, aunque ſea publicamente, como no ſea ante Iuez competente, de nueuo caen en la heregia. Aſſi lo declararon los Eminentiſſimos Cardenales de la Sacra Congregacion, a los Padres Congregados en Roma en nueſtro Capitulo general de los Capuchinos, el año de 1608. à 9. *de Iunio.*] Hucuſque Leander.

Deinde Gregor. XIII. conceſſit Superioribus Societatis IESV, (hoc eſt, generali, & Prouinciali,) vt poſſent abſoluere ab hæreſi occulta, ac eius relapſu, ſubditos ſuos. Ita habetur in Compendio Societatis, *verb. Abſolut.* §. 3. 7. & 8. & docent Ortiz *in ſum. cap.* 5. *num.* 29. Peyrinus *de priuileg. Minor. tom.* 1. *Conſtit.* 4. *Sixti IV.* §. 5. *num.* 20. Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 2. *num.* 17. Vbi docet, poſſe Prouinciales, ex cauſa, vices ſuas alteri committere, in caſibus particularibus, non omnibus, niſi ad id facultatem à Generali habeant. Sed pace eius ſit dictum, (*adiungit Bauny*,) non videtur hæc neceſſaria. Nam quis neſcit, Ordinariis communi iure fas eſſe, ſubrogare ſibi idoneos homines, per quos, quæ ſunt officij ſui, Prouinciæque, obeant: at ab Ordinariorum numero, Prouinciæ Præpoſiti, remoueri nec poſſunt, nec debent: ergo in eorum eſt iure (niſi fortè cohibitum eſt, ac reſtrictum à Generali) eius voluntate, ac licentia non quæſita, deſignare hominem, qui eius vice fungatur per totam Prouinciam, in abſoluendis ſubditis ab occulta hæreſi. Hæc Bauny 1. *part. tract.* 4. *de pœnit. quæſt.* 32. Diana 1. *part. tract.* 5. *reſolut.* 6. Peregrinus *in comprend. priuileg. part.* 2. *tit. Abſolut.* §. 2.

Deinde Vrbanus IV. conceſſit Patribus Dominicanis, vt omnes eius Confeſſores expoſiti, poſſint abſoluere omnes Chriſti fideles ad eos occurrentes, ab omnibus peccatis, & Cenſuris, niſi talia eſſent propter quæ conſulenda meritò eſſet Apoſtolica Sedes. At ſic eſt quod pro abſolutione ab hæreſi occulta, non eſt neceſſariò Sedes Apoſtolica conſulenda; nam, vt explicat Sixtus IV. declarando quaſdam literas Clementis IV. vt habetur in Monumentis Ordinis Minorum *fol.* 143. *aliàs* 59. *concluſ.* 345. caſus pro quibus Sedes eſt conſulenda Apoſtolica, quatuor ſunt tantum, nempe, ſi hæretici ſint relapſi; ſi ſchiſmatici; ſi litteras Apoſtolicas falſificaſſent, & denique, ſi ad infideles prohibita detuliſſent. Sic referunt Hinojoſa *in directorio deciſ. Regular. verbo, Abſolut.* 3. Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 20. *artic.* 9. Villolob. *tom.* 1. *ſum. tract.* 9. *reſolut.* 61. *n.* 6. Miranda *tom.* 2. *Directorij Prælator. quæſt.* 7. *artic.* 3.

QVÆSTIO LXXVI.

An præfata priuilegia, à Tridentino, Pio V. & ab aliis Pontificibus, pro abſolutione à peccatis, & Cenſuris Papæ reſeruatis Regularibus conceſſa; ſint iam omnino reuocata, pro promulgatione annua Bullæ Cœnæ?

AFfirmant omnes Authores citati pro prima ſententia, relata *quæſt.* 45. Exiſtimantes facultatem conceſſam Epiſcopis à Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. quoad abſolu

Digitized by Google

abſolutionem ab hæreſi, & à cæteris caſibus reſeruatis etiam in Bulla Cœnæ, eſſe iam reuocatam in promulgatione annua eiuſdem Bullæ. Nam ſi huiuſmodi facultas Epiſcoporum reuocata eſt per dictam Cœnæ Bullam, à fortiori dicendum eſt, eſſe etiam reuocatam conceſſam Regularibus per idem decretum, & per priuilegia Pij V. & aliorum Pontificum. Nam (quidquid Megala *in* 1.*p.lib.*1.*cap.*13.*n.*10. velit, dicens poſſe Regulares vti priuilegio Pij V. non obſtante, quod facultas tributa Epiſcopis fuerit ex vi dictæ Bullæ Cœnæ ſublata Pius V. non vult, vt Regulares habeant in hac parte maiorem iuriſdictionem quàm Epiſcopi, ſed tantum vt non ſint peioris conditionis: ergo conceſſo quod ſit ſublata authoritas Epiſcoporum, etiam erit per conſequens Regularium facultas ſuſpenſa, vt benè docet etiam Suarez *tom.*4. *de Relig.tract.*9. *lib.*2. *cap.*21.*n.*10. Portel *in dubiis regul.verb. Abbas*, *n.* 11. addentes, quod dato, & non conceſſo, quod Epiſcopi poſſint nunc abſoluere ab hæreſi occulta, & à reliquis caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ, negandum ſit idem poſſe Regulares ex dicto motu Pij V. aut aliorum Pontificum; eo quod per Bullam Cœnæ, omnia priuilegia reuocantur. Sic expreſſius, ex *ibidem* citatis, Suarez, Nauarrus, Azor, Sanchez, Toledo, & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: præfata priuilegia Regularibus à Tridentino, Pio V. & ab aliis Pontificibus conceſſa, nullatenus eſſe reuocata in promulgatione Bullæ Cœnæ; & ideo dicendum eſt, conſequenter, quod, ſi aliàs per alia decreta Pontificum non ſint reuocata, poſſint prædicti Prælati Regulares abſoluere ſuos ſubditos, & alios ad ſe occurrentes, ab hæreſi occulta, & ab aliis Cenſuris, & caſibus occultis, etiam Bullæ Cœnæ, Papæ reſeruatis.

Probatur *primò* hæc reſponſio. Nam Pobabile, & ſatis eſt, quod facultas abſoluendi à dictis caſibus Papæ reſeruatis, conceſſa Epiſcopis per Tridentinum, non ſit reuocata in promulgatione Bullæ Cœnæ: ergo neque facultas conceſſa Regularibus. Antecedens conſtat ex habitis *quæſt.*45. conſequentia verò probatur: Quia probabile eſt quod in dicto decreto, nomine Epiſcopi, veniant Prælati Regulares, vt habitum eſt, *quæſt.*72. ergo ſi Epiſcopis non eſt reuocata abſoluendi facultas, & nomine Epiſcopi, veniunt Prælati Regulares, euidens eſt, quod neque his eſt reuocata.

Secundò, quia ferè certum eſt, quod priuilegium Pij V. in quo conceditur Prælatis Regularibus omnis facultas abſoluendi, & diſpenſandi, quam habent Epiſcopi, vigore Concilij Tridentini *cap.*6. *citato*, non reuocetur per promulgationem Bullæ Cœnæ: ergo ſi aliàs per aliud Pontificis decretum non reuocetur, licitum erit dictis Prælatis tali priuilegio vti. Antecedens optimè probat Hinojoſa *in Directorio deciſ. Regular. verb. Confirmatio gratiæ*, *fol.*121. per hæc verba: Pro certo habendum eſt, nunquam fuiſſe reuocatam declarationem illam Pij V. 21. *de Iulio, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo* in gratiam Ordinis noſtri factam, cuius meminimus ſuprà *verbo Abſolutio* 1. & eſt infraſcripti tenoris: *Quia ſacrum Concilium Tridentinum conceſſit Epiſcopis, vt abſoluere poſſint in foro conſcientiæ tantum, ab omnibus peccatis & diſpenſare ſuper irregularitate (vt habetur ſeſſ.*24.*cap.*6.) *Ne Priores Conuentuales, & alij Superiores deterioris conditionis ſint, quàm laici, & Clerici, concedimus eis, vt ipſi per ſeipſos, idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales, ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & laicos ſibi ſubiectos, quoad abſoluendum, & diſpenſandum, & alia ibidem conceſſa.*

Hæc igitur poteſtas conceſſa Epiſcopis iure communi, quia per legem communem Concilij generalis indulta, declaratur in prædictis verbis pertinere etiam ad noſtri Ordinis Prælatos: non quidem vi priuilegij, ſed interpretatione ipſius iuris, & Concilij, propter bonum Eccleſiæ regimen; ne ſcilicet, deterioris conditionis ſint profeſſores perfectionis ſtatus, quàm Clerici, & laici. Et propterea, quia poteſtas hæc, non eſt conceſſa dignitati Epiſcopali, ſed officio, in bonum ſpirituale ſubditorum. Quòd cum militet etiam in Prælatis Regularium, cenſendum eſt, eiſdem quoque concedi. Eccleſia enim, quæ Regulares à poteſtate Epiſcoporum exemit, minimè de futura erat prouidentiæ ſpirituali eorum, curans diligenter de Clericis, & laicis. Tum maximè, quia Priores in Monaſterio, poſt prædictam exemptionem, ſubrogantur loco Epiſcoporum, ac proinde ſapere debent eorum naturam. Illud autem verbum, *Per ſeipſos*, non tollit, quin præfata poteſtas delegari poſſit à Prælato, ſicut ab ipſo. Quia eſt poteſtas conceſſa à lege.

Superior igitur regularis habet eandem iuriſdictionem in ſuos ſubditos, quàm Epiſcopus in ſuos ſimpliciter, vt Epiſcopus (exceptis actibus Pontificalibus) non tamen, vt Inquiſitor, vel Legatus Sedis Apoſtolicæ in cæteris caſibus. Quæcunque ergo litteræ Apoſtolicæ reuocatoriæ priuilegiorum aduerſantium decretis Concilij Tridentini, non derogant huic conceſſioni innixæ, non priuilegio, ſed iuri communi. Quod Probant verba Pontificis eiuſdem, cum ait: *Falſa, ſeu minus vera intelligentia decretorum Concilij Tridentini, præmiſſa grauamina (hoc eſt, Fratribus ab Ordinariis illata) irreſperunt. Et cum einſmodi decretorum declaratio, nonniſi ad nos ſpectet; modo, & forma infraſcriptis declaranda cenſuimus.* Relinquitur ergo, quod circa hoc, non veniunt quæſtiones intelligendæ; cum prædicta conceſſio, non ſit ex priuilegio, ſed ex iure Concilij per Pontificem declarato. Hucuſque Hinojoſa. Conſtat igitur quod dictum priuilegium Pij V. non eſt reuocatum per clauſulam generalem Bullæ Cœnæ, cùm per ipſam non derogetur decreto Concilij Tridentini, vt diximus *ſuprà quæſt.*45. ergo, ſi aliàs per aliud ſpeciale decretum, dictum priuilegium non reuocetur, licitè adhuc poterunt Prælati Regulares illo vti.

Tertiò probatur vniuersè de omnibus aliis priuilegiis loquendo. Quia non eſt credibile, Pontificem velle Regularibus illudere; quod tamen faceret, ſi priuilegia, quæ, cum ad Eccleſiæ gubernacula vocatur, ad petitionem Regularium, vult eſſe rata, illicò per promulgationem Bullæ Cœnæ reuocaret.

Tandem, probatur. Quia Gregor. XIII. *anno* 1584. (non 64. vt leges apud Dianam) *die* 18. *Martij*, indulſit Patribus Societatis Iesv, vt priuilegia illis conceſſa, non cenſeantur per Bullam Cœnæ reuocata, vt referunt, Suarez *tom.*4.*de Religion. tractatu* 10. *lib.*9.*cap.*20. *numero* 18. Compend. Societatis, *verbo Bulla Cœnæ*, §.2. Portel *in dub.regul. eod. verb. num.*2. Bauny *tomo* 1. *tractatu* 4. *de pœnitent. quæſt.* 32. & *tom. de Cenſuris diſput.* 3. *de abſoluente*, *tractatu* 2. *quæſt.*26. & Diana 1.*parte tract.*5.*reſolut.*6.

Vnde noſtram reſolutionem ſuſtinentem, per Bullam Cœnæ non derogari Regularium priuilegiis, & ideo illam non obſtare, quominus illis Regulares vtantur, ſi aliàs per aliud decretum ſpeciale non reuocentur, ſuſtinent, ac defendunt Bañez 2.2.*quæſt.*4. *dubio* 2.*poſt* 2.*concluſ.* Aragon. *ibid. artic.*3. Rodriguez *tom.*1. *qq. regul. quæſt.*61. *artic.*9. & *in Bullar. fol.* 920. Souſa *in Bulla Cœnæ cap.*23.*diſput.*100.*concl.*7.*num.*13. Peyrin.*de priuileg. Minimor. tom* 1. *conſtit.*4. *Sixti IV.* §.5.*à num.*6. Candidus *tomo* 1. *diſquiſit.*22. *artic.* 49. Sanchez *de Matrimonio*, *lib.* 8. *diſputatione* 2. & 3. *numero* 9. & *lib.*6. *Summæ cap.*15. *numero* 78. Suarez *tomo* 4. *in* 3. *parte diſputatione* 30. *ſectione* 2. *numero* 7. (licet poſteà contrarium dicat *tom.*5.*de Cenſur. diſp.*21. *ſect.*3.

Digitized by Google

*ſect.*3.*n.*4. *& tomo* 4.*de Relig.tract..*9. *lib.* 2.*cap.*20. *numero* 11.) Bauny *locis nuper citatis.* Villalob. *tract.*9. *diff.*61.*n.*5. Hinojoſa *loc.cit.* Leander de Murcia *c.*21. *in* 7. *Regulæ S. Franc.* & Franciſcus à Sancto Bernardino *in Regul. Sancti Franciſci capite* 7. *controverſ.* 20. *ſectione* 5. Crouſers *ad cap.*7. *eiuſdem Regulæ lect.*12. Diana 1.*p.tractatu* 5. *reſol.*6. Baſſæus *verb.Hæreſis, numero* 18. *verſ.Sexto.*

QVÆSTIO LXXVII.

An ſaltem, dicta priuilegia Regularibus conceſſa, ſint iam reuocata per decretum Vrb.VIII. latum die 17.Nouembris, anno 1628.

AFfirmat Diana 1.*p. tract.*5. *reſol.*6. *&* 3.*p.tract.*2. *reſol.*122. *& p.*6.*tract.*6.*reſol.*54. *& tract.*7.*reſolut.*63.*& parte* 8.*tract.*6. *reſol.*50. Quia exiſtimat per dictum decretum reuocari in ampla forma omnia priuilegia Regularium abſoluendi à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, vt eſt hæreſis, &c. Idem docet poſt illum Barboſa *in Summ. Apoſtolicarum deciſionum, verb. hæreſis.* & latius, *verbo, Abſolutio. collect.*9. *n.*7. per hæc verba: Abſoluere quemquam à caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis, non poſſunt Regulares, cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſariò exprimendi, tàm citra, quàm extra Italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationem huiuſmodi, quos vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt: at ſi ſecus egerint, abſolutiones nullæ: ac irritæ erunt. Ab alijs verò caſibus & Cenſuris Sedi Apoſt. reſeruatis, ſiquidem Regulares habent à Sede Apoſt. abſoluendi facultatem, illa extra Italiam minimè ſublata fuit. S Congr. Epiſc.& Regular. 17. *Nouemb.*1628. quam citat Lezana *in Summ.qq. Regular.tomo* 1. *cap.*19. *numero* 17. Anton.Diana *moral. reſol.p.*1. *tract. de Abſolut.ab hæreſi, reſol.*6 *circa finem.* Ioan. Maria Nauarr. *in lucerna Regul. verb. Abſolutio, n.*1. Huc vſque Barboſa. His addi poſſunt Machado *tomo* 2.*lib.*5.*p.*3.*tractatu* 2. *docum.*5.*n.*1. & (ex parte) Leander de Murcia *in* 7.*cap.Regulæ S. Franc.cap.*10.*num.*12.*& cap.*21. *num etiam* 12. Tenent etiam Ludou. à Cruce *diſput.*1. *in Cruc. cap.*3. *dub.*4. *&* 5. Trullench *libro* 1. *in Bullam Cruciatam*, §. 9. *dub.*5. ita illud concludens: Eadem tamen ſacra Congregatio ad tollendam omnem difficultatem, iuſſu Vrbani VIII. *anno* 1628. 17. *Nouembr.* declarauit dicta decreta habere, non(*vim, lege*) tàm intra, quàm extra Italiam; prohibens expreſsè, ne Regulares poſſint abſoluere à caſibus Bullæ Cœnę, aut Ordinariis reſeruatis. Quia declaratione extante, nullo modo ſuſtineri poteſt oppoſita ſententia. Ita Trullench, & alij.

Sed antequam meum ſenſum propalem, placuit decretum Vrbani VIII. de verbo ad verbum referre. Nam ſic ſe habet. *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, cenſuit per confirmationes priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica, poſt ſacrum Concil. Tridentinum obtinuerunt, nequaquam reuixiſſe priuilegia, prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipſius Congregationis decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habebant, abſoluendi à caſibus Ordinario reſeruatis: quemadmodum, nec indulta abſoluendi à caſibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi conſueuit, vtpotè ſublata per annuam ipſius Bullæ publicationem, vires, aut robur acquiſiuiſſe ex ſequentibus priuilegiorum confirmationibus: ac proinde Regulares cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituti etiam neceſſario exprimendi, nec intra, nec extra Italiam in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiuſmodi, quæ vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, poſſe quemquam abſoluere ab eiſdem caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis: ac ſi ſecus egerint, abſolutiones, nullas, atque irritas fuiſſe, ac fore: Ab alijs verò caſibus & Cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſiquidem Regulares habeant à Sede Apoſtolicâ abſoluendi facultatem, illam extra Italiam minimè ſublatam fuiſſe, ijſdem ſacræ Congregationis decretis hac de re editis iuſſu ſanctæ Mem. Clementis VIII. Quam ſacr. Congregationis ſententiam ſanctitas ſua ad ſe relatam approbauit, mandauitque ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruari. Romæ* 17.*Nouemb.*1628. *F. A. Cardinal.S.Onufr.*

Sic, hoc decretum refert Baſſæus *in Summ.verb.caſus reſeruatus, n.*38. *verſ. Ex quibus.* Nec non Ludou. à Cruce *diſp.*1. *in Bull. Cruc. cap.*4. & Quintanaduen. *in Sum. Theolog. moral tract.*3.*ſingul.*15.

Sed, illo non obſtante, probabiliter certè reſpondeo: Nec per relatum decretum Vrbani VIII. reuocata fuiſſe priuilegia, ſeu facultatem, quam Regulares, vi illorum, habebant ad abſoluendum ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis, etiam Bullæ Cœnæ, ac proinde, ſi aliquid aliud non obſtet, poſſe adhuc ab illis, dummodo occulti ſint, licitè & liberè abſoluere.

Quod id ſit probabile, probo *primò* euidenter. Nam pluſquam probabile eſt, quod per præfatum decretum Vrbani, non reuocetur ſaltem priuilegium abſoluendi ab omnibus caſibus occultis Papæ reſeruatis, conceſſum illis per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *capite* 6. iuxta declarationem Pij V. habitam nuper *quæſt.*76. ergo ſi aliquid aliud non obſtat, adhuc poſt dictum decretum, poſſunt Regulares abſoluere ſuos ſubditos ab omnibus caſibus occultis Papæ reſeruatis. Conſequentia eſt euidens. Antecedens verò probatur manifeſtè. *Tum*, quia in illo decreto, nulla, nec explicita, nec implicita, facultatis, ſeu priuilegij, conceſſi per Concilium Tridentinum, mentio fit: ergo per illud, nullo modo derogatur facultati, ſeu priuilegio, abſoluendi à caſibus occultis Papæ reſeruatis, Prælatis Regularibus à Tridentino conceſſo Patet conſequentia: quia per clauſulam generalem, nullo modo cenſetur derogari facultati, ſeu priuilegio alicuius Concilij generalis, præcipuè Tridentini, vt diximus *ſupra quæſt.* 45. *Tum etiam.* Quia probabile, (& ſatis) eſt, quod dictum priuilegium Concilij, & Pij V. non reuocetur per promulgationem annuam Bullæ Cœnæ, vt probauimus *quæſt.* 45. *cit.* etiamſi in clauſula reuocatoria fiat mentio facultatis, ſeu priuilegij conceſſi per decretum cuiuſuis Concilij; ergo cum in hoc decreto Vrbani, nec adhuc in generali fiat mentio reuocatoria alicuius priuilegij, conceſſi ab aliquo generali Concilio, à fortiori eſt dicendum non reuocari per illud, facultas, ſeu priuilegium conceſſum Regularibus à Concilio Trident.

Secundò, ſic noſtram reſponſionem, ex viſceribus ipſiuſmet Vrbani decreti, probo. Quia per illud, tantùm reuocantur priuilegia aliunde à Tridentino extincta, licèt poſt illud confirmata fuerint, vt ex illis verbis patet: *Cenſuit per confirmationes priuilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica, poſt ſacrum Concilium Trident. obtinuerunt, nequaquam reuixiſſe priuilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipſius Congregationis decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habebant, abſoluendi à caſibus Ordinario reſeruatis, quemadmodum, nec indulta abſoluendi à caſibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi conſueuit, &c.* ergo cum prædictum priuilegium abſoluendi ab occultis reſeruatis, Regularibus conceſſum, non ſolùm, non ſit, per Tridentinum extinctum, ſed potiùs ab eo emanatum, vt ex ſupradictis conſtat, planè ſequitur, quod decretum Vrb.VIII. nec circa illud priuilegium, nec circa declarationem illius à Pio V. factá, verſetur, ac proinde, neq; hanc, nec illud reuocet, ſeu annullet.

Digitized by Google

Nec obſtat, quod poſtea in decreto additur; *Ac proinde Regulares cuiuſuis Ordinis, in vim priuilegiorum, aut confirmationum eiuſmodi, quæ, vel hactenus obtinuerunt, vel in futurum obtinebunt; nec poſſe quemquam abſoluere ab eiſdem caſibus in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reſeruatis*: quia cum de iiſdem priuilegiis & confirmationibus ſermo ſit; vt oſtendit particula, *Eiuſmodi*, ſeu *Huiuſmodi*, quæ relatiua eſt præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus, vt docent Gloſſa cap. *Abbas de elect. in* 5. Rebuffus *l. 1. ff. de verbor. ſignific.* Nauarr. *cap. Si quando, remed. 6. num. 5. de reſcript.* Rota Romana apud Farinac. *deciſ.* 373. *num. 6. tomo* 1. *p.* 2. hinc fit, quod ſi nec priuilegia, nec confirmationes illæ abrogatæ ſunt per Tridentinum, nec per hoc decretum Vrbani abrogantur. Conſtat autem, quod præfata priuilegia Regularibus circa abſolutionem reſeruatorum, conceſſa, non ſint abrogata per Tridentinum, cum potiùs ſint, aut per illud, aut poſt illud per Pontifices cõceſſa: vt conſtat ex habitis *q.* 76.

Tertiò probo. Quia ſicut lex non obligat ante ſufficientem & authenticam promulgationem, ita nec reuocatio priuilegij, cum ſit quædam lex, vt docent Suarez *de leg. cap.* 40. Salàs *diſp.* 17. *ſect.* 1. *n.* 8. Bonac. *de priuileg. diſp.* 1. *q.* 3. *puncto* 8. *num.* 10. & alij Doctores: Sed hæc reuocatio priuilegiorum, quæ Prælatis Regularibus, quoad abſolutionem à reſeruatis, à iure communi, vel ab homine, ſunt conceſſa, non eſt dictis Prælatis ſufficienter intimata, aut promulgata: ergo illis non obligat: ergo, adhuc extante hoc decreto Vrbani, fas erit Regularibus Prælatis, ſuis priuilegiis de abſolutione à reſeruatis agentibus, vti. Conſequentiæ ſunt notæ. Maior etiam eſt certa apud citatos Doctores, necnon apud Sotum *lib.* 1. *de iuſt. q.* 1. *art.* 4. Henriquez *lib.* 7. *c.* 20. *n.* 1. *ibi*. Priuilegium non amittit vim ante certificationem reuocationis, ſeu ſuſpenſionis: quare ſi ante tempus reuocetur Bulla, & ignorans reuocationem elegit Confeſſarium à quo abſolutus eſt à peccatis, etiam reſeruatis, valet abſolutio ex præſumpta intentione Papæ: ne aliàs reuocatio, & lex irritatoria afferat periculum illaqueandi animas ignorantium. & apud Medinam 1. 2. *q.* 21. *art.* 4. Hinojoſam *in Directorio deciſionum Regul. verb. Confirmatio gratiæ; fol.* 124. Ludou. à Cruce *diſp.* 1. *in Cruc. cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 1. & alios DD. Minor verò apertè etiam probatur ex doctrina Azorij *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *q.* 7. Bonac. *loc. cit. n.* 24. Salas *diſp.* 20. *ſect.* 18. *n.* 126. & Antonij de Quintanaduenas *in Sum. Theol. moral. tract.* 3. *ſingul.* 15. *n.* 4. & aliorum. Quia vt reuocatio priuilegij, conceſſi ciuitati, Communitati, Collegio, aut Religioni, alicui, obliget, debet notificari ipſi ciuitati, communitati, vel Religioni, aut Prælatis illius: at ſic eſt, quod hæc priuilegiorum reuocatio minimè eſt Regularibus facta, ſeu intimata, vt affirmãt omnes Religioſi, ac Prælati: ergo illis non obligat.

Quartò. Quia, ſi fidem Baſſæo adhibeamus, hanc noſtram reſponſionem approbauit, ſeu tolerauit Sacra Congregat. Cardinalium, etiam poſt præfatum Vrb. VIII. decretum: ergo & à nobis meritò tolerari debet. Antecedens eſt Baſſæi, qui poſt à ſe relatum (vt vidimus) de verbo ad verbum decretum Vrbani: totam noſtram ſententiam, & doctrinam, vt probabilem latè his verbis; *verbo hæreſis, ſub n.* 18. defendit.

Quintò. Prælati Regulares poſſunt abſoluere ſubditos ſuos ab hæreſi occulta, ex priuilegio Pij V. Quia ſi probabile eſt, authoritatem Epiſcoporum reuocatam non eſſe, per Bullam Cœnæ; ſine dubio, inquiunt Suarez *de Relig. tomo* 4. *tract.* 9. *lib.* 2. *cap.* 10. & Corolianus noſter *de caſib. reſeru. p.* 1. *ſect.* 1. *à* 23. Diana *cit. reſol.* 6. Superiores Regulares, ex dicto priuilegio Pij V. apud Rodriguez *tomo* 1. *qq. Regul. quæſtione* 61 *articulo* 9. poſſunt hæreſim occultam abſoluere: quia extenſio Pij V. generalis eſt, quoad omnes facultates. Imo in partibus vltramontanis, in quibus non viget S. Inquiſitionis Officium, ex nouo decreto Regularibus conceſſo à S. D. N. Paulo V. poſſunt dicti Prælati cognoſcere cauſas ad Inquiſitionis Officium pertinentes: ita tamen, quod poſteà quæcunque per ipſos acta fuerint, indicentur S. Inquiſitionis Officio. Ex qua conceſſione conſtat, Prælatos poſſe abſoluere ſubditos, etiã in foro externo ab hæreſi, & per conſequens à reliquis caſibus Bullæ Cœnæ, vt rectè docet noſter Crouſers *ad c.* 7. *Reg. S. Franc. ſect.* 12. *fol.* 588. *&* 602.

Sextò. Poſito probabile eſſe, priuilegiis Mendicantium non derogari, per annuam Bullæ Cœnæ publicationem, vt docent Rodriguez, Suarez, Diana, & alij ab ipſo citati, poſſunt Religioſi mendicantes approbati ſecundum formam Iuris, abſoluere ſæculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & etiam ab hæreſi, modò ſint occulti. Et hæc poſterior pars probatur. *Primò* ex conceſſione Vrbani IV. apud Rodriguez *tomo* 1. *qq. reg. q.* 61. *articulo* 3. *Compend. priuileg. Mendic.* 5. *abſolutio quo ad ſæculares.* 1. *num.* 18. in qua concedit Fratribus Carmelitis, vt de licentia Prælatorum Eccleſiæ, ideſt prout declarauit Sixtus IV. modò ſint Confeſſores ſecundum formam Iuris præſentati, poſſint audire confeſſiones omnium Chriſtifidelium, cauſa deuotionis ad eos recurrentium, niſi talia commiſiſſent, propter quæ eſſet Sedes Apoſtolica meritò conſulenda. Sed pro hæreſi, *niſi illius* ſit, qui in hæreſim coram Iudice competenti abiuratam relapſus eſt, non eſt meritò conſulenda Sedes Apoſtolica: quia Sixtus IV. prout habetur *in lib. Monument. Ordinum, conceſſione* 344. declarauit, dumtaxat eſſe ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandos, Hæreticos relapſos, Schiſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſſent: ergo ab hæreſi occulta poſſunt præfati abſoluere.

Probatur *ſecundò*, ex conceſſione Sixti IV. facta Fratribus Ordinis Minorum, vt habetur in compendio prædicto *n.* 20. eiuſdem tituli: quâ dictis concedit facultatem Confeſſiones audiendi, & ab omnibus caſibus excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti. ac ſuper quacumque irregularitate, Ordinario, tàm à iure, quàm ab homine reſeruatis, toties, quoties opus fuerit, abſoluendi, diſpenſandi, ac vota quæcumque permutandi & relaxandi, & pœnitentiam ſalutarem iniungendi, ſicut poteſt Diœceſanus. Sed hæreſis ſaltem occulta, ſeu in iudicem nondum deducta, tàm iure antiquo, quàm nouo Tridentini, reſeruatur Ordinariis: ergo ſicut hi poſſunt ab illa abſoluere, ita & Confeſſarij ſupradicti, & conſequenter à reliquis Bullæ Cœnæ caſibus. Et confirmatur. Quia quando hi caſus ſunt occulti, iam non ſunt Summo Pontifici reſeruati, ſed iure ordinario, & non ſpeciali competunt Epiſcopis, & annexi ſunt dignitati Epiſcopali, vt patet ex Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 6.

Vnde dicendum eſt per Trid. decretum, caſus hos occultos, iam non eſſe Papales, ſed Epiſcopales, vt docent Sanch. *lib.* 4. *moral. c.* 54. *n.* 27. Diana *part.* 1. *tr.* 11. *reſol.* 28. *& p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 13. *§. Nota quartò*. Imo ipſemet Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſol.* 239. volens conciliare facultatem Tridentini Epiſcopis conceſſam, cum Bulla Cœnę poſtea promulgata, ſic docet: Rectè dici poteſt, Bullam Cœnæ ſolùm prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt; & ideo non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt. Hæc ille. Vnde prædicta ſententia *anno* 1629. 18. *Iuly* in Conſiſtorio ſacrę Congreg. Illuſtr. Cardin. viſa, tolerata eſt. Et tanquam probabilis à multis huius Academiæ Duacenſis ſacræ Theologiæ Doctoribus admiſſa. Huc vſque Baſſæus. Qui bene, & omnia à nobis in ſuperioribus

quæſtio

Digitized by Google

quæſtionibus tradita, in ſummam verbis relatis, redegit.

Tenet etiam hanc noſtram ſententiam, poſt latum Vrbani decretum Stephanus Bauny *tract.* 4. *de pœnit. quæſt.* 32. vbi latè id probat, *& tom.* 2. *de Cenſur. tr.* 2. *diſp.* 3. *de abſoluente quæſt.* 26. vbi, ne ſequatur aliam ſententiam, hæc illum mouent. *Primum*, quod authoritati Prælatorum regularium noceat. *Secundum*, quod eorum ſubditos priuet neceſſario ad ſalutem remedio, abſolutione, ſcilicet, criminis, in quod ex iis labi poſſunt plurimi. Nam de Epiſcopis, aut Inquiſitoribus S. Fidei dicitur, ad quos ire, & ab iis impetrare ſolutionem nexus ſui, Regulares poſſunt, etſi aſſeratur veriſſimè, quantis eſt id tamen periculum moleſtus; quantis, & quam certis expoſitum animæ, ſalutiſque periculis; quæ ſubire, conſultò ac ſcienter, cum Dei nobis gratiam eripiunt, culpa eſt, eáque contra ius naturæ lethifera; ſed hoc diſcrimen ſpontè ij eligunt, qui egreſſi è clauſtro, Epiſcopum de abſolutione ſuorum criminum ſollicitatum eunt: vel enim, id ſciente faciunt Prælato, ac probante, vel inuito, ac ignorante; ſi ſecundum, peccant; cum eo, retinente domo egredi, aut ignorante committere ſe itineri, inobedientiæ ſit ſcelus. Si primum, etſi contra Regulam, aut obedientiam non delinquant, culpa tamen non ſunt omninò vacui, quod Religioni, tali facto, ſcandalum ingenerent, bonum eius nomen, famámque violent. Nam, quid facilius, quam plebi, natura ſua ſuſpicaci, eam tùm opinionem imprimi, eſſe ab eo graue quidpiam admiſſum, de quo eum ab Epiſcopo abſolui ſit neceſſe. Quæ famæ, nominiſque dedecora vt vitentur, Regulares præpoſitos oportuit ea poteſtate prædiros eſſe, quæ ſubditis ſibi gentibus, reconciliandis cum Deo, & Eccleſia eſt neceſſaria. Hæc Bauny, vt probet Prælatos Regulares poſſe ſubditos ſuos ab hæreſi occulta, & conſequenter ab aliis caſibus occultis Papæ, adhuc in Bulla Cœnæ, reſeruatis, abſoluere licitè valeant.

Tenent deinde adhuc poſt præfatum Vrbani decretum, Crouſers *in Regula Sancti Franciſci loc. cit. & ſectione* 28. *fol.* 771. vbi probat poſſe Confeſſarios Regulares abſoluere etiam ſæculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & ab hæreſi, ex præcitatis priuilegiis Vrb. IV. & Sixti IV. (loquendo de omnibus caſibus Pontifici reſeruatis, excepta hæreſi) Leander de Murcia *in c.* 7. *Reg. S. Franc. cap.* 21. *n.* 12. his verbis: [Pero no oſtante las dichas razones, la primera ſentencia es la mas verdadera, hablando de todos los caſos de la Bulla de la Cena (excepto la heregia, y los demas caſos, que como diximos arriba en el cap. precedente, en el *numero* 12. ſe comprehenden debaxo della, cuya abſolucion pertenece à los Señores Inquiſidores, como lo declarò la ſacra Congregacion *à* 17. *de Nouiembre* 1628.) y aſſi podran muy bien abſoluer los Prelados Regulares de todos ellos à ſus ſubditos.] Sic Leander. Sed malè in hoc quod dicit, ſacram Congregationem ſpecialiter in ſuo decreto abſolutionem ab hæreſi Regularibus prohibuiſſe. Quia vt viſum eſt, æqualiter, & ſine exceptione vlla loquitur. Tenet etiam totam noſtram reſolutionem Vincentius Candidus, Magiſter nunc ſacri Apoſt. Palatij (qui ſua opera, decem poſt annos, poſtquam decretum Vrbani prodiit, in lucem edidit) *tomo* 1. *diſquiſ.* 22. *articulo* 47. *in fine & art.* 49. *&* 50. Et nouiſſimè Quintanaduenas *in Summa Theologiæ moral. tractatu* 3. *ſingul.* 14. 15. *&* 16. Quia quamuis hic, ſolùm loquatur de facultate, quam Regulares habent abſoluendi à caſibus reſeruatis Epiſcopis; tamen idem ſentire debet de facultate abſoluendi à reſeruatis Papæ; cum de omnibus æquè prohibitio facta ſit in dicto Vrbani decreto, vt legenti conſtabit.

Conſtat igitur ex dictis, valdè probabile eſſe quod nec per decretum Vrbani reuocata ſint priuilegia Regularibus, quoad abſolutionem à reſeruatis Papæ conceſſa, & conſequenter, ſi aliud aliquid non obſtet, poſſe Prælatis Regulares virtute illorum abſoluere ab omnibus peccatis, caſibúſque occultis Papæ reſeruatis. An autem id per aliud priuilegium Inquiſitioni conceſſum, ſit illis, quantum ad abſolutionem ab hæreſi etiam occulta, prohibitum, ſtatim dicemus: ſit ergo.

QVÆSTIO LXXIX.

An præfata Regularium Prælatorũ priuilegia, ſint, ſaltem quoad abſolutionem ab hæreſi, reuocata, ſeu ſuſpenſa, per aliquod priuilegium ſanctæ Inquiſitionis Hiſpanienſis Tribunali conceſſum?

AFfirmat, eſſe reuocata dicta Regularium priuilegia, per priuilegium conceſſum ſanctæ Inquiſitionis Tribunali Hiſpanienſi, & ideo, quamuis extra ditionem Hiſpanienſis Inquiſitionis, poſſint Regulares perfrui, & vti ſuis priuilegiis, adhuc quoad abſolutionem ab occulta, hæreſi, non tamen in Hiſpania. Affirmat, inquam, doctus Petrus Hurtado de Mendoza *de fide volum.* 2. *diſp.* 84. *ſect.* 2. §. 45. his verbis: Abſolutè probo hanc Patris Thomæ (Sanchez *intellige*) ſententiam: quia exiſtimo, in ea familia (*Dominicana, videlicet*) id priuilegium non eſſe in vſu, quoad ſpectat ad abſolutionem ab hæreſi. Quod confirmo ex Patre Suarez *tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 7. aſſerente eſſe in praxi, Religioſos abſolui ab hæreſi occulta ab Epiſcopo. Rationémque colligo ex ipſo ibidem: quia à ſuis Prælatis non poſſunt abſolui. Nec ſententiam oppoſitam cenſeo probabilem, nec in conſcientia tutam. Quia cum Societas eo priuilegio eſſet à Romana Sede donata; illi tandem ceſſum eſt à Præpoſito generali Claudio Aqua viua, pro Hiſpanienſibus Prouinciis, ita flagitante Inquiſitione, quod ea non periiſſet, ſi Dominicani eo priuilegio gauderent; quod non vſu, aliiſque de cauſis eſt abrogatum, vel nunquam conceſſum. Vt autem clarius conſtet, hac de re aduerto, Societati conceſſam eſſe facultatem, vt Socij abſolui poſſint à relapſu in hæreſim à Prælatis, quibus committeretur à Præpoſito generali: vt conſtat ex Compendio priuileg. §. 7. etiam in Hiſpania: at verò, flagitante ſic Philippo II. Præpoſitus generalis, id confirmante Clemente Octauo, ſe eo priuilegio abdicauit pro Regionibus, in quibus more Hiſpanienſi floruit Inquiſitio, vt conſtat ex Congregatione 5. generali, *Canone* 21. monente Socios, priuilegium perinde non valere, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſum. At verò extra eas Prouincias, eo priuilegio fruitur Societas, vt conſtat ex compendio §. 8. ob priuilegium Minorum de Obſeruantia vltramontanorum. Imo extra Hiſpanienſis Inquiſitionis ditionem, poteſt Præpoſitus generalis per ſe, vel per alium, abſoluere quoſcumque ab hæreſi in foro conſcientiæ, non verò in Hiſpania, vt conſtat ex Compendio §. 3. referente conceſſiones Iulij III. & Gregorij XIII. In Hiſpania ergo nulla Religio eo priuilegio gaudet. Huc vſque Petrus Hurtado.

Sed, quidquid ſit de ſubſtantia reſponſionis huius Patris, de quo ſtatim nonnulla, quæ incidenter in illa continentur, falſa videntur omnino; vt ex à nobis nuper traditis, facilè conſtare poteſt. Nam *Primò*, falſum eſt, quod Familia Dominicana, non gaudeat priuilegio, quod ſpectet ad abſolutionem ab hæreſi occulta, eo quod, vel nunquam ſit illi conceſſum; vel non vſu, aliiſque de cauſis, ſit abrogatum.

Digitized by Google

Nam, quod ſit huic illuſtriſſimæ Familiæ conceſſum à Clemente IV. Vrbano IV. Sixto IV. Iulio II. & à Pio V. manifeſtè conuincitur ex habitis *quæſt.* 73. 75. & 76. Quod verò tale priuilegium, non ſit per non vſum, aut per aliam cauſam, in tali familia abrogatum, conuincitur ex grauiſſimis eiuſdem familiæ Patribus, id firmiter aſſerentibus; Quibus certò certius in re ad familiam ſuam pertinente, credendum eſt. Sunt autem Hinojoſa, Candidus, Petrus Ledeſma, Bannes, & alij. Quibus ſubſcripſere ex aliis familiis omnes.

Secundò, falſum dicit, in eo quod ait, ſententiam oppoſitam, nec eſſe probabilem, nec in conſcientia tutam; eo quod, priuilegium conceſſum ſocietati, vt abſolui poſſint ſocij, etiam in Hiſpania, à ſuis Prælatis, ab hæreſi occulta, & à relapſu in hæreſim, Generalis ſe eo priuilegio abdicauit, pro Hiſpania, & ideo tale priuilegium in ſua perinde non valere, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſum. Quia contra hanc rationem, ob quam hic author dicit, oppoſitam ſententiam, nec eſſe probabilem, nec tutam, ſtat *Primò*, quod Regulares, non ſolùm ob priuilegium ſocietati conceſſum, poſſunt abſolui à ſuis Prælatis, ab hæreſi occulta; ſed ob plura alia; vt conſtat ex dictis *q.* 73. 75. & 76. *Secundò*: quia non obſtat quid, ad hoc quod cæteræ Religiones gaudeant, & fruantur priuilegio conceſſo ſocietati, quoad abſolutionem ab hæreſi, quod ab illo ſe abdicauerit P. Generalis eiuſdem Societatis, dummodo Prælati aliarum Religionum, qui tali priuilegio per communicationem gaudent, idem non fecerint, vt conſtat ex his, quæ tradunt communiter Doctores de hac materia tractantes, præcipuè Suarez *de legibus, libro* 8. *capite* 15. *à numero* 5. & *cap.* 16. *à numero* 11. Mandos *de priuileg. ad inſtar quæſtione* 6. Rodriguez *tomo* 7. *quæſtionum Regul. quæſtione* 55. *articulo* 19. Azeuedo *conſil.* 36. Barboſa *tractatu de clauſulis vſu frequentiorib. clauſ.* 5. *numero* 8. & 9. Miranda *tomo* 1. *Directorij, quæſtione* 45. *articulo* 8. & 9. Non ergo ratio Petri Hurtadi eſt ſufficiens, aut efficax, vt propter illam cogamur aſſerere oppoſitam ſententiam eſſe probabilem, & in conſcientia non tutam.

Nihilominus tamen reſpondeo dicendum, eſſe mihi certum, talia priuilegia Regularibus, quoad abſolutionem ab hæreſi occulta, conceſſa, eſſe ſuſpenſa, & abrogata per aliquod priuilegium generale condonatum ſanctiſſimo Tribunali Inquiſitionis Hiſpanienſis, & ideo in Hiſpania nullo modo poſſe abſolui Regulares à ſuis Prælatis ab hæreſi occulta, niſi facultate obtenta à Dominis Inquiſitoribus; & in eorum abſentia ab Epiſcopo, niſi his, ſpecialiter id facere, ſit prohibitum.

Ratio eſt. Quia tanquam certum credendum eſt, quod ſanctiſſimum Tribunal Inquiſitionis Hiſpaniæ, habeat hoc priuilegium à Sede Apoſtolica obtentum, vt teſtantur ipſimet Domini Inquiſitores, apud Luyſium citatum *ſupra quæſtione* 45. loquendo de facultate Epiſcoporum. Et quod illud ſit non ſolùm à Pontifice obtentum; ſed etiam intimatum Prælatis Regularium; videtur etiam colligi, ex eo quod hi, nullo modo ab hæreſi occulta audeant ſuos ſubditos abſoluere: quod certè poſſent, ſi illud quod adſtruimus non eſſet verum; vt ex dictis conſtat. Maneat ergo firmatum, quod in Hiſpania minimè poſſint Regulares Prælati abſoluere, nec ſuos ſubditos, ab hæreſi occulta, niſi obtenta facultate à Dominis Inquiſitoribus, & in eorum defectu à Dominis Epiſcopis, modò ad hoc faciendum non ſint prohibiti.

QVÆSTIO LXXIX.

An Regulares poſſint nunc abſoluere ſæculares, à caſibus Epiſcopo reſeruatis?

NEgant apud Quintanaduenas, *vbi infrà*, Miranda *in Man. tom.* 2. *q.* 46. *art.* 9. & Sorbus *verb. caſus reſeruatus fol.* 106. Quia exiſtimant hanc poteſtatem ablatam eſſe Regularibus per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 16. Sed certè Miranda id non docet *loc. cit.* quia ibi ſolum agit de communicatione priuilegiorum; benè tamen *quæſt.* 55. *art.* 19. vbi, licèt neget poſſe nunc Regulares abſoluere ſæculares à caſibus reſeruatis Epiſcopis virtute ſuorum priuilegiorum, non tamen hoc docet, quia eorum priuilegia ſint abrogata per Concilium Tridentinum; ſed per quoddam Clementis VIII. decretum.

Negant etiam alij, exiſtimantes Regulares minimè iam poſſe abſoluere ſæculares à caſibus Epiſcopis reſeruatis; quia eorum de hac re priuilegia, reuocata fuerunt olim pro tota Italia, per decretum ſacræ Congregationis edictum auctoritate & mandato Clementis VIII. *die* 9. *Ianuarij* 1609. vt referunt Bellarm. *in Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. Molfeſius *tract.* 7. *capite* 18. Sorbus *loc. cit.* Baſſæus *verb. caſus reſeruatus. num.* 38. *verſ. Ex quibus priuilegiis.* & Quaranta *verb. caſus reſeruat.* Quod poſtea idem decretum confirmauit, & innouauit, eadem ſacra Congregatio mandato Pauli V. *die* 7. *Ianuarij* 1617. vt ex Lugo, Ludouico à Cruce, Villalobos, & aliis refert Quintanaduenas, *in Sum. Theolog. moral. tractatu* 3. *ſingulare* 14. Et tandem hoc idem nouiſſimè decreuit ex mandato Vrbani VIII. *die* 17. *Nouemb.* 1628. Cuius decreti tenorem habes *ſupra quæſt.* 78. Et ideo poſt hoc Vrbani decretum, hanc ſententiam omnino eſſe tenendam, affirmant Comitolus *in Reſponſ. lib.* 1. *quæſt.* 25. Diana 1. *p. tract.* 5. *reſolut.* 6. & 3. *p. tract.* 1. *reſol.* 122. & *p.* 6. *tract.* 6 *reſol.* 64. & alibi. Barboſa *in Summa Apoſtolicarum deciſionum verbo, Abſoluere num.* 7. & *verb. caſus reſeruatus num.* 9. & 10. & *verb. Regularis quoad Confeſſiones, num.* 17. & 21. & penes ipſum, Lezana *in Summa qq. Regul. tom.* 1. *cap.* 19. *n.* 17. Ioan. Maria Conar. *in Lucerna Regular. verb. Abſolutio num.* 1 Sellius *in Selectis Canon. cap.* 18. *num.* 6. & *cap.* 31. *num.* 36. Peirinus *de priuileg. Regular. ad Conſtit.* 1. *Iulij II. n.* 63. & *tom.* 3. *in addit. ad Conſtit. Sixti IV. cap.* 2. *n.* 38. Sic etiam Baſſæus *loc. cit.* Vbi poſt relatum, de verbo ab verbum, decretum Vrb. VIII. derogantis priuilegiis Regularium quoad abſolutionem à caſibus Ordinario reſeruatis, ita concludit: Vnde hodie hoc decretum à priuilegiatis ſeruandum eſt, vbi authenticè publicatum, & vſu receptum eſt. Sic ille & Trullench *lib.* 1. *in Cruc.* §. 9. *dub.* 3. *n.* 11. dicens, quod prædicto decreto Vrbani VIII. extante, nullo modo ſuſtineri poſſit oppoſita ſententia. Tenent etiam & alij omnes ferè, qui poſt dictum decretum ſcripſère. Legantur de hac re etiam Suarez *tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 30. *ſect.* 2. Sancius *in ſelectis diſputatione* 48. & alij penes ipſos.

Sed adhuc probabiliſſimè reſpondeo poſſe, nunc etiam, prædictos Regulares abſoluere ſæculares à caſibus Epiſcopis reſeruatis. Ratio eſt. Quia Regulares habent quam plura priuilegia ad abſoluendum à caſibus Epiſcopo reſeruatis: at hæc, nec per Concilium Tridentinum, nec per decreta relata Clementis, Pauli, & Vrbani, Pontificum, ſunt reuocata: ergo liberè & licitè poterunt Regulares abſoluere ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis. Conſequentia eſt manifeſta. Maior etiam. Quia Regularibus fuere conceſſa huiuſmodi priuilegia iam ante Concilium Tridentinum à Sixto IV. Vrbano IV. Eugenio IV. Iulio II. & Paulo III. vt referunt Rodrig. *tomo* 1. *q.* 61. *articulo* 3. Miranda *tomo* 1. *quæſtione* 46. *articulo* 3.

&

& ex illis Quintanaduenas, *vbi infrà*, quàm poſt Concilium dictum, à Pio V. *anno* 1567. & à Clemente VIII. *anno* 1582. & ab aliis, vt refert Quintanaduenas *in ſum. Theol. moral. tract.* 3. *ſingulare* 16. *&* 17. Minor verò, in qua eſt tota difficultas.

Probatur *primò*. Quia huiuſmodi conceſſa ante Tridentinum, nec reuocantur per Tridentinum, nec per decreta Pontificum adducta: ergo adhuc virtute illorum, poſſunt Regulares abſoluere ſæculares ab omnibus reſeruatis, vel per Conſtitutionem Synodalem, vel per conſuetudinem ſpecialem, vel per beneplacitum Epiſcopi. Quod dicta priuilegia non reuocentur per Tridentinum, conſtat: quia ſi alicubi, maximè, vt omnes DD. ſupponunt, *ſeſſ.* 14. *capite* 6. vbi ſtatuitur, *quod extra mortis articulum, Sacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentem perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores & legitimos Iudices pro beneficio abſolutionis accedant*. Sed in hoc cap. non reuocantur Regularium priuilegia; cum ſolùm ſtatuat Concilium à non habente iudiſdictionem ordinariam, vel delegatam, in reſeruata, non poſſe hæc abſolui, vt conſtat ex iis eiuſdem capitis verba: Veriſſimum eſſe, Synodus hæc confirmat; nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quem Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habeat iuriſdictionem: ergo cum Regulares iam haberent delegatam in reſeruata Epiſcopis, vt omnes concedunt, & conſtat ex eorum priuilegiis, planè ſequitur per hoc Concilij teſtimonium priuilegia abſoluendi à reſeruatis Epiſcopo, non auferri ab illis, & ita docent expreſsè Henriquez *lib.* 6. *c.* 6. §. 5. *in corpore, & in marg. lit. P. & Q.* & penes ipſum, Medina, Corduba, Petr. Soto, & alij Rodriguez *tom.* 1. *q.* 61. *art.* 1. *&* 3. Suarez *tom* 4. *in* 3. *p. diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 16. Ludou. à Cruce, *diſp.* 1 *in Cruc. c.* 3. *dub.* 5. Lud. de Beja *parte* 2. *caſu* 21. Quintanaduenas *tractatu* 3. *cit. ſingul.* 14.

Rurſus, quod neque per decreta Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. reuocentur regularium priuilegia, quoad abſolutionem à reſeruatis Epiſcopo, probatur. *Primò*. Quia (vt ſupra eſt habitum) vt reuocatio legis aut priuilegiorum obliget, debet ſufficienter intimari & publicari: ſed hæc, non eſt ſufficienter intimata, cum nec in Diœceſibus ſit promulgata, nec Prælatis Religionum notificata, vt habet Quintanaduenas *loc. cit. ſingul.* 15. ergo non obligat Regulares.

Secundò. Quia priuilegium abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, quo gaudent Regulares, eſt inſertum in corpore iuris communis, vt probant ex Clem. *Dudum*. & Extrau. *Inter cunctas*. Panorm. Felin. Bonifac. Ioan. de Ligniano, S. Anton. Angel. Tabiena & Armilla, quos citat, & ſequitur Rodriguez *tomo* 1. *q.* 61. *art.* 2. ergo nec per Concilium, neque per huiuſmodi Pontificum decreta, abrogatur; patet, quia nec in Concilio, neque in dictis Decretis, fit expreſſa abrogatio iuris communis: ac ſic eſt, quod in generali derogatione priuilegiorum, non comprehenditur priuilegium inſertum in corpore iuris communis, ſi non fiat huius ſpecifica derogatio, vt docent Gregor. Lopez, Bartol. Baldus, Felin. Perez, Menochius, & Sanchez, quos refert, & ſequitur Quintanaduenas *loc. cit.* ergo. Vnde conſtat, quod dato, quod per dicta Concilij, & Pontificum decreta, reuocaretur poteſtas abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis conceſſa Regularibus, ex vi priuilegiorum, non reuocaretur conceſſa ex vi iuris communis. Quia vt benè Barboſa *in ſeſſ.* 14 *Trid. cap.* 7. in id, cum nil poſſint in caſibus reſeruatis (ait) multi ſapientiſſimi Doctores indiſtinctè tenent, Concilium in præſenti, non intendere derogare antiquo Regularum priuilegio, quod iuri communi inſertum habent ratione fauoris, ſicut & ius commune, & poſſe Regulares abſoluere à reſeruatis Epiſcopo caſibus, etiam poſt Trident. Sic Barboſa. Vnde noſtram ſententiam nouiſſimè poſt decretum Vrbani, tenent Bauny *tract.* 4. *de pœnit. q.* 33. & penes illum Rodriguez & Suarez *loc. cit.* & Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 10. *n.* 18. Quintanaduenas *tract.* 3. *cit. ſingul.* 15. 16. *&* 17. vbi latè, & benè id defendit, & exponit decreta Pontificum, quæ contrarij nobis obiiciunt. Candidus *de Cenſur. diſquiſ.* 22. *art.* 51.

Tertiò tandem. Quia Regulares habent, vigore ſuorum priuilegiorum, facultatem abſoluendi à caſibus Pontifici reſeruatis, vt ſupra eſt habitum: ergo & conſequenter à reſeruatis Epiſcopo: patet, quia Pontifex concedens facultatem Regularibus abſoluendi omnibus caſibus, à quibus ipſe poteſt abſoluere; conſequenter concedit facultatem abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, cum ab his ſine dubio ipſe Pontifex poſſit abſoluere: ergo.

§. III.

De facultate abſoluendi à caſibus reſeruatis, & Cenſuris, virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilei.

QVÆSTIO LXXX.

An virtute Bullæ Cruciatæ, poſſit quis abſolui ab omnibus caſibus, & excommunicationibus Epiſcopis reſeruatis; totieſque, & quoties indiguerit?

RESpondeo tanquam certum apud omnes: Poſſe. Quia id conſtat ex contextu Bullæ; ibi: *à reliquis peccatis, & Cenſuris non reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, poſſit Confeſſarius abſoluere toties, quoties audierit eorum Confeſſiones*: ergo. Sic Trullench. *lib.* 1. *in Cruc.* §. 7. *cap.* 2. *dub.* 2. *n.* 4. his verbis: A caſibus: & Cenſuris Epiſcopis, vel aliis Prælatis inferioribus Papa reſeruatis, virtute Bullæ abſolui poteſt toties quoties pœnitens benè diſpoſitus intra publicationis annum acceſſerit. Ratio eſt: quia ita manifeſtè habetur in Bulla ibi: *Aliorum verò Sedi Apoſtolicæ non reſeruatorum, & reſeruatorum toties, quoties confitebuntur, &c.* Quod procedit etiamſi peccata ſint commiſſa ante, vel poſt Bullæ ſuſceptionem, & ſiue fuerint commiſſa ex illius confidentia, etiam poſitiua. Sic ille. Et antea Henriquez *lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 3. Medina *lib.* 1 *ſum. cap.* 11. §. 7. Corduba *caſu* 144. Rodrig. §. 9. *in Bull. n.* 62. Auſonius *in ſumma Dianæ verb. Bulla Cruciata quoad reſeruata*. Villalob. *tract.* 27. *clauſula* 9. Machado *lib.* 1. *parte* 3. *tract.* 1. *docum.* 5. *n.* 2. *& tract.* 8. *docum.* 3. *n.* 1. *& document.* 5. *numero* 2. Ludouic. à Cruce *diſputatione* 1. *in Cruc. capite* 4. *dub.* 1. Acoſta *ſuper Bullam, quæſtione* 50. Franciſcus Bardi *in Summaria explicatione Bullæ*, §. 15. *& alij*.

QVÆSTIO LXXXI.

An virtute Bullæ Cruciatæ, poſſit quis abſolui bis, nempe ſemel in vita, & iterum in articulo mortis, ab excommunicatione reſeruata Papæ, etiam in Bulla Cœnæ?

NEgant Garcias *de benef. tom.* 2. *part.* 11. *c.* 10. *n.* 130 & Bleda *in opuſc. defenſ. fid. in cauſa Moriſc. c.* 31. Sed reſpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia ſic habetur in Bulla, his verbis: *Et ab eo* (nempe, Confeſſario virtute Bullæ electo (*quorumcumque peccatorum,*

Digitized by Google

peccatorum, & cenſurarum (etiam Sedi Apoſtolicæ, & in Bulla Cœnæ Domini reſeruatorum) plenariam Indulgentiam & remiſſionem, ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo: aliorum vero Sedi Apoſtolicæ non reſeruatorum ac reſeruatorum, toties, quoties confitebuntur abſolutionem & remiſſionem mediante ſalutari pœnitentia, ſecundum culparum exigentiam, obtinere, &c. Sic textus. Et ex illo omnes fere DD. præcipuè citati. Inter quos, Diana 1. *p. tract.* 11. *reſol.* 96. *& parte* 4. *tract.* 4. *reſol.* 18. Ludouic. à Cruce *diſp.* 1. *in Cruc. c.* 20. *dub.* 4. *n.* 8. Qui benè contra authores primæ opinionis, probat, huic clauſulæ Bullæ Cruciatæ, nullo modo derogari per Bullam Cœnæ. Trullench. *lib.* 1. *in Bullam.* §. 1. *dub.* 13. *numero* 2. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An vigore huius Bullæ, poſſit pœnitens abſolui ab vnoquoque caſu, Pontifici reſeruato, quouſque abſoluatur ab omnibus, ab vnoquoque tamen ſemel, intra publicationis annum?

NEgant communiter Doctores, exiſtimantes, non poſſe pœnitentem abſolui virtute Bullæ à caſibus Pontifici reſeruatis, niſi ſemel in vita: ac proinde, ſi quis abſoluatur ab vno caſu reſeruato, & poſtea incidat in alium caſum, etiam ſpecie diuerſum, non poterit abſolui à tali caſu vi eiuſdem Bullæ, ſed oporteret ſecundam Bullam accipere, iuxta indultum Gregorij XIII. *anno* 1563. *quinta Maij.* vt virtute illius, iterum ſemel à tali caſu abſolueretur. Fundamentum eorum eſt; quia poſſe ſemel in vita abſolui à reſeruatis Papæ, planè ſignificat, ſemel recipere abſolutionem, per vnum Sacramentum, non per plura: nam aliàs ſi ab vno hodie, & ab alio ſequenti die quis abſoluatur, iam non ſemel tantum, ſed bis abſolueretur à reſeruatis, vel à reſeruato, quod nullo pacto Bulla concedit. Ita Villalobos *tomo* 1. *tract.* 27. *clauſula* 9. §. 2. *n.* 5. per hæc verba: [Acerca de la ſegunda parte de la clauſula, en que ſe concede; que las puedan abſoluer vna vez en la vida, y otro en el articulo de la muerte, &c. Se ha de aduertir, que no es ſentido que de cada caſo le puedan abſoluer vna vez en la vida, y otra en la muerte, que deſſa manera pudiera auer muchas abſoluciones en el año, y en la muerte; auiendo diferentes caſos: ſino que ſolo le puedan abſoluer vna vez en la vida de quales quier peccados y cenſuras lo qual conſta de las palabras de la Bulla, como aduierte el P. F. Manuel. *in Bulla* §. 9. *n.* 35.] Sic ille. Et Petrus Ledeſma *in ſum. tom.* 1. *tract. de pœnit. cap.* 13. *concl.* 2. *dub.* 1. *pag. mihi* 264. Moure *in examin. Theolog. moral, parte* 3. *cap.* 9. §. 9 *n.* 1. Diana 1. *parte tract.* 11. *reſol.* 18. Trullench *in Bullam lib.* 1. §. 7 *cap.* 2. *dub.* 3. *n.* 2. dicens, contrarium nullo modo defendi poſſe. Ludouicus à Cruce *in Bullam diſp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 13. Franciſc. Bardi *in Bullam loc. cit. & tract.* 6. *cap.* 1. *ſect.* 1. Machado *lib.* 1. *parte* 3. *tractatu* 1. *docum.* 5. *& tract.* 8. *docum.* 4. *n.* 2.

Sed probabiliter certè reſpondeo: Poſſe pœnitentem vigore priuilegij Bullæ, quod obtinuit, abſolui à Confeſſario ab ipſo electo ab vnoquoque caſu Pontifici reſeruato, donec abſoluatur ab omnibus: dummodo ab vnoquoque in ſpecie ſemel tantùm in vita, intra publicationis annum abſoluatur, vi eiuſdem Bullæ. Itaque, ſi quis incidat in peccatum ſimoniæ, commiſſum in adeptione beneficij eccleſiaſtici (quod eſt reſeruatum Summo Pontifici) & ab illo vi Bullæ cruciatæ abſoluatur; ſi poſtea incidat in alium, ſpecie diuerſum caſum, Pontifici reſeruatum, v. g. in peccatum exactionis tributorum à perſonis eccleſiaſticis, tunc optimè poterit dictus Simoniacus abſolui virtute eiuſdem Bullæ ab iſto caſu Papali, ſpecie diuerſo à primo, & ſic à cæteris peccatis ſpecie diuerſis, ſemel tantum vita, nunquam tamen bis ab eodem in ſpecie peccato, v. g. ſimoniæ.

Probo primò. Quia priuilegium illud, per quod concedit Pontifex poteſtatem circa abſolutionem à caſibus ſibi reſeruatis, cum ſit fauor Principis, ſine alicuius præiudicio, & opus liberalitatis & clementiæ, eſt latè interpretandum, & ad caſus ſimiles expreſſis exponendum, vt contra Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 2. *n.* 7. putant Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 3. *& cap.* 30. *n.* 4. Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 3. Raphaël de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *q.* 88. *art* 12. *diſp. vlt. n.* 2. Villalob. *tract.* 27 *in tit. n.* 7. Trullench. *in proœm. in Bullam dub.* 8. *n.* 4. Diana 1. *p. tract.* 11. *reſol.* 98. Quintanadueñas *in Sum. Theolog. moral. tract.* 8. *ſingul.* 5. *numero* 11. Franciſcus Bardi *in Bull. Cruc. tract.* 6. *c.* 1 *ſect.* 2. *n.* 8. & alij communiter: ergo ſi illa verba & limitatio Bullæ, nempe, *de ſemel à reſeruatis Pontifici abſoluendo*, intelligi poſſunt modo à nobis explicato, talis ſenſus, vtpote fauorabilior, eſt amplectendus. Quod verò ſic intelligi, abſque eo, quod inconueniens aliquod inde ſequatur, poſſint, conſideranti conſtat.

Huic argumento reſpondet Bardi *loc. cit. numero* 8. negando, quod prædicta verba Bullæ intelligi poſſint in ſenſu à nobis explanata, eo quod talis ſenſus planè repugnet cum ipſiſmet verbis, quæ in Bulla continentur, videlicet: *Quorumcunque peccatorum, & cenſurarum Sedi Apoſtolicæ reſeruatorum, & reſeruatarum remiſſionem ſemel in vita obtinere poſſint.* Cum in his verbis Pontifex clarè limitet genus peccati reſeruati, non autem ſpeciem tantùm, vt nos exponimus. Et ideo quamuis poteſtas abſoluendi à caſibus reſeruatis, ſit fauorabilis, & latè exponendo, non tamen adeo, vt expoſitio & ampliatio ſit vltra ſenſum, quem ipſa verba habere poſſunt.

Sed certè ego non video, qua ratione ſit incompatibilis noſtra explanatio, cum verbis illis Bullæ: *quorumcunque peccatorum & cenſurarum Sedi Apoſtolicæ reſeruatarum remiſſionem ſemel in vita obtinere poſſint*; Sed potius compatibilis, vti genuina, vt conſtat. Quia abſoluendo Confeſſarius pœnitentem, non bis, vel ſemel, à quocunque peccato reſeruato, ſpecie ab alio diuerſo, etiamſi id faciat per iteratas abſolutiones, ſanè verificatur, quod pœnitens ſemel obtineat, quorumcunque peccatorum reſeruatorum abſolutionem, & remiſſionem; cum non bis, ſed ſemel dumtaxat, ab vno in ſpecie peccato reſeruato, remiſſionem obtineat. Compatibilis ergo eſt noſtra Bullæ explanatio, cum verbis eiuſdem.

Secundò probo noſtram reſponſionem. Nam pœnitens, ſi eſſet irretitus omnibus peccatis Pontifici reſeruatis, poſſet ſimul, & per vnicam abſolutionem, abſolui ab omnibus virtute clauſulæ dictæ Bullæ; vt concedunt omnes Doctores oppoſitæ partis, præcipuè Ledeſma & Trullench: ergo ſimiliter poterit abſolui ab eiſdem, modo explicato, per plures, & iteratas abſolutiones; patet conſequentia, cum per hoc, nil amplietur conceſſio; nil amplius priuilegium extendatur ex parte rerum conceſſatum, vt conſtat.

Huic argumento reſpondet Ledeſma *loo. cit.* [Que aunque es verdad, que de vna vez le puede abſoluer de todos los caſos reſeruados, que da licentia la Bulla, però no dà licencia para abſoluer mas que vna vez, ſino es que la miſma Bulla ſe buelua à tomar otra vez.

Sed hæc reſponſio, non euacuat vim noſtri argumenti à paritate confecti. Nam per illum conuincimur ad aſſerendum, Bullam Cruciatam non negare facultatem pœnitenti, vt virtute illius poſſit iterum, atque iterum abſolui à diuerſis in ſpecie reſeruatis, donec ab omnibus abſoluatur, ſemel tamen ab vnoquoque; quapropter dicta verba Bullæ, modò à nobis expoſito; neceſſariò debent intelligi, vt amplius ex mox dicendis conſtabit.

Tertiò.

Digitized by Google

Tertiò. Quia ſi non eſſet noſtra explicatio vera, planè ſequeretur, quod is, qui in plura incidiſſet Papæ reſeruata, maiori frueretur priuilegio, & fauore, quàm alius, qui in pauciora; quod videtur alienum à iuſtitia diſtributiua, & à ratione. Sequela clarè probatur. Quia ſi quis committeret omnia peccata Papæ reſeruata, & pœnitentia ductus, ab omnibus abſolueretur, vi Bullæ Cruciatæ; per vnicum Sacramentum, maiori eſſet condecoratus priuilegio, quàm alius, qui ſemel in vnicum incidiſſet reſeruatum, & poſtquam vigore Bullæ fuiſſet per confeſſionem ab eo ſolutus, ſtatim in aliud vnicum, alterius ſpeciei, reſeruatum incideret, ſi ab hoc per nouam Confeſſionem abſolui, vi eiuſdem Bullæ, nequiret: ſiquidem ille ab omnibus reſeruatis Papæ abſolutus foret vi Bullæ, hic verò, poſſet ab vnico tantum, quod non ſolùm menti Pontificis, eiúſque pietati opugnare videtur, verùm etiam rationi, vt conſtat.

Quartò. Nam ex oppoſita ſententia, aliud graue incommodum, & damnum eueniret ſæpius. Quia ſi quis ſciret, quod ſemel abſolutus à reſeruato, etiam vnico, non poſſet iterum ab alio diſtincto in ſpecie, ſaltem, vi eiuſdem Bullæ, abſolui, minimè vellet ad Confeſſionem, ſtatim ac in reſeruatum incideret, accedere; ſed conſultò expectaret ad hoc, vt ſi fortè ob fragilitatem carnis, in alia reſeruata incideret, ab omnibus ſimul poſſet per vnicum Sacramentum abſolui ne aliàs adſtringeretur, vel ad ſumendam ſecundam Bullam, vel ad aliud inquirendum remedium: at hoc eſt maximum inconueniens, vtpote redundans in præiudicium animarum, eas ad ſalutem ſpiritalem inquirendam retardans: ergo piè credendum eſt non eſſe mentem Pontificis illam, quam contrarij explicant; ſed illam quam nos.

Nec obſtat contra hanc noſtram expoſitionem, quod obiicit Trullench: videlicet, quod ſi ratione vnius Bullæ poſſet quis abſolui ſemel à ſingulis reſeruatis, non erat cur Gregorius XIII. concederet, vt poſſit quis ſecundam Bullam accipere, vt iterum poſſet ſemel abſolui à reſeruatis Papæ. Quia huic Ægidij coniecturæ facilè fit ſatis dicendo, quod nouum illud Gregorij indultum, non ideo eſt ſuperuacaneum, quia re vera effectum habebit, quando quis incidat in eundem ſpecie caſum, à quo ſecunda vice, non poſſet vi primæ Bullæ abſolui, & ideo indultum de ſumenda ſecunda Bulla, videretur maximè fauere fidelibus. Ita reſpondet Bardi *loc. cit. n.* 5. Qui tamen, quia nullum inuenit auctorem, qui noſtram defendat ſententiam, oppoſitam cum communi amplectitur. Tenent tamen aliqui, quos tacito nomine refert Ludouicus à Cruce. quod illi certè ſufficere poſſet.

QVÆSTIO LXXXIII.

An virtute Bullarum præteritarum, poßit quis etiam abſolui ſemel, à caſibus Papalibus; ſi Bullis illis, in ordine ad hunc effectum, non ſit vſus?

NEgat Bardi *in Bullam tract. 6. cap. 1. ſect. 2. n.* 11. dicens, contrariam opinionem eſſe improbabilem & contra praxim. Cuius ratio eſt: quia elapſo anno publicationis, omnino perit vigor Bullæ illius anni, vt colligitur ex ipſamet Bulla, in cuius initio dicitur, *illos frui poſſe priuilegijs Bullæ, qui intra annum à die publicationis, &c.* ergo non tranſacto anno. Citat Bardi pro ſe Ægidium Trullench *lib. 1. in Bullam §. 9. dub. 2. à n.* 2. & Emmanuelem Rodriguez *in §.* 12. *n.* 2. Quibus addi poſſunt Ludouic. à Cruce *in Bullam diſp. 1. c. 9. dub. 5. n.* 2.

Sed nihilominus, licèt hæc negatiua ſententia ſit mihi probabilior, tamen non iudico ſententiam oppoſitam improbabilem. Nam illam abſolutè tuetur ſapientiſſimus, nec ſatis laudatus vnquam, Nauarr. *lib. 5. conſil. tit. de priuileg. conſil. 17. per totum*, hiſce verbis; Suſcipientes Bullam Cruciatæ in iſto præſenti anno, an gaudeant indulgentiis & gratiis per Bullam Cruciatæ in præterito anno conceſſis? Reſpondeo, quod poterit frui priori Bulla, quoad illas clauſulas, quæ non ſunt ſublatæ per Bullam poſteriorem. Tum quia gratia ſemel facta, durat donec reuocetur, vel ſuſpendatur *cap. Si ſuper gratia, de offic. delegat. lib. 6.* Tum, quia ſi ſuſpendatur, ſublata ſuſpenſione, remanet tam efficax, quàm erat ante ſuſpenſionem, argum. *cap. Paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & per poſita in caſu, per poſteriorem Bullam acceptam tollitur ſuſpenſio priorum Bullarum. Sic meus Nauarrus. cuius authoritas, etiamſi illi non eſſet vlla ratio adiuncta, aut textus, ſufficeret ſatis, ſi non ad reddendam hanc partem æquè probabilem, adminus ferè vt conſideranti conſtat.

Accedit etiam, quod Trullench clarè indicat hanc affirmatiuam partem eſſe adhuc in praxi tutam, his verbis: Quid ergo faciet qui ſemel in vita abſolutus fuit à Papæ reſeruatis, ſi intra annum aliud ipſi reſeruatum committat? Reſpondeo, accipiat ſecundam Bullam. Quod ſi etiam ratione ſecundæ Bullæ abſolutus fuerit iterum à reſeruatis ſemel in vita intra annum, iam non poterit ratione primæ, nec ſecundæ Bullæ ampliùs à Papæ reſeruatis abſolui. Quid ergo erit remedij? Reſpondeo primò, poſſe vti Bullis præteritis, ſi fortè quoad abſolutionem reſeruatorum illis vſus non fuerit, vt quidam exiſtimant. Sic Trullench. *lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 3. n.* 3. vbi clarè indicat hanc partem eſſe probabilem, & in praxi tutam. Quamuis oppoſitam, vt veriorem ſolùm, defendat loco, in principio huius quæſt. adducto, vbi *n.* 4. tantùm dicit doctrinam Nauarri, non eſſe adeò veram. Maneat ergo contra Franciſcum Bardi hæc ſententia probabilis, & in praxi tuta; licet probabilior mihi ſit contraria, Quod ſatis etiam indicat Mach. *lib. 1. part. 3. tract. 8. docum. 4. n.* 2. &, ni fallor, tenet Henriquez *lib. 7. c.* 21. *in Gloſſa lit. B.* quatenus docet, Bullam Cruciatam nouam non reualidare Bullas priſtinas cruciatas, ſi quis eas accepit ante annum 1571. in quo Pius V. omnino caſſauit Bullas præteritas. Sic ille. Nunc ego; Ergo reualidat omnes priſtinas Bullas cruciatas, ſi quis eas accepit poſt illum annum 71. quia Gregorius XII. ſecutus, ampliſſimè denuò conceſſit, vt notat idem Henriquez: ergo illis poterit pœnitens vti, vt vi earum abſoluatur à reſeruatis, modo dicto, ſi quoad abſolutionem à reſeruatis, illis non vſus fuerit.

QVÆSTIO LXXXIV.

An Confeſſarius poßit abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam, à caſibus Pontifici reſeruatis, non ſolùm ſemel, ſed toties, quoties, dummodo ſint occulti?

NEgant communiter Doctores. *Primò* Quia Pontifex ſolùm concedit Confeſſariis, vt virtute Bullæ poſſint ſemel abſoluere pœnitentem à caſibus Pontificis, nec ponit hanc limitationem, nempe, quando ſunt publici: ergo nec ab aliquo eſt ponenda.

Secundò. Quia ex oppoſita ſententia clarè ſequitur, quod poſſit Confeſſarius abſoluere pœnitentem virtute Bullæ ab hæreſi occulta, at id expreſsè prohibetur in Bulla: ergo. Sequela probatur: Nam ſecundum principia oppoſitæ ſententiæ, hæreſis crimen occultum, non eſſet Papale, ſed Epiſcopale: at ſic eſt, quod virtute Bullæ poteſt Confeſſarius abſoluere quemquam, illam habentem, ab omnibus ca-

ſibus Epiſcopi reſeruatis toties, quoties: ergo conſequenter ab hæreſi occulta, quod tamen à nemine conceditur. Ita Henriq. *lib.6 cap.*14.*n.*7. nec pœnitens per vnam Bullam ab his abſolui poteſt niſi ſemel Rodrig. *in Bullam* §.9.*n.*118. *aliàs* 135. Bannes *in* 2.2. *q.*64.*art.vlt.in fine.* Vega *in Summ. verb. Abſolutio.caſu* 39.Riccius *in addit.ad* §.9. *Bullæ,n.*36.Ludou. à Cruce *diſp.*1.*in Bullam,c.*3.*dub.*13.*n.*3. dicens, oppoſitam ſententiam eſſe parum probabilem, & Franciſcus Bardi *parte* 2.*in Bull. Cruc.tract.*6.*cap.*1.*ſect.*10. *n.*87. Citat etiam Diana pro hac parte Villalob.*tom.*1 *tract.* 27.*clauſ.*9.§.2.*n.*5.Ledeſma *tomo* 1.*Sum. tract.de pœnit. c.*13.*concl.*2. *dub.*2. & Fernandez *in exam. Theol. moral. parte* 3.*cap.*9.§.2. *n.*5. Sed certè, hi Doctores non loquuntur de caſu noſtræ quæſtionis, ſed de caſu diſcuſſo *ſup q.*83. Citari tamen poteſt pro opinione iſta, Machado *lib.*1.*p.*3.*tract.*8.*docum.*4 *n.*3. quia licèt non id afferat clarè, quia vix ſolet, ait tamen hanc ſententiam eſſe communiorem.

Sed certè æquè ſaltem probabiliter reſpondeo affirmatiuè. *Primo.* Quia Confeſſarius poteſt abſoluere pœnitentem virtute eiuſdem Bullæ, toties, quoties occurrerit, ab omnibus caſibus Epiſcopis reſeruatis, vt habitum eſt *ſup.q.*81. at ſic eſt, quod caſus Papales quando ſunt occulti, facti ſunt Epiſcopales à Trid. *ſeſſ.*24.*cap.*6. vt etiam eſt habitum ſupra: ergo poterit Confeſſarius toties, quoties, pœnitentem habentem Bullam ab illis abſoluere.

Secundò. Quia reſeruatio caſuum, vtpotè odioſa eſt limitanda atque reſtringenda, quando verba talem limitationem patiuntur: ſed ſic eſt, quod dum Pontifex in Bulla concedit facultatem abſoluendi à caſibus ſibi reſeruatis, ſemel in vita, commodè ſatis limitari & exponi poteſt de caſibus, qui publici ſunt, & ſunt ſoli Pontifici reſeruati: non autem de illis qui ſunt occulti, & qui per legem vniuerſalem omnibus Epiſcopis ſubduntur, de quibus non poſſumus abſolutè & ſimpliciter aſſerere, ſoli Pontifici eſſe reſeruatos: ergò talis reſeruatio ſic eſt reſtringenda & limitanda, & ideò iuxta hanc limitationem dicendum, poſſe Confeſſarium vi dictæ Bullæ toties, quoties, ab illis caſibus abſoluere. Sic ſentiunt doctiſſimus Sanchez *lib.*4. *Sum. cap.*54.*n.*27. & Trullench *in Bullam lib.*1.§.7.*cap.*2.*dub.*6.*n.*5. dicentes hanc eſſe probabiliorem ſententiam: Diana 1. *p. tract.*11.*reſol.* 28.*& parte* 3.*tract* 2.*reſol.*13.*verſ. Nota quartò.* & *ibidem in addit. reſol.*17. (non 12. vt citatum inuenies apud Trullench & Franciſcum Bardi.) Vbi ait, hanc ſententiam eſſe probabiliſſimam & tutam in praxi, vt ſentiunt multi viri docti Societatis Ieſus, & ſuæ Religionis de hac re ab illo conſulti. Et eſſe quidem hanc ſententiam probabilem, & non indignam Thomæ Sanchez, vt putat Ludou. à Cruce, optimè probat Bardi *loc. cit.* Et, vt talem illam ſequuntur Crouſers *ad cap.*7 *Reg.S.Franc ſect.*28.*fol.*771. *&* 772. & Marullus *tom.*1.*diſp.*1.*cap.*2. *diff.*11.*n.*154. quos (vltra Sanchez & Dianam citatos) affert, ac ſequitur Baſſæus *verb. caſus reſeruatus, num.*39. his verbis: Porrò, probabile eſt, illum, qui ex priuilegio, aut Bulla poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, poſſe etiam à reſeruatis Pontifici, modo ſint occulti, & hoc non ſemel tantùm, ſed toties, quoties. Sic contra communem docent Sanchez, & poſt illum noſter Crouſers: quorum ſententiam celebrem & notandam aſſerit Diana. Quia quando hi caſus ſunt occulti, iam non ſunt caſus Pontifici Summo reſeruati, ſed iure ordinario, & non ſpeciali competunt Epiſcopis, & annexi ſunt dignitati Epiſcopali, vt patet ex Trid. *ſeſſ* 24.*cap.*6. Nec dici poteſt in conceſſione hac perſonæ induſtriâ electâ; aliàs iſti caſus ita eſſent perſonales, vt eos Epiſcopus delegare non poſſet. Deinde, etſi caſus Papales non deſinant eſſe tales, eo quod Pontifex illos ſemel, aut iterum concedat Epiſcopo, imò etſi ſemper eos concedat Epiſcopo ſpeciali; at deſinunt eſſe tales per generalem conſtitutionem concedentem eos in perpetuum cuicumque Epiſcopo. Vnde dicendum eſt, per Tridentini decretum caſus hos occultos, iam non eſſe Papales, ſed Epiſcopales. Huc vſque Baſſæus. Oliuerius, Maruchellus *tract.de caſib. reſeruat. diſp.*1.*q.*4. *diff* 6. *n.*13. Ioannes de Soria *in Epilogo Summarum parte* 2.*tr.*1.*ſect.*2. *dub.*9. §.*circa electionem.* vbi ita ait: Confeſſarius per Bullam Cruciatæ poteſt abſoluere à caſibus Summo Pontifici reſeruatis, non ſemel, ſed toties, quoties: dummodò ſint occulti, quia iam non ſunt reſeruati Pontifici, ſed iure ordinario competunt Epiſcopis. Nam reſtrictio illa Bullæ ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis, intelligitur quoad caſus publicos. Sic Soria.

Ad primum, in contrarium dicendum eſt: quod quamuis Pontifex, dum ait, ſemel in vita poſſe pœnitentem abſolui à caſibus ſibi reſeruatis, non declarauerit id intelligi de caſibus publicis; nihilominus implicitè id expreſſit, dum poſtea concedit, poſſe toties, quoties abſolui per Bullam à caſibus & cenſuris Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis, inter quos ſunt, vt vidimus, caſus Papales occulti. Pro reſponſione autem ſecundi, ſit

QVÆSTIO LXXXV.

An virtute Bullæ Cruciatæ, in qua conceditur facultas abſoluendi à contentis in Bulla Cœnæ, excepta hæreſi, poſsit adhuc Confeſſarius, hæreticum occultum, pœnitentem, & emendatum abſoluere?

NEgant communiter Doctores. Inter quos Trullench *lib.*1 *in Bullam* §.7.*c.*2. *dub.*7. *num.*7. id vt certum per hæc verba ſupponit: Suppono 4. iuxta tenorem præſentis Bullæ, nullo modo virtute illius poſſe fieri abſolutionem ab hæreſi interna & externa ſimul, quamuis occultiſſima ſit. Nam etſi in Bulla Latina concedatur facultas ſemel in vita, & iterum in articulo mortis abſoluendi à reſeruatis, etiam in Cœna Domini, & ibi hæreſis non excipiatur, vt habetur in Bulla Latina à Greg. XIII. conceſſa: in Bulla tamen Hiſpana, cui fides adhibenda eſt, expreſſè affirmatur hæreſis abſolutionem non contineri in præſentis Bullæ generali conceſſione. Ibi: *Excepto el crimen de la hereſia.* Quibus verbis, expreſſè excipitur ab illa generali facultate hæreſis crimen. Quæ additio facta eſt à Commiſſario Cruciatæ de licentia Gregorij XIII. conceſſa in quodam motu proprio qui incipit: *Officij noſtri partes, anno* 1576. *die* 22.*Septembris*, & habetur *pag.*405. *tomo* 2. *Bullarij in meis.* Huc vſque Trullench.

Huic adiungo Antonium de Quintanaduenas *in tr. de Iubil. duarum hebdomad. cap.*25.*num.*1. Aragonum 2.2.*q.*31.*art.*3. & Henriquez *lib.*6. *cap.*16.*n.*2. vbi referunt, quod duo Prædicatores, qui Cordubæ, & Murciæ, temerè prædicarunt ad populum, per Bullam abſolui poſſe ab omni caſu Cœnæ & hæreſi, coacti ſunt publicè retractari per Cenſores Fidei. Dianam etiam *part.*5. *tract.*12.*reſol.*35. *& part.*8.*tract.*7. *reſolut.*67. Quia, inquit, cum Pontifex in Bulla abſolutè excipiat hæreſim, tollit Confeſſariis facultatem circa hæreticos, ſiue publici ſint, ſiue occulti, & contrarium aſſerere, eſt in luce meridiana velle cæcutire.

Cum his, & à fortiori, ſentiunt omnes illi Doctores, qui putant, non poſſe Confeſſarios abſoluere pœnitentem ab hæreſi occulta, quando, illa non excepta, conceduntur in Iubilæis, aut Bullis, caſus Bullæ Cœnæ: quia ſi adhuc in dicto caſu, abſoluere ab occulta

culta hæreſi, nequeunt, à fortiori nequibunt abſoluere, quando in Iubileo aut Bulla crimen hæreſis excipitur, vt fit in Bulla Cruciata. Sunt autem hi Doctores Couarr. Simancas, Perez, Medina, Angles, Caiet. Nauarr. Palac. Mandoſ. Iojas, Rodrig. Gutierrez, Azor, Auila, Sanchez, Suarez, Vaſquez, & alij plures citati *ſupra quæſt.* 39. pro ſecunda ſententia. Pro reſolutione tamen huius difficillimæ quæſtionis.

Reſpondeo *Primò*, certum eſt quod Confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ, nec hæreticum nominatim denunciatum, nec publicum adhuc non denunciatum abſoluere poſſit. *Primò.* Quia de his hæreticis admi nus, intelligi debet exceptio illa Bullæ, *Excepto el crimen de la heregia*, vt omnes concedunt.

Secundò. Quia hæreſis ſaltem publica, non ſolùm Summo Pontifici, verum etiam, eſt priuatiuè reſeruata Tribunali ſanctæ Inquiſitionis, in illis Regnis, in quibus reperitur iſtud ſanctum Tribunal, per varias Conſtitutiones Summorum Pontificum, quæ à nobis nunc vt certæ ſupponuntur, cum Henriquez *libro* 6. *capite* 16. *numero* 2. & Franciſco Bardi *de Bulla Cruc. tractatu* 6. *capite* 2. *ſectione* 3. *numero* 25. & 29. ergo à tali hæreſi nequit Confeſſarius virtute Bullæ Cruc. abſoluere.

Reſpondeo *Secundò.* Probabile eſt, & ſatis, quod abſolutè, & ſimpliciter loquendo, poſſit Confeſſarius, ex vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere hæreticum occultum pœnitentem & emendatum.

Primò. Quia odia ſunt reſtringenda: ergo cum hæc exceptio Bullæ, nempe, *Excepto el crimen de la heregia*, ſit odioſa, reſtringi debet ad hæreticos publicos; ſeu denunciatos; itaut intentio Papæ ſit per talem exceptionem, velle excludere à beneficio abſolutionis ſolùm hæreticos notorios & publicos, atque nominatim denunciatos: non verò hæreticos occultos: hos ergo licitè poterit Confeſſarius abſoluere, vi Bullæ.

Secundò, & ſit confirmatio primi. Quia probabile ſatis eſt, & quod per Bullam Cœnæ ſolùm prohibeatur abſolutio hæreſis, & aliorum criminum in ea contentorum quando publica ſunt; vt fatetur Diana *parte* 4. *tract.* 4. *reſol.* 239. ex Granado *in* 2. 2. *controu.* 1. *tractatu* 15. *diſputatione* 14. *ſect.* 2. *à numero* 8. & ex aliis Baſſæus *verb. hæreſis numero* 18. & Sotia, *citati ſupra quæſt.* 77. & 84. & conſequenter quod conceſſio illa Bullæ, *ſemel in vita, & ſemel in morte*, intelligatur etiam quoad caſus publicos, vt habitum eſt, *quæſt.* 84. ergo etiam erit ſatis probabile, quod illa exceptio *Excepto el crimen de la heregia*, intelligi debet de crimine hæreſis publicæ; à quo ſolus Papa, vel ſanctæ Inquiſitionis Tribunal, poteſt abſoluere: patet, quia contrariorum eadem eſt ratio & ſenſus, ergo & quod virtute Bullæ poſſit hæreſis occulta abſolui, erit probabile.

Tertiò. Quia Confeſſarius poteſt vi Bullæ Cruciatæ abſoluere pœnitentem toties, quoties à reſeruatis Epiſcopo, vt cum communi diximus *ſup. q.* 80. Sed ſic eſt, quod crimen hæreſis, & aliorum caſuum reſeruatorum Pontifici, etiam in Bulla Cœnæ, quod ſunt occulta, non ſunt caſus Papales, ſed Epiſcopales, vt cum pluribus firmauimus *q.* 84. ergo clarè ſequitur quod ſi Bulla Cruciata concedit, Confeſſario facultatem abſoluendi pœnitentem toties, quoties à reſeruatis Epiſcopo, conſequenter concedat facultatem ad eundem abſoluendum à caſibus Papalibus occultis, ac proinde ab hæreſi occulta, ſiquidem tunc non ſunt caſus Papales, ſed Epiſcopales. Maneat ergo probabile, quod, loquendo ex vi Bullæ, poſſit liberè Confeſſarius abſoluere hæreticum occultum pœnitentem. (An autem hæc Confeſſarij facultas ſit coarctata à Pontificibus, pro Regnis in quibus ſanctum Inquiſitionis Tribunal reperitur, dicemus *quæſt. ſequenti.*)

Hanc noſtram reſponſionem ſuſtinent Mazuchellus *tract. de caſib. reſeru. diſp.* 11. *quæſt.* 4. *diff.* 6. *n.* 13. *verſ. Et ad hoc videtur.* & Boſſius *tract. de Iubil. ſect.* 1. *caſu* 9. *n.* 3. loquendo de facultate conceſſa in Iubileo abſoluendi à contentis in Bulla Cœnæ, excepta hæreſi. Et eſſe probabilem clarè affirmat Bardi *tract.* 6. *de Bulla Cruc. cap.* 2. *ſect.* 1. vbi innuit ſic debere ſentire omnes, qui ſentiunt per Bullam Cœnæ non eſſe reuocatam facultatem, quam Epiſcopi habuerunt ex vi Concilij Tridentini abſoluendi ſuos ſubditos à caſibus Pontificis, cum ſunt occulti, quos quidem retulimus *ſupra quæſt.* 45. & 46.

Nec obſtant fundamenta contrariorum. Nam ad *Primum* quod eſt Ægidij Trullench, dicendum eſt ex dictis, illam exceptionem *Excepto el crimen de la heregia*, intelligendam eſſe de peccato hæreſis publicæ.

Ad ſecundum dicendum eſt, quod illi Prædicatores meritò à Dominis Inquiſitoribus coacti ſunt publicè retractari. *Primò*, quia affirmarunt poſſe abſolui per Bullam Cruciatam hæreſim in Regnis, in quibus reperitur ſanctæ Inquiſitionis Tribunal, cum hoc crimen illi ſit reſeruatum, vt diximus, & dicemus amplius ſtatim. *Secundò.* Quia fortè dicti Prædicatores id affirmarunt loquendo de hæreſi, non ſolùm occulta, ſed etiam notoria ac publica.

QVÆSTIO LXXXVI.

An etiam in Regnis, in quibus ſanctum Inquiſitionis Tribunal reperitur, poſſit Confeſſarius abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam, à crimine hæreſis externæ occultæ?

Affirmatiua pars ſuaderi poteſt. *Primò.* Quia ſimpliciter, & abſolutè loquendo, ex vi Bullæ Cruciatæ poteſt Confeſſarius abſoluere pœnitentem ab hæreſi occulta, vt quæſt. antecedenti eſt habitum: ergo quamuis ſanctæ Inquiſitionis Tribunal obtinuerit à Pontificibus indulta quamplura & priuilegia, vt nullus præter ipſum, in regnis in quibus reperitur, poſſit adhuc virtute Bullæ Cruciatæ abſoluere quem ab hæreſi externa occulta, adhuc inquam poterit Confeſſarius virtute dictæ Bullæ à tali crimine abſoluere. Conſequentiam probo ſic. Nam, vel priuilegia à Tribunali, ad id obtenta, fuêre ante conceſſionem Bullæ Cruciatæ, qua nunc pœnitens gaudet, aut poſt conceſſionem talis Bullæ. Si fuêre ante conceſſionem Bullæ, clarè videntur abrogati per clauſulas contrarias, quæ in illa continentur, & ideo non obſtantibus priuilegijs obtentis à Tribunali, poterit Confeſſarius abſoluere hæreticum occultum, virtute Bullæ. Si verò fuerunt obtenta poſt conceſſionem Bullæ Cruciatæ, idem etiam videtur dicendum: quia Commiſſarius ex indulto Apoſtolico habet poteſtatem ſuſpendendi & reuocandi, quæ ſunt Bullæ contraria, quamuis inuoluant clauſulam tali ſuſpenſioni oppoſitam, vt teſtatos eſſe viros doctiſſimos ab ipſomet Commiſſario conſultos, refert Ludouicus à Cruce *in Bullam, diſputatione* 1. *capite* 4. *dub.* 6. *n.* 9. ergo.

Secundò, ſuadetur hæc pars à ſimili. Quia probabile eſt, quod per Bullam Cruciatam poteſt quis abſolui ab excommunicatione lata à Sixto V. contra cauſantes, procurantes, vel conſulentes abortum, etiamſi talem excommunicationem ſibi ſoli reſeruauerit, cum clauſula, vt neque vi Cruciatæ præfati abſolui valeant: ergo ſimiliter erit probabile, quod etiamſi ſanctum Inquiſitionis Tribunal obtinuerit à Sede Apoſtolica aliquod priuilegium, ſeu indultum, per quod dicto Tribunali reſeruet hæreſis externæ occultæ abſolutionem, cum clauſula, vt neque vi Bullæ Cruciatæ ab alio, quàm à Tribunali præfato abſolui queat, poſſit nihilominus pœnitens, non obſtanti

Digitized by Google

ſtanti tali clauſula, abſolui per Cruciatam ſubſequentem, à crimine hæreſis externæ occultæ. Conſequentia videtur à paritate legitima. Antecedens verò docent Henriquez *libro 6. capite* 10. *numero* 2. *iuncta Gloſſa litera K. & libro* 10. *capite* 35. *litera F.* Ludou. à Cruce *dub.* 6. *cit. à numero* 7. Trullench *in Bullam libro* 1. §. 7. *capite* 2. *dub.* 8. *numero* 5. dicens illud eſſe certum. Bardi *in eandem expoſitionem Bullæ tractatu* 6. *capite.* 1. *ſectione* 14. Diana *p.* 5. *tractatu* 9. *reſolut.* 40.

Et licèt verum ſit, quod nunc, vt aduertunt Henriquez & Trullench, quoad excommunicationem ex abortu, nulla iam ſit difficultas, eo quod reſeruatio fuerit ablata per Gregorium XIV. *anno* 1591. tamen prædicti authores loquuntur etiam pro tempore quo talis reſeruatio manebat, & vniuersè, de omni alio caſu, in quo Pontifex per aliquem motum proprium reſeruet ſibi aliquem caſum, cum clauſula, vt neque vi Bullæ Cruciatæ ab alio remitti valeat, in quo affirmant, adhuc abſolui poſſe per ſubſequentes Bullas Cruciatas.

Tertiò. Quia Pontifex, qui ſancto Tribunali reſeruauit abſolutionem ab hæreſi etiam occulta, cum clauſula ſtatuente, vt neque per Bullam Cruciatæ, crimen iſtud remittatur, nullo modo potuit coarctare, aut reſtringere poteſtatem Pontificum ſibi ſuccedentium: ergo cum Pontifices in eadem dignitate ſuccedentes, irritent ex vna parte omnia Bullæ contraria, vel talem poteſtatem Commiſſario generali Bullæ concedant, & ex alia, vt vidimus, abſque vlla limitatione concedant, vt virtute Cruciatæ poſſint pœnitentes eam ſumentes abſolui toties, quoties ab omnibus peccatis & cenſuris Epiſcopis reſeruatis, & inter hæc enumerentur caſus Papales dummodo ſint occulti, hinc planè ſequitur, quod per hanc nouam Bullam poſſit pœnitens à crimine dicto abſolui.

His tamen non obſtantibus, oppoſitum omnino aſſerendum cenſeo. Reſpondeo ergo quod in praxi nullo modo poſſit Confeſſarius abſoluere pœnitentem ſumentem Bullam Cruciatam à crimine hæreſis externæ occultæ in Regnis in quibus ſanctum Tribunal Inquiſitionis reperitur.

Ratio eſt. Quia ita tenet vſus, & praxis fundata in decretis & declarationibus Pontificum, vt docet Henriquez *libro* 6. *capite* 16. *numero* 2. his verbis: A caſu hæreſis exterioris per clauſulam generalem Bullæ Cruciatæ, aut pleniſſimi Iubilei, niſi aliter in ipſo expreſsè declaretur Confeſſarius abſoluere non poteſt. Quia Vrbanus IV. Paulus IV. Pius V. & Gregorius XIII. Pontifices ita expreſſerunt per Bullam, cum conſilio Cardinalium ampliſſimè Cenſoribus Fidei conceſſam: ergo à fortiori in noſtro caſu tenet prædicta Bulla & Conceſſio: ergo illa extante nequibit Confeſſarius vi Cruciatæ Bullæ abſoluere pœnitentem ab hæreſi occulta.

Si dicas hoc habuiſſe vim, regnantibus prædictis Pontificibus, qui indultum præfatum Tribunali ſancto, cum clauſula irritante Bullam Cruciatam indulſerunt: minimè verò modo, quando ſucceſſores eorum Pontifices, nouè Bullam Cruciatam concedunt; cum enim per illam abſolutè, & ſine limitatione vlla facultatem Confeſſario dent ad abſoluendum ab omnibus caſibus Papalibus occultis, vtpotè reſeruatis Epiſcopis, iuxta nuper dicta, hinc eſt, quod non obſtantibus contrariis quibuſcumque, licitè poſſit Confeſſarius abſoluere pœnitentem ab hæreſi occulta, vtpotè à caſu Epiſcopo reſeruato. Patet conſequentia, quia clauſulæ; quas noua Cruciata inuoluit efficaces omnino ſunt ad derogandum omnibus indultis contrariis illam ſaltem antecedentibus.

Reſpondeo, quod quamuis hoc agumentum valdè vrgeat, caſu, quo in indultis Tribunali conceſſis, non apponerentur ſpeculatiſſimæ clauſulæ irritantes ſufficienter ſubſequentes Cruciatas Bullas, (vt non fuerunt oppoſitæ à Sixto V. in ſuo motu proprio dato contra procurantes abortum, & ideo probabiliter affirmarunt authores in ſecundo argumento partis contrariæ adducti, poſſe per ſubſequentes Bullas à Cenſura ſibi reſeruata vi illarum abſolui;) quia tamen credendum omnino eſt contrarium, nempe quod in Indultis & priuilegiis Tribunali ſancto conceſſis oppoſitæ ſint à Pontificibus, à quibus emanarunt, clauſulæ ſpecialiſſimæ derogantes (quoad abſolutionem ab hæreſi exteriori etiam occulta) omnibus clauſulis Bullæ Cruciatæ, ſubſequentis adhuc, declarando videlicet, ſuam intentionem eſſe, in clauſulis Bullarum ſuccedentium velle, vt non comprehendatur, caſus hæreſis adhuc occultæ ſibi reſeruatus, hinc eſt, quod niſi in noua Bulla, non apponantur clauſulæ extraordinariæ derogantes Tribunali indultis conceſſis, per quas irritetur quæuis declaratio contrariæ intentionis cuiuſuis anteceſſoris Pontificis, ſemper maneant in ſua vi & vigore, vt hoc vſque contingit, eo quod non apponantur in Bullis quas nunc habemus clauſulæ, per quas irritetur declaratio contrariæ intentionis Pontificis.

Si replices, contra hanc ſolutionem. Quod etiam Vrbanus VIII. per ſpecialem motum *proprium* deinceps decreuit, ac declarauit ſuam & Sedis *Apoſtolicæ* mentem eſſe, ac fuiſſe, quod Regulares nullo modo poſſint abſolui virtute Bullæ Cruciatæ à caſibus ſuis Prælatis reſeruatis, abſque eorum ſaltem tacita licentia; & nihilominus non obſtante dicta declaratione, non deſunt authores moderni, & graues, (quos citauimus, *vbi infrà.*) Affirmantes, poſſe Regulares per Bullas Cruciatas à ſucceſſore Pontifice Innocentio X. conceſſas, & ab aliis ſucceſſoribus concedendas, eligere Confeſſores, qui abſque vlla licentia ſuorum Prælatorum, eos à reſeruatis iuxta tenorem earum abſoluant; etiamſi in dictis Bullis noua apponatur clauſula irritans quamcunque declarationem Pontificis contrariam: ergo ſi in hoc caſu, non obſtat quod Pontifex declaret ſuam mentem & ſuam voluntatem eſſe vt per Bullas Cruciatas à ſe, vel à ſuis ſucceſſoribus deinceps concedendas, nullo modo poſſint abſolui Regulares à caſibus ſuis Prælatis reſeruatis, ad hoc quod aliqui probabiliter pertent, poſſe nunc abſolui: idem dicendum videtur in caſu, quo in indultis & Priuilegiis Tribunali ſancto conceſſis à Pontificibus, ab ipſis ſit declaratum, ſuam voluntatem, & mentem eſſe, vt neque vi Bullarum à ſucceſſoribus concedendarum, poſſint illas ſumentes abſolui ab hæreſi externa occulta, etiamſi ſit caſus Epiſcopalis: nempe quod poſſint per Bullas conceſſas à Pontificibus ſucceſſoribus, abſolui à prædicto hæreſis occultæ crimine.

Reſpondeo, quod licet verum ſit, quod non obſtante declaratione Vrbani VIII. nonnulli affirmarunt poſſe Regulares abſolui per Bullas ſubſequentes; tamen ego oppoſitum omnino docui, cum pluribus Doctoribus 1. *p. tractatu* 5. *diſputatione* 12. *quæſtione* 58. & 61. & nuuc iterum doceo, quod, ſuppoſita dicta declaratione Pontificum, nec de illa ſit ſupplicatum, non poſſint Regulares virtute Bullarum à reſeruatis ſuis Prælatis abſolui; & ideo, nec de hæreſi occulta externa pœnitens, niſi ex commiſſione Tribunalis ſancti, aut Inquiſitoris illius. Vnde caueat Confeſſarius, ne, ob rationes, pro ſuadenda parte affirmatiua, in principio adductas, quem vigore Bullarum ab hæreſi occulta abſoluat, aliàs timeat: nam abſque dubio, ſi id Tribunal agnoſcat, ſeueriſſimè illum puniet, & iure optimo. Vltra quod, ex dictis nuper, facilè ſatisfit rationibus pro contrario adductis.

Digitized by Google

ctis. Maneat ergo, vt firmum, quod in Regnis, in quibus Tribunal ſanctæ Inquiſitionis reperitur, nequeat Confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ, non ſolùm ab hæreſi publica abſoluere, verum neque ab hæreſi externa occulta; licèt ab hac poſſit dumtaxat, vbi non reperitur Inquiſitio, ſi pœnitens priuilegio Bullæ gaudeat, iuxta dicta ſupra, *quæſt.* 86.

QVÆSTIO LXXXVII.

An ſaltem, virtute Bullæ Cruciatæ, poſſint abſolui ſemel in vita, & ſemel in morte, qui lapſi ſunt publicè in crimina contenta in primo Canone Bullæ Cœnæ, excepta hæreſi?

NEgant plures Doctores. Quia omnes caſus, qui in primo Canone Bullæ Cœnæ inueniuntur, comprehenduntur ſub nomine hæreſis: ſed abſolutio ab hæreſi eſt reſeruata Tribunali ſanctæ Inquiſitionis, vt nuper eſt habitum: ergo & abſolutio ab aliis caſibus ſub nomine hæreſis contenti; ſunt autem Apoſtatæ à Fide, Fautores, Receptatores hæreticorum, eiſque credentes, legentes, imprimentes, retinentes, aut defendentes libros hæreticorum hæreſim continentes, vel de Religione tractantes. Schiſmatici etiam, & pertinaciter ſe ſubtrahentes ab obedientia Sedis Apoſtolicæ. Ita Rodriguez *in Bull. Cruc.* § 9. *numero* 70. *verſ. Excepto la heregia*, & addit. *ad Bull.* § 9. *numero* 66. & 67. Azor *tom* 1. *libro* 8. *capite* 19. *quæſtione* 2. Petrus Ledeſma *tom.* 2. *Summ. tractatu* 1. *capite* 6. *in fine.* Luyſius Turrecremata 2.2. *diſputatione* 56. *dubit.* 2. *ver. Deinde ſciendum eſt.* & Alterius *tomo* 1. *libro* 5. *diſputatione* 2. *cap.* 9. *in fine.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Poſſe abſolui prædictos, ſi verè hæretici non ſint, ſemel in vita, & ſemel in morte. Ratio eſt. Quia in Bulla Cruciata, ſolùm delictum hæreſis excipitur: ergo cum exceptio firmet regulam in contrarium, libere poterit Confeſſarius, virtute Bullæ, abſoluere pœnitentes à reliquis omnibus delictis in illo primo Canone contentis. Sic Henriquez *libro* 6. *capite* 16. *numero* 2. *in Gloſſ. litera L.* Farinacius *de hæreſi quæſtione* 180. Suarez *de fide diſputatione* 24. *ſectione* 1. *numero* 11. Sanchez *libro* 2. *Summ. capite* 12. *numero* 12. Portel. *in Addit. ad dub. Regul. verb. libri prohibiti, numero* 14. Riccius *in Addit. ad Bullam Cruciatam.* Rodriguez *parte* 1. § 9. *ſectione* 5. *numero* 95. Duardus *in Bull. Cœnæ, libro* 3. §. 2. *quæſtione* 8. *numero* 8. Diana 1. *p. tractatu* 5. *reſol.* 7. & *tractatu* 11. *reſol.* 19. Trullench *in Bullam Cruciatam, libro* 1. § 7. *capite* 2. *dub.* 7. *numero* 13. & *in Decalogo libro* 1. *capite* 3. *dub.* 6. *numero* 4. Ludouicus à Cruce *in Bullam capite* 3. *dub* 8. *numero* 2. Hurtado *de Fide, diſputatione* 11. *difficult.* 14. Franciſcus Bardi *in Bullam tractatu* 6. *capite* 2. *ſectione* 4. *numero* 38 & *ſectione* 5. *numero* 44. & alij. Qui benè aduertunt ſecus dicendum, caſu, quo prædicti Apoſtatæ, Fautores, & alij in dicto Canone contenti, admixtum habeant errorem contra Fidem: quia tunc comprehenderentur ſub nomine hæreticorum ob admixtam hæreſim, & ideo propter eam non poſſent vi Bul. Cruc. abſolui.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An Confeſſarius poſſit virtute Bullæ Cruciatæ, abſoluere toties, quoties à caſibus ſanctæ Inquiſitionis reſeruati; dummodo non ſint ex illis, qui ſunt ſimul Summo Pontifici & Inquiſitoribus reſeruati quales ſunt contenti in primo Canone Bullæ Cœnæ.

NEgant apud Dianam 1. *p. tract.* 5. *reſol.* 7. Fernandez *in examine Theol. moral. parte* 3. *cap.* 9. §. 16. *ſectione* 1. *numero* 1. Luyſius, Alterius, Ledeſma, & Azorius *quæſtione antecedenti citati*, exiſtimantes, ſub nomine hæreſis, includi alia delicta contenta in Edictis Inquiſitorum, vt ſunt ſortilegium, maleficium, ſuperſtitio, magia, adoratio Dæmonum, ſollicitatio in Confeſſione, lectio librorum hæreticorum, blaſphemiæ hæreticales, & omnia alia crimina quæ continentur in dictis, Edictis, quæ ſingulis annis promulgari ſolent.

Sed omnino reſpondeo: Poſſe. Ratio eſt. Quia prædicti caſus, non ſunt Papales: ergo poſſunt, vi Bullæ toties, quoties confitebuntur auferri. Patet conſequentia: quia priuilegium Bullæ in ordine à reſeruatis abſoluendi, limitatur pro vna vice in vita, & pro alia in articulo mortis reſpectu dumtaxat caſuum Papalium: at verò in ordine ad alios caſus, & cenſuras, abſolutè conceditur libera poteſtas abſoluendi toties, quoties: ergo. Sic Suarez *tomo* 5. *de Cenſuris, diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 14. ibi: Nec propter pactum cum dæmone, nec propter alia peccata, ad Tribunal Inquiſitionis ſpectantia, propter ſuſpicionem hæreſis, vel ſuperſtitionem Religionis, hæc cenſura Bullæ Cœnæ incurritur: quia hæreſis non ſunt. Sic Suarez & benè. Quia regulariter in his non inuenitur error in fide, ſed potiùs ex alia paſſione efficiuntur. Filliucius *tomo* 1. *tract.* 16. *cap.* 3. *n.* 49. Diana *loc. cit.* Bardi *ſect.* 6. *cit. num.* 45. Freitas etiam, & Ortiz apud Dianam, aſſerentes poſſe Confeſſarium virtute Bullę Cruciatæ abſoluere fœminam ſollicitatam, quæ non denunciauit, ſi poſtea denunciet. Sed an hoc ſit verum, *infra* diſcutiemus. Nec authores citati à Diana pro oppoſito, oppoſitam ſentiunt, ſed potiùs nobiſcum. Legantur Alterius *loc. cit.* §. *Tertio tandem.*

QVÆSTIO LXXXIX.

An Confeſſarius poſſit, vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere eum, qui culpabiliter omiſit denunciare delicta, quæ ſunt in Edicto Inquiſitorum, antequam de facto denunciet?

NEgat abſolutè Auila 2. *p. de Cenſuris, capite* 7. *diſputatione* 3. *dub.* 7. *in fine*, ibi: Verum eſt, quod in rebus grauibus, præcipuè ſi pœnitens ſit homo ordinarius, curandum eſt, vt prius denunciet, & hoc licet nondum incurriſſet excommunicationem: quia ſi prius obtinuerint abſolutionem, facilè ſolent id omittere. In caſibus autem Inquiſitionis, remittendus eſt pœnitens, vt prius denunciet, vt præcipitur in Edicto Inquiſitorum. Ita Auila.

Affirmantè contra Sanctarellus *tractatu de hæreſi, capite* 6. *dub. vnico, numero* 16. & Nauarro *libro* 5. *conſil. de Hæretic. conſil.* 3. qui, licèt prius dicat non eſſe abſoluendum, niſi denunciet; addit tamen hæc verba: *vel ſaltem omnino proponat denunciare.* Quibus conſtat, quod ille, altero ex his ſit contentus. Freitas *quæſtione* 21. *numero* 25. & Ortiz *in Summ. capite* 24. *numero* 9. *folio mihi* 219. Quos pro hac parte retuli 1. *parte tract.* 5. *diſp.* 13. *quæſt.* 48.

Sed ego, vt loco citato dixi, iterum dico, ac reſpondeo: Non poſſe Confeſſarium illum pœnitentem abſoluere antequam denunciet, ſuæque obligationi ſatisfaciat: niſi caſu, quo adſit iuſta cauſa differendi denunciationem, quia tunc benè poterit abſoluere illum, ſi firmiter promittat reuelare quàm primùm poterit. Iuſta autem cauſa erit, ſi neceſſitas communionis vrgeat, ad vitandum ſcandalum, vel infamiam, ſeu notam apud alios: vel vtilitas extraordinaria, ad obtinendum Iubileum promulgatum: Si Tribunal longè diſtat ab eo, qui denunciare debet, &c.

Prima pars conſtat ex Edicto Inquiſitorum, in quo datur

Digitized by Google

datur præceptum de non abſoluendo, niſi facta denunciatione: ergo illi eſt omnino parendum, niſi aliàs pœnitens ſit pro eo tempore impotens ad denunciandum, vel vrgeat iuſta, & rationabilis cauſa differendi denunciationem; quia tunc ex vniuerſalibus principiis, & pia Dominorum Inquiſitorum intentionem, exiſtimandum eſt, præceptum denunciandi, pro tunc non obligare, ſed eſſe ſuſpenſum, vſque opportunitas ad denunciandum adueniat. Ex quo probata manet ſecunda etiam pars noſtræ reſponſionis. Vtramque autem docent, Zanard. *in directorio Theol. parte 2. precept. 2. cap. 11. in fine.* Rodriguez *tomo 2. Sum. cap. 34. n. 6.* Peyrinus *tomo 1. priuileg. Minim. §. in Conſtit. 5. Gregorij XV. §. 9. n. 24.* Acuña *de Confeſſariis ſollicitant. quæſt. 27. à numero 7.* Diana *1. p. tract. 4. reſol. 27. & part. 4. tract. 5. reſol. 35.* Trullench *lib. 1. in Decalog. cap. 2. dub. 18. n. 94. & 95. & in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 8. n. 7. & ſeqq.* Ioan. Sancius *in ſelect. diſp. 11. à num. 62.* Quos omnes pro hac parte citaui, & adduxi *1. parte loc. cit.* Quibus nunc addo Henriquez *libro 5. capite 10. num. 11. litera T.* Franciſcum Bardi *in Bullam tractatu 6. capite 2. ſectione 6. numero 50. 52. & 55.* & D. Didacum Garziam *in Stimulo Fidei, quæſtione 2. capite 7. numero 17.* Legantur etiam Sanchez *lib. 2. Sum. cap. 13. à num. 17.*

QVÆSTIO XC.

An vi Bullæ Cruciatæ, poſſit quis abſolui à Cenſuris à iure, vel ab homine impoſitis, antequam ſatisfactio præſtetur parti læſæ, in caſibus, in quibus pars fuit offenſa?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia facultas abſoluendi à peccatis & cenſuris, non conceditur per Bullam abſolutè, ſed veluti conditionatè, nempe, vt concedatur abſolutio Cenſuratum, partis ſatisfactione præmiſſa, ibi: *Modo etiam in caſibus, in quibus neceſſaria erit per ipſo, vel dato impedimento, per heredes, aut alios, ſatisfactio fiat.* Vnde Confeſſarius, qui pœnitentem potentem ante abſolutionem à Cenſuris ſatisfactionem præmittere, omiſſa ſatisfactione, abſoluit, grauiter peccat, niſi ignorantia, aut alia rationabilis cauſa eum excuſet, quia facit contra Eccleſiæ præceptum, non ſeruando ordinem iuris. Sic Bardi *in Bullam Cruc. §. 12. in Summaria explic. & parte 2. tract. 6. ſect. 7. num. 63.* dicens, in hoc nullam eſſe controuerſiam inter Doctores. Et benè. Quia deducitur *ex capite 1. de ſententia excommunicationis in 6. & ex capite. Ex parte, de verb. ſignificationib.*

QVÆSTIO XCI.

An qui de facto fuit abſolutus, vi Bullæ, ſine ſatisfactione partis, ſit nulliter abſolutus?

AFfirmant plures Doctores. Quia Bulla per illam clauſulam citatam concedit Confeſſario poteſtatem abſoluendi à Cenſuris pœnitentem, cum illa limitatione, vt parti prius ſatisfaciat: ergo abſolutio data abſque tali ſatisfactione, cum excedat limites poteſtatis, quam habet abſoluens, erit omnino irrita. Ita Henriquez *libro 7. capite 13. num. 2. lit. R. & libro 13. capite 28. numero 1.* & penes ipſum, Sotus, Ledeſma, Caietanus, Tabiena, Armilla, Corduba, Gutierrez, Syluester, Nauarrus, Cano, & alij. Suar. etiam *tomo 5. de Cenſuris, diſputatione 7. ſectione 5. numero 42.* Filliuc. *tomo 1. tractatu 11. numero 295.* Vaſquez *de excommun. dub. 20.* Rodriguez *in Bullam. §. 9. numero 52.* Præpoſitus *in 2. p. de Cenſuris in communi. quæſt. 1. dub. 15. numero 114.* Luyſius *de Cenſur. lib. 2. diſputatione 14. dub. vlt.* Candidus *tomo 1. diſq. 3. articulo 3. dub. 2. dicto 3.* Ægidius *de Sacram. diſput. 14. dub. 16. numero 211.* Trullench *in Bullam, libro 1. §. 7. capite 2. dub. 12. num. 11.* vbi citat etiam pro hac parte Sayrum *libro 2. theſauri, cap. 18. numero 11.* Thomam Sanchez *libro 8. de Matrim. diſp. 16. num. 11.* & Ioan. Valerum *verb. Abſolutio, differ. 5. num. 6. §. Sed certè.* Citat etiam Bardi pro hac parte Gaſpard. Hurtadum *diſp. 14. de excommun. diff. 5.* Sed omnino malè, cum oppoſitum expreſſè teneat. Tenet tamen Villal. cum Caiet. & Armilla *tomo 1. tract. 16. diff. 20. num. 9.* licèt non ita expreſsè dicat eſſe nullam talem abſolutionem. Et in hanc videtur inclinare Machado *tom. 1. libro 1. parte 3. tract. 8. docum. 6. n. 3.*

Sed probabilius reſpondeo: Non eſſe nulliter, ſed validè abſolutum. Quia probabilius eſt, quod Pontifex per illa verba, *ſatisfacta parte,* non intendit inducere nouam formam, nec limitare poteſtatem Confeſſarij, ſed tantum admonere illum de ſua obligatione, nempe, vt ſeruet formam iuris communis, hoc eſt, vt non abſoluat excommunicatum, niſi prius ſatisfecerit realiter; vel ſi non poteſt, dederit cautionem ſatisfaciendi, vt requirit ius: at ſic eſt, quod in iure communi dicta verba, *ſatisfacta parte,* non irritant abſolutionem, etiamſi illicitam reddant? ergo nec in Bulla addita, vt benè Hurtadus probat *loco cit.* Sic ille. Et antea, quos ipſe citat Auila *2. p. capite 7. diſputat. 3. dub. 9. concl. 2.* (qui etiam citat Magiſtros Peñam, Sancium, Acoſtam, Nauarrum iunior. & Couarru.) & Thomam Sanchez *lib. 3. de Matrimonio, diſp. 33. n. 3.* quatenus hanc ſententiam, probabiliſſimam appellat. Sic etiam Barboſa *in Collectan. tomo 2. tit. 42. cap. 23. n. 3.* & Diana *1. p. tract. 11. reſol. 22.* (vbi citat Valerum pro hac parte, ſed non benè) *& part. 5. tract. 9. reſol. 12.* citans Tannerum *tomo 4. diſp. 6. q. 10. dub. 6. n. 127.* Fabrum *de Cenſur. in 4. diſt. 25. quæſt. 1. diſp. 4. cap. 8. n. 156.* Auilam & Hurtadum *loc. cit.* tenent etiam nouiſſimè Franciſcus Bardi *in Bull. 2. part. tractatu 6. ſectione 7. num. 62. & 64.* Lezana *tomo 3. qq. Regul. verb. Bulla Cruciata.* Bauny *diſputatione 3. de abſoluente ab excommunicatione tractat. 2. quæſtione 44. verſ. Quæres quod iuris.* citans pro hac ſententia Nauarrum *capite 27. numero 37.* Baſſæus *verb. Abſolutio. numero 26.*

QVÆSTIO XCII.

An Confeſſarius poſſit licitè, vi Bullæ, abſoluere pœnitentem, qui non poteſt parti læſæ ſatisfacere?

NEgant poſſe licitè, imò nec validè, eo quod per prædictam clauſulam Bullæ, præſcribatur ſatisfactio partis, tanquam forma, & quidquid eſt contra eam eſt irritum & inualidum *ex cap. Cum dilecta. de reſcript. & cap. fin. de reſtit. ſpol.* Sotus *in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3.* Gutierrez *qq. canon. libro 1. capite 5. numero 29.* Ledeſma *in ſumm. tomo 1. tractatu de excommunicat. capite 8. dub. 3.* Corduba *tract. de Indulg. q. 43. dub. 3.* & Valerus *in differ. vtriuſque fori, verb. Abſolutio 5. n. 3.* quamuis *numero 6. verſ. Sed certè falſa,* videatur oppoſitum dicere.

Sed probabilius reſpondeo: Non ſolùm validè, ſed etiam omnino licitè poſſe Confeſſarium abſoluere pœnitentem habentem impotentiam moralem ad ſatisfaciendum parti læſæ. Quod poſſit validè, ex habitis *quæſtione antecedenti* conſtat. Quod verò licitè, ex eo quod non eſt credendum, voluiſſe Pontificem per illam clauſulam *ſatisfacta parte,* excludere à beneficio abſolutionis eum, qui non poteſt ſatisfacere, cum non ſit veriſimile poſtulari conditionem impoſſibilem. Sic ex pluribus

Machado

Digitized by Google

Machado *loc.cit.num.*4. fatetur per hæc verba: [Otros mas communmente defienden que ſe pueda abſoluer valida y licitamente, porque aſſi ſe ha de interpretar la voluntad del Summo Pontifice, pues ſegun principio de derecho(*l.Impoſſibilium, ff.de reg.Iur.l. Si quis in graui, ff. ad Syllan.) ad impoſſibile nemo tenetur.* Con tal que en ſemejante caſo pida el Confeſſor al deſcomulgado caucion, de que pagara y ſatisfara à la parte lo mas preſto que pudiere.] Hucuſque Machado. Et ante illum Ægidius *dubio* 16. *citat. num.* 206. Vaſquez *dubio* 20. *citat.num.*2. Villalobos *difficult.*20. *citat. num.*30. *& tractatu* 27. *clauſ.*9. §.2. *numero* 21. his verbis:[Quanto a la palabra que dize, *queſe haga la abſolucion ſatiſfecha la parte*, ſe ha de dezir; que quando no ſe pueda ſatisfazer, baſta que ſe de caucion dando prendas, y no las auiendo ſe ha de dar fiador, y quando eſſo falte, iuramento de ſatisfazer en veniendo à mejor fortuna.] Sic ille. Auila *diſputatione* 3. *cit. dubio* 8. & penes illum, Medina *in ſum. lib.*2. *cap.*22. Polanco *in Directorio*, & multi Theologi. & Iuriſtæ Salmanticenſes de hoc conſulti. Barboſa *loco citato.* Vega *in ſumma tomo* 1. *cap.* 6. *caſu* 28. Filliucius *tom.*1. *tractatu* 11. *cap.*9. *num.* 295. Moure *in exam. Theolog. Moral. part.*3. *cap.*9. §.12. *num.*10. Ioan. à Cruce *in Director. conſc. part.*2. *tractatu de excommun.dub.*5. *concluſ.* 3. Baſſæus *verb. Abſolut. n.* 27. & penes illum, Nauarrus *cap.*27. *num.* 45. Reginaldus *lib.* 9. *num.*65. Suarez *diſputat.*7. *ſect.*5. *num.*41. & Rodriguez 1. *part.ſumm. cap* 93. *numero* 3. Trullench *lib.*1. *in Bullam*, §.7. *cap.*2. *dub.* 12. *numero* 8. & penes illum, Henriquez *lib.*7. *cap.*13. *num.*2. *lit.H. & lib.*13. *cap.*28. *num.*1. *lit. R.* Lopez *cap.*8. *de Bulla*, *pag.*828. Ludouic. à Cruce *in Bull. Cruc. diſputatione* 1. *cap.*4. *dubio* 2. *numero* 7. & Couarruuias *in cap. Alma mater* 1. *parte*, §.12. *numero* 11. Sic etiam Sanchez *lib.*2. *ſumma capite* 20. *numero.* 19. ſentiens, ita id eſſe verum, quod etiamſi in priuilegio, ſolus mortis articulus excipiatur, vt quis abſoluatur, non ſatisfacta parte; attamen poſita impotentia, putat etiam extra mortis articulum, talem eſſe abſoluendum: licèt contrarium doceat Suarez *ſectione* 5. *citat. numero* 27. Tenent etiam Hurtadus *diſputat.* 14. *de excommunicat. difficult.*5. *numero* 18. Bardi, Luyſius, & Præpoſitus *loco citato.* Diana 1. *part. tractatu* 11. *reſolut.*24. *& p.*5. *tractatu* 9. *reſol.*1. 11. 25. *&* 39. vbi putat eſſe probabile, in dicto caſu impotentiæ, ſufficere pœnitenti dare cautionem iuratoriam, etiamſi dare poſſit fideiuſſoriam, vel pignoratitiam. Imò pro foro conſcientiæ, propoſitum firme, cum hoc, tantum valeat quantum cautio iuratoria, pignoratitia, &c. in foro iudiciali. Sic *loco citat.* & *parte* 2. *tractatu* 16. *reſolut.* 42. Et ex illo, Auſonius *in ſum. verb. Bulla Cruciata*, *num.*55. *&* 56.

Qvæstio XCIII.

An nomine*, partis læſæ, *in clauſula Bullæ, vel in alio ſimili priuilegio, intelligatur, non ſolum perſona, cui iniuria facta eſt: ſed etiam Iudex, cui ipſo iure applicanda eſſet pœna pecuniaria, & Prælatus excommunicans, &c.

AFfirmatiua pars poteſt ſuaderi. Quia Prælatus, ſeu Iudex excommunicans, etiam manet offenſus ob crimen à ſubdito patratum contra legem à ſe poſitam: ergo.

Sed vt certum reſpondeo: quod nomine, *partis læſæ*, ſolummodò intelligatur perſona cui iniuria immediatè facta eſt in delicto, ex quo prodiit excommunicatio: non item Iudex, aut Prælatus. Sic Henriquez *lib.*13. *cap.*28. *num.* 1. ita dicens; Nomine *Partis*, cui reus ſatisfacere iubetur, non intelligitur Iudex, cui ipſo iure applicatur pœna pecuniaria, aut cui aliquid, aut Tabellioni eſt ſoluendum pro ſententia. Iudex enim ſemper diſtinguitur contra partes litigantes. Comprehenditur tamen, nomine *partis*, reſpublica, (præſertim in foro exteriori) ob cuius iniuriam notoriam lata eſt excommunicatio, vt ceſſet ſcandalum notoriæ offenſæ per ſatisfactionem. Sic Henriquez ibi; & anteà *lib.*7. *capite* 13. *numero* 2. & penes ipſum, *lit. M.* Sotus *diſt.* 22. *q.*2. *art.*3. (*poſt* 3. *concluſ.*) Ledeſma *quæſt.*26. *art.*1. *prope finem.* Medina *lib.*2. *ſumma cap.* 12. *fin.* Nauarrus *cap.*23. *numero* 66. Corduba *lib.*5. *quæſtione* 43. *dubio* 3. *fine*, communiter. Recent. His addi poſſunt Suarez *diſput.*7. *ſect.*5. Bonacina *de Cenſur. diſputat.* 1. *quæſt.*3. *puncto* 9. Auila 2. *part. cap.*7. *diſput.*3. *dub.*7. Trullench *in Bull. Cruciat. lib.*1. §.7. *cap.*2. *dub.* 12. *numero* 1. Sayrus *lib.*3. *cap.*18. *num.*8. *&* 9. *de Cenſur.* Villalobos *tom.*1. *tractatu* 16. *diffic.* 20. *à num.*8. Bardi *in Bullam* 2. *part tract.*6. *cap.*2. *ſect.*8. *num.*78. Machado *tom.*1. *lib.*1. *part.*3. *tractatu* 8. *docum.*6. *num.* 1. Diana 1. *part. tract.*11. *reſolut.* 22. §. *Notandum*, *& p.*5. *tract.*9. *reſolut.*1. *in fine.* Sayrus *lib.*2. *de Cenſur. diſputat.*24. (non 39. vt leges apud Dianam) *dub. vlt. verſ. Notat vlterius.* Vaſquez *de excommunic. dub.*20. *num.*8. & Candidus *tom.*1. *diſquiſit.*3. *artic.* 5. *dubit.*1. his verbis: Dico primò. Quando in Iubilæo, vel Bulla dicitur, *præuia ſatisfactione*, vel, *parte ſatisfacta*, nomine *partis*, non intelligitur Prælatus præcipiens, vel excommunicans, ſed aliqua alia perſona offenſa, quia illa offenſio Iudicis, generalis eſt in omni Cenſura. Vnde illa ſatisfactio in propoſito, idem eſt, quod reſtitutio, ſiue honoris, ſiue famæ, ſiue aliorum bonorum. Sic Candidus. Ex quo conſtat ad rationem dubitandi. Ad quam adhuc clarius reſpondet, ex Suario, Bardi *loc. cit.* dicendo, quod quamuis Prælatus videatur aliquo modo offenſus à ſubdito ſuam legem infringente, nihilominus Pontifex, per illam clauſulam, non intendit exprimere Superiorem, quia offenſio, quæ fit contra Superiorem, dum eius lex contemnitur, eſt imbibita in omni tranſgreſſione cuilibet Cenſuræ; & ideo in abſolutione à Cenſura, requiritur cautio; ſeu promiſſio parendi Eccleſiæ, &c. at in noſtro caſu Pontifex aliquod ſpeciale proponit poſtulandum ab eo, qui abſolui debet à Cenſura, quæ contracta fuit contra aliquam perſonam diuerſam à Superiore, ſeu Iudice, ex quo conſtat, quod per partem, in præſentia intelligi debet perſona, quæ fuit immediatè offenſa; & per ſatisfactionem, recompenſatio, ſeu reſtitutio in honore læſo, aut in fama, aut in bonis externis. Sic item Baſſæus *verb. Abſolutio*, *num.*23.

Qvæstio XCIV.

An vi Bullæ Cruciatæ, poſſit abſolui pœnitens qui ſolum ſatisfecit Clerico, vel Monacho læſo, & offenſo; item Eccleſiæ, vel Monaſterio?

NEgant aliqui cenſentes, debere pœnitentem etiam ſatisfacere Eccleſiæ, ratione Clerici; & Monaſterio, ſeu eius Superiori, ratione Regularis. Ita Riccius *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part.*1. *deciſ.*86. *num.*4. *& p.*2. *deciſ.*34. *num.*3. teſtans, ſic deciſum fuiſſe in ea Curia, vt quidam, qui Religioſum Conuerſum percuſſit, ſatisfaceret Abbati, & Monaſterio. Quia iniuria facta Monacho cenſetur facta Abbati, & Monaſterio ex *l. In perſonam*, *ff. de pactis*, & Bonacina *de Cenſuris*, *diſputat.*2. *quæſt.*4. *puncto* 5. *num.*5. loquendo de Clerico offenſo, à pœnitente, ait, vtrique eſſe ſatisfactionem exhibendam, nempe Clerico, & Eccleſiæ, ſeu ſtatui Eccleſiaſtico, additque modum ſatisfactionis, qui Eccleſiæ debet fieri, iis verbis:

Hanc autem ſatisfactionem delinquens regulariter exhibebit, ſi abſoluenti ſeipſum humiliter ſubiiciat, oſtendendo ſe paratum ad acceptandam pœnitentiam, quæ ſibi fuerit impoſita, cum iuramento obediendi Eccleſiæ, nec amplius in futurum percutiendi Clericum. Ita ille. His fauet Nauarrus *in Man. cap.*14.*num.*25. quatenus ait, non poſſe vxorem, filiumfamilias nondum emancipatum, & Religioſum, remittere iniurias: quia actio contra iniuriantem pertinet ad ſuperiores, & tenet Trullench *in Bull.lib.*1. §.7.*cap.*2.*dub.*12. *verſ. Obiter nota in noua impreſſ.pag. mihi* 312.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe abſolui pœnitentem. Quia æquè probabile eſt, in eo caſu, ſufficere vt ſatisfactio fiat ipſimet perſonæ læſæ, ad hoc vt lædens, ſeu offendens, abſque alia ſatisfactione, abſoluatur. Quia (inquit Auila *infrà*,) licèt percutiens Clericum vel Monachum, faciat etiam iniuriam Eccleſiæ, vel Monaſterio; tamen ſatisfacto percuſſo, vel remittente iniuriam, cenſetur pars ſatisfacta, vt ait Nauarrus *cap. Inter verba*, & conſequenter poteſt abſolui; niſi fortè fieret Eccleſiæ aliqua notabilis iniuria, vt quando delinquens extrahitur iniuſtè ab Eccleſia: maximè, quod aliqua ſatisfactio videtur fieri ipſi Eccleſiæ, per hoc, quod excommunicatus ſubiicitur clauibus Eccleſiæ, vt abſoluatur, & imponatur ei congrua pœnitentia, & iuret obedire mandatis Eccleſiæ, & quod deinceps non percutiet Clericum. Quod verò ſatisfacto percuſſo, vel condonante iniuriam, cenſeatur pars ſatisfacta, probat Nauarrus *dict. cap. Inter verba. Corol.vlt. numero* 376. & *in Man. cap.*18.*num.*46. Nam quando damnum Infamiæ principaliter tangit infamatum, & ſecundario, & minus principaliter bonum publicum, ſufficit condonatio eius ad quem principaliter pertinet, *cap. Quamuis pactum*, iuxta Gloſſam *de pactis in* 6. Hucuſque Auila. Ex quo conſtat ad fundamentum Bonacinæ.

Ad Riccium verò, & ad deciſionem ab eo adductam, reſpondet Bardi. *Primò*, quod Iudices in illa ſua deciſione ſequuti ſunt oppoſitam ſententiam, vti probabilem. *Secundò*, quod forſitan Religioſus ille fuit ita percuſſus, & vulneratus, vt oportuerit Monaſterium aliquas expenſas erogare in curatione eius; & ideo reſtitutio neceſſario erat Monaſterio facienda. Ita cum Auila 2. *parte capite* 7. *diſputatione* 3. *dubio* 11. *concluſ.*2. tenet Bardi *in Bulla Cruciatæ parte* 2. *tractatu* 6. *capite* 2. *ſectione* 8. *numero* 82. Qui ad Authoritatem Nauarri, reſpondent, illam eſſe intelligendam de foro externo, non de interno. Diana 1. *parte tractatu* 11. *reſolut.* 23. & dicit eſſe probabile, Trullench *loc.cit.*

QVÆSTIO XCV.

An, vi Bullæ Cruciatæ, validè poſſit Confeſſarius abſoluere nominatim excõmunicatos; aut publicos percuſſores Clericorum; aut alios, quorum excommunicatio deducta eſt ad forum contentioſum, & lis non eſt finita?

NEgat Gaſpar Hurtadus *diſput.*14. *de excommun. difficult.*5.*num.*24. per hæc verba: Obſeruandum eſt, nominatim excommunicatum ab homine, aut excommunicatum à iure, excommunicatione iam deducta ad forum iudiciale, & lite pendente, non poſſe validè abſolui, adhuc pro foro conſcientiæ, virtute priuilegij abſoluendi ab excommunicatione ab homine, & à iure lata,) vt conceditur virtute Bullæ Cruciatæ, & conceſſum eſt Mendicantibus,) vt contra Auilam *dubio* 10. aduertit Vaſquez *numero*.8. Quia non eſt credendum dicta priuilegia ad id concedi: aliàs perturbaretur Tribunal Iudicis, ſi verè, & quoad Deum reus abſoluatur: quod intelligimus, quamuis reus ſit in loco, in quo excommunicatio, & lis eſt ignorata, ſi lis nondum ceſſauit: & quamuis conſentiat pars, & quamuis ſit notabilis aliquá neceſſitas: virtute ergo dicti priuilegij tantum poteſt validè abſolui ille excommunicatus ab homine, & à iure, cum quo non eſt lis, vel quia nunquam fuit, vel quia ſi fuit, iam ceſſauit, &c. Sic ille, & *diſputatione* 15. *difficultate* 4. ex Vaſquio *tractatu de excommunicat. dubio* 20. *numero* 8. tenent etiam Luyſius *de Cenſuris, lib.* 1. *diſputat.*24. *dub. vlt. in fine*, ex eodem Vaſquio ita dicens: Illud eſt certum, hanc facultatem ſemper concedi ſine præiudicio fori externi, quando res deducta eſt ad forum iudiciale, vt P. Vaſquez *ſuprà num.*8. notauit, & docent Authores communiter. Citat etiam Diana pro hac parte Ægidium *diſputat.*14 *dubio* 16. *num.*107. & Vegam *tomo* 1. *ſum. cap.*6. *caſu* 52. Sed non benè vt *infrà*. Tenent tamen alij apud illos, quorum ſecundum fundamentum eſt, quod expreſsè, Sixtus V. *in Extrauag. Et ſi Domini, de Pœnitent & remiſſ.* decreuit, denunciatum, vel publicè diffamatum, abſolui non poſſe, neque virtute Cruciatæ, neque alterius priuilegij: ergo.

Sed his non obſtantibus, probabiliùs reſpondeo: poſſe Confeſſarium validè abſoluere ſaltem pro foro interiori, prædictos excommunicatos vigore Bullæ Cruciatæ. Quia in Bulla, abſolutè conceditur Confeſſario, per illam electo, facultas abſoluendi ab excommunicatione à iure, vel ab homine, ſine reſtrictione vlla: igitur non eſt à nobis apponenda, & maximè cum priuilegium Bullæ quoad hunc facultatem ſit fauorabile, atque adeò ampliandum: ergo debet verificari tale priuilegium, non ſolum in excommunicatione ab homine in generali, ſed etiam in ſpeciali, & nominatim. Sic expreſſè Henriquez *lib.*7.*capite* 11.*numero* 4. & *cap.*13.*n.*2.& *lib.*8.*cap.*60. *numero* 4. ſic dicens: Nominatim denunciatus poteſt ſatis facta parte abſolui per Bullam Cruc. vel per aliud priuilegium, quod pro occulto foro conſcientiæ prodeſt. Si ita abſolutus petat communionem in loco, vbi ceſſat omnino periculum ſcandali, licebit miniſtrare: quia verè abſolutus eſt: & abſolui poſſet ſine ſynodalis pœnæ exactione per Bullam, qua Papa abſque reſtrictione concedit hanc facultatem. Sic ibi, & etiam *lib.*13. *cap.*27. *numero* 5. & penes Henriquez *lib.* 8. *cit. numero* 4. *littera. I.* Couarruuias *in cap. Alma* 1.*parte*, §.11. *numero* 16. Perez *l.*1. *tit.*8. *lib.*8. *Ordin.* Ledeſma, Simancus, & Gomezius. Sic item Nauarrus *cap.* 27. *numero.* 278. & *lib.* 5. *conſil.* 47. *num.*2. & *conſil.*48. *num.* 2. & *conſil.*49. *num.*5. Auila *de cenſur. part.*2.*diſput.*3.*dub.*10. *concluſ.*1. Sayrus *in Theſauro lib.* 2. *cap.*10. *numero* 29. Diana 1.*part. tractatu* 11. *reſolut.* 26. & Ludouicus à Cruce *in Bull. Cruc. diſputat.*1. *cap.*4. *dub.*1. *num.*2. Quos citat, & ſequitur Trullench *in Bullam lib.*1. §.7. *cap.*2. *dub.*10. *num.* 2. 3. & 4. Quibus addi poſſunt Lezana *tomo* 3. *qq. Regul. verb. Cruciata, numero* 25. Sanchez *lib.*6. *ſumma capite* 17. *numero* 42. & 43. Acoſta *in Bullam quæſtione* 80. *reſolutione* 2. Bardi *in Bullam Cruciatam, parte* 2. *capite* 3. *ſectione* 1. *numero* 5. Qui benè *numero* 6. addit, quod ſi quis abſoluat nominatim excommunicatum, etiam parte non ſatisfacta, dum ſatisfieri poterit, ſi pœnitens promittat ſe parti ſatiſfacturum, tunc validam eſſe abſolutionem, quamuis illicitè collatam, iuxta dicta à nobis *quæſtione* 92. citatque pro hac parte Ægidium (*loco citato* pro oppoſito à Diana) & melius, nam quamuis id expreſsè non dicat, inſinuat tamen, & limitat ſententiam Hurtadi, his verbis: Nota primo, Quando quis nominatim

Digitized by Google

nominatim eſt excommunicatus, aut cauſa eſt deducta ad forum contentioſum reum communiter non eſſe abſoluendum (*non dicit, non poſſe,*) pro foro conſcientiæ ab eo, qui per talia priuilegia id facere poteſt, quia hoc perturbaret ordinem iuris; niſi reus eſſet in loco diſtanti, vbi eſſet omnino ignota eius excommunicatio, aut niſi pars omnino conſentiret in eius abſolutionem, aut hic, & nunc incumberet notabilis aliqua neceſſitas ita abſoluendi. Hucuſque ille ſentit ergo quod poſſit pœnitens ſaltem valide abſolui: imò licitè in caſibus ab ipſo aſſignatis. Idem ſentit Vega *loco* à Diana *citato, concluſ.* 2. Rodriguez, & Medina apud ipſum, & alij.

Ad fundamentum contrariorum, negandum eſt ex noſtra ſententia ſequi ſcandala, perturbationem iuriſdictionum, &c. quia cum talis abſolutio ſolum habeatur pro foro conſcientiæ, nihil detrahet poteſtati Iudicis, cum reus ipſe non obſtanti tali abſolutione poſſit, ſicuti prius conueniri à Iudice; & ab eodem puniri, &c.

Ad Extrauagantem Sixti IV. reſpondeo ex Sanchez *loc. citat. Primò*, in ea, ſolum interdici abſolutionem criminum deductorum ad forum iudiciale contentioſum, vi illarum facultatum, quæ conceſſæ erant ab ipſo Sixto IV. non tamen loquutionem eſſe de facultatibus concedendis ab aliis Pontificibus, *Secundò*, reſpondeo: eam Extrauagantem ceſſaſſe mortuo Sixto: quia fuit quaſi clauſula Bullæ Cœnæ, quæ expirat defuncto Pontifice: vel tranſacto anno promulgationis; nam Bulla Cœnæ non durat niſi per annum; & ſingulis annis eſt noua.

Quæstio XCVI.

An non ſolùm validè, ſed etiam licitè, poſſit Cõfeſſarius abſoluere prædictos excommunicatos, quorum excommunicatio eſt deducta ad forum contentioſum, & lis non eſt finita?

NEgant, & à fortiori, Vaſquez, Hurtadus, & Luyſius *loco citato*, & ex parte Ægidius, Auila, Trullench, & quidam alij.

Sed iuxta à nobis ſuperius dicta, reſpondeo nunc: Poſſe Confeſſarium; licitè etiam, abſoluere tales excommunicatos in foro conſcientiæ per Bullæ priuilegium, ſatisfacta tamen parte; aut ſi huic ſatisfacere non poſſint, præſtita ſufficienti iuris cautione ſatisfaciendi, ſtatim ac commodè queant: minimè tamen poſſe licitè, non ſatisfacta parte, dum huic ſatisfacere poſſint. Vtramque partem huius reſponſionis conſtat ex dictis *quæſtione* 92. & 96. Et primam docent omnes Doctores. Secundam verò Bardi nuper citatus, & alij ſupra *quæſtione* 96. Et ex parte, Ægidius, Auila, Rodriguez, Henriquez, Valerus, quos affert & ſequitur Trullench *dubio* 10. *citat. numero* 3. & 6. quatenus affirmant, poſſe in his caſibus Confeſſarium præfatos excommunicatos licitè abſoluere, pro foro ſaltem conſcientiæ. *Primò*, ſi Iudex, & pars longè abſint. *Secundò*, ſi parti omnino ſatisfecerint, aut cum ea concordauerint. *Tertiò*, ſi Iudex malitioſè abſolutionem deneget: aut ſi non deneget malitioſè, rigidè tamen concedit, vt ſi non velit illum abſoluere, niſi ſatisfaciat cum detrimento ſui ſtatus Sic illi.

Quæstio XCVII.

An Abſolutio ab excommunicatione publica, iam delata ad forum contentioſum externum, facta virtute Bullæ Cruciatæ, proſit etiam pro foro externo, ſi collata ſit, parte ſatisfacta?

NEgant quamplures Doctores docentes, abſolutionem, vigore Bullæ, collatam, nullo modo prodeſſe pœnitenti, ſeu reo, pro foro iudiciali, & contentioſo: Et hoc, ſiue abſolutio ab excommunicatione, ſeu ab alia Cenſura, ſit à iure, ſiue ab homine: ſiue pars læſa ſit ſatisfacta, ſiue non. Sic, inter alios, mox citandus Bardi *in Bull. Cruc. parte tract.* 6. *cap.* 5. *ſect.* 1. Qui ex illo

Primò probat, ab inconuenienti: Nam aliter, ſequerentur magna perturbatio iudiciorum, & etiam maxima ſcandala: quia daretur occaſio liberius peccandi, ſi Iudex cogeretur admittere in foro contentioſo abſolutionem datam per Bullam in foro conſcientiæ: multi enim ob timorem excommunicationis puniendæ in foro externo, ſe abſtinent à delictis patrandis: ergo.

Secundò, quia iſta negatiua ſententia, eſt iam definita ab Vrbano VIII. *in Conſtitut.* 105. edita Anno Domini 1630. die 19. Iunij, & incipit: *In ſpecula militantis Eccleſiæ*. Declarauit enim Pontifex, abſolutionem datam etiam à reſeruatis in Cœna Domini, non ſuffragari, niſi in foro conſcientiæ; non autem in foro externo: proinde omnis alia opinio contraria hodie nequit practicari. Hæc & alia, Bardi, qui pro ſua ſententia citat Couarruuias *lib.* 2. *variarum reſolut. cap.* 10. *numero* 3. & 6. & *cap. Alma mater* 1. *parte* §. 11. *numero* 26. Molinam *tomo* 4. *de Iuſtit. diſputatione* 64. *num.* 10. Sanchez *lib.* 6. *ſumma cap.* 17. *numero* 43. Sayrum *de Cenſuris, lib.* 2. *cap.* 20. *numero* 31. Lezanam *in ſumm. qq. Regul. tom.* 3. *verb. Bulla Cruciatæ, num.* 27. Hurtadum *de excommunicat. diſputat.* 15. *difficult.* 4. & Ludouicum à Cruce *in Bullam diſput.* 1. *cap.* 4 *dub.* 3. Quibus addi poſſunt, apud Hurtadum, Henriquez *lib.* 7. *cap.* 13. *numero* 2. *in fine*, & Auila 2. *part. cap.* 7. *diſput.* 3. *dub.* 12. & apud hunc, Gutierrez *Canon. qq. cap.* 2. Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 26. *artic.* 1. *dub. vlt.* Sotus *diſtinct.* 22. *quæſt.* 2. *artic.* 3. & Corduba *in ſumm. quæſtione* 19. & Mexica *difficult.* 13. *de excommunicat. circa concluſ.* 2. Villalobos *tomo* 1. *ſumm. tractatu* 27 *concluſ.* 9. §. 2. *num.* 24. Lopez 1. *parte vbi de Bulla cap.* 8. *fol* 830. Machado *lib.* 1. *part.* 3. *tractatu* 8. *docum.* 5. *numero* 3. Diana 1. *part. tractatu* 11. *reſolut.* 26. ibi: Sed his minimè ſuffragantibus communiter docent Doctores, abſolutionem Bullæ non prodeſſe in foro exteriori: & ita abſolutum debere ſe gerere in publico, tanquam excommunicatum, ad euitandum ſcandalum: poſſe tamen ſecreto, & ſine ſcandalo audire Miſſam, Sacramenta recipere, & cum aliis colloqui, manifeſtando, ſe eſſe per Bullam abſolutum. Ita ille.

Sed probabiliter certè, reſpondeo: abſolutionem ab excommunicatione virtute Bullæ collatam prodeſſe adhuc pro foro externo, & iudiciali, etiamſi data ſit ſine licentia Iudicis; dummodo pars læſa ſatisfacta à reo fuerit, aut cum ea concordauerit.

Primò, quia Bulla Cruciata abſolutè, & ſimpliciter concedit facultatem abſoluendi à Cenſuris, ſuppoſita ſatisfactione partis, nulla poſita reſtrictione, aut limitatione fori: ergo pro vtroque foro nempe, interno, & externo vel iudiciali, eſt dicendum valere. Patet conſequentia. Tum, quia hoc priuilegium, cum ſit fauorabile, potius eſt ampliandum quàm reſtringendum. Tum etiam; quia Pontifices dum in ſuis Bullis, aut Iubilæis concedunt facultatẽ abſoluendi à Cenſuris, ſolũ pro foro interno, id exprimũt,

addendo hæc verba: *in foro conſcientiæ dumtaxat*: vt videre eſt in Iubileo conceſſo à Sixto V. *anno* 1585. vt habetur in Bullario *tom. 2. pagina* 486. & à Paulo V. *anno* 1605. vt habetur *tomo* 3. *pagina* 173. & ab Vrbano VIII. *anno* 1641. ergo dum hanc limitationem non apponunt, apertè ſignificant, abſolutionem à Cenſuris pro vtroque foro, tam interno, quàm externo valere.

Secundò, probatur ex quodam Iubilæo conceſſo à Pio V. anno Domini 1568. *die* 17. Octobris, & ex aliis à Gregorio XIII. & XIV. conceſſis. Vbi hi Pontifices, poſtquam conceſſerunt facultatem abſoluendi à Cenſuris reſeruatis, explicarunt talem abſolutionem non prodeſſe in foro fori, ſeu contentioſo, *niſi parti ſatisfecerint, aut cum ea concordauerint*, vt referunt Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 2. lit. V.* Rodriguez, & Vega *infrà*: ergo dicti Pontifices clarè inſinuant, quod abſolutio Cenſurarum collata, cuiuſcunque indulti vigore, facta ſatisfactione partis, valere, & prodeſſe pro foro fori, ſeu contentioſo aut iudiciali.

Tertiò, quia de facto, conſtitutio Diœceſis Salmanticenſis concedit, aut explicat, quod abſolutio Bullæ Cruciatæ, valeat etiam pro foro externo, vt refert Henriquez *loc. citato*, his verbis: Poſſet hic, reus per Bullam abſolui pro foro conſcientiæ: & conſtitutio diœceſis Salmantinæ concedit, vt valeat etiam pro foro exteriori, id quod ſimiliter conceſſit Pontifex in Iubilæo, &c. ergo licitè illi adhærere poſſumus.

Quartò, quia abſolutio, virtute Bullæ Cruciatæ, à Cenſura lata à iure, valet etiam pro foro exteriori, & iudiciali, vt concedit Diana *reſolutione* 26. *cit. verſ. Notandum eſt*, cum Acoſta: ergo & valebit à Cenſura lata ab homine, quod negant ipſi. Patet conſequentia. Tum quia Bulla noſtra Cruciata, de qua loquimur, (quidquid ſit de Bulla conceſſa Regno Portugaliæ à Pio V.) æqualiter omnino abſolutionem ab vtraque Cenſura concedit, nempe, à Iure, vel ab homine. Tum etiam, quia rationes à nobis factæ abſolutè procedunt: ergo idem eſt de vtriſque dicendum. Sic plures Doctores, Medina *lib. 1. §. 7. in fine*, & Clarius *lib. 2. ſumma, cap. 12 pag. mihi* 302. ita dicens: [A cerca del modo de abſoluer, ſe ha de notar, que la deſcomunion en que cayò el penitente, ò es del derecho, ò de algun Iuez. Si es del derecho, el que, tiene facultad, como hemos dicho, lo puede abſoluer. Però ſi es de algun Iuez, lo ordinario lo ha de remitir à ſu Iuez, para que lo abſuelua, ò ſino traiga licentia. Però por la Bulla ò priuilegio lo pueden abſoluer no ſolamente en el foro de la conciencia, ſino tambien en el foro exterior. Però porque el Iuez, que lo deſcomulgò, no lo pueda calumniar, ſi le viere oyr Miſſa, &c. ha le de dar el Confeſſor vna cedula firmada de ſu nombre, como le abſoluiò, ò por la Bulla, ò por priuilegio, auiendo ſatiſfecho a la parte. Y ſi dixere el Prouiſor, que no lo pudo hazer; ha de reſponder, que la Bulla le diò tal poder, por que dize: ***Ab omni excommunicatione lata à iure, vel ab homine, ſatisfacta parte.*** Però eſto que dize, que ha de ſatisfazer primero à la parte: no ſe entiende el Iuez, ni ſus officiales, ſino aquel aquien ſe debe aquello, porque le puſo la deſcomunion.] Sic Medina. Et benè, Rodriguez *in Bull. §. 9. num.* 56. & 57. & *in addit. ad §. 9. num.* 51. & *in ſum. tom.* 1. *cap.* 9. *concluſ.* 8. *num.* 9. Vega *tom.* 1. *ſum cap.* 6. *caſu* 52. *concluſ.* 2. vbi addit, id ipſum ſentire Nauarrum *in Man. cap.* 27. *num.* 22. ſed certè Nauarrus, hoc loco nil ad propoſitum; melius citat illum Henriquez *in Man. cap.* 26. *num.* 16. *in fine*, nam ibi ſatis id inſinuat, & fauet Henriquez ipſe *lib. 7. cit. cap.* 13. *num.* 2. *lit. V.* tenent etiam Ioan. de Cruce *in ſua ſumma par. 2. tract. de excommun. dub.* 5. *concl.* 3. Ioan. Valerus *verb. Abſolutio, differ.* 5. *numero* 6. Trullench *in Bullam Cruc. lib.* 187. *cap.* 2. *dubio* 9. *numero* 4. & *dub.* 10. *num.* 9. Bonacina *diſputatione* 1. *de Cenſuris, quæſt.* 3. *punct.* 10. *numero* 2. ibi: Quando facultas conceditur, nulla addita limitatione, videtur conceſſa in vtroque foro; modò prius ſatisfactum ſit parti, iuxta motum Pij V. nam verba generalia, ſunt generaliter intelligenda. Sic ille. Qui & citat, & benè, Ægidium *diſputatione* 14. *dub.* 16. *à num.* 247. Suarium *diſputat. 7. de Cenſur. ſect.* 5 *num.* 21. & Filliucium *tom. 1. tract.* 11. *cap.* 9. *num.* 291. Qui id docent loquendo in vniuerſum de priuilegiis, & Bullis Iubilæorum, quando abſque reſtrictione datur facultas abſoluendi à Cenſuris. Sic etiam Baſſæus *verb. Abſolutio, num.* 23.

Nec obſtant argumenta contrariorum. Nam *ad primum*, negandum eſt ex noſtra ſententia ſequi perturbationem iudiciorum, aut irrogationem iniuriæ Iudici: ſiquidem pars, quæ petiit excommunicationem, iam eſt ſatisfacta, & reus abſolutus in vtroque foro à Iudice delegato, vt benè reſpondent Vega, & Trullench. Nec datur ob id occaſio liberius peccandi, ſed vt celerius à commiſſo peccato, & Cenſura contracta omnino reus liberetur: aliàs etiam daretur, cùm Pontifices in ſuis Bullis expreſſè facultatem abſoluendi à Cenſuris in vtroque foro concedunt.

Ad ſecundum. Negandum eſt, toto ore, ſententiam contrariam eſſe definitam ab Vrbano VIII. *in conſtitut. citata.* Quia in ea nullo modo declarauit Pontifex, contra noſtram ſententiam, abſolutionem datam, etiam à reſeruatis in Cœna Domini, virtute Bullæ Cruciatæ, ſatisfacta parte, non ſuffragari, niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo: Id enim patet ex multis.

Primò. Quia Vrbanus VIII. in dicta Conſtitutione, ſolùm intendit definire, & declarare, id quod prius definiuit, ac declarauit ſuus prædeceſſor Clemens VIII. nempe, non poſſe Regulares, abſque licentia proprij prælati, vti Bulla Cruciata, ad eligendum Confeſſarium, & ab eo abſolutionem à reſeruatis habere. Hic finis totalis, & intentum Pontificis, non alius, vt ipſemet Bardi fatetur, & conſtat ex proœmio Conſtitutionis. Non ergo fuit declarare, aut definire, vt verum, oppoſitum noſtræ ſententiæ. Verum tamen eſt, quod incidenter, per tranſennam, & per parenteſym, ſequentia verba Pontifex intexuit, videlicet; *Conceſſionem ſanctæ Cruciatæ (quæ reſpectu facultatis huiuſmodi, etiam laicis, & Clericis ſecularibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, & qualitatis, & conditionis, etiam ſpeciali nota digna, quoad caſus reſeruatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini hæreſi excepta, contentos, non niſi in foro conſcientiæ, non autem in foro externo ſuffragatur) aliorumque Indultorum huiuſmodi, &c.* Per huiuſmodi autem verba, non definit Pontifex, aut declarat, vt verum, quod abſolutio data à Cenſuris vigore Bullæ Cruciatæ, nunquam ſuffragari potuiſſe, neque poſſe, pro foro externo vt conſtat: ſed aſſerit, quod non ſuffragatur, loquendo *primò*, in opinione probabili authorum, qui id affirmant. *Secundò*, loquendo in caſu, quo pars læſa ſatisfacta non ſit, quomodo loquuti fuere Pius V. & Gregorius XIII. & XIV. non verò in caſu, qua parti fuerit ſatisfactum, vt ipſimet declararunt, vt vidimus, & nos aſſerimus, quia tunc pro foro etiam externo ſuffragatur.

Secundò, reſpondeo: quod hæc conſtitutio Vrbani, ad minus in Hiſpania non fuit recepta, eo quod de illa fuerit ſupplicatum eidem Pontifici per Commiſſarium generalem Sanctæ Cruciatæ de mandato Regis noſtri Philippi IV. vt aliàs diximus 1. *p. tract.* 5. *diſputatione* 12. *quæſtione* 58. & 61. Vnde ſtandum eſt,

&

Digitized by Google

& inhærendum declarationibus Pij V. & aliorum Pontificum, cum nullo modo ſint reuocatæ. Ex quibus iam conſtat falſum dixiſſe Bardi, oppoſitam ſententiam eſſe definitam ab Vrbano VIII. nec noſtram hodie practicari poſſe; cum potius hæc ſit definita, aut ſaltem declarata, & hodie in praxim ſit deducta in caſu contingenti, cum aſſenſu, & conſilio omnium ferè Doctorum Complutenſis Academiæ, ab Excellentiſſ. & Reuerendiſſimo Domino D. Ioanne Cebrian Archiepiſcopo Cæſarauguſtæ. Legatur Nauarrus *conſil. 49. num. 2. de ſentent. excommunicat. lib. 5.*

QVÆSTIO XCVIII.

An abſolutio à præfata excommunicatione, virtute Cruciatæ lata, valeat item pro foro externo, caſu etiam, quo pars læſa, non ſit realiter, & cum effectu, ſatisfacta, aut cum ea concordatum, ob impotentiam pœnitentis?

RESpondeo tunc non valere pro foro externo, ſed pro interiori tantum. Ratio eſt, quia cum in quæſito caſu, pars non ſit plenè, & cum effectu ſatisfacta, verè læderetur eius ius, & iuris ordo apertè perturbaretur. Igitur excommunicatus publicè denunciatus, &c. ſi ſit ad ſatisfaciendum impotens, licet cum cautione iuratoria, poſſit virtute Bullæ, pro foro conſcientiæ abſolui: non tamen pro foro fori, ſeu contentioſo, & externo niſi de licentia partis; aut niſi, ea citata, probet ſuam impotentiam coram Iudice excommunicante. Sic Henriquez *lib. 13. cap. 28. n. 2.* ibi: Confeſſarius verò per priuilegium ſuæ Religionis, per Iubilæum, aut per Bullam Cruciatæ, non debet iſtum, quamuis impotentem abſoluere ſola iuris cautione, ne perturbetur debitus ordo Iuris: ſed mittat illum ad partem, aut (ſi pars nolit concedere licentiam abſoluendi, vel ſi longiſſimè abſit) recurrat ad iudicem, qui excommunicauit, &c. Sic ille. Sotus *in 4. diſtinct. 22. quæſt. 2. artic. 3. concluſione 2.* Couarruuias *in cap. Alma mater 1. part. §. 9. numero 11.* Valerus *verb. Abſolutio, differ. 3. num. 1.* & Trullench *in Bull. Cruc. lib. 1. §. 7. cap. 2. dubio 10. num. 9.*

QVÆSTIO XCIX.

An ſuppoſito, quod, iuxta noſtram ſententiam, valida ſit, etiam pro foro externo, abſolutio data, vi Cruciatæ, ab excommunicatione reſeruata, & delata ad forum contentioſum; non ſolùm poſſit, ſed teneatur Iudex eam acceptare, & approbare, & liberũ reputare reũ excommunicatum à pœna fori exterioris?

AFfirmat Valerus *verb. Abſolutio, differ. 2. num. 4.* Quia, ſi abſolutio, parte iam ſatisfacta, operatur quoad forum externum, non indiget abſolutione excommunicantis: ergo tenetur eam Iudex acceptare, & approbare. *Confirmatur.* Quia aliàs talis abſolutio, nullius eſſet roboris, ac virtutis pro foro externo, ſi Iudex poſſet reum ſic abſolutum, ac ſi non eſſet abſolutus, procedere: ergo vt ſit alicuius roboris, ac virtutis pro illo foro, tenetur Iudex eam acceptare.

Reſpondeo dicendum, quod licèt poſſit Iudex ſi velit, dictam abſolutionem admittere, & acceptare pro foro externo, eámque approbare repellendo accuſatorem; non tamen teneatur ex rigore iuris, illam acceptare, & approbare, quamuis benè ex æquitate, & benignitate.

Prima pars huius reſponſionis, conſtans eſt apud omnes, etiam contrariæ opinionis, Authores. Quia ex acceptione huiuſmodi abſolutionis, nullum ſequitur damnum tertiæ perſonæ, & aliàs multi graues Doctores probabiliſſimè affirmant abſolutionem dictæ excommunicationis, parte realiter ſatisfacta, valere pro foro externo, & contentioſo: ergo licitè poteſt Iudex, horum opinioni adhærere, & ſic talem abſolutionem pro foro externo acceptare. Sic Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 2. lit. V.* per hæc verba: Si Iudex eſſet benignus, & amicus poſſet eam abſolutionem admittere in foro exteriori, repellens accuſatorem, quod affirmat Fr. Medina *lib. 2. cap. 12. ad fin.* Manuel *§. 9. num. 55. ad fin.* Et quidam Recentiores, vt D. Coſta, & Licentiat. Muñoz: & ex Theologis D. Martinez & alij Recent. cum Nauarro aiunt, eſſe in praxi receptum. Fauent Decius *conſil. 137. n. 3.* Pau. Pariſius *conſil. 1. num. 15. volum. 4.* Bartol. *conſ. 67.* Ferrarius *caute. 25.* & alios citat Simancus *de Cathol. inſtitut. cap. 8. num. 18.* Quidam conſulunt, vt curet reus, ſi publicè ſit excommunicatus abſolui per Bullam coram teſtibus, vt ſic euitet ſcandalum, & periculum. Nauarrus *cap. 27. num. 43. 272. ad fin.* cum Angelo: & fauet Syluester *excommun. 5. num. 26.* At ſatis eſt Confeſſarium teſtari abſolutionem. Candidus *conſil. 2. tit. de teſtib.* cum Innocent. Gloſſa, Pelino, &c. Huculque ibi Henriquez, quod & repetit *lib. 13. cap. 27. num. 5.* Ægidius *diſput. 24. dub. 16. numero 227.* Auila *part. 2. cap. 7. diſput. 3. dub. 12.* Laymann *tract. 5. part. 1. cap. 6. num 5.* Quos citat & ſequitur Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tract. 6. cap. 5. ſect. 1. in fine*, citans Henriquez etiam *in lib. 8. cap. 6. num. 4. lit. L.* ſed omnino malè Trullench. *in eandem Bull. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 9. num. 3. & dub. 10. num. 10.*

Secunda verò *pars* noſtræ reſponſionis probatur. Quia multi probabiliſſimè è contra ſuſtinent, minimè abſolutionem excommunicationis præfatæ, ſuffragari pro foro exteriori, eo quod exiſtiment, quod licet parti ſit ſatisfactum, ſemper detrahatur in aliquo iuriſdictioni fori exterioris, & Iudicis authoritati; ergo licitè poterit Iudex conformare ſe horum opinioni, & ſic, ſi velit, procedere contra ſic abſolutum. Hoc dictum ſit loquendo in rigore Iuris. Nam ex æquitate, & benignitate verè debet Iudex in partam benigniorem ſe inclinare, quando ipſi conſtat reum, ſatisfacta parte, fuiſſe abſolutum: quia tunc nulla apparet ratio, quare Iudex non debeat ex æquitate, & benignitate abſolutionem illam acceptare. Sic Rodriguez *tomo 1. quæſtione 61. articulo 10.* Trullench *loco citato*, & alij. Nec quid amplius, quam hanc ſecundam noſtræ reſponſionis partem, valent probare argumenta pro prima ſententia facta.

QVÆSTIO C.

An abſolutio Cenſurarum, vi Cruciatæ, neceſſariò ſit impertienda in actu Confeſſionis Sacramentalis?

AFfirmant plures Doctores. *Primò*, quia id conſtat, tam ex Bullis conceſſis ante Gregor. XIII. in quibus, dum concedebatur facultas abſoluendi à Cenſuris, erat, ſub clauſula iſta; *Qui, audita confeſſione, poſſit abſoluere à peccatis & Cenſuris*, quàm ex Bullis, quæ modo conceduntur, in quibus, quamuis non ponatur dicta clauſula, *Qui audita*, ponitur tamen alia æquiualens, videlicet; *Vt poſſit eligere Confeſſarium ex approbatis ab Ordinario, qui eos abſoluat, ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, ab omnibus peccatis, & Cenſuris, quouis modo reſeruatis.* Ex quibus clarè colligitur quòd nequeat quis per Bullam à Cenſuris abſolui niſi in actu confeſſionis Sacramentalis. Ita Nauarrus *capite 26. num. 31.* Couarruuias *in cap. Alma mater 1. parte, §. 11. num. 16.*

Suarez *tom.*5. *diſput.*7. *ſect.*5.*n.*38. Filliucius *tract.*11. *cap.*9.*num.*194. Vaſquez *tract.de excommun.dubio* 20. *num.*9. Rodriguez *in Bull.*§.9. *num.*54. *dicto* 5. Acoſta *diſput.*50.*in fine.* Lopez *cap.*8.*de Bulla,pag.*835. Sanctarellus *tract de Iubil.*8.*dub.*8. Moure *in exam. Theol. moral part.*3.*cap.*8.§.12.*num.*4.

Sed probabiliùs reſpondeo:dicendum, quod abſolutio à Cenſuris, vigore Bullæ Cruciatæ, non ſit neceſſariò impertienda in confeſſione Sacramentali: ſed optimè poſſit dari extra confeſſionem, non obſtante quacumque clauſula ex aſſignatis ſupra, in Bulla appoſita. Ratio eſt. *Primò*, quia nulla eſt,connexio neceſſaria, ex natura rei, inter abſolutionem à Cenſuris extra abſolutionem, vt ſi reus deberet ſtatim abſolui, eo quod eſſet dies ſolemnis, & non eſſet paratus ad confitendum:ergo tunc non ſolum validè, ſed & licitè, poteſt dari abſolutio à Cenſuris, etiam vi Bullæ,extra confeſſionem. Verum eſt,quod ſi commodè fieri poteſt, decentius eſt, vt talis abſolutio in confeſſione impertiatur.

Nec obſtat clauſula oppoſita in Bullis conceſſis ante Gregorium XIII. nempe, *Audita conceſſione*, quia refertur abſolutionem à peccatis; non ad abſolutionem à Cenſuris. Nec rurſus clauſula poſita in Bullis, quæ modo poſt Gregorium XIII. conceduntur; nempe, *vt poſſit eligere Confeſſarium*,&c. quia per hanc, non concluditur, vtramque abſolutionem, peccatorum, videlicet, & Cenſurarum, ſimul tradi neceſſariò in confeſſione debere: ſed ſolum quod, ille; qui abſoluere poteſt virtute Bullæ à Cenſuris, debeat eſſe neceſſariò Confeſſarius approbatus ab Ordinario, non vt abſolutio ab illis, in actu exerceat confeſſionis, ſed quia voluit Pontifex, vt conferatur ab habente talem qualitatem, ne aliàs eligeretur aliquis Clericus ignarus ad abſoluendum à Cenſuris, qui neſciret diſcernere, an hic, & nunc pœnitens ſit abſoluendus; an debeat ſatisfacere parti; quænam ſatisfactio ſit præſtanda? & ſimilia. Vnde hanc noſtram ſententiam ſuſtinent Henriquez *lib.*7. *cap.* 13. *num.*2. dicens,quod praxis, conſulto Commiſſario Cruciatæ, habet, vt liceat abſoluere à Cenſuris extra confeſſionem. Citátque pro hac parte Canum, Victoriam, Peñam, Medinam, Sancium,& Guerrerum. Quibus addi poſſunt Sanchez *lib* 8.*de Matrim.diſput.*54.*n* 30. Auila *part.*2.*cap.*7.*diſput.*3.*dub.*13. Vega *tom.*1.*ſumma cap.*6.*caſu* 3. Petr. Ledeſma *tom.*1.*ſum.cap.*8. *de excommunic.dub.*3. Rodriguez *in Addit.ad Bull.*§.9. *num* 47. vbi mutauit ſententiam. Ægidius *de excommun. diſp.*14. *dub.* 16.*num* 253. *concluſ.*1. Suarez etiam *tom.*2.*de Religion.lib.*6.*cap.*16.*num.*4.*& tom.*4. *de Relig.lib.*9.*cap.*2. *num.*27. Ludouic. à Cruce *inCruc.diſp.*1.*cap.*4.*dub.*5. *num.*2. Trullench *lib.*1.§.7.*cap.*2. *dub.*13.*à n.*5. Bardus *in eand.Bull part.*2. *tract.*6. *cap.*1.*ſect.*9. *& cap.*3.*ſect.*2. *num.*12.*&* 17. Lezana *tom.*3. *quæſt.*9.*verb.Bulla,n.*28. Ioan.de Cruce *in directlor.confeſ.part.*1.*tract.de excommunic.dub.*5.*concluſ.*3. Villalobos *tom.*1.*ſum. tractat.*27. *clauſula* 9.§.2.*num.*23. Hurtadus *diſput.*15.*de excomm. diffic.*5.*num.*18. Præpoſitus *in* 3.*part.quæſt.*3. *de Cenſur. in comm.dub.*14.*num.* 105.vbi ait, hanc ſententiam eſſe veram,etiamſi in Bulla,ſeu priuilegiis dicatur, abſolutionem eſſe dandam in foro conſcientiæ, vel in foro pœnitentiæ,aut dicatur; *eorum confeſſionibus diligenter auditis* Diana 1.*part.tract.*11.*reſolut.*25.*& p.*3. *tract.*2. *reſolut.*20.*& part.*4.*tract.*4.*reſol.*8.*& part.*5 *tractatu* 9. *reſolut.*13. Baſſæus *verb.Abſolutio,num.*22.

QVÆSTIO CI.

An abſens poſſit validè, & licitè à Cenſuris abſolui?

RESpondeo *primò* tanquam certum: poſſe validè. Quia ſicut poteſt abſens Cenſuris ligari, ita poteſt ab illis abſolui. Sic Henriquez *lib.*13.*cap.*29.*n.*1. ibi: Abſens non abſoluitur à peccatis: abſolutio tamen excommunicationis poteſt verbo dari abſenti: per nuntium, vel per literas mitti ad excommunicatum: vt ſi Epiſcopus nollet abſolutionem caſus reſeruati committere ſpeciali Vicario deputato, poſſet cauſa cognita, pœnitentia deſignata, abſentem abſoluere ab excommunicatione etiam Papali, ſi occulta ſit. Sic Henriquez,& penes ipſum ibi *lit.G.* Nauarr. *cap.*26.*num.*14. Syluester *abſol.*3.*num.*9. Sotus *diſt.*22. *quæſt.*2.*art.*3. *& diſt.*18.*q.*2. *art.*6.*ad* 2. Palud. *diſt.*18. *quæſt.*5. D.Bonauent.*quæſt.*6. Alexand. 4 *part.quæſt.*81. *membr.*7.& Perez *l.*1.*tit.*5.*lib.*8.*Ordin.p.*181. Quibus addi poſſunt Suarez *de Cenſur.diſputat.*7.*ſect.*7.*num.*4. Filliucius *tract.*11.*cap.*10.*num.*324. Reginaldus *lib.*9. *num.*324. Bonacina *diſput.*1.*de Cenſur.quæſt.*3.*punct.*4. *num.*4. Trullench *in Cruc.lib.*1.§.7.*c.*2.*dub.*18.*num.*10. Saytus *in Theſauro lib.*2.*c.*21.*à num.*12. Bardus *in Bull. part.*2.*tract.*6.*ſect.*2.*num.*17. Ludouic.à Cruce *diſp.*1. *cap.*4.*dub.*7.*num.*12. Diana *part.*4.*tractatu* 3. *reſol.*103. Lezana *in ſumm qq. Regul.verb. Abſolutio, num.*16. & alij omnes. Auila 2.*part.cap.*7.*diſputat.*2.*dub.*1. reſpondens dubio his verbis: Poteſt abſolui per Procuratorem,vel per literas, vel etiam ſine illis, ſolis verbis exprimentibus intentionem abſoluendi: Ita Henriquez, Sotus, & Nauarrus (*loc.cit.*) & eſt communis Doctorum. Dicunt tamen Sotus *ſup.* & Nauarrus *cap.*27. *num.*40. quod iam vſus habet,vt abſolutio committatur Sacerdoti qui abſoluat in præſentia. Ita ille. Qui addit,rectè facere Prælatos, qui dum in Capitulis Generalibus dant generalem abſolutionem à Cenſuris, eam extendunt ab abſens. Sic Auila.

Reſpondeo *ſecundò*, non eſſe licitum,abſque cauſa rationabili,abſoluere abſentem à Cenſuris. Tum propter reuerentiam ipſius Cenſuræ. Tum etiam propter ſcandala,quæ inde occurrere poſſent. Cauſa autem rationabilis eſſet, ſi excommunicatus aliquod graue damnum pateretur, niſi abſolutionem Cenſurarum haberet, & non poſſet adire Confeſſarium, neque Confeſſarius ad illum, tunc enim per literas, non ſolùm validè, ſed etiam licitè abſolui poſſet. Sic Filliuc. *loc.cit.* per hæc verba: Non eſt tamen danda abſolutio abſenti, niſi quando aliter fieri non poteſt. Primò enim curandum eſt, vt accedat ad locum abſoluentis. Secundò, ſi non poteſt, mittenda facultas, vt aliquis præſens illum abſoluat. Tertiò ſi nullus adeſſet in eo loco, mittenda facultas ad aliquem vicinioris loci. Denique ſi aliter non poſſet, & alioqui dignus eſſet, poſſet abſolui in abſentia. Tunc autem eſſet abſolutus regulariter, quando recipit literas continentes abſolutionem, niſi aliàs conſtet de mente abſoluentis Sic ille. Et Trullench,& Bardus *loc.cit.*

QVÆSTIO, CII.

An etiam abſens poſſit abſolui à Cenſuris; ſi abſolutio ei conferatur,vigore Bullæ Cruciatæ,aut alterius ſimilis priuilegij?

NEgant omnes Authores, qui putant abſolutionem à Cenſuris vi Bullæ Cruciatæ, dandam eſſe in actu Confeſſionis Sacramentalis. Et certè conſequenter. Quia,cum certum ſit, non poſſe Sacramentum huiuſmodi confici inter perſonas abſentes,vt diximus 1.*part.tract.*5.*diſputat.*2.*quæſt.*27. hinc fit,quod neque vi Bullæ Cruc. exigentis,in eorum ſententia,vt in ipſo Sacramento Confeſſionis, detur abſolutio à Cenſuris, poteſt quis abſens abſolui ab ipſa Cenſura. Ita Nauarrus, Couarruuias, Suarez, Vaſquez Filliucius,& alij *cit. ſup. q.* 101. pro prima ſententia.

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam vi Bullæ Cruciatæ

ciatæ poſſe abſentem abſolui ab excommunicatione, & aliis cenſuris. Quia probabilius eſt, facultatem, quæ per Bullam conceditur, in ordine ad remittendas cenſuras, eſſe independentem, quoad ſuum effectum, à Sacramento Pœnitentiæ: & conſequenter manet firmum, poſſe abſentem, adhuc vi Bullæ Cruciatæ, à cenſuris abſolui. Sic tenent Henriquez, Canus, Victoria, Medina, Sancius, Sanchez, Auila, Bardus, Lezana, Trullench, & alij citati *ſuprà q.* 101. pro noſtra ſententia. Legantur inter hos, Bardus, & Trullench *loc.cit.*

QVÆSTIO CIII.

An Abſolutio à cenſuris, praſcindendo à priuilegio Bullæ, & ab alio ſimili, poſſit validè inuito conferri?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe, quia cum cenſura non ſit culpa, ſed pœna, ſicut ferri poteſt validè in inuitum, ita etiam ab inuito auferri. Sic omnes DD. tam Theologi, quàm Canoniſtæ apud Suarium *diſp.7.de Cenſur.ſect.7.num.5.* Qui id rectè intelligendum putant, ſpectata ratione cenſuræ, & reſpectu habentis iuriſdictionem ordinariam: non reſpectu habentis poteſtatem delegatam limitatam, &c. de qua *infrà*. Legantur apud Suarium, D.Thom. *in 4. diſt.18.quæſt.2.art.5.* Ricardus *art 10.quæſt.1.* Paludan' *quæſt.5.art.3.* Carthuſianus *quæſt.4.* & alij. Henriquez *lib.13.cap.29.num* 1. & penes ipſum, *lit.L.* Sotus, Sylueſter, Corduba, Felinus, D. Bonau. Alezand. Perez, & alij. Vaſquez *dub.18.de excommunicatione,num.14.* Filliucius *tract.11.cap.10.quæſ.6.num.325.* Rodriguez *in ſumma,cap.83.num.13.* Auila *2.p.cap.7.diſp.2.dub.2.* Ægidius *diſp.14.dub.16. num.224.* Reginaldus *lib.9. num.36.* Bonacina *diſp.1.de Cenſur.quæſt.3.punct.4.n.3.* Alterius *tom.1.lib.6.diſput.6.cap.2.* Cornejo *tract.5.de Cenſur.in gen.diſp.11.dub.5.* Trullench. *in Bullam,lib.1. §.7.cap.2.dub.18.num 9.* Bardus *in eand. Bulla, part.2. tract.6.c.3 ſect.3.* Diana *part.5.tract.9.reſol.10.* Bauny *diſp.3.de Abſoluente à Cenſur.tract.2.qu.35.* & Hurtad. *diſput.14.diff.6.num.26.* Luyſius *lib.2.diſput.24.dub.7.* Machado *1.tom.lib.1.part.3.tract.2.docum.13.num.5.* & omnes.

QVÆSTIO CIV.

An etiam vi Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis priuilegij conceſſi in fauorem pœnitentis, poſſit hic, etiam inuitus, à Cenſuris abſolui?

AFfirmauit quidam modernus Scriptor in caſu nunc occurrenti, cuius conſilium cum ſuo fundamento, ſi quod erat reiectum ac reprobatum fuit ab omnibus huius Academiæ Complutenſis Doctoribus. Et meritò quidem. Vnde

Tanquam quid certiſſimum, reſpondeo non poſſe pœnitentem, vi Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis priuilegij, ſibi conceſſi, abſolui inuitum, ſeu renitentem à cenſuris. *Primò*, quia vſus talis priuilegij primò, & per ſe dependet à libera voluntate ipſius priuilegiati: ergo, ipſo nolente, nequit priuilegium applicari; & conſequenter Confeſſarius non poterit per Bullam Cruc. aut ſimile priuilegium conceſſum in gratiam priuilegiati, ipſum priuilegiatum abſoluere.

Secundò, quia vt Confeſſarius validè poſſit, vi Bullæ abſoluere à cenſuris reum, neceſſum omnino eſt, vt hic prius eligat illum, virtute Bullæ, eiúſque foro ſe ſubiciat, vt conſtat ex contextu ipſiuſmet Bullæ: ergo abſque hac præuia electione, & voluntaria ſubiectione, non poterit cenſuratus validè à Confeſſario abſolui. Sic omnes præcipuè Henriquez *lib.13.cap.29.num.1.* ita ſcribens: Item conferri poteſt homini etiam inuito beneficium abſolutionis ab hac cenſura, & ab aliis pœnis. Quod tamen per Bullam, aut Iubileum non conceditur: quia vſus huius priuilegij pendet ex voluntate eligentis Confeſſarium. Sic ille. Auila *2.part.cap.7.diſp.2.dub.2.* his verbis: Nota quod concluſio intelligitur de abſoluente per poteſtatem ordinariam, & abſolutam independentem à voluntate excommunicati: Vnde per Bullam Cruciatæ, vel Iubileum, vel aliud priuilegium conceſſum in fauorem pœnitentis, non poteſt abſolui inuitus. Ita P. Henriquez *loc.cit.* & aliqui Magiſtri: nam vſus priuilegij pendet ex voluntate vtentis illo, vnde ſi non vult vti illo, non habebit Confeſſarius facultatem abſoluendi virtute illius. Hucuſque Auila, & Diana *part.5.tract.9.reſol.10.in fine*, omnino ex Auila non citato. Suarez *diſp.7.de Cenſur.ſect.7.num.1.&5.* Alterius *lib.6.diſt.6.c.2.verſ.Et hæc concluſio.* Filliucius *tract.11. c.10. qu.6. num.325.* Bonacina *diſp.1.quæſt.3.punct.4. n.3.verſu, Dixi ſi ſpectemus.* Cornejo *tract.5.de Cenſur.in gen.diſp.11.dub.5.verſ. Aduertendum tamen.* Trullench *in Bullam, lib.1.§.7.cap.2.dub.18.num.9.in fine.* Bardus *in eand. Bull.part.2.tract.6.c.3.ſect.3.num.23.* Ludouic.à Cruc. *diſp.1.c.4.dub.7.num.11.* & alij. Debéntque ſic ſentire omnes, qui ſentiunt, abſolutionem cenſuratum neceſſario debere fieri in actu confeſſionis ſacramentalis; quia cum confeſſio huiuſmodi nequeat fieri abſque poſitiuo conſenſu pœnitentiæ, euidens eſt quod iſta abſolutio non poſſit dari inuito.

QVÆSTIO CV.

An quando priuilegium abſoluendi à cenſuris eſt conceſſum, non in gratiam pœnitentis, ſed ipſius Confeſſarij; tunc ſaltem, poſſit hic, validè abſoluere inuitum?

REſpondeo tunc validè poſſe abſoluere inuitum, ſi tale priuilegium ſit illi conceſſum abſque limitatione. Quia, *vt ſuprà* diximus, ſpectata natura cenſuræ, ſicut ad illam infligendam non requiritur conſenſus illius, contra quem fertur; ita neque ad illam auferendam. Sic Auila, & ex illo Diana *loc.cit.* his verbis: Dico, *conceſſum in fauorem pœnitentis*, nam ſi ſit conceſſum (*priuilegium*) in fauorem Confeſſarij, vt ſi ſit Religioſus, qui abſoluit virtute priuilegij conceſſi ipſi Religioni, credo quod abſolutio erit valida. Sic illi. Quibus adiunge Bardum *loc.cit.num.20.* ſic ſcribentem: Si Confeſſarius priuilegium habeat abſoluendi à cenſuris reſeruatis abſque limitatione, & priuilegium ſit conceſſum in gratiam ipſius Confeſſarij, ſiue, vt priuatæ perſonæ, ſiue vt partis alicuius communitatis, vt ſunt Religioſi, poterit inuitum abſoluere. Sic Bardus, & antea Suarez, Filliuc. & Ludou. à Cruce *locis cit.*

QVÆSTIO CVI.

An caſu, quo validè abſoluitur à cenſuris inuitus; etiam abſoluatur licitè?

AFfirmatiuam ſententiam tenere multos Iuriſtas, quos citat, ac ſequitur Vgolinus *tab.1. cap.19. §.2.n.3.* referunt Luyſius *lib.2.diſp.24.dub.7.* & (ex illo) Diana *part.5.tract.9.reſol.10.* Sed certè malè referunt hos Authores, cum oppoſitum ſentiant, vt refert Suarez *diſp.7.ſect.7.num.9.* his verbis: Sed quæret aliquis, eſtò in his caſibus valida ſit abſolutio, an licitè concedatur? Quidam Canoniſtæ cenſent id nunquam

 licere,

licere, vt latè refert, & defendit Vgolinus *(loc. cit.)* *Primò*, quia eſt contra inſtitutionem,& vſum Eccleſiæ,quæ præcipit,vt ſi excommunicatus,vel alia cenſura ligatus,in ſua contumacia perſeueret,aggrauentur in eum cenſuræ, & aliæ pœnæ, donec reſipiſcat, *&c.* Negatiuam igitur ſententiam, non affirmatiuam ſuſtinent dicti DD.

Alij verò cum diſtinctione reſpondent, dicendo; poſſe quidem licitè abſolui, ſi cenſura, qua reus eſt ligatus ſit ab homine,quia tunc nec ius diuinum, nec humanum violatur; & ideo,obſeruatis prudenter circunſtentiis, licitè quit ab eo cenſura tolli: at verò ſi lata ſit à iure, tunc eſſe obſeruandam formam à iure aſſignatam,quod ſi aſſignata non fuerit,rem eſſe prudenter conſiderandam,vt fiat ſine peccato. Sic Suarez *loc.cit.*

Sed clarius reſpondeo *primò*, in omnibus caſibus, in quibus validè inuitus poteſt abſolui à cenſuris latis ab homine, poteſt etiam licitè; etiamſi nolit deſiſtere à contumacia,& peccato propter quod eſt innodatus cenſuris, caſu tamen quod Iudex cognoſcat, quod cenſura non proſit,ſed noceat;& quod ſi abſoluatur inuitus, proderit ipſi cenſurato; aliàs minimè licitè abſoluere poterit inuitum.

Reſpondeo *ſecundò*, etiam cenſuratus à iure,poteſt abſolui licitè inuitus & renuẽs; (ſi aliàs non caueatur in iure; vt vllo modo abſoluatur niſi ſatisfaciat, *&c.*) dummodo tres adſint conditiones. *Prima* quod hoc non ſit in præiudicium tertij; quia hic eſſet actus contra iuſtitiam. *Secunda*, dummodo non adſit ſcandalum,nec contemptus cenſuræ, & *tertia* quod ſunt ſufficientia ſigna,quod talis cenſura potius detrimentum afferat, quam vtilitatem: & quod procedendo via ſuauiori obedientiam obtinebit. Sic Faber *de Cenſur.in 4.diſt.25.quæſt.1.diſp.4.cap.8.n.261.* & ex illo, Diana *reſol.10.cit.*& Bauny *diſp.3.de Abſoluente,tr.2. quæſt.35.* Sic etiam Filliuc. *tract.11.c.10.quæſ.6.n.326.* & alij.Et hoc indicauit D.Thom. *diſt.18.quæſt.2.art.5. quæſtiunc.1.ad 2.* dicens; *etiam manente contumacia,poſſe aliquem diſcretè,excommunicationem iuſtè latam remittere, ſi videat ſaluti illius expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata eſt.* Sic S.Thom. Legantur Bonac. Bardus,& alij citati.

QVÆSTIO CVII.

An petenti abſolutionem ad cautelam, nocere ea petitio poſſit, ita vt reputare eum oporteat pro excommunicato?

RESpondeo nullo modo ei nocere poſſe: nec per hoc fateri ſe eſſe cenſuratum, ac proinde nec reputare eum pro cenſurato,aut excommunicato oportere. Ratio eſt, quia multa, vitandæ moleſtiæ cauſæ, dici,agique ſolent, quæ nec ſunt neceſſaria, nec admiſſæ alicuius culpæ confeſſio tacita. Hæc reſponſio colligitur clarè, ex cap. *Exhibita, de homicid. volunt.* Cuius titulus ſic ſe habet: *Homicidium caſuale, non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamſi ad cautelam veniam poſtulauerit.* Sic titulus,& ſic Gloſſa *ibi*, verbo, *Poſtulauit à nobis*,(non verb. *Veniam*, vt citat Couarr. cum in illo capite, nec tale inueniatur Verbum.) Couarr. *in cap. Alma mater, 1.part.§.12.n.1.* vbi ait, id eſſe manifeſtum. Abbas *in cap. Ad præſentiam,de Appellat.*& Portel *part.3.caſuum,caſu 29.* quos citat, & ſequitur Bauny *diſp.3.de Abſoluente, tract.2. quæſt.1.pag.112.& 113.*& Alterius ſtatim citand.

Idem à fortiori ſentire debent authores, qui aſſerunt,nec petentes abſolutionem ſimplicem, fateri ob id excommunicatos eſſe, Abbas, Cardinal. Alexand. Innocent. Felin. & Rota,quos citat,ac ſequitur ipſemet Couuarr. *loc.cit.n.1.* vbi latè hoc probat,& concludit dicendo;quod ſi quis abſolutionem ab excommunicatione ſimpliciter petat, non videatur verè fateri ſe eſſe excommunicatum, ac proinde quamuis ex petitione hac præſumi poſſit quædam excommunicationis confeſſio; non tamen aſſumi certa ſed præſumpta, quæ in rebus maximi præiudicij probationem plenam,abſq; aliis adminiculis, non conſtituit. Legatur Alterius *lib.4.diſp.6.cap.4.per totum.*

QVÆSTIO CVIII.

An ignarus, vel inſcius, poſſit à cenſuris abſolui?

RESpondeo poſſe, abſolutè loquendo, & ſpectata ratione Cenſuræ. Quia vt ſic, nulla eſt repugnantia, quin cenſura poſſit auferri, etiamſi eius ablatio, ignoretur ab illo, qui eſt eadem cenſura ligatus: vt docent communiter omnes. Suarez *diſp.7.ſect.7.n.5.* Bonacina *diſp.1.quæſt.3.punct.4.num.3.* Bardus *in Bull. part.2.tract.6.cap.3.ſect.3.n.24.* Qui benè ait, ſecus dicendum, caſu, quo quis ignoraret priuilegium, intuitu ſui ipſius conceſsũ,& conſequenter dependenter à ſua libera voluntate;quia tunc nequibit ille,vi illius abſolui à cenſura, dum quis ignorat exercitium,& applicationem ipſius priuilegij, veluti Bullæ Cruciatæ, cum vſus huius & applicatio dependeat à voluntate talem Bullam habentis.

§. IV.

De requiſitis in abſolutionis forma.

QVÆSTIO CIX.

An ſit de eſſentia abſolutionis cenſurarum, vt fiat per verba propriè dicta?

RESpondeo tanquam certum: Non eſſe. Nam abſolutio huiuſmodi poteſt dari abſenti, & per ſcripturam, vt ſupra habitum eſt: ergo non eſt de eius valore, aut eſſentia, vt per verba propriè dicta proferatur. Sic omnes. Legantur Suarez *diſp.7.ſect.9.* Couarr. *in cap. Alma mater, §.11.à n.6.* Ægidius *diſp.14. dub.16.à n.202.* Cornejo *tr.5.diſp.11.dub.3.* Luyſius *lib.2.diſp.24.dub.3.* Bonacina *diſp.1.quæſt.3.punct.5.*& alij. Qui omnes affirmant, validam eſſe abſolutionem excommunicationis, & aliarum cenſurarum ſiue verbo,ſiue ſcripto proferatur.

QVÆSTIO CX.

An abſolutio cenſurarum, etiam per nutus & ſigna, validè dari poſſit?

AFfirmant,abſq; vlla diſtinctione, nonnulli DD. inter quos eſt Bardus *in Bull.part.2. tract.6.c.4. ſect.5.num.26.* vbi in marg. hæc ſcribit: *Poterit validè dari per nutus, & ſigna; id autem à ſolo Summo Pontifice, licitè fit.* Et Hurtad. *diſp.14.de excommunic. diff.4. n.16.* ita dicens; Conueniunt primo DD. ad formam abſolutionis ab excommunicatione ſufficere quæcumque ſigna exteriora (quamuis non ſint verba) quibus ſufficienter ſignificetur abſolutio: quia ex natura rei ſufficiunt quæcunque ſigna exteriora & aliàs iure poſitiuo, nulla præſcribuntur, vt neceſſaria ad valorem abſolutionis: ex conſuetudine tamen abſolutio fit verbis eam ſufficienter ſignificantibus, & non aliis ſignis, contra quam conſuetudinem, nequit abſque neceſſitate, licitè fieri, præſertim inter præſentem; id tamen non exiſtimarem illicitum mortaliter. Hæc ille.

Et

Digitized by Google

Et antea Auila 2. *part. c. 7. diſp. 3. dub. 1. concluſ. 1. & 2.* vbi hæc habet: Prima concluſio, Nulla verba determinata ſunt de eſſentia abſolutionis, vnde quibuſcunque verbis, vel ſignis vtatur abſoluens ſignificantibus intentionem eius, valida erit abſolutio: ſecunda concluſio: Vt licitè fiat ſeruata eſt conſueta forma verborum apponenda *in dub. ſequenti.* Hinc ſequitur cum Tabiena *verb. Abſolutio 3. num.* 8. quod ſolus Papa poteſt licitè abſoluere, ſalutando, vel dando oſculum pacis. Ita Auila, & Salas *de legib. diſp. 20. ſect. 9. num.* 85. & Cornejo. *tract. 5. de Cenſur. in gener. diſp. 11. dub. 3. quæſt.* 3.

Sed ego cum aliis probabiliùs, ſub diſtinctione reſpondeo; quod abſolutio à cenſuris, nullo modo poſſit dari validè per nutus, & ſigna à Prælatis Summo Pontifice inferioribus: ſecus tamen à Summo Pontifice. Ratio eſt, quia nullus Prælatus inferior Papa variare poteſt formam à iure præſcriptam: at ſic eſt, quod in iure communi eſt præſcriptum, abſolutionem à cenſuris eſſe dandam, vel per verba, vel per ſcripturam, cap. *Cùm deſideres*, & cap. *Si aliquando, de ſentent. excommunic.* & docet Gloſſa. *in Clement. vlt. verb. Velle, de ſentent. excommun.* ergo. Secus eſt dicendum de Summo Pontifice: qui cum ſit ſupra ius commune, poteſt per nutus, & ſigna abſoluere eos, qui cenſuris ſunt innodati. Quod & conſtat ex *Clement. citata.* Sic Sanchez *lib. 8. de Matrimonio, diſp. 4. num.* 14. Suarez *diſp. 7. ſect. 9. num.* 13. & 14. Filliucius *tract. 11. cap. 10. quæſ. 8. n.* 330. & 331. Bonacina *diſp. 1. quæſt. 3. punct. 5. n. 5. & 6.* Luyſius *lib. 2. diſp. 24. dub. 3. verſ. Item diſputat.* Diana *part. 5. tract. 9. reſol.* 31. Couarr. *in cap. Alma mater, §. 2. num.* 2. & *§. 11. num. 7. verſ. Imò & aduerſus.* & penes ipſum, Abbas, Felin. Ricard. & Florentinus. Henriquez *lib. 13. c. 26. n.* 2. Villalob. *tract. 16. diff. 24. num.* 1. Baſſæus *verb. Abſolutio, n.* 19. Machado *lib. 1. part. 3. tract. 2. docum. 21. n.* 1. dicens id eſſe commune. Sà *verb. Abſolutio ab excommun. num.* 5. ibi: In abſolutione ab excommunicatione ſufficiunt quæuis verba cum intentione. Raſtellius. *de cenſur. in gen. quæſt. 7. de abſolutione à cenſura, art. 3. n.* 5. licèt limitet noſtram ſententiam his verbis: In inferioribus autem valentibus exprimere verba, requiruntur verba, vt *in d. cap. Cùm deſideres:* ſed in non valentibus exprimere verba, propter infirmitatem, ſufficiunt ſigna ſenſibilia certa; vt quia benedicat ligatum cenſura petentem abſolutionem ab illius certa ſpecie, annuátque illam abſolutionem à Notario ſcribi, & ſic ſcriptam, eique lectam, nutibus confirmet: probatur, valida eſt applicatio cenſuræ hoc modo facta; vt probatum eſt *in quæſt. de cenſuræ forma*; igitur multo magis abſolutio hoc modo facta valida eſt. Hucuſq; Raſtellius. Quam doctrinam etiam tradit Alterius *tom. 1. lib. 4. diſp. 7. cap. 1. quæſ.* 3. Legatur Palao *tom 6. diſp. 1. punct. 11. §. 3. num.* 3. Vbi abſolutè docet, eſſe mortale ſignis abſolutionem cenſuræ conferre: tum quia aduerſatur, inquit, conſuetudini receptæ: tum etiam, quia eſt ſatis dubium an ea abſolutio ſubſiſtat.

QVÆSTIO CXI.

An ad abſolutionem cenſuræ in foro conſcientiæ, requiratur determinata verborum forma?

Affirmatiuam ſententiam tenere Sanchez *lib. 8. de Matrim. diſp. 4. n.* 24. ait Bonacina *diſp. 1. quæſt. 3. punct. 5. n.* 1. Sed falsò. Nam Sanchez ſolum ait: iure cautum eſſe in abſolutione ab excommunicatione verba deſiderari, cap. *Deſideres de ſentent. excommun.* quod quidem verum eſt, vt ex dictis conſtat: non tamen ad propoſitum quæſtionis propoſitæ. Vnde

Tanquam certum, reſpondeo: Ad abſolutionem cenſuræ impertiendam in foro conſcientiæ, nulla, ex natura rei, requiritur determinata verborum forma: ſed ſufficiunt verba quælibet, ſiue in voce, ſiue in ſcriptis, quæ ſatis abſolutionem à cenſura dari, indicent. Ratio eſt, quia nec natura iudicij, nec ius commune, nec Eccleſiæ antiqua praxis, certa, aut determinata verba poſtulant, quæ tanquam eſſentialia vſurpare in hoc miniſterio oporteat: ergo ſufficiunt quælibet modò abſolutionem à cenſuris indicent. Sic Villalobos *tract. 16. diff. 24. n.* 1. per hæc verba. [Reſpondeo, que en el Derecho no ay forma expreſſa para eſto, como dicen los Doctores *in 4. diſt.* 18. y en eſpecial Couarruuias, *cap. Alma, §. 11. num. 6. & 7.* Syluestro *verb. Abſolutio 3. n.* 2. y Suarez *de Cenſur. diſp. 7. ſect. 9. n.* 2. y aſſi vale la abſolucion debaxo de qualquiera forma, que lo ſignifique, como ſi dixeſſe: *Reconcilio te: Tollo, vel aufero à te cenſuram.* O, como dicen otros; *Benedico te*; ò *Rebenedico te*, y haſe de añadir, *ab excommunicatione, vel ſuſpenſione*, &c. ſino es que ſe colija ſuficientemente de las palabras que preceden: que ſi vno pide al Iuez, que le abſelua de la deſcomunion, y el Iuez dice: *Ego te abſoluo*, ya ſe entiende que es de la deſcomunion.] Sic ille. Et antea Valentia *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 17. punct.* 8. Fillincius *tract. 11. cap. 10. q.* 7. Ægidius *diſp. 14. dub. 16. n.* 102. Salas *de legibus, diſp. 20. ſect. 9. num.* 85. Bonacina *loc. cit.* Bauny *tom. 2. de cenſur. diſp. 3. de Abſoluent. tract. 2. quæſt. 29. dicto.* 2. Bardus *in Bullam, part. 2. tract. 6. ſect. 5. n.* 27. Raſtellius *art. 3. cit. num. 4. pag.* 139.

QVÆSTIO CXII.

An in abſolutione cenſurarum, quæ datur, virtute Bullæ Cruciatæ; neceſſariò requiratur vti forma, quæ in ipſa Bulla præſcribitur?

Reſpondeo non requiri neceſſariò vti tali forma, quia quamuis in Bulla præſcribatur particularis abſoluendi à cenſuris forma, nihilominus non præſcribitur tanquam forma neceſſariò exercenda, diſtincta ab ea, qua communiter, abſque ipſius Bullæ applicatione, vti ſolemus. Quod quidem ex tenore eiuſdem Bullæ, in quo nihil circa formam abſolutionis ſancitum habemus, ac proinde forma communis relinquitur vſurpanda.

Nec obſtat quod in Bulla apponatur quædam ſpecialis abſoluendi forma; quia vt diximus, non apponitur tanquam neceſſaria, ſed ſolum ex deuotione, quatenus in ea exprimuntur varij effectus, qui per virtutem Bullæ cauſantur; nempe explicita remiſſio cenſurarum, tum à iure, tum ab homine, remiſſio culparum, & applicatio indulgentiæ plenariæ. Et addo quod talis forma, ſolum fuit in Bulla appoſita pro illa abſolutione quæ datur ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, vt conſtat ex titulo, qui eſt ante ipſam formam. Sic omnino Bardus *loc. cit. n.* 29. Ex quibus conſtat, quod circa abſolutionis formam, Bulla nihil diuerſum à iure communi, tanquam neceſſariò decernit, ideóque, poterit Confeſſarium vti forma communiter conſueta.

QVÆSTIO CXIII.

An abſolutio cenſurarum valeat, ſi dicatur: Abſoluo te, *non addendo*, ab excommunicatione, ſuſpenſione, *vel* interdicto?

Affirmant Vgolinus *tab. 1. c.* 13. Sayrus *lib. 2. c. 16. num.* 3. Bonacina *punct. 5. cit. n. 1. verſ. Hinc colligi poteſt.* & Candid. *diſp. 22. art. vlt. num.* 2. quos citat & ſequitur Machado *lib. 1. p. 3. tract. 2. docum. 21. n.* 2.

Secunda eſt. Quod qui abſoluendus eſt, prius præſtet iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ, vel ipſius abſoluentis, vel quod idem eſt, de non committendo amplius tale delictum, propter quod eſt innodatus cenſura. Colligitur ex cap. *Tenore*, cap. *De cætero*, & cap. *Si deſideres*, *de ſententia excommunicationis.* Sic Nauarrus *cap.26.num.7.* Alterius, & Bonacina *loc.cit.* Auila *2.part.cap.7.diſput.3.dub.2.* & communis.

Tertia eſt. Quod qui abſoluendus eſt, prius ſatisfaciat parti, ſi cum damno huius, aut iniuria cenſuram contraxit, exhibendo realem ſatisfactionem, ſi commodè poteſt, & offenſa, aut iniuria eſt manifeſta, aut debitam cautionem de ea præſtanda quando offenſa eſt dubia. Colligitur ex *cap. Ex parte 1. de verbor. ſignificat.* Sic Alterius, Auila, & Bonacina *loc cit.*

Quarta eſt. Quod Sacerdos, qui abſoluit, dicat Pſalmum *Miſerere*, vel alium ex pœnitentialibus, & interim flagellet excommunicatum in humeris, cum fune, flagello, corrigia, ſeu virga, & completo Pſalmo cum Gloria, dicat *Kyrie eleiſon, Criſte eleiſon, Pater noſter*, & poſtea Verſ. *Saluum fac Domine hunc famulum tuum*, &c. *Eſto ei Domine turris fortitudinis*, &c. *Nihil proficiat inimicus in eo*, &c. *Domine exaudi orationem meam*, &c. *Dominus vobiſcum*, &c. Oremus. *Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis ſententia ligatum tenet, miſeratio tuæ pietatatis abſoluat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.* Deinde dicat: *Authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, mihi conceſſa, abſoluo te à vinculo excommunicationis, quam incurriſti, propter hanc, vel illam cauſam, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, & communioni fidelium, In nomine Patris*, &c. Hæc ferè Innocent. III. *in cap. A nobis, el 2. de ſentent. excommun.* Legantur Nauarr. *cap. 26. num. 9.* Auila, Bonacina, & Alterius *loc. cit.* Bony *diſput. 3. de abſoluente ab excomm. tract. 2. q. 29.* & alij. Circa quas ſolemnitates, aliquæ occurrunt difficultates, pro quibus reſoluendis, ſit circa ſecundam.

QVÆSTIO CXVIII.

An Reus excommnnicatus debeat, ob quodcunq; crimen, præſtare iuramentum, de non committendo amplius illud?

AFrmatiuam ſententiam innuere Nauarr. *cap. 26. num. 27.* & Couarr. *in cap. Alma mater, 1. part. §. 11, num. 5. & 11.* eo quod abſolutè dicunt, ante abſolutionem ab excommunicatione petendum eſſe iuramentum de non committendo amplius illud delictum, ait Auila *2. part. cap. 7. diſput. 3. dub. 2. verſ. Circa primum.* Sed certè in primis Nauarrus *num. 27. citato*, nihil de hac materia dicit: benè tamen *num. 7.* vbi hæc habet: Porrò in abſoluendo ab excommunicatione ſeruare debet formam iuris, quæ, vt diximus *in cap. 1. in princip. de pœnitent. diſt. 6. num. 54.* habet primum, vt iuret parere ſuper eo mandatis Eccleſiæ, cap. *Ex tenore, cap. De cætero, de ſentent. excommunicat.* Hæc ibi meus Nauarrus. Qui tamen intelligi oportet, iuxta ea quæ ſuperius, eodem *cap. 26. num. 2.* dixerat. Vbi enumerauit delicta, in quibus debeat Confeſſarius à Reo excommunicato iuramentum exigere, ſic dicendo: ſed non obliget eum ad id, voto, iuramento, vel alia promiſſione, quæ nouum vinculum adijciat; niſi cum ius id præcipit, vt in excommunicato notorio abſoluendo, *cap. Ex parte, de verbor. ſignificat. & cap Solet, de ſentent. excommunicat. lib. 6. & in Incendiario, cap. Peſſimam 23. quæſt. 8.* Et in mutilatore *c. Si quis membrum, ead. cauſ. & quæſt.* Et manifeſto raptore, aut Eccleſiæ violatore. *cap. Super eo, de raptore.* Et vſurario publico, *cap. Quamquam, verb. Nullus, de vſur. lib. 6.* Et in publicè iniuriante perſonis Eccleſiaſticis. *cap. Quiſquis inuentus fuerit 17. quæſt. 4.* Sic hic Nauarrus. Conſtat ergo, non ſentire ipſum, ob omnia crimina exigendum eſſe à reo iuramentum; alias fruſtra enumeraret ita diligenter præfata. Vnde.

Cum communi ſententia reſpondeo: Non debere Reum excommunicatum ob quodcunque crimen, præſtare iuramentum de non committendo illud; ſed ſolum ob maiora crimina, & enormia facinora, qualia ſunt relata à Nauarro. Quibus adde etiam eſſe præſtandum, quando quis eſt innodatus quacunque excommunicatione contenta in Bulla Cœnæ. Sic Henriquez *lib. 13. cap. 28. num. 4.* ibi: In quibuſdam criminibus; vt incendiarij, percuſſionis Epiſcopi, aut Cardinalis, & dum offenſa fuit notoria, & cum ſcandalo, petet iudex, aut Confeſſarius ante abſolutionem, vt Reus iuret parere ſuper eo, mandatis Eccleſiæ (quod iuramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis, ſed additur ad cautelam) & iuret, primo, quod ſtabit piis mandatis, quæ ſtatim iudex & Confeſſarius imponet nomine Eccleſiæ, putà de ſatisfactione partis, ſtatim vt commodè poterit, & de vitando ſcandalo: Secundo imponet quod nunquam veniet contra illum Canonem à ſe violatum, putà quod nunquam percutiet Clericum; aut in incendiario, quod amplius non incendet, &c. Sic ibi Henriquez. Et *in marg. lit. G.* addit, ex variis authoribus, idem eſſe dicendum; de Excommunicato notorio: Et de eo, qui publicè fecit iniuriam perſonis Eccleſiaſticis: De Raptore rei Eccleſiaſticæ, vt decimarum: de raptore fœminæ: Et de publico vſurario. Sic penes illum, Syluester, Nauarrus, Couarruuias, Caietanus, D. Anton. Medina, Soto, Corduba, & alij. Sic item Alterius *lib. 4. diſputat. 7. cap. 2. dub. 1.* Auila *loco citat.* Suarez *diſput. 19. ſect. 2. num. 10.* Ægidius *diſput. 14. dub. 16. num. 204.* Hurtad. *diſput. 14. de excommunic. diff. 4.* Palao *de Cenſur. diſput. 1. punct. 11. §. 3. num. 4.*

QVÆSTIO CXIX.

An huiuſmodi iuramentum, ſit præſtãdum, ante abſolutionem, ab omnibus, tam à fœminis, quàm à viris; & etiam à pueris?

AFfirmant præſtandum eſſe, tam à fœminis, quàm à viris; à pueris verò minimè, ſed relinquendum eſſe arbitrio Epiſcopi, Syluester *verb. Abſolutio 3. num 3.* Auila *2. part. cap. 7. diſp. 3. dub. 2. verſ. Circa primum.* Palao *loc. cit.* & alij.

Sed probabilius abſolutè reſpondeo: Ab omnibus eſſe præſtandum, quia Canones, qui iuramentum præfatum decernunt, nullam diſtinctionem aſſignant: igitur omnes perſonas excommunicatas comprehendunt. Sic innuit Alteriùs *loc. cit. verſ. Tertiò dubitant.*

QVÆSTIO CXX.

An abſolutio ab excommunicatione data, abſque præſtito iuramento prædicto, ſit irrita, & nulla?

AFfirmat Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de excom. num. 14.* Quia exiſtimat, tale iuramentum eſſe de ſubſtantia abſolutionis.

Sed certiſſimè reſpondeo: Non eſſe irritam, aut nullam: ſed ratam & validam quia certiſſimum eſt, iuramentum non eſſe de ſubſtantia abſolutionis: ergo hæc, ſine illo, conceſſa valida eſt. Sic expreſſè Gloſſa *in cap. Cum deſideres, de ſentent. excommun.* vbi in ſum. caſus,

Digitized by Google

caſus, ſic ait: Nota primò, quod iuramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis: vnde ſi omittatur in abſolutione, nihilominus abſolutus eſt, qui ſic abſoluitur. Sic Gloſſa, & Sylueſter expreſsè contra Hoſtienſem *verb. Abſolutio* 3. §. 3. & penes illum, Gof. Ber. & Gul. Ang. *eod. verb.* 3. *num* 2. (non 12. vt citat Alterius & apud illum Innoc. Ioan. Andr. Abbas, & alij. Alterius, & Auila *loc. cit.* & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 28. *n.* 4. *cit.* Cuius verba habes *quæſt.* 119. & communis.

QVÆSTIO CXXI.

An non ſolùm viri, ſed etiam fœminæ, quæ abſoluendæ ſunt, debeant ab abſoluente verberari, ſcapulis nudis?

REſpondeo tanquam certum: Nec vllo modo verberari debere: Quia non eſt decens id obſeruari in abſolutione fœminarum. Sic Angel. *Abſolutio* 3. *num.* 1. ita dicens: Conſuetudo etiam habet, vt verberetur: quæ ſeruanda eſt in maſculis, ſed non in fœminis, nec multum iuuenibus, præſertim in nudo. Sic Angel. Nauarr. *cap.* 26. *num* 7. dicens, nullo iure id caueri. Auila 2. *part. cap.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 2. ita ſcribens: Notandum eſt, quod ſi eſt mulier non debet habere nudatos humeros, quia eſt indecens: imo neque hoc eſt neceſſarium quamuis ſit vir, quia iam non eſt in vſu, etiam quando abſolutio fit publicè, & ſolemniter ab ipſis iudicibus. Sic ille. Alterius *lib.* 4. *diſp.* 7. *cap.* 2. *verſ. Quarta ſolemnitas.* Suarez *diſp.* 19. *ſect.* 2. *num.* 11. & alij.

QVÆSTIO CXXII.

An hæc ſolemnitatum, & cæremoniarum forma, ſit de ſubſtantia abſolutionis, ſaltem publicæ?

REſpondeo negatiuè. Sic Palao *tom.* 6. *diſp.* 1. *punct.* 11. §. 3. *n.* 4. his verbis: Ritus ſeruandus in abſolutione iudiciali à cenſura excommunicationis, præſcribitur *in cap. A nobis* 28. *de ſentent. excommunicat.* & habetur in Pontificali Romano. Huius omiſſio, nec abſolutionem inualidam reddit, vt omnes fatentur, nec illicitam grauiter, niſi in ſolemni aliqua abſolutione ad ſatisfactionem Eccleſiæ facta, vt notauit Gaſp. Hurtad. *diſp.* 14. *de excommunicatione, diff.* 4. In abſolutione autem pœnitentiali, etſi expediat regulariter prædictas cæremonias ſeruari, vt Cenſuratus cautior in poſterum ſit, certum eſt abſque graui culpa omitti poſſe, vti viri timorati faciunt. Sic Palao.

TRACTATVS TERTIVS
DE
EXCOMMVNICATIONIBVS
Viginti, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur.

DISPVTATIO PRIMA.

De prima Excommunicatione Papæ reſeruata in Bulla Cœnæ.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quot genera perſonarum, prima Bullæ Excommunicatio fulminetur?

RESPONDEO quod contra vndecim, videlicet. Contra hæreticos cuiuſcunque ſectæ, & Apoſtatas à fide. Contra credentes hæreticorum, Receptatores, Fautores, & Defenſores eorum. Contra legentes hæreticorum libros continẽtes hæreſes, vel de religione tractantes; imò, retinentes, imprimentes, & defendentes quomodolibet; ex quauis cauſa, publicè, vel occultè; quouis ingenio, vel colore, & denique, contra Schiſmaticos quoſcunque, & Subtrahentes ſe, vel Recedentes ab obedientia Papæ. Sic ſummatim omnes. Legantur Nauarrus *in Man. c.* 27. *à n.* 56. Sylu. *verb. excomm.* 7. Suar. *diſp.* 21. *de Cenſ. à ſect.* 1. Alterius *tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 1. & 2. Filliucius *tr.* 16. *à c.* 1. Tolet. *lib.* 1. *ſum. à c.* 19. Sayr. *de Cenſ. lib.* 3. *à c.* 1. Regin. *lib.* 9. *à c.* 13. Viualdus *part.* 1. *Candelabr. vbi de excomm. à pag.* 42. Sà *de excomm. Bullæ.* Bauny *tom. de Cenſ. tract. de Bulla Cœnæ, à pag.* 296. Baſſæus *verb. excommunic.* 6. Villalob. *tract.* 17. *à diffic.* 19. Machado *tom.* 1. *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 6. Bonacina *tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 1. & *ſequent.* Auſonius *in ſumma Dianæ, verb. Bulla Cœnæ.* Caſtro Palao *tom.* 6. *de Cenſuris, diſp.* 3. *puncto* 2.

QVÆSTIO II.

Quis dicatur Hæreticus, & quid requiratur, vt quis tanquam hæreticus, ſit excommunicatione Bullæ Cœnæ adſtrictus?

AD *primum* reſpondeo, quod ille dicitur Hæreticus, qui poſtquam baptizatus fuit, & Chriſti Domini doctrinam profeſſus, ab aliquo fidei articulo pertinaciter diſſentit, vel de eo deliberata voluntate dubitat: aut doctrinæ vel errori contra authoritatem Eccleſiæ Catholicæ ſecus docentis, aſſenſum præbet Sic omnes citati Doctores, inter quos Bauny, Palao, & Vaſquez 1. 2. *diſp.* 26. *cap.* 4.

Ad ſecundum reſpondeo, quod, vt aliquis ſit excommunicatus, tanquam hæreticus, requiruntur hæc quinque. *Primum*, vt ille homo ſit baptizatus.

Secundum,

Digitized by Google

Secundum, quod ex parte profiteatur fidem Chriſti; & ex parte abnuat illam. Nam ſi omnino integram negaret, eſſet Apoſtata. *Tertium*, quod intellectu ſuo verè habeat aliquem errorem, contra ea, quæ ſunt de fide, vel ad illam directè, vel indirectè pertineat. *Quartum*, quod huiuſmodi, qui hunc habet errorem, ſit pertinax. Et *quintum*, denique, vt errorem quem habet in mente contra fidem, exprimat aliquo exteriori ſigno. Hæc omnia ergo requiruntur ad hoc, vt aliquis incurrat hanc primam excommunicationem appoſitam in Bulla Cœnæ. Legantur authores citati, præcipuè Alterius *diſp.2.cit.cap.2.* Filliuc. *tract.16.c.p.2.quæſ.1.num.22.* & Machado *tract.6.cit. docum.3.* Sed nunc, circa tertium requiſitum à nobis præſuppoſitum, ſit

QVÆSTIO III.

An ſi quis ductus hinc, & inde rationibus, dubius maneat de veritate alicuius articuli fidei, ſit verè hæreticus, & incurrat hanc excommunicationem Bullæ?

AFfirmant apud Sanchez *vbi infrà*, Ioan. Andr. & Abbas *in cap.1.de hæret.* Gabriel *in 4 diſt.13.q.2. art.1 notab.3.* Angel. *verb. hæreſis, initio.* Sylueſter *Hæreſis 1.quæſt.3.* Caiet. *2.2.quæſt.11.art.2. notab.1. & in ſumm.verb. Interrogatio in 1.precepto,* Caſtro, Corduba, Simancas, Torres, Aragon, Peña, Valentia, Toledo, & Azor. His addit Diana *vbi infrà*, Villalobos *tom.2. ſumm.tract.1.dub.10.num.3.* Syluium *in 2.2. D.Thomæ, quæſt.11.art.1.* Fabrum *de ſacramento Ordinis, diſt.25. quæſt.5.diſp.3.c.4.num.112.* Homobon. *de exam. Eccleſ. part.2.tract.12.cap.4.q.16.* Molfeſium *tom.1.ſumma, tract.8.c.8.n.44.* Lorcam *in 2.2.quæſt.11.art.3 diſp.42. n.5.* & Coninch. *de actib.ſupernat.diſp.18.dub.7.n.102.* Quibus adhuc addi poſſunt Suarez *diſput.19 de fide, ſect.4.n.12.* Petrus Hurtado *de fide, diſp.80 ſect.4.§.22. & 23. & diſp.82.ſect.7.* Granados *tract.15.diſp.3.* & alij communiter. Qui probant, *Primò* ex *cap 1. de hæret.* vbi dicitur, quod dubius in fide, eſt infidelis.

Secundò, quia qui negatiuè dubitat, circa aliquod obiectum fidei, regulariter elicit actum poſitiuum infidelitatis, quo iudicet, & affirmet, illud obiectum, de quo dubitat, eſſe incertum, & dubium; quia ſicut ſine iudicio, nihil pro certo, ita etiam ſine illo nihil pro dubio habetur.

Alij verò contrà negant. Ita Diana *part.2.tract.16. reſol.51.* his verbis: Sed contrariam ſententiam, non minus probabilem eſſe exiſtimo, quam tuentur Cano *de locis, lib.12.cap.9.* & Emman. Sà *verb. hæreſis, n.1.* quos citat & ſequitur Sanchez *in ſum.tom.1 lib.2.c.7.n.12.* Quibus ego addo Tãner *in 2.2.diſp.1.q.8.dub.6.n.109.* Portel *in addit. ad dub.regul.verb.Hæreſis, n.4.* & Putaneum *in 2.2.D.Thomæ, q.11.art.2.dub.2.* Et ratio eſt, quia de ratione hæreſis eſt, electio erroris contra fidem: ſed dubitans nondum aliquid eligit, ſed manet in dubio, & in ancipiti: ergo non eſt hæreticus. Deinde, hæreſis, eſt error fidei contrarius, ſeu aſſenſus contra fidem: at dubitans nullum fert aſſenſum pro, nec contra, hoc eſt enim dubitare, id eſt, neque aſſentire, neque diſſentire: ergo ſi nullum habet aſſenſum, nullum errorem habet contra fidem, nec proinde hæreticus eſt. Hucuſque Diana. Quibus authoribus addi adhuc poſſunt Becanus *in ſum. Theolog. part.2.cap.14.q.2.n.9.* & Franciſcus de Chriſto *q.3.de hæreſi, argum.2.*

Sed ego clarius, triplici reſponſione, quæſtioni propoſitæ ſatisfaciam. Reſpondeo ergo primò tanquam certum. Dubitans poſitiuè, & pertinaciter, circa aliquem articulum fidei, verè eſt hæreticus poſitiuè, & incurrit excommunicationem Bullæ in Cœna Domini. Patet, quia qui dubitat poſitiuè, v.g. de Trinitate, licèt eam, neque affirmet, neque neget, iudicat tamen, & affirmat, contingens eſſe, vt ſit, non ſit, quod eſt iudicare fortè non eſſe verum quod ſit: at hic eſt, quod hoc eſt, poſitiuè contradicere Deo determinatè affirmanti, eſſe veriſſimum, Trinitatem dari, in quo hæreſis poſitiua conſiſtit: ergo. In hac concluſione non ſolum Doctores primæ ſententiæ, ſed etiam ſecundæ conueniunt, vt fatetur Sanchez *loc.cit.n.12.* vbi, propoſita ſententia à nobis, ſecundo loco, relata ita ait: Et hæc ſententia eſt probabiliori intellecta tamen, vt debet intelligi, nimirum quando intellectus vtriuſque partis rationibus perpenſis, pendulus eſt, nullùmque iudicium format. Quod eſt verè, & formaliter intellectum dubium manere. Nam ſi ſupra ſuum dubitandi actum reflectitur, iudicans illam fidei rem eſſe dubiam, aut ſub opinione eſſe: nemo negare poteſt eſſe hunc dubitantem, aut opinantem, perfectè hæreticum: Quod tunc vltra dubium adſit conſenſus, & iudicium intellectus affirmantis rem fidei non eſſe certam: Quod eſt aperta hæreſis. Et ita hoc explicant idem Canus *eod.cap.9.col.12.verſ. errare autem.* Bañez *2.2. quæſt.11.art.2.col.2. verſic. Reſpondetur quod ſicut;* Vaſquez *1.2. quæſt.19.art.6.diſp.65.c.1.num.4.* Vnde moraliter loquendo cum dubitatione intellectus circa res fidei ſolet eſſe coniunctus hic actualis error, quo illas non omnino certas non omnino certas eſſe iudicat: atque ita hæreſis communiter adeſt. Sic Canus *eod.cap.9.col.12. verſ. Quid ergo.* Valentia *num. præcedenti,* relatus. Hucuſque Sanchez. Vnde conſtat, potius eſſe citandum pro prima ſententia, ſicut citatur Valentia communiter. Ita tenent, vltra citatos, Gaſp. Hurtadus *de fide, diſput.10.diff.3.* Fagundez *in 1.præc. Decalogi, lib.1.cap.10.* Alterius *de Cenſur.lib.5.diſp.21. cap.2.* & Bonacina *hîc diſput.1. quæſt.1. puncto. 1. num 3.*

Reſpondeo ſecundò. Dubitans negatiuè, circa aliquem articulum fidei, ſuſpendendo actum intellectus circa talem articulum propoſitum, eo quod non ſatisfidat motiuo, aut propoſitione motiui fidei, tunc verè eſt hæreticus, ſaltem moraliter. Quia qui poſtquam aliquis ſibi aliquid dixit conanti credere, hæret, & pendulus manet, iniuriam irrogat authoritati illius, qui id dixit, aut reuelauit; cum ideo, ſic hæreat, aut pendulus maneat ſuſpendendo actum iudicij; quia videlicet, non fidit teſtimonio illius: ergo dubitans pertinaciter negatiuè circa aliquem articulum fidei, etiam dato, quod phyſicè non ſit hæreticus poſitiuè, eſt tamen moraliter talis, quia moraliter cenſetur incredulus Deo, & non fidens teſtimonio illius, ſicut qui poſitiuè diſcredit. Sic optimè Gaſp. Hurtadus *loco citato*, & à fortiori tenent omnes primæ ſententiæ DD.

Reſpondeo tertiò. Si quis ſuſpendat omnino iudicium, dum agnoſcit ſe tentari contra fidem, tunc nec cenſendus eſt dubius in fide, nec hæreticus phyſicè, aut moraliter. Quia hic non ſuſpendit iudicium, eo quod non fidat motiuo fidei; ſed vt ſic, facilè poſſit tentationes contra fidem, quibus agitari ſolet, ſuperare, ac vincere, quod quidem prudenter facit ceſſando penitus ab omni cogitatione & actu intellectus, & occupando ſe in alijs negotiis. Sic Alterius *loco citato*, & à fortiori omnes Doctores ſecundæ ſententiæ.

QVÆSTIO IV.

An vt quis ſit hæreticus, & incurrat hanc Bullæ excommunicationem, debeat eſſe pertinax in negando aliquo articulo fidei?

REſpondeo ex dictis, affirmatiuè. Quia ſimpliciter non dicitur hæreticus, qui habet errorem contra fidem

fidem in mente; dummodo non ſit pertinax, iuxta illud dictum, quod Auguſtino tribuitur: *Errare poſſum: hæreticus eſſe non poſſum*, id eſt; poſſum errare, ex fragilitate, aut ignorantia, contra fidem, ſed quia paratus ſum corrigi, vbi edoctus fuero veritatem, ideò hæreticus eſſe non poſſum, quia non ſum pertinax. Sic colligitur ex eodem Auguſtino *in cap. Qui in Eccleſia 24. quæſt. 3.* ſic dicente: Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, prauúmque ſapiunt, ſi correpti vt ſanum, rectúmque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici ſunt. Sic Auguſtinus. Ex quo conſtat etiam, pertinacem eſſe dicendum illum, qui vel expreſsè, & ſcienter tenet aliquid contra ſacram Scripturam, vel Eccleſiam: aut qui eſt paratus permanere in ſua ſententia, etiamſi à ſuo Prælato monitus fuerit, id quod aſſerit eſſe contra ſacram Scripturam, vel Eccleſiam, ex *cap. Hæc eſt fides 24 quæſt. 1.* Legantur Felinus *in rubr. de elect.* Cardin. *in Clement vnica de ſumma Trinit.* & alij apud Alterium *lib. 5. diſput. 2. cap. 2.* latè Thom. Sanchez *lib. 2. ſummæ, cap. 7. à num. 3.* & penes ipſum, D. Auguſtin. & D. Thomas, & cum his, alij omnes.

Qvæstio V.

An vt quis dicatur pertinax, ſit neceſſaria temporis diuturnitas, qua, authoritati Eccleſiæ contradicens, perſeueret?

Affirmatiuam partem videtur tenere Syluester *verb. Hæreſis 1. §. 2. num. 5.* quatenus hæc ex Archidiacono verba profert: Sciendum eſt tamen, ſecundum Archidiac. quod pertinacia non eſt iudicanda ſolum in actu exteriori: putà, quod ille ſolus pertinax reputetur, quod verbis, aut ſcriptis monitus reſiſtit: ſed etiam, qui latenter diu in errore perſiſtit, vel vſque ad mortem perdurat: quia talis non videtur per ignorantiam, ſed per obſtinatam malitiam perſeuerաſſe: ideò Eccleſia tales præſumit hæreticos. Hæc Syluestri verba. Propter quæ Alterius, Bauny, & alij plures, hanc affirmatiuam ſententiam ingenuè eſſe Syluestri, fatentur. Eandémque alij tribuunt Gloſſæ *in Clement. vnica, de ſumma Trinit. §. Porrò, verb. Pertinaciter*, eo quod exponit, vt idem ſit pertinax, ac durus, irreuocabilis, obſtinatus. Alciato *in l. 2. cap. de ſumma Trinitate.*

Sed tanquam certum reſpondeo: Non eſſe neceſſariam temporis moram, aut diuturnitatem, vt quis dicatur pertinax, & hæreticus. Quippe temporis momento poteſt hæreſis peccatum, inſtar aliorum, committere. Nam in momento ipſo, quo aliquis, ſciens authoritatem Eccleſiæ ſibi contrariam, aſſentit propoſitioni damnatæ, eſt pertinax in ſuo aſſenſu, & hæreticus. Nec mirum. Quia ſicut vnico actu poteſt quis habere conſenſum adulterij, & homicidij: ita poteſt tempore imperceptibili aſſentiri hæreſi. Sic Caiet. Bañez, Cano, Corduba, Torres, Valentia, Vaſquez, & Azor, quos affert, & ſequitur Sanchez *cap. 7. cit. num. 7.* vbi ait, nobis non contradicere Syluestrum, quia tantum vult hic Author, ex temporis diuturnitate præſumi in foro externo, non procedere hæreſim ex ignorantia, ſed ex vera pertinacia. Alterius *lib. 5 diſp. 2. cap. 2. verſ. Reſpondeo pertinacem.* Bauny *de Bulla Cœna, quæſt. 1. verſ. Ad hanc pertinaciam.* Fagundez *lib. 1. in 1. precept. Decal. cap. 4. num. 17.* Vbi explicat Authores primæ ſententiæ, dicendo, illos tantum loqui de pertinacia fori externi, in quo ſi quis ſubito ab errore reſipiſcat, non cenſetur pertinax, quia pertinacia non ita facilè deponitur. Diana *1. p. tract. 5. reſol. 1.* & omnes.

Qvæstio VI.

An vt aliquis ſit hæreticus, & incurrat hanc Bullæ excommunicationem, ſit neceſſe, vt errorem, quem habet in mente contra fidem, exprimat aliquo exteriori ſigno?

Negant nonnulli Doctores, exiſtimantes, non eſſe neceſſarium ad incurrendam hanc excommunicationem, exprimere ſigno externo errorem, quem in mente habet, ſed ſatis eſſe ſolum mente diſſentire à recta fide. Ita Gloſſa *in Clement. 1. de hæret. verb. Eo ipſo incurrant*, & penes ipſum, Ioan. Andr. Goſ. & Raymund. defendentes, hæreticos omnino occultos, eſſe excommunicatos. Hos ſequitur Adrianus *quodlib. 9. q. 8. art. 1. & in materia de Confeſſ. q. 2.* & alij, quos citauimus *ſuprà tract. 1. diſp. 8. q. 3.*

Sed longè multo verius, longéque probabilius, reſpondeo eſſe neceſſe, vt ſuum errorem exprimat aliquo exteriori ſigno; ita vt eius incredulitas humano ſenſui appareat. Vnde Hæreticus mentalis non incurrit excommunicationem vllam, vt cum communi ſententia latè probatum manet *tract. 1. diſput. 8. q. 8. cit.* Legantur etiam Bauny *tom. 2. de Cenſur. tract. de Bulla Cœnæ, quæſt. 1.* Bonacina *diſp. 1. quæſt. 1. punct. 2. num. 2.* Palao *diſp. 3. de Cenſur. punct. 2. num. 3.* & alij. Quale autem debeat eſſe ſignum externum, vt quis hanc cenſuram incurrat, manet dictum *diſput. 8. cit. à quæſt. 5.*

Qvæstio VII.

An vt quis hanc Bullæ excommunicationem incurrat, ſufficiat eſſe hæreticum externum per accidens occultiſſimum?

Negat Crouſers *in reg. S. Franc. cap. 7. lect. 4. fol. 518.* vt refert Diana *vbi infrà.*

Sed vt certum, reſpondeo ſufficere eſſe hæreticum externum, licèt ſit per accidens occultiſſimus. Sic tenent communiter DD. vt vidimus *tract. 1. diſp. 8. q. 4.* vbi manifeſtè hanc partem probauimus; eámque nouiſſimè contra Crouſers defendit Diana *part. 6. tract. 6. reſol. 51.* ex Fagundio, Azorio, & Hurtado de Mendoza, quos etiam nos citauimus *ſuprà tract. 1. diſp. 8. quæſt. 4.*

Qvæstio VIII.

An qui ſolo verbo profert hæreſim, ita vt in animo, nullum aſſenſum talis propoſitionis hæreticæ habeat, incurrat huius Bullæ excommunicationem?

Affirmauit Caiet. *2. 2. q. 12. art. 1. & quæſt. 94. art. 1. ad 1.* Quem ſequuti ſunt nonnulli alij DD. quos tacitè refert Alterius *tom. 1. lib. 5. diſp. 2. cap. 2. verſ. Ex dictis*, innuens id eſſe probabile.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo dicendum, quod talis nullo modo incurrat excommunicationem. Eo quod talis non ſit verè hæreticus, cum nullum habeat errorem contra fidem in intellectu. Hæc reſponſio manet probata *tract. 1. diſp. 8. quæſt. 6.* Et tenent communiter DD. D. Anton. Sotus, Nauarrus, Sylueſter, Tabiena, Simancas, Vaſquez, Suarez, Filliucius, Raſtellius, Auila, Luyſius, Bauny, Diana, Syluius, Toletus, Baſſæus, & Bonacina, adducti *l. cit.* Quibus nunc addo Alterium *loc. cit.* Fagundez *lib. 1. in 1. præcept. Decalog. cap. 10. n. 4. & 5.* Thomam Sanchez *lib. 2. ſumm. cap. 7. n. 8.* Bañez, Sayrum, Valentiam, Azorium, & alios penes ipſos.

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

Quid ſit Apoſtata?

RESpondeo dicendum, quod Apoſtata eſt, & dicitur ille, qui omnino Chriſtianiſmi nomen, ac totam Religionem Catholicam deſerit. In quo ab hæretico diſtinguitur; nam hic, vt ex dictis conſtat, non omnino Chriſtianiſmum deſerit, ſed ex parte tantum. Ex quo colligitur omnem Apoſtatam eſſe verè, & propriè hæreticum; non tamen è contra. Sic communiter DD. Legantur Canus *lib.* 12.*de locis, cap.*9. Vgolinus 2.*part.de Cenſur. cap.*1. §.1. *num.*7. Suarez *de Cenſur.diſp.*21.*ſect.*2.*num.*3. Sanchez *lib.*2. *ſumm.cap.*7.*à num.*15. Fagundez *lib.*1.*in Decal. cap.*10. *à n.*39. Alterius *lib.*5.*diſp.*2.*cap.*2.*verſ.Ex dictis igitur.*

QVÆSTIO X.

An omnis Apoſtata, hanc cenſuram Bullæ incurrat?

NEgandum videtur, ſi ſermo fiat de Bullis Cœnæ latis à Pontificibus Prædeceſſoribus Clem. VIII. in quibus nulla de Apoſtatis fiebat mentio.

Sed, vt certum omnino reſpondeo omnes Apoſtatas hanc Bullæ excommunicationem, nunc, & antea Clementem VIII. incurriſſe. Et quidem quod nunc incurrant, conſtat; quia in Canone Bullæ expreſsè addita eſt hæc clauſula, *omnes à fide Chriſtiana Apoſtatas.* Quod etiam antea talem cenſuram incurrerent, etiam ex habitis nuper, patet. Nam omnes Apoſtatæ, ſunt verè hæretici: ergo ob hanc rationem, etiamſi expreſsè in Canone Bullæ non nominarentur, verè talem cenſuram incurrebant. Nominantur autem nunc expreſsè, ad maiorem claritatem, & quia vulgò non ſoleant hæretici nominari, qui apoſtantes à Religione Chriſtiana ad Mahometanam ſectam, vel ad Iudaïſmum tranſeunt. Sic Suarez, & Alterius *loc. cit.* Qui benè notant, id eſſe intelligendum de Apoſtatis, qui non ſolum de exteriori opere, & ſigno, ſed etiam corde, recedunt à fide Catholica: Nam ſicut interior infidelitas, ſine exteriori ſigno non ſufficit ad incurrendam hanc excommunicationem: ita neque exterius ſignum ſine interiori infidelitate. Sanchez *lib.*2. *ſumm.cap.*7.*num.*18. vbi ait, quod non ſolum excommunicatio, ſed etiam cæteræ pœnæ in iure ſtatutæ hæreticis, incurrantur quoque ab Apoſtatis. Quod verè hæretici ſint.

QVÆSTIO XI.

An etiam Magi, qui aliàs non ſunt Apoſtatæ, vel hæretici, ſint excommunicati per hanc Bullam Cœnæ?

AFfirmant nonnulli, quos tacitis nominibus refert Bauny *vbi infrà.* Quorum fundamentum poteſt eſſe; quia Bulla Pij V. eos, vt fatetur Nauarrus, comprehendebat: ergo.

Sed omnino reſpondeo dicendum, quod nullo modo ſint per Bullam nouam Cœnæ, excommunicati; niſi alias hæreſim, vel Apoſtaſiam amplectantur. Ratio eſt, quia in hac noua Bulla non nominantur: ergo cum pœnæ ſint reſtringendæ, dicendum eſt, illos hac excommunicatione non comprehendi. Sic expreſsè Nauarrus *c.*27.*n.*55.*verſ.Secunda.* ex S.Thoma 2.2.*q.*95.*art.*1.*&* 2.Bauny *tract.de Bulla Cœnæ, quæſt.*1. *verſ.Secundò excommunicantur.* Viualdus 2.*p.Candelabr. in explic.Bullæ Cœnæ,n.*13.vbi ſic ait: Nota etiam, quod licèt in Bulla Pij V. includebantur ſub clauſula, & excommunicatione, qui habent libros Magicæ artis, & illa vtuntur, vt Magi: in hac tamen Bulla non includuntur, vt ex multis, maximè S. Thoma, tradit Nauarrus, *&c.*

QVÆSTIO XII.

An omnes credentes hæreticorum erroribus, ſint excommunicati in primo Bullæ Canone?

REſpondeo tanquam certum: Omnes eſſe excommunicatos, ſiue eorum erroribus explicitè, & diſtinctè credant: eos cognoſcendo, & eiſdem aſſentiendo (quo caſu, tales potius hæretici, quàm credentes dicuntur) ſiue implicitè, aut confusè, non cognoſcendo qui errores ſint, ſed credendo quidquid hæretici tenent, pertinaciter tamen credendo, verum eſſe quidquid hæretici credunt, & hi propriè dicuntur, *Credentes hæreticorum*, de quibus in hac Bulla eſt ſermo, & in ea excommunicantur proprio nomine, gratia ſolius maioris explicationis. Legantur Palud. *in* 4, *diſt.*13.*quæſt.*3.*art.*1.*num.*10. Nauarr. *cap.*27. *num.*55. Suarez *diſp.*21.*ſect.*2.*à num.*5. Toledo *in ſumma in Bulla Cœnæ, excommunicatione* 1.*num.*17. Sà *verb.hæreſis,n.*11. Sanchez *lib.*2.*ſumm.cap.*10.*num.*2. Alterius *lib.*5.*diſput.* 2.*cap.*3. Palao *diſput.*3.*punct.*2.*num.*4. Bauny *quæſt.*1. *cit.*& alij penes ipſos.

QVÆSTIO XIII.

An etiam illi, qui ſolum credunt, hæreticos eſſe viros bonos, & ideo non malè tractandos, ſint per hanc primam Bullæ clauſulam excommunicati, etiamſi erroribus eorum minimè aſſentiant?

AFfirmauit Abbas in cap. *Excommunicamus* 1. §. *Credentes, de hæret.num.*12. vbi eadem excommunicatio fertur.

Sed longè multò probabilius reſpondeo: Tales, nullo modo eſſe excommunicatos per hanc Bullæ clauſulam, *Credentes hæreticorum*; quia longè probabilius eſt, per hanc clauſulam, ſolum intelligi, illos qui erroribus hæreticorum, ſiue explicitè, ſiue implicitè, credunt: non illos, qui hæreticos, bonos eſſe viros exiſtimant, & bonam opinionem de eorum moribus, & indole habent, & ideò familiariter cum illis agunt, quin illorum erroribus communicent. Sic Sanchez, Suarez, Alterius, & alij citati. Fagundez *lib.*1.*in Decal. cap.*12. *num.*4. *&* 5. & alij. Qui tamen addunt, quod quamuis huiuſmodi credentes, non comprehendantur in hac excommunicatione, ea parte, qua credentes ſunt; attamen, ſi illo modo: bonam fidem, aut opinionem, habere hæreticis, repútaretur, ſecundum moralem hominum exiſtimationem, eſſe illis fauere, atque auxilium eiſdem præſtare, tunc ſine dubio, incurrerent ita credentes excommunicationem eiuſdem Bullæ Cœnæ, ſub alia tamen clauſula, nempe quatenus fautores hæreticorum: *vt infrà.*

QVÆSTIO XIV.

An qui frequenter hæreticorum concionibus, aut Congregationibus interſunt, cenſeantur Credentes hæreticorum, *ac proinde incurrant excommunicationem contentam in hac clauſula?*

REſpondeo affirmatiuè, quia per hæc facta, eorum animus, quod, ſcilicet credant hæreticorum erroribus, apud iudicem probabiliter conuincuntur; cum de factis, de affectu præſumatur, *l. Dolum, C.de dolo,* cap.

Digitized by Google

cap. Qui viderit 32. *quæſt.* 5. Sic communiter DD. Archidiac. *in cap. Quicunque, de hæret. in* 6. *n.* 2. Ioan. Andr. *ibi, num.* 3. Gemin. *num.* 7. Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *q.* 1. Fagund. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 12. *num.* 5. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 3. & alij.

QVÆSTIO XV.

An etiam cenſeantur credentes hæreticorũ, qui non frequenter, ſed ſemel ſolum concionibus hæreticorum, aut Congregationibus eorum interſunt?

NEgant communiter DD. Quorum ratio eſt; quod ex vnico actu, non inſurgit credentia, cum non videatur approbari, quod poſtea euitatur. *argument. l. Qui contra. C. de Inceſt. Nupt. cap. Conſtat* 1. *quæſt.* 1. *& cap. Ex ſtudiis, de præſumpt.* Sic DD. nuper citati. Qui tamen ſecus dicunt, de illis, qui non ſemel, ſed bis, (etiam dumtaxat) concionibus, aut Congregationibus hæreticorũ interſunt. Eo quod ex duplici actu crimen ad conſuetudinem trahi videtur, *l. Nemo C. de Epiſcop.*

Sed clarius cum diſtinctione reſpondeo. Si quis Catholicus in terris hæreticorum exiſtens, ſemel, vel bis, ad conciones, aut Congregationes hæreticorum accedat, nõ cenſebitur credens, nec excommunicatus; quia tunc ex geminato actu dumtaxat, crimen facile præſumere non poteſt, præſertim ſi cum ſæpius potuerit frequentare, non frequentauerit. Si verò, in terris Catholicorum occulta ab hæreticis celebrentur conuenticula, & ſemel quis ad illa ſe conferat, ſine conſenſu Epiſcopi, vel Inquiſitoris, tunc haberetur pro credente hæreticorum, & pro excommunicato, cum in hoc caſu approbare videatur, quod poterat auertere, ſi iudicibus Eccleſiaſticis indicaſſet. Sic omnino Alterius *lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 3. *prope finem.*

---

§. II.

De Hæreticorum Receptatoribus, qui tertio loco, in hac clauſula excommunicantur.

QVÆSTIO XVI.

An qui ſimul, aut bis, non ſæpius, hæreticum recipit, in excommunicationem hanc incidat?

NEgant quidam DD. Quia in hac clauſula excommunicantur hæreticorum receptatores: at ſic eſt, quod Receptator, propriè ille ſolùm dicitur, qui frequenter aliquem recipit, vt vox ipſa indicat: ergo qui non frequenter, ſed ſemel tantum aut bis hæreticum recipit, non erit hæreticorum receptator, ac proinde non incurret hanc excommunicationem. Ita Viualdus *in explicat. Bulla Cœnæ, n.* 8. ex Didaco Perez *lib.* 5. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.* Bauny *de Cenſur. in explicat. Bullæ, q.* 1. *pag.* 198.

Sed probabilius longè reſpondeo. In hanc excommunicationem incidere illum, qui etiam ſemel hæreticum domi ſuæ recepit, vel occultauit. Quia probabilius longè eſt, nomine Receptatoris in hac clauſula Bullæ, non ſolum intelligi illum, qui ſolitus eſt receptare; ſed etiam illum, qui ſemel hæreticum recepit, in quemcumque locum, ſiue in propriam domum, ſiue in alienam, ſiue in agrum, ſiue in ſuam Ciuitatem, Prouinciam, vel Regnum, *&c. Primò*, quia ius ciuile non diſtinguit Receptatorem à Receptore. *l. cognouit, ff. de offic. Præſid. & l.* 1. *ff. de Receptator. & l. vlt. C. de his, qui la. occult.* Sed ſic eſt, quod ille qui ſemel dumtaxat aliquem recipit, dicitur Receptor: ergo.

Secundò, quia quamuis hoc Bullæ decretum pœnale ſit; & ſecundum Grammaticæ regulas hoc nomen Receptator frequentiam in receptione dicat: attamen ſecundum leges, & iura quibus Receptator, & Receptor appellatur, qui clam excipit, & celat aliquem, vt manus Iudicis euadat, idem enim ſunt. Et quidem in hac parte ita clara eſt intentio legiſlatoris, vt per vocem Receptatoris, idem ſignificetur ac per vocem Receptoris, quæ vnica receptione contenta eſt, vt ferè nullus dubitandi locus relinquatur. Sic Arcid. *in cap. Quicunque, de hæret. lib.* 1. Syluest. *verb. hæreſis* 1. §. 10. *verſ. Receptator verò.* Brunus *lib.* 1. *de hæretic. cap.* 4. Eymericus *in director. inquiſit.* 2. *p. q.* 51. *num.* 6. & *ibi* Peña *comment.* 76. Palud. *in* 4. *diſt.* 13. *q.* 3. *art.* 1. *num.* 13. Azor *lib.* 8. *inſtit. cap.* 15. *quæſt.* 2. Toletus *in ſumma in Bulla Cœnæ, caſu* 1. *num.* 21. Vgolinus *de cenſur. Papæ reſeru.* 2. *part. cap.* 1. *verb. Receptatores*, §. 1. *num.* 2. Caſtro *lib.* 1. *de iuſta hæret. punit. cap.* 17. Sanchez *lib.* 2. *ſumm. cap.* 10. *num.* 10. Fagundez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 12. *n.* 9. Suarez *de fide, diſp.* 29. *ſect.* 1. *n.* 4. Sayrus *lib.* 4. *Theſauri, cap.* 5. *num.* 3. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 4. Sanctarellus *tract.* 1. *de hæreſi, cap.* 12. *dub. vnico.* Filliucius *tract.* 16. *cap.* 2. *n.* 34. Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 3. *punct.* 5. *n.* 4. *& tom.* 6. *de Cenſur. diſp.* 3. *punct.* 2. *n.* 5. & alij.

QVÆSTIO XVII.

An quacumque ratione, quis hæreticum in ſuam domum recipiat, ſit excommunicatione ligatus?

AFfirmant aliqui, & quidem probabiliter, apud Filliucium *loc. cit. verſ. Dixi quartò.*

Sed longè multo probabilius reſpondeo negatiuè. Quia, vt quis in cenſuram hanc incidat, neceſſum eſt, vt ſit Receptator hæreticorum formaliter, quatenus hæretici ſunt, non vt amici, aut conſanguinei. Sicut Receptatores latronum ſunt, qui furtorum eorum ſunt participes. Sic. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 55. Caietan. *verb. excommunicatio, cap.* 1. Viualdus & Bauny *loc. cit.* Sanchez *cap.* 10. *cit. num.* 4. & penes illum, Sotus, Toledo, Suarez, Sayrus, Rodriguez, Azor, Vgolinus, & Sà *verbo excommunicatio Bulla Cœnæ, num.* 1. vbi ſic ait: Quod dicitur de hæreticorum Receptatoribus, aut fautoribus, intellige, ſi faueant hæreticis in hæreſi, ſeu quatenus hæretici ſunt, non autem ſi ratione amicitiæ, aut propinquitatis, aut alioqui pietatis. Sic Sà, & ſic etiam Palao, Filliuc. Fagund. & alij nuper citati Villalobos *tract.* 17. *diff.* 20. *num.* 6. Machado *tom.* 1. *lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 6. *docum.* 3. *num.* 5. Banacina *in Bulla Cœnæ, diſput.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 3. *num.* 2. & omnes communiter.

QVÆSTIO XVIII.

An ſit Receptator hæretici, vt hæretici, qui hæreticum amicum, vel conſanguineum receptat ne in Inquiſitoris manus deueniat; non quia hæreticus eſt, aut ratione hæreſis, ſed quia eſt amicus, aut conſanguineus?

AFfirmant quamplures DD. prædictum verè, & propriè eſſe Receptatorem hæretici, vt hæretici, ac proinde incurrere excommunicationem latam in hoc Canone, contra Receptores hæreticorum. Ratio eorum eſt, quia huiuſmodi receptio redundat per ſe, & proximè in hæreſis fauorem, quamuis motiuum recipiendi hæreticum, non ſit hæreſis, ſed amicitia. Ita Toletus *in excommunicat.* 1. *Bulla Cœnæ, num.* 2. *&* 23. Sayrus *tom.* 1. *Theſauri, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. *fine.* Vgolinus *de Cenſur. Papæ reſeruat.* 2. *part. cap.* 1. *verb. Receptatores, in fine principij, &* §. 1. *numero.* 3. *verſ.* 6.

Digitized by Google

verſ.6.*in fine*. Sanctarell. *tract. de hæreſi,c.*12.*dub.vnico*, n.4.& alij inter quos citat Fagundez *vbi infrà*, Suarium *de fine,diſp.*14.*ſect.*1.*n.*7. Ita etiam Palao *tom.*1. *tr.*4.*diſp.*3.*punct.*5. *num.*9.*&* *tom.*6.*diſp.*3.*punct.*2.*n.*5. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo nullo modo incurrere in hanc excommunicationem, qui hominem hæreticum receptat, ne in manus iudicis incidat, non intentione fauendi hæreſi, quam animo deteſtatur, ſed cauſa amicitiæ, aut conſanguinitatis. Ratio eſt, quia hæc excommunicatio Bullæ Cœnæ, & iuris, non incurritur niſi à Receptoribus hæretici, vt hæreticus eſt formaliter, vt nuper eſt habitum: atqui vbi non datur intentio fauendi hæretico, eo quia hæreticus eſt, ſed ſolum fauendi perſonæ, alia quacunque de cauſa, non datur formaliter recipere hæreticum, cum ſolum recipiatur formaliter amicus, vel conſanguineus, qui ratione conſanguinitatis, vel amicitiæ recipitur: ergo. Sic Sanchez *lib.*2.*ſumm.cap.*10.*n.*5. & penes ipſum, Caiet. *in ſumm. verb. excommunicatio, cap.*1. Aragon. 2.2. *quæſt.*11.*art.*3. *paulò poſt princip.* Sotus *in* 4.*diſt.*22.*quæſt.*2.*art.*3.*poſt* 5.*concl.* Nauarrus *in ſumm cap.*27.*num.*55.*&* *lib.*5.*conſil.tit. de hæret.in* 1. *edit.toto conſil.*11.*&* *in* 2.*conſil.*14. Suarez *tom.*5.*in* 3 *p. diſp.*21.*ſect.*2.*num* 8. & Rodriguez *in Bulla Cruc.* § 9. *num.*75. Hic addi poſſunt Fagundez *lib.*1.*in Decalog. cap.*12. *num.*8. & apud illum, Azor *tom.*1.*inſtit.moral. lib.*8.*cap.*75.*quæſt.*3. Tiraquell. *de pœnis temperand.* &c. *cauſa* 4.*&* 22.& Simancas *de Cathol.inſtit.tit.*15.*n.*11. Sic etiam Filliuc. *loc.cit.n.*36.

QVÆSTIO XIX.

An qui Patrem, Matrem, vxorem, filium, aut fratrem, hæreticum recipit, aut defendit, ne in manus Inquiſitorum deueniat, eo præciſè; quia eſt hæreticus, incidat in hanc excommunicationis pœnam?

NEgare videntur apud Alterium, Zanchi *tract. de hæret.cap.*4.*num.*3.*&* *cap.*6.*num.*3. Carrerius *tract. de hæretic.num.*167. Simancas *de Cathol.inſtit.titul.*15. *num.*20.*&* 21. Gigas *tract. de crimin.læſæ Maieſt. lib.*3. *tit.de Plu.&* *var.quæſt.q.*5. *num.*3.& Tiraquell. *tract. de pœnis temperand cauſa* 4.20.*&* 21. quibus addi poteſt Viuald. *de Bulla Cœnæ, num.*8. ita ſcribens: Ex quibus; & Nauarro *ſuprà*, & ex Perez cum multis, poterit dici, quod ſi quis parentem, filium, & vxorem occultet, vel foueat, fugiat ne comprehendatur ab Inquiſitore (licet aliquando peccet) non videtur incurrere hanc excommunicationem, quia hic reputatur vna perſona ſecum. Ita ille.

Sed probabilius longè reſpondeo: Prædictum verè hanc excommunicationem incurrere. Quia, in nullo euentu licitum eſt alicui, etiam Patri, fauere filio hæretico, quatenus hæreticus eſt: ergo nemo, etiam pater, filius, frater, &c. in foro conſcientiæ, in dicto caſu ab hac excommunicatione liberabitur. Secus dicendum eſt, vt conſtat ex dictis, ſi prædicti reciperent, aut defenderent parentes, vxores, filios, amicos, *&c.* hæreticos, non animo fauendi illorum hæreſi, ſed ſolum animo fauendi perſonis, ratione propinquitatis, conſanguinitatis, aut amicitiæ, quia tunc quidquid ſit de præſumptione in foro externo, in foro animæ liberi erunt ab excommunicationis pœna. Sic Sanchez *lib.*2.*ſumm.cap.*10. *num.*8. Alterius *lib.*5.*diſp.*5.*cap.*4. *verſ.Controuerſia,in fine*, & penes illum, Repertorium Inquiſitorum, & Paulus Grillandus. Sic etiam Fagundez *lib.*1.*in Decal.cap.*12.*num.*10. qui citat Menochium *de arbitr.lib.*2.*caſu* 548. Zanchinum *loc.cit.* ab Alterio, pro parte contraria, Caldetinum *tract.de hæretit. tit.de hæret. credentibus, num.*1.

Sanctarellum *tract. de hæreſi,cap.*12.*dub.vnico*, & alios. Sic deinde Sà *loc.cit.quæſt.*17.ibi: Nec verò includendi ſunt hæretici, pater, filius, aut coniux, ſecundum quoſdam: ob tantam enim coniunctionem ſunt velut eadem perſona. Ego verò ſolum eos excuſarim, ratione paulo antè dicta, *nempe, ratione amicitiæ, aut propinquitatis, aut pietatis.* Filliucius *loc.cit. num.*35. & alij.

QVÆSTIO XX.

An qui hæreticum recipit, aut fauet, metu mortis, excommunicationem, & pœnas iuris incurrat?

REſpondeo non incurrere. *Primò*, quia leges humanæ non obligant cum probabili vitæ periculo. *Secundò*, quia in metu mortis hæreticum recipit, non tanquam hæreticum recipit illum, ſed vt vitam ſuam tueatur, & ſeruet. Sic Azor *tom.*1. *lib.*8. *cap.*15.*q.*5. Sanchez *lib.*2.*ſummæ, cap.*10. *num* 8. Alterius *lib.*5. *diſp.*2.*cap.*4.*in fine.* Fagundez *lib.*1.*in Decal.c.*12.*n.*11. Qui benè ex Sanchez addit, non poſſe vim inferri, vt quis recipiat hæreticum, quia hæreticus eſt, quia cum animus ſit occultus, facilè illudi poteſt qui vim infert, fingendo ſe recipere animo fauendi hæreſi, quamuis id faciat alia de cauſa, quod quidem licet) niſi aliàs timeatur ſcandalum, aut aliud graue damnum, vt communiter timeri debet) vtendo amphibologia.

QVÆSTIO XXI.

An ſi quis hæreticũ occultet, animo ne capiatur, vt ſic poſſit ſuos errores diſſeminare; incurrat hanc Bullæ excõmunicationem, ſi re vera hæreticus captus eſt, & ideò non diſſeminarit?

AFfirmat Saytus *tom.*1. *Theſauri lib.*3.*cap.*5.*num.*4. aſſerens, non ſolum hanc Bullæ excommunicationem incurrere, verum etiam iuris communis. Quia hæc videtur intentio Summi Pontificis, nempe excommunicare illos, qui hæreticos receptant ſolo intuitu fauendi hæreſi, etiamſi non ſequatur effectus talis receptionis, aut occultationis, eo quod capti hæretici fuerint. Saytum ſequitur Palao *tom* 1.*tract.*4. *diſp.*3.*punct.*5.*num.*11.*&* *tom.*6. *diſp.* 3.*punct.*2. *num.*5. citans pro ſe Suarium *diſp.*14.*de fide,ſect.*1.*num.*14. & Graffium *lib.*4. *deciſ.cap.*18.*n.*34.

Sed probabilius reſpondeo neutram excommunicationem præfatum occultantem incurrere, effectu occultationis non ſequuto. Quia (ait Sanchez) excommunicatio Bullæ Cœnæ, primariò, & principaliter, fertur in hæreticos; & quaſi acceſſoriè deriuatur, & extenditur ad fautores, defenſores, & receptatores eorum, vt optimè docet Suarez *tom.*5.*in* 3.*p. diſp.*21. *ſect.*2.*n.*8. Et conſtat ex tenore Bullæ Cœnæ excommunicantis hæreticos in primo loco, & deinceps, in ipſorum odium, reliquos. Qui idem tenor ſeruatur in iure, excommunicando hæreticos, & eorum fautores, *&c.* At vbi principaliter aliquis excommunicatur, & acceſſoriè mandantes; conſulentes, vel fautores: hi non incurrunt effectu mandati, conſilij, aut fauoris; non ſubſecuto; vt tradunt communiter Doctores *in tract. de excommunicatione*: ergo. Sic Sanchez *loc. cit.num.*9. Fagundez *num.*15. dicens, eſſe id commune. Farinacius *de hæreſi, q.*182. *n.*102. Bonacina *diſp.*2.*de fide,q.*5.*punct.*3.*n.*2.*&* *tom.*3. *de Cenſur.in partic.diſp.*1.*q.*1.*punct.*3.*num.*3. Filliucius *tract.*16.*cap.*2.*n.*30. & alij.

QVÆSTIO XXII.

An vt hæc excommunicatio à Receptatore incurratur; neceſſe ſit, vt hæreticus ab illo receptatus, ſit denunciatus de excommunicatione, ob hæreſim incurſa?

AFfirmat Vgolinus *de Cenſur. Papæ reſeru. cap.1. verb. Receptatores, §.2. in fine.* Quia (inquit) Concilium Conſtant. ſolum denunciatos vitare iubet: ergo.

Sed longè multò probabilius reſpondeo: Non eſſe neceſſum, vt hæc excommunicatio incurratur, vt hæreticus receptatus ſit denunciatus, ſed ſatis eſſe, vt receptans ſciat illum eſſe hæreticum, & animo, & intuitu fauendi hæreſi illum recipiat. Quia receptio non prohibetur ſub excommunicatione in iure, & Bullæ Cœnæ, tanquam ſit participatio cum excommunicato, ſed ſolummodò, quia eſt receptio hæretici, vt hæreticus eſt. Vnde etſi hæreticus ille non eſſet excommunicatus, eo quod, v. g. ignoraret cenſuram, adhuc illum recipiens, vt hæreticus eſt, incurreret hanc cenſuram. Sic Suarez *tom.5. in 3. part. diſp.21. ſect.2. num.9.* dicens, ob hanc rationem, non habere hic locum limitationem Concilij Conſtant. Sanchez *lib.2. ſumm. cap.10. num.6.* Fagundez *lib.1. in Decal. cap.12. n.13.* dicens, eſſe communem omnium ſententiam. Filliucius *tract.16. c.2. q.5. n.36.* Bonacina *diſp.2. de Cenſur. q.5. punct.1. fine.* Duard. *in Canon.1. q.3.* Palao *tom.1. tract.4. diſp.3. punct.5. n.4. & tom.6. diſp.3. punct.2. num.5.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An qui neceſsitatis cauſa hæreticum recipit; aut ignorans probabiliter eum eſſe talem, excommunicationem hanc incurrat?

REſpondeo in neutro caſu incurrere. Sic Filliucius *loc. cit.* Vbi inter caſus, in quibus non incurrit excommunicationem is, qui hæreticum recipit prædictos aſſignat, dicens: *Tertiò* ſi pobabili ignorantia neſciat eſſe hæreticum; vel quæri à iudicibus, & alioqui non ſit locus in quo ſoleant capi Vgolin. *num. 4. Quartò*, ſi neceſſitatis cauſa hæreticum recipiat: vel ſe teneat neceſſitas ex parte recipientis, vel ex parte recepti: ſic qui hæreticum reciperet ad curationem morbi proprij, vel vt ſit miles in bello, vel vt is reſipiſceret ab hæreſi, néve fame, aut frigore ſæuiente nocte periret. Vgolin. *ibid. à n.5.* Hucuſque Filliucius, & antea Suarez, & Alterius *loc. cit.* & conſtat ex dictis *tract.1. de Cenſur. in gen.*

---

§. III.

De fautoribus hæreticorum, qui, quarto loco in hac prima Bullæ clauſula excommunicantur.

QVÆSTIO XXIV.

Qui vocentur, Fautores, Hæreticorũ, *ad incurrendam hanc Bullæ excommunicationem?*

REſpondeo, Fautores hæreticorum dici illos, qui fauore, gratia, opibus, verbo, opere, aut omiſſione, aut quouis alio modo, hæreticis, vt hæretici ſunt, fauent, ne à iuſtitiæ miniſtris comprehendantur, aut comprehenſi puniantur, vel quoquo modo illis opem præſtant in ſua hæreſi tuenda, aut docenda. Sic Syluester *verb. Hæreſis, num.10. quæſt.7.* Tabiena *excommunicatio 5. num.9.* Sayrus *tom.1. Theſaur. lib.3. cap.5. num.6.* Suarez *tom.5. in 3. part. diſp.21. ſect.2. n.8.* Sanchez *lib.2. ſumm. cap.10. num.11.* Alterius *lib.5. diſp.2. cap.5.* Filliucius *tract.16. cap.2. quæſ.6.* Fagundez *lib.1. in Decal. cap.13. num.1.* Palao *tom.1. tract.4. diſp.3. puncto 5. num.6.*

QVÆSTIO XXV.

An Iudices, Magiſtratus, & aliæ perſonæ publicæ, qui requiſiti ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, negligunt hæreticos capere, vel captos diligenter cuſtodire, hac Bullæ excommunicatione ligentur?

REſpondeo ligari hac excommunicatione, & etiam excommunicatione iuris, lata *in cap. Excommunicamus 1. de hæret. cap. Nouerit, de ſent. excomm. cap. Ad abolendam, de hæretic. & cap. Qui alios, eod. tit.* dummodo id facere omittant intuitu ipſius hæreſis, aut cauſa illi fauendi: quia tunc verè dicuntur, & ſunt fautores hæreticorum. Secus verò eſt dicendum, ſi dicta facere omittant ex negligentia, auaritia, amicitia, vel amore, aut effectu quodam carnali ipſius perſonæ: quia tunc non ſunt verè fautores hæreticorum, & ideò nec excommunicationem Bullæ, nec iuris incurrunt, vt conſtat ex ſuprà *quæſt.18.* habitis. Sic communiter Doctores Emericus, Peña, Archidiac. Palud. D. Anton. Syluest. Tabiena, Sayrus, Toletus, Azor, & Vgolinus, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.2. ſumm. cap.10. num.11.* qubus addi poſſunt Viualdus *in expoſit. Bullæ Cœnæ, num. 4.* & penes illum, Perez, Caſtro, Sotus, & Nauarrus *cap. 27. à n.55.* Alterius *lib.5. diſp.2. cap.5.* Fagundez *lib 1. in Decal. cap.13. num.2. & 8.* Sanctarell. *tract. de hæreſi, cap.11. dub.1. num.17.* Bauny *in expoſit. Bullæ, quæſt.1.* Villalob. *tract.17. diff.20. num.7.* Trullench *lib.1. in Decal. cap.3. dub.9. num.6.* Filliucius *tract.16. cap.2. q.6.* & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An etiam ipſi Inquiſitores, & Prælati, hanc excommunicationem incurrant, ſi cauſa fauendi hæreſi, omittant capere, torquere, aut punire hæreticos, aut fideliter in carcere cuſtodire?

REſpondeo incurrere, quia omittunt quod ex officio præſtare tenentur. Et idem, propter eandem rationem, dicendum eſt de alijs Miniſtris ſancti Officij, qui familiares appellantur, ſi hæreticos cauſa tuendæ hæreſis capere omittant (quia capere tenentur ex officio) necnon de Aduocatis, Notarijs, Aparitoribus, & ſimilibus, ſi omittant quæ contra hæreticos præſtare tenentur. Niſi aliàs id omittant, non intuitu hæreſis, ſed ex mera negligentia, vel auaritia, vel amore carnali ipſius perſonæ hæreticæ; quia tunc non ſunt fautores hæreticorum, vt nuper diximus, & ideò excommunicationem non incurrunt. Sic Sayrus *in Theſaur. lib.3. cap.5. num.7.* Sanchez, Sanctarell. Fagundez, Trullench, Filliuc. *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XXVII.

An cenſeatur fautor hæreticorum, & proinde in excommunicationem incidat, qui de hæreſi ſuſpectis fauet?

AFfirmat Nauarrus *lib 5. conſil. tit. de hæret. in 1. edit. conſil.11. in 2. conſil.14. per totum*, dicens, prædictũ eſſe

eſſe excommunicatum; tam per cap. *Inquiſitionis*, §. *Prohibemus, de hæret. lib. 6.* quam per *Canon.* 1. Bullæ Cœnæ; caſu, quo ſuſpectis de hæreſi faueat, quatenus de hæreſi ſunt ſuſpecti, ſed ob aliam cauſam, nempe miſerationis, paupertatis, cognationis vel amicitiæ.

Sed probabiliùs reſpondeo: non cenſeri fautorem hæreticorum, & conſequenter nec incurrere excommunicationem vllam illum, qui de hæreſi ſuſpectis fauet, etiamſi faueat, quatenus de hæreſi ſuſpecti ſunt. Ratio eſt, quia ſuſpecti de hæreſi, non ſunt verè hæretici: ergo qui ſuſpectis de hæreſi fauent, etiam quatenus ſuſpecti de hæreſi ſunt, non erunt fautores hæreticorum: ergo nulla excommunicatione ob id erunt ligati, patet. Nam Bulla Cœnæ, & iura ſupradicta ſolum loquuntur de fautoribus hæreticorum. Ex quo fit quod Gubernatores, & alij Magiſtratus, & officiales, qui requiſiti ab Epiſcopo, vel Inquiſitore, negligunt capere eos, qui perſeuerant in excommunicatione per annum, etiamſi id faciant animo fauendi illis, quatenus de hæreſi ſunt ſuſpecti, nullo modo incurrere excommunicationem. Sic Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſputat.* 21. *ſect.* 2. *num.* 14. Sanch. *lib.* 2. *ſumma cap.* 10. *num.* 14. Fagundez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 13. *num.* 5. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. §. 3. *num.* 7. Palao *tomo* 1. *tractatu* 4. *diſputatione* 3. *puncto* 5. *num.* 12. & alij.

Qvæstio XXVIII.

An priuatæ perſonæ, dicantur etiam fautores hæreticorum ex omiſsione: ſi hæreticos v.g. non capiant, aut non cuſtodiant, &c.

Reſpondeo non dici fautores hæreticorum, ac proinde non incurrere excommunicationem fautorem hæreticorum, communiter loquendo: etiamſi requiſiti id non faciant. Ratio eſt, quia non tenent ex officio *l. Non eſt ſingulis, ff. de Regul. Iur. cap. Si de area* 26. *q.* 2. ſicut tenent Magiſtrati & aliæ perſonæ publicæ. Sic communiter Doctores. Emyric. Peña, Sayro, Toledo, Azor, Vgolinus, quos citant, & ſequuntur Sanchez *cap.* 10. *citat. num.* 15. Palao *loc. cit. num.* 7. Fagundez *cap.* 13. *cit. num.* 7. Trullench *num.* 8. Alterius *lib.* 5. *diſputat.* 2. *cap.* 5. & alij. Qui tamen excipiunt quoſdam caſus, de quibus in ſequentibus.

Qvæstio XXIX.

An perſonæ priuatæ incurrant, ex omiſsione, excommunicationem Bullæ Cœnæ, contra fautores hæreticorum latam, ſi doloſè omittant capere, aut indicare hæreticum?

Affirmant, eo quod dolus nemini patrocinari debeat, Angelus *verb. hæreticus*, (non hæreſis, vt citant Sanchez; & Fagundez) *num* 14. Syluester *verb. hæreſis* 1. *quæſtione* 7. & Sayrus *tom.* 1. *Theſaur. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 7.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere. Quia dolus ille non efficit, vt hi contra iuſtitiam peccent, atque adeò, vt omiſſio illis imputetur; ſicut obligatis ex iuſtitia imputatur: ergo ad hanc excommunicationem incurrendam, non ſufficit illa omiſſio doloſa. Sic Sanchez *num.* 15. *cit.* Fagund. *num.* 12. & Trullench *num.* 8.

Qvæstio XXX.

An, ſi priuata perſona fuerit à Prælato, aut Magiſtrato, requiſita, ad præſtandum auxilium ad hæreticos capiendos; ipſa verò, ſine cauſa, id omittat, vt faueat hæreſi illorum; excommunicationem hanc incurrat?

Negat adhuc Eymericus *in director. Inquiſit.* 2. *part. quæſt.* 53. *num.* 3. his verbis: Quidam autem ſunt, qui publica non funguntur auctoritate, ſed ſunt perſonæ priuatæ: & iſtæ non dicuntur fauere, nec fautores eſſe ex ſola omiſſione. Vnde ſi hæreticos non capiant, non dicuntur fauere, nec fautores eſſe: vel non cuſtodiant, & ſimilia, etiamſi requiſiti non faciant: quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur. Ita ille. Quem ſequitur Farinacius *quæſt.* 182. §. 2. *n.* 36. Quorum ſententiam non reprobat Palao, licet contrariam teneat.

Sed tanquam quid certum, reſpondeo: excommunicationem incurrere, quia tunc certum eſt, eſſe fautorem hæreticorum; cum in tali caſu teneatur ex iuſtitia auxilium præſtare. Sic Peña contra Eymericum *in* 2. *part. directorij lib.* 2. *adnotat.* 59. (non 78. vt inuenies cit. apud Sanchez, & Fagundez) §. *Et iſti non dicuntur*, & penes ipſum, Turrecrem. Repertorium Inquiſitorum, Simancas, & Brunus. Sanchez *lib.* 2. *ſumma cap.* 10. *num.* 15. Fagundez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 13. *num.* 11. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dubio* 9. §. 3. *num.* 8. Alterius *lib.* 5. *diſputat.* 2. *cap.* 5. Palao *tomo* 1. *tractatu* 4. *diſput.* 3. *punct.* 5. *num.* 7. & alij.

Qvæstio XXXI.

An etiam in aliis caſibus, ex ſola omiſsione reputentur priuatæ perſonæ, hæreticorum fautores; ac proinde excommunicationem incurrant?

Reſpondeo tanquam certum: etiam in aliis caſibus reputari. *Primus eſt*, quando perſonæ, ſiue publicæ, ſiue priuatæ, iuramento ab Inquiſitoribus adſtrictæ de ferendo vero in hæreticos teſtimonio; veritatem negant, aut celant, quo hæreſi faueant. Quia tunc delinquunt contra iuſtitiam. Sic Angelus, Syluester, Sayrus, Peña, Sanchez, Fagundez, Trullench, & Alterius *locis citatis*.

Secundus eſt, quando ex ſpeciali iuramento tenetur aliquis hæreticum capere, aut indicare, & id ſine cauſa omittit. Ita Angel. & Syluester, nuper citati. Toledo *in Bulla Cœnæ, excommunicatio* 1. *numero* 20. D. Anton. 3. *part. tit.* 24. *cap.* 5. & Alterius *loco citato*. Quod benè limitant Sanchez, Fagundez, & Trullench ad caſum, quo tale iuramentum præſtetur homini, cuius intereſt, vt Inquiſitori; quia tunc Inquiſitor acquirit ius iuſtitiæ per iuramentum ſibi præſtitum, vt ſibi fides data præſtetur. Secus vero eſt, ſi ſoli Deo, voto, aut iuramento quis ſe adſtringeret; aut homini, cuius non intereſt; quia tunc violans, non denunciando, aut non capiendo hæreticum, ſolius religionis, non verò iuſtitiæ, tranſgreſſor eſt.

Tertius eſt, quando, ſiue perſonæ publicæ, ſiue priuatæ iuſſæ per Inquiſitorum edicta hæreticos denunciare, id omittunt gratia fauendi hæreſi. Quia tunc hi etiam peccant contra iuſtitiam. Ita Peña *diſt. adnotat* 59. (non 78. vt etiam cum Sanchez, & Fagundez, citat Trullench) *verſ. Poſtremo* & penes ipſum, vterque Thomas 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. Alexand. Ales, Sotus, Cardin. Brunus, Rojas, Simancas, & Caſtro. Sic etiam Sanchez, Fagundez, & Trullench *loc. cit.* & alij, inter quos legendi ſunt Turrecremata *lib.* 4. *de Eccleſia part.* 2. *cap.* 21. Concil. Narbonenſe

Digitized by Google

cap. 14. 15. & 16. & Peña *loco citato*, vbi alios caſus enumerant, in quibus fautores hæreticorum dici poſſunt.

Quæstio XXXII.

Quando perſona, ſiue publica, ſiue priuata, dicantur, commiſsione fauere hæreticis; & conſequenter, excommunicationem incurrere?

Reſpondeo quod tunc in primis; quando hæreticos, vt tales ſunt, verbis laudant, excuſant, commendant. Vt dicendo, eos eſſe viros probos, pios, innocentes: aut iniuſtè damnatos. Quando conſilium præbent, vt incolumes è manu Iudicis euadant: aut viam fugiendi docent. Quando pro eis intercedunt ne puniantur: aut reuelant eiſdem, accuſatores, denunciatores, teſtes, & ſimilia, quibus iuſtam ſententiam euadant.

Rurſus dicuntur fauere hæreticis, quando eos viſitant, comitantur, aut auxilium ad euadendum eis dant; vt ſubminiſtrando alimenta, pecunias, rumpendo, abſcondendo, falſificando proceſſum contra eos formatum: vel quouis alio modo impediendo exequutionem iuſtitiæ contra eos.

Deinde, fautores hæreticorum ſunt habendi, qui conferunt hæreticis beneficia, honores, dignitates, ſiue ciuiles, ſiue Eccleſiaſticas, & qui eis munera donant abſque vlla honeſta cauſa, qua excuſentur; ſed ſolum quia ſunt hæretici, vt eis, v.g. in ſuis erroribus faueant, & tandem qui hæreticis inſeruiunt, eóſque ducunt, & reducunt aliquò: niſi id præſtent tanquam famuli, ſerui, vel mercenarij ſtipendio conducti.

Demum, fautores hæreticorum cenſentur, & vt tales excommunicationem incurrunt, qui non ſolum viuis, ſed etiam emortuis fauent hæreticis, vt hæretici ſunt. Vt ſi quis impediret, ne Inquiſitores, aut alij Prælati contra hæreticum mortuum procederent; vel vocatus in teſtem eius delictum negaret; aut denique hæreticum mortuum ſepelirent, in gratiam hæreſis. Sic communiter Doctores. Legantur de iis omnibus, Zanchinus *de hæret. cap. 5. num. 5. & 6.* Vgolinus *de Cenſur. Papæ reſeru. 2. part. cap. 1. verb. Fautores.* Nauarrus *in Summa cap. 27. num. 55.* Saytus *tom. 1. Theſauri lib. 3. cap. 5.* Peña *in dictor. Inquiſit. 3. parte quæſt. 113. comm. 162.* Sanchez *lib. 2. ſumm. cap. 10. n. 16.* Fillincius *tractatu 16. cap. 2. quæſ. 6.* Fagundez *lib. 1. in Decal. cap. 13. à num. 13.* Trullench *in lib. etiam 1. Decal. cap. 3. dub. 9. §. 3. num. 9.* Azor *lib. 8. cap. 15. quæſt. 1.* Caſtro Palao *tom. 1. tract. 4. diſput. 3. puncto 5.*

§. IV.

De defenſoribus hæreticorum, qui quinto loco, in hac Bulla clauſula excommunicantur?

Quæstio XXXIII.

Qui dicantur Defenſores Hæreticorum; & quanam ratione à Fautoribus diſtent?

Ad primum reſpondeo: quod defenſores hæreticorum, qui in cap. *Excommunicamus, §. Credentes, de hæret.* & in primo Canone Bullæ Cœnæ, excommunicantur, dicuntur illi, qui, viribus, armis, precibus, auctoritate, aut quouis alio modo, vel arte, hæreticos, vt hæreticos, tuentur vt tutò viuant, & ne in manus Iudicium incidant, ſiue per ſe, ſiue per alios, ſiue directè, ſiue indirectè, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium id faciant, dummodo id faciant quia hæretici ſunt, & cauſa, & intuitu fauendi hæreſi. Tales erunt Notarij, Tabelliones, & Aduocati, qui hæreticorum patrocinia ſuſcipiunt, inſtrumenta in eorum defenſionem conficiunt, & quouis alio modo, arte, literis, & induſtria protegunt, quatenus hæretici ſunt. Sic Eymericus *in Director. Inquiſit. 2. part. quæſt. 52.* & ibi latè Peña *adnot. mihi 58.* alias 77. & penes illos, Zanchin. Repertor. Inquiſitor. Archidiacon. Guido Fulgodius, Bernard. Comenſis, Carrerius, Simancas, & alij. Saytus *tom. 1. Theſaur. lib. 3. cap. 5. num. 9.* Toledo *in Sum. in 1. excommunic. Cœna num. 18. & 19.* Azor *lib. 8. cap. 15. quæſt. 6.* Vgolinus *capite 1. verſ. Et generaliter.* Sanchez *lib. 2. ſumma capite 10. numero 18.* Alterius *lib. 5. diſputat. 2. capite 5.* Filliucius *cap. 2. citat. quæſt. 8.* Fagundez *lib. 1. in Decal. cap. 13. num. 17. & 18.* Trullench *lib. 1. cap. 3. dub. 9. §. 4. num. 13.* Viualdus *in Bulla Cœna numero 7.* Palao *puncto 5. cit. num. 5.*

Ad ſecundum reſpondeo: quod Defenſor hæreticorum differt ab eorum fautoribus, ſicut ſuperius, & inferius. Quippe omnis Defenſor eſt fautor; non vero è contra omnis fautor eſt defenſor. Quare fautor, quid ſuperius eſt. Sic Vgolinus, Sanchez, Fagund. & Trullench *loc. cit.* Filliuc. *loc. cit. q. 8. n. 40.* Qui aliam differentiam inter prædictos aſſignat, dicens, in hoc diſtingui defenſorem, à Fautore, quod hic, maximè hæretico fauet gratia; ille verò, vi, & potentia.

Quæstio XXXIV.

An, qui extra cauſam hæreſis, defendunt hæreticum; eorum defenſores dicantur, & excommunicationem incurrant?

Reſpondeo negatiuè. Quia in hoc caſu non propriè defendunt hæreticum: ſed proximum. Vnde ſi quis defendat hæreticum à priuato ſuo inimico, non ideo incurrit excommunicationem, ſicut non incurreret, ſi illum defendiſſet ab alio periculo, ignis, fluminis, &c. Idémque eſt dicendum, de Aduocatis, Notariis, qui hæreticos tuentur in alia cauſa, extra hæreſim, vt furti, homicidij, &c. quia tunc huiuſmodi, non dicerentur fautores hæreticorum, nec incurrerent excommunicationem, eo quod tunc non defenderent hæreticum, ſed proximum. Sic Angelus, Sylueſt. Perez, quos citat, & ſequitur Viualdus *num. 7. cit. concluſ. 3.* Saytus, Toledo, & Azor, quos affert, & ſequitur Sanchez *lib. 2. ſumma cap. 10. num. 19.* Fagundez *cap. 13. cit. num. 18. & 19.* & Trullench *num. 13. cit.* Qui benè id limitant; niſi hæc præſtent animo fauendi hæreſi; quia tunc fautores hæreticorum erunt, & ideo non euadent excommunicationem dummodo intentionem ſuam exterius exprimant, quia defenſio prædicta, non eſt per ſe ſufficiens ad illum manifeſtandum, cum ſit actio de ſe bona, & non ordinata ad defenſionem hæretici, vt hæreticus eſt. Legantur etiam Caſtro Palao *de hæreſi tract. 4. citato diſputat. 3. punct. 5.* & Souſa *in Aphoriſmis Inquiſitor. lib. 1. cap. 14.* Alterius *lib. 5. diſput. 2. cap. 5.*

Quæstio XXXV.

An defenſor hæreticorum dicatur, qui ſeipſum, vel alium hominem ſupponit, pro aliquo hæretico, qui capiendus erat?

Reſpondeo eſſe defenſorem hæreticorum, & conſequenter excommunicationem incurrere, dummodo id faciat animo fauendi hæretico, vt talis eſt Hæc concluſio conſtat ex dictis. Et eam expreſsè docet

docet

Digitized by Google

docet Peña *in 2. p. Directorij adnotat.* 58. *verſ. Iam vnus eſt caſus*, ex Bulla Innocent. IV. *Ad exturpanda*, §. *Si quandoque*. Vbi ita ſcriptum extat: Si quandoque aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, ipſis non contradicentibus fuerint aſſignati, vel ſe forſitan aſſignauerint, prædicti ſuppoſiti perpetuò carceri mancipentur, & hæretici nihilominus redire, & aſſignari cogantur: & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictam, bonis omnibus publicatis, in perpetuum relegentur. Hæc Innoc. Quod poſtea roborauit Clemens IV. in Bulla incipiente, *Ad exturpanda*, §. *Si quando*.

---

§. V.

De Legentibus, Retinentibus, Imprimentibus, & Defendentibus libros hæreticorum, qui ſexto loco in prima clauſula Bullæ Cœnæ excommunicantur?

Qvæstio XXXVI.

An legentes, retinentes imprimentes, & defendentes libros infidelium continentes errores contra fidem, hanc Bullæ excommunicationem incurrant?

RESpondeo non incurrere, etiamſi illi infideles fuerint Catechumeni & à fide receſſerint. Ratio eſt, quia prima conditio in Bulla Cœnæ requiſita ad hanc excommunicationem, eſt, vt libri ſint hominum hæreticorum: at ſic eſt, quod huiuſmodi homines infideles non ſunt hæretici: ergo qui eorum libros legunt, non legunt libros hæreticorum: ergo non incurrunt excommunicationem legentium libros hæreticorum. Sic Vgolin. *de caſib. Papæ reſeru. 2. part. cap. 1. verb. Ac eorundem libros*, §. 1. *n.* 3. Sanchez *lib. 2. ſum. cap.* 10. *num.* 20. *&* 21. Fagundez *lib. 1. in Decal. cap.* 14. *num.* 5. Trullench *eod. lib. 1. cap. 3. dubio* 9. §. 5. *num.* 15. Alterius *lib. 5. diſputat. 2. cap. 6. in principio.* Caſtro Palao *tom. 1. tract. 4. de infidelit. diſputat. 2. puncto* 10. §. 1. *num.* 1. & alij.

Qvæstio XXXVII.

An ad incurrendam hanc Bullæ excommunicationem; ſufficiat quod Auctor libri, qui legitur, ſit hæreticus?

RESpondeo non ſufficere; ſed requiri etiam, quod hæretici liber contineat hæreſim, vel tractet de Religione. Has enim duas conditiones nempe, quod Auctor ſit hæreticus, & liber contineat hæreſim, vel tractet de Religione, requirit Bulla Cœnæ ad incurrendam eius excommunicationem: ergo quamuis Auctor ſit hæreticus, ſi liber eius contineat hæreſim, aut tractet de Religione, legendo illum, non incurritur excommunicatio Bullæ: quamuis incurratur alia excommunicatio lata à Pio IV. quæ habetur in Indice librorum prohibitorum Concilij Tridentini per Clementem VIII. confirmato; quia hæc comprehẽdit omnes legentes libros hæreticorum, quamuis libri nec hæreſim contineant, nec de Religione tractent. Differunt autem huiuſmodi excommunicationes in hoc, quod abſolutio ab excommunicatione Bullæ, reſeruata eſt Papæ; at verò excommunicatio Indicis, minimè. Sic tenent Fagundez, Trullench, & Alterius *loc. cit.* & expreſſius Sanchez *cap. 10. cit. n.* 33. & penes ipſum Vgolinus *cap. 1. cit. verb. de Religione num.* 2. Fagundez *loc. cit. num.* 13. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect. 2. num.* 15. Sanctarellus *de hæreſi dub. vnico, n.* 10. Trullench *loc. cit. num.* 19. Diana *part. 6. tract. 6. reſolut.* 55. Rocafull. *part. 3. lib. 3. cap. 8. Praxis.* Vbi notat, quod in hoc Canone prohibeatur lectio libri Hæretici damnati ab Eccleſia, vel hæretici, qui publicè credatur vel habeatur talis, quamuis adhuc de hæreſi damnatus non ſit vt *infrà* dicemus.

Qvæstio XXXVIII.

An, vt legentes libros hæreticorum, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrant, requiratur, quod liber, & contineat hæreſim, & ſimul de Religione tractet?

AFfirmant Graffis *lib. 4. deciſ. aurear. cap.* 18. *n.* 40. & 41. & Saytus *tom. 1. Theſaur. lib. 3. capite* 15. *numero* 12. apud Fagundez *vbi infrà.* Sed certè horum Auctorum ſententiam, aliter refert Sanchez *lib. 2. cit. cap.* 10. *num.* 34. vt infra notauimus. Affirmat vero Crouſers *in reg. S. Franc. c. 7. ſect.* 5. apud Dianam mox citandum.

Sed vt certum reſpondeo: non requiri vtrumque ſimul, ſed alterum ſufficere, videlicet, vel quod dicti libri, hæreſim contineant: vel de Religione tractent. Quia Bulla Cœnæ apertè loquitur diſiunctiuè, & ſic alterum tantum petit. Sic Sanchez, Vgolinus, Fagundez, Suarez, Sanctarell. Trullench, & Diana *loc. quæſt. præcedenti citatis*, & Pueronus *in Bull. Cœnæ, cap.* 1. §. *Ac eorumdem libros, num.* 184. Rocafull. 3. *p. Praxis lib. 3. cap.* 8. Ex quibus nota, quod illi libri dicuntur tractere de Religione, qui tractant de expoſitione fidei, de Theologia poſitiua, vel ſcholaſtica; de moribus Criſtianis, de caſibus conſcientiæ, de cultu Dei, & Sanctorum, vel denique de Clericis, & Monachis: non qui de Philoſophia, & inferioribus ſcientiis & artibus tractanda, quia huiuſmodi hoc præcepto non comprehenduntur.

Qvæstio XXXIX.

An, vt incurratur huius Bullæ excommunicatio, neceſſe ſaltem ſit, vt liber hæretici, ex profeſſo, & inſtituto, de hæreſi, aut de Religione tractet?

AFfirmant Graffius, & Saytus *locis* nuper *citatis*, docentes, eſſe neceſſarium ad hanc excommunicationem incurrendam, vt liber hæretici, ex profeſſo de hæreſi, aut Religione tractet, id eſt, vt argumentum libri ſit de hoc. Secus verò ſi ex profeſſo de aliis rebus tractet, quamuis obiter interſerat aliquam hæreſim, aut aliquid ad Religionem pertinens. Ita refert horum Doctorum opinionem Sanch. *lib. 2. ſum. cap.* 10. *num.* 34. Quibus auctoribus addo Antonium Souſa *in expoſitione Bullæ Cœnæ diſput. 13. cap. 2. concluſ.* 2. ſic dicentem: Qui legit, licèt abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, Hæreticorum libros, qui ex profeſſo hæreſim non continent, vel de Religione non tractant: quamuis hæreſim aliquam contineant, per hanc Bullam non excommunicatur. Ita Souſa, & Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 2. quæſt. 8. dicto 3. num.* 45. & *tom. 2. tract. 22. cap. 7. num.* 204.

Tamen è contrà negant alij, exiſtimantes ſufficere ad incurrendam excommunicationem Bullæ, vt libri hæreticorum contineant hæreſes, vel de Religione tractent, etiamſi principale argumentum eorum non ſit tractare de Religione; vel hæreſes explicare, ſed de hiſtoriis, aut aliis rebus indifferentibus. Ita docent aliqui: quorum opinionem eſſe probabilem expreſsè tenet Filliucius *num.* 45. *cit.*

Sed clarius, & probabiliùs reſpondeo 1 *Primò*, vt excommunicatio Bullæ incurratur, non eſt neceſſe, vt liber

Digitized by Google

liber hæretici tractet ex profeſſo de hæreſi, ſed ſatis eſt, vt vnam ſolam hæreſim contineat, de quacunque re ex profeſſo tractet. Ratio eſt, quia in clauſula Bullæ Cœnæ. Sic habetur: *Libros hæreſim continentes, aut de Religione tractantes.* Vbi circa hæreſim ſolum requirit, vt liber hæreſim contineat: quod quidem verificatur etiam vnicam continendo, de quacunque re tractet: ergo. Sic Sanchez, Azor, Fagundez, & alij mox citandi.

Reſpondeo *ſecundò*, vt incurratur dicta excommunicatio, legendo librum hæretici de Religione tractantem; neceſſum eſt vt talis liber, non obiter de Religione tractet, ſed ita notabiliter, vt arbitrio prudentis cenſeatur ex profeſſo de Religione tractare, etiamſi ex inſtituto de aliis rebus tractet. Quia tunc ſolùm, verè verificatur, librum illum de Religione tractare. Sic Rodriguez *in addit. ad Bull.* §.9. *num.*68. Azor *lib.*8. *inſtit. cap.*26. *quæſt.*5. Suarez *tom.*5. *in* 3. *part. diſp.*21. *ſect.*2. *num.*10. Sanchez *lib.*2. *ſumm. cap.*10. *num.*34. Alterius *lib.*5. *diſput.*2. *cap.*6. *verſ. In primo genere, in fine.* Portel *in addit. ad dub. regul. verb. libri prohibiti, num.*8. Fagundez *lib.*1. *in Decal. cap.*14. *num.*15. & ibi Trullench *lib.*1. *cap.*3. *dub.*9. §.5. *n.*19. Diana 1. *part. tractatu* 11. *reſolut.*31. Bonacina *de Cenſuris, diſputatione* 2. *quæſt.*5. *punct.*4. *n.*19. Rocafull. 3. *part. Praxis lib.*3. *cap.*8.

QVÆSTIO XL.

An caſu, quo totus liber hæretici vnicam hæreſim contineat, ſit totus liber prohibitus?

REſpondeo totum eſſe prohibitum. Et ideo etſi quis legat partem dicti libri non continentem hæreſim, nihilominus Bullæ excommunicationem incurret. Quia reuera legit librum hæretici hæreſim continentem, quod ſolum requirit Bulla Cœnæ, vt aditum his libris legendi clauderet. Sic Sanchez *num.*35. Fagundez *num.*16. Suarez, & Trullench *loc. cit.* Vgolinus *de Cenſur. Papæ reſeru. cap.*1. *verb. Ac eorundem libros, num.*1. *verſ.*7. Rocafull. *loc. cit.*

QVÆSTIO XLI.

An abſque incurſione Cenſuræ, poſſit quis legere dictum librum, vnicam hæreſim continentem; ſi ab illo, talis hæreſis deleatur?

AFfirmat Crouſets *in Regul. S. Franc. cap.*7. *lect.*5. *fol.*521. vbi aſſerit, quod, ſi libri hæreticorum vnum, atque alterum contineant errorem, illéque omnino deleatur, poſſint ſine incurſione excommunicationis legi.

Sed tanquam certum reſpondeo: non poſſe talem librum legere; (niſi aliàs deletio talis hæreſis fiat authoritate publica, quæ relinquat totum librum liberum ad legendum, retinendum, &c.) Quia militat eadem ratio. Sic Sanchez, Suarez, Fagundez, & Trullench *locis citatis*, & Diana *p.*6. *tract.*6. *reſol.*55.

QVÆSTIO XLII.

An, quando liber hæretici in multiplex volumen eſt diuiſus, qui partem libri, in qua, nec hæreſis continetur, nec de Religione tractatur, legit, incurrat excommunicationem Bullæ?

NEgat abſolutè Vgolinus *cap.*1. *citat. verb. Ac eorundem libros*, §.1. *num.*1. *verſ.*6. Quia pars (inquit) illa ſeorſum ſumpta, vnus liber eſſe videtur: & ideo non habet omnia requiſita ad hanc excommunicationem incurrendam.

Huic Auctori adhæret Fagundez *lib.*1. *in Decalog. cap.*14. *numero* 16. & 17. vbi ita loquitur: Si tamen ſint diuerſi tomi eiuſdem Auctoris hæretici tractantes eandem materiam non prohibitam, & vnus tantum hæreſim contineat, reliqui verò non contineant, nec de Religione tractent ex inſtituto, ſolum ille, qui hæreſim continet, erit prohibitus ſub Cenſura Bullæ Cœnæ, ſi nimiæ molis vitandæ gratia diuidantur: at reliqui ſeparati non erunt prohibiti: ſecus ſi omnes tomi in vnum librum coëant, aut vnus liber ex diuerſis tomis, ac voluminibus componatur, vt plerumque fit; quia tunc vnuſquiſque tomus, pars eſt totius libri prohibiti, vt patet, & ita docet Sanchez *tomo* 1. *lib.*2. *cap.*10. *num.*30. Quod idem videtur docere Vgolinus (*loc. cit.*) Hucuſque Fagundez. Cui omnino adhæreret Diana *reſolut.*55. *cit.* referens eiuſdem relata verba.

Sed clarius reſpondeo: ſic. Quando liber hæretici in diuerſos tomos verè eſt diuiſus, tunc qui partem libri, in qua, nec eſt hæreſis, nec de Religione tractat, legit, non, incurret excommunicationem Bullæ. Quia tunc (inquit Sanchez) diuerſi libri omnino cenſentur: & ſi per accidens aliquis eos ſimul intra eundem tomum conglutinet. At ſecus credo, quando vnicus liber (vt ſolet) in plures diuiditur, vt in primum, ſecundum, tertium, &c. tunc enim cuiuſlibet illorum pars, eſt pars vnici, ac eiuſdem libri hæreſim continentis, aut de Religione tractantis. Quod adhuc verum credo, etiamſi nimiæ molis vitandæ gratia, aliqui eorum per accidens ſeorſum ab aliis conglutinarentur. Quia adhuc eſt vnicus liber. Sic prorſus Sanchez *libro* 2. *citat. capite* 10. *numero* 36. Cuius ſententia in aliquo, vt ex verbis relatis conſtat, à ſententia Fagundij diſtat. Sic etiam Trullench *libro* 1. *in Decalogi cap.*3. *dubio* 9. §.5. *numero* 19.

QVÆSTIO XLIII.

An incurrat excommunicationem Bullæ, qui legit librum hæretici continentem hæreſim, nondum tamen typis excuſſum?

REſpondeo incurrere. *Primò*, quia liber manuſcriptus, eſt verè liber. *Secundò*, quia periculum infectionis, ob quod hæc prohibitio emanauit, locum habet, etſi ſola manu liber ſcriptus ſit. Sic omnino Sanchez *cap.*10. *citat. numero* 28. ex Vgolino *de Cenſur. Papæ reſeru.* 2. *parte cap.*1. *verb. Ac eorum libros, numero* 1. *verſ.*4. Suarez *de fide diſput.*20. *ſectione* 2. *numero* 10. Fagundez *libro* 1. *in Decalog. capite* 14. *numero* 11. Trullench §.5. *cit. num.*16. Filliucius *tractatu* 16. *cap* 2. *quæſtione* 8. *numero* 45. Granados *controuerſ.*1. *de fide tractatu* 15. *diſputatione* 10. *numero* 7. Palao *tomo* 1. *tractatu* 4. *diſputatione* 2. *puncto* 10. §.1. *numero* 3. & Rocafull. 3. *part. Praxis lib.*3. *cap.*8. *dub.*1.

QVÆSTIO XLIV.

An etiam incurrat dictam excommunicationem; qui legit epiſtolam miſſiuam, concionem, aut aliam papyrum hæretici continentem hæreſim?

AFfirmant Vgolinus *cap.*1. *citat. num.*2. *verſ. Nono in excommunicationem.* Megala *in* 3. *part. libro* 3. *cap.*1. *num.*55. Diana 1. *part. tract.*11. *reſolut.*34. Caſtro Palao *de Infidelitate tractatu* 4. *diſputat.* 2. *puncto* 10. §.1. *numero* 4. Quia (inquit) hæc prohibitio librorum, non eſt lex odioſa, ſed fauorabilis, quia eſt in fauorem fidei, & defenſionem Catholicorum. Ita

ille.

Digitized by Google

ille. Quem citat, & etiam ſequitur Trullench *lib.1. in Decal.cap.3. dub.9.§.5. num.16.* & ni fallor Filliucius *loc.cit.* Suarez *de fide diſput.20.ſect.2.num.10.* & Farinac. *de hæreſi,quæſt.180.n.30.& 31.*ac Diana *p.10. tract.12.reſol.47.* & Rocafull. *cap.8.cit.dub.2.pag.191.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo : non incurrere. *Primò*, quia æquè probabile eſt, hanc prohibitionem librorum, eſſe legem pœnalem primò, & per ſe: at ſic eſt quod pœnæ non debent ampliari : ergo. *Secundò*, quia hæc, in communi, & vſitato loquendi modo, minimè dicuntur libri : nec militat eadem ratio in his, quæ in libris : libri enim diutius permanent, & amplius extenduntur. In pœnalibus autem ita intelligenda res eſt, vt ſaluentur verba, & pœnæ non extendantur. Sic Sanchez *lib.2. cap.10. cit num.29.* Portel. *in addit. ad dub. regul.libri prohibiti, num.7.* Souſa *in explicat. Bullæ Cœnæ cap.2. diſputat.15. concluſ.1. numero 5.* Duardus *in explicat. Bullæ Cœnæ lib.2. canon.1.quæſt.55.num.11.* Laymann *lib.2.tract.1. cap.15.num.3.* Fagundez *lib.1. in Decal. cap.14. n.11.* Granados *num.7. cit.* Bonacina *diſputat. 2. de Cenſur. quæſt.5. punct.4. num.18.* & dicit, imò & probat; id eſſe probabile, Palao *loc.cit. num.5.*

Qvæstio XLV.

An ſaltem incurrat hanc Bullæ excommunicationem, qui indicem libri Hæretici, continentis hæreſim. ſiue eius præfationem, ſeu prooemium, legat?

Reſpondeo incurrere. Quia hæc pars libri ſunt, & quidem, index totam libri ſummam amplectitur : prooemium verò, ſeu præfationem ad lectorem, ea, quæ in libro tractanda ſunt, & Auctoris mentem explanant. Vnde hæc legens, ſi aliàs eum non excuſet materiæ paruitas; planè excommunicationem Bullæ incurret. Sic Sanchez *loc.cit. num.30.* Trullench *lib.1. in Decal.cap.3.dub.9.§.5. num.16. in fine.* Fagundez *cap.14. cit.num.12.* Vgolinus *2. parte cit.dict.verb. Ac eorumdem libros, num.1. verſ.8.* Pucronus *in Bull. Cœnæ cap.1. numero 184.* quem refert Diana *10.parte loco citato.*

Qvæstio XLVI.

An ſi quis legat, teneat, aut imprimat, libros Catholici Authoris, in quibus ſunt annotationes, & ſcholia Hæreticorum, hæreſes continentes, incurrat Bullæ Cœnæ excommunicationē?

Affirmat Suarez, caſu, quo tales annotationes, ſcholia, ſeu commentarij hæreticorum ſint tales, ſeu tam copioſi, vt liber potius ex eis, quàm ex textu conſtare cenſeatur : ſecus ſi ſint exigui. Ita ille *de fide diſputatione 20.ſectione 2.num.13.& tom.5. in 4. part. diſputatione 21.ſectione 2.numero 11.* Quem, non citatum, ſequitur Alterius *lib.5.diſput.2.cap.6.dub.1. in fine.* Ægidiúſque apud Palaum *vbi infrà.*

Sed abſolutè loquendo, probabiliùs reſpondeo : non incurrere Bullæ excommunicationem, legendo, aut tenendo, tales librum Authoris Catholici, in quo; etiam copioſi ſint commentarij Authoris hæretici. Quia adhuc in hoc caſu, talis liber verè eſt, & nuncupatur, liber Authoris Catholici. à quo in lucem prodiuit; non liber Hæretici commentatoris : ergo abſolutè talis liber non eſt prohibitus, ac proinde abſque periculo incurſionis Cenſuræ Bullæ, poteſt à quouis, etiam cum dictis commentariis, legi. Sic Nauarrus *cap.27.numero 56.* Graffius *1.part.deciſ. cap.18.numero 43.* Rodriguez *in Bulla Cruciata, §.9. numero 78.* Quos citat, & ſequitur Sanchez *libro 2. ſummæ capite 10.num.25.* Quibus addi poſſunt, Sanctarellus *tractatu de hæreſi cap.13.dub. vnico, numero 4.* Fagundez *lib.1.in Decal. capite 14. num.8.* Trullench *lib.1.in Decal.cap.3.dub 9.§.5. numero 15.* Souſa *in expoſit. Bullæ Cœnæ canon.2. diſputatione 13.concl.13.n.7.* Diana *1.parte tractatu 11. reſolut.32.* (Quamuis poſteà *part 5.tractatu 13. reſolut.16.* ex parte aliter ſentiat cum Hurtado de Mendoza *in 2.2.diſput.76.ſect.8. §.303.* vbi concordare vtraſque ſententias nititur.) Bonacina *diſputat.2. de Cenſuris quæſtione 5. puncto 4. num.6.* & indicat Farinacius *de hæreſi, quæſtione 180. numero 50.* quos citat, & ſequi videtur Palao *tomo 1. tractatu 4.diſputat.2.puncto 10.§.1.num.2.* & alij. Addunt tamen Nauarrus, Sanchez, Graſſius, Trullench, & alij, quod licèt legentes dictum librum, non incidant in excommunicationem Bullæ; incidant tamen, ſi aliàs ſit prohibitus, in excommunicationem contentam in catalogo librorum prohibitorum, quæ nulli eſt reſeruata, vt ſupra *quæſt.37.* etiam notauimus.

Qvæstio XLVII.

An incurrat excommunicationem Bullæ, qui librum hominis Catholici, in quo ad Verbum ſunt inſerti errores alicuius hæretici; legit?

Reſpondeo non incurrere : etiam caſu in quo talem librum legat, ea præcipua intentione, vt errores hæreticorum, ſciat, & cognoſcat. Ratio eſt, quia ex vna parte, dictus liber verè non eſt hæretici, ſed Catholici : & ex alia, in hac excommunicatione Bullæ non punitur affectus ſciendi, ſed ſolum factum ipſum legendi libros hæreticorum : ergo. Sic communiter. Nauarrus *capite 27.numero 56.* Vgolinus *de caſibus reſeruat. Papæ 2.part.capite 1. verb. Ac eorum libros.* Sayrus, Azor, Suarez, & Rodriguez, quos citat. ac ſequitur Sanchez *lib.2.ſummæ cap.10.num.33.* (quamuis ex his, Suarez, non loquatur in caſu à nobis aſſignato.) Sic etiam Sanctarellus *tractatu de hæreſi, cap.13.dub.vnico,num.3.* Fagundez *lib. in Decal. cap.14.numero 6.* Trullench *lib.1. citat.capite 3. dub.9. §.5.numero 15.* Alterius *lib.5.diſputatione 2.c.6.dub.1.* & penes illum. Simancas, Biunus, & Turrecremata. Filliucius *tractatu 16.capite 2.quæſtione 8. num.41.* Ægidius *diſputatione 18.de fide dubio 11.num.177.* Palao *loco citato.*

Qvæstio XLVIII.

An ſaltem incurrat, qui librum hominis Catholici, in quo ipſe Author Catholicus, ob ignorantiam, hæreſes aliquas ſcripſit, legit?

Reſpondeo adhuc non incurrere. Quia adhuc non eſt liber Hæretici. Requiritur namque, vt conditio neceſſaria ad hoc quod huiuſmodi excommunicatio incurratur, vt Author libri, ſit Hæreticus. Sic Vgolinus *loc.cit.verſ.5.* Sanchez *numero 24.* Fagundez *numero 7.* Trullench *numero 15.* & alij. Qui benè contra Graſſium *1.part. deciſ.lib.4. cap.18.n.40. & 43.* dicunt, non eſſe opus ad id, vt liber ſit hæretici ab Eccleſia de hæreſi damnari, ſed ſufficere, quod ſit liber hominis hæretici qui, publicè hæreticus credatur, & habeatur. nam Bulla Cœnæ abſolutè ſequitur.

* * *

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO XLIX.

An incurrat excommunicationem Cœnæ, qui legit Græcorum, & Armenorum libros, qui horum ritus continent?

RESpondeo non incurrere. Quia huiuſmodi ritus non ſunt ab Eccleſia, tanquam hæretici habiti. Sic Azor *tom.*1.*lib.*8.*cap.*16.*q.*8. Sanchez *loc.cit.n.*27. Fagundez *num.*9. Trullench *num.*15.*in fine*,& alij. Sic etiam Suarez *de fide diſput.*20.*ſect.*2.*num.*12. & Palao *punct.*10.*cit.n.*2. Qui hanc ſententiam dicunt veram; & verè, dummodo Authores illorum librorum non ſint hæretici: nam ſi eſſent, verè incurreret, quia tunc legeret libros hæreticorum de religione tractantes.

QVÆSTIO L.

An incurrat dictam Bullæ Cenſuram, qui libros Magicæ artis legit, tenet, ſeu imprimit?

AFfirmant Nauarrus *in ſumm. Hiſpana cap.*28.*in addit. ad num.*56.*cap.*27.

Sed vt certum reſpondeo: iam non incurrere dictam Cenſuram, ſi aliàs, Author Magnus non ſit hæreticus. Quia Bulla Cœnæ, quæ poſt Pium V. publicatur, non comprehendit Magos, niſi hæretici ſint. Sic Viualdus *in explicat. Bullæ Cœnæ num.*13. vbi ait Nauarrum *loco citato*, fuiſſe loquutum iuxta Bullam Cœnæ Pij V. quæ exprimebat habentes libros magicæ artis, & illa vtentes. Quod quidem conſtat, cum ipſemet Nauarrus, id indicet in Summa Latina *cap.*17.*num.*55. his verbis. *Secunda*, quod hæc excommunicatio non comprehendit Magos, qui aliàs non ſunt hæretici, argum. eorum quæ habentur 26. *quæſt.*1.2.3.4.5.6.*&* 7. S.Thom.2.2. *qu.*95.*art.*1.*&* 2. quos tamen comprehendebat Bulla Pij V. quod eſt valde notandum. Hæc meus Nauarrus. Quem ſequuntur Sanchez *loc. cit.num.*32. Fagundez *num.*10. Trullench *num.*18. Alterius *lib.*5.*diſput.*2.*cap.*6.*in fine*, vbi ait, à tempore Gregorij XIII. hanc excommunicationem legentium, & tenentium libros Magorum fuiſſe ſublatam à Bulla Cœnæ, & omiſſam, nihil de ea Summi Pontifices ſtatuentes.

QVÆSTIO LI.

An qui legit librum hæreticum, in Gallia, Anglia, & alijs Prouincijs, vbi Bulla Cœnæ non eſt recepta, incidat in excommunicationem Bullæ?

AFfirmat Megala *in* 3.*part. lib.*3.*cap.*1.*n.*60. apud Dianam *vbi infrà*.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere caſu, quo non ſit Bulla Cœnæ recepta; vt benè probat Becanus *in ſumma Theolog. tractatu* 3. *cap.*6. *quæſt.*8. *num.*4.*in fine*. ſecus verò, ſi recepta ſit, quia tunc certum eſt, quod incurrant Catholici legentes libros hæreticorum hæreſim continentes, etiamſi legant illos animo confutandi ſuos errores: nam ſtudium Religionis contra hæreticos defendendæ, non excuſat Catholicos, niſi accedat licentia Romani Pontificis. Sic Azor *tom.*1.*lib.*8.*cap.*16. *quæſt.*6. Sanchez *lib.*2.*ſumma cap.*10. *num.*42. (non 4. vt inuenies citatum apud Dianam,) Becanus *loc.cit.* Fagundez *lib.*1. *Decal.cap.*14.*num.*24. Trullench etiam *lib.*1.*in Decal. cap.*3.*dub.*9.§.5.*num.*22. Diana 1.*part. tract.*11. *reſolut.*35. Alterius *tom.*1.*lib.*5. *diſput.*2.*cap.*6.*dub.*3. & Hurtado de Mendoza *de fide diſput.*76.*ſect.*8.*ſubſect.*2. *num.*307. licèt cum limitatione. Ait enim quod illi, ad quos non ſpectat tueri fidem, in dictis Prouincijs, publica diſputatione, aut ſcripto, minimè poſſint tales libros legere, quamuis ſit cum animo errores confutandi: benè tamen illi, quibus incumbit fidei propugnatio; quia tunc ipſa fides pateretur damnum: cum libris hæreticorum non ſpectis, non poſſint illorum errores oppugnari. Poſſunt ergo, imò & debent tales Doctores huiuſmodi libros in dicto caſu legere.

QVÆSTIO LII.

An, ſi ipſemet hæreticus legat ſuum librum continentem hæreſim, aut de Religione tractantem, hanc Bullæ excommunicationem incurrat?

RESpondeo incurrere. Et ideo duplici titulo erit excommunicatus, nempe, & ratione hæreſis, & ratione lectionis, ſeu retentionis libri continentis hæreſim; aut de Religione ex profeſſo tractantis. Sic ex Vgolino, Sanchez *cap.*10.*cit.num.*37. Fagundez *num.*18. Trullench *num.*20. Cum quibus hîc aduerte, quod illi hæreticorum libri dicuntur de Religione tractare, qui diuinam Scripturam, vel partem eius exponunt; qui Theologiam Scholaſticam, aut Moralem in totum, vel in partem explanant: Qui de cultu Deo, ac Sanctis debito, necnon de Clericis, & Monachis, de Prælatis, de viſibili, & inuiſibili Eccleſia diſſerunt. Nam hæc omnia ad Religionem Chriſtianam, & Catholicam ſpectant: & Bulla Cœnæ generaliter loquitur, intenditque ne hæreticorum errores in his libris ſparſi diſſeminentur, & addiſcantur. Legantur Sanchez *num.*21. Fagundez *n.*14. Trullench *eod.num.*14. Suarez *tom.*5.*in* 3 *part.diſp.*21. *ſect.*2. *num.*10. Bonacina *de Cenſur. diſput.*2. *quæſt.*5. *punct.*4. & alij. Qui ex dictis benè inferunt, quod non incurrent excommunicationem Bullæ (quidquid ſit de excommunicatione Indicis librorum prohibitorum) legentes libros hæreticorum tractantes de Philoſophia, aut ſeptem artibus inferioribus, aut hiſtoria, eo quod hi, nec hæreſim contineant, nec materiam Religionis tractent.

QVÆSTIO LIII.

An incurrat excommunicationem Bullæ, qui legit librum hæreticum, non dolo malo, ſed ſolius curioſitatis cauſa?

RESpondeo incurrere. Quia Bulla non conſiderat animum legentis, ſed facto contenta eſt. Sic Vgolinus 2 *part.de Cenſur. Papæ reſeru. verb. Ac eorundem libros, in fine principij*. Toledo *in Bulla Cœnæ, excommunic.*1. *num.*24. apud Sanchez; Fagundez, & Trullench *mihi num.*10.*cap.*19. his verbis: Præterea, ſiue legant ad errores cognoſcendos, vel impugnandos, vel ad aliquam eruditionem depromendam, omnes his excommunicationem incurrunt, dummodo ſine licentia Sedis Apoſtolicæ fiat. Sic ille. Sanchez *lib.*2.*ſum.cap.*10.*n.*40. Fagundez *lib.*1. *in Decal. c.*14. *n.*22. Trullench, etiam *in* 1. *lib. Decal.cap.*3.*dub.*9.§.5. *num.*22. & Rocafull. 3. *part. Praxis lib.*3.*cap.*8. *dub.*5.

QVÆSTIO LIV.

An etiam dictam excõmunicationem incurrant, qui librum hæreticum, ſolùm viſu percurrendo, & nulla verba proferendo, legunt?

RESpondeo etiam incurrere. Quia, qui viſu ſolo percurrendo legit, verè dicitur legere. Nam vera lectio,

Digitized by Google

lectio, nullatenus verborum prolationem requirit. argum. *ex l.* 2. §. *Conſpectio. ff. quemadmodum teſtamentum aperiatur.* Sic Vgolinus *loc. cit. n.* 2. *verſ.* 10. Graffius 1. *p. deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 45. Sanchez *num.* 41. Fagundez *num.* 23. Trullench *num.* 22. Suarez *de fide, diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 18. his verbis: *Tertiò*, ſufficiet legere oculis percurrendo librum, etiamſi ore nihil proferatur: quia illud re vera eſt legere, & etiam actio ſenſibilis, in qua tota ratio legis locum habet. Sic ille. Palao *tomo* 1. *tractatu* 4. *diſputatione.* 2. *puncto* 1. §. 2. *numero* 2. Bonacina *diſputatione* 2. *de Cenſuris, quæſtione* 5. *puncto* 4. *numero* 8. Duard. *lib.* 2. *in Canone* 1. *q.* 36. *n.* 3. Rocaffull. *loc. cit. dub.* 6. & alij.

Qvæstio LV.

An item dictam excommunicationem incurrat, qui legit librum hæreticum, ſcriptum lingua, quam non callet, ſcit tamen illam legere?

Affirmat apud Dianam, Megala *in* 3. *p. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 45. Quia Bulla Cœnæ, inquit, non ſpectat finem, ſed factum ipſum. Huic authori fauet Portel *in addit. ad dub. regul. verbo. libri prohibiti, n.* 11. quatenus ait, ſe non audere contrarium conſulere. Bonac. *diſp.* 2. *de Cenſur. q.* 5. *puncto* 4. *num.* 14. & alij.

Sed probabilius reſpondeo: Non incurrere. *Primò.* Quia illa non eſt vera, & formalis lectio, ſed tantùm materialis. *Secundò.* Quia in dicto caſu, omnino ceſſat ratio legis, nam, neque periculum inde imminet, neque eſt communicatio cum hæretico, in doctrina. Sic omnino Suarez *num.* 18. *cit.* dicens in hoc omnes conuenire. Sanchez etiam *lib.* 2. *ſum. c.* 10. *n.* 51. Qui id etiam probat, ex eo, quod, qui legit id quod nil pœnitus intelligit, non legit more humano, ſed more Pſittaci, & ideo tantùm legit materialiter. Santarell. *tr. de hæreſi, c.* 13. *dub. vnic. n.* 2. Fagundez *lib.* 1. *in Decal. c.* 14. *n.* 30. Diana 1. *parte tr.* 11. *reſol.* 36. Trullench *lib.* 1. *in Decal. c.* 3. *dub.* 9. *n.* 24. Rocaffull. *loc. cit. dub.* 17. & alij. An autem incurrat dictam Cenſuram ex eo, quod talem librum, hæreticum, quem nil penitus intelligit, apud ſe retineat, dicemus *infrà.*

Ad fundamentum autem Megalæ dicendum eſt, quod quamuis Bulla non attendat finem legentis, ſed factum, vt nos etiam diximus, *ſupra quæſt.* 53. At nos debemus attendere finem legiſlatoris, aut Bullæ, vt omnes docent.

Qvæstio LVI.

An hanc Bullæ excommunicationem incurrat, qui per ſolam mentis recordationem, quaſi mentaliter librum hæreticum percurrit, aut legit?

Affirmat Graffius 1. *p. deciſ. libro* 4. *capite* 18. *numero* 45. Cui conſentit ex parte Sayrus *tomo* 1. *Theſaur. libro* 3. *capite* 5. *numero* 13. quatenus ait, hunc non incurrere quando bono fine recitat; vbi videtur contrarium ſentire vbi malus finis eſt, & animus.

Sed probabiliùs longè, abſolutè reſpondeo: Non incurrere. Quia illa recitatio, re vera non eſt lectio humana, de qua leges humanæ loquuntur. Vnde ad propoſitum parum refert, quod ille, qui memoriter talem librum recitat, bono, vel malo fine id faciat: quia Bulla, vt diximus, non finem legentis, ſed factum ipſum conſiderat & punit, & ideo etiam ſi ſic recitans, malo fine id faciat, dictam Cenſuram non incurret. Sic Nauarr. *in ſum. c.* 27. *n.* 56. *verſ. Septimò.* Vgolin. *de caſib. reſeru. Papæ*, 2. *p. verb. Ac eorundem* libros. §. 1. *n.* 4. *verſ.* 10. Sanch. *lib.* 2. *ſum. c.* 10. *n.* 47. Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 16. *q.* 4. Suarez *de fide, diſp.* 20. *ſect.* 2. *numero* 18. Santarel. *tract. de hæreſi, c.* 13. *dub. vnico, n.* 8. Filliuc. *tract.* 16. *c.* 2. *q.* 8. *n.* 45. Fagundez *c.* 14. *cit. n.* 25. Trullench *dub.* 9. *cit. n.* 24. *in principio.* & Rocaffull *p.* 3. *praxis, c.* 8. §. *De legentibus dub.* 16.

Qvæstio LVII.

An famulus, qui iuſſu Domini legit librum hæreticum, vt ipſemet Dominus ſciat, quid in illo contineatur, excommunicationem Cœnæ incurrat?

Reſpondeo tanquam certum: Incurrere. Quia ſcienter legit librum hominis hæretici, hæreſim continentem: vel de Religione tractantem. Nec iuſſus Domini excuſat illum; niſi aliàs metu graui, non in Fidei, aut Eccleſiæ contemptum Dominus ipſum ad legendum compelleret. Sic omnes, præcipuè ſtatim citandi.

Qvæstio LVIII.

An etiam ipſemet Dominus, qui, vt audiat, famulo legere præfatum librum iubet, eandem quoque excommunicationem incurrat?

Negant quamplures DD. eo quod in proprietate, & rigore, *audire legere*, non eſt *legere*: vt verba legis pœnalis, in propria & ſtricta ſignificatione ſunt ſumenda. Ita Vgol. *loc. cit.* §. 1. *n.* 4. *verſ.* 8. 9. *&* 10. quem citat, & ſequitur Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 10. *n.* 48. *&* 49. Quibus addi poſſunt, Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 16. *cap.* 2. *q.* 8. *n.* 45. *& tomo* 2. *tr.* 22. *c.* 7. *n.* 207. Souſa *in Bulla Cœnæ, cap.* 2. *diſp.* 14. *n.* 5. Santarell. *tr. de hæreſi, c.* 13. *dub. vnic. n.* 8. Scortia *in Bulla Pontif. epitome* 166. *theorem.* 410. Duard. *in Bullá Cœnæ, lib.* 2. *c.* 1. *q.* 48. *n.* 5. Bonac. *de Cenſur. diſp.* 2. *q.* 5. *puncto* 4. *n.* 11. (qui malè pro hac parte citat Regin.) Portel. *in addit. ad dub. regul. verb. libri prohibiti, n.* 11. Fagund. *lib.* 1. *in Decal. c.* 14. *num.* 27. *&* 28. Trullench *lib.* 1. *in Decal. c.* 3. *dub.* 9. §. 5. *n.* 24. Caſtr. Pal. *de Infidelit. tractatu* 4. *diſputatione* 2. *puncto* 10. §. 2. *numero* 4. Ægidius *diſputatione* 18. *de fide, dub.* 11. *numero* 178. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Eandem Bullæ excommunicationem incurrere. Quia Dominus in tali caſu, moraliter rem æſtimando, librum legit, quamuis per alterius miniſterium. Nam lectio, partim conſtat ex prolatione, partim ex perceptione eorum, quæ ſcripta ſunt, & re vera talis actio conſummatur in perceptione: ille autem, qui audit legentem librum hæreticum, percipit quæ leguntur, & ita quaſi conſummat illam actionem. Vnde non tantum legit per alium, ſed etiam per ſeipſum, cōſummando actum, & ideo peccat contra dictam prohibitionem. Sic Suarez *de fide, diſputatione* 20. *ſectione* 2. *numero* 19. Azor *tomo* 2. *libro* 8. *capite* 16. *quæſtione* 4. (non *libro* 88. *cap.* 6. vt inuenies citatum apud Dianam) Sayrus *tomo* 1. *Theſauri, libro* 3. *capite* 5. (non 15. vt apud eundem inuenies) *n.* 14. Graffius 1. *p. deciſ. libro* 4. *capite* 18. *numero* 45. (non 34. vt citat ipſe Diana) Alterius *tomo* 1. *lib.* 5. *diſp.* 2. *cap.* 6. *dub.* 2. *verſ. Sed an Dominus.* Reginald. *lib.* 9. *c.* 14. *n.* 150 *& ſeqq.* Diana 1. *p. tract.* 11. *reſolutione* 33. & Laymān *libro* 2. *tractatu* 1. *capite* 15. *numero* 6. Megala *in* 3. *parte, libro* 3. *capite* 1. *num.* 38. & Rocaffull *p.* 3. *Praxis libro* 3. *capite* 8. §. *De legentibus, dub.* 14.

Ad fundamentum oppoſitæ opinionis, reſpondeo, quod non eſt ad ſtrictam & rigoroſam verborum interpretationem confugiendum, quando de mente legiſlatoris, rationabiliter dubitari non poteſt:

Digitized by Google

cum ergo in hoc noſtro caſu, dubitari nequeat, mentem Summorum Pontificum eſſe, vt etiam Dominus præcipiens legere in dicta prohibitione comprehendatur: nam alioquin cuilibet, in fraudem legis agere, & excommunicationem effugere, perquam facilè eſſet; hinc eſt, quod non ſolùm legens (modò intelligat, quod legit) ſed etiam Dominus cui legitur, excommunicationem Bullæ contrahant. Legantur Suarez & Layman *locis citatis.*

QVÆSTIO LIX.

An etiam incurrant eandem Bullæ excommunicationem, qui audiunt aliquem librum hæreticum legentem, ſi non iubeant, petant, aut conſulant, quod illum legat?

NEgant adhuc omnes Authores pro prima ſententia citati; & ex citatis pro noſtra, Azor, Sayrus, Graffius & Layman.

Sed, æquè probabilius reſpondeo: Incurrere quoque. Sic Suarez *loc. cit.* per hæc verba: Neque etiam mihi placet diſtinctio, ſeu limitatio dicentium, ſi audiens inducat alium, vt ſibi legat, tunc audiendo incurrere, non autem, ſi dum alter ſua voluntate legit, ad audiendum accedat; nam hoc ſecundum etiam cenſeo falſum: quia tranſgreſſio præcepti, non conſiſtit propriè in inductione alterius, ſed in participatione lectionis per auditum, & ita in eo caſu procedunt rationes factæ. Quo circa in illo caſu, tàm audiens, quàm legens peccat; audiens vno tantum modo iam explicato; legens verò dupliciter, ſcilicèt, & legendo, & cooperando lectioni alterius. Si tamen ſic legens non intelligeret, excuſaretur à propria culpa legentis, iuxta ſupra dicta, non tamen excuſaretur à culpa cooperantis iniquæ lectioni alterius. Huc vſque Suarez. Quem non citatum ſequitur Rocaffull. *parte* 3. *Praxis libro* 3. *capite* 8. §. *De legentibus, dub.* 15. *pag. mihi* 192.

QVÆSTIO LX.

An ab incurrenda excommunicatione Bullæ Cœnæ, in lectione librorum hæreticorum, excuſet paruitas materiæ?

NEgant aliqui Doctores. Quia exiſtimant in hac re non dari materiæ paruitatem; & ideo incurri Bullæ excommunicationem, etſi vnam, vel alteram lineam quis legat; quia ex lectione vnius dumtaxat lineæ, poteſt quis hæreſim haurire. Ita Vgolinus 2. *p. de Cenſuris Papæ reſeruatis, verb. Ac eorundem libros.* §. 1. *verſ.* 8. & Toletus *libro* 1. *ſumm. capite* 19. *numero* 9. Dianæ, *mihi* 10. his verbis: Præterea, ſiue paucæ lineæ, ſiue multæ legantur, incidunt legentes in Canonem hunc, dummodo tamen ſcienter legatur, id eſt, ſciendo eſſe librum hæretici. Ita Toletus *in ſumma,* etiam typis mandata Lugduni *anno* 1606. quidquid dicat Fagundez, ibi non reperiri. Ita etiam ſentit Pueronus *in Bulla Cœnæ capite* 1. *numero* 184. cum doceat incidere in hanc excommunicationem illum, qui ſolum titulum alicuius libri hæretici legeret.

Sed longè multò probabilius reſpondeo: Excuſari paruitatem materiæ ab incurſione excommunicationis Bullæ. Quia longè probabilius eſt, in lectione librorum hæreticorum dari paruitatem materiæ, ſicut datur in aliis rebus, in quibus paruitas materiæ à mortali & excommunicatione incurrenda excuſat: ergo, ſic Sanchez *libro* 2. *ſumm. capite* 10. *numero* 31. & penes illum, Azor, Sayrus, Rodriguez, Viualdus & Sà. Suarez *de fide, diſputatione* 20. *ſectione* 2. *numero* 19. Souſa, Hurtadus de Mendoza, Peſantius, Palao, & alij, quos citant, ac ſequuntur Diana 1. *p. tractatu* 11. *reſolutione* 30. *& parte* 5. *tractatu* 5. *reſolutione* 42. *& parte* 6. *tractatu* 6. *reſolutione* 55. Fagundez *libro* 1. *in Decalog. capite* 14. *numero* 5. & alij mox citandi. Qui omnes ad fundamentum oppoſitum reſpondent, negando, quod ſtatim ac quis vnam, aut alteram lineam legat, etiamſi in illis contineatur hæreſis, ob quam liber prohibetur, exponit ſe periculo imbibendi hæreſim, niſi etiam fundamenta, & rationem percurrat. Vnde maior difficultas eſt in aſſignanda paruitate materiæ: pro quo ſit.

QVÆSTIO LXI.

Quænam ſit paruitas materiæ, quæ legendo libros, hæreticos, à mortali, & excommunicatione excuſet?

AD hanc quæſtionem varij variè reſpondent. Nam in primis Croulets *in Regula Sancti Franciſci, capite* 7. *ſectione* 5. *folio* 524. quærens, quanta pars libri hæretici requiratur ad incurrendam Cenſuram Bullæ Cœnæ? ita reſpondet: Arbitrarer tantam partẽ libri legi oportere, quæ per ſe ſumpta, verè poſſit libri nomine cenſeri: quia ſicut epiſtola hæretica deficit à ratione libri ad effectum incurrendæ huius Cenſuræ; ita etiam ſimilis quantitas libri lecti, vel retenti, ſi fortè liber eſſet mutilus, deficit à ratione quantitatis ſufficientis ad eandem Cenſuram. Ita ille. Sed hanc opinionem, vt nimis laxam prorſus eſſe reiiciendam, meritò putat Diana *p.* 6. *tractatu* 6. *reſol.* 55.

Alij verò, ſecundò reſpondent, lectionem vnius dumtaxat paginæ, eſſe paruam materiam, & inſufficientem ad incurrendam tam grauem Cenſuram. Ita Sà *verb. excommunicat. in Bulla Cœnæ num.* 2. ita ſcribens: Qui vnam ſolam paginam hæretici libri legit, non eſt cenſendus excommunicatus: parua enim condonantur. Ita Sà. & Rodriguez *in addition. ad Bullam Cruc.* §. 9. *numero* 68. & Viualdus *in explicatione Bullæ Cœnæ numero* 11. Quos omnes citat, ac ſequitur Sanchez *numero* 31. *citato.* vbi ita loquitur. Et ita credo, vnam ſolam pagninam, quamuis liber ſit ex voluminibus maioribus, non ſufficere: ſed maior quantitas ea pagina voluminis maioris, vulgò, *de marca mayor,* ſufficiens erit. Sic ille. Cuius opinionem etiam approbant Duardus *in explicatione Bullæ Cœnæ libro* 2. *canone* 1. *quæſtione* 46. *numero* 4. Filliucius *tomo* 2. *tractatu* 22. *capite* 7. *munero* 204. (quamuis *tomo* 1. *tractatu* 16. *capite* 2. *quæſtione* 8. *numero* 45. quænam, in hac re, æſtimanda ſit parua materia, iudicio prudentis reliquerat) Portel *in addit. ad dub. regul. verb. libri prohibiti. numero* 7. Layman *libro* 2. *tractatu* 1. *cap.* 15. *numero* 5. & nouiſſimè Fagundez *in libro* 1. *Decalogi capite* 14. *numero* 4. & Diana *parte* 10. *tractatu* 12. *reſolutione* 47. *verſ. Sed hæc opinio.*

Sed hanc opinionem Thomæ Sancij, eſſe parum probabilem; tum quia communiter reiicitur ab Authoribus: tum etiam quia dicta opinio in Viualdo, & Sà emendatis, à Reuerendiſſimo Magiſtro ſacri Palatij, expurgata fuit, ait Diana *parte* 3. *tractatu* 5. *reſolutione* 42. (non 1. *p. tractatu* 5. *reſolutione* 4. vt citat Rocaſtull. 3. *p. Praxis libro* 3. *capite* 8. *dubitatione* 3.) Sed immeritò profectò, quia, vt probabilis omnino ſit, & ſecura in praxi, ſatis eſt ei, poſt rationem, habere tot grauiſſimos authores, qui illam defendunt, quidquid dicant alij. Imò ipſemet Diana eandem Sancij ſententiam, poſtea (licèt non ita conſequenter) approbauit *parte* 6. *tractatu* 6. *reſolutione* 55. his verbis: Ad plurimum, vt à nobis obſeruatum eſt, & docet nouiſſimè Fagund. *præc. Dec. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4.

vnam

Digitized by Google

vnam ſolam paginam ex magnis voluminibus, dicendum eſt, eſſe paruitatem materiæ. Sic Diana *loc. cit. & p.10.allegata*, & Rocafull *loc.cit.*

Tertiò, à dicta Thomæ Sancij ſententia diſcedit, ſed parum, Trullench *lib.1. in Decal. cap.3. dubit.9. n.17.* docens, ſufficere ad hanc Bullæ Cenſuram incurrendam, legere vnam integram paginam voluminis maioris (hoc eſt, *de marca mayor*) quia, moraliter loquendo, cenſetur (inquit) notabilis quantitas, & legere librum. Vnde iuxta hunc authorem, minor quantitas paginæ voluminis maioris, parua quantitas eſt, & inſufficiens ad incurrendam Cœnæ excommunicationem.

Quartò, alij putant, materiæ paruitatem eſſe, legere decem lineas: ita Sayrus *tom.1.Theſ.lib.3.c.5.n.12.* Caſtr.Palao *tom.1.tr.4.diſp.2.punct.10.§.2.n.6.*& penes illum, Suarez *diſp.20. de fide.ſect.2.n.20.* Sanchez *lib. 2.ſum.cap.10.numero 31.* Ægidius, Bonacina, & Azor. Sed ex his non citantur Sanchez & Azor.

Quintò, alij dicunt, eſſe materiam paruam, legere tres, aut quatuor lineas. Ita Merolla *tomo 1. diſp.1. cap.2. corollar.7. diff.3. numero 344.* Peſantius *in 2.2. quæſt.56. artic.2. diſp.6.* Graffius *tomo 1. libro 4. deciſ. cap.18. n.45.*

Sextò, alij ſuſtinent paruam materiam eſſe, legere vnam, aut alteram lineam. Ita Hurtad. de Mendoſa *tomo 1.de fide diſputatione 76.ſubſectione 3.§.311.*(non *ſectione 1. §.11.* vt leges apud Dianam) his verbis; Breuis autem lectio vnius, aut alterius lineæ, non eſt peccatum graue. Et hanc opinionem eſſe Dianæ, affirmat Auſonius in eius ſumma *verb. Hæreticorum liber.numero 39.* Sed certè fallitur Auſonius, vt ex ſtatim dicendis manifeſtum fiet.

Septimò, denique, alij tenent, materiam leuem, ſeu paruam, eſſe pauca verba legere. Ita Azor *tom.1. libro 8. capite 16. quæſtione 3.* Cui conſonant Suarez *de fide,diſputatione 20. ſectione 2. numero 19.* & ex illo, Diana *1. parte tractatu 11. reſolutione 30.* dum dicunt, quod oporteat, vt nimis breuis, nec multarum linearum ſit lectio, vt excuſationem paruitatis materiæ, in hac re, admittat.

Ex his omnibus opinionibus; ſecundam Sancij, & tertiam Trullench; vt potè, quæ media via incedunt, vt probabiliores eligo. Nam primam, tanquam nimis laxam, iterum reiicio. Vltimas verò, vt valdè rigoroſas, relinquo.

QVÆSTIO LXII.

An retinentes ſcienter hæreticorum libros, qui, vel hæreſim continent, vel de Religione tractant excommunicationem Bullæ incurrant?

RESpondeo tanquam certum: Incurrere. Quia hoc expreſsè eſt prohibitum in Cœnæ Bulla. Itaque, ſi quis, ſiue in ſua domo, ſiue in aliena; & ſiue ſuo, ſiue alieno nomine, retineat; verè hac excommunicatione ligatur. Quia, ſiue cauſa ſui, ſiue cauſa aliorum; tales libros retineat, verè retinere dicitur. Vnde conſtat, tali excommunicatione ligati Bibliopolas huiuſmodi libros hæreticos retinentes, vt conglutinent; quia verè retinent, etſi nomine alieno. Sic omnes. Graffius *1. p. deciſ. capite 18. numero 48.* Sayrus *tomo 1. Theſaur. libro 3. capite 5. numero 16.* & Vgolinus *de Cenſuris Papæ reſeruatis, 2. p. capite 1. verb. Aut retinentes. numero 3. verſ. 3.* Quos refert & ſequitur Sanchez *libro 2.ſum. capite 10. numero 52.* Sic deinde, Suarez, *de fide, diſputatione 20. ſectione 2. numero 21.* Alterius *libro 5. diſputatione 2. capite 7.* Fagundez *libro 1. in Decalog. capite 14. numero.31.* Trullench *libro 1. in Decalog. capite 3. dubitatione 9. numero 25.* Rocafull *p.3.praxis, libro 3. cap.8. §. De retinentibus, dubitat.4.* & omnes.

QVÆSTIO LXIII.

An etiam retinens librum hæreticum, ſcriptum lingua, quam non intelligit, incurrat Cœnæ excommunicationem?

RESpondeo: Etiam incurrere. Quia retentor horum librorum non èxcuſatur à Cenſura, eo quod illos non intelligat: quia ſine intelligentia poteſt libros conſeruare, & retinere, quod eſt contra finem legis. Nam Sum. Pontifex, ideo tales libros prohibet retineri, quia noluit illos apud aliquem eſſe, ſed penitus, ac funditus exterminari. Sic omnes. Præcipuè Sanchez, Suarez, Fagundez, & Trullench *locis citatis.* & Rocafull *3.p. Praxis libro 3.cap.8.§. De retinentibus. dubitatione 5.*

QVÆSTIO LXIV.

An item, hanc excommunicationem incurrant, qui retinent libros hæreticos, non legendi cauſa, ſed curioſitatis, aut ornatus Bibliotecæ, aut permutandi cum libris Catholicis?

RESpondeo tanquam certum: Incurrere etiam. Quia hi omnes verè retinentes ſunt, quam actionem Bulla etiam prohibet. Nec reſpicit, qua intentione fiat, ſed abſolutè prohibet, ne fiat. Sic omnes. Vgolin. *eod.verb. Aut retinentes à n.4.* Sanchez *libro 2. ſum.c.n.53.* Suarez *de fide,diſp.20.ſect.2.n.21.* Fagund. *lib.1.in Decal.c.14.n.31.* Trullench *eod.lib.1.c.3.d.9. n.25.* Bonac. *diſp.2.de Cenſur q.5.puncto 4.n.5.* Duard. *lib.2.in can.1.q.c.51.n.17.* Graff. *1.p.dec.lib.4.c.18.*&alij. Qui addunt, eandem quoque Cenſuram incurrere Aromatarios, & Lanios retinentes huiuſmodi hæreticos libros, quibus aromata, carnéſue vendenda, obuoluant: quia verè retinent, & in cauſa ſunt, vt librorum folia in plures diſtribuantur.

QVÆSTIO LXV.

An deinde, incurrat dictam excommunicationem vir doctus librum hæreticum apud ſe retinens, animo errores hæreticorum confutandi?

RESpondeo tanquam certum: Incurrere. Quia lex prohibet factum, quacunque intentione facientis fiat. Nam bona intentio non ſufficit honeſtare actum prohibitum. Sic Sanchez, Suarez, Trullench *loc.cit.* & alij communiter iuxta *dicta ſup.q.51.* & tenet Hurtado de Mendoza ibidem citatus, cum limitatione ibidem relata, quam admittere in caſu tali, Suarez *diſp.20. de fide,ſect.2.n.27.* Azor, Becanus, & Sanchez affirmat ipſe, & mihi eſt ſatis probabilis. Legatur Palao *tomo 1.tr.4.diſp.2.punct.10.§.2.n.8.& 9.*

QVÆSTIO LXVI.

An quoque, dictam Cenſuram incurrat, qui partem libri hæretici retinet, ſi ea ſaltem pars hæreſim non contineat?

NEgant incurrere, caſu, quo dicta pars libri, hæreſim non contineat: (bene tamen aliàs) Vgol. *2.p.caſib.reſeruat. Papæ. verb. Ac retinentes, numero 3. verſ.6.* & Puteolus apud Dianam *p.10.tract.12. reſol.47.in fine.*

Sed, vt certum reſpondeo: Incurrere; etiam caſu, quo talis libri pars, quam apud ſe retinet, hæreſim non contineat. Ratio eſt. Quia eo ipſo, quod aliqua pars libri hæreſim contineat, totus liber eſt prohibitus. Deinde qui legit partem talis libri, in qua non eſt hæreſis, imò in qua hæreſis eſt delata (non publicè (hanc Cenſuram incurrit (*vt ſup. q.* 40. eſt habitum) ergo idem eſt dicendum de retinente: cum eodem tenore legens, & retinens excommunicentur. Sic Sanchez *lib.* 2. *ſummæ, cap.* 10. *num.* 54. Suarez *de fide, diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 22. Fagund. *lib.* 1. *in Decal. c.* 14. *n.* 32. Bonac. *n.* 5. *cit. verſ. Addo.* Trullench *lib.* 1. *in Dec. log. cap.* 3. *dub.* 9. *numero* 25.

Qvæstio LXVII.

An tandem, eandem excommunicationem incurrat, qui vnum dumtaxat folium libri heretici apud ſe retinet?

Affirmant Vgolinus *loc cit.* & Bonac. per hæc verba: Addo cum Vgolino & Filliucio, hanc excommunicationem extendi ad eos, qui partem tantùm, vel vnum folium dictorum librorum retinent. Sicut enim legens vnum folium incurrit excommunicationem: ita eam incurrit retinens. Ita ille.

Huic ſententiæ adhæret, ex parte, Ægid. Trullench *lib.* 1. *in Decal. c.* 3. *dub.* 9. §. 5. *n.* 15. vbi ait, illam habere verum, in caſu, quo illud folium, quod quis apud ſe retinet, hæreſim contineret; quia tunc imminet periculum legendi & imbibendi hæreſim: non verò caſu, quo tale folium non contineret hæreſim; nam tunc, inquit, non vnum ſed tria, aut quatuor folia retinere, eſt neceſſarium, vt excommunicationem Cœnæ retinens incurrat. Ita hic Auctor.

Sed abſolutè, & ſine limitatione reſpondeo: Nullo modo incurrere in dictam excommunicationem, qui vnicum folium libri prohibiti continet, ſiue hæreſim contineat, ſiue non. Quia hæc, morali æſtimatione, parua materia in noſtro caſu, cenſenda eſt. Nam quamuis hæc materia ſit ſufficiens materia, ad hanc Cenſuram incurrendam reſpectu lectionis libri prohibiti, iuxta dicta *q.* 61. at reſpectu retentionis vnum folium, parua materia eſt; quia cum minus periculum ſit retinere, quàm legere, minus etiam delictum erit retinere vnum folium, quam legere. Sic Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 10. *n.* 54. Fagund. *n.* 32. *cit. in fine*, quos citat, & videtur ſequi Rocafull *loc. cit. dub.* 6. *in fine.*

Qvæstio LXVIII.

An in retentione librorum hæreticorum detur paruitas materiæ?

Negatiuam ſententiam tenere Suarez *de fide diſput.* 20. *ſect.* 2. *n.* 22. & Hurtadum de Mendoza *tomo* 1. *de fide diſp.* 76. *ſubſect.* 3. §. 311. (non *ſectione* 1. §. 12.) ait Diana *parte* 5. *tractatu* 5. *reſol.* 48. necnon & Auſonius in eius ſumma, *verb. Hereticorum libri. numero* 39. Sed falluntur profectò. Nam prædicti Doctores oppoſitum expreſsè docent *locis citatis.* Solùmque dicunt, peccare mortaliter, illum, qui adhuc per vnicum inſtans temporis, haberet voluntatem retinendi librum hæreticum longò tempore: quod quidem eſt veriſſimum: non tamen dicunt, quod tunc ſimul incurreret excommunicationem Cœnæ, caſu, quo cum illa voluntate retinendi librum longo tempore, non adeſſet ſimul exterior retentio magna dicti hæretici libri, cum non incurratur Cenſura ex voluntate retinendi, ſed ex voluntate executioni mandata. Vnde

Tanquam certum reſpondeo: Quod verè detur paruitas materiæ in retentionè librorum hæreticorum. Sic omnes communiter. Suarez & Mendoza *loc. cit.* Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 10. *n.* 55. vbi ſic ait: Excuſat quoque ab hac Cenſura paruitas temporis, quo liber retinetur, expectando tempus breue, quo ad Inquiſitores deferri poſſit commodè. Ita Vgolinus *eodem verb. Ac retinentes.* §. 1. *num. vnico, verſ.* 2. Sayro *d. capite* 5. *n.* 16. Graſſis *d. capite* 18. *numero* 47. At in hoc caſu non eſt neceſſe ad temporis paruitatem confugere. Si enim commoditas deferendi ad Inquiſitores deeſſet, & illa abſque fraude & negligentia, diù expectaretur, non eſſet locus huic Cenſuræ. Quia non dicitur verè retinere contra Eccleſiæ interdictum, qui opportunum tradendi tempus expectat. Sicut nec dicitur rem alienam, inuito domino poſſidere, eam reſtituendi commodè occaſionem expectans. Et ideo exiſtimo etiam data commoda præſentandi occaſione, excuſare ab hac Cenſura breuitatem temporis retentionis per vnam, vel alteram diem. Sic Sanchez. *loc. cit. &* 1. *p. tractatu* 11. *reſolutione* 30. & penes illum Duardus, Reginald. Palaus, & Gordonus. Alterius *libro* 5. *diſputatione* 2. *capite* 7. Bonacina, & alii ſtatim citandi.

Qvæstio LXIX.

Quænam cenſenda ſit parua temporis retentio, quæ à dicta Cenſura incurrenda excuſet?

Reſpondeo: Eſſe retentionem vnius, vel alterius diei. Vnde ſi quis, etiam poſt datam occaſionem præſentandi dictos libros hæreticos inquiſitoribus, per duos dies non traderet eos, ſed penes ſe retineret, non incurreret dictam Bullæ excommunicationem. Quia ad tantam pœnam contrahendam, dicta detentio, modica, & breuis eſt cenſenda. Sic Sanchez, vt vidimus, *num.* 55. & penes illum Sayrus *loc. cit.* Diana *parte* 1. *&* 5. *locis citatis.* & apud illum Duardus *in explicat. Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 1. *q.* 51. *n.* 3. Reginald. *tomo* 1. *lib.* 9 *cap.* 14. *n.* 156. & Caſtro Palao *tomo* 1. *tract.* 4. *diſput.* 2. *puncto* 10. §. 2. *num.* 11. Quibus addi poſſunt Fagundez *libro* 1. *in Decal. cap.* 14. *n.* 33. Bonac. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *puncto* 4. *num.* 5. Trullench *libro* 1. *in Decal. capite* 3 *dub.* 9. *n.* 25. Ioſeph Rocafull *in praxi totius moralis Theol. parte* 3. *lib.* 3. *c.* 8. §. *De retinent. lib. heret. dubit.* 3.

Qvæstio LXX

An habens librum hæreticum, & illum propria authoritate comburit; quin tradat Inquiſitoribus, incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ?

Affirmat Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 10. apud Trullench, *vbi infra.*

Sed tanquam ferè certum reſpondeo, Non incurrere hanc excommunicationem. Quia qui librum hæreticum comburit, verè non eſt retinens, qui ſolus excommunicatur in dicta Bulla Cœnæ. (An verò incurrat aliam excommunicationem non reſeruatam ſtatim dicemus.) Sic Sanchez *cap.* 10. *cit. n.* 56. Suarez *de fide diſput.* 20. *ſect.* 2. *numero* 23. ita loquens. Reſpondeo, ex vi huius clauſulæ, ſeu legis Bullæ Cœnæ, ſatis eſſe librum ſtatim comburere, quia hæc lex ſolum prohibet retinere, & non diſponit modum abiiciendi librum, & ideo per illam actionem ſufficienter impletur. Oportebit autem librum destruere, quia ſi alteri tradatur, vel alio modo integer conſeruetur, planè fit contra intentionem legis. Sic Suar. Portel. *in addit. ad dub. reg. verb. libri prohibiti n.* 13. Fagundez

Digitized by Google

Fagundez *num.*33.*cit.* Trullench *loc. cit.n.*26. Diana 1.*p.tract.*11.*reſol.*57.*& parte* 4.*tract.*8.*reſol.*99. & Auſonius *in ſumma Dianæ, verb. Hæreticorum libri, n.*40. Farinac.*de hæreſi q.*180.*n.*4. Palao *tomo* 1.*tract.*4.*diſp.*2. *puncto* 10.§.2.*n.* 22. & Sanchez *lib.*1.*ſum. cap.*10. *numero* 56. Duardus, Souſa, Bonacina, Scortia, & Pueronus apud Dianam *p.*10.*tract.*12.*reſol.*48.

QVÆSTIO LXXI.

An ſaltem incurrat excommunicationem latã à Iulio III. qui habens librum hæreticum, illũ comburit, aut alio modo, propria authoritate, deſtruit, & non tradit Dominis Inquiſitoribus?

NEgant adhuc aliqui Doctores, quatenus, ſub disiunctione ſolùm, aiunt, teneri, videlicet, eum qui librum hæreticum habet, vel comburere, vel Inquiſitoribus tradere: ergo iuxta horum Authorum ſententiam, ad effugiendam Cenſuram, ſufficiet vnam harum actionem exequi. Ita Repertorium Inquiſitorum *verbo, Liber.* Zanchinus *de hæret. cap.*7. *num.*7. & Filliuc. *tomo* 1. *tract.*16.*cap.*2.*q.*8.*n.*45. vbi ſic ait: Ij, qui retinent libros prædictos, etiamſi non intelligant, & illiterati ſint, nec habeant intentionem accommodandi aliis, vt legant; tenentur ad eos comburendos, vel deferendos Inquiſitoribus, vel tradendos iis, qui habent facultatem illos legendi, vel retinendi. Sic Filliuc. ibi, quod iterum repetit, *tomo* 2. *tract.*22. *cap.*7.*n.*208. Horum ſententiam eſſe probabilem clarè inſinuant Alterius, Riccius, Ricciuullus, Campegius, Peña, Trullench, & alij plures, qui contrariam ſententiam tenentes, tantum, illam veriorem, probabilioremve, aut tutiorem vocant. Et ita illam nouiſſimè tenet Dominicus Pueronus *in Bull. Cœnæ c.*1.*n.*108.

Sed probabilius longè reſpondeo: Excommunicationem latam à Iulio III. & à Pio IV. incurrere, caſu, quo lata ab iis Pontificibus excommunicatio ſit. Quia longè probabilius eſt, teneri ſub præcepto graui, tales libros hæreticos deferre ad Inquiſitores, nec poſſe quem, propria authoritate, illos comburere, aut alio modo deſtruere. Quia Iulius III. in proprio motu de hac re, qui incipit: *Cum meditatio*; id apertè his verbis præcipit: *Qui verò tales libros habuerint, eos conſignare debeant realiter, & cum effectu Inquiſitoribus Ciuitatum, in quibus eiuſmodi libri extiterint: Alioquin tanquam hæretici poſſint publicari.* Sic Iulius Pontifex. Cuius præceptum confirmauit poſtea Pius IV. in alia Bulla anni 1564. quæ incipit: *Locum pro munere:* ergo tale præceptum obſeruandum eſt.

An verò qui huiuſmodi præceptum infringit, incurrat excommunicationem; Reſpondeo abſolutè; incurrere, ſi lata ab iis Pontificibus ſit: vt patet ex dictis. Dico autem, *ſi lata ſit:* Quia, vt notat Fagundez. mox citandus, in verbis relatis Iulij III. nulla fertur Cenſura. Forſitan in Bulla Pij IV. eſt appoſita; quamuis Suarez citans eam Bullam, nihil de Cenſura dicat, ſed ſolùm dicit id eſſe præceptum, & ideo obſeruandum. Sic ipſe Suarez *de fide diſp.*20.*ſect.*2.*n.*23. & penes ipſum Peña *in addit. ad Directorium* 2.*p. Scholaſt.*1.*verſ. Præterea, quamuis.* Azor *tomo* 1.*lib.*8.*c.*16. *quæſt.*11. & Sanchez *lib.*2.*ſum.cap.*10.*n.*56. Sic etiam Barboſa *de Offic. Epiſcopi, parte* 3. *alleg.*90. *numero* 5. Farinac. *de hæreſi, quæſt.*180. *num* 40. Ricciul. *l.*5. *de Iure perſonar.cap.*24. Fagundez *lib.*1.*in Decal.cap.*14. *num.*33. Riccius *parte* 4.*deciſ.*255.*n.*4.*& dec.*260.*n.*7. Alterius *tomo* 1.*libro* 5. *diſputatione* 2.*cap.*7. Souſa *in Bulla Cœnæ, cap.*2.*diſput.*15.*concl.*3.*n.*4. Duard. *ibid. libro* 2.*can.*1.*quæſtione* 52. *numero* 1. Delrius, Homobonus, & Cherubinus, quos citat & ſequitur Diana 1.*p. tract.*11.*reſ.*57.*& p.*10. *tract.*12. *reſ.*48. Bonac. *diſp.*1. *de Cenſuris, quæſtione* 5.*puncto* 4.*numero* 20. Trullench *libro* 1.*in Decal. capite* 3.*dubitatione* 9.*numero* 26. Rocaffull. *in praxi Theol. moral. parte* 3.*libro* 3. *capite* 8.§. *De retinentibus, &c. dubitatione* 2. Palao *numero* 22. *citato.* Vbi abſque dubitatione affirmat, incurrere excommunicationem latam à Iulio III. & Pio IV. Legatur.

QVÆSTIO LXXII.

An adminus, licitum ſit habenti libros hæreticos, eos propria aut authoritate cõburere, caſu, quo ſine graui ſuo detrimento, aut periculo, nequeat illos Inquiſitoribus tradere?

NEgat Rocaffull. *loc. cit.* his verbis: Quod verò dicunt Mari. Alterius, & Azor, hoc intelligendum, quando quis id facere poteſt, abſque magno periculo & detrimento; non video quomodo verum habeat, nec quomodo poſſit eſſe illud periculum. Hæc ille. Et ante illum, Hieron. Rodriguez *in Compend. qq. regul. reſolut.* 92. *numero* 1. Quem refert, & non reprobat Diana *parte* 4 *tractatu* 8.*reſol.*99.

Sed reſpondeo licitum eſſe illi, tales libros comburere, caſu dato, quo, ſine graui damno, aut periculo, nequeat Inquiſitoribus dictos hæreticos libros tradere. Cum enim Domini Inquiſitores, quando liber hæreticus illis defertur, interrogent deferentem, vnde illum habuerit, an illo vſus fuerit, &c. hinc eſt, quod aliquando poſſit contingere, graue aliquod damnum deferenti euenire. Vnde dato caſu, ſic ſentiunt communiter Doctores, & meritò, cum lex humana non obliget cum detrimento tanto. Sic Alterius, Azor, Sanchez, Fagundez, & Trullench *locis citatis.* Lege Pueronum *in Bulla Cœnæ, capite* 1. *numero* 108. & Dianam *parte* 10. *tractatu* 12. *reſolutione* 48.

QVÆSTIO LXXIII.

An Domini Inquiſitores ab hac Cenſura excuſentur, legendo libros hæreticos?

NEgatiuam ſententiam tenere Antonium Ricciullum *in tractatu de iure perſon. lib.*5. *capite* 15. *numero* 4. Barboſam *de poteſtate Epiſcop. parte* 2. *allegatione* 90. *numero* 8. Suarium, *de fide, diſputatione* 20. *ſectione* 2.*numero* 28. & Sanchez *libro* 2. *ſum. cap.*10. *numero* 46. ait Diana *parte* 4.*tractatu* 8. *reſolutione* 46. Sed certè prædicti Doctores id abſolutè non negant, ſed ſolùm dicunt, quod ex vi Bullarum Iulij III. vel Pij IV. non poſſimus affirmare quod Inquiſitores habeant facultatem legendi libros hæreticos; an verò aliunde habeant, illorum notitiæ ſit remittendum, quia nobis non conſtat.

Affirmatiuam ergo ſententiam defendunt alij, qui exiſtimant, prohibitionem de legendis hæreticorum libris, non comprehendere Inquiſitores, aut eorum Commiſſarios, ſaltem auctoritate Apoſtolica creatos; quia ita, inquiunt, cauit Iulius III. in præcitata Bulla: *Cum meditatio*, his verbis: *Nos præmiſſis occurrere, & Chriſti fidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, motu proprio, &c. omnes & ſingulas licentias legendi, & tenendi libros Lutheranorum, aut alios hæreticos, ſeu de fide ſuſpectos, quibuſuis perſonis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, etiamſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu ſæculari, præeminentia præfulgeant: Inquiſitoribus, ſeu Commiſſariis, ſuper hæretica prauitate, ab Apoſtolica Sede, pro tempore deputatis, durante ipſa deputatione, dumtaxat exceptis, &c.*

Digitized by Google

tenore præſertim reuocamus, *&c.* Hæc Pontifex. Propter quod, ita ſentiunt Azor. *tomo* 1. *lib.* 8. *c.* 16. *q.* 13. Graffis 1. *p. deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 45. Peña *in Director. Inquiſit. parte* 2. *Schol. mihi* 1. Dianæ 3. Farinacius *de hæreſi*, *q.* 180. *num.* 43. Bonac. *tomo* 3. *in explicat. Bull. Cœn. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 4. *num.* 10. Zanard. Duard. Torreblanca, Naldus, & Souſa, quos refert Diana *loc. cit.* Quibus addo Ioſephum Rocafull. *in praxi Theol. moral. parte* 3. *lib.* 3. *cap.* 8. §. *De legentibus. dub.* 9. Quia (inquit) aliter non poſſunt exercere ſuum officium.

Sed licèt hæc ſententia olim probabilior mihi eſſet, nunc autem, poſt decretum Pauli V. & Vrbani VIII. latum *die* 17. *Auguſti, anno* 1627. vbi reuocantur omnes licentiæ legendi libros Hæreticorum, vel de hæreſi ſuſpectos, aut aliàs reprobatos, & damnatos in Regnis Hiſpaniarum conceſſæ ab Inquiſitore generali, ab Epiſcopis, imò ab ipſo Pontifice, (exceptis Inquiſitori generali conceſſis) quibuſcunque perſonis, quauis conditione & dignitate, fulgentibus & qualificatis, omnino dicendum eſt cum prima ſententia, non excuſari à prædicta excommunicationis Cenſura Inquiſitores, legendo libros hæreticos, niſi Inquiſitor dumtaxat Generalis: quia hunc ſolum excipiunt dicta Pauli & Vrbani decreta, quæ ſunt oppoſita in indice librorum prohibitorum edito Hiſpali *anno* 1632. Sic tandem propter decretum huiuſmodi, tenent Diana *reſol.* 46. *cit. in fine*, & Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 23. *&* 33. Palao *loc. cit.* §. 3. *numero* 5.

QVÆSTIO LXXIV.

An Cardinales poſſint libros hæreticorum legere, abſque incurſione Cenſuræ Bullæ?

Affirmatiua pars ſuaderi poteſt. Quia probabile eſt, quod Cardinales non comprehendantur in excommunicatione generaliter lata, ſeu promulgata, aut inquauis alia diſpoſitione Pontificia imponente Cenſuras, aut pœnas, niſi illos in ea exprimat: at ſic eſt quod in Cenſura lata in primo Canone Bullæ Cœnæ contra legentes libros hæreticos, non fit expreſſa mentio Cardinalium: ergo non comprehenduntur ſub tali Cenſura. Maiorem, in qua eſt difficultas, docent Ioan. Andr. Monacus, Geminianus, Barbatius, Iaſon, Mandoſius, Rebuff. Romanus, Oldradus, & alij plures apud Dianam *parte* 5. *tr.* 2. *reſol.* 16.

Sed probabilius longè reſpondeo: Nam poſſe Cardinales libros hæreticorum legere abſque incurſione Cenſuræ Bullæ. *Primò.* Quia generaliter loquitur Bulla Cœnæ: ergo omnes perſonas etiam Cardinalitia dignitate fulgentes, comprehendit. Patet conſequentia. Quia probabilius longè eſt, quod Cardinales comprehendantur in Canone 1. Cœnæ, & in alia quacunque generali conſtitutione Pontificia imponente Cenſuras & pœnas, licèt in illa Cardinales non explicentur, vt docent Vgolinus *de Cenſuris, tab.* 1. *cap.* 17. §. 6. *num.* 10. Bonac. *de legibus*, *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 6. *num.* 34. Filliuc. *tomo* 3. *tract.* 44. *cap.* 3. *n.* 79. & alij quos citat, ac ſequitur Diana *loc. cit.* ergo probabilius longè eſt, quod non poſſint libros Hæreticorum legere abſque incurſione Cenſuræ Bullæ Cœnæ. *Secundò.* Quia ſi quæ ad hoc habebant priuilegia Iulius III. *conſtitut. ſup. cit.* Paulus IV. & Pius IV. ea reuocarunt, in ſuis conſtitutionibus, quas refert. Peña in fine Directorij Inquiſitorum: ergo ſi aliàs de nouo alia priuilegia non obtinuerunt, primis non poterunt vti. Et ideo ſentiunt Merolla *tomo* 1. *diſp.* 1. *cap.* 2. *coroll.* 7. *diff.* 11. *num.* 147. Diana *reſol.* 16. *cit.* & Auſonius *in eius ſum. verb. Hæreticor. libri.* Trull. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 23. Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 10. *num.* 45. Azor *tomo* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *q.* 11. Fagundez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 14. *num.* 22. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſectione* 2. *numero* 26.

QVÆSTIO LXXV.

An etiam Epiſcopi & Archiepiſcopi incurrant Bullæ excommunicationem, legendo hæreticos libros?

Reſpondeo incurrere. Quia priuilegia, quæ antea ad id habebant, iam reuocata fuere per conſtitutiones Pontificias citatas, & nouiſſimè per decretum Vrbani, de quo ſupra. Si quæ tamen poſtea priuilegia obtinuerint, eis ſtandum erit, donec denuò reuocentur. Sic tenent Sanchez, Azor, Suarez, Fagundez, Trullench; & alij *ſup. cit.* Diana *parte* 4. *tract.* 8. *reſol.* 46. & omnes. Qui benè inferunt, & à fortiori, minus poſſe prædictos Prælatos facultatem retinendi; aut legendi libros hæreticorum concedere: & quidem hodie hanc poteſtatem ſolam ſacram Congregationem S. Officij concedere poſſe, notat Diana, & ex illo Auſonius *loc. cit.* Quod ſi eſt verum, (vt credo) erit, quia priuilegium ad id obtinuerint: nam Bulla Cœnæ, ſolam licentiam Romani Pontificis excipit. Vnde neque Inquiſitores poſſunt dictam licentiam legendi libros hæreticorum concedere ob eandem rationem, vt docent Azor *cap.* 16. *cit. q.* 12. Peña *in* 2. *p. Directorij lib.* 2. *Schol.* 1. Fagundez *lib.* 1. *in decal. cap.* 14. *num.* 45. Graffis 1. *p. deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 46. Sanchez *cap.* 10. *cit. num.* 43. Diana *parte* 4. *tract.* 8. *reſol.* 99. & alij. Quod intelligendum eſt, niſi de nouo ad id priuilegium habeant.

QVÆSTIO LXXVI.

An Generales Regularium poſſint legere, & purgare libros Hæreticorum, & alios prohibitos; necnon, & præbere ſuis ſubditis licentiam legendi eos, vel purgandi, non obſtante decreto Vrbani VIII. anno 1631. *edito?*

Affirmat Peyrinus *tomo* 2. *de priuil. Minimor. conſtit.* 9. *Pauli V. num.* 10. Quia Pontifices ſupra dicti, vt patet ex lectura Bullarum, loquuntur tantum de licentiis particularibus conceſſis ad legendos libros hæreticorum, vel alias quocunque modo prohibitos, non autem de priuilegiis Regularibus conceſſis, neque his derogant. Ita ille. Addens, quod in omni caſu, libri ſuſpenſi donec corrigantur, nec prohibeantur legi ab his, qui aliàs habent per priuilegia facultatem. Hanc ſententiam ſpeculatiuè eſſe probabilem putat Lezana *vbi infra.*

Sed abſolutè reſpondeo dicendum, quod nullo modo iam poſſint. Quia licet olim potuerint ex priuilegio conceſſo à Gregorio XIII. Generali Societatis Ieſu, modo verò, minimè, eo quod illud priuilegium, & alia ſimilia, per priuilegia ampliſſima S. Inquiſitioni Hiſpaniæ conceſſa, reuocata ſunt, vt pro nunc omittam, quod alij communiter affirmant, etiam nouiſſimè eſſe reuocata per decretum Vrbani VIII. Vnde hanc ſententiam tanquam ſecuriorem, & in praxi conſulendam, defendit, & tenet Lezana *in Compend. q. Regul. capite* 18. *n.* 96. (46. apud Auſonium) Emman. Rodrig. *tomo* 2. *q.* 82. *art.* 3. Hieron. Rodrig. *in Compend. quæſt. regul. reſol.* 92. *n.* 1. & Portel. *in dub. regul. verb. librorum prohibitio. n.* 3. Quos omnes citat & ſequitur Diana *parte* 4. *tract.* 8. *reſol.* 99. *&* *parte* 5. *tract.* 13. *reſol.* 49. Sed ex his authoribus Rodriguez, ſenior, ſatis ſub dubio docet hanc ſententiam. Ait namque *loc. cit.* ita: Prima autem conceſſio Greg. XIII.

Digitized by Google

ſoli Generali reſeruatur. In his autem partibus Hiſpaniarum dubito, an conceſſiones hæ modò valeant, cum ſanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunal habeat talia priuilegia, quibus fortè omnia iſta ſunt abrogata. Et in Bullis Cœnæ, quæ modò publicantur, videtur quod omnes facultates ſuſpendantur. Hæc Rodrig.

QVÆSTIO LXXVII.

An Inquiſitores poſsint concedere licentiam legendi libros à ſe prohibitos?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia ipſi ſunt, qui immediatè prohibent lectionem huiuſmodi: ergo ab ipſis talis prohibitio auferri. Sic Auſonius *in ſum. Dianæ. verb. hæreticorum libri.* Suarez, Portel. Nauarr. Rodriguez, & alij mox citandi. & omnes.

QVÆSTIO LXXVIII.

An qui ab Inquiſitoribus Regni, verbi gratia, Luſitaniæ, habet licentiam legendi libros ſpecialiter ibidem ab ipſis prohibitos; poſſit eoſdem legere in alio Regno, verbi gratia, Caſtellæ, caſu, quo ibi etiam ſint prohibiti ab Inquiſitoribus?

AFfirmant apud Dianam, *vt infrà*, Nauarr. *tom. 2. conſil. tit. de priuileg. conſ. 6.* Manuel Rodrig. *tom. 3. ſum. cap. 250. num. 4.* & Hieron. Rodrig. *in Compend. qq. Regul. reſol. 92. n. 2.* eo quod talis facultas, nil aliud contineat, quàm gratiam, gratia autem quæ perſonæ confertur, perſonam ſequitur, & cum perſona extinguitur: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe. *Primò.* Quia nec Iudex poteſt iubere aliquid extra ſuum territorium. *l. vlt. ff. de iuris. omn. iudic.* nec ſublato vno impedimento, cenſetur alterum ſeparatum ſublatum. *l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrb. præd. cap. ex tuarum. de auctorit. & vſu pal. Secundò.* Quia omnes præter Papam habent iuriſdictionem limitatam ad certa loca: ergo non poſſunt facere, vt quod eſt prohibitum, quoad omnia loca, liceat extra illa, in quibus illi habent iuriſdictionem. Sic tenet Additionator Nauarri, *conſil. cit.* dicens, hanc ſententiam eſſe nondum tutiorem, ſed fortè magis probabilem. Nec oppoſitum ſenſiſſe Nauarrum, cum in citato concilio defuerit ſententia illius. Vnde non omnino benè citatur pro parte contraria. Sic etiam ſentiunt Suarez *de legibus, lib. 8. cap. 26. n. 8.* Portel *in dub. regul. verbo, libri prohibiti. n. 4.* Diana *p. 4. tr. 8. reſol.* 100. & Auſonius in ſumma Dianæ, *verb. Hæreticorum libri. n. 44.*

QVÆSTIO LXXIX.

An ſaltem in caſu neceſſitatis poſſint Epiſcopi, & Archiepiſcopi legere libros hæreticorum, & dare facultatem alijs eos legendi?

REſpondeo quod licèt verum ſit, quod extra caſum neceſſitatis id nequeant, vt habitum eſt ſupra *q. 75.* & docent Nauarr. *lib. 1. conſil. tit. de conſtit. conſil. 1. queſt. 36.* Azor. *lib. 8. cap. 16. q. 7.* & ex illis Sanch. *lib. 2. ſum. cap. 10. n. 15.* Attamen in caſu neceſſitatis non expectantis licentiam Pontificis, eo quod eſſet periculum in mora, licitè poſſint. Ratio eſt. Quia in his caſibus communis eſt ſententia, poſſe Epiſcopum circa caſus Pontificios. Sic Sanchez *loc. cit.* & Fagund. *lib. 1. in Decal. cap. 14. n. 44.*

QVÆSTIO LXXX.

An Collegium Cardinalium, Sede vacante, poſſit dare licentiam legendi libros hæreticos?

AFfirmat Vgolinus, *de caſib. reſeru. Papæ, 2. p. verb. Ac eorundem libros. §. 1. n. 1. verſ. 2.* Quia ſuccedit in omnem Pontificis iuriſdictionem, ſicut ſuccedit Capitulum Epiſcopi, Sede vacante.

Sed abſolutè reſpondeo dicendum: Non poſſe, niſi ſeruatis circunſtantiis, quibus dicto Collegio conceditur, vt aliquid poſſit in caſibus Pontifici reſeruatis, *in cap. Vbi periculum. de electione in 6.* vbi definitur, vt nullatenus ſe in aliam cauſam intromittat, quàm electionis Pontificis, niſi tam grande, & tam euidens periculum immineret, vt omnibus, & ſingulis Cardinalibus videretur celeriter occurrendum. Vnde ad dandam hanc licentiam exigitur prædictum periculum euidens, quod raro dabitur; & etiam, omnes Cardinales eſſe conformes, & non ſufficere maiorem partem illorum, vt dicitur *in d. c. vbi periculum ibi omnibus, & ſingulis:* quamuis aliàs factum à maiori parte capituli, dicatur à toto capitulo factum. Sic Sanchez *lib. 2. ſum. c. 10. n. 44.* Fagundez *lib. 1. in Decal. cap. 14. n. 47.* Suarez *de Fide diſp. 20. ſect. 2. n. 28. in fine.* Palao *tomo 1. tractatu 4. diſputat. 2. puncto 10. §. 3. numero 6.* & alij.

QVÆSTIO LXXXI.

An imprimentes libros hæreticorum excommunicentur in primo Canone Bullæ Cœnæ?

REſpondeo quod non ſunt excommunicati prædicti, per primum Canonem Bullæ: ſed etiam per Concil. Trident. *ſeſſ. 4. de edit. ſacr. librorum.* & per Concil. Lateranenſe ſub Iulio II. *ſeſſ. 10.* vt legentibus conſtat, & docent omnes. Legantur Alterius *libro. 5. diſp. 2. cap. 8.* Rocafull, in ſua praxi *part. 3. lib. 3. cap. 8. §. de imprimentibus. in principio.* Sanchez *libro 2. ſum. cap. 10. n. 57.* Suarez *de Fide, diſp. 20. ſect. 2.* Palao *puncto 10. cit. §. 2. n. 23.* & alij.

QVÆSTIO LXXXII.

An nomine imprimentium libros hæreticorum, comprehendantur in hoc Canone, omnes, qui ad impreſſionem eorum proximè cooperantur?

REſpondeo comprehendi. Sunt autem ſequentes: Officinæ impreſſoriæ, dominus, cuius auctoritate libri typis mandantur. Qui typos ordinant, & componunt. Qui ſic compoſitos intingunt atramento. Qui torcularia premunt. Qui chartas madefaciunt, aut madefactas torculari ſupponunt. Hi namque omnes imprimere dicuntur; & ideo omnes Cenſura Bullæ Cœnæ innodantur. Sic Graffis *1. p. deciſ. lib. 4. cap. 18. n. 50.* Sayrus *tomo 1. Theſauri libro 3. cap. 5. n. 17.* & Vgolin *de Cenſur. Papæ reſeru. parte 2. cap. 1. verbo Imprimentes. initio, n. 1. & 2. & §. 1. n. 1.* Quos citat & ſequitur Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 10. n. 57.* Quibus addi poſſunt Suarez *de fide, diſputatione 20. ſectione 2. numero 24.* Sanctarell. *de hæreſi, capite 13. dub. vnico numero 18.* Fagundez *libro 1. in Decalog. capite 14. numero 35.* Rocafull. *loc. cit.* Trullench. *libro 1. in Decalog. capite 3. dub. 9. numero 27.* Layman *tomo 1. libro 2. tractatu 1. capite 15. numero 7. verſiculo. Quod attinet.* & Filliucius *tractatu 16. capite 2. quæſtione 9. numero 46.* Palao *loco. cit.* & omnes.

Digitized by Google

Qvæstio LXXXIII.

An hanc Bullæ excommunicationem incurrant, Correctores exemplaris impreſſi?

AFfirmant Graſſis, Sayrus, & Filliuc. & Palao, *locis citatis.*

Sed probabilius reſpondeo: Non incurrere. Quia tales non ſunt proprie Impreſſores, ſed eius rei quæ impreſſa eſt, inſpectores. Si tamen, dum corrigunt, notabilem libri partem, ſeu materiam, legant, verè incurrent excommunicationem impoſitam legentibus, & id, toties, quoties legerint. Sic Vgolinus *loc.cit.§.1. ad finem.* Sanchez *n.57.cit.* Suarez *num.24. cit.* Fagundez *c.14.cit. num.36.* Trullench *num.27.cit.* Rocaffull. *in praxi, libro 5.cit. capite 8. verſ. De imprimentibus, dubitatione 4.*

Qvæstio LXXXIV.

An Bullæ excommunicationem incurrant, illi, qui expenſas impreſſionis faciunt?

AFfirmant Sayrus *tomo 1. Theſauri lib.3.c.5.n.17.* & Filliucius *tractatu 16. capite 2.quæſtione 9.numero 46.*

Sed probabilius reſpondeo: Nec incurrere, ſi nil aliud, quàm ſumptus præſtent. Quia hi propriè non dicuntur imprimere: cum illorum concurſus ad id ſit valdè remotus, & ideo inſufficiens, vt illi imprimere librum dicantur. Sic Sanchez, Suarez, Fagundez, Palao, Trullench, & Rocaffull. *locis citatis.*

Qvæstio LXXXV.

An ſaltem dictam excommunicationem incurrat, author libri, qui librum hæreticum imprimendum tradit?

NEgat adhuc Fagundez *lib.1.in Decal.cap.14.numero 37.* his verbis: Mihi tamen non videtur in illa (*nempe, excommunicatione Bullæ*) comprehendi: quia re vera author libri non eſt impreſſor illius, nec ſimiliter tradens illum Typographis ad impreſſionem impreſſor eſt: In hac autem clauſula, ſolùm imprimentes, ſeu impreſſores comprehenduntur. Et quamuis communi vſu, auctores librorum, imprimentes, ſeu imprimere dicantur, ea eſt, ad hoc negotium, valdè impropria locutio, nam intentio Summi Pontificis eſt, ſolùm officiales, ſeu impreſſores Cenſura percellere: auctores enim hæretici cum ſint, aliunde alia, & aliis pœnis, iam percuſſi manebant. Hæc Fagundez.

Sed probabilius multò reſpondeo, incurrere. Sic Suarez *de fide diſp.20.ſect.2.n.24.* ita ſcribens: Dubitari ergo poteſt, An Author comprehendatur; quia non videtur per ſe, ſed per alios imprimere, & lex non facit extenſionem. Nihilominus dico, ſine dubio, comprehendi, vt docent multi ex Doctoribus citatis, nullo contradicente. Tum, quia verba legis intelligenda ſunt prout communiter accipiuntur. Tum etiam, quia ſemper Author habet aliquem immediatum concurſum in illa actione, imò eſt quaſi primus motor eius. Tum denique, quia in edictis, quæ ab Inquiſitoribus, etiam vniuerſalis Eccleſiæ, paſſim emanant, non ſolùm imprimentes, ſed etiam imprimi facientes, ſiue curantes, nominatim exprimuntur. Hæc Suarez. Et ego, qui hanc noſtram ſententiam confirmo à ſimili ex dictis *ſupra q.58.* Nam ille, qui mandat alicui, vt legat librum hæreticum, verè incurrit Cenſuram impoſitam legentibus libros hæreticorum: ergo etiam incurret, qui mandat alicui tales libros imprimere. Sic præter Suarium, ſentiunt Sanchez *c.10.cit.n.57.* Trullench *dub.9. cit. num.27.* Rocaffull. *loc.cit.dub.1.* & Vgolinus *verb. Imprimentes, in fine principij, & §.1.n.1.verſ. Poſtremo.* Palao *tomo 1. tract.4.diſp.2.puncto 10.§.2.n.13.* & alij.

Qvæstio LXXXVI.

An etiam incurrant excommunicationem hanc latam contra imprimentes, qui prædictis vendunt literas æneas, papyrum, atramentum, & alia ad impreſſionem neceſſaria?

REſpondeo: Non incurrere. Quia non imprimere dicuntur: nec ad impreſſionem proximè concurrunt. Sic Vgolinus *§.1.cit.n.2.* Sanchez *n.57. cit.* Palao *n.13.* Fagundez *lib.1. in Decal.cap.14.n.38.* Trullench *numero 27. citato in fine.* Rocaffull. *loc.cit. dubit.3.* & alij.

Notandum tamen cum his DD. quod iſti, & correctores, atque illi, quorum expenſis liber hæreticus imprimitur, quos omnes ab excommunicatione lata contra impreſſores excuſauimus, poſſint aliunde incurrere in hanc excommunicationem; vt ſi miniſteria illa exhibeant, quo hæreſi faueant: tunc enim incurrent, non quaſi imprimentes, ſed quaſi hæreticorum fautores.

Qvæstio LXXXVII.

An tranſcribentes libros hæreticos, incurrant eandem excommunicationem, quam incurrunt imprimentes?

REſpondeo: Incurrere eandem: Quia nulla apparet ratio diuerſitatis. Imò incurrunt etiam excommunicationem latam contra fautores Hæreticorum: quia hac via ſtudent hæreticos adiuuare, ad eorum errores propagandos. Sic Alterius *lib.5.diſp.2.c.8.dub.5.* Filliuc. *tr.16.cap.2.q.9. n.46.* Rocaffull. *loc.cit.dub.4.* & alij id intelligentes caſu quos tranſcribentes intelligant quid tranſcribant, vt iam dicam.

Qvæstio LXXXVIII.

An etiam qui deferunt, vel vendunt libros hæreticorum in terris fidelium incurrant excommunicationem Bullæ?

REſpondeo: Incurrere excommunicationem Bullæ latam contra fautores hæreticorum. Quia verè tales cenſentur, ſi ſciant ſe deferre, aut vendere libros hæreticorum, aliàs excuſabuntur. Sic Alterius *loc.cit.* ita dicens: Idem cenſeo iudicandum de veredariis noſtri ſæculi, ſeu de librorum latoribus, quos ſæpè contingit ex Germania, Gallia, vel aliis Hæreticorum Prouinciis libros vetitos clam deferre in terras fidelium. Nam hi fautores hæreticorum procul dubio cenſeri debent, & acriter ſunt puniendi. Eſt tamen aduertendum in ſcriptore, & latore horum librorum, tunc pœnis iuſtè ſubiici debere, ſi ſcientiam in illo præceſſiſſe conſtiterit. Nam ſi ſcriptor penitus ignoret quod ſcribit (vt ſæpè contingit) Item, ſi lator, quid deferat, neſciat, cum clauſos libros aſportet, immunes eſſe crederem ab huiuſmodi pœnis, quoniam ignoranti nihil imputatur. *l.ſi fideiuſſor. ff. mandati.* & ignorantia à pœna excuſat *l.2.ff.in ius vocati, vt eant. &c.* Sic ille. Et ex illo Rocaffull. *loc.cit.dub.6.*

Digitized by Google

QVÆSTIO LXXXIX.

An defendentes libros Hæreticorum excommunicentur, etiam in prima clauſula Bullæ?

RESpondeo etiam excommunicari. Nam poſt latam excommunicationem in legentes, retinentes, & imprimentes libros Hæreticorum, additur hæc clauſula: *ſeu quomodolibet defendentes ex quauis cauſa, publicè, vel occultè, quouis, ingenio, vel colore.* Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO XC.

An qui librum hæreticum, ſcriptis in occulto defendunt, hanc Cenſuram Bullæ incurrant?

RESpondeo tanquam certum: incurrere. Sic Sanchez *lib. 2. ſum. c.* 10. *n.* 58. ita dicens: Incideret quoque tanquam defendens, qui ſcriptis defenderet. Vt componendo apologiam, quò librum hæretici tueatur: eſto id in ſuo cubiculo ſolus faciat; nec ſcripturam in publicum edat, ſed apud ſe cuſtodiat. Quia Bulla publicè, vel occultè defendentem excommunicat. Sic Sanchez, Vgolinus, *de Cenſur. Papæ referu.* 2. *p. cap.* 1. *verb. Eorum libros quomodolibet defendentes. n.* 2. *verſ.* 3. Fagundez *l.* 1. *in decal. c.* 14. *n.* 40. Trullench *lib. etiam* 1. *in decal. cap.* 3. *dub.* 9. *n.* 28. Rocafull *in ſua praxi, parte* 3. *libro* 3. *cap.* 8. §. *De defendentibus, dubitatione* 1. & alij.

QVÆSTIO XCI.

An qui dicit, ſe velle defendere libros hæreticorum, v. g. Lutheri, hanc Bullæ excommunicationem incurrat?

AFfirmat Palao *tomo* 1. *tract.* 4. *diſput.* 2. *puncto* 10. §. 2. *num.* 14.

Sed clariùs reſpondeo: Ex eo præciſè non incurrere. Quia id non eſt defendere. Secus ſi eum effectu defenſionem ſit aggreſſus; aut iam eſſet quaſi in procinctu paratus ad illam, prouocans ad certamen volentes contrarium ſuſtinere: quia hoc iam moraliter defenſio actualis reputatur. Sic Vgolinus 2. *p. de caſib. Papæ referu. cap.* 1. *verb. Ac eorum libros quomodolibet defendentes, n.* 4. Sanchez *num.* 58. *cit.* Fagundez *n.* 42. Trullench *n.* 28. *cit.* Rocafull *loc. cit. dub.* 2.

QVÆSTIO XCII.

An qui ſolius diſputationis gratiâ, libros hæreticos defenderet, eadē innodaretur Cenſura?

NEgare videri Suarium *de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 25. dicit Fagundez *loc. cit. n.* 41. Quia is non defendit propriè & ſimpliciter, ſed impropriè & ſecundum quid, nempe, diſputationis gratia: ergo.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo dicendo. Quod verè, dicta innodetur Cenſura. Quia apertè hoc indicant illa verba Bullæ: *Quouis quæſito colore, vel ingenio defendentes.* Sic Sanchez & Vgolinus *loc. cit.* Viuald. *in explicat. Bullæ num. mihi* 12. *verſ. Tertio excommunicatur.* Fagundez *loc. cit. n.* 41. Rocafull *dubit.* 3. Trullench *loc. cit.* & alij. Qui addunt, etiam incurrere illos, qui tales libros defendunt, etiamſi id faciant, vt inquirant rationes, quibus hæreſis conuincatur, aut vt dubitationes, ſi quæ ſint, tollantur.

Nec ab hac ſententia diſcedit profectò Suarez; ait enim *loc. cit.* ſic: Secunda autem defenſio fit, vel argumentis, confirmando prauam doctrinam talis libri, quatenus in illo eſt, vel reſpondendo ad argumenta, quæ contra illam fiunt; quod etiam locum habet, etiamſi talis defenſio ſub titulo exercitationis, vel maioris inquiſitionis veritatis, fieri dicatur: quia Bulla dicit: *quouis quæſito colore.* Hæc ille. ergo non obſcurè indicat noſtram ſententiam.

QVÆSTIO XCIII.

An qui, quauis ratione, impedit præfatos libros, ne ad manus Inquiſitorum perueniant, in hanc excommunicationem incidant?

RESpondeo tanquam certum: Incidere. Quia hoc eſt illos libros defendere. Sic Sanchez *n.* 58. *cit.* per hæc verba: Comprehenduntur autem, qui quouis modo, aut quauis ratione eos libros defendunt, ne ad manus Inquiſitorum veniant: aut verbis eos defendunt, dicentes eſſe bonos, aut vtiles, aut non comburendos. Sic Toledo *in ſum. in Bulla Cœnæ, excommun.* 1. *n.* 26. Sayro *in Theſauro caſuum. tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 18. Vgolinus *de Cenſur. Papæ reſeru. p.* 2. *c.* 1. *verb. Ac eorum quomodolibet defendentes. n.* 2. Huc vſque Sanchez. His authoribus addi poſſunt Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 2. *n.* 25. ibi: Denique etiam cenſetur defendere librum, qui dixerit, talem librum non eſſe prohibitione, vel combuſtione dignum. Vnde non excuſabitur ab hac Cenſura, qui id dixerit. Fagundez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 14. *n.* 39. Trullench *ed.* 1. *lib. in Decal. cap.* 3. *dub.* 9. *n.* 28. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 2. *c.* 8. *verſ. in fine.* Rocafull *in ſua praxi, parte* 3. *lib.* 3. *c.* 8. §. *De defendentibus. dub.* 4. & alij.

QVÆSTIO XCIV.

An etiam in eandem excommunicationem incidant, qui id, quod Catholicum eſt in libro hæretico, defendunt?

RESpondeo: Non incidere, ſi non vt contentum in libro hæretico, ſed quatenus in ſe verum & catholicum eſt, defendunt. Quia hi nil mali agunt, nec hæreticum opus defendunt, ſed ſolum veritatem, nullo habito reſpectu ad hæretici opus. Sic Vgolinus, Sanchez, Suarez & Trullench *loc. cit.* Fagundez *loc. cit. n.* 43. Rocaffull *loc. cit. dubit.* 5. & Palao *puncto* 10. *cit.* §. 2. *numero* 14.

QVÆSTIO XCV.

An qui ſtylum libri hæretici, vel ingenium authoris eius, laudarent, excommunicationem eam incurrerent?

RESpondeo: Non incurrere, ſi hæc laudent ſecundum ſe, (non vt opus hæretici, nec ad illud defendendum, ne comburatur, aut extermínetur.) Quia id non eſt librum hæretici defendere. Sic Sanchez, Palao, Suarez, Fagundez, Trullench, & Rocaffull, *loc. cit.*

QVÆSTIO XCVI.

An ſaltem incurrerent dictam excōmunicationē qui abſolutè librum hæretici laudarent?

RESpondeo: Incurrere illam, ſi talis hæretici liber contineat malam doctrinam: quia tunc, ſimpliciter illum laudare, ſine dubio eſt defendere illum. Secus verò ſi dictus liber tractaret de Religione, ſine erroribus, quia tunc ſi laudatio libri, eſt ſolùm de doctrina libri, non eſt mala, nec prohibita, cum, vt ſupponimus,

Digitized by Google

ponimus, vera ſit, & ideo per ſe non continet defenſionem libri, vt eſt ab authore tali, nempe hæretico, Oportet autem vt laus non ſit tanta, vt per illam, vel Author, vel doctrina eius ſimpliciter commendari videatur. Sic Suarez *loc. cit.*

QVÆSTIO XCVII.

An qui hæreticorum libros prohibitos legerint, retinuerint, impreſſerint, vel defenderint, ignorando eſſe in Bulla Cœnæ prohibitos, hanc Cenſuram incurrant?

RESpondeo: Non incurrere. Quia clauſula Bullæ petit ſcienter hæc fieri: at quando ſcientia petitur, excuſat à tranſgreſſione quæuis ignorantia quantumuis craſſa, niſi adeo talis ſit, vt ingens temeritas, arbitrio prudentis iudicetur, vt diximus ſupra *tr.* 1. *diſp.* 9. *quæſt.* 18. *&* 19. *& ſeqq.* ergo. Sic authores ibi citati. Et in ſpecie de hac quæſt. tractantes, tenent Sanchez *tomo* 1. *ſum. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 38. & Fagund. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 14. *n.* 19. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 2. *capite* 8. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 2. *q.* 8. *n.* 41.

---

§. VI.

De Schiſmaticis, & Inobedientibus Papæ, qui vltimo loco in prima clauſula Bullæ Cœnæ excommunicantur.

QVÆSTIO XCVIII.

An Schiſmatici in prima clauſula excommunicentur?

RESpondeo: Quod licèt olim in Bullis Cœnæ ante Pium V. non excommunicabantur Schiſmatici, vt notat Alterius, *vbi infra*: benè tamen excommunicantur modo, vt conſtat ex huiuſmodi verbis additis in eadem prima Bullæ clauſula: *Nec non* (excommunicamus, intellige) *Schiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, vel recedunt.* Hæc Bulla, Per cuius verba fit extenſio huius excommunicationis ad crimen Schiſmatis prout condiſtingui ſolet ab hæreſi. Sic omnes; legantur Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 36. *à num.* 11. Suarez *de Cenſur. diſp.* 21. *ſect.* 2. *à num.* 12. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 2. *c.* 9. Filliuc. *tr.* 16. *c.* 2. *q.* 10. *n.* 48. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 17. Palao *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 4. *punct.* 6. & alij.

QVÆSTIO XCIX.

An Schiſmaticus, qui in hac Bulla Cœnæ excommunicatur, ſit ille, qui ſpontaneè, ab Eccleſiæ vniuerſalis vnitate, eiuſque capite Romano Pontifice, ſe ſeparat?

RESpondeo: Eſſe. Quia ſchiſma, iuxta D. Thomam 2. 2. *q.* 39. *art.* 1. nil aliud eſt, quàm diſiunctio, per quam quis ſe ab vnitate Eccleſiæ ſeparat; in quantum Eccleſia eſt quoddam corpus myſticum ex vniuerſis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam capite conſtans. Ex quo clarè colligitur, quod ſchiſmaticus eſt ille, qui ſpontaneè, pertinaciter ab Eccleſiæ obedientia & vnitate ſegregat, & ab eius capite & Paſtore Pontifice Romano, vt Pontifex eſt. Sic omnes. Legantur citati.

QVÆSTIO C.

An etiam ſit Schiſmaticus, & excommunicatus per Bullam, qui ſe ab Epiſcopo ſeparat, renuens ſubeſſe authoritati Epiſcopali?

AFfirmare videtur Cyprianus relatus *in cap. Scire debes.* 7. *q.* 1. *& capite Loquitur Dominus,* 24. *q.* 3. quatenus hunc talem, ſchiſmaticum appellat. Atque ita tenet Valentia 2. 2. *diſp.* 3. *q.* 15. *puncto* 1. *poſt* 3. *propoſitionem*, id probans: quia hic etiam tacitè, ac virtute, ſe ſeparat à Summo Pontifice, cum Epiſcopus ſubordinationem & connexionem cum Pontifice, vt quædam pars cum ſuo capite, habeat.

Sed, vt certum reſpondeo: Prædictum, nullo modo eſſe excommunicatum per hanc Bullæ clauſulam; eo quod non ſit propriè, & in rigore, ſed impropriè & largè, ſchiſmaticus. Quia, vt conſtat ex definitione eius, ſchiſmaticus eſt, qui ab vnitate Eccleſiæ vniuerſali, eiuſque capite, Pontifice Romano, ſe ſeparat. Sic Hoſtienſ. Ananias, Socinus, Azor, & Vgolinus, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.* 2. *ſum. c.* 36. *n.* 6. Trullench *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 17. *numero.* 4. Hurtado de Mendoza *tomo* 2. *de fide, diſputatione* 168. *ſectione* 1. §. 3.

QVÆSTIO CI.

An vt quis ſit Schiſmaticus, & excommunicatus, ſat ſit nolle ſe ſubijcere Papæ, vt Domino temporali?

RESpondeo, Non eſſe ſatis: ſed neceſſariò requiritur vt nolit ſe ſubijcere Papæ, vt capiti Eccleſiæ. Sic Sanchez *cap.* 36. *cit. n.* 4. ita ſcribens: Tertiò deducitur non eſſe ſchiſmaticum, qui cum ſit incola oppidi ſubiecti temporali Papæ iuriſdictioni, non vult ipſi, vt temporali illius oppidi Domino ſubijci, ſed alteri Principi ſe ſubdere. Quia (vt optimè ait Nauarr. *de datis pro iuſtitia, vel gratia, notab.* 17. *n.* 29. *verſic.* 3. (Papa vt Dominus temporalis, non eſt Papa, & caput Eccleſiæ, ſed inſtar cuiuſuis temporalis Principis. Quare ſeiunctio illa, & rebellio, non eſt formaliter erga Papam, nec contra eius officium, vt Papa eſt; Quod ad ſchiſmatis rationem diximus *num. præced.* exigi. Sic Sanchez ex Vgolino. Bonacina *diſput.* 3. *quæſt.* 4. *de charit. puncto vlt.* §. 5. Palao *tomo* 1. *tract.* 6. *diſp.* 4. *puncto* 5. *n.* 8. & alij.

QVÆSTIO CII.

An hanc Bullæ excommunicationem incurrant, qui ab obedientia Papæ recedunt, non tamen ſunt verè Schiſmatici?

AFfirmatiua pars ſuaderi poteſt; eò quod in dicta clauſula primæ excommunicationis Bullæ Cœnæ, prius excommunicat Pontifex ſchiſmaticos; & deinde eos, qui à Romani Pontificis obedientia recedunt: ſed ſic eſt, quod ſi hæc poſterior pars, de ſolis ſchiſmaticis recedentibus ab obedientia Pontificis accipienda ſit, ſuperflueret vtique; quia illi ſub ſchiſmaticis comprehenſi erant: ergo; ita tenet Toletus mox citandus *lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 14.

Sed verè reſpondeo: Non incurrere niſi ſolos ſchiſmaticos. recedentes ab obedientia Papæ, aut etiam ſe ſeparantes ſchiſmaticè à reliquis membris Eccleſiæ: Quia hi tantùm comprehenduntur in dicta clauſula primæ excommunicationis Bullæ: Nam non recedentes ab obedientia Papæ, vt Papa eſt, ac Chriſti Vicarius non dicuntur formaliter recedere à Pontificis obedientia. Sic omnino Sanchez *libro* 2. *ſum. c.* 36. *n.* 12.

Digitized by Google

numero 12. & penes illum Caietanus *in ſumm. verb. excommunicatio. capite* 7. Azor *tomo* 1 *libro* 8. *capite* 10. *quæſtione* 5. Vgolinus *de Cenſuris Papæ reſeruatis* 1. *p. capite* 1. *verſ. Necnon ſchiſmaticus numero* 9. Suarez *tomo* 5. *in* 3. *p. diſputatione* 21. *ſectione* 2. *numero* 12. & omnes.

Qvæstio CIII.

An qui ſola mente eſt ſchiſmaticus, abſque aliquo actu externo, hanc incurrat Cenſuram?

Reſpondeo negatiuè. Quia, vt ſæpè habitum eſt, ob ſolum peccatum internum, nunquam excommunicatio incurritur. Sic omnes communiter. Sanchez *loc. cit. numero* 15. & penes illum, Toledo *in Bulla Cœnæ, excommunicatio* 1. *numero* 16. & Saytus *tomo* 1. *Theſauri, libro* 3. *capite* 5. Sed certè, ex his, Toletus, qui in impreſſione Lugdunenſi 1606. de hac Cenſura agit *libro* 1. *capite* 19. *numero* 12. 13. *&* 14. nil de hac quæſtione dicit. Legantur *dicta q.* 6.

Qvæstio CIV.

An item, non incurrat, qui ſolo actu externo, non interno, eſt ſchiſmaticus?

Negandum videtur. Quia hæreticus externus tantùm, non incurrit excommunicationem hanc, *vt ſupra quæſtione* 2. *&* 6. eſt habitum: ergo nec ſchiſmaticus ſolum externus incurret.

Sed, vt certum reſpondeo. Incurrere. Quia ad peccatum ſchiſmatis committendum, non deſideratur, velle ſe directa intentione ſubtrahere ab obedientia Pontificis, ſed ſatis eſt id velle indirectè, nimirum ipſo effectu.

Nec obſtat paritas adducta. Quia differentia eſt. Quod peccatum hæreſis, non conſumatur in ſolo actu externo, ſed neceſſariò errorem internum petit, vt ſupra eſt habitum: at verò peccatum ſchiſmatis, perfectè ſatis in ſua ſpecie conſummatur per actum ſolum externum, vt diximus, & docent Caiatanus, Bañes, Valentia, Vgolinus, quos citat, & ſequitur Sanchez *capite* 36. *citato, numero* 5. *&* 14. & ideo hanc partem docent ipſi, præſertim Sanchez *numero* 14. Suarez *de Cenſuris, diſputatione* 21 *ſectione* 2. *num.* 13. Qui benè inferunt, quod Catholici, qui ſub hæretico Principe viuunt, verbi gratia, in Anglia, eique vt ſupremo capiti, & Vicario Chriſti exterius obediunt, quamuis in conſcientia pœnas hæreticorum non incurrant, Cenſuram tamen latam contra ſchiſmaticos, non effugiunt, quia verè ſunt ſchiſmatici. Sic etiam ſentiunt Hurtado de Mendoza *volumine* 2. *de fide, diſputatione* 168. *ſectione* 1. §. 8. Trullench *lib.* 1. *in Decalog. capite* 3. *dubit.* 17. *num.* 5. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 2. *quæſtione* 10. *numero* 48.

Qvæstio CV.

An Fautores, Defenſores, & Receptatores ſchiſmaticorum, hanc Bullæ excommunicationem contrahant?

Reſpondeo: Non contrahere. Quia in præſenti Bulla Cœnæ Pontifex eos non exprimit: ergo minimè comprehenduntur; quia dum excommunicatio alicui delicto infligitur, non extenditur ad adiuuantes, defendentes, & ſimiles niſi exprimantur, vt cum Nauarro *capite* 27. *numero* 51. docent Sanch. *libro* 3. *de matrim. diſputatione* 49. *numero* 2. *&* *libro* 2. *ſum. capite* 36. *numero* 16. & Suarez *loc. cit. numero* 14. & communis: ergo. Sic Sanchez, Suarez & Trullench *locis citatis*. Alterius *tomo* 1. *libro* 5. *diſputat.* 2. *cap.* 9. *in fine*. Hurtado de Mendoza *diſputatione* 168. *cit. ſectione* 3. §. 13. Palao *tomo* 1. *tract.* 6. *diſput.* 4. *puncto* 6. *numero* 8. Qui tamen addit, dictos Fautores, Defenſores, &c. ligari alia excommunicatione lata *in capite licèt, de electione capite* 1. *de ſchiſmaticis in* 6. *& in Conſtitut. Pauli IV. quæ incipit: Cum ex Apoſtolatus officio.*

Qvæstio CVI.

An ſchiſmaticus non hæreticus, abſolui poſſit virtute Bullæ Cruciatæ?

Reſpondeo: Poſſe. Sic Sanchez *loc. cit. cap.* 36 *n.* 17. his verbis: Poſſunt tamen abſolui ſchiſmatici, qui hæretici non ſunt, virtute Bullæ Cruciatæ, ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo. Et ſimiliter poſſunt abſolui virtute Iubilei concedentis abſolutionem à caſibus Cœnæ. Quia id ſolum hæreſis ſpeciale eſt, vt non comprehendatur ſub generali caſuum Cœnæ conceſſione, vt probaui hoc 2. *libro c.* 22. *numero* 12. Sic ille. Trullench *loc. cit.* & alij. Et hæc dicta ſufficiant de prima clauſula, & excommunicatione Bullæ.

DISPVTATIO II.

De ſecunda Excommunicatione Cœnæ, lata contra appellantes à mandatis Papæ ad futurum Concilium?

Qvæstio Prima.

Contra quas perſonas, ſecunda excommunicatio Bullæ fulminetur?

Respondeo: Quod contra omnes ſingulares, (quocunque nomine nuncupentur) quæ ab ordinationibus, & mandatis Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ad futurum Concilium generale appellant. Necnon, contra eos quorum auxilio & fauore appellatum fuerit. Et tandem contra perſonas vniuerſales, vt vniuerſalitates, Collegia & Capitula (quocunque etiam nuncupentur nomine, quia excommunicari nequeunt) fulminatur interdictum, vt patet ex textu Bullæ, qui ſic ſe habet: *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint: Vniuerſitates verò, Collegia, & Capitula, quocunque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, ad vniuerſale futurum Concilium appellantes: Necnon eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.* Sic textus. Et cum eo omnes. Legantur Suar. *diſp.* 21 *de Cenſ. ſect.* 1. *à n.* 15. Nauarr. *in ſum. c.* 7. *à n.* 57. Viuald. *in explic. Bullæ Cœnæ, à n.* 14. Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 16. *c.* 3. Toletus *lib.* 1. *ſum. c.* 20. *n.* 1. 2. *&* 3. Bon. *diſp.* 1. *q.* 3. *à puncto* 1. Palao *to.* 6. *de Cenſ. diſp.* 3. *puncto* 3. Alterius *tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 3. *per totum.* & alij. Qui omnes, vt certum docent hanc excommunicationem incurrere omnes appellantes ad futurũ Concilium generale; necnon & fauentes, & auxiliantes, ad appellandum, & appellatio cum effectu ſequatur. Sed de aliis dubitant, de quibus in ſequentibus.

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

An qui à ſententia, ſeu mandato iniuſto Papæ appellaret ad generale Concilium, in hanc excommunicationem incideret?

AFfirmarent forſitan Pariſienſes Doctores, & alij, qui olim ſenſere Concilium generale eſſe ſupra Papam, de quo agunt Syluester *verb. concilium, q.5. & excommunicatio 7. in fine.* Viualdus *loco citato, numero 15.*

Sed, vt certiſſimum omnino reſpondeo: Incidere in excommunicationem hanc. Quia certiſſimum omnino eſt, Papam eſſe ſupra omne Concilium & Eccleſiam, ſicut Paſtor ſuper gregem; & vt Chriſti Vicarius, vt docent cõmuniter Doctores cum S. Thom. *contra errores Græcorum cap.63.* & contrariam opinionem eſſe hæreticam, dicit Paulus Gryſal. *verb. Papa. n.19.* ergo certiſſimum omnino eſt incidere in excommunicationem illum, qui à quacunque ſententia, ſeu mandato Pontificis ad Concilium appellat. Nam, vt benè Suarez, Cenſura hæc, ſeu Conſtitutio Pontificis, indiſtinctè & abſolute loquitur, & non fundatur in eo, quod res à qua appellatur, iuſta, vel iniuſta ſit, ſeu talis, vt ab ea appellari poſſet, ſi eſſet Superior ad quem poſſit appellari; ſed in eo, quod ſic appellans iniuriam facit Apoſtolicæ Sedi: nam videtur profiteri generale Concilium eſſe ſuperius illa, quod tam fit à ſententia iniuſta appellando, quam à iuſta. Huc vſque Suarez: & benè. *diſp.21. ſect.2. n.15.* Sic etiam Viualdus *loc.cit.* & Alterius *diſp.3. cit. cap.4. q.3.* Palao *loc. cit. n.3.* Bonac. *diſp.1. q.3. puncto 2. num.10.* Filliuc. Duard. & alij penes ipſum. Diana *p.10. tractatu 11. reſolutione 60.*

QVÆSTIO III.

An hac Cenſura feriatur, qui à mandatis Papæ ad Concilium Prouinciale appellat?

NEgat Filliucius *tractatu 16. capite 5. quæſtione 4. numero 56.* Quia, inquit, ſtandum eſt verbis legis, quæ exprimunt, *Concilium generale, & futurum*; & iure, quia Prouinciale, conſtat non eſſe tantæ auctoritatis, nec vllus vnquam dubitauit, quod prouinciale ſit inferius Papa, at aliquis dubitauit de generali. Ita ille, & Bonacina *puncto 2. citato, numero 5.* Palao *diſputatione 3. de Cenſuris, puncto 3. numero 6.* & alij penes ipſos.

Sed probabilius reſpondeo: Feriri tali Cenſura; & fortiùs, quàm illum, qui appellat ad generale Concilium. Quia, ſi maior eſt auctoritas, & iuriſdictio Papæ, quàm Concilij generalis, & propterea non licet appellare à Papa ad Concilium generale, quia tunc interponeretur appellatio à maiori ad minorem, contra naturam appellationis, vt ſupra eſt habitum, multò magis damnata erit appellatio ab eodem Papa ad Concilium particulare, quod longè inferius eſt auctoritate & iuriſdictione, ipſo Papa. Sic Alterius *libro 5. diſputatione 3. capite 4. quæſtione 2.* Gambarupta *de excommunic. Bullæ, cap.2. n.11.*

QVÆSTIO IV.

An etiam feriatur hac Cenſura, qui ad præſens Concilium generale, iam legitimè congregatum, à mandatis Papæ appellat?

AFfirmant etiam Gambarupta *capite 2. numero 11. citato*, & Vgolinus *in Bulla Cœna Canone 2. §.1 verſu. Quintò.*

Sed reſpondeo probabilius: Non feriri Cenſura huius Canonis. *Primò.* Quia Papa dicit: *Ad futurum Concilium. Secundò.* quia talis appellatio, cum eſſet ad eundem Papam (nam Concilium nil agit ſine conſenſu Papæ) potiùs eſſet prouocatio extraiudicialis, vt idem Papa corrigeret grauamen, cauſa diligentiùs in Concilio diſcuſſa. Sic Filliuc. & Alterius *loc. cit.* Bonac. etiam *loc. cit. n.4.* Sayrus *lib.3. c.6. n.4.* Regin. *n.163.* Duard. *q.7. n.10.* Palao *loc. cit.* & alij plures, quos citat, & ſequitur Diana *p.9. tr.7. reſ.66. & p.10. tr.11. reſ.60.*

QVÆSTIO V.

An qui auxilium, vel fauorẽ præbet poſt appellationem interpoſitam à ſententia Papæ, vt appellans poſsit tueri appellationem, incurrat hanc excommunicationem?

REſpondeo: Non incurrere. Quia non præſtat opem ad appellandum quod prohibet Bulla; ſed ad ea quæ ſequuntur poſt appellationem. Sic Suárez, Alterius, Filliuc. *loc. cit.* Villalob. *tract.17. diff.20. n.11* Bonac. *tomo 3. de excom. diſp.1. q.3. fine.* Palao *diſp.3. de Cenſur. puncto 3. num.10.*

QVÆSTIO VI.

An qui dat conſilium ad appellandũ, hanc Bullæ excommunicationem incurrat?

AFfirmat Nauarr. *cap.27. num.58. & 59.* Quia (inquit) licèt hæc Bulla non includat conſulentem ſpecialiter, tamen generaliter includere videtur: quia includit auxiliantes & fauentes, & negari non poteſt, eum, qui conſulit; auxiliari, & fauere. Ita Doctus Nauarr. cuius ſententiæ eſt etiam Toletus *lib.1. cap.20. in fine.* Graffius, & Vgolinus apud Dianam *infrà.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non incurrere hanc Cœnæ excõmmunicationem. Quia cùm extenſio fit ad conſulentes, expreſſa fit eorum mentio, vt fit *in Can.7. & 10.* ergo quando conſulens non exprimitur, non eſt mens Pontificis illum comprehendere: at non fit mentio conſulentis in hoc Canone: ergo. Sic Suarez *loc cit. n.17.* Alterius *diſp.3. cit. cap.5.* Filliuc. *cap.3. cit. n.56.* Viualdus *loc. cit.* Qui notat quod quamuis conſulens non maneat Cenſura Bullæ innodatus, manet tamen excommunicatus per Extrauag. Iulij II. Sic etiam nobiſcum ſentit Diana *p.9. tr.7. reſolut.66. & p.10. tract.11. reſolutione 60.*

DISPVTATIO III.

De tertia Cenſura Cœnæ, lata contra Pyratas, Curſarios, ac Latrones maritimos.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas hæc excommunicatio fertur?

RESPONDEO: Quod contra Pyratas, Curſarios & Latrunculos maritimos, diſcurrentes per mare Summi Põtificis, præcipuè à monte Argentario, vſque ad Tarracinam. Necnon contra fautores, receptores, & defenſores Pyratarum, &c. Sic habetur expreſsè in Bulla Clem. VIII. anni 1595.

&c

Digitized by Google

& Pauli V. *anni* 1606. per hæc verba: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Pyratas, Curſarios, ac latrunculos maritimos, diſcurrentes mare noſtrum, præcipuè à Monte Argentario, vſque ad Tarracinam: ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.* Hæc in dictorum Pontificum Bullis. Quamuis in aliis Bullis ante Sixtum V. ſic legebatur: *Excommunicamus, &c. omnes Pyratas, Curſarios, latrunculos maritimos: & illos præcipuè qui mare noſtrum à Monte Argentario, vſque ad Tarracinam diſcurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare, interficere, ac rebus, & bonis ſuis ſpoliare præſumpſerint hactenus, & præſumunt: ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium ſcienter dantes, vel fauorem.* Sic in Bulla Gregorij XIII. Legantur Nauarr. *cap.* 17. *à num.* 59. Suarez *diſput.* 21. *ſect.* 2. *à num.* 18. Alterius *lib.* 5. *diſputatione* 4. *per totam.* Viualdus *in explicat. Bullæ, caſu* 3. *à num.* 20. Filliucius *tractat.* 16. *cap.* 4. Luyſius *lib.* 5. *de Cenſur. diſputatione* 28. *dubio* 2. Toletus *lib.* 1. *capite* 20. *à num.* 3. Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 4. Palao *diſput.* 3. *punct.* 4. & alij.

Qvæstio II.

Quidnam per Pyratas, Curſarios, & latrones maritimos, intelligat Pontifex?

RESpondeo quod intelligit latrones, qui in mari verſantur, vt prædentur, & ſpolient eos, qui vel negotij cauſa, vel alio fine, nauigant. Nam Pyrata, Græcè, eſt Prædo marinus. Pyratæ verò, ſermone italico, Curſarij maritimi vocantur, eo quod huc, & illud percurrant. Latrones autem; quia vel à latere adoriuntur nauigio vectos, vel, & melius, quia latenter inſidiantur. Sic Alterius *loc. cit. capite* 1. Filliucius *cap.* 4. *cit. quæſt.* 2. *num.* 74. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *num.* 2. Palao *punct.* 4. *cit. n.* 2. & alij.

Qvæstio III.

An omnes, qui in mari prædantur, etiamſi non percurrant mare, intentione ſpeciali furandi, ſed ob alium finem licitum; hanc excommunicationem contrahant?

AFfirmat Angel. *verb. excommunicatio* 5. *caſu* 18. his verbis: Caſus 18. eſt contra Pyratas, Curſarios, & Latrunculos marinos, ac omnes receptatores eorundem, cum dantibus eis auxilium, conſilium, vel fauorem. Et dicitur Pyrata, quicunque in mari deprædatur, niſi habeat iuſtum bellum, contra eos, quos deprædatur. Quod nota, quia pauci aduertunt credentes, quod niſi quis indifferenter deprædetur in mari, non ſit Pyrata, & non incidit in hanc pœnam: ſed eſt falſum. Hucuſque Angelus. Cui adherere videntur Armilla *excommunicat.* 13. *& verb. Pyrata.* Caietan. *de excommunic. cap.* 18. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 5. Reginaldus *lib.* 9. *num.* 264.

Sed probabiliùs multò reſpondeo: non contrahere hanc Bullæ excommunicationem, niſi illos, qui nauigant, & percurrunt mare intentione principali furandi. Quia hæc conditio requiritur ad Pyratam conſtituendum. Vnde ſi aliqui Mercatores, ſuæ negotiationi incumbentes, nauigantes, interim, fortuitò, & incidenter, ſpolient aliquos, non ideo dicendi ſunt Pyratæ, & conſequenter nec cenſendi excommunicati: niſi aliàs iam hoc latrocinium procederet ex intentione habita furandi, ſi occaſio opportuna occurreret, quia tunc reuera remanerent excommunicatione obſtricti. Sic Tolet. *lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 4. Alter. *lib.* 5. *diſput.* 4. *cap.* 1. Syluest. *excommunic.* 7. *caſu* 20. & penes ipſum Roſella, Ioan. Andr. & alij. Filliucius *tractatu* 16. *cap.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 82. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 59. his verbis: Qui gerunt ſua negotia, aut mercimonia cum amicis, aut bella iuſta, vel iniuſta cum inimicis, & deprædantur aliquando incidenter non includuntur hîc, iuxta omnium ſententiam. Sic ille. Suarez etiam *diſputat.* 21. *ſect.* 2. *num.* 26. Luyſius *lib.* 5. *diſputat.* 28. *dub.* 2. Villalobos *tract.* 17. *diffic.* 20. *num.* 14. Bonacina *quæſt.* 4. *citat. punct.* 1. *num.* 2. *&* 3. Palao *diſput.* 3. *punct.* 4. *num.* 2. & alij.

Qvæstio IV.

An, qui animo deprædandi vnam tantum nationem, non omnes indifferenter, percurrunt mare; hanc excommunicationem incurrant?

NEgant Sylueſter *verb. excommunicatio* 7. §. 56. Tabiena *excommunicatio* 5. *caſu* 25. *num.* 4. & Rebuffus *in explicatione huius Canonis.* Quia exiſtimant neceſſarium eſſe ad Pyratam conſtituendum, vt non tantum vnius nationis homines deprædetur, ſed indifferenter omnes cuiuſque Prouinciæ, & nationis, ſine aliquo delectu.

Sed longè multò verius, & probabiliùs reſpondeo Tales dictam excommunicationem incurrere. Quia multò verius eſt, quod, qui per mare vagantur intentione ſpoliandi tantum Venetos, aut Gallos, aut Hiſpanos, verè Pyratæ, aut latrones maris dicantur, vt benè ait Nauarrus *cap.* 27. *num.* 59. *in explicat. huius Canonis:* ergo. Sic ipſe. Suarez *loc. cit. num.* 24. Alterius, Toletus, Filliucius, & Luyſius *loc. citat.* Viualdus *in explicat. huius tertij caſus, num.* 23. Bonacina *loco citato, numero* 8.

Qvæstio V.

An, qui titulo belli ſpoliant in mari ſuos inimicos, incurrant etiam hanc Cenſuram?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Angelum *vbi ſuprà,* aiunt Alterius *lib.* 5. *diſput.* 4. *cap.* 1. §. *Angelus, &* §. *vtraque opinio.* & Filliucius *tract.* 16. *cap.* 4. *q.* 4. *&* 5. Qui dicit eſſe probabilem, probátque: Quia tale latrocinium, quacunque intentione fiat, verè eſt in mari commiſſum: ergo obſtrictum excommunicationi. Sed certè malè adducitur ab iis auctoribus Angelus pro hac parte, cum oppoſitum teneat, vt ex eiuſdem verbis relatis *quæſt.* 3. conuincitur.

Probabiliùs ergo reſpondeo: non incurrere hanc Cenſuram in dicto caſu. Quia probabiliùs eſt, quod illi, qui titulo belli veri, etiam iniuſti, inimicos ſuos ſpoliant armis, & victualibus, ad debilitandos eos, & vim eorumdem minuendam, cum id non agant intentione principali furandi, non poſſint dici Pyratæ, nec latrones, & ideo nec ſunt excommunicati. Sic Angel. *loc. cit.* Suarez *ſect.* 2. *n.* 25. Alter. Filliucius. & Toletus *loc. cit.* Villalobos *tract.* 17. *diffic.* 20. *n.* 14. Bonacina *quæſt.* 4. *punct.* 1. *num.* 4. Palao *num.* 2. *citat.* Nauarrus, Duardus, & Sayrus penes illum.

Qvæstio VI.

An, qui in ſolis fluminibus, animo principali prædandi, rapinam exercent, incidant in hanc excommunicationem?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Angelum, *verb. Pyrata,* dicunt Nauarrus, & Luyſius mox citandi. Sed non benè. Nam Angelus expreſsè ait, hanc Bullæ excommunicationem eſſe contra eos, qui deprædantur in mari. Vnde.

Abſolutè reſpondeo: dicendum, quod non incidant

dant in hanc excommunicationem Cœnæ. Quia clauſula noſtræ Bullæ, ſolùm loquitur de latronibus per mare vagantibus. Sic Nauarr. *cap.27.n.59. verſ. Tertia*. Luyſius *lib.3.de Cenſur.diſp.28.dub.2.verſ. Dubitant verò*.Suarez *diſp.21.ſect.2.n.26.in fine*. Alterius *lib.5.diſput.4. cap.3. dubit.2.* Filliucius *tract.16.cap.4. q.6.n.86*.Toletus *lib.1.c.20.n.4*. Bonacina *q.4.punct.1. n.9*.Reginaldus *num.265*.

Qvæstio VII.

An ſaltem inciderent, qui in fluminibus propè mare diſcurrerent, animo deprædandi nauigantes in mari, & deinde regrediendi ad flumina?

Reſpondeo incidere. Quia in hoc caſu verè dicerentur iſti Pyratæ, & latrones maritimi; cùm verè deprædarentur in mari.Sic Filliuc. *num.86.citato*. Alterius *dubit.2.cit.ibi*: Sed ſi reuera ſunt latrunculi fluminales,non incidunt,niſi prædentur in mari.Reginaldus *n.266*. Duardus *canon.3.quæſt 9.& 10*. Bonac. *loco citato*, & alij.

Qvæstio VIII.

An item inciderent in eandem excommunicationem, qui diſcurrentes mare, in fluminibus deprædarentur?

Reſpondeo incidere etiam. Quia verè ſunt latrones maritimi. Sic Alterius *loc. cit.* ita ſcribens: Reſpondeo, ſi ſunt maritimi latrones, & inuenta occaſione nauis fugientis ingrediuntur flumen ad prædam capiendam, puto eos incurrere; quia verè ſunt latrunculi marini; præſertim ſi cœperunt inſequi nauem, cum eſſet in mari, & fugientem in flumen, ſunt deprædati. Sic ille. Et etiam Filliucius *num. 86. citato*. Toletus *lib.1. cap. 20. num.8*, Bonacina hîc *diſputat.1.quæſt.4 punct.1 num.9*.

Qvæstio IX.

An Pyratæ nauigantes, ſi, deſcendentes in terram, prædentur homines in illa degentes, hanc excommunicationem incurrant?

Reſpondeo quod non. Quia Bulla excommunicat Pyratas, & latrunculos mare diſcurrentes, aut in mari prædantes. Et in antiqua Bulla, quam refert Syluester, erat, *Qui nauigio vectos prædantur*, & pœna excommunicationis non eſt extendenda. Sic omnino Alterius *lib.5. diſputat.4. cap.3. dubit.3.* Secus eſt dicendum de Pyratis, aut latronibus marinis, caſu quo mare diſcurrentes, intentione furandi, prædentur nauigantes, qui deſcenderunt in terram ad cibum ſolum capiendum, vel etiam nocte quieſcendum: & præcipuè, ſi compulſos in terram ſe recipere, & inſequentes,eos ſpolient. Sic Filliucius *tractat.16. cap.4. quæſt.6.num.86*. Qui dicit ita ſentire etiam alios ex Recentioribus viros doctos.

Qvæstio X.

An Pyrata Chriſtianus, qui alium Chriſtianum Pyratam in mari ſpoliat, hanc excommunicationem incurrat?

Negant Graffius *lib.4.deciſ.cap.18. num.65*. Vgolinus *cap.3.§.2. verſ.2*. Filliucius *tract.16. cap.4. num.91*. Bonacina *loc.cit.num.14*.

Sed probabiliùs reſpondeo: vtrumque Pyratam excommunicationem incurrere. Quia cum vterque ſupponatur latrunculus marinus, vterque manebit excommunicatus, etiamſi vnus ab alio ſpoliatus ſit; nam vterque commiſit actionem, cui annexa eſt excommunicatio. Sic Alterius *lib.5. diſputat.4. cap.3. dubitatione 7*. Bauny *in explicat. Bullæ Cœnæ, quæſt.1. verſ. Item putat Agraphijs*, Gambarupta *hic capite 3. num.3*. & Duardus *Canone 3. quæſt.6. & Canon.4.q.4.* & alij.

Qvæstio XI.

An Pyrata, qui non Chriſtianos, ſed ſolum Turcas, Iudæos, vel alios Infideles in mari ſpoliant, hanc Cenſuram incurrant?

Affirmatiua pars ſuaderi poteſt. Quia hæc Cenſura abſolutè, & ſine vlla reſtrictione fertur in Bulla, contra omnes Pyratas, & latrones maris: at qui ſpoliant infideles, propriè exercent artem pyraticam: ergo ſunt excommunicati.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere hanc Cenſuram, quando ſpoliant infideles: ſed ſolum quando ſpoliant Chriſtianos. Quia certum eſt, quod ſub hac Cenſura non comprehendantur niſi Pyratæ Chriſtiani, cum alij non ſubdantur præceptis Eccleſiaſticis: ergo eadem ratione non intelligitur ferri hæc Cenſura, niſi contra Pyratas ſpoliantes Chriſtianos. Patet conſequentia; quia æquitas poſtulat, vt tam ex parte offendentium, quàm offenſorum, æqualitas ſeruetur: ſicut ergo tantum Pyratæ Chriſtiani ſubiiciuntur Cenſuræ; ita tantum in Chriſtianos ſæuientes, non autem in alios Infideles.Sic Suar. *diſp.21.ſect.2.n.21*. Alterius *cap.3.cit.dubit.1*. Filliucius *tract.16. c.4.q.3. n.78* Luyſius *lib.3.de Cenſur.diſp.28.dub.2*.Tolet. *lib.1. ſum.cap.20.num.6. in fine*.Machado *tom.1. lib.1.part.3. tract.6.docum.5. num.2*. Bauny *loc.citat.verſ. Ad hanc ergo Cenſuram*. Bonacina *diſp.1. q.4. punlto 1 num.10*. Palao *diſp.4.punct.3.n.6*. & alij.

Qvæstio XII.

An Pyratæ, in quouis mari, etiam extra loca ad dominium Papæ pertinentia, prædantes, hanc excommunicationem incurrant?

Affirmant Suarez *diſput.21.de Cenſur.ſect.2.n.18*. Graffius *lib.4.cap.18. num.67*. & Alterius *lib.5. diſput.4. cap.2*. exiſtimantes, excommunicari in hoc tertio Canone Bullæ Pyratas vbicunque deprædantes in mari, etiam extra loca Pontificis iuriſdictioni ſubiecta, licèt præſertim illos, qui diſcurrunt mare ſub poteſtate Eccleſiæ à Monte Argentario vſque ad Tarracinam.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum. Quod, licèt olim iuxta Bullam Gregorij XIII. omnes Pyratæ, quodcunque mare diſcurrentes, eſſent excommunicati, vt conſtat ex illis verbis: *Excommunicamus omnes Pyratas, curſarios, & latrunculos marinos, & illos præcipuè qui mare noſtrum à Monte Argentario vſque ad Tarracinam diſcurrere, &c. præſumunt*, & docent omnes DD. At verò loquendo iuxta Bullas Clementis VIII. & Pauli V. probabilius eſt, quod ſolum incurrant hanc excommunicationem Pyratæ diſcurrentes Mare Sedis Apoſtolicæ, aut Principis alterius, cuius ex ditione, facilis ſit tranſitus ad Mare quod Papæ ſubeſt. Quia id ſolum exigũt Bullæ dictæ, vt hæc verba indicãt: *Excommunicamus Pyratas, &c. diſcurrentes mare noſtrum*, & hic eſt coma; & deinde ſequitur; *Præcipuè à Monte Argentario vſque ad Tarracinam*, vt apertè conſtet, tantum excommunicari nunc eos Pyratas, qui diſcurrunt Mare, quod alluit terras Sedi Apoſtolicæ immediatè,

Digitized by Google

immediatè, vel mediatè ſubiectas, vt eſt Mare ſupremum, & Mare inferum Tyrrhenum, ſcilicet, Ionicum, & Adriaticum, quod alluit Regnum Neapolitanum, Siciliam, Sardiniam, Corſicam, mediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta: præcipuè tamen, eas, quæ ſibi immediatè ſubiiciuntur, & patent incurſibus Pyratarum. Ea autem ſunt, quæ interiacent montem Argentarium, & Terracinam. Sic tenent Tolet *lib.1.c.20.n.5.* Filliuc. *tr.16.cap.4.q.2.dict.2.n.75.* Bauny *q.1.cit.in explicat. caſus ſecundi, verſ. Ad hanc ergo.* Machado *docum.5.citat.num.6.* Bonac. *loc.cit.punct.2.num.4.* Duardus *can.3.quæſt.3.* Vgolinus hic *cap.3.§.2.verſ. Tertiò.* Palao *diſput.3.punct.4.num.3.* & alij.

Qvæstio XIII.

An in hanc excommunicationẽ incidant Pyratæ, ſtatim ac Mare incipiunt diſcurrere animo prædandi, etiamſi reipſa non ſequatur prædatio?

NEgant plures Doctores exiſtimantes, neceſſarium eſſe ad contrahendam hanc Cenſuram, vnam harum actionum, nempe deprædari, mutilare, aut interficere, aut ſpoliare bonis ſuis aliquem; ideóque non ſufficere ſolam maris diſcurſionem, niſi deueniatur ad aliquam actionem ex prohibitis per Bullam Gregorij XIII. relatam ſup. *quæſt.1.* Ita Caietanus *verb. excommunicatio cap.18.* Viualdus *in explicat. tertij caſus n.20.* & penes illum, Armilla. Luyſius *lib.3. de Cenſur. diſput.28. dub.2. verſ. Mihi verò.* Saytus *lib.3. cap.7. num.5.* Polao *punct.4.cit.num.5.*

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum. Quod, licet iuxta tenorem Bullæ Gregorij XIII. non inciderent in excommunicationem Pyratæ diſcurrentes Mare animo prædandi, niſi præda, aut mutilatio, aut interfectio, aut ſpoliatio bonorum, cum effectu ſequeretur, vt patet ex verbis Bullæ *quæſt.1.* adductis: At tamen, nunc iuxta Bullam Clementis VIII. & Pauli V. loquendo, dicendum eſt incidere in dictam excommunicationem Pyratas, qui ſuſcipiunt nauigationem in Mari ditioni Papæ, (iuxta nuper dicta) ſubiecto, animo furandi, & deprædandi, quamuis reipſa, nullum committat furtum, aut latrocinium. Quia in Bulla hac, ſola actio diſcurrendi mare exprimitur: ergo illa ſola ſufficit. Antecedens conſtat ex verbis Bullæ, quæ ſic ſe habent: *Excommunicamus omnes Pyratas, &c. diſcurrentes mare noſtrum, præcipuè à Monte Argentario, vſque ad Terracinam.* Et ibi perficitur clauſula, & nil aliud additur. Ideóque ità ſentiunt Filliucius *num.75. cit.* & penes illum Suarez *ſect.2.cit.num.19.* Sic etiam Toletus *lib.1.cap.20.n.6.* Alterius *lib.5. diſput.4.cap.2. difficultate 2. per totam.* Bauny *loc.cit. verſ. Sunt autem Pyratæ*, & penes illum, Graffius, Bonacina *quæſt.4.cit. punct.2.num.3.* Vgolinus *cap.3.§.1.num.1.* Reginaldus *num.265.* Duardus *can.3. quæſt.4. num.2.* & Graffius *lib.4.cap.18.num.67.*

Qvæstio XIV.

An Nautæ, vel Remiges Chriſtiani, qui in Nauibus Infidelium Pyratarum verſantur in mare, ſint excommunicati per hanc clauſulam Bullæ?

REſpondeo negatiuè. Quia iſti, vt ſupponimus, vi compelluntur ad exercendum hoc miniſterium, ad euitandum mortis periculum: propter quod eis parcit Eccleſia. Sic Alterius *loc. cit. dubit.4.* Bauny *loc.cit.*

Qvæstio XV.

An, non ſolum Fautores, Receptores, & Defenſores Pyratarum, ſed etiam conſulentes excommunicentur in hac clauſula Bullæ?

AFfirmat Nauarr. *cap.27.num.59.* & antea Angel. *excommunicat. 5. caſu 18.* & Caietan. *eod. verb cap.18.* Quia licèt verbum, *conſilium* ablatum ſit in Bullis nouioribus à tempore Gregorij XIII. tacitè tamen includuntur, nomine auxiliantium, & fauentium, cùm negari nequeat, eum, qui conſulit, aliquo modo adiuuare, & fauere.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod licèt olim, etiam conſulentes eſſent per Bullam excommunicati, eo quòd expreſsè nominarentur in illa his verbis: *Ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium dantes, conſilium, vel fauorem;* Modo verò nullatenus ſint excommunicati conſulentes, ſed ſolum Fautores, Receptatores, & Defenſores: quia, vt diximus, in nouioribus Bullis, ſublata eſt illa dictio, *conſilium*, ex quo conſtat noluiſſe Pontifices, dantes conſilium excommunicari. Nec valet dicere, quod tacitè includantur nomine Auxiliantium, vel fauentium: quia, vt benè Suarez, & alij plures ſolum conſilium præbere, nón eſt moraliter conferre auxilium, vel fauorem. Sic Suarez *diſputat.21. ſect.2.num.22.* Alterius *diſputat.4. citat cap.4.* Luyſius *lib.3. diſput.28. dub.2.* Qui dicunt, Angelum, & Caietanum loquutos, fuiſſe iuxta Bullas antiquas, in quibus erat Verbum, *Conſilium.*

DISPVTATIO IV.

De quarta excommunicatione Cœnæ, latâ contra Rapientes bona Chriſtianorum naufragantium.

Qvæstio Prima.

Contra quos hæc quarta excommunicatio feratur?

REſpondeo dicendum cum eodem textu Bullæ, quod *contra omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunq; nauibus tempeſtate, ſeu in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, vel quoquomodo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in mari, vel in littore inuenta, cuiuſcumque generis bona tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſcunque maris regionibus, & in litoribus ſurripuerint.* Sic Bulla. Et cum illa omnes Authores, præcipuè infra citandi. Qui omnes notant hanc excommunicationem prius latam fuiſſe in Concilio Lateranenſi ſub Alexand. III. Et habetur in cap. *Excommunicamus, de Raptoribus*, quamuis non eſſet tunc reſeruata.

Qvæstio II.

An incurrant hanc excommunicationem, qui bona Chriſtianorum ex naui pereunte non ex tempeſtate, ſed ex vetuſtate, vel ex imperitia Naucleri, aut aliàs, ſurripiunt?

REſpondeo incurrere modo. Quia in Bullis nouioribus Cœnæ latis à tempore Sixti V. apertè fit ſermo de Nauibus quoquomodo naufragium paſſis, vt conſtat ex verbis nuper relatis. Vnde quicumque bona Chriſtianorũ ex nauibus naufragium paſſis, ſiue

ſiue vi ventorum, aut tempeſtatis, ſiue ex vetuſtate, ſiue ex eo, quod in ſcopulum incidant, ſiue ex culpa nautarum, bona ſurripiunt, dictam excommunicationem incurrunt. (Secus fortaſſis dici poſſet attenta Bulla Gregorij XIII. vbi non habentur hæc verba: *Quoquomodo naufragium paſſis.*) Sic Viualdus *in explicat. Bullæ, caſu* 4. *num*. 28. Filliucius *tract*. 16. *cap*. 4. *quæſt*. 8 *num*. 89. Alterius *lib*. 5. *diſputat*. 5. *cap*. 1. *verſ. Qua in re notandum eſt.* Bonacina *diſputatione* 1. *quæſt*. 5. *puncto* 2. *num*. 8. Palao *diſputatione* 3. *punct*. 5. *num*. 6. *in fine*, & communis.

Qvæstio III.

An etiam incurrant eandem excommunicationem, qui bona Chriſtianorum, ex naui ab hoſtibus, bombardis confracta, aut igne cremata, ſurripiunt?

NEgat cum aliis Filliucius, his verbis: Quartò. Si ab hoſtibus naues diſrumpantur bombardis, vel incendio pereant, probabile eſt non comprehendi: quia nulla ratione videntur dici poſſe, naufragium paſſæ. Hunc autem caſum tanquam alienum à verbis Bullæ, & ideo, etiam à mente Conditoris, omiſſum eſſe, cenſeri poteſt; Et ita ſentiunt aliqui Recentiores. Ita Filliucius *num*. 69. *citato*.

Sed certè probabiliùs reſpondeo: etiam incurrere. Quia reuera ſurripiunt Criſtianorum bona ex nauibus, aliquo modo, naufragium paſſis, quod ſufficit, vt conſtat ex Bulla. Nam ſi concedit Filliucius, quod nauis, quæ ex vetuſtate aperitur, aut rumpitur, dicitur aliquomodo naufragium paſſa, vt ex illo eſt habitum *quæſt*. 2. quare non concidit etiam, cum eadem ſit ratio, quod nauis, bombardis rupta, aut conſumpta incendio, dici queat naufragium aliquo modo paſſa? Naufragium namque, nil aliud ſignificat, niſi ſubmerſionem rerum, vel corporum, ex fractura, aut nauis periclitatione, quocumque modo fiat prouenientem; *leg. Deprecatio, & per totum, ff. ad leg. Rhod. de iactu. l*. 2. *Codice de Naufrag.* Sic tenet Vgolin. *part*. 2. *cap*. 20. §. 1. Qui citat Viualdum, & alios. Bonacina *loco citato*, & penes ipſum, Viualdus, & Duardus. Palao etiam *num*. 6. *cit*. Legatur Machado *lib*. 1. *part*. 3. *tract*. 6. *docum*. 5. *in fine*, vbi refert vtramque ſententiam, more ſolito.

Qvæstio IV.

Quid intelligitur in Bulla, nomine, bonorum *naufragantium?*

REſpondeo intelligi omnia, quæ ſunt in Naui, & ipſa Nauis, Scaphæ, & quæcumque merces; & inſtrumenta, vt funes, anchoræ, remi, & ipſa ligna fracta Naui, ſi nauis ſaluatur. Vnde ſi quis rapiat in Mari, vel in littore aliquid dictorum bonorum, incidit in hanc excommunicationem. Sic omnino Alterius *lib*. 5. *diſputat*. 5. *cap*. 2. *dubit*. 5. & etiam Duardus *Canon*. 4. *quæſtione* 3. *num*. 3. Bonacina *diſputat*. 1. *quæſt*. 5. *punct*. 2. *num*. 16.

Qvæstio V.

An incurrant hanc Bullæ Cenſuram, qui Iudæorum, Turcarum, & aliorum Infidelium, qui naufragium ſubiere, bona ſurripiunt?

REſpondeo quod non, (quamuis aliàs ſurripientes omni iure teneantur ad illorum reſtitutionem. Quia Bulla Cœnæ expreſsè loquitur de ſurripientibus bona Chriſtianorum naufragantium. Sic Alterius *cap*. 2. *dub*. 7. Luyſius *lib*. 3. *diſputat*. 28. *dub*. 2. *verſ. Secundò notant*, & communiter omnes, præcipuè mox citandi *quæſt. ſequentibus.*

Qvæstio VI.

An ſaltem, qui prædantur nauim naufragatam Infidelium, onuſtam tamen fidelium bonis, ſint hac excommunicatione innodati?

REſpondeo ſub diſtinctione dicendo; quod non ſint excommunicati, qui rapiunt ipſammet nauim, aut eius inſtrumenta: quia ſunt bona Infidelium; (quamuis, vt diximus, teneantur ſub mortali reſtituere rem ablatam.) Benè tamen, qui rapiunt bona fidelium ex Naui infidelium: quia quod Pontifex, præcipuè voluit, fuit prouidere conſeruationi bonorum fidelium: parum autem refert ad id, quod ea bona deferantur in Nauibus Chriſtianorum, an infidelium. Sic Filliucius *tract*. 16. *cap*. 4. *quæſt*. 8 *num*. 88. Alterius *lib*. 5. *diſputat*. 5. *cap*. 2. *dubit*. 8. Qui benè addit ad eundem modum, vice verſa, eſſe dicendum; quando Nauis eſt fidelium, & merces infidelium. Sic etiam Bonacina *quæſt*. 5. *citat. punct*. 3. *num*. 2. & 4. & Duardus hic *quæſt*. 3. & 4. *num*. 12. & alij.

Qvæstio VII.

An ſaltem ſint hac Cenſura ligati, qui rapiunt bona hæreticorum naufragantium?

AFfirmant aliqui, quos tacitis nominibus refert Alterius *vbi infrà*. Quia inquiunt, Canon generaliter loquitur de bonis Chriſtianorum quorumcunque: at ſic eſt, quod hæretici annumerantur inter Chriſtianos, ratione characteris: ergo.

Sed probabiliùs multò reſpondeo: non eſſe. Quia non eſt mens legiſlatoris Bullæ protegere bona hæreticorum, cum conſtet, eos aliàs tanquam ab Eccleſia præciſos execrari potius, ac perſequi Cenſuris. Adde quod in fauorabilibus, nomine Chriſtianorum ſolum veniunt Catholici, non hæretici, qui propriè non vocantur Chriſtiani, cum nec ratione characteris maneant actu coniuncti cum Eccleſia. Sic Vgolin. *cap*. 20. *cit*. §. 2. Viuald. *in explanat. Bullæ Cœnæ, caſu* 4. *num*. 30. Alterius *lib*. 5. *diſputat*. 5. *cap*. 2. *dub*. 7. & Filliucius *tract*. 16. *cap*. 4. *quæſt*. 9. *num*. 90. Qui idem à fortiori negant eſſe excommunicatos, rapientes bona Apoſtolorum naufragantium, id eſt, illorum Chriſtianorum, qui fidem Chriſti negantes, facti ſunt Saraceni, vel Mauri. Et merito, cum hi, nec ſint propriè, nec ſoleant vocari Chriſtiani. Sic etiam Bonacina hîc *diſp*. 1. *q*. 5. *punct*. 3. *n*. 5. Sayrus *lib*. 3. *c*. 8. *n*. 7. Reginald. *lib*. 9. *num*. 270. & Duard. hîc *quæſt*. 3. *num*. 6.

Qvæstio VIII.

An ſaltem incurrant hanc Bullæ Cenſuram, qui bona latronum maritimorum, & Pyratarum naufragantium rapiunt?

AFfirmat Alterius *cap*. 2. *citat. dub*. 6. Quia inquit, licèt in Bulla Pij V. fuerit hic caſus exceptus, & ſic qui accipiebant bona Pyratarum naufragantium non erant excommunicati: Nunc verò, quia in aliis poſterioribus Bullis Clementis VIII. & Pauli V. non excipitur, dicendum eſt, bona Pyratarum comprehendi in hoc Canone, & eos, qui rapiunt illa, incurrere hanc excommunicationem; aliàs exceptio illa non eſſet ſublata. Ita ille, & ſanè Probabiliter.

Sed

Sed non minus reſpondeo: non incurrere. *Primò*, quia, qui horum bona requirunt non incurrunt excommunicationem latam cap. *Excommunicamus*, *de raptor.* vt docent Hoſt. Ioan. And. Anan. Angel. Sylu. & alij, quos citat, & ſequitur Filliuc. *vbi infrà*: at ſic eſt, quod illa excõmunicatio eſt eadem cum iſta: ergo. *Secundò*, quia hoc genus perſonarum æquiparantur hoſtibus fidei, & ſunt publicè diffidati, itaut bona ipſorum ab omnibus ſurripi poſſint, ex Baldo, in Authentica Nauigia. *C. de furtis.* Vbi declaratur, non habere locum in ſurripientibus, bona dictorum Pyratarum naufragantium, pœnam conſtitutam in ſurripientibus bona naufragantium. Sic omnino Filliucius *q. 9. cit n. 91.* vbi id confirmat, ex eo, quod olim id in Bulla Pij V. fuerit expreſsè declaratum. Ex quibus conſtat ad fundamentum Alterij. Sic etiam Bonacina *punct. 3. cit. num. 2.* & Duardus *hic quæſt. 4.*

QVÆSTIO IX.

An rapientes bona proiecta è Nauibus ad eas alleuandas, ſint hac Cenſura comprehenſi?

NEgant Palao *diſput 3. punct. 5. num. 6.* Vgolinus, Duardus, Reginaldus, & alij apud ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe comprehenſos. Quia dominium horum bonorum, cum non omnino liberè ea iactent, remanet apud proiicientes: ergo ſurripientes ea bona non excuſantur à furto: ergo nec à Cenſura. Atque ita eſt cautum iure Ciuili, *l. 2. & l. Qui leuanda. ff. ad legem Rhod de iactu, l. Qua ratione, l. Quacunque. ff. de acquir. rer. domin. & alibi.* Sic Filliucius *q. 9. citat. dicto 3. num. 92.* Alterius *lib. 5. diſputat. 5. cap. 2. verſ. Secunda propoſitio, poſt 8. dubitat.* Viualdus *in explicat. huius Canonis, numero 35.* Bonacina *puncto 3. citat. numero 9.* quamuis *tomo 3. diſputat. 1. quæſtione 5. puncto 2. num. 6.* oppoſitum dicat.

QVÆSTIO X.

An caſu, quo bona electa ad alleuandas Naues, ſint ſtatim peritura, vt ſunt ſacharum, farina, papyrus, &c. poſſit quũ, abſque incurſione Cenſuræ, ſtatim ea ſibi ſumere?

REſpondeo poſſe. Quia talia, eo ipſo quod proiiciuntur, haberi ſolent pro derelictis, ex *l. falſus. §. Si iactum, ff. de furt.* Sic Abbas *in cap. Cum dilecti, num. 11.* & Felin. *num. 16. de Accuſat.* Alexand. *in l. Qui alleuandæ. ff. ad leg. Rhod. de Iactu. & in leg. Interdum.* Filliucius *loco citato, dicto 4. numero 93.* & alij. Secus dicendum eſt, ſi bona eiecta non eſſent peritura ſtatim, ſed poſſent aliquo modo ad litus trahi, vt ſunt res, quæ per aquas poſſunt natare, vt dolia plena vini, vt res olei, & farina, ſacharo, & ſale, in vaſe ligneo conſeruata; quia qui hæc, & ſimilia bona ſibi vſurparet, verè eſſet excommunicatus, quia verè non haberentur pro derelictis. Sic Filliucius *num. 96.* Alterius *lib. 5. diſputat. 5. cap. 2. dub. 2. poſt 9. dubitationem,* & alij Doctores, nuper citati.

QVÆSTIO XI.

An, qui bona naufragantium, quæ diù in littore maris iacuerunt, rapiunt, hanc Bullæ Cenſuram contrahant?

REſpondeo non contrahere eam. Quia rationabiliter præſumi poteſt, quod ea bona habeantur ab eorum dominis pro derelictis; cum taceant, nec per ſe, nec per alios ea perquirant: at ſic eſt, quod ea, quæ habentur pro derelictis fiunt capientis: ergo. Sic Panormit. & Gloſſa, quos citat, & ſequitur Angel. *verb. Inuenta, & verb. Naufragium.* Syluelt. & Armilla *ibid.* Filliucius *loc. cit. dicto 5. num. 94.*

QVÆSTIO XII.

An, qui ex Naui in mari, onuſta mercibus, merſa, aliquid accipit, ſit excommunicatus?

AFfirmat Alterius, eſſe excommunicatum, niſi caſu quo Dominus, machinis adhibitis, & tentatis omnibus, illam derelinquat; nam tunc, inquit, ſi quis inueniretur, qui arte aliqua aliquid ex naui extraheret cum vitæ ſuæ periculo, poſſet illud ſibi retinere: ſecus ſi accipit ſine periculo vitæ, nam tunc debet locare operam ſuam, & naufraganti ſubuenire. Ita ille *lib. 5. diſputat. 5. cap. 2. dub. 3. poſt 9. dubitationem,* & anteà Vgolinus apud Filliucium *loco citato, num. 93.*

Sed probabiliùs reſpondeo dicendum: eſſe quidem excommunicatum illum, qui ex tali naui, ſtatim ac merſa eſt in profundum maris, aliquid accipit; quia tunc non eſt habenda pro derelicta; cum poſſit dominus eam aliqua extrahere arte. Secus verò, ſi ex ea aliquid accipiat poſtquam dominus, tentatis, ſed in vanum, omnibus modis, ad extrahendam illam, eam derelinquat, & nil amplius de illa curat. Quia tunc habenda eſt pro derelicta, & ideo ab excõmunicatione excuſabitur quiſquis ex tali naui aliquid accipiat, vt conſtat ex habitis *quæſt. 10. & 11.* Legatur Filliucius *tract. 16. cap. 4. quæſt. 9. & 10.*

QVÆSTIO XIII.

An caſu, quo in euidenti periculo naufragij, nauis deſeratur ab omnibus, etiam à Domino, & ſolus Nauta remaneat, & induſtria conſeruet illam, poſſit, abſque incurſione peccati, & Cenſuræ ſibi nauim acquirere?

REſpondeo quod non poſſit ſibi illam acquirere, ſed teneatur ſub pœna peccati mortalis, & excommunicationis reſtituere Domino. Quia iſte deſerendo nauim, & merces, non cedit iuri ſuo, ſed relinquit illas arbitrio fortunæ, & tempeſtatis, itaut ſi contingat ſeruari illas, velit eas recuperare; & ideo non habentur pro derelictis. Sic omnino Alterius *cap. 2. cit. dub. 5. poſt 9. dubitat.* Addens idem dicendum eſſe, caſu, quo alij Nautæ inueniant illam nauim abſque ſuo Domino.

QVÆSTIO XIV.

An, ſi quis bona naufragantium, iam ex mari extracta, & in terra expoſita, atque in domo alicuius conſeruata, ſibi ſurriperet, in excommunicationem huius Canonis incideret?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe probabilem clarè inſinuat Alterius mox citandus, & tenet Suarez *diſput. 21. ſect. 2 num. 33.*

Sed certè probabiliùs reſpondeo; talem raptorem non incidere in dictam excommunicationem. *Primò*, quia in hoc Canone, vt expreſsè vidimus *quæſtione 1.* ſolum veniunt bona in nauibus inuenta, & ex ea eiecta, & inuenta in mari, vel littore: at bona in caſu noſtro poſita, nullibi ex dictis locis erant: ergo. *Secundò*, quia in terra faciliùs poſſunt bona naufragantium cuſtodiri, & difficiliùs accipi: ergo non fuit neceſſarium, vt Bulla per excommunicationem id prohiberet. Sic Alterius *diſputatione 5. capite 2. dubio 6. poſt dubitationem 9.* Filliucius *num. 98.*

Digitized by Google

*num.*98. Bonacina *diſputatione* 1. *quæſtione* 5. *puncto* 1. *numero* 5. & alij

Qvæstio XV.

An, qui huiuſmodi naufragantium bona accipit putans ſibi licere, ab excommunicatione hac excuſetur?

RE ſpondeo ex ſæpè dictis: excuſari, quamdiù eſt in hac probabili ignorantia: Nam hæc, ſicuti bona fides, quemadmodum à culpa & peccato excuſant ita ab excommunicatione. Sic Alter. *loc. cit. dub.* 7. Filliuc. *tract.* 16. *c.* 4. *quæſ.* 10. *n.* 95. Qui benè addit excuſari etiam caſu quo raptor inuincibiliter hanc Cenſuram ignoret. Et anteà Angelus *verb. Naufragium, numero* 3. *in fine.*

Qvæstio XVI.

An etiam excuſetur ab hac excommunicatione, qui bona Naufragantium accipit, vbi id permiſſum eſt ex conſuetudine introducta?

AFfirmatiua pars ſuaderi poteſt. Quia (vt refert Couar. *ad regul. peccatum, p.* 3. §. 1. *n.* 5.) apud Gallos extat conſuetudo, vt Dominus Prouinciæ, & Territorij, bona Naufragantium, vti oberrantia, & dominum incertum habentia, occupet, & ſibi acquirat, ſecundum. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, n.* 935. Huius opinionis videtur eſſe Filliuc. *n.* 95. *cit.* vbi agens de cauſis, quæ excuſare poſſunt accipientes bona Naufragantium ab excommunicatione, dicit, primam eſſe, ſi verè furtum non committatur, vel quia probabiliter credatur eſſe licitum, vel permiſſum vigore alicuius conſuetudinis, ex Angelo, & Syluestro *verb. Naufragium.* Ita ille. Sed malè omnino.

Vnde tanquam certum reſpondeo: nullum raptorem bonorum Naufragantium excuſari ab excommunicatione vigore alicuius conſuetudinis. *Primò*, quia talis conſuetudo, ſi alicubi viget, nec eſt valida, nec legitima, ſed potiùs iniqua, cum approbet, & faciat licitum furtum, vt inquit Gloſſa *in cap. Cum dilecti, de Accuſat. verb. Dilapidatione.* Nec certè apparet cauſa, quare talis conſuetudo à culpa furti excuſare poſſit Quid enim obſecro (ait Couar.) Naufragus miſer fecit, vt dignus ſit amiſſione rerum, quæ ad ipſum lege naturæ pertinẽt? Quid itẽ Principem Chriſtianiſſimũ mouere poteſt, vt tam impiam, & crudelẽ conſuetudinẽ probauerit, aut eã à Iudicibus ſeruari permiſerit?

Secundò, quia Pontifex expreſsè in Bulla hac, declarat irritum, & inane quodcunque priuilegium, & conſuetudinem in contrarium inductam, his verbis. *Ita vt ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem aut longiſſimi, etiam immemorabilis temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunque prætextum excuſari poſſint:* ergo. Ideo hanc ſententiam tenent in primis Angel. & Syluest. *loc. cit.* pro ſe à Filliucio, Cauarruuias *loc. cit.* Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 60. & 117. Alterius *lib.* 5. *diſput.* 5. *cap.* 8. *in fine.* Leſſius *lib.* 2. *de Iuſtit. cap.* 5. *dubio* 18. *numero* 67. & *cap.* 14. *dubio* 7. *numero* 48. Suarez *diſputatione* 21. *ſect.* 2. *num.* 35.

Qvæstio XVII.

An ſaltem excuſetur ab excommunicatione, qui bona Naufragantium accipit, animo reſtituendi ea veris dominis?

RE ſpondeo tanquam certum: excuſari. Quia in hoc Canone Bullæ, non excommunicantur ſimpliciter qui dicta bona accipiunt; ſed qui ſurripiunt, hoc eſt, animo ſibi retinendi accipiunt. Verum eſt, quod iuxta probabiliorem opinionem ſi dictus Acceptor, repertis dominis, moram faceret, abſque rationabili cauſa, incideret in excommunicationem, cap. *Excommunicamus, de Raptorib.* Sic omnes. Caiet. *excommunic. cap.* 23. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 118. Alterius *diſputat.* 5. *cit. cap.* 1. *in fine.* Filliucius *num.* 95. *cit. verſ. Secunda, ſi caperentur.* Luyſius *lib.* 3. *de Cenſur. diſput.* 28. *dub.* 2. Suarez *diſputat.* 21. *ſect.* 2. *num.* 32. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 5. *cap.* 2. *dubit.* 2. & 4. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *num.* 4. & alij.

Qvæstio XVIII.

An etiam excuſaretur ob materiæ leuitatem?

RE ſpondeo tanquam certum: excuſari etiam. Vnde ſi quis raperet gladiolum, aut quid ſimile, non incurreret hanc Cenſuram: nam ad illam incurrendam, requiritur quod furtum ſit mortale, vt conſtat ex dictis ſupra *tract.* 1. *de Cenſur. in communi.* Sic omnes communiter. Filliucius ex Vgolino *loco citato, verſ. Quarta, ratione materiæ.*

Qvæstio XIX.

An item excuſaretur ab hac excommunicatione qui bona Naufragantium in flumine, vel lacu, ſurriperet?

RE ſpondeo item excuſari. Quia leges pœnales non ſunt extendendæ vltra proprietatem verborum: at in hac Bulla expreſsè fit ſermo de bonis inuentis in mari, aut litore: ergo. Sic Regin. *lib.* 2. *n.* 270. Duardus *hic quæſt.* 8. Bonac. *punct.* 2. *cit. n.* 7. & Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 4. *quæſ.* 11. *num.* 97. Qui oppoſitum ſentit caſu quo naufragium factum eſſet in ingreſſu fluminis è mari; quia tunc perinde eſſet ac in mari, cum fluminis curſus ea bona deferret in mare, & ad litus eius. Sed hæc limitatio non placet Bonacinæ, quia tunc (inquit) non dicuntur ſurripi bona naufragantium in mari, aut in littore inuenta.

Qvæstio XX.

An deinde, ab eadem Cenſura excuſetur, qui accipit in cuſtodiam bona præfata à ſurripientibus?

RE ſpondeo excuſari itidem. Quia hæc actio omiſſa eſt in Bulla à Pontificibus poſt Gregor. XIII. in cuius Bulla aderat, vt refert Nauarrus *capite* 27. *numero* 60. Verum eſt, quod dicti in cuſtodiam accipientes teneantur, ſi id ſcienter faciant, reddere ea veris dominis, iuxta *leg.* 3. §. *Non tamen, ff. de Incend. ruin. & naufr.* Sic Filliucius *loco citato, num.* 98. Alterius *lib.* 5. *diſputatione* 5. *cap.* 3. Viualdus *in explicat. huius* 4. *canonis, num.* 33.

Qvæstio XXI.

An, qui iniuſtè hæc bona Naufragantium accipit, & etiam iniuſtè retinet, duas incurrat, excommunicationes alteram Bullæ Cœnæ, & alteram cap. Excommunicamus?

AFfirmat Suarez *diſputat.* 21. *ſect.* 2. *num.* 31. Quia Cenſura Bullæ & Cenſura capitis citati, latæ ſunt propter diuerſas cauſas, & peccata; nam excommunicatio Bullæ fertur propter furtum, ſeu iniuſtam acceptionem bonorum Naufragorum: excommunicatio

verò illius Decretalis fertur propter iniuſtam retentionem eorundem bonorum: ergo.

Sed probabilius reſpondeo: Vnam ſolam incurrere excommunicationem, quia probabilius eſt, quod vtraque excommunicatio lata ſit contra ſurripientes naufragantium bona; cum hoc tamen diſcrimine, quod excommunicatio iuris lata eſt contra ſurripientes, ſi fuerint moroſi ad reſtituendum: excommunicatio verò Bullæ ſtatim afficit ſurripientes nulla expectata mora. Et ideò quando hæc Bullæ excommunicatio concurrit cum excommunicatione iuris de eadem re non multiplicantur cenſuræ, & ideò non erit neceſſaria duplex abſolutio, ſed vna. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 5. cap. 2. dubit. 2.*

QVÆSTIO XXII.

An hæc Bullæ excommunicatio extendatur ad eos, qui fauent, aut adiuuant Raptores bonorum Naufragantium?

NEgat abſolutè Luyſius *lib. 3. de Cenſur. diſput. 28. dub. 2. in fine*, eo quod de his nulla fit mentio in hoc Canone, ſicut fit in Canone præcedenti, & aliis: ergo ſignum manifeſtum eſt, mentem Pontificis fuiſſe non extendere ad prædictos hanc excommunicationem, Negant etiam Vgolinus, & Duard. quos ſequitur Palao *punct. 5. cit. n. 10.*

Sed abſolutè loquendo reſpondeo extendi. Quia, licèt expreſsè, & formaliter, non fiat mentio in dicto Canone, de Fautoribus, ſeu Adiutoribus Raptorum bonorum Naufragantium; fit tamen mentio illorum implicitè, & virtualiter, vt conſtat. Nam eo ipſo quod Raptores excommunicantur, ſimul etiam excommunicantur Fautores, & Adiutores eorum, cum verum ſit; quod qui fauent, & adiuuant Raptores, ipſi verè & propriè quoque raptores ſint: ſicuti omnes, qui aliquo ex his modis, ad committendum furtum concurrunt, dicuntur verè fures & tenentur ad pœnam furti. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 5. cap. 3.* & in re idem ſentiunt Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n. 33.* Filliuc. *tr. 16. cap. 4. quæſ. 14. n. 101.*

DISPVTATIO V.

De quinta Excommunicatione Cœnæ, lata contra imponentes iniuſta, & iniqua Pedagia, ſeu Gabellas.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas hæc excommunicatio feratur?

RESPONDEO quod contra tria perſonarum genera, nempe contra imponentes noua pedagia ſeu gabellas in terris ſuis. Secundò contra augentes pedagia. Et tertiò contra exigentes prohibita pedagia imponi, & augeri. Sic colligitur clarè ex verbis Bullæ, quæ ſunt hæc. *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis, noua pedagia, ſeu gabellas præterquam in caſibus à iure, ſeu ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis, imponunt, vel augent, aut imponi, ſeu augeri prohibita exigunt.* Sic Canon Bullæ, apud Viualdum, Villalob. & alios. Et ſic ex illo docent omnes, præcipuè ſtatim citandi.

QVÆSTIO II.

Quid prohibere velit Summus Pontifex in hoc Canone, nomine Pedagiorum, *ſeu* Gabellarum?

REſpondeo voluiſſe generaliter prohibere omnem impoſitionem cuiuſcunque generis tributorum, & exactionum, quomodocunque vocentur. Quia hæc nomina, Pedagium, videlicet, & Gabella, inter alia, quibus in iure, ſignificantur tributa, quæ à ſubditis Principi ſoluuntur ratione Regiæ, vel Imperialis poteſtatis, præcipua ſunt, & magis vſitata, & comprehendunt omnes tributorum ſpecies, quorum nomina ſunt Guidagium, Vectigal, Teloneum Duana, Datium, Salinarium, Portorium, Tallia, Collecta, Penſio, Cenſus, Decima, Munus, Angaria, & Perangaria, de quibus omnibus agit Alterius *lib. 5. diſp. 6. cap. 1.* & alij citandi. Sic ipſe. Et Filliucius *tract. 16. cap. 5.* Luyſius *lib. 3. diſp. 28. dub. 3.* Toletus *lib. 1. cap. 21. num. 4.* Viualdus *in explicatione huius quinti Canonis, quæſ. 2. n. 37.* Nauarrus *cap. 27. n. 61.*

QVÆSTIO III.

Quæ genera perſonarum habeant, iure ordinario, poteſtatem imponendi Pedagia, & Gabellas?

REſpondeo quod omnes illi, qui non habent Superiorem in temporalibus, & qui ex priuilegio, aut conſuetudine immemoriali id habent. Vnde Pontifex, Concilium generale, Imperator, Rex, non ſolum Romanorum, vt exiſtimarunt Hoſtienſ. Angel. & Sylueſter, apud Alterium *vbi infrà*, ſed quicumque, & etiam Princeps ſupremus, habent poteſtatem imponendi Pedagia, & Gabellas: Necnon & alij, qui ius eas imponendi acquiſierunt conſuetudine legitimè præſcripta tempore immemorabili, hoc eſt, cuius initij non extet memoria. Exceptis ergo his perſonis, omnes alij, qui imponunt gabellas, vel augent antiquas, innodantur excommunicatione huius Canonis. Sic communiter omnes. Legantur Suarez *diſput. 21. de Cenſur. num. 37.* Alterius *lib. 5. diſp. 6. cap. 2.* Nauarrus *cap. 27. num. 61. & 102.* Sylueſter *verb. Vectigal.* Viualdus *loc. cit. quæſ. 1. num. 36.* Sà *in excommun. Bullæ, num. 9.* & alij ſummiſtæ *verb. Gabella, Pedagium, & Vectigal.* Dicaſtillo *tom. 2. de iuſtit. lib. 2. tract. 20. diſp. 1. dub. 1.* & alij plures penes ipſum.

QVÆSTIO IV.

An præfati Principes, qui iure ordinario habent poteſtatem imponendi gabellas, incurrant hanc cenſuram, quando iniuſta tributa imponunt?

NEgat Nauarrus *cap. 27. num. 61. verſ. Tertia*, docens in hoc Canone, non comprehendi Principes ſupremos, qui non agnoſcunt in temporalibus ſuperiorem; ſed ſolos illos, qui ſuperiorem in temporalibus recognoſcunt, ad quam ab eis appellari poteſt. Negant item Sylueſter *verb. Gabella 3. §. 7.* quem citat, & ſequitur Toletus *lib. 1. cap. 21. num. 6.* Quia, inquit, in hoc Canone, non iniuſta pedagia, ſed noua imponentes excommunicantur. Filliucius *tract. 16. cap. 5. quæſ. 2. dicto 2. n. 105.* Sayrus *cap. 9. n. 7.* Reginald. *lib. 9. n. 274.* & alij.

Sed nunc iam probabiliùs reſpondeo incurrere dictam excommunicationem Principes etiam ſupremos, ſi in caſibus ſibi à iure non permiſſis gabellas imponunt. Ratio eſt, quia, licèt iuxta tenorem

Digitized by Google

Bullæ Gregorij XIII. (quam declarauit Nauarrus) eius opinio eſſet ſatis probabilis, eo quod ſolum excommunicabat eos, qui tributa imponebant, non habendo ad id poteſtatem aliquam: Attamen iuxta tenorem Bullæ Sixti V. & Clementis VIII. contraria opinio non videtur probabilis, cum non excommunicentur in ea qui poteſtatem non habent; ſed illi, qui in caſibus ſibi non permiſſis gabellas imponunt: ergo etiamſi aliàs habeant poteſtatem ad imponenda tributa, ſi ea vtuntur in caſibus è iure non permiſſis, contra hanc prohibitionem agunt, & conſequenter hanc excommunicationem contrahunt. Sic Suarez *diſp.21.ſect.2.n.38.* Alterius *lib.5.diſp.6.cap.3.*& anteà Angel. *verb. Pedagiũ.§.5.& excommunicatio 5.caſu 19.* Tabiena *eod.verb.Pedagiũ.§.6.* D.Anton.*2.part.tom.1.cap.13.§.7.* Duard.*in expoſit huius Can.lib.2.q.6.* Bonacina *diſp.1. de Cenſur. Bullæ, q.6.punct. 3.n.6.* Palao *diſp.3. de Cenſur.punct.6.n.7.*& alij.

Qvæstio V.

An caſu, quo Rex imponat tributum ſuis ſubditis ex cauſa iuſta; ſed tamen quoad perſonas, generalius illud imponat, quàm iuſtè poſſit, comprehendendo Clericos, vel alias perſonas exemptas, in hanc Bullæ cenſuram incidat?

AFfirmant apud Alterium, Angelus & Tabiena *locis citatis* nuper, eo quod ſentiant, per hunc quintum Canonem eſſe excommunicatos imponentes Gabellas quouis modo iniuſtas. Affirmat etiam Palao *diſp.3.punct.6.num.8.* qui citat Toletum *lib.1.cap.22.num.12.* Duardum, & Bonacinam. Sed ex his malè citat Toletum, nam *c.22.cit.* nec habet numerum 22. nec aliquid pro hac parte affirmat, imò benè oppoſitum, *vbi infrà.*

Vnde probabilius reſpondeo non incidere in excommunicationem huius Canonis (licet benè in aliam contentam infra Canone 18. attinentem ad libertatem Eccleſiaſticam, vbi id explicabimus. Ratio eſt, quia in dicto caſu; propriè dici non poteſt, quod Rex imponat, in terra ſua, tributum in caſu ſibi à iure non permiſſo (quod ſolum damnatur in hoc Canone) ſed modo ſibi non permiſſo, hoc eſt, circa perſonas non permiſſas, quas, Rex grauare non poteſt, quæ circunſtantiæ non puniuntur per hunc Canonem, vt ex verbis dictis patet. Sic Suarez *ſect.2.cit.num.40.* ex Nauarro *loc. cit.* Alterius *lib.5.diſput.6.cap.4.dub.4.& 5.* ex Syluestro *verb. Gabella 3. §.7.* Toletus *lib.1.cap.21.n.5.* Villalobos *tract.17.diff.20.n.18.*

Qvæstio VI.

An qui abſque auctoritate imponendi tributa, augent vetera, ſint per hunc Canonem excommunicati?

NEgant Roſella *verb.excommunicatio 44.§.5.*& Armila *verb. Gabella,§.8.* vbi ſic ait: Imponentes noua pedagia, vel augentes aliqua ſine legitima authoritate, mortaliter peccant peccato rapinæ, & ſunt excommunicati quoad noua imponentes, non autem quoad augentes. Ita ille. Ratio eſt, quia hi non imponunt noua, quod Canon requirit.

Sed, vt iam certum, reſpondeo iam eſſe excommunicatos, quia in Bullis poſt Sixtum V. non ſolum excommunicantur qui imponunt noua tributa, ſed etiam qui illa augent, vt conſtat ex contextu Canonis relati *quæſt.1.* Sic Syluester *excommunicatio 7.§.54.* & Tabiena *ver.Pedagium,§.5.* quos citat & ſequitur Toletus *lib.1.cap.21.num.8.* vbi huic quæſtioni reſpondens, ſic ait: Hoc tamen dubium habebat in Bullis ante Pium V. iam verò non eſt dubitandi ratio: nam à tempore Pij, additum eſt illud, *impoſita augent,* quod adiectum fuit ad tollendas dubitationes, & opiniones: at quamuis adiectum non eſſet, verè erat etiam prohibitum: nam ex alteratione, & augmento, reſultat nouum tributum, & noua impoſitio. Sic Toletus *ibi,*& *lib.5.cap.73.* aliàs *74.num.2.*& ante illum Nauarr. *cap.27.n.61.declarat.1.* Suarez *diſp.21.ſect.2.num.43.* Palao *de Cenſur.diſp.3.punct.6.num.5.*& communis.

Qvæstio VII.

An non ſolum imponentes Gabellas, ſeu tributa, hac lege prohibita; ſed etiam exigentes illa ſint hoc Canone excommunicati?

REſpondeo tanquam certum: Vtroſque eſſe excommunicatos, quia id patet ex verbis Bullæ, *imponunt, vel augent; aut imponi, vel augeri prohibita exigunt.* Sic omnes. Nauarrus *cap.27.num.61.* Vbi per exigentes tributa, ſeu gabellas, intelligit has perſonas, nempe Hæredem Imponentis, Publicanum, Conductorem; Arrendatorémve, & famulum recipientem dictas gabellas prohibitas. Sic etiam Suarez *ſect.2. cit. n.44.* Alterius *lib.5.diſp.6.cap.4.dub.6.* Toletus *loc. cit. n.9.* Filliucius *tract.16.c.5.quæſ.5.n.112.* Palao *punct.6. cit.n.9.*

Qvæstio VIII.

An per hunc Canonem Bullæ, ſimpliciter excommunicentur omnes exigentes Gabellas, quomodocumque iniuſtè impoſitas, & auctas, extra caſus ſibi à iure permiſſos: an verò ſolum illi qui exigunt gabellas iniuſtas defectu poteſtatis illas indicentis?

AFfirmant ſolùm hos vltimos eſſe excommunicatos per hunc Canonem, Authores citati pro prima ſententia *quæſt.4.* Inter quos expreſſius Toletus *lib.1.cap.21.num.9.* per hæc verba: Aliud dubium eſt, qui ſunt iſti exactores, qui excommunicantur: Dico eſſe miniſtros, & officiales, qui talia pedagia prohibita, id eſt, abſque auctoritate impoſita exigunt; qui ſunt etiam excommunicati. Vnde illud verbum, *prohibita,* refertur ad pedagia abſque auctoritate impoſita, vel aucta. Ita Toletus.

Sed probabilius reſpondeo dicendum: quod, quamuis, iuxta tenorem Bullarum ante Sixtum V. ſit verum, ſolos eſſe cenſendos excommunicatos per hunc Canonem, illos qui exigebant gabellas iniuſtas ex defectu poteſtatis ipſius Imponentis, vt diximus loquendo de ipſo imponente *quæſt.4.* At verò modo poſt Sixtum V. aliter aſſerendum eſt: quia ex tenore Canonis huius temporis, ſimpliciter excommunicantur omnes imponentes, vel augentes noua tributa in caſibus ſimpliciter ſibi à iure non permiſſis, ſiue habeant poteſtatem imponendi tributa, ſiue illa careant: ex quo clarè deducitur, idem eſſe dicendum de ipſis exigentibus, aut exactoribus, nempe excommunicari omnes exigentes nouas gabellas, vel antiquas auctas, in caſibus in quibus licitum non erat illas imponere, aut augere, ſiue imponens habuerit poteſtatem legitimam ad illas imponendas, ſiue non. Sic omnino Alterius *lib.5.diſp.6.cap.4.dub.5.* qui tamen malè citat Toletum pro hac parte *lib.5. cap.73. verſ.2.* cum ibi non de hac quæſtione, ſed de ſexta à nobis ſuprà habita loquatur. Suarez *diſp.21.ſect.2. num.44.*

Digitized by Google

QVÆSTIO IX.

An qui plures gabellas exigunt, quàm ab imponente ſunt impoſitæ, incidant in hanc cenſuram?

NEgatiuam ſententiam eſſe probabilem, ait Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 5. *quæſ.* 5. *dicto* 2. *n.* 113. Quia, inquit, non videtur certum contrarium, propterea quod tantum videntur comprehendi in hoc Canone, qui exigunt tributa impoſita, vel aucta, publica auctoritate, abſque licentia ſuperiorum, vt docuit Rebuff. hoc loco & poſtea Palao *n.* 9. *cit.* & Bon. *tom.* 3. *de Cenſ. diſp.* 1. *quæſt.* 6. *punct* 3. *num.* 14.

Sed probabiliùs reſpondeo incidere, quia re vera prædicti, de facto exigunt gabellas non impoſitas; vel nondum auctas, & etiam prohibitas imponi de nouo, vel augeri, quod eſt expreſsè contra diſpoſitum in hoc Canone; in quo abſolutè, & ſine diſtinctione excommunicantur omnes, qui exigunt gabellas non impoſitas, aut prohibitas, &c. Sic ſentit Gloſſa *in l. fin. ff. ad leg. Iuliam, de vi publ.* quæ, legem punientem eos, qui noua vectigalia inſtituunt, interpretatur etiam de iis, qui plus exigunt. Et hanc ſententiam, vt probabilem tenet Filliucius *loc. cit.*

QVÆSTIO X.

An accipientes gabellas ſuprà damnatas, ab ſpontè dantibus, hanc excommunicationem incurrant?

NEgant communiter Doctores, quia ſolum prohibentur *exigentes,* hi autem ſunt, vel qui extorquent ab inuitis, vel petunt eas tanquam rem debitam, & adſtant in locis, vbi exiguntur, & ideo reputantur à prætereuntibus exactores: ergo non comprehenduntur in hoc Canone, qui gabellas prædictas ab ſpontè dantibus illas accipiunt. Ita ſentiunt communiter DD. *in Clement. Quoniam, de immunit. Eccleſ.* Angel. *excommunic.* 5. *num.* 19. Syluester *excommunic.* 7. §. 4. Caietan. *cap.* 71. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 61. vbi addit, inuitum etiam vocari, & nolentem ſoluere, qui ſoluit, rogatus ſoluere, tanquam debitum. Toletus *lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 9. *in fine.*

Sed certè communiter loquendo, reſpondeo tales eſſe excommunicatos, quia ſecundum prædictos Doctores, extorquens ab inito dictas prohibitas gabellas, incurrit hanc cenſuram, etiam caſu, quo alter rogatus ſoluat gabellam tanquam debitam: at ſic eſt quod nemo communiter loquendo, ſe ſpontè obligat, aut offert ad ſoluendam non debitam gabellam, niſi ſaltem rogatus, vt ſoluat: ergo omnis exigens illas, aut accipiens ab ſpontè præfato modo dantibus, excommunicationem incurret, quia in re ab inuitis eos extorquet. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 6. *cap.* 4. *dub.* 6. Palao *diſp.* 3. *punct.* 6. *fine,* Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 43. & alij. Imo credo ſic ſentire Authores citatos pro ſententia oppoſita, & non aliud, ſi rectè intelligantur.

QVÆSTIO XI.

An non ſolum Principes ſupremi, verùm etiam ciuitates, aut communitates imponentes noua pedagia in caſibus ſibi à iure non permiſſis, excommunicentur per hunc Canonem?

NEgandum videtur, quia communitas excommunicari non poteſt, ex *cap. Romana, de ſententia excommunicationis in* 6. & conſtat ex dictis *ſupr. tract.* 1. *de Cenſur.*

Sed vt certum reſpondeo etiam excommunicari per hunc Canonem, communitates, quæ abſque auctoritate gabellas imponunt, *&c.* Quia textus Bullæ expreſsè ait: *Omnes, qui in terris ſuis,* &c. abſque diſtinctione vlla: at ſic eſt, quod dictio *omnis,* eſt vniuerſalis, neminem excludens: ergo.

Nec obſtat argumentum factum, quia reſpondetur, quod in hoc Canone, non excommunicatur tota communitas collectiuè; ſed vnuſquiſque ſeorſum, qui huius criminis eſt reus. Vnde illi, qui conſenſum non præſtiterunt, non erant excommunicati. Sic omnino Alterius *lib.* 5. *diſp.* 6. *cap.* 4. *dub.* 3.

QVÆSTIO XII.

An ciuitas, aut communitas, quæ recognoſcit ſuperiorem temporalem, poſsit abſque incurſione huius cenſuræ, imponere collectam pro neceſſitatibus occurrentibus eiuſdem ciuitatis, aut communitatis?

NEgatiuam ſententiam eſſe probabilem, clarè inſinuat Filliucius *tract.* 16. *cap.* 5. *quæſ.* 5. *dicto* 2. *num.* 107. cum ſolùm dicat, probabile eſſe, non incurrere.

Sed certè, non ſolùm probabiliter, ſed ferè certum, reſpondeo poſſe dictam ciuitatem, aut communitatem imponere, abſque incurſione cenſuræ, collectam ad ſubueniendum neceſſitati publicæ occurrenti. *Primò,* quia huiuſmodi collectæ, aut taxæ, non ſunt propriè tributa, & gabellæ, quæ ab omnibus Principi tribuantur, ſed ſunt portiones quædam, quæ pro rata à ſingulis ipſius ciuitatis conferuntur in vnum; ad occurrendum neceſſitati, & communi indigentiæ ciuitatis; quod conſtat, quia vt bene Caietanus, collectæ tantum imponuntur ciuibus; gabella verò, ſeu vectigal, etiam peregrinis, & exteris: ergo, *&c.*

Secundò, quia ciuitates de iure communi habent, quod poſſint imponere collectas, occurrente publica vtilitate, & neceſſitate, abſque authoritate ſuperioris: vt praxis ipſa etiam docet, cum Gloſſa. *in Authentic. Qui mo. nat. effi. ſui,* §. *Si quis ſecundò,* *& in l.* 1. §. *fin. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. verb. Proconſul.* Bartol. *in l.* 1. *C. de muliere, & in l.* 4. §. *Actor. ff. de re iudicata,* & *ibi* Ioan. Imol. Bertach. *tract. de gabell. part.* 1. *num.* 20. Abbas, & Luc. de Pen. quos citat, & ſequitur Filliucius *locis citatis,* Alterius etiam *lib.* 5. *diſput.* 6. *cap.* 1. *in fine, & cap.* 4. *dub.* 3. *in fine.* Vaſquez *opuſcul. de reſtitut. cap.* 6. §. 1. *dub.* 1. *num.* 4. Dicaſtillo *lib.* 2. *de iuſtitia, tract.* 20. *diſput.* 1. *dub.* 2. *num.* 20. & 21. Qui aduertunt, quod vt ciuitates poſſint imponere tales collectas, pro neceſſitate & bono publico, debeant ſeruare conſuetudinem congregandi populum generalibus Comitiis, Hiſpanè, *conſejo abierto*; niſi aliàs conſuetudo obtinuerit, vt fiat à primatibus, ſeu Regentibus ciuitatem; aut hi, poteſtatem hanc, ab ipſa ciuitate, & generali illius conuentu iam habuerit. Legantur prædicti Doctores, qui tandem aduertunt quod in imponendis huiuſmodi Collectis, ſeruare debeant eaſdem conditiones quas obſeruant, qui poteſtatem imponendi gabellas habent.

Digitized by Google

DISPVTATIO VI.

De ſexta Excommunicatione Cœnæ, lata contra Falſarios literarum Apoſtolicarum.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quot genera perſonarum hæc excommunicatio feratur?

RESPONDEO quod contra quatuor. *Primò.* Contra falſificantes literas Apoſtolicas, etiam in forma Breuis. *Secundò.* Contra falſificantes ſupplicationes ſignatas per Papam, aut per Vice-Cancellarium, aut per alios vices eorum gerentes; aut etiam ſignatas de mandato Papæ, concernentes gratiam vel iuſtitiam. *Tertiò.* Contra falsò ſignantes huiuſmodi ſupplicationes ſub nomine Papæ, vel Vice-Cancellarij, vel alterius gerentis eorum vices. Et tandem *quartò.* Contra falsò fabricantes literas Apoſtolicas, etiam in forma Breuis.

Sic colligunt omnes DD. ex verbis textus, quæ ſunt hæc. *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falſarios literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, ac ſupplicationum gratiam vel iuſtitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vice-Cancellarium, ſeu gerentis vices eorum; aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatarum: Necnon falsò fabricantes literas Apoſtolicas, etiam in forma Breuis: & etiam falsò ſignantes ſupplicationes huiuſmodi, ſub nomine Romani Pontificis, ſeu Vice-Cancellarij, aut gerentium vices prædictorum.* Hæc Canon Bullæ.

QVÆSTIO II.

An falſans literas Nuntij Apoſtolici, aut Legati à latere, aut Summi Pœnitentiarij, aut Epiſcopi, incurrat hanc Canonis excommunicationem?

REſpondeo tanquam certum: Non incurrere, quia per hunc Canonem ſolum excommunicantur falſificantes literas Pontificias, & Apoſtolicas: at ſic eſt quod literæ Nuncij, Legati, & aliorum, non ſunt literæ Papæ, aut Apoſtolicæ: ergo illas falſificantes non erunt hac lege excommunicati. Minor conſtat, quia literæ Nuncij, Legati, aut Epiſcopi, *&c.* non expediuntur nomine Papæ, ſed prædictorum: ergo non ſunt literæ Apoſtolicæ; nam hæ, ſolùm dicuntur illæ, quæ nomine Romani Pontificis, ſeu Sedis Apoſtolicæ, in Curia Romana, & Cancellaria expediuntur, quales ſunt Bullæ, in quibus eſt plumbum pendens; & Breuia Apoſtolica, ſignata cum ſigillo cereo per annulum Piſcatoris. Sic docent omnes. Palud. *in 4. diſt. 18. quæſt. 3. art. 2.* Nauarrus *cap. 27. num. 62. in tertia declarat. huius Canonis.* Rebuffus, Abbas, Bernardus Diaz, & Felinus, quos citat, & ſequitur Alterius *lib. 5. diſp. 7. cap. 1. verſ. Hinc ſequitur.* Toletus *lib. 1. cap. 22. num. 2.* Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n. 49.* Filliucius *tract. 16. cap. 8. quæſ. 1. num. 184.* Viualdus *in explicat. huius Canonis, num. 71. verſ. Nota ſeptimò.* Luyſius *lib. 3. de Cenſuris, diſput. 28. dub. 3.* Palao *diſp. 3. punct. 7. n. 6.* & omnes.

QVÆSTIO III.

An falſantes ſupplicationes à Papa ſignatas hac excommunicatione comprehendantur?

NEgat Nauarrus *cap. 27. num. 62. in declarat. prima huius Canonis*, quem citat & ſequitur Viualdus in hoc eodem Canone *num. 49.* Quia, inquiunt, tales ſupplicationes, aut ſignaturæ, non veniunt, in materia odioſa, appellatione literarum Apoſtolicarum, ergo illarum falſificantes non incidunt in hanc Bullæ excommunicationem, licèt benè in excommunicationem latam *in cap. Ad falſariorum, de crim. falſi*, non reſeruatam Papæ.

Sed, vt certum iam, reſpondeo etiam incidere in hanc Bullæ excommunicationem. *Primò*: quia non deſunt, qui affirment, huiuſmodi ſupplicationes, eſſe literas Apoſtolicas, & ſecundum communem vſum Curiæ, ita appellari. Ita Luyſius *vbi infrà*, ergo.

Secundò, quia licèt verius ſit, quod ſupplicationes propriè, non poſſint dici literæ Apoſtolicæ, cum illis plurimum differant. Nam ſupplicatio, ſeu ſignatura, eſt ſcriptura in papyro conſcripta à Papa, abſque ſigillo, quæ quidem continet partis ſupplicationem, & Papæ conceſſionem per verbum: *fiat, vt petitur.* Literæ verò Apoſtolicæ, quales ſunt Bullæ, & Breuia, ſcribuntur in membrana, & pergameno. Quod ſi aliquando Breue deſcribatur in papyro, ſemper tamen decoratur ſigillo cereo (quod annulum Piſcatoris vocant (at verò ſupplicatio ſemper caret ſigillo, & ſubſcribitur à Papa, vel ab eius Delegato, ſeu Vice-Cancellario nomine, & mandato ipſius Papæ. Quamuis, inquam, ſit verius, quod ſupplicationes, ob hanc rationem, non poſſint dici propriè literæ Apoſtolicæ, vt benè Nauarrus; nihilominus tamen aſſerendum eſt illas falſificantes incurrere etiam hanc Bullæ excommunicationem; quia Pontifex, non ſolum excommunicationem fulminat, contra falſantes literas Apoſtolicas; ſed etiam contra falſantes ſupplicationes, vt ex contextu Canonis conſtat: ergo. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 7. c. 1.* Luyſius *lib. 3. diſp. 28. dub. 3.* Filliucius *num. 184. citato in fine.* Machado *lib. 1. part. 3. tract. 6. docum. 11. n. 2.* Bonacina *in Bull. Cœna, diſp. 1. q. 7. punct. 1. n. 1.* Palao *diſp. 3. punct. 7. n. 6.* qui tamen confusè citat aliquos Authores.

QVÆSTIO IV.

Quis dicatur falſare literas Apoſtolicas, ad incurrendam excommunicationem huius Canonis?

REſpondeo quod ille, qui veras literas Summi Pontificis, ſiue ſint Bullæ, ſiue Breuia, ab earum, ſicut emanatæ ſunt, ſyncera veritate, mutat, & variat ab eo ſenſu quem habebant; necnon qui vero ſigillo, ſeu ſigno literarum Apoſtolicarum, ad falſas literas conſignandas vtitur, vt colligitur ex *cap. licet, de crimine falſi.* Sic Suarez *diſput. 21. ſect. 2. in explicat. huius Canon. num. 45.* Alterius, & Luyſius *loc. cit.* Bonacina *loc. cit. num. 3.* Villalob. *tract. 17. diff. 20. num. 22.* Machado *docum. 11. cit. num. 4.* vbi notat, [Que por quatro modos ſe pueden falſear dichas letras. El primero, añadiendo en el eſcreuir, ò ſobre eſcriuir las dichas letras Apoſtolicas. El ſegundo, rayendole algunas. El terzero poniendo ſello verdadero à falſas letras. Y el quarto, ſignandolas con ſello falſo.]

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

An qui corrigeret vnam duntaxat literam, vel punctum, in literis Apoſtolicis, ex quorum correctione immutaretur ſenſus à Pontifice intentus, cenſuram hanc contraheret?

RESpondeo tanquam certum: Affirmatiuè, quia per hunc Canonem excommunicantur omnes falſarij literarum Apoſtolicarum: at ille, qui corrigendo, aut mutando etiam vnicam literam, aut apicem, facit vt ſenſum alium habeant, quàm antea habebant, verè eſt falſarius: ergo verè remanet excommunicatus. Pater, quia talis mutatio, cum ſit ſubſtantialis, ſemper eſt peccatum mortale ſufficiens ad hanc excommunicationem contrahendam. Nec enim grauitas illius in atramento, & literis conſiſtit, ſed ſenſu. Sic omnes. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 46. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 7. *cap.* 2. *verſ. Prima propoſitio*, ex Abbate *in cap. Ex parte, de fide inſtrum. n.* 1. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 8. *quaſ.* 3. & omnes præſertim mox citandi.

QVÆSTIO VI.

An item contraheret hanc excommunicationem, qui mutaret aut corrigeret vnam literam, aut punctum; etiam caſu, quo ex tali mutatione, aut correctione, non mutaretur ſenſus, quẽ Pontifex in Bulla, aut Breui intendit?

AFfirmant quamplures Doctores, contrahere hanc excommunicationem illum etiam, qui mutat vnam literam, vel punctum in literis Apoſtolicis, vel ad corrigendum errorem commiſſum vitio ſcriptoris contra regulas linguæ Latinæ, vel bonæ ortographiæ, vel quacumque alia intentione, ſine vlla ſenſus mutatione, quem tenent verba literarum iuxta mentem Summi Pontificis. Quia (inquiunt) ille, qui in huiuſmodi literis, poſtquam eas recepit ab officiali, mutat aliquid, etiam minimum, verè falſat illas: ergo verè eſt excommunicatus. Antecedens colligitur non obſcurè ex *cap licèt, de crim. falſ.* Vbi imponuntur nouem modi falſandi literas Papales, ex quibus quintus eſt; *Cùm literis bullatis, ac redditis in eis aliquid per raſuram tenuem immutatur.* Vbi Gloſſa *verb. Tenuem*, notat, nulla adhibita diſtinctione aſſerendum eſſe radentem, vel immutantem reſcriptum Papæ, falſarium eſſe, & excommunicatum. Ideóque hanc partem tenent Hoſtienſ. *in ſumma, de crim. falſi*, §. *Porrò*. S. Anton. 3. *part tit.* 24 *cap.* 16. Felinus *cap. Ex parte*, §. *Stilus, n.* 20. *de reſcript.* Abbas ex Hoſtienſi *in cap. Ex literis, num.* 3. *de fide inſtrum.* Alexand. *conſil.* 34. *lib.* 1. Caiet. *verb. Excommunicatio, cap.* 17. *in fine.* Syluester *excommun.* 7. §. 8. *verſ. Corrigentes.* Rebuffus *in explicat. huius Canon.* quos, & alios citat, & ſequitur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 7. *cap.* 2.

Sed probabiliùs reſpondeo: In dicto caſu non contrahere hanc Bullæ excommnnicationem, quia probabilius eſt, in eo non inueniri peccatum mortale commiſſum à corrigente; cum mutatio facta ab illo, non ſit ſubſtantialis, ſed accidentalis: ergo non eſt ſufficiens, vt talis Corrector incurrat hanc cenſuram; cum nulla incurratur niſi ob mortale, *vt ſupra* eſt habitum. Sic optimè Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 46. per hæc verba: Quando ſenſus non variatur contra mentem Pontificis; dupliciter id poteſt accidere: *Primò*, vt mens Pontificis, etiam vt expreſſa in talibus literis non varietur, ſed ſolùm materialis, ſeu grammaticalis error corrigatur: & tunc non cenſeo eſſe peccatum mortale, nec incurri cenſuram: imò vix cernitur ibi aliqua culpa: quia ſi naturam rei inſpiciamus, ibi nihil contra iuſtitiam, charitatem, aut aliam virtutem, aut reuerentiam Pontifici debitam fit: imò videtur proſpici honori, ſeu decentiæ literarum eius. Si verò conſideramus ius poſitiuum, illud prohibet, & damnat falſificationem: hæc autem reuera non eſt falſificatio. Quod ſi dicatur prohibere mutationem, rectè id interpretamur de mutatione formali, quoad ſenſum non de materiali, præſertim, quæ in melius fit. Huc uſque Suarez. Ex quo conſtat ad fundamentum contrariorum. Sic etiam Nauarrus *cap.* 27. *num.* 62. Angelus *ex. ommunicatio* 5. *caſu* 3. *num.* 3. Graſſius 1. *part. deciſ. lib.* 4 *cap.* 18. *n.* 78. Toletus *lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 7. Filliucius *quaſ.* 3. *cit n.* 190. Duardus hîc *quaſt.* 7. Reginaldus *num.* 188. Vgolinus hîc §. 2. Syrus *num* 11. Gambarupta *cap.* 7. quos omnes citat, & ſequitur Bonacina *in explicat. Bullæ Cœnæ, diſp.* 1. *quaſt.* 7 *punct.* 2. *num.* 4. Vbi male citat etiam pro hac parte Alterium, loco ſuprà à nobis pro contraria adductus. His addi adhuc poſſunt Viualdus *hic, caſu* 6. *n.* 53. & penes illum, Gerſon. Luyſius *lib.* 3. *de Cenſur. diſp.* 28. *dub.* 3. Villalob. *tract.* 17. *diff.* 20. *num.* 22. Sa *in excommun. Bullæ Cœnæ, num* 11. & Palao *diſp.* 3. *punct.* 7. *num.* 3.

QVÆSTIO VII.

An ſaltem hanc excommunicationem incurreret, qui in Bullis Apoſtolicis plures literas mutaret, etiamſi non mutaret ſenſum?

AFfirmant, & à fortiori Auctores primæ ſententiæ, & nonnulli alij.

Sed probabiliùs adhuc reſpondeo: Nec iſtum incurrere, quia mutatio quorumcumque verborum, non eſt mortalis, dummodo per illam non mutetur ſenſus Pontificis. Nam (vt benè Bonacina *loc. cit. n.* 3.) ad cognoſcendam in hac re materiæ grauitatem ſufficientem ad cenſuram, non eſt attendenda verborum quantitas, quæ additur, vel detrahitur, ſed ſignificationem: quia fieri poteſt, vt additione vnius verbi, vel puncti, vel apicis, mutetur ſenſus à Papa intentus aliquando verò non mutetur mutatione nonnullarum literarum, iuxta cap. *Ex conſcientia, de crim. falſi.* Sic Bonacina. Et etiam Luyſius *dub.* 3. *cit. verſ. Item ſciendum eſt.* Palao *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO VIII.

An dictam excommunicationem incurrat, qui extendit tempus in literis Apoſtolicis expreſſum?

REſpondeo tanquam certum: Incurrere. Vnde, qui literas Summi Pontificis conceſſas ad triennium, in quinquennium mutauit, verè in hanc excommunicationem incidit, quia verè eas falſificauit. Sic Bonac. *diſp.* 1. *cit. quaſt.* 7. *punct.* 1. *num.* 6.

QVÆSTIO IX.

An qui corrigit literas Apoſtolicas, iuxta Pontificis mentem, hac cenſura ligetur, v. g. Papa conceſſit diſpenſationem in tertio gradu conſanguinitatis, & vitio ſcriptoris, poſitum eſt, affinitatis; an ſi hunc errorem corrigat impetrans, hanc excommunicationem incurrat?

AFfirmant Alterius *lib.* 5. *diſp.* 7. *cap.* 2. *verſ. Ex dictis ſequitur*, & Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *verſ. Alio modo, n.* 47. Quia (inquit) licèt voluntas Pontificis fuerit talem gratiam concedere; non eſt tamen voluntas eius, vt litteræ, quæ eius teſtimonium continent per alios, quàm per miniſtros ſuos ad id deputatos, corrigantur.

Sed

Digitized by Google

Sed probabiliùs reſpondeo non ligari hac Canonis cenſura corrigentem literas in eo caſu, quia tunc corrigens literas non poteſt propriè dici illas falſificare, cum potius falſitatem tollat, apponendo veritatem contentam in ſupplicatione, vt ſupponimus, à Papa ſignata, ergo nec poteſt dici, quod ligetur cenſura, contra falſarios lata.

Verum eſt, quod cauendum ſit, vt hæc correctio non fiat propria auctoritate, ſed per Officiales ad hoc in Curia deputatos, niſi fortè difficilis ad ipſos aditus eſſet. Quamuis, certum ſit, quod ſi, etiam propria authoritate fiat, literæ erunt validæ quantum ad effectum, vt docet etiam Suarez. ſiquidem reuera continent voluntatem concedentis; nec corrigens ſic contrahet dictam cenſuram. Sic docent Duard. Sayr. Reginaldus, Vgolinus, & Gambarupta *quæſt.6.cit.* & Bonacina *punct.2.cit.num.7.* quibus addo Filliucium *tract.16.cap.8.quæſ.3.num.190.* ſic dicentem: Corrigentes, quod malè & vitioſè ſcriptum eſſet, vel non ſecundum ſupplicationem ſignatam, non incurrerent, vt docet Rebuffus *hoc loco*, & Graffius, aliique Recentiores. Sic ille. Et etiam Palao *punct.7.cit.n.5.*

QVÆSTIO X.

An falſificans literas Pontificis, quæ iam euanuerunt, ac expirarunt, incurrat hanc excommunicationem?

Reſpondeo non incurrere, niſi aliàs per dictam falſationem, reddat literas vtiles, & intendat abuti illis. Sic ex Nauarro. Viualdo, Vgolino; Reginaldo, & Duardo docet Bonacina hîc *diſp.1.quæſt.7. punct.3.num.2.* his verbis: Tertiò limitatur, modo non falſificentur literæ, quæ iam euanuerint; perinde enim eſt, ac ſi literæ amplius non ſint, cum iam euanuerint. Hoc tamen ſublimita, modò non ita falſificentur, vt in futurum vtiles reddantur; tunc enim mutatur ſenſus à Papa intentus, & conſequenter eſt vera literarum Apoſtolicarum falſificatio; vt ſi Sum. Pontifex priuilegium ad quinquennium conceſſit, & impetrans eo elapſo, quinquennium mutauit, in ſeptennium, decennium, &c. Sic ille. Et antea Ricard. *in 4.diſt.18. art.12.q.4.* D. Anton. *3.p.tit.24.c.16.* Felinus, & Syluester, quos citat, ac ſequitur Alterius *lib.5. diſp.7.cap.4.dubit.1.*

QVÆSTIO XI.

An ſaltem hanc excommunicationem incurrat, qui falſificat literas, quibus nemo vnquam vtetur?

Negat adhuc Reginaldus *lib.9.cap.17.num.288. verſu, Extenditur quoque*, ibi: Attamen ſi id ita fieret, vt nemo vnquam eiuſmodi literis vteretur, locus eſſe poſſet excuſationi ab hac excommunicatione. Ita ille.

Sed probabilius reſpondeo incurrere in hoc caſu, quia in eo, verè datur falſificatio literarum Apoſtolicarum, & per accidens eſt, quod nemo illis vtatur. Sic Bonacina *num.2.citato.*

QVÆSTIO XII.

An cōburens, aut dilacerans literas Apoſtolicas, incurrat etiam hanc excommunicationem?

Reſpondeo non incurrere, quia vnicuique licet iuri ſuo renunciare: ergo licebit impetranti literas, ſine vlla culpa, & cenſura illas comburere, aut dilacerare in totum, ſi eis vti nolit. Sic Abbas *in c. Ex literis, de fide inſtrum.n.3.* Alterius *c.4.cit.dub.2.* Filliuc. *tract.16.cap.8.q.3. dicto 3.n.190.* Qui benè addunt, idem eſſe dicendum, caſu, quo tales literæ fauorem alterius continerent: quia quamuis malè faceret, ſi abſque Domini licentia illas dilacerarent, aut combureret; tamen non eſſet propterea falſarius, & ideo non incurret hanc pœnam, quidquid ſit de aliis.

QVÆSTIO XIII.

An ſaltem hanc cenſuram incurreret, qui antequam has literas Apoſtolicas combureret, aut dilaceraret, eas, mutando ſenſum, corrigeret?

Negat abſolutè Syluester *verb. excommun.7.§.8.in fine.* Quia non cenſetur literas Apoſtolicas corrigere, aut falſare, qui ſtatim poſt correctionem illas dilacerat, aut comburit. Negant etiam Alterius, & Duardus *vbi infrà*, non abſolutè, ſed cū diſtinctione: Aiunt enim: quod vel ille, qui appoſuit manum in literis, eas corrigendo, habebat propoſitum illis vtendi, ſed poſtea pœnitens illas deleuit, & dilacerauit, & in hoc caſu affirmant, in cenſuram huius Canonis incidiſſe; quia deliberatè in huiuſmodi Canonem prohibentem mutationem dictam deliquit. Aut non habebat propoſitum illis vtendi, ſed à principio ſtatuit illas deſtruere & dilacerare, & tunc negant incidiſſe: quia qui literas corrigit animo ſtatim eas perdendi, propriè non dicitur corrigere, ſed deſtruere. Sic Alterius *lib.5. diſp.7.cap.4.dubit.2.pag.516.* & Duard. *hîc q.10.n.2.*

Sed probabilius reſpondeo prædictum ſic corrigentem literas, etiam animo illas comburendi, aut perdendi illico, hanc excommunicationem incurrere, quia iſte verè dicitur literas Apoſtolicas falſificare quoad ſubſtantiam: ergo verè remanet excommunicatus. Nec obſtat animus, quem ſtatim eas perdendi, prædictus corrigens habebat, quia Eccleſia non punit animum internum: ſed actum externum peccaminoſum. Sic Bonacina *hîc diſp.1.q.7.punct.3.in fine.*

QVÆSTIO XIV.

An etiam hanc excommunicaionem incurrat, qui ex literis Apoſtolicis, volens eas falſificare, verbum aliquod abraſit, animo addendi aliud; ſed pœnitentia ductus, non addidit, ſed abraſum verbum, iterum appoſuit?

Negat Bonacina *loco* nuper *cit.n.12.* Quia in hoc caſu (inquit) non dicitur ille propriè falſificator, cum idem in literis ſenſus perſeueret, appoſitione verbi antea ſubtracti, & abraſi. Ita ille. Et penes illum Reginaldus *n.288.* Graffius *1.p.deciſ.lib.4.c.18.n.94.* Duardus *hîc q.10.n.3.* & Vgolinus *hîc §.2.verſic.3.*

Sed certè probabilius reſpondeo incurrere, ſi ſubtractione vnici etiam verbi, ſenſum Pontificis mutat. Quia ille verè dicitur falſificator literarum Apoſtolicarum, qui aliquid addit, vel minuit, quod antea in eis non erat: at ſic eſt quod per abraſionem, & ſubtractionem, etiam vnius dumtaxat verbi, additur aliquid, vel minuitur, quod antea non erat ſecundum mentem Pontificis: ergo, ſi hæc additio, vel minutio eſt notabilis, ſufficiens erit ad contrahendam cenſuram. Conſequentia tenet, maior verò eſt etiam Bonacinæ *quæſt.7.cit.puncto 1.num.3.* Minor quoque ex eodem *ibidem num.4.* probatur, quia falſificatio, non ſolum fit addendo aliquid, ſed ſcribendo, vel ſubſcribendo; ſed etiam radendo, ſecando, vel lauando aliquod verbum, vel punctum, aut apicem, quo mutetur ſenſus Pontificis: ergo, qui per abraſionem, etiam vnius verbi, illum mutat, verè falſificator literarum erit, ac per conſequens excommunicatus.

Confir

Digitized by Google

Confirmatur. Quia ſtatim quod verbum abraſum fuit, fuit mutata, vt ſupponimus, ſignificatio verborum, & intentio Pontificis: ergo ſtatim fuit contracta excommunicatio. Nec obſtat quod reſpondet Bonacina huic argumento, nempe, non cenſeri in eo caſu mutatam verborum ſignificationem, eo quod actio completa non fuerit per abraſionem verbi, quod ſubtractum fuit intentione addendi aliud diſtinctam habens ſignificationem. Nam contra eſt: quia Eccleſia non iudicat intentionem internam: ſed factum externum prohibitum, quod ibi completè in abraſione verbi eſt completum, vt in ſimili faſſus fuit ipſemet Bonacina *quæſtione præcedenti* adductus: ergo.

QVÆSTIO XV.

An item excommunicationem incurrat, qui cœpit falsò fabricare literas Apoſtolicas; ſed facti pœnitens, antequam illas perficeret, ab incœpto opere deſtitit?

Affirmandum etiam videtur ex nuper dictis. Quia ſicut excommunicationem huius Canonis incurrit, qui committit falſitatem in literis Apoſtolicis, per incœptionem delendi aliquod illarum verbum: ita ob ſimilem rationem erit excommunicatus, qui cœpit fabricare literas falſas etiam caſu quo mutato animo deſiſtat ab opere incœpto; antequam compleat illas.

Sed omnino opoſitum reſpondeo dicendum, in hoc caſu non incurrere excommunicationem huius Canonis. Quia in hoc Canone, qui excommunicantur, ſunt falsò fabricantes literas Apoſtolicas: ſed qui hac intentione inchoauit actum fabricandi literas Apoſtolicas, & non abſoluit, non poteſt dici falſas literas Apoſtolicas fabricaſſe, ſed ſolùm habuiſſe intentionem fabricandi, & incœpiſſe operari: ergo neque poteſt dici, talem excommunicationem huius Canonis incurriſſe. Minor patet, quia literæ Apoſtolicæ, non apellantur, niſi poſtquam ſunt perfectæ, itaut eis nihil deſit ex requiſitis, iuxta conſuetudinem & ſtylum Curiæ: ergo qui cœpit fabricare, & componere literas falſas, & non compleuit, modo præfato, illas, non poteſt dici illas fabricaſſe.

Ex quo iam conſtat ad rationem dubitandi: Neganda namque eſt paritas. Quia ad falſificandas literas Apoſtolicas, cum hæ iam perfectè omnino ſupponantur, ſufficit mutare ſenſum Pontificis quouis modo fiat, etiam per ſubtractionem vnius verbi, aut puncti, &c. at verò ad falsò fabricandas, requiritur in caſu præſenti, vt quis perfectè cum omnibus requiſitis vſque ad finem, componat illas ſub nomine Papæ, ſine eius conſenſu & mandato, quocunque modo falſitatis ex enumeratis *in capite licèt, de crimine falſi.* Sic Alterius *libro 5. diſputatione 7. capite 3. in fine.* Duardus *hic quæſtione* 10. *numero* 21. Bonacina *diſputatione* 1. *quæſtione* 7. *puncto* 3. *num.* 12.

QVÆSTIO XVI.

An excommunicationem hanc contrahant, qui literas Apoſtolicas falſant, antequam omnino ſint expeditæ, hoc eſt, antequam ſint ſignatæ, ac munitæ ſigillo cereo, ſeu plumbeo?

Reſpondeo: Non contrahere excommunicationem huius Canonis. Quia Summus Pontifex, ſolùm excommunicat falſantes literas Apoſtolicas: at ſic eſt, quod nec ſunt, nec appellantur literæ Apoſtolicæ, quæ nondum ſunt perfectæ, & tales certè non ſunt, quouſque ſint ſignatæ & bullatæ, nec deeſt illis aliqua alia conditio & qualitas neceſſaria, vt appellari poſſint literæ Apoſtolicæ: ergo. Sic Alterius *capite 3. citato & capite 4. dubitatione 6.* Qui idem ait loquendo de ſupplicationibus. Sayrus, Duardus, & Vgolinus, quos citat, & ſequitur Bonacina *punct.* 3. *citato numero* 9. & 11.

QVÆSTIO XVII.

An illi, qui falſitatem narrando, aut veritatem ſilendo, impetrant à Pontifice literas ſurreptitias, ſint excommunicati per hunc Canonem?

Reſpondeo tanquam certum: Non eſſe excommunicatos Cenſura huius Canonis (nec alterius capitis Iuris) Quia tales impetrantes, nec falſificant, nec falsò fabricant, aut ſignant prædictas literas Apoſtolicas; ſed ſolùm vtuntur falſitate ad obtinendas literas à Sede Apoſtolica, quæ verè ſunt literæ Pontificiæ quantum ad expeditionem, licèt inualidæ ex defectu expreſſionis falſitatis, aut ſilentij veritatis: ergo. Sic omnes Ricard. B. Anton. Syluest. Caiet. Rebuff. Bern. Diaz, quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 4. *dub.* 4. Qui idem dicunt de illo, qui vtitur literis Apoſtolicis, ſub alio nomine impetratis *vt infra.* Nauarr. *cap.* 27. *n.* 62. *verſ. Quarta.* Toletus *lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 5. *verſ. Tertiò impetrantes.* Suarez *diſputatione* 21. *ſect.* 2. *n.* 50. Sayrus *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 5. Bonac. *diſput.* 1. *q.* 6. *puncto* 3. *n.* 3. Filliuc. *tract.* 16. *c.* 8. *q.* 2. *n.* 185. Duardus *q.* 4. *num.* 4. & alij.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem ſint excommunicati, qui ſub nomine alieno, quod ſibi falsò imponunt, impetrant veras à Pontifice literas, aut iis vtuntur?

Reſpondeo: Nec hos eſſe excommunicatos. Quia etiam ſi huiuſmodi ſint mendaces & falſarij, proprij & alieni nominis, ideòque debeant carere commodo illarum literarum, & condemnari in expenſis, tamen non ſunt falſarij literarum Pontificum; nec ideò ob hoc excommunicati. Sic omnes citati, præcipuè Alterius, Ricard. Filliuc. & Bonac.

QVÆSTIO XIX.

An adminus, hæc excommunicatio afficiat illos, qui prædictas literas, inualidas ob ſubreptionem, aut ob aliam cauſam, falſificant?

Negat Duard. *hic q.* 5. *n.* 2. & *q.* 10. *ad finem*, exiſtimans, non eſſe excommunicatos falſificantes literas Apoſtolicas iniuſtas, aut alia ratione inualidas.

Sed, vt certum reſpondeo: Hanc excommunicationem tales perſonas afficere. Quia hæ verè dicuntur veras literas Apoſtolicas falſare: at hoc ſolùm requirit Pontifex, vt excommunicatio huius Canonis afficiat; ergo verè tales afficit perſonas; quamuis aliàs dictæ literæ omni careant valore. Sic Alterius *lib.* 4. *diſp.* 7. *c.* 4. *dub.* 6. *verſ. Quod ſi literæ.* Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 7. *puncto* 3. *num.* 9. Machado *lib.* 1. *parte* 3. *tr.* 6. *docum.* 11. *n.* 7.

QVÆSTIO XX.

An in hanc excommunicationem incidant, qui literis Apoſtolicis, per alium falſificatis, vtitur?

Reſpondeo tanquam certum: Non incidere. Quia in hoc Canone ſolum fit ſermo de falſantibus literas

Digitized by Google

Literas Apoſtolicas, non de illis vtentibus: ergo hi vigore dicti Canonis non ſunt excommunicati; patet, nam aliud eſt falſare literas, & aliud vti falſis literis, vt conſtat. Verumtamen eſt quod ſi huiuſmodi, laïci ſint, excommunicationem aliam latam *in capite Dura, de crimine falſi*: ſi verò Clerici, priuandi ſunt officiis & beneficiis Eccleſiaſticis. Sic Abbas *in d. cap. n. 6.* Sylueſt. *excomm.* 7. §. 9. Caiet. *verb. excommun. cap. 26.* Nauarr. *cap. 27. n. 62. verſ. Quarta.* Alterius *lib. 6. diſp. 7. cap. 4. dub. 5. & cap. 5.* Filliuc. *loc. cit. n.* 185. Bonacina *puncto 3. cit. n. 7.* Toletus *libro 1. c. 22. n. 8.* Viualdus *hic, numero* 50. & alij.

QVÆSTIO XXI.

An ſaltem ligentur huius Canonis Cenſura, qui retinent apud ſe literas ab alijs falſificatas?

RESpondeo: Nec hoc tali Cenſura ligari. Quia nec in Bulla eſt ſermo de retinentibus, ſed de falſantibus literas Apoſtolicas. Verum tamen eſt, quod *in cap. Dura. cit. §. Adycientes.* ſit excommunicatio contra illos, qui literas falſas apud ſe habere cognoſcentes, intra viginti dies, eas non deſtruunt, aut reſignant. Quamuis huiuſmodi excommunicatio, non feratur per illud ius à Summo Pontifice, ſed iubetur ferri, & promulgari per ſingulas Parochias; poſt cuius tamen promulgationem, ſi incurratur, eius abſolutio reſeruatur Pontifici in eodem textu. Sic Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n.* 48. Duard. *q. 2. n.* 19. Regin. Gambarupta, & alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *puncto 3. cit. n. 6.* Toletus *loc. cit.* & Palao *diſp. 3. punct. 7. n. 2.*

QVÆSTIO XXII.

An falſificantes literas, quas Summus Pontifex tanquam perſona priuata ſcribit, hanc Cenſuram Canonis contrahant?

AFfirmare videtur Llamas 1. *parte Meth. c. 7. §. 17. verſ. Quintò pag.* 91. per hæc verba: Quintò anathematizantur falſantes literas Apoſtolicas, hoc eſt, Epiſtolam Summi Pontificis clauſam aperientes, vel falsò eius nomine ſcribentes; vel in quacunque ſcriptura, Bulla, Reſcripto, Priuilegio, vel quacunque ſcriptura Sum. Pont. vel eius Tribunalis, in parte radentes, & ſubſcribentes, vel in toto falſas ſcribentes. Huc vſque Llamas.

Sed probabilius longè reſpondeo? Non contrahere huius Canonis excommunicationem. Quia prædictæ literæ, non dicuntur, propriè loquendo, Apoſtolicæ: ergo falſificantes illas, non contrahunt excommunicationem huius. Secus eſt dicendum caſu, quo literæ ſint ſcriptæ à Pontifice tanquam perſona publica, ſeu ſupremo Prælato, quia hinc falſificantes eius literas, verè dicerentur falſificatores literarum Apoſtolicarum, & ideo excommunicati per hunc Canonem. Sic Vgolinus *hic §. 2. numero 5. verſ. Sextò.* Duardus *quaſtione* 10. *numero* 15. Bonacina *diſputatione* 1. *quaſt.* 7. *puncto* 3. *numero* 10.

QVÆSTIO XXIII.

An mandantes, aut conſulentes falſificare literas Apoſtolicas, hanc excommunicationem incurrant?

AFfirmat Viualdus hic, *caſu 6. n.* 48. per hæc verba: Nota quod Abbas *in cap. Ad falſariorum de crim. falſi.* dicit, quod falſificans literas Papæ, per ſe, vel per alium eſt excommunicatus cum fautoribus. Ita ille. Quem ſequuntur Reginald. *libro 9. num.* 289. & alij apud Sayrum & Duardum.

Sed probabilius longè reſpondeo: Non incurrere. Quia in hoc Canone nulla fit mentio de mandantibus, aut conſulentibus, ſed ſolum de falſariis & fabricantibus falſas literas, qui propriè & in rigore ſunt illi, qui per ſeipſos hæc faciunt, non qui per alios: ergo non hi, ſed illi ſunt excommunicati in hoc Canone. Sunt tamen ex vi cap. *Ad falſariorum, de crim. falſi,* quia ibi expreſsè excommunicantur, qui per ſe, vel per alium vitium falſitatis exercent, necnon fautores & defenſores eorum. Hæc tamen excommunicatio nulli reſeruata eſt. Sic Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n.* 49. Alterius *lib. 5. diſp. 7. cap. 4. dub. 3.* Graffius 1. *p. dec. lib. 4. cap. 18. n.* 95. Vgolin. *hic §. 2.* Filliuc. *tract.* 16. *cap. 8. q. 2. n.* 188. Sayrus, & Duardus, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp. 1. q. 7. puncto 3. n. 8.* Machado *lib. 1. parte 3. tract. 6. do um. 11. n. 6.* Villal. *tr. 17. diff. 20. n.* 23 Palao *diſp. 3. punclo 7. num. 7.* & alij.

DISPVTATIO VII.

De ſeptima Excommunicatione Cœnæ, lata contra dantes auxilium Infidelibus, aut Hæreticis, aduerſus Chriſtianos.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quot genera perſonarum hæc excommunicatio feratur?

RESPONDEO: Quod contra tria. *Primò*, contra deferentes, ſeu tranſmittentes ad Saracenos, Turcas, Mauros, Iudæos, Paganos, & alios Infideles, necnon ad hæreticos, expreſsè, & nominatim declarationem, per Pontificem. Equos, Arma, Ferrum, Filum ferri, Stannum, Chalybem, & omnia alia genera metallorum, quæ armorum materia ſunt. Necnon Inſtrumenta bellica, Lignamina, Cannabem, Funes; tàm ex ipſo Cannabe, quàm ex alia quacunque materia; ipſam quoque materiam funium, aliaque huiuſmodi, quibus præfati inimici Crucis Chriſti, Chriſtianos & Catholicos impugnant.

Secundò, hæc excommunicatio fertur contra certiores facientes prædictos Turcas, & alios Infideles, & Hæreticos, per ſe, vel per alios, de rebus ad ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, in damnum & perniciem Chriſtianorum & Religionis Catholicæ.

Tertiò, contra dantes, quomodolibet auxilium, conſilium, vel fauorem, prædictis Infidelibus & Hæreticis in damnum & perniciem Chriſtianorum. Sic expreſsè habetur in hoc Canone ſeptimo, & ita, vt non ſit neceſſarium illius verba proferre. Legantur Nauarr. *c. 27. à n.* 63. Viuald. *hic à n.* 55. Suarez *diſp.* 21. *ſect. 2. à n.* 51. Filliuc. *tr. 16. cap. 6.* per totum. Alterius *lib. 5. diſp. 8.* Bonac. *hic diſp. 1. q. 8.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO II.

An Chriſtiani viuentes in terris Turcarum, Hæreticorum, &c ligetur excommunicatione huius Canonis, ſi vendant equos, arma, aut alia prohibita Turcis, aut hæreticis, &c.

AFfirmat Bonacina *hic diſput. 1. queſt. 8. puncto* 2. *numero* 17. & penes ipſum Nauarrus, Toletus, Duardus,

Digitized by Google

Duard. Reginald. & Saytus, eo quod hi, in ſimili caſu, de quo ſtatim, id doceant.

Sed probabilius reſpondeo: Non ligati Cenſura huius Canonis, caſu quo dicta Turcis vendant, eo fine, vt illis ad vſus licitos vtantur. *Primò.* Quia non eſt veriſimile, Papam voluiſſe prohibere, vt Chriſtiani viuentes in terris Turcarum, non poſſent dicto bono fine, vendere arma, equos, & alia prohibita; cum etiamſi illa non venderent, poſſent Turcæ, quando eis videretur, è manibus ipſorum eripere.

Secundò. Quia nullo iure eſt prohibitum, vt Chriſtiani habitantes in terris Turcarum, non poſſint arma fabricare, & illa vendere: ergo. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 1. *in fine.* Hurtadus de Mendoza *volum.* 1. *de fide, diſput.* 76. *ſect.* 3. *ſubſectione* 5. §. 93. ita ſcribens: *Tertiò*, arbitror excuſari eos, qui neceſſitate aliqua compelluntur degere inter Saracenos: exempli gratia, captiuus dignoſcitur eſſe Armifaber, niſi arma fabricet, aut peribit, aut tam malè mulctabitur, vt vix poſſit, niſi cum ingenti dolore viuere. Huic licèt arma facere, quocunque tempore: primum, quia §. 107. oſtendam licere captiuo remigium agere: ergo & arma facere, quia immediatius cooperatur remiger ad pugnam, quàm Armifaber. *Secundò*, Quia ipſe, nec arma defert, nec tranſmittit; & quamuis eſt aliqua ratione auxilio: at non tenetur tanto incommodo ceſſare ab opere de ſe honeſto, licèt eo abutantur alij: quia ipſe immediatè non concurrit ad pugnam, ſed præcisè circa opera inanimata verſatur; quæ niſi mota ab aliis nihil efficiunt mali: at ille motus non oritur ab Armifabro; nec tenetur illum vitare, vt iam probo §. ſequenti. Si tamen videat à ſe poſſe propulſari graue Reipublicæ damnum, tenetur non fabricare arma. Huc vſque Hurtadus. Et benè.

Qvæstio III.

An Chriſtiani, qui in vna terra Hæreticorum, aut Infidelium exiſtentes, deferũt arma, equos, & alia prohibita, ad aliam terrãm eorumdem, cenſeantur excommunicati per hunc Canonẽ?

Affirmat eſſe excommunicatos, ſi ex tali tranſlatione damnum ſequatur Chriſtianis, Bonac. *diſp.* 1. *quæſt.* 8. *puncto* 2. *numero* 17. & penes illum Nauarr. *in cap. Quorumdam. de Iudæis, notab.* 6. *num.* 27. Toletus *libro* 1. *capite* 23. *numero* 6. (mihi 4.) Sayrus *libro* 3. *capite* 33. *numero* 31. Duardus *libro* 2. *can.* 7. *quæſtione* 8. & Reginald. *libro* 9. *capite* 18. *numero* 200. His addi poſſunt Luyſius *libro* 3. *de Cenſuris, diſputatione* 28. *dubit.* 3. *in explicat. ſeptima excommunicat.* & Palao *diſp.* 3. *puncto* 8. *n.* 9.

Sed probabilius reſpondeo: Non cenſeri excommunicatos per hunc Canonem. Quia ille ſolùm prohibet delationem armorum, &c. ad Infideles, &c. at ſic eſt, quod hæc prohibitio non comprehendit Chriſtianos ſubditos Infidelium, aut Turcarum, &c. vt patet ex verbis, quibus Canon vtitur, nempe, deferre, & tranſmittere, nam his ſignificatur ſubminiſtratio armorum ab extraneis & aduenis prouenienis: ergo non includuntur Chriſtiani incolæ in terris Turcarum, cum iſti nec deferant, neç tranſmittant. Sic omnino Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 1. *in fine.* licèt *cap.* 5. *dub.* 3. id limitet ad caſum, quo de vno loco ad alium eadem arma in ſubſtantia quantitate permanentia, transferat. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 132. & antea Angelus *verb. excomm. n.* 11. Sylu. *excommunicat.* 7. *numero* 64. *in fine.* vbi ſic ait: Nec incidunt ſecundò portantes ferrum, vel arma & huiuſmodi de vna terra Saracenorum ad aliam, ſecundum declarationem Gregorij IX. Hæc ille. Tabiena etiam *excommunic.* 6. *numero* 7. Viualdus *hic*, *caſu* 7. *num.* 66. citat etiam Bonac. pro hac parte Reginaldum, *n.* 300. quem poſtea citat pro ſua *loc. cit. n.* 200.

Qvæstio IV.

An incidant in excommunicationem huius Canonis, qui arma, vel alia, in illo expreſſa, tradunt Saracenis, aut alijs Infidelibus, habitantibus in terris Chriſtianorum, vendendo ea, ſeu permutando?

Affirmat etiam Bonacina *puncto* 2. *citato, num.* 31. citans pro hac ſua ſententia Sylueſtrum *excom.* 7. *n.* 64. Filliuc. *cap.* 6. *cit. n.* 144. Duard. *quæſt.* 7. *num.* 3. & *quæſt.* 18. *n.* 2. Vgol. *hic n.* 4. & Alterium *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 2. *q.* 3. *col.* 3. & *cap.* 3. Et probat, quia in hoc Canone, non ſolùm excommunicantur deferentes, vel tranſmittentes, ſed etiam præſtantes auxilium Infidelibus ad impugnandos Chriſtianos: at iſti præſtant auxilium Infidelibus, tradendo eis arma, quibus probabiliter iudicantur vſuri contra Chriſtianos: ergo. Sic ille. His authoribus poſſunt adhuc addi Palao *diſputatione* 3. *puncto* 8. *n.* 12.

Negant verò contra alij, exiſtimantes, non incidere: eo quod in hoc Canone, prohibetur, deferre, aut tranſmittere: at ſic eſt, quod vendere arma Infidelibus, inter Chriſtianos degentibus, non eſt eis illa deferre, nec tranſmittere: ergo. Sic ſentiunt abſolute Nauarrus *ſuper cap. Ita quorundam, de Iudæis, notab.* 10. *n.* 41. Caiet. *verb. excommunic. cap.* Toletus *libro* 1. *cap.* 23. *n.* 3. *verſ. Primum dubium.* Saytus *loc. cit. numero* 26. Azor *tomo* 1. *libro* 8. *capite* 23. *quæſtione* 7. Gambarupta *hic, caſu* 7. *num.* 18. Luyſius *libro* 3. *diſputationem* 28. *dub.* 3. *in excommun.* 7. *verſ. Circa priorem partem.*

Sed probabilius cum diſtinctione reſpondeo dicendum: Hanc ſecundam ſententiam eſſe veriorem regulariter loquendo. Primam verò, aliquando, & ex accidenti. *Prima pars* huius noſtræ reſponſionis, conſtat, quia in caſu noſtræ quæſtionis regulariter ceſſat ratio præcipua huius Conſtitutionis (& conſequenter eius prohibitio) quoniam Saraceni degentes in terris Chriſtianorum, non occupant res Chriſtianorum, neque impugnant eos actu, neque habitu, quod requiritur ad incurrendam huius Canonis excommunicationem.

Secunda verò pars etiam patet. Quia aliquando poteſt probabiliter præſumi, quod dicti Saraceni accipiant arma, vt ea deferrent & tranſmitterent ad alios Saracenos, extra ditionem Chriſtianorum habitantes, quibus actu, vel habitu poſſent in perniciem Chriſtianorum vti, in quo caſu, qui dicta arma Saracenis traderent, verè inciderent in excommunicationem huius Canonis. Tunc autèm probabiliter poſſet id præſumi, in caſu quo Saraceni accipientes arma habitarent in terris Chriſtianorum vicinis Prouinciis Saracenorum: ſecus: verò ſi longè diſtarent. Id, & non aliud docet Alterius *cap.* 2. & 3. *cit.* à Bonac. pro ſua ſententia.

Qvæstio X.

An in hanc excommunicationem incidant, qui in terras Saracenorum euntes, deferunt arma ad ſui tuitionem?

Reſpondeo tanquam certum: Non incidere. Quia Pontifex non vult obligare hoc præcepto, cum tanto rigore & incommodo. Sic Nauar. quem citant, & ſequuntur Saytus *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 34. Filliuc. *tr.* 16. *c.* 6. *q.* 7. *n.* 147. Vgol. §. 1. *n.* 6. Duard. *q.* 36. & 38. *num.* 14. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 8. *puncto* 4. *num.* 13.

QVÆSTIO VI.

An ſaltem incidant, qui euntes ad terras Saracenorum, extulerunt arma ſibi neceſſaria, ſed poſtea exiſtentes inter illos, ea vendiderunt, lucrandi gratiâ, aut donarunt?

NEgatiuam ſententiam tenere Syluestrum *excom. 7.n.64.* ait Hurt.de Mend. *volum.1. de fide, diſput.76. ſect.3. §.98.* Quia cenſet, inquit, prædictos non incidere in hanc excommunicationem, eo quod delatio armorum non ſit prohibita, niſi gratiam venditionis contingat. Alterius verò, Sayrus, Filliuc. & alij, contra exiſtimant, & pro affirmatiua parte illum citant. Et certè non miror, quod in citando Syluestrum, hoc in caſu, Doctores varient. Obſcurè namque loquitur, ſed meo videri, negatiuam ſententiam tenere eius verba magis inſinuant. Sunt enim hæc: Et ſecundo, qui deferunt arma ad ſui tuitionem tantum: & deinde occaſione pecuniæ vendunt ea Saracenis: quia hic habet locum huius ſententiæ, cum non ſit prohibita delatio, niſi gratia venditionis aut donationis, vel cuiuſcunque traditionis. Hæc Syluest.

Sed probabilius abſolutè reſpondeo: Incidere prædictos in Cenſuram huius Canonis. Quia Pontifices voluerunt hoſtes non eſſe à nobis armatos: at tunc ſine vrgenti neceſſitate armantur: ergo. *Confirmatur.* Quia prædicta actio, verè eſt delatio armorum in ſubſidium inimicorum, quod in hoc Canone apertè interdicitur, in quo nil dicitur de intentione deferentis: ergo. Sic Hurt. *loc.cit.* & antea Nauarr. *in cap. Ita quorundam de Iud.notab.8.n.22.* Sayrus *lib.3.c.11.n.17.* Filliuc. *tr.16.c.6.q.6.n.140.* Alterius *lib.5.diſp.8.cap.3. verſ. Sextò comprehenduntur.* Axor *tom.1.lib.8.c.23.q.13.*

QVÆSTIO VII.

An item incideret in hanc excommunicationem, qui permutaret arma cum Saracenis; vel recipiendo ab ipſis arma alterius generis, vt gladium pro arcu; vel eiuſdem generis, vt equum pro equo, &c?

NEgat Roſſella, apud Syluestrum & Viualdum, exiſtimans illum, qui deferret arma Infidelibus, vt commutteret pro aliis armis, non incurrere hanc excommunicationem.

Sed longè multò verius, & probabilius reſpondeo. Incidere. Quia nihil refert, ad hoc vt præſtentur Saracenis vires ad impugnandos Chriſtianos, qualiter eis arma tradantur, ſcilicet venditione, aut commutatione. Sic Syluester *v. excommun.7.num.64. verſ. Et quartò.* Nauarr. & Alter. *loc.cit.* Viuald. *hic n.60. verſ. Sexto nota.* limitant tamen aliqui, niſi aliàs recepta arma à Chriſtianis eſſent vtiliora & aptiora ad bellum, quàm data Saracenis: quia tunc, cum non iuuarentur Saraceni aduerſus Chriſtianos, non ligarentur Cenſura Chriſtiani, ſic arma permutantes. Sic Nauar. & Alterius *loc.cit.* Sayrus, Filliuc. Gambar. & Reginald. quos citat & ſequitur Bonac. *diſp.1.q.8 puncto 4.n.14.* Azor *tom.1.lib.8.c.23.q.13.* Palao *diſp.3.puncto 8.n.1.* & alij.

QVÆSTIO VIII.

An feriatur hac Canonis Cenſura, qui ab vno Infideli arma capiens donatione, aut emptione, eadem vendit alijs Infidelibus?

NEgare Syluestrum *num.64.cit.* quia ita declarauit Greg IX. dicit Hurtadus de Mendozâ *volum.1. de fide.diſp.76.ſect.3.§.101.* Sed malè, quia Syluester *loc.cit.* non loquitur de caſu præſentis quæſtionis, ſed de illo, de quo *ſupra quæſt.3.* egimus, vt conſtat ex verbis eiuſdem Syluestri ibidem adductis.

Alij tamen, cum diſtinctione huic quæſtioni reſpondent, dicendo, quod caſu, quo Chriſtianus arma, aut equos, in eadem ſubſtantia emat, & vendat nihil meliores effectos, tunc mercator Chriſtianus non feriatur huius Canonis Cenſura: quia hoſtes æquè manent armati, aut inermes, nec talis actio in noſtram perniciem vertitur, ſed potiùs in vtilitatem; cum ex ſola induſtria, augeat Chriſtianus ſuas fortunas, ex hoſtium ipſorum bonis. Secus verò in caſu, quo arma aut equi meliores & aptiores ad bellum reddantur, quia tunc cum talis venditio cedat in perniciem Chriſtianorum; verè incurreret venditor in hanc Cenſuram Canonis. Ita tenent Azor *lib.8.cap.23.q.9.* & Mendoza *loco citato.* Quibus aſſentire debent Reginald. *libro 9.numero 301.* & alij apud Bonacinam *numerò 14.cit.*

Sed probabilius reſpondeo dicendum, quod verè feriatur huius Canonis Cenſura, qui ab vno fideli donatione, aut venditione, capiens arma, aut equos; aliis etiam non meliores effectos vendat. Ratio eſt. Quia prædicta arma, capta, modo prædito, à Chriſtianis, verè abierunt in eorum dominium: ergo ſi poſtea ea deferant Infidelibus; ac ſi ea non emiſſent deferunt: ergo & eadem Cenſura, qua feriuntur qui abſolutè arma Infidelibus vendunt, illi feriuntur. Sic Nauarr. *in c.Ita quorumdam notab.8.n.23.& 27.* Alterius *lib.5.diſp.8.c.3.verſ. Decimò incidunt.*

QVÆSTIO IX.

An incurrant hanc excommunicationem, qui arma deferunt Infidelibus non indigentibus, eo quod armis omnis generis ad bellum neceſſarÿs, ſint optimè muniti?

NEgat, apud Viualdum, Tabiena, *verbo excommunicatio.* Et apud Bonacinam, Duardus *hic quæſt.38.n.15.* Quia Infideles, in hoc caſu, non redduntur potentiores ad pugnandum contra Chriſtianos, occaſione armorum, quæ ab ipſis acceperunt: ergo.

Sed longè multò probabilius & verius reſpondeo: Incurrere. Quia Papa ſimpliciter & abſolutè prohibet huiuſmodi delationem armorum ad Infideles. Quare licèt finis Summi Pontificis in hoc Canone ſit, non ſolùm non augere, verum etiam minuere vires Infidelium, ne poſſint impugnare Chriſtianos; tamen id quod in illo prohibetur eſt, ne deferantur arma, & alia vetita, ſimpliciter, & ſine vlla diſtinctione; & in obſeruatione legum attendendum eſt id quod percipitur, aut prohibetur. Sic Nauarr. *in cap. Ita quorundam de Iudæis, notab.10.n.4.* quem citat, & ſequitur Viualdus *hic, caſu 7.numero 65. verſ. Vndecimò nota.* Alterius *capite 3. citato. verſ. Nono ob eandem cauſam.* Bonac. *diſp.1.q.8 puncto 4.n.14.* Azor *tomo 1.lib.8.cap.23. quæſt.14.*

QVÆSTIO X.

An etiam, qui arma, & alia prohibita, deferrent Saracenis, aut alÿs Infidelibus, tempore pacis, hanc excommunicationem contrahant?

NEgatiuam ſententiam tenuiſſe Gloſſam *in cap. Significauit. de Iudæis.* dixit Abbas *in cap. Quod olim. de Iudæis, num.1. in fine.* Sed non benè, certè, Nam Gloſſ. oppoſitum expreſsè dicit *in d.c. Significauit, in fine caſus enarrati,* per hæc verba: Nota, quod qui

forrant

Digitized by Google

portant merces prohibitas Saracenis, ſunt ipſo iure excommunicati: & nullo tempore pacis, vel treguæ excuſantur. Ita Gloſſa ibi. licet, vt verum fateat, *verb. Poſt treguam*, oppoſitum haud obſcurè indicet Sed quidquid Gloſſa velit.

Tanquam certum reſpondeo: Hanc excommunicationem contrahere. Quia in omni tempore, etiam pacis, viget ratio prohibitionis habitæ in hoc Canone. Nam quamuis tunc actu Saraceni, aut alij Infideles, non ſint vſuri armis, & aliis rebus prohibitis; poſſunt tamen poſtea illis vti in damnum Chriſtianorum; quod ſufficit: omni ergo tempore contrahitur hæc excommunicatio, quando deferuntur huiuſmodi prohibita. Sic Abbas *loc. cit.* Gotfred. *in ſua ſum tit. de Iudæis, n.21.* Sylueſt. *verb. excommunic. 7. num. 61. & 64.* & penes ipſum, Ioan. Andr. & alij. Alterius *lib. 5. diſp. 8. c. 3. in fine.* Filliuc. *tr. 16. c. 6. q. 7. n. 148.* Suar. *diſp. 21. ſect. 2. n. 36.* & penes illum Rebuff.

QVÆSTIO XI.

An incurrant hanc Cenſuram, qui arma deferunt Infidelibus, vt contra alios Infideles pugnent?

AFfirmat Toletus *lib. 1. cap. 23. num. 11.* incurrere; quia huiuſmodi (inquit) arma manent, quibus poſtea impugnare poſſunt ipſos Chriſtianos: ſecus ait, ſi certum ſit illis non poſſe vti contra Chriſtianos. Toletum ſequitur Luyſius *lib. 3. diſp. 28. dubit. 3. verſ. Item dubitatur.*

Sed clariùs reſpondeo cum Nauarro dicendo. Non incurrere caſu, quo arma deferant Infidelibus, v.g. Saracenis, pugnantibus contra alios Saracenos, bellum gerentes contra Chriſtianos: ſecus verò ſi deferant Saracenis, impugnantibus alios Saracenos, qui non impugnant actu Chriſtianos. Quia in primo caſu Saraceni, quibus arma conferuntur, verè adiuuant Chriſtianos contra alios Saracenos, à quibus actu impugnantur; & hac ratione non poſſunt appellari inimici Chriſtianorum, ſed potiùs amici: & ideo in hoc caſu, non habet locum excommunicatio huius Canonis. Benè tamen, in ſecundo, de quo loquendo vera eſt ſententia Toleti, & habet vim eius ratio. Sic Nauarr. *in cap. Ita quorundam. de Iud. notab. 4. n. 15. & 27.* Quem citat, & ſequitur Alterius *lib. 5. diſp. 8. c. 2. quæſt. 4. & cap. 5. verſ. tertia propoſitio.* qui benè aduertunt, quod, quando Chriſtianus Princeps iungit ſibi Saracenos, vt eorum auxilio vtatur contra alios aduerſarios nominis Chriſti; tunc ne tradat Saracenis, ea, quæ bello abſoluto poſſint illis vſui eſſe contra Chriſtianos; & arma, quæ ad bellum ſubminiſtrauit, & debeat, ſi poteſt, abſoluto bello ab ipſis auferre: aliàs ſi id negligeret, incideret in excõmunicationem, quia ceſſaret cauſa excuſationis. Sic etiam tenet Azor *lib. 8. inſtit. c. 23. q. 7.*

QVÆSTIO XII.

An Chriſtianus, qui ſuis armis munitus Principem Saracenum adit, incidat in hanc Cenſuram, ſi ab ipſo Principe rogatus, vel munere donatus, in gratiam redonat arma?

AFfirmat Azor *loco nuper citato.* Quia in hoc Canone Bullæ (inquit) comprehenduntur, non ſolùm hi, qui exportant prohibita, ſed etiam ij, qui vendunt, qui permutant, & qui, quouis alio modo prohibita Saracenis tradunt.

Sed longè multò probabilius, & verius reſpondeo: Non incurrere. Quia huius legis prohibitio non viget tanto cum diſpendio ciuili. Si enim Princeps

ſignificaſſet ſibi placere gladium, aut ſclopetum, non poteſt vir ingenuus, ſine rubore id negare. (omitto nunc quod poſſet etiam excuſari ob paruitatem materiæ, *vt infrà* dicam) Sic Hurtadus de Mendoza *volum. 1. de fide, diſp. 76. ſect. 3. §. 99.* Qui idem aſſerit, in caſu, quo Rex Hiſpaniæ excipiat legatum Principis Saraceni, cum quo grauia negotia gerat, & poſtea illum remittat donatum ſex, aut octo equis; quia aliàs inciuiliter eum, contra morem Principum, remitteret. Hæc námque ſunt Principibus familiaria officia, ſine quibus vix poſſunt agere mutuò cum dignitate. Sic ille. Et alij mox citandi.

QVÆSTIO XIII.

An in hanc Cenſuram incidat, qui abſolutè, exiguam, & paruam rem ex prohibitis, ad Infideles refert?

AFfirmatiua pars (quam probabilem eſſe, inſinuat ſatis Filliucius) ſuaderi poteſt. Quia prohibitio eſt generalis, & abſque vlla exceptione. Deinde quia gladius, aut cultellus ad ſcindendum panem, & alia parua inſtrumenta, poſſunt ad pugnam deſeruire: ergo ſub pœna excommunicationis prohibentur deferri.

Sed longè multò probabilius: imò vt mihi certum reſpondeo: Non incidere in talem Cenſuram. Quia certum eſt, paruitatem materiæ excuſare ab hac Cenſura incurrenda, cum excuſet à graui culpa, requiſita ad incurſionem illius. Sic docent communiter omnes. Nauarrus *in cap. Ita quorundam. de Iudæis notab. 8. n. 31. & in Man. cap. 27. n. 63. verſ. Sexta.* Toletus *libro 1. cap. 23. num. 7.* Felin. Sylueſt. & Rebuff. quos citat, & ſequitur Alterius *lib. 5. diſp. 8. cap. 5. dubit. 4.* Viualdus, Syrus, Filliuc. & Duardus, quos affert, ac ſectatur Bonac. *diſp. 1. q. 8. punct. 4. n. 1.* Hurt. de Mend. §. 100. *cit.* Filliuc. *tract. 16. c. 6. q. 8. n. 146.* Palao *diſp. 3. puncto 8. n. 18.* & omnes.

QVÆSTIO XIV.

Quænam ſit cenſenda hac in re, grauis, & leuis materia?

REſpondent aliqui, illam cenſendam eſſe grauem materiam, ex cuius traditione, notabile damnum ab hoſtibus afferri poteſt: leuem verò ex qua leue damnum timetur. Ita Bonac. *n. 1. cit.* inquiens, hac de cauſa qui titulo gratitudinis, vel ob negotia benè geſta, pugionem, galeam, vel arcum, vel aliud id genus donaret Infidelibus, non ligaretur Cenſura, ob materiæ paruitatem. Nauarr. *n. 22.* Saytus *n. 17.* Reginald. *libro 9. cap. 18. num. 298.* Secus ſi donaret equum, vel vnam hominis armaturam, vel nauim, vel triremem, hæc enim non videtur leuis materia Ita ille.

Hurtadus verò §. 100. *cit.* ſumendam eſſe grauitatem, & leuitatem materiæ, ex quantitate magna, vel parua armorum, quæ donantur, his verbis, pronunciat. Si arma ſint in magna quantitate, vt illis poſſet infidelis nobis inferre graue damnum, nullus poteſt ea donare, niſi vrgente graui aliquo damno vitæ, aut fortunarum: nec tunc Chriſtianus eſſet inciuilis, cum poſſit ſe canonica lege tueri. Si verè arma ſint in quantitate non magna, vt gladius, ſclopetum, aut clypeus, aut elegans equus, tunc non præſtringitur donans hac lege: tum, quia hæc parum nocent; tum quia Eccleſia non curat de iis leuibus, raris, & non nocentibus caſibus, &c. Ita ille.

Huic modo dicendi, non in totum, adhæſit antea Filliuc. *tract. 16. cap. 6. quæſt. 7. n. 146.* vt probant hæc

Digitized by Google

eius verba: Paruitas materiæ regulariter ſecundum probabilem opinionem, excuſat ab incurſu huius Cenſuræ, modò tamen, non tantùm numerus rerum quæ traduntur, verùm etiam quantitas attendatur. Nam etiam donatio vnius equi, vnius armaturæ hominis, & multò magis vnius nauigij, vnius triremis, vtique prohibita videtur. Debet ergo eſſe res vna, & paruæ quantitatis, vel potiùs paruæ vtilitatis infidelibus contra Chriſtianos, vt ſi quis, v. g. ex gratitudine, vel negotio benè geſto, dono daret pugionem, vel galeam, vel quid ſimile, quod etiam paſſim reperiatur apud ipſos, & ſit res parui momenti, omnibus conſideratis Huc vſque Filliucius.

Ego vero, omiſſis aliis modis dicendi, reſpondeo: Quod, quamuis certum ſit, quod ad cognoſcendam in hac re materiæ grauitatem, aut paruitatem, ſit attendenda quantitas armorum, quæ Infidelibus donantur, an videlicèt ſit magna, vel parua; aut magnæ vtilitatis, vel non, &c. vt benè docent Doctores omnes citati nuper, addendum tamen ſit, hanc magnitudinem, aut paruitatem, non debere eſſe æqualem pro omnibus donantibus arma, ſed potiùs, inæqualem, conſiderata qualitate & grauitate perſonæ, quæ donat: aut cui donatur; ideoque poteſt contingere, quod eadem materia ſit grauis & leuis, reſpectu diuerſarum perſonarum donantium, aut quibus donantur. Quod ſatis conſtat ex, quæſt. ſuperioribus, habitis.

QVÆSTIO XV.

An qui arma, equos, & ſimilia, ad terras Infidelium detulit; pænitentia tamen ductus, retulit inuendita, excommunicationem contraxerit?

AFfirmant Vgolinus *hic* §. 1. *n.* 12. & Alterius *lib.* 5. *diſputat.* 8. *c.* 4. *Propoſitione* 3. *&* 4. Quia, inquit, Summus Pontifex prohibet in hoc Canone delationem & tranſmiſſionem armorum, equorum, &c. illis verbis: *Deferunt, ſeu tranſmittunt:* ſed qui iter ſuſcepit, & detulit prædicta Saracenis, & peruenit cum illis ad locum deſtinatum, verè & propriè dicitur, detuliſſe, & tranſmiſiſſe, quamuis ea Saracenis non tradiderit, quia mutato conſilio cum eiſdem rebus reuerſus eſt: ergo.

Sed probabilius longè reſpondeo: Non contraxiſſe in dicto caſu excommunicationem Bullæ. Quia verba legis accipienda ſunt cum effectu, niſi aliud conſtet de mente legiſlatoris: at in caſu propoſito non fuit ſequutus effectus: ergo per illum non fuit contracta excommunicatio.

Nec obſtat ratio Alterius. Quia tranſlatio non dicitur perfecta, niſi quando res peruenit ad eum, ad quem deſtinata eſt. Nam literæ non dicuntur ad me delatæ, vel tranſmiſſæ, niſi reipſa mihi tradantur. Vnde abſolutè neganda eſt minor argumenti. Sic docent Nauarrus *in cap. Ita quorundam. de Iudais. notab.* 8. *n.* 29. Syluest. & Angel. quos citat, & ſequitur Viualdus *hic caſu* 7. *num. mihi* 67. *in nouis*, 17. Azor *libro* 8. *cap.* 23. *q.* 13. Hurtad. de Mendoza *volum.* 1. *de fide, diſputatione* 76. *ſect.* 2. §. 95. Sayrus *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 21. Filliuc. *tract.* 16. *c.* 6. *q.* 7. *n.* 143. Duard. *hic Can.* 7. *q.* 10. *n.* 6. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 8. *puncto* 4. *n.* 2. *&* 3. Qui addunt, ſecus dicendum, ſi quis dictas res prohibitas ſemel Infidelibus tradat, aut vendat, & illicò ab eis tollat & redimat, & ad Chriſtianos referat; quia in hoc caſu, Cenſuram contraxit traditione rerum; nec delictum deſinit eſſe perfectum ob recuperationem illarum.

* *
*

QVÆSTIO XVI.

An ſi Cuſtodientes Vrbem, tam acriter à Turcis oppugnentur, vt non poſſint fugere vitæ, aut grauis famis diſcrimen abſque Vrbis & armorum deditione: poſſint tunc abſque incurſione Cenſuræ tradere Turcis arma, aut Vrbem?

REſpondeo: Poſſe. Quia leges humanæ non obligant cum diſpendio tanto. Secus dicendum ſi dederint Turcis Vrbem, aut arma, caſu quo eam commodè poſſent tueri, aut haberent ſpem tuendi illam, aut ſperarent probabiliter victum ad ſui ſuſtentum; nam tunc ſi traderent, dictam excommunicationem incurrerent. Sic Hurtad. de Mendoza *ſect.* 3. *cit.* §. 94. & Azor *lib.* 8. *cap.* 23. *q.* 13. vbi ſic dicit: Præterea non comprehenduntur *(hac Cenſura)* Si qui fame, vel vi compulſi, arma aliáſve res prohibitas venderent Saracenis: vel ſi qui, ſæuiente bello, ſe dederent Turcis, aut Saracenis, ne vnà cum ſuis armis perirent: vel ſi qui depoſitis, relictiſve armis fugerent, ſalutis, & libertatis cauſa: nam, vt aliàs docuimus leges humanæ, hominum conſcientias minimè obſtringunt, & tenent cum probabili vitæ, aut libertatis diſcrimine. Huc vſque Azor. Bonacina etiam *hic diſp.* 1. *q.* 8. *puncto* 4. *n.* 7. docens excuſari ab hac Cenſura, qui metu mortis, vel alterius grauis damni, deferunt arma, vel alia prohibita Infidelibus. Nauarr. in cap. *Ita quorundam notab.* 8. *n.* 16. Sayrus *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 18. Duardus *hic quæſt.* 12. Idem etiam dici poteſt de iis, qui naues, armis onuſtas, aut arcem armis inſtructam, metu mortis aufugientes, dimittunt & derelinquunt, itaut ab Infidelibus cum detrimento Chriſtianorum, capiatur. Ita Duardus *q.* 13. Huc vſque Bonacina.

QVÆSTIO XVII.

An qui pecunias, & alias merces interdictas, deferunt ad Saracenos, pro redimendis Captiuis, incurrant hanc excommunicationem?

REſpondeo tanquam certum: Non incurrere etiamſi dicta deferant tempore belli. *Primò.* Quia ita habet vſus, in omni Eccleſia receptus. *Secundò.* Quia id expreſsè conceditur *in cap. Significauit. de Iudæis.* Vbi quamuis prohibeatur omnis mercimonia cum Saracenis, excipitur tamen articulus redemptionis; Et meritò: quia non erat fas, interdicere redemptionem Captiuorum; cum maiora multò grauia ſequantur, ex ſeruitute Chriſtianorum, quam ex emolumento Saracenorum ex mercibus, pecuniiſque capto, vt conſtat. Sic omnes. Nauarr. *in cap. Ita quorundam. de Iudæis, notab.* 8. *n.* 26. Innoc. Hoſtienſ. Abbas, Ioan. Andræa, & alij, quos refert, & ſequitur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *c.* 5. *col.* 4. Azor *tomo* 1. *lib.* 8. *c.* 23. *q.* 13. Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 6. *q.* 7. *n.* 145. Hurtad. de Mendoza *volum.* 1. *de fide, diſp.* 76. *ſect.* 3. §. 90. *&* 91. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 8. *puncto* 4. *n.* 12. Palao *diſp.* 3. *puncto* 8. *num.* 17. Sayrus, Duardus, Vgol. Viuald. & Regin. penes ipſum.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem incurrant, qui pro redimendis Captiuis, deferunt Saracenis arma, equos, ferrum, & alia prohibita; eo quod redimentes, nequeant commodè alijs rebus non prohibitis captiuos redimere?

AFfirmat Gloſſa *in cap. Significauit. cit. verbo Aliquod commodum.* vbi hanc quæſtionem his verbis proponit & ſoluit: Sed quid ſi non poſſunt redimere captiuos, niſi portent eis arma, vel ferrum; nunquid

nunquid hoc facere poſſunt ſine pœna excommunicationis? Arg. quod ſic, ex eo quod hic dicit, excepto redemptionis articulo. Sed non credo, niſi primò requiratur auctoritas Papæ, ne aliquid fraudis fiat. Ita Gloſſa. Et etiam Abbas *in d. cap. n.* 2. quibus adhærere videntur Viualdus *hic caſu* 7. *numero* 63. & alij penes ipſum.

Sed probabilius ſanè reſpondeo; Non incurrere, ſi ſaltem delatio armorum, equorum, & ſimilium, pro captiuis redimendis, fiat tempore pacis. Quia hoc expreſsè deducitur ex dicto cap. *Significauit*. vt benè probat Alterius. Sic ipſe *cap.* 5. *cit. col.* 4. *verſ. Secundò dicendum*. Azor, Filliuc. Hurtad. & Bonac. Ex quibus hi vltimi ſecus exiſtimant dicendum caſu, quo redemptores valeant aliis rebus non prohibitis, captiuos redimere; quia tunc inquiunt, incurrent dictam excommunicationem ſi deferant arma, equos, &c. Sed certè hæc limitatio non colligitur *ex d. cap. Significauit*. Ideóque abſolutè, & abſque limitatione noſtram ſententiam, defendit Alterius, dummodò delatio huiuſmodi rerum fiat tempore pacis. Palao etiam *n.* 17. *cit.* vbi abſolutè, & abſque limitatione adhuc temporis, id docet.

QVÆSTIO XIX.

An adminus incurrant hanc Cenſuram, qui tempore belli, deferunt arma, equos, ferrum, & ſimilia Saracenis, pro redimendis captiuis?

AFfirmant incurrere communiter DD. Quia, qui tempore belli, deferunt arma Saracenis, verè adiuuant eos, ad impugnandos Chriſtianos: ergo verè incurrunt Cenſuram huius Canonis. Ita tenent Syluest. *excommunicatio* 7. §. 61. *verſ. Et iſta eſt mens*, & penes ipſum, Innoc. Ioan. Andr. Abbas, Gloſſa, Card. Ioan. de Ana, & Roſella. Quibus addi poſſunt Alterius *libro* 5. *diſp.* 8. *cap.* 5. *col.* 4. *&* 5. Azor *tomo* 1. *libro* 8. *cap.* 23. *q.* 13. Viuald. *hic in expoſit. ſeptimi caſus, num.* 63.

Negant verò apud Hurtadum, Innocentius, Angelica ſumma, & alij, exiſtimantes abſolutè, non incurrere excommunicationem, eo quod talis actio ſit licita, & honeſta. Sed certè, ex his Doctoribus, quos pro hac parte affert Hurtadus, Angelus id abſolutè non docet, vt videre eſt per hæc eius verba; Ait enim Tenet tamen Innocent. & Hoſtienſ. *in cap. ſignificauit, de Iudæis*, quod pro redimendis captiuis tempore guerræ, arma etiam ſine pœna excommunicationis poſſint deferri: quod ante factum non tenerem; ſed benè poſt factum. Hæc Angelus. *verb. excommun.* 5. *caſu* 21. *n.* 4.

Alij verò ſub diſtinctione reſpondent, non incurri hanc excommunicationem caſu, quo venditione armorum, &c. redimantur viri fortes, & in re militari verſati, quia tunc putatur id maius bonum. Secus verò ſi redimantur viri imbelles, & in bello minimè verſati, quia tunc bonum commune, vtpotè maius, eſt præferendum priuato, aliàs incurri excommunicationem eſt notum. Sic Bonac. *puncto* 4. *cit. n.* 12. ex Vgolino & Reginaldo.

Sed ego adhuc diſtinctius, & clarius reſpondeo: *Primò*, tanquam certum: Non incurrere hanc Cenſuram illum, qui tempore belli deferret arma Saracenis pro redimendis illis captiuis, qui non aperto vitæ, aut fidei diſcrimine ſunt poſiti: quia in hoc caſu maius bonum eſt captiuis huiuſmodi opitulari, vt conſtat: ergo. Sic Hurtad. de Mendoza *volum.* 1. *de fide, diſp.* 76. *ſect.* 3. §. 92. Addens idem eſſe dicendum, caſu, quo captiuus ſit mihi coniunctus; quia tunc non teneor abſtinere ab armorum communicatione; cùm hæc actio ſit de ſe indifferens, & ratione redemptionis fiat honeſta, proinde non teneor cum ingenti meo damno ab ea abſtinere.

Reſpondeo *Secundò*, etiam vt certum. Nec incurrere hanc Cenſuram deferentes arma, equos, & ſimilia, pro redimendis captiuis, caſu, quo captiui ſint viri fortes, & præſtantes ad bellandum: quia certum eſt tunc id putari maius bonum, ſiquidem ex hac commutatione plus emolumenti euenit Chriſtianiſmo, vt conſtat. Sic auctores ſecundi, & tertij modi dicendi.

Reſpondeo *Tertiò*. probababiliter; Regulariter loquendo, ſemper eſt licita, etiam tempore belli, delatio armorum pro redemptione captiuorum. Quia regulariter loquendo, ſemper eſt maius bonum Chriſtianorum, ſi redimantur, etiam permutatione armorum, & aliarum rerum prohibitarum, patet: Tum, quia regulariter loquendo, captiui, præcipuè fœminæ & pueri, ſemper ſunt in periculo fidei, aut vitæ, vt ſatis notum eſt noſtris Redemptoribus. Tum etiam quia paſſim captiui redimuntur pecunia, etiam tempore guerræ, quæ tamen eſt vnum, & maximum, inter prohibita, *vt infra*: ergo & poſſunt redimi abſque pœna Cenſuræ permutatione armorum. Sic Innoc. & Hoſtienſ. vt vidimus, apud Angelum. Et ſic Filliuc. *tract.* 16. *c.* 6. *q.* 7. *n.* 145. & Palao *loc. cit.* quatenus abſolutè, & ſine diſtinctione temporis docent, deferentes arma ad redemptionem captiuorum, non incurrere excommunicationem. Dixi autem in hac tertia concluſione, *regulariter loquendo*, & vt communiter ſolet fieri captiuorum redemptio; quia ſecus eſt dicendum, caſu particulari, ſi quis, v.g. arma ferret in tanta quantitate, vt ex eorum traditione probabiliter immineret graue periculum Chriſtianiſmo, quia tunc ſub excommunicatione teneretur arma non ferre, & in hoc benè Bonacina, cum aliis.

QVÆSTIO XX.

Quid nomine Armorum *quæ, primo loco, deferri Ad Saracenos & alios Infideles, prohibentur, intelligatur?*

REſpondeo vt quid certum, intelligi in primis, arma tàm offenſiua, quàm defenſiua: nam vtraque verè ſunt arma, vt habet Gloſſa *in cap. vnico, de Iud. & Saracenis*, Extrauagantium Ioan. XXII. Deinde, in ſpecie loquendo, nomine *Armorum*, intelliguntur haſtæ, ſclopi, bombardæ, galeæ, enſes, pugiones, glandes, pilæ, puluis tormentarius, ſulphur, pix, ſalnitrum, fuſtes cuſpide munitæ, baliſtæ, ſagittæ, fundæ, ſudes, clypei, loricæ, thoraces ex materia reſiſtente vulneribus. & denique omne inſtrumentum ad feriendum in pugna, & omnia ſine quibus arma non poſſunt geſtari. Sic communiter omnes. Inter quos de aliquibus inſtrumentis dubitatur, vt mox videbimus. Sit ergo.

QVÆSTIO XXI.

An Cultelli ad cibos, vel calamos ſcindendos, nomine armorum comprehendantur, & ſint materia huius Cenſuræ?

REſpondeo tanquam certum: Non comprehendi nomine armorum, & conſequenter non ligari hac Cenſura eos, qui deferunt ad Saracenos dictos cultellos formatos ad ſcindendum panem, vel calamum. Quia huiuſmodi, propriè non vocantur arma; & meritò, cum in prælio, nec vſum vllum habere poſſint. Sic Bart. *in l.* 1. *n.* 2. *ff. ad leg. Iuliam de vi publ.* Abbas *in cap. Clerici, de vi & honeſt. cler. n.* 7. Angel. &

Sylu. quos citat, & ſequitur Alterius *lib.5.diſp.8.c.7.* Suar. Filliuc. Saytus, quos refert, & ſectatur Bonac. *hic diſp.1.q.8.punct.2.n.3.* Toletus, & Azor, quos amplectitur Hurtad. de Mendoza *volum.1. diſp.76.ſectione 3.§.56.* Palao *diſp.3.puncto 8.n.5.* & penes ipſum, Nauarr. *c.26.n.63.* Saytus, *cap.11.n.18.* & alij. Qui ferè omnes aduertunt, hoc eſſe intelligendum de paruo cultro, qui non ſit aptus ad offendendum in bello: nam ſi eſſet talis vt in bello deſeruire poſſet, verè comprehenderetur appellatione armorum, & eſſet materia huius excommunicationis.

QVÆSTIO XXII.

An incideret in hanc Cenſuram, qui magnam horum paruorum gladiorum vim ad Saracenos deferret?

RESpondeo tanquam certum: Tunc in hanc Cenſuram incidere: Non tamen ob eam rationem, quia, vt diximus huiuſmodi gladioli non admittunt propriè nomen armorum: ſed quia ferrum & chalybem ad Saracenos aſportaret, quod vtique eſt prohibitum, ſub eadem Cenſura, in hoc canone: gladioli namque prædicti, verè ſunt ferrum & calybs. Sic Alterius, & Hurtadus *loc.cit.* Addens hac lege etiam comprehendi ligones, veſtes, & alia inſtrumenta, quibus exercitus eget ad fodiendam terram, parietes demoliendos, eruendos lapides, &c.

QVÆSTIO XXIII.

An item contraheret hanc Cenſuram, qui ſecures, falces, raſtra, perticas, & alia inſtrumenta neceſſaria ad colendos agros, & vineas, ad Saracenos, vel alios Infideles, deferret?

RESpondeo: Etiam contrahere talem Cenſuram; non ideo quia arma ad inimicos Chriſtiani nominis deferret, cum dicta non comprehendantur, ſub nomine armorum; ſed quia deferret ad illos ferrum, cum omnia prædicta ferum ſint, & materia ex qua hoſtes inſtructi ſunt ad ea in arma vertendum. Sic ex Nauarro *in cap. Quorundam. de Iud. notab.5.* Filliuc. *hic n.135.* Vgolino *verb.arma.num.2.* Duardo *quæſt.20.* Sayro *libro 3. capite 11.numero 28.* & Gambarupta, *caſu 7.* donec Bonac. *diſput.1.quæſt.8.punct.2. num.4.* Hurtad. de Mendoza *§.56.cit.* Tolet. *lib.1.c.23. n.8.* & Alterius *capite 7.citato,* & alij: quid aliud indicent Viuald. *hic n.67.* & Azor, *infra q.28.citand.*

QVÆSTIO XXIV.

An nomine Equorum *prohibeantur omnes equi cuiuſcumque conditionis ſint?*

RESpondeo tanquam certum: Prohiberi omnes equos, domitos, & indomitos, veloces ad curſum, vel aptos ad trahendam rhedam, ant ferendam ſalmam, diſciplinatos ad pugnam, vel è contra; & tandem claudos & debiles, aut morboſos, ſi arte poſſunt curari. Sic Nauarr. *in Man.cap.27. num.63. verſ. Tertia quod per equos.* Alterius *libro 5. diſput.8. c.7.col.1.* Qui addit ſufficere vnicum tradere equum Infidelibus ad incurrendam hanc excommunicationem, ſi non eſſet adeò ineptus, vt potiùs incommodo, & labori, quàm vtilitati, & vſui eſſet. Aut, addo ego, donans eſſet Princeps, aut alia perſona grauis, iuxta dicta à nobis *ſuprà quæſtione 14.* Sic etiam, Reginaldus *libro 9. cap.18.n.294.*

QVÆSTIO XXV.

An nomine Equorum, *prohibeantur ſub hac Cenſura, omnia genera beſtiarum pugnantium, v.g. Elephanti?*

RESpondeo: Prohiberi. Quia æquiualent equis: & ſic horum omnium eſt eadem ratio, & conſequenter ius idem. Sic optimè Hurt. de Mend. *vol.1. diſp.76.ſect.3.§.65.* vbi Regin. volentem, ſolos equos prohibitos eſſe; explicat, idem voluiſſe loquendo de beſtia pugnaci. Sic etiam alij communiter, præcipuè mox citandi.

QVÆSTIO XXVI.

An item, ſub eodem nomine Equorum, *& ſub eadem Cenſura, prohibeantur deferri ad Infideles, Cameli, Aſini, Muli, & Boues, & omne aliud genus beſtiarum ſeruientium, ad onera in bello ferenda?*

NEgat Regin. *lib.9.c.18.n.294.* his verbis: Imò iudicio Iacobi à Graffiis *lib.4.deciſ.aurear.c.18. n.87.* includit (*nomen equorum*) aliud quodcunque iumentum, quod deſeruire poteſt deferendis ſarcinis, & aliis bello neceſſariis, vt Mulum, Aſinum, &c. Sed in materia pœnali, non videtur eſſe locus tali extenſioni. Ita ille, ex Nauarro *in cap. Ita quorumdam. notab.5.n.27.*

Sed, vt certum reſpondeo, prohiberi ſub eadem Cenſura tranſportationem dictarum beſtiarum ad Infideles. Quia, quamuis verum ſit, quod propriè, & in rigore loquendo, dicta animalia nomine *equorum* non veniant, aut comprehendantur; veniunt tamen & comprehenduntur ſub nomine; *& alia huiuſmodi,* & etiam ſub nomine *auxilij,* cum certum ſit quod, qui præfata iumenta ad Infideles tranſmitterent, verè auxiliarentur eis: ideóque ob hanc rationem in hanc inciderent Cenſuram. Sic Suarez *tomo 5.in 3.p. diſputatione 21.ſectione 2.numero 53.* Alterius *libro 5. diſputatione 8. capite 7.verſ.Per equos.* Duardus *can.7. quæſtione 19.* Filliucius *tractatu 16. capite 6. quæſt.4. numero 134.* Saytus *libro 3. capite 11.numero 17.* Bonacina *diſputatione 1. quæſtione 8. puncto 2. numero 1.* Hurtadus de Mendoza *de fide, volum.1. diſputat.76. ſectione 3.§.63.* Viualdus hic, *caſu 7.numero 4.* Palao *diſputatione 3.puncto 8.numero 5.* Imò & Nauarrus *in Man.cap.26.numero 63.*

QVÆSTIO XXVII.

An deinde, Equorum *nomine, prohibeantur deferre ad fideles omnia inſtrumenta, quibus aluntur, curantur, & ad bellum inſtruuntur equi?*

RESpondeo affirmatiuè. Quia eſt eadem ratio. Nam equi prohibentur, vt ſunt vtiles ad bellum: at ſine equilus inſtrumentis, non ſunt vtiles: ergo prohibentur ſimul cum equis hæc eorum inſtrumenta. Et adminus prohibentur, voce *auxilium,* quia qui eſt cauſa per equilia inſtrumenta, vt vrgeat equitatus hoſtilis, hoſti eſt auxilio non paruo. Prohibentur ergo ſub hac Cenſura, ne quis poſſit ad Infideles deferre, equorum ſtramina, ſellas, clitellas, ſtapedes, coria ſtringentia, frænos, capiſtra, compedes ferreas, aut canapeas, & ſimilia. Sic omnino Mendoza *§.63.citato.* Et hæc de equis. Ad tertiam dictionem, quæ eſt *ferrum,* tranſeamus. Sit ergo.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXVIII.

An in hoc Canone, nomine Ferri, *prohibeatur ad Infideles deferri, tàm ferrum factum, quàm infectum?*

RESpondeo, vt certum : Vtrumque prohiberi, nempe ferrum factum & infectum. Per ferrum factum, communiter intelligunt Doctores, inſtrumenta quælibet ex ferro formata & elaborata, vt ſunt ſecures, falces, ligones, cultri, vectes, & alia inſtrumenta ex ferro artefacta, vt diximus *ſup. q.* 20. *& ſequent.* quidquid repugnare videatur Azor *tomo* 1. *lib.* 8. *cap.* 23. *q.* 10. *col.* 1020. Per ferrum verò infectum, intelligunt, ipſam ferri laminam, ſeu maſſam impolitam, ac rudem, ex qua confici poſſunt inſtrumenta ad bellum. Sic communiter Auctores Nauarrus *in Man. cap.* 27. *n.* 63. *verſ. Quinta quod per ferrum.* Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 7. *verſ. Ferrum.* Azor *lib.* 8. *cit. c.* 23. *q.* 11. Filliuc. *tr.* 16. *c.* 6. *q.* 4. *n.* 136. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 8. *punct.* 2. *n.* 5. Regin. *lib.* 9. *c.* 18. *n.* 296. Hurt. de Mend. *de fide, vol.* 1. *diſp.* 76. *ſect.* 3. §. 57. Palao *diſp.* 3. *punct.* 8. *n.* 5. & communis.

QVÆSTIO XXIX.

An ſub nomine Ferri, *comprehendatur vena ferri; ita ut Bullæ Cenſura incurratur, ſi Infidelibus transferatur?*

NEgat Nauarrus *in cap. Ita quorundam, de Iudæis. notab.* 6. *n.* 9. *& in Man. c.* 27. *n.* 63. *verſ. Quinta quod per ferrum.* exiſtimans, non comprehendi, niſi feratur ea intentione, vt ex dicta vena exuatur ferrum, & fiant arma. Fundamentum eius eſt. Quia vena ferri non eſt ferrum, ſed terra, ex qua arte, & induſtria hominis poteſt educi ferrum: Nauarrum ſequuntur Regin. *loc. cit.* & Gambarupta *Can.* 7. *n.* 13.

Sed probabilius multò reſpondeo: Comprehendi, & ita in Bullæ Cenſuram incurrere illum, qui venam ferri Infidelibus defert, aut tranſmittit. Quia multò probabilius eſt, venam ferri, verè ac proprie eſſe ferrum, non quidem ita purum & mundum, ſicut poſtquam igne purgatum eſt, verumtamen ferrum; ſicut ſegetes triticum continent, etiam antequam ab illis fuerit ſeparatum, & purgatum. Et ſi lata eſſet excommunicatio contra deferentes triticum, abſque dubio comprehenderet eos, qui ſegetes non purgatas deferrent: ſi ergo ſimiliter in noſtro caſu eſt dicendo. Sic Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 55. Alterius *lib.* 5. *diſput.* 8. *cap.* 6. *dub.* 2. *& cap.* 7. *col.* 5. Syluest. *excommun.* 7. §. 59. Filliuc. *cap.* 6. *cit. n.* 138. Sayrus, Duard. Vgolinus, & Coriolanus, quos citat, & ſequitur Bonac. *loc. cit. n.* 5. Mendoza *ſect.* 3. *cit.* §. 59. *&* 60. Addens, huiuſmodi venam, non ſolùm comprehendi & contineri, voce, *ferrum*, & *materia armorum*, eo quod verè ſit ferrum; ſed etiam comprehendi voce, *auxilium quomodolibet*, quia eſt, & non paruum, commodari hoſti, vnde ferrum efficiat ad pugnam.

QVÆSTIO XXX.

An nomine Ferri *intelligatur, non ſolùm ferrum, ſed etiam quæcunque alia materia apta ad formanda arma, & inſtrumenta bellica?*

AFfirmat Caietanus *verb. excommunicatio. cap.* 20. apud Azorium, Alterium, & alios. Sed certe Caietanus; neque dicit, quod ferrum factum ſit, tùm ferrum ipſum; tùm omne genus armorum ex ferro factum, vt vult Azor. Neque quod nomine ferri, intelligenda ſit quæcunque materia propria primaria, ſeu ſecundaria armorum, vt refert Alterius; cum ſolùm hæc verba proferat: Aduerte deinde, quod appellatione *armorum*, veniunt non ſolùm offenſiua, ſed defenſiua ex quacunque materia ſint. Per *ferrum*, autem, & *lignamina*, præcipuam materiam intellige armorum & galearum, & Nauium. Et per *alia prohibita*, accipe non ſolùm Naues & Galeas ipſas, ſed quaſcunque ſecundarias proprias materia armorum, galearum, nauium, vt ſunt ſartiæ, vela galearum, & breuiter quæcunque ad hoc ſunt, vt ex eis Chriſtiani impugnentur. Sic enim proceſſus Cœnæ Domini explicat. Huc vſque Caiet. Cuius verba retuli, vt videas quam falsò citetur à dictis authoribus: Vnde

Vt certum reſpondeo: Nomine Ferri, ſolum ferrum eſſe intelligendum, non aliam materiam, etiamſi ex illa poſſint arma fabricari. Quia ſtatim poſt illam dictionem *Ferrum*, addit Bulla, *filum ferri, ſtannum, chalybem, omniáque alia metallorum genera*, quæ quidem non adderet, ſi per *ferrum*, aliam materiam armorum ſignificare voluiſſet quàm ferrum. Sic meo videri Caietanus, vt indicant verba eius. Nauarrus *in c. Ita quorundam cit. notab.* 6 *n.* 5. Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *c.* 23. *q.* 11. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 7. *col.* 5. *verſ. Sed dubitari poteſt.*

QVÆSTIO XXXI.

An qui deferet clauiculos paruos Saracenis in hanc excommunicationem incideret?

REſpondeo: Non incidere. Quia tales claui etſi ferrei, non ſunt vtiles bello. Niſi caſu, quo magnam quantitatem, aut copiam horum referret. Quia tunc, talia inſtrumenta cum verè ſint ferrum factum ex vna parte: & ex alia, poſſent, facillimo negotio Saraceni illa conuertere in arma, locus eſſet excommunicationi, vt conſtant ex dictis ſupra. Et tenent in re, Nauarr. *notab.* 6. *cit. n.* 11. *&* 12. Sylu. & Rebuff. quos citat, & ſequitur Alterius *loc. cit. dub.* 2.

QVÆSTIO XXXII.

An Filum ferri, *quod prohibetur ad Saracenos deferri, comprehendat in ſe filos omnium aliorum metallorum?*

REſpondeo: Comprehendere ob identitatem rationis. Nam conſtitutio pœnalis loquens de vno ſolo, quia frequentius contingit, non excludit aliud in quo reperitur eadem ratio, licèt rarius accidat, iuxta Gloſſ. *in Clem.* 1. *verb. Præſidentes de reſcript.* Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *c.* 7. *col.* 6. *verſ. Filum ferri* Qui rationem etiam affert, quare in Bulla prohibeatur filum ferri ad Saracenos deferri, & ea eſt, quia videlicet deſeruit ad arcus tendendos, vt ſic ducti velocius ſagittas emittant. Deferentes igitur filum ferri ad Saracenos aut alios Infideles, verè incidunt in hanc Cenſuram, niſi aliàs ob paruitatem materiæ excuſentur à mortali.

QVÆSTIO XXXIII.

Quid nomine Stanni, *quod etiam prohibetur ad Infideles deferri; Pontifex ſignificare voluerit?*

REſpondeo: Quod voluerit ſignificare notiſſimum quoddam metalli genus, quod eſt liquor primus fluens in fornacibus ex plumbo cum argento in fodinis mixto, vt dicit Plinius *lib.* 34. *c.* 16. Et quia vtile eſt ad multa in bello, idcirco prohibetur à Papa eius delatio. Sic omnino Alter. *c.* 7. *cit. col.* 7. *verb. Stannum.*

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXIV.

Quid ſit Chalybs, *qui, poſt ſtannum, prohibetur ſub Cenſura ad Saracenos deferri?*

RESpondeo quod eſt genus quoddam ferri magis purum, purgatum & perfectius communi. Probatur ex illo Virg. 8. Æne. *Vulnificuſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.* Nam iis verbis clariſſimè oſtenditur, inſtrumenta ex chalybe fabricata, eſſe maximè apta, & accommodata ad prælium; cum chalybs per excellentiam vulnificus appelletur, eo, quod maximè ad infigendum vulnus valeat. Huc vſque idem Alterius *loc. cit. verb. Chalybem.*

QVÆSTIO XXXV.

An vltra ferrum, & filum ferri, ſtannum, & chalybem, etiam prohibeat Pontifex omnia alia metallorum genera?

RESpondeo: Prohibere expreſsè, vt conſtat ex contextu Bullæ. Ideóque quicumque deferret ad Infideles, quoduis metalli genus, etiam vltra expreſsè prohibita, vt ſunt, aurum, argentum, electrum, æs, plumbum, aurichalcum, & ſimilia, niſi ex paruitate materiæ excuſaretur à mortali, in hanc Bullæ excommunicationem incideret. Sic omnes, præcipuè Alterius *loc. cit. verb. Omniaque alia metallorum genera*, vbi addit id etiam habere verum, in caſu quo eſſet metalli genus, ex quo arma idonea ad pugnandum formari non poſſent: quoniam Pontifex ſimpliciter, & abſque vlla diſtinctione prohibet omnia metallorum genera. Legantur etiam Bonac. *diſp. 1. q. 8. puncto 2. num. 6.* Filliuc. *tract. 16. capite 6. quæſtione 4. dicto 4. numero 136.*

QVÆSTIO XXXVI.

An pecunia ex auro, argento, aut ære confecta; prohibeatur ad Saracenos deferri?

NEgat apud Bonacinam *loc. cit.* Duardus *hic q. 22. n. 3. & q. 38. num. 9.* Quia exiſtimat non comprehendi ſub voce metallorum.

Sed, vt certum reſpondeo: Prohiberi, hoc in Canone: vel quia comprehenditur, nomine *metalli*, eo quod omnis pecunia ex aliquo metallorum genere conficitur, nempe ex auro, argento, vel ære. Aut, vt alij volunt, quia continentur ſub illa clauſula generali, *Aliaque huiuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant.* Quia Chriſtiani magis poſſunt impugnari pecuniis, quàm armis. Aut denique comprehenditur ſub illis verbis quæ in ſecunda parte huius Canonis habentur videlicet: *Illiſque (id eſt Infidelibus) ad id auxilium, conſilium, vel fauorem præſtant.* Quia non minus auxilium præſtatur Infidelibus, ſi illis ſuppeditetur pecunia ad bellum, quàm ſi ſubminiſtrentur arma. Conſtat ergo quod qui deferunt pecunias ad Saracenos (etiam dato, quod non contineantur ſub voce metallorum) incurrunt hanc Bullæ excommunicationem. Sic Nauarr. *capite 27. numero 63. verſ. Sexta, quod per aurum.* Suarez *hic diſputatione 21. ſectione 2. n. 54.* Alterius *libro 5. diſputatione 8. capite 6. col. 3. verſ. Poteſt tamen dubitari.* Filliuc. *tractatu 16. capite 6. quæſtione 5. numero 137.* Bonacina *diſputatione 1. quæſtione 8. puncto 2. numero 5.* Viualdus *hic caſu 7. numero mihi 58.* Hurtadus de Mendoza *diſputatione 76. ſectione 3. §. 61.* Reginaldus *libro 9. numero 296.* Palao *diſputatione 3. puncto 8. num. 6.* & communis.

QVÆSTIO XXXVII.

An ex delatione cuiuſque inſtrumenti bellici ad Infideles, hæc excommunicatio incurratur?

RESpondeo: Incurri. Quia id ſub ea pœna prohibet Pontifex, in hoc Canone his verbis: *Atque bellica inſtrumenta.* Vnde hæc excommunicatio incurritur, in caſu, quo deferantur ad Infideles, tympana, tubæ, fiſtulæ, litui, cornua, & ſimilia, quibus milites ad bellum excitantur, vel inſtruuntur. Item ſcalæ, currus, manus ferreæ, quibus naues detinentur, ne aufugiant. Bombardæ, ſeu culebrinæ, baliſtæ, ſpingardæ, & alia huiuſmodi. Sic Nauarr. *cap. 27. n. 68. verſ. Sexta. cit.* Alterius *cap. 6. cit. col. 7. verſ. Atque bellica inſtrumenta.* Sayrus, Duardus, Vgolinus, quos affert & ſequitur Bonac. *puncto 2. cit. numero 5. verſ. Quinto bellica inſtrumenta.* Palao *puncto 8. cit. num. 5.* & communis.

QVÆSTIO XXXVIII.

Quid prohibeat Pontifex ad Infideles transferre per hanc vocem, Lignamina?

RESpondeo: Quod prohibet omnia ligna idonea, tàm ad Nauigia, ſeu Galeas æfformandas, quàm ad fabricanda inſtrumenta bellica, quorum vſus ſit ad pugnam. Sic omnes DD. præcipuè Nauarrus *cap. 27. n. 63. verſ. Sexta quod per aurum:* vbi ſic ait: Per lignamina intelliguntur trabes, & alia ligna nauibus & triremibus, & aliis inſtrumentis bellicis fabricandis opportuna: quamuis *in d. cap. Ita quorundam*, reſtrictius lignamina galearum prohibeantur. Sic ille Azor *lib. 8. cap. 23. q. 12.* Alterius *lib. 5. diſput. 8. cap. 7. col. 7. verſ. Lignamina.* Hurt. de Mendoza *volum. 1. de fide, diſp. 76. ſect. 3. §. 62.* Reginald. *lib. 9. cap. 18. n. 297.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XXXIX.

An ſub hac voce, Lignamina, *comprehendantur naues ipſæ, galeæ, triremes, antennæ, & ſimilia?*

RESpondeo vt certum: Comprehendi. Quia ſi prohibetur delatio lignaminum, ne ex illis naues, galeæ, & alia præfata confici poſſint: à fortiori erit prohibitum, ne inſtrumenta iam formata, aſportentur, iuxta illud Ariſt. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. Authen. Multò magis. C. de Sacroſancta Eccleſ.* & quidem lignamina prohibentur ne inde ab Infidelibus naues fiant. Sic Nauarr. Alterius, Palao, Hurtadus, & Reginaldus *locis nuper citatis.* Et communis.

QVÆSTIO XL.

An incurreret hanc excommunicationem, qui ligna ad ignem ſolum fouendum, ad Infideles deferret?

RESpondeo: Non incurrere. Quia in hoc caſu non prohibentur magis, quàm aliæ merces. Secus eſſet dicendum in caſu, quo quis deferret ligna ad Infideles, ad vſus ſpectantes ad bellum, nempe, vt illis vterentur ad incendendum caſtrum, vel ad conſtruendum pontem, vt exercitus flumen traiicere poſſet, &c. Quia tunc verè incurreret hanc excommunicationem, vt conſtat. Sic Nauarr. Alterius, & Hurt. *loc. cit.*

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XLI.

Quid prohibeat Pontifex per verba hæc : Canapem & funes, tàm ex ipſo canape, quàm alia quacunque materia, & ipſam materiam ?

RESpondeo: Prohibere omnes chordas, nempe, tàm maiores, craſſiores, & denſiores, ſignificatas per vocem *canapem*; quàm minores, tenuiores, & graciliores, ſignificatas per nomen *funes*, quæ ſolent formari, non ſolùm ex canape, ſed ex lino, ſtupa, lana, & aliis; & ex quacunque materia fuerint compoſitæ, prohibentur ſub excommunicatione ad Infideles ferri. Denique prohibet Pontifex *ipſam materiam* ex qua fiunt ipſæ funes & chordæ, nempe, canapem, ſtupam, linum, lanam, & quamcunque aliam materiam, ex qua communiter conficiuntur dictæ funes, ſeu chordæ. Sic Alterius *loc.cit. col.10.pag.545.* Hurtadus *ſectione 3.cit.§.64.pag.603* Palao *numero 5.citato.* & communis.

QVÆSTIO XLII.

Quid item prohibeat Pontifex, per hæc vltima primæ clauſulæ verba: Aliáque huiuſmodi, quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant?

RESpondeo: Prohibere generatim omnes res ad bellum ſpectantes. Nam recenſitis armis, ferro, chalybe, &c. vt complecteretur omnem materiam armorum & machinarum, inſtrumentorúmque omnium, quibus impugnamur à Turcis, Hæreticis, & aliis Infidelibus, adiecit hæc verba: *Aliáque huiuſmodi, quibus, &c.* Sic Alterius hæc dicens: Optimè enim Summ. Pontifex poſt peculiarem enarrationem multarum rerum ad bellum ſpectantium voluit apponere clauſulam generalem, vt complecteretur omnes alias res eiuſdem generis, ſcilicet, ad bellum vtiles & neceſſarias, quibus Chriſtiani ab Infidelibus impugnari poſſent: Eas enim omnes, & ſingulas in ſpecie recenſere, immenſum fuiſſet opus. Quamobrem, ſub clauſula generali, comprehenduntur vela ad vſum nauium, remi, antennæ, machinæ ligneæ, vel ex ferro, aut alia materia ad pugnandum, clypei ad defendendum, thoraces, & quæcunque munimenta ex pelle, ferro, ſeu ex alia materia confecta ad protegendum corpus in pugna accommodata: puluceres ad vſum tormentorum bellicorum, ſulphura, nitrum, ex quibus huiuſmodi puluceres conficiuntur, currus, ſcala, iumenta oneraria, cameli, & alia ſimilia quæ plurima ſunt. Et hæc omnia prohibentur ſub pœna excommunicationis. Sic Alterius *lib.5.diſp.8. cap.7.in fine.* Hurtad. de Mendoza *loc.cit.§.65.* Bonac. *diſp.1.q.8.puncto 2.n.5.* & alij.

QVÆSTIO XLIII.

An in hac Bulla prohibeatur victualia, & veſtimenta ad Infideles deferre ?

AFfirmant, apud Bonacinam, Nauarr. *in cap. Ita quorundam, n.63.* & Duard. *hic can.7.q.29.* Quorum fundamentum eſt. Quia in hac Bulla generaliter excommunicantur deferentes ad Infideles prohibita: at ſic eſt, quod delatio victualium & aliarum mercium, eſt prohibita in Clem. 5. de Iudæis: ergo deferentes ad Infideles victualia, verè remanent excommunicati per hanc Bullam.

Sed iam probabilius longè, imò vt certum, reſpondeo: Non prohiberi abſolutè in Bulla Cœnæ, deferre victualia & veſtimenta, aut alias merces ad Infideles. Quia hæc non ſunt inſtrumenta bellica, niſi aliàs ſubminiſtrentur hoſtibus Chriſtianorum, eo tempore quo moraliter loquendo, in prudentis æſtimatione, cenſeretur, inſeruire hæc eis poſſent ad impugnandos Chriſtianos; quia tunc verè comprehenderentur in Bulla Cœnæ, vel ſub illis verbis: *Atque bellica inſtrumenta*, vt quidam volunt: vel vt alij & melius, ſub iſtis: *auxilium, vel fauorem quomodolibet praſtantes.* Nam quis neget exercitum, quo Chriſtiani impugnantur, dictis rebus aliquo modo iuuari: ergo eo tempore ſolo, non alio, incideret in hanc Bullæ excommunicationem, qui victualia, veſtimenta, merces, & alia huiuſmodi ad Infideles deferret. Verum eſt quod qui tempore belli: ad Turcas deferret merces, victualia, &c. laberetur in Cenſuras iuris communis. *cap. Quod olim. de Iudæis.* Et ſimiliter, qui omni tempore, deferret merces, victualia, &c. in Alexandriam & Ægyptum, & Terras Soldani; vt *in Extrauag. Multa. de Iudæis.* Non tamen in Cenſuram Bullæ, niſi in caſu aſſignato. Sic tenent iam communiter omnes, eo quod iam in Bullis Cœnæ nouioribus, minimè ſint poſita hæc verba, *aliaque prohibita*, ſicut fuerant in antiquioribus, ſed loco illorum ſubrogata ſunt hæc: *aliáque huiuſmodi, quibus Chriſtianos & Catholicos impugnant.* Quibus ſolùm fit relatio ad arma, ferrum, chalybem, & alia inſtrumenta bellica, quibus à Turcis oppugnantur Chriſtiani. Ex quo conſtat ad fundamentum Nauar. Quem hanc noſtram ſequi doctrinam, ait Hurt. *vbi infra.* Sic Suar. *diſp.2.ſect.2.n.52. & 56.* Alter. *lib.5.diſp.8.c.8.col.4.* Filliuc. *tr.16.c.6.n.139* Bonac. *diſp.1.q.8.puncto 2.n.6.* Hurt. de Mend. *volum.1. de fide, diſp.76.ſect.3.§.65.* Tolerus *lib.1.c.23.n.9.* Sayr. *lib.3.cap.11.n.12.* Palao *diſp.3. puncto 8.num.7.* citans pro hac parte Nauarrum *in cap. Ita quorundam. de Iudæis, notab.10.n.13.34. & 37.*

QVÆSTIO XLIV.

An qui certiores facit Infideles & Hæreticos de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ in Chriſtianorum perniciem, hanc Bullæ Cenſuram contrahant ?

RESpondeo: contrahere. Quia ita habetur in ſecunda parte huius Canonis, per hæc verba *Necnon illos, qui per ſe, vel alios de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus in Chriſtianorum perniciem & damnum ipſos Turcas & Chriſtianæ Religionis inimicos, necnon Hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt.* Hæc Canon. Ex quibus verbis colligitur, duas conditiones requiri ad incurrendam hanc Cenſuram. *Prima eſt*, vt illæ res, de quibus certiores fiunt Turcæ, aut Hæretici, ſint tales, quæ concernant ſtatum temporalem, (non ſpiritualem) & regimen politicum Reipublicæ Chriſtianæ. *Secunda eſt*, quod id de quo certiores fiunt, cedat in perniciem & damnum Catholicæ Religionis & Chriſtianæ Reipublicæ. Sic omnes: præcipuè mox citandi.

QVÆSTIO XLV.

An vt quis hanc Cenſuram incurrat, debeat certiores facere hoſtes Chriſtiani nominis, de ſtatu temporali totius Chriſtianæ Religionis ?

RESpondeo quod non: ſed ſufficere quod certiores faciat hoſtes de rebus concernentibus ad ſtatum temporalem partis Chriſtianitatis, vt vnius Regni, Prouinciæ, vel Ciuitatis, aut oppidi, quorum cognitione poſſet deinde Turca, aut alius hoſtis Chriſti

Chriſti nominis, expugnare Regnum, Ciuitatem, aut Oppidum, aut arcem capere, aut ſe munire, ſiue præſenti, ſiue futuro tempore. Ratio eſt. Quia in Bulla non dicitur; *de rebus concernentibus ſtatum totius Reipublicæ Chriſtianæ*; ſed, *Criſtianæ Reipublicæ*, quod quidem verificatur, de qualibet Chriſtiana Republica nempe, Regno, Prouincia, Ciuitate, oppido, &c. Sic Sayrus *lib. 3. cap. 11. n. 45.* Vgolinus *hic n. 2. pag. 224.* Duardus *quæſt. 30.* & Bonac. *diſp. 1. quæſt. 8. puncto 2. numero 29.* Qui ſecus dicunt, ſi certiores faciat inimicos dictos in damnum alicuius particularis perſonæ. Filliucius *tractatu 16. capite 6. quæſt. 8. n. 149.* Alterius *libro 5. diſp. 8. cap. 9. col. 4. verſ. Ex dictis infertur. & verſ. Secundò infertur.* Palao *diſp. 3. puncto 8. numero 18.* & omnes.

QVÆSTIO XLVI.

An ſi quis degens Madridij, v. g. certiorem faciat Turcam, aut alium Infidelem, ſeu Hæreticum, de rebus ciuilibus, aut iocoſis, non pertinentibus ad ſtatum, incurrat hanc Cenſuram?

RESpondeo tanquam certum: Non incurrere. Quia ſcientia talium rerum, nec pertinet ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ; nec inde poſſunt inimici in damnum dictæ Reipublicæ aliquid machinari, quæ ſunt conditiones requiſitæ ad hanc Cenſuram contrahendam, vt nuper eſt habitum. Sic Hurtadus de Mendoza *diſp. 76. cit. ſect. 3. §. 66.* Addens ex doctrina Toleti *lib. 1. cap. 23. n. 12.* Nec incurrere illum, qui conſilium dat Turcæ de negotio nulla ratione vrgente in noſtrum damnum. Nec tandem illum, qui eidem Turcæ fauet cum Rege Hiſpano in negotio non ſpectante noſtrum incommodum; vt, verbi gratia, quod det aditum, vt medecinæ cauſa, vxor illius Neapolim veniat. Quia verba Bullæ nuper adducta apertè indicant.

QVÆSTIO XLVII.

An ſi quis certiores faciat hoſtes Chriſti Nominis, de præfatis rebus, per nuntium; hac Cenſura perſtringatur?

RESpondeo: Quod vterque, nempe, tam mandans, quam nuntius, tali Cenſura ligetur. Quia vterque reuelat ſecretum in damnum Chriſtianæ Religionis, mandans, nempe, per alium; nuntius verò, per ſeipſum. Nec refert quod hic ex propriis, nihil afferat, ſed tantùm narret dicta à mandante, nam ſufficit quod in fide & auctoritate illius, tale ſecretum reuelet. Sic colligitur ex illis verbis Bullæ: *Per ſe, vel per alios.* & docent Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n. 58.* Alterius *lib. 5. diſput. 8. cap. 9. col. 3. verſ. Et incurritur.* Filliuc. *tract. 16. cap. 6. quæſtione. 8. n. 150.* Mendoza *volum. 1. de fide, diſp. 76. ſect. 3. §. 69.*

QVÆSTIO XLVIII.

An ſi reuelatio dictarum rerum fiat per Epiſtolam, incurrat etiam vterque hanc Cenſuram?

RESponpeo in primis, vt certum, Incurrere hanc Cēſuram illum, qui literas, ſeu epiſtolam mittit. Quia paria ſunt mittere nuntium aut epiſtolam, *capite, Vbi periculum. §. Hoc ſacro. verſ. Nulli etiam fas ſit, de electione in 6.* atqui reuelat per nuntium eſt excommunicatus per Bullam; ergo & qui reuelat per epiſtolam, aut literas. In hoc conueniunt omnes.

Reſpondeo deinde, etiam qui defert epiſtolam incurret hanc Cenſuram, caſu, quo huic latori, aliquo modo, etiam in genere, & confusè, conſtet literas, ſeu epiſtolam quam defert, continere res publicas concernentes ad ſtatum alicuius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, Caſtri, Regis, Principis, vel Ducis, quamuis in ſpecie neſciat, quæ ſcribantur: Quia tunc deferendo literas, eſt cauſa moralis, vt Infideles ſciant res Chriſtianorum, ac proinde moraliter illas reuelat quod interdicitur expreſsè in Bulla. Secus eſt aſſerendum caſu quo deferens literas penitus ignoraret argumentum illarum: quia tunc hic non incurret excommunicationem: quia non peccat, nec violat aliquam legem, qua cautum ſit ne literæ deferantur ad Turcas priuata negotia continentes. Sic Suarez, Alterius, Filliucius, Mendoza, Bonacina, & Duard. *locis citatis*, contra Caſtrum Palao *diſputatione 3. puncto 8. numero 19.* contrarium cum aliis ſuſtinentem.

QVÆSTIO XLIX.

An etiam incurrat hanc Cenſuram Bullæ, qui alicui proditori narrat conſilia Principis Chriſtiani, ſciens talem proditorem, certiorem facturum Turcam de ſtatu Regni Principis in perniciem Chriſtianorum?

NEgant Suarez *diſputatione 21. ſectione 2. num. 58.* Filliucius *tractatu 16. capite 6. quæſtione 9. numero 150.* vbi ſic ait: Dico 1. Nunciantes ſolùm per ſe, vel alios ſecreta concernentia ſtatum Chriſtianorum incurrere: non autem dantes conſilium, auxilium, vel fauorem aliis, vt nuncient. Ratio eſt. Quia verba illa; *Illiſque ad id conſilium, auxilium, vel fauorem præſtant*, non referuntur ad nunciantes, ſed ad Infideles, quibus detur conſilium, auxilium, fauor, ad damnum Chriſtianorum. Sic Filliucius ex Suario. Quibus adhæret Palao *puncto 8. citato, n. 20.*

Sed probabilius reſpondeo: Talem narrantem conſilia Principis, proditori, incurrere hanc Cenſuram. *Primò*: quia probabilius eſt, quod pronomen *illis*, vtroſque referat, nempe, & Infideles, & omnes alios, qui arma ferunt, & certiores faciunt hoſtes, vt optimè probat Mendoza, *vbi infra*: ergo probabilius erit, quod nuncians ſecreta Principis, proditori, in damnum Chriſtianæ Religionis, hanc Cenſuram incurret.

Secundò. Quia, adhuc dato, quod hoc pronomen, *illiſque*, referat ſolùm Infideles, adhuc nuncius referans ſecreta Principis dicto proditori, tenebitur hac Cenſura: nam proditio conſilij ſecreti Principis, fauor eſt in Infideles, ſeu Turcam, qui ipſe emeret carò: ergo ob præſtitum Turcis fauorem, tali teneretur Cenſura. Sic Hurtadus de Mendoza *volum. 1. de fide, diſp. 76. ſect. 3. §. 68.* Et antea, Vgolinus *hic verſ. Secundò afficit.* Duardus *quæſt. 38. n. 2. & q. 34. n. 2.* Alterius *lib. 5. diſp. 8. cap. 10. col. 2.* Bonac. *diſp. 1. q. 8. puncto 1. num. 2.* & alij.

QVÆSTIO L.

An hac Cenſura innodetur, qui Turcas, alióſue Infideles, certiores facit, de ijs, quæ iam nouerant, ita ut nil noui ſciant de tali denunciatione?

AFfirmant, talem denunciantem remanere in eo caſu Bullæ Cenſura innodatum, Vgolinus *hic §. 1. num. 12. pag. 199.* & Alterius *diſp. 8. cit. c. 9. col. 5. verſ. Sed quæret aliquis.* Qui id probat. Quia prædictus denuncians, quantum eſt ex parte ſui, vult reuelare occulta in damnum Reipublicæ Chriſtianæ: ergo vult violare hunc Canonem: ergo incurrit excommuni-

Digitized by Google

excommunicationem, cum per ſe id agat, quod per ſe prohibetur. Nam per accidens euenit, vt ea quæ denunciat ſint nota infidelibus.

Sed probabilius reſpondeo: Non innodari in eo caſu cenſura, qui Turcas certiores facit de iis, quæ ipſis iam nota erant, modo nihil noui addat. Quia huiuſmodi denuncians, non facit in dicto caſu actum completum ſub cenſura prohibitum: ergo. Antecedens probatur, quia reuera non facit Turcas certiores de rebus occultis pertinentibus ad ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ; cum illi, qui certi ſunt, certificari amplius non poſſint, iuxta reg. iuris in 6. *Eum qui certus eſt, certiorari vlterius non poteſt.* Sic Duardus *q.33.n.2.* & Bonac. *q.8.cit.punct.4.n.5.*

QVÆSTIO LI.

An qui vi tormentorum reuelat infidelibus res ad ſtatum Reipublicæ concernentes, incidat in hanc cenſuram?

AFfirmant Alterius *lib.5.diſp.8.cap.9.col.6.quæſ.2 & cap.10.col.1.* Vgolinus *hic §.2. verſ. Tertio afficit, pag.225.* Vaſquez, Syluester, Azor, & Becanus, quos affert, & ſequitur Bonacina *hic diſput.1.quæſt.8. punct.4. num.9.* Ratio eorum eſt, quia commune & publicum bonum præferendum eſt priuato commodo: ergo quodcumque malum debet quis ſufferre priuſquam occulta ad ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentia inimicis eiuſdem reuelet: ergo in hoc caſu Eccleſia præſumitur obligare, & tranſgreſſorem huius præcepti naturalis, pœna cenſuræ punire.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non incidere in dicto caſu in huius Canonis cenſuram. Ratio eſt generalis: quia præcepta humana non obligant cum tanto rigore, ſaltem quoad pœnas, *vt ſuprà tract.1. diſp.9.quæſt.25.* diximus. An verò, in dicto caſu, peccarent reuelantes, quando reuelatio vergeret in damnum commune Chriſtianorum, affirmant DD. communiter cum Soto *de rat. teg. ſecr. membr.3. quæſt.4. concluſ.6.* Sed quidquid ſit de obligatione, certum eſt, eam, ſi adeſt, non ex vi præcepti humani, ſed iuris naturalis obligare ad culpam. Sic Filliucius *tract.16.cap. 6.q.8.n.151.* Duardus *lib.2.canon.7.quæſt.32.* Valentia, & Salas apud Bonacinam *loc.cit.* Legantur dicta à nobis *ſupr. q.16.*

QVÆSTIO LII.

An narrans alicui fideli ſecreta Principis Chriſtiani, vt ea, in damnum Chriſtianorum, detegat Turcis; ligetur cenſura Bullæ, etiam antequam fidelis detegat?

NEgabunt certè, qui exiſtimant narrantem ſecreta Reipublicæ Chriſtianæ, Regis, ſeu Principis, &c. alicui Catholico, vt infidelibus reueles nullo modo incurrere excommunicationem. Hi ſunt Suarez, Filliuc. & Palao, relati *ſupr. quæſt.49.* Sed, omiſſa hac opinione, loquendo iuxta affirmatiuam noſtram, ibi traditam, adhuc.

Reſpondeo: Non ligari cenſura, antequam fidelis nuncius detegat Turcis ſecreta ſibi reuelata. Ratio eſt, quia ad incurrendam hanc Bullæ cenſuram, neceſſariò requiritur, vt Turcæ certiores fiant de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, ſeu Principis: ergo antequam hæc conditio adimpleatur, non ligabitur cenſura, ille, qui narrauit ſecreta alteri, vt ea Turcis reuelaret. Sic Alterius *lib.5 diſp.8.cap.9.col.4.* vbi docet, ob hanc rationem non incidiſſe in hanc cenſuram, qui aliquam Epiſtolam ſcripſit, in qua ſecreta nunciauerat Turcis, ad ipſos tamen non peruenit, eo quod in itinere fuerit intercepta, vel deperdita. Nec ſimiliter incidiſſe Nuncium, eorumdem ſecretorum, qui non peruenit ad ipſos Turcas, quia captus fuit in via, aut ſi peruenit ad eos, mutato conſilio, nihil voluit reuelare. Sic etiam Bonacina *diſput.1. quæſt.8. punct.4. n.4.* vbi idem docet de illo, qui mandauit arma ad infideles deferri, ſed mandatarius reipſa non detulit, quia cum tunc effectus non fuerit ſecutus, nec mandans, nec mandatarius excommunicatione fuerunt obſtricti.

QVÆSTIO LIII.

Quid prohibeatur per illa verba Canonis: Illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant?

REſpondeo quod prohibeatur, præbere auxilium, conſilium, vel fauorem, quomodocumque, infidelibus, aut Hæreticis in damnum, & perniciem Chriſtianorum. Conſtat id ex verbis Bullæ, & ex cap. *Ita quorundam, de Iudæis,* & cap. *Ad liberandam, eod. tit.* Et docent omnes DD. Inde inferentes, incurrere hanc excommunicationem, qui conſulit infidelibus, aut Hæreticis, vt turres, & arces ædificent, bombardas aſportent & ſimilia; quia tale conſilium, eſt in damnum Chriſtianorum. Legantur Authores mox citandi.

QVÆSTIO LIV.

An auxilium, conſilium, & fauor, ſint actiones principaliter, non acceſſoriè, in hoc Canone prohibita?

NEgant aliqui Doctores, exiſtimantes, tales actiones non eſſe principaliter prohibitas in hoc Canone, ſed acceſſoriè tantum ad delationem, & tranſmiſſionem armorum, ita vt ſenſus Pontificis ſit, eos, qui conſilium, auxilium, & fauorem præſtant deferentibus, vel tranſmittentibus arma, incidere in hanc cenſuram.

Sed probabilius longè reſpondeo: Prædictas actiones principaliter prohibitas eſſe, etiam præciſa delatione armorum. Quia ſi tantum fuiſſent acceſſoriæ ad delationem, & tranſmiſſionem armorum, & in horum ſolummodo deteſtationem, potius dixiſſet Pontifex *ad ea*; quàm, *ad id*: vt ſic indicaret, dantes conſilium, auxilium, *&c.* ad ſupradicta facienda, principaliter prohibita, etiam comprehendi. Dixit tamen, *Ad id*, vt potius ſignificaret finem præſtandi auxilium, & conſilium ad perniciem & damnum Chriſtianorum, & ſic prohiberet ſingulas ex iis actionibus hoc eſt, quomodolibet conſilium præſtetur infidelibus in damnum Chriſtianorum, ſiue deferendo, ſiue tranſmittendo, ſiue nunciando, ſiue dando conſilium ſolummodò illis quomodo ſe debeant gerere in aliqua re occurrente. Sic Fillluc. *tract.16.cap.6.q.10.num.153.* Suarez *diſp.21.ſect.2.n.59.* Alterius *lib.5 diſp.8.c.10. in verb. Illiſque,* Duardus, & Vgolinus, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.1.q.8.punct.1.num.3.* & Palao *diſp. 3.punct.8.n.21.*

QVÆSTIO LV.

An conſulens infidelibus aliquid in damnũ Chriſtianorum incidat in hanc cenſuram, caſu, quo inde nullum damnum Chriſtianis ſequatur?

NEgant Suarez, & Sanchez apud Bonacinam quo ipſemet ſequitur *hic diſp.1.quæſt.8. punct.2. num.25.*

Digitized by Google

*num.*25. Quia, inquit, cenſura non incurritur, niſi ſecuto effectu ſub cenſura prohibito; effectus autem ſub cenſura prohibitio in hoc Canone, non cenſetur adeſſe, donec ab infidelibus aliqua ratio Chriſtianis damnificatiua fiat, cuiuſmodi eſt turrim ædificare, *&c.* Ita ille. Quem ſequitur Palao *loc. cit. num.*22.

Sed probabiliùs reſpondeo: incidere in cenſuram hanc quemcumque, qui, quomodolibet conſilium, auxilium, vel fauorem præſtat infidelibus, aut Hæreticis in damnum Chriſtianæ Reipublicæ, etiamſi ipſi ex præſtito conſilio, auxilio, vel fauore, non moueantur ad inferendum vllum damnum Chriſtianis. Quia, cum hæc actio ſit principalis, & per ſe principaliter prohibita, vt nuper eſt habitum, quicumque illam exercet remanet innodatus excommunicatione, etiamſi non ſequatur crimen cuius gratia illa interdicitur. Licet enim regulariter, vt quis ex conſilio teneatur, requiritur, vt delictum ſecutum ſit, vt notat Cardin. *in Clement.* 1. *in princip. in quæſt.*12. *de pœnis:* tamen quando conſilium per ſe prohibetur, tunc eſt per ſe titulus criminis, & ſubiicitur pœnæ; nulla alia re expectata. Decius *in cap.*1. *num.*10. *verſ. Et hoc verum intelligitur, de offic. deleg.* Sic omnino Alterius *lib.*5.*diſp.*8.*cap.*10.*col.*2.*verſ. Sequitur quartò* (ex quo patet reſponſio ad fundamentum Bonacinæ) Vgolinus *hic in verb. Illiſque, num.*1. *verſ. Poſtremò.* Duardus *hic quæſt.*38. *num.* 20. Qui idem ſentiunt de reuelantibus ſecreta. Et hanc ſententiam eſſe valdè probabilem fatetur Bonacina *vbi ſuprà.*

QVÆSTIO LVI.

An Chriſtiani, qui opem ferunt Saracenis, pugnando cum illis contra alios Chriſtianos, ſint hac excommunicatione obſtricti?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe, quia hi non ſolum ferunt auxilium Saracenis in damnum Reipublicæ Chriſtianæ, verùm etiam ſunt conſortes in crimine, & ideò potius ſunt vocandi facientes, quàm auxiliantes. Sic Decius *in cap.*1. *num.*11. *de offic. deleg.* & Gloſſa *in Clement.*1. *de pœnis, verb. Defenſauerit*, & Alterius *loc. cit. verſ. Duobus modis.* Qui idem dicunt de Chriſtianis, qui auxilium ferunt Saracenis contra alios Chriſtianos, non pugnando ſimul cum illis, ſed auxilium præſtando ad pugnam, vt præbendo victualia, milites, magiſtros Nauium, & ſimilia. Deinde ſunt etiam excommunicati qui fauent Turcis contra Chriſtianos: & tales remanent Principes Chriſtiani; qui permittunt, vt Turcæ, ituri ad prædandos Chriſtianos, vel ad oppugnandum aliquam eorum vrbem, tranſeant per ſuas terras, aut loca, cum id impedire valeant. Sic Alterius *loco citato*, vbi alia adducit exempla. Legatur.

QVÆSTIO LVII.

An incidat in hanc excommunicationem, qui mandat, aut conſulit, vt Chriſtus opem infidelibus ferat, ſubminiſtrando illis arma, equos, & alia prohibita?

NEgant Sayrus *lib.*3. *cap.*11. *numero* 25. & Toletus *cap.*23. *numerò* 5. *verſ. Aliud dubium*, apud Bonacinam, Hurtadum, & alios. Sed certè Toletus *loco citato*, oppoſitum inſinuat, niſi hoc errore impreſſionis contigerit. Ait enim ſic: *Id. circo ſub hac excommunicatione contra deferentes, comprehenduntur mandantes.* Sed quidquid velit Toletus.

Reſpondeo dicendum verè incidere in excommunicationem. Tum; quia probabilius eſt talem mandantem, aut conſulentem contineri ſub illis verbis Canonis; *deferentes per ſe vel per alios.* Tum etiam, quia dato, hos non contineri ſub dictis verbis, continentur ſub verbis: *præſtantes auxilium, & fauorem.* Sic Rebuffus *hic art.*5.*verb.deferunt.* Azor *lib.*3.*c.*13. *quæſt.*13. Alterius *lib.*5 *diſp.*8.*cap.*10.*col.*3.*verſ. Et primò.* Bonacina *diſput.*1.*quæſt.*8.*punct.*2.*num.*22. Hurt. de Mendoza *de fide, vol.*1.*diſp.*76.*ſect.*3.§.72. & alij communiter.

QVÆSTIO LVIII.

An mandans, aut conſulens, vt Chriſtianus opem, aut fauorem infidelibus, ſubminiſtrando illis arma, & alia, ferat, maneat excommunicatus, etiam non ſecuto effectu?

AFfirmatiua pars ſuaderi poteſt. Quia, qui auxilium præſtat infidelibus in damnum Chriſtianorum, manet excommunicatus; etiamſi infideles damnum Chriſtianis non inferant. Et ſimiliter manet, qui conſilium ad id ipſum infidelibus dat, etiamſi hi non moueantur: ex huiuſmodi conſilio ad damnum Catholicis faciendum: ergo eodem modo manebit excommunicatus, qui mandauit, aut conſuluit alicui, vt opem ferat infidelibus ſubminiſtrando illis arma in perniciem Chriſtianorum, etiamſi huiuſmodi mandatarius re ipſa talem opem infidelibus non ferat. Conſequentia patet à paritate rationis, antecedens verò conſtat ex nuper dictis *q.*55.

Sed probabilius reſpondeo: Non manere excommunicatum, niſi ſequuto effectu, quia deferens arma ad infideles, & non tradens, non manet excommunicatus: ergo neque mandans, aut conſulens, antequam mandatarius vi mandati, aut conſilij ductus opem, aut fauorem tribuat infidelibus. Sic Duardus *hic quæſt.*16. *num.*7. Alterius *lib.*5. *diſp.*8. *cap.*10. *col.*3. *verſ. Non eſt autem*, & Bonacina *quæſt.*8. *cit. punct.*2. *num.*23. Quia ad rationes pro parte affirmatiua adductas, bene reſpondet, negando conſequentiam aut paritatem. Quia qui dedit auxilium, aut conſilium infidelibus, præſtitit actionem principaliter, & per ſe in iſto Canone vetitam, & ideò quamuis infideles non ſint moti illo auxilio, aut conſilio ad inferendum damnum Chriſtianis, verè incidit in excommunicationem. At verò qui mandatum, aut conſilium alteri dedit, vt ferret opem infideli, v. g. arma, victualia, & alia ille autem non dedit ob reuocationem mandati, aut conſilij, vel alia de cauſa, non incidit in excommunicationem huius Canonis, in quo dicitur, *Illis, qui ad id conſilium præſtant*, hic autem non dicitur verè conſilium infideli præſtitiſſe.

QVÆSTIO LIX.

An ſit hac lege excommunicatus, qui defendit alium, vt tutò valeat opem præſtare Turcis contra Chriſtianos?

REſpondeo tanquam certum: Eſſe excommunicatum, quia aliquo modo iuuamen præſtat Turcis contra Chriſtianos, quod expreſsè eſt in Bulla prohibitum. Vnde infertur excommunicatum manere, qui defendit Petrum, v. g. volentem adiuuare infideles, vel Hæreticos, protegendo eum factis: vt tuto exequatur ſuum intentum; aut verbis eum excitando, laudando, & cõmendãdo opus, *&c.* Sic Decius

Digitized by Google

in cap. 1. de offic. deleg. n. 13. dicens manere huiuſmodi excommunicatum, quia defendit delictum, quod prohibetur, iuxta illud quod habetur *in cap. Qui conſentit 11. quæſt. 3. Si quis peccantem defendit acrius quàm ille, qui peccauit coërceatur.* Et *in cap. Qui aliorum* 24. q. 3. *Qui aliorum defendit errorem, multò amplius damnabilior eſt illis, qui errant.* Legatur Alterius *cap. 10. cit.* vbi idem docet de conſentiente eidem; nam eodem modo incidit in cenſuram huius Canonis, qui conſentit, vt alter aliquid vtilitatis, & adiumenti afferat infidelibus, & Hæreticis in damnum Chriſtianorum, iuxta regulam iuris. *Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur.*

QVÆSTIO LX.

An etiam incidat in hanc excommunicationem, qui poteſt impedire, ne Chriſtianus opem ferat Turcis, aut Hæreticis, & non impedit?

RESpondeo etiam incidere, vel quando ratione officij tenetur prohibere, & non prohibet: Vel quando, quamuis non teneatur ex officio prohibere, poteſt tamen abſque periculo, & damno ſuo, tamen doloſè ex intentione non vult obuiare, aut prohibere talem actionem, quia vterque vult mortaliter in eodem crimine eſſe participes. Secus eſt dicendum de illo, qui ex ſola negligentia, vel aliquo timore humano, aut alia de cauſa excuſante à culpa mortali, omittit impedire, quia iſte non innodabitur dicta excommunicatione. Sic ex Abbate, Ioan. Andrea, Innocent. Decio, Caiet. Couarruuia, & aliis docet latè Alterius *lib. 5. diſp. 8. cap. 10. columna 5. & 6. pag. 555. & 556.*

QVÆSTIO LXI.

An ille, qui ratum habet, quod aliquis infidelibus, aut Hæreticis præſtiterit opem, veluti arma, & ſimilia, obſtringatur excommunicatione huius Canonis?

RESpondeo tanquam certum: Non obſtringi (quamuis aliàs mortaliter peccet ratum habens delictum commiſſum.) Tum, quia in hoc Canone nullum de ratificatione verbum habetur. Tum etiam: quia finis huius prohibitionis eſt ne aliqua re adiuuentur; contra Chriſtianos, Turcæ, aut alij infideles, vel Hæretici: at qui ſolum ratum habet opus, ſeu ſubſidium, antea per alium præſtitum Turcis, *&c.* nullo modo cooperatur contra Chriſtianos in eorum damnum, ſiquidem præſupponitur iam factum: ergo. Sic Alterius *loc. cit. col. 6. verſ. Supereſt, vt de eo.* Duard. *hic q. 17. à n. 5.* Bonacina *diſp. 1. q. 8. punct. 3. n. 28.*

QVÆSTIO LXII.

An captiui Chriſtiani remigantes in triremibus Turcarum, metu mortis, vel verberum, contra Chriſtianos; incidant in hanc excommunicationem?

AFfirmant nonnulli, qui exiſtimant hos remigantes in hoc euentu mortaliter peccare, qua opinione ſuppoſita id eſſe probabilius affirmat Leſſius *lib. 2. cap. 18. n. 123.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo non incidere. *Primò*: quia longè probabilius eſt non peccare mort. *Secundò*, quia præceptum humanum, quale eſt prohibitio ſub cenſura huius Bullæ, non obligat cum diſcrimine vitæ, aut alio graui damno. Sic communiter omnes Doctores, etiam ex illis, qui non excuſant dictos captiuos remigantes, modo dicto à peccato mortali, de quo ſtatim. Qui tamen ſecus dicunt, de Chriſtianis, qui vltrò, aut ex cupiditate, vel alia ratione voluntaria, remigant in triremibus Turcarum, nam tunc manifeſtè incurrent hanc cenſuram; cum tunc abſque graui, & honeſta cauſa excuſante, præbent auxilium Turcis contra Chriſtianos. Legantur Nauarrus *in manuali, cap. 27. num. 63. & in cap. Ita quorundam, de Iud. notab. 11.* Suarez *diſput. 21. ſect. 2. num. 60.* Filliucius *tract. 16 cap. 6. quæſ. 9.* Alterius *lib. 5 diſp. 8. cap. 10.* Bonacina *hic diſp. 1. quæſt. 8. punct. 4. num. 7.* Hurt. de Mendoza *de fide, vol. 1. diſp. 76. ſect. 3. ſubſect. 6. §. 105. & ſeq.* Dicaſtillo *de Iuſt. tom. 1. lib. 2. tract. 2. diſp. 4. dub. 7. n. 122.*

QVÆSTIO LXIII.

An ſaltem peccent mortaliter contra ius naturale, & diuinum, captiui Chriſtiani remigantes in triremibus Turcarum Chriſtianos inuadentium, metu mortis, verberum, &c.

AFfirmant plures & graues Doctores. Quia, inquiunt, nullam ob cauſam poſſumus cooperari actioni prauæ: ſed qui remis agunt naues cooperantur actioni prauæ: Tum, quia Naues vehunt Turcam, illúmque conſtituunt, vbi aggrediatur, & oppugnet Chriſtianos. Tum etiam, quia ipſæ Naues impetum faciunt, illudúntque noſtras. Tum denique, quia niſi tunc non eſſent remis impulſæ, nihil omnino Turca poſſet. Ita tenent Nauarrus *in ſumma, cap. 27. num. 6. & cap. Ita quorundam de Iudæis, notab. 11. num. 10. & 11.* Toletus *in ſumma, cap. 24. num. 8.* Suarez *diſput. 21. ſect. 2. à num. 60.* Vgolinus *de Cenſuris Papæ reſeruatis, part. 2. cap. 3. §. 2. verſ. Ac omnes eorum fautores.* Viualdus *hic caſu 7 num. mihi 68.* Comitolus *lib. 4 reſponſ. quæſt. 8.* Graffius *1. part. lib. 4. deciſ. cap. 18. num. 6.* Sayrus *lib. 3. cap. 7. num. 8.* Salas, Beia, & Fernandez, quos pro hac parte refert Diana, mox citandus.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non peccare mortaliter, quia remigare non eſt de ſe actio mala, ſed indifferens; & licèt à captiuis Chriſtianis accommodatè fiat ad finem infidelium pugnantium contra iuſtitiam; non tamen fit ab eis propter eum finem, ſed ad vitandum proprium damnum, qui quidem finis bonus eſt. Sic Corduba *in ſumma, quæſt. 137. dub. 2.* Nauarra *lib. 3. de reſtit. cap. 4. dub. 4. fine.* Molina *tom. 1. de iuſtitia, diſp. 115. concl. 1.* Azor *tom. 1. lib. 2. cap. 17. q. 6. & lib. 8. cap. 23. q. 17.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. cap. 9. dub. 18. n. 122. & & 123. & cap. 3. dub. 3. num. 30.* Sà *verb. Peccatum n. 9.* Lopez *1. p. inſtruct. c. 60. fine.* Rodriguez *in Bulla Cruc. §. 9. n. 85.* Quos omnes citat, ac ſequitur Thom. Sanchez *lib. 1. ſum. cap. 7. n. 18.* Lorca *de Charit. diſp. 51. n. 11.* Vaſquez *de reſtit. cap. 9. §. 1. num. 39. & 40.* Reginaldus *lib. 21. c. 8. n. 119.* Rebellus *lib. 2. quæſt. 14. ſect. 7.* Ioan. de Caſtillo *tom. 1. de iuſt. lib. 2. tr. 2. dub. 7. n. 122. & 126.* Hurtad. de Mendoza *de fide, vol. 1. diſp. 76. ſect. 3. §. 107.* Alterius *lib. 5. diſp. 8. cap. 10. verſ. Duo alia ſunt dubia.* Tannerus, Layman, Naldus, Turrian. Filliuc. Benzonius, Souſa, Hortiz, Auila, Villalobos, Duardus, & Vega, quos refert, ac ſequitur Diana *3. part. tract. 5. reſol. 36.*

Ad argumentum, conceſſa maiori, nempe quod nullam ob cauſam poſſimus cooperari actioni intrinſecè prauæ; neganda eſt minor: ad cuius primam probationem, dicendum eſt, quod vectura illa Turcarum, de ſe non ſit pugna, nec per ſe ordinetur ad illam, ſed eſt omnino indifferens ad alios vſus; Turca verò per ſuam malitiam abutitur eo loco ad pugnam, quod captiuis remigibus eſt per accidens. Itaque illa vectura, non eſt phyſicè cooperatio; quia non eſt

pars operationis intrinſecè malæ, quæ eſt pugna; nec moraliter; quia non tenentur ceſſare tunc cum tanto diſpendio ab actione per ſe indifferenti. Pro reſponſione autem ſecundæ & tertiæ probationis minoris ſit.

Qvæstio LXIV.

An captiui Christiani remigantes in Nauibus Turcarum, mortaliter peccent, ſi de mandato Turcarum, ſub comminatione verberum, aut mortis, Nauim roſtratam ita impellunt, vt ipſa roſtro, Nauim Chriſtianorum infringat?

Reſpondeo vt certum, mortaliter peccare, & incurrere vlterius cenſuram. Quia talis actio, per ſe eſt iniuſta, damnificatoria, & intrinſecè mala; cum ſit formalis pugna in bello iniuſto contra Chriſtianos: non ſecus ac ſi quis ex remigibus, de mandato eorumdem Turcarum, bombardam, aut tormenta diſplodat ad murum demoliendum; ſagitas mittat, alia veratione, contra Chriſtianos pugnet; quia tunc directè oppugnat Chriſtianos, quod intrinſecè eſt malum, etiamſi metu mortis id faciant. Ex quo conſtat ad ſecundam probationem minoris *quæſt. antecedenti:* Concedenda namque eſt; quia illa actio eſt formalis pugna, & intrinſecè mala, & pro ſemper prohibita. Sic omnes Authores pro vtraque ſententia *ibidem* adducti: præcipuè Dicaſtillo, & Hurtado, qui benè addit, ſecus dicendum, caſu quo Remiges Chriſtiani Nauim Turcarum ita impellant, vt Naues Chriſtianorum non elidant, nec labefactent, ſed præcisè illis ſit propior, ita vt inde Turcæ depugnent; quia tunc, cum hæc actio non ſit intrinſecè mala, nec pugna formaliter, ſed conditio phyſicè prior pugna, & indifferens ad hunc alióſque vſus probos, & prauos, nec mortale patrabunt, nec cenſuram conſequenter incurrent.

Ex hac ſolutione ſecundæ probationis, patet ad tertiam. Dicendum enim eſt, nihil inde amplius inferri; niſi quod vectura Nauis Turcarum, ſit conditio neceſſaria ad pugnam; at nec eſt pugna, nec eſt determinata ad illam, ſed indifferens; quia illa poſitâ, poteſt adhuc non iniri certamen, ſed pax. Sic Hurtad. *loc. cit.* §. 121.

Qvæstio LXV.

An licitum ſit captiuis Chriſtianis, metu mortis, aut alterius grauis damni, præſtare in bello omnia opera, quæ in pace ſerui præſtare poſſunt?

Reſpondeo licitum illis eſſe. Quia hoc non eſt per ſe malum; cum nihil aliud ſit, niſi dominorum iuſſa perficere in officio, quo antea fungebantur, obeundo, quod officium ex ſe indifferens eſt.

Ex qua doctrina colligitur pro praxi, licitum eſſe captiuis Chriſtianis, inſtante grauiſſimo periculo, remigare, arma in locum certaminis ferre, prædam humeris afferre, ſulphur, & alia inſtrumenta bellica, Turcis ab ipſis petita ad interficiendos Chriſtianos, porrigere: Schalas, & machinas ad muros admouere: Turcas humeris ſuſtentare, ædificare propugnacula, munire caſtra, & alia eiuſdem generis militari muneri neceſſaria perficere. (Niſi aliàs, vt ſtatim dicam, ex eo quod captiui eo modo non cooperarentur, maximum reipublicæ damnum euitari poſſet.) Sic ex Corduba, Molina, Azor, Sà, Leſſio, *loc. citat.* docet Sanchez *lib. 1. ſumm. cap. 7. num.* 18. Hurtad. *loco citato*, §. 121. Ægidius *in* 2. 2. *diſput.* 31. *dub. 7. num.* 104. Lorca *ibidem*, *ſect.* 3. *diſputat.* 51. *num.* 10.

Qvæstio LXVI.

An ſi vrgente bello, cenſeret aliquis captiuus vitandum eſſe graue damnum Chriſtianæ Reipublicæ, ſi ipſe à remigio, à porrectione armorum, & ab aliis ſimilibus actionibus, ceſſaret; teneretur tunc, ſub mortali, & ſub cenſura, id facere?

Affirmant communiter DD. Teneri, etiam cum periculo vitæ, quia bonum commune debet, iure naturali, priuato præferre. Vnde in dicto caſu lex charitatis obligat captiuum Chriſtianum, vt ſe exponat aperto vitæ diſcrimini ob bonum commune proportionatum ſuo periculo. Sic Azor *lib. 8. cap.* 23. *q.* 17. (aut 18. *in ordine.*) Molina *loc. cit. concl.* 4. Leſſius *dub. 7. cit. n.* 123. Sanchez *loc. cit.* & alij apud Dianam 3. *p. tract.* 5. *reſol.* 36.

Reſpondeo tamen clarius dicendo, quod licèt vera ſit dicta ſententia, ob rationem factam; tamen ordinariè loquendo, & in practica non tenetur captiuus ceſſare à remigio cum diſcrimine ſuæ vitæ, aut alterius grauiſſimi damni; quia ordinariè loquendo, non impedietur dictum damnum Reipublicæ Chriſtianæ: propterea quod vnus, vel alter à remigando ceſſent; & ideò regulariter loquendo habet locum dicta excuſatio. Sic Suarez *diſput.* 21. *ſect.* 2. *num.* 61. Mendoza *diſp.* 76. *cit. ſect.* 3. §. 110. vbi ſic ait: Dico tertiò: moraliter rarò contingere poteſt hæc obligatio: quia nullus tenetur lege charitatis ſe graui periculo exponere pro bono communi, abſque ſpe probabili de effectu, ob quem charitas obligat: ſed non poteſt moraliter niſi rarò contingere hæc ſpes: ergo nec hæc obligatio. Minor probatur, quia in bello nauali pendet hic euentus ab omnium Chriſtianorum remigum voluntate, quia prælium committitur multis ratibus, inter quorum Remiges non eſt familiaritas, nec communicatio. Imò, nec vnius rati Remiges ſe poſſunt conſulere, ſine ingenti difficultate: ergo. Sic Mendoza.

Qvæstio LXVII.

An liceat Chriſtianis in triremibus Turcarum remigantibus, dum deſcendunt in terris Chriſtianorum, illas deuaſtare, & bona eorum ſurripere, caſu, quo illis periculum vitæ, aut membri abſciſſio immineat?

Negant Ægidius 2. 2. *diſp.* 31. *dub.* 7. *num.* 104. Lorca *ibid. ſect.* 3. *diſp.* 51. *num.* 10. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 18. *cap.* 10. *col.* 9. *verſ. Hæc opinio, in fine*, exiſtimantes, peccare mortaliter; quia exercere talia, per ſe malum, & iniuſtum eſt.

Affirmant tamen è contra, eis licere, Molina *tom.* 1. *de iuſtitia, tract.* 2. *diſp.* 11. *concluſ.* 5. *num.* 7. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 6. *punct.* 11. *num.* 12. & alij. Quia in eo euentu, captiui ſunt in extrema neceſſitate illorum bonorum, quæ deuaſtant, aut ſurripiunt ad vitam propriam conſeruandam: ergo quantum licitum eſt cuique in extrema neceſſitate ſumere de bonis aliorum ad conſeruandam propriam vitam, tantum damni erit licitum eiuſmodi captiuis inferre bonis aliorum Chriſtianorum ad vitam propriam tuendam, aut ad aliud grauiſſimum corporis damnum vitandum.

Sed diſtinctione reſpondeo clariùs, dicendo: licitum eſſe, in eo euentu, captiuis, bona externa aliorum

Digitized by Google

aliorum Chriſtianorum ſurripere, & infideli minanti mortem, aut abſciſſionem membri, tradere; demolire muros, *&c.* vt docent Authores ſecundæ ſententiæ; niſi aliàs dominus dictorum bonorum ſit in eadem neceſſitate eorundem ad tuendam propriam vitam: quia tunc non illis licitum ſurripere bona horum, muros demoliri, *&c.* nam id eſſet contra Chriſtianos directè pugnare. Sic Hurt. de Mendoza *diſp.* 76. *ſect.* 3. §. 114. quem citat, & ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 30. Addo ego, quod in caſibus ita repentinis, valdè difficile ſit cognoſcere, aut diſcernere, an Chriſtiani, à quibus bona à captiuis ſurripiuntur, ſint, vel ne, in eadem neceſſitate ad tuendam ſuam vitam, ideóque regulariter loquendo, licitum erit captiuis dicta bona accipere, & mortem minanti tradere, *&c.*

Qvæstio LXVIII.

An Chriſtiani remigantes in nauigijs Turcarum, non contra Chriſtianos, ſed contra alios infideles, peccent mort. & incidant in hanc cenſuram?

Affirmatiuam ſententiam tenere Syluestrum *excommunic.* 7. §. 64. ex ſententia Anton. de Butr. & Armillam *excommunic.* 14. ait Viuald *vbi infrà.* Sed malè; nam hi auctores non loquuntur de Remigantibus, ſed de Regentibus ſponte naues Turcarum, de ſtatim. Vnde

Tanquam certum reſpondeo: Tales Remigantes in caſibus propoſitis, nec peccare, nec in cenſuram incurrere, quia non adiuuant Saracenos, ſeu Turcas contra Chriſtianos, quod eſt ratio formalis cenſuræ huius Canonis. Sic Nauarrus, Alterius, Viualdus, Sylueſter, & Innocent, ſtatim citandi.

Qvæstio LXIX.

An ſaltem peccent mortaliter, & incurrant excommunicationem, Regentes, aut Gubernantes Naues Turcarum contra alios infideles, non contra Chriſtianos?

Affirmant Armilla *loc. cit.* & Sylueſter his verbis: Dico primo, quod incidunt (*in hanc excommunicationem*) ſecundum aliquos, vt dicit Anton. de Butr. *in cap. Ad liberandam*, Chriſtiani exercentes gubernationem in pyraticis nauibus Saracenorum, licèt non contra Chriſtianos, ſed contra alios infideles: quia docent eos in arte practica, qua deinde poſſunt Chriſtianos impugnare. Et hoc tene, licèt non placeat Innocent. quia caput illud, & cap. *Ita quorundam*, loquuntur indiſtinctè: & hoc factum æquipollet armis delatis in pace quibus Chriſtiani non impugnantur, ſed impugnari poſſunt. Secus tamen ſi quis non eſſet Gubernator, ſed merus executor; quia de iſto, nullibi legitur prohibitum. Hucuſque Sylueſter §. 64. *cit.*

Sed probabilius reſpondeo dicendum, quod tales Rectores vel Gubernatores Nauim, aut triremium Turcarum, nec afficiantur excommunicatione Bullæ, nec iuris communis, ſi non exerceant hanc artem contra Chriſtianos, quia hæc actio cum ſit indifferens non eſt prohibita, omni tempore, ſed ſolum quando pugnatur contra Chriſtianos. Et ſic intelligendus ex textus *in cap. Ad liberandam*, vt clarè colligitur ex verbis his ibi habitis: *In diſpendium terræ Sanctæ.* Sic tenet, & explicat, *hoc cap.* Nauarrus *in ſumma, cap.* 27. *num.* 63. *in fine*, dicendo ſic: Remigantes autem, etiam ſponte, vel regentes eorum Naues contra alios infideles, nec excommunicantur, nec peccant: quia *d. cap. Ad liberandam*, de regentibus eorum naues contra Chriſtianos intelligendum videtur, *&c.* Sic ille. Et antea Innocent. *in eod. cap. Ad liberandam.* Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *c.* 10. *col.* 8. *verſ. In hac quæſtione:* vbi ait: Aliam eſſe rationem de armis, quæ ſunt res per ſe prohibitæ omni tempore. Viualdus *hic caſu* 7. *num. mihi* 68. *verſ. Primum, Chriſtiani.*

Qvæstio LXX.

An in hanc cenſuram incidat Princeps Catholicus, qui bellum gerens cum alio Principe Catholico, ad ſe defendendum aduocat milites infideles, illiſque arma præbet, &c.

Affirmant apud Bonacinam *vbi infrà*, Cachetan. Oſaſcho *in diſputat. An Principi Chriſtiano*, & alij.

Sed vt certum ferè reſpondeo. Non incidere in huius Canonis cenſuram Principem Chriſtianum qui bellum cum alio Chriſtiano Principe gerens, neceſſitate coactus, non valens alia via ſe tueri, petit auxilium à Turcis, & Saracenis, illiſque ad hunc finem arma, & alia ſubminiſtrat. *Primo*, quia defenſio, iure naturæ eſt conceſſa *l. vt vim, ff. de iuſt.* *Secundò*, quia id eſſe licitum confirmant exempla Optimorum Principum & Ducum. Nam Machabei auxilium petierunt à Romanis infidelibus. 1. *Machab.* 8. Et Chriſtiani Imperatores, olim ope Ethnicorum militum paſſim vtebantur; & nouioribus temporibus Carolus V. Imperator Hæreticos acceſſiuit aduerſus ſubditos rebelles: & Franciſcus Francorum Rex Turcas. Licitum ergo eſt Chriſtiano Principi aduocare infideles contra alios Chriſtianos, tribus concurrentibus conditionibus. *Prima* quod tunc temporis non vigeat bellum inter Chriſtianos alios & infideles, nec actiuè, nec paſſiuè. *Secunda*, quod vocans infideles gerat iuſtum bellum, ſiuè offendendo, ſiue defendendo, & *tertia* vt nulla alia via Chriſtiano ſuperſit ad bellum gerendum, niſi ab infidelibus auxilium poſtulet. Sic communiter DD. Ioan. Anan. Ioan. Andr. Felinus, Corſetus, Oldradus, quos citat, & ſequitur Viualdus *loc. cit. num. mihi* 62. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 5. *dub.* 7. Reginaldus, Valentia, Rodriguez, quos affert ac ſequitur Bonacina *hic diſput.* 1. *quæſt.* 8. *punct.* 4. *num.* 10. *verſ. Ad primam.* Duardus *in præſenti, Can.* 7. *quæſt.* 36. *num.* 18. Palao *diſp.* 3. *punct.* 8. *num.* 13. & alij.

Qvæstio LXXI.

An ſaltem incidat, qui fauorem, auxiliúmve, præſtat infidelibus contra Principem Chriſtianum; ne ita potens fiat, vt ei, aucta potentia, reſiſti nequeat?

Negant aliqui apud Caſtrum Palao *infra citand.* Sed tanquam longè verius, & probabilius reſpondeo incidere in hanc excommunicationem, quia Summus Pontifex apertè excommunicat in ſeptimo Canone eos, qui infidelibus, vel hæreticis Apoſtolica Sede denunciatis, auxilium, vel fauorem quomodolibet præſtant: ergo. Sic Vgolin. *hoc cap.* 7. §. *vltimo, num* 4. Duard. *hic quæſt.* 35. *num.* 2. Bonacina *loc. cit. verſ. His minimè obſtantibus*, & alij. Lege Palaum *diſp.* 3. *punct.* 8. *n.* 14. vbi propoſitæ quæſtioni his verbis fit ſatis: Ego (inquiens) rem totam malo intactam relinquere, quam magnam litem definire.

QVÆSTIO LXXII.

An qui arma, & alia inſtrumenta bellica, ex priuilegio Pontificis, ad infideles defert, ligetur excommunicatione Bullæ?

RESpondeo vt certum: Non ligari, quia legiſlator optimè poteſt in ſuis legibus diſpenſare. Sic omnes DD. Qui benè addunt, ad validitatem priuilegij ad id conceſſi, debere in eo mentionem ſpecialem fieri huius Canonis, aliàs inualidum eſſe, quia Summus Pontifex irritum reddit quodlibet priuilegium aliter conceſſum. Legantur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 8. *cap.* 11. Toletus *lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 14. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 8. *punct. vlt. n.* 15. & alij citati.

QVÆSTIO LXXIII.

An dentur aliqua priuilegia à Pontifice conceſſa ſpectantia ad delationem armorum, & alia inſtrumenta bellica?

RESpondeo fuiſſe olim conceſſa Genuenſibus duo. *Primum* à Sixto IV. viuæ vocis oraculo, quo conceſſit eis præbere infidelibus, præſertim Turcis appellantibus ad ipſorum portus funem, ſeu chordam, non alia arma, ſeu inſtrumenta bellica, præbere. *Secundum* à Iulio II. anno 1504. in quo eiſdem conceſſit ad centum annos deferendi ad eoſdem Turcas, ſtamnum, plumbum, æs, & huiuſmodi metalla: non tamen arma, aut equos. Meminere horum priuilegiorum, Tabiena *verb. excommunicatio* 6. *num.* 5. Sylueſter *excommunicatio* 7. §. 58. & alij apud Alterium, Bonacinam, & Toletum *locis citatis*. Mendoza *volum.* 1. *de fide, diſput.* 76. *ſect.* 3. *ſubſectione* 7. §. 125. *& ſequent.* & alij plures.

Qui omnes addunt, modò ſublata eſſe hæc, & omnia alia priuilegia conceſſa à Sede Apoſtolica adiuuandi Saracenos, & tranſmittendi illis arma, & alia inſtrumenta, in quibus de huiuſmodi prohibitione mentio non fiat. Legantur DD. citati.

QVÆSTIO LXXIV.

An licita ſit conſuetudo, quam Toletani ciues cum Africanis obſeruant, mittendo ad ipſos, per ciuitatem Orani, pileos rubros?

RESpondeo eſſe licitam, quia certè abſque vllo ſcrupulo Toletani dictam mercaturam exercent. Et licèt nobis non conſtet, an dicta conſuetudo ex aliquo antiquiſſimo priuilegio ſit introducta, facilè tamen credi poteſt illis fuiſſe conceſſum; cum enim præcipuè bellum ardeat inter Hiſpanos, & Alarabes, prouidendum erat illis, ne ſuos arment implacabiles hoſtes. Sic Mendoza, licèt non ita firmiter, *ſubſect.* 7. *cit.* §. 129.

QVÆSTIO LXXV.

An etiam licitum ſit commercium, quod ciues Orani cum Alarabibus vicinis habent?

RESpondeo Etiam eſſe licitum, quia (inquit Mendoza) Alarabes pacatè nobiſcum agunt, ſine quorum communicatione, non poſſent viuere alij milites præſidiarij, qui Orani caſtra fixere ad ſternandos Alarabes, ne in Chriſtianos erumpant: extrema ergo neceſſitas alendi militem in perniciem Alarabum, & commodum Chriſtianorum, adigit Hiſpanum ad communicationem in mercibus, quæ viliſſima eſt Hiſpanis. Alarabes enim nihil fiunt ea communicatione fortiores, vt experientia teſtatur; ſed cicurantur potius ab Hiſpanis, & in ſocietatem rediguntur: Si verò pro cera quam Bugiâ, & ex aliis oppidis aſportamus, alias remittimus merces; certò certius eſt, id fieri annuente Pontifice: ſingulari enim Dei beneficio ab Hiſpania recuperata à ſæculo non eſt audita, vel minima, noſtrorum Regum in Romanum inobedientia. Si quando verò imminere viſa ſunt bella inter Romanum, & Hiſpanum; non agebatur, vt inter Eccleſiæ caput, & Regem Hiſpaniæ, ſed vt inter duos Principes temporales. Hucuſque Mendoza *volum.* 1. *de fide, diſp.* 76. *ſect.* 3. *ſubſect.* 7. §. 131.

DISPVTATIO VIII.

De Octaua excommunicatione lata contra impedientes victualia, & alia neceſſaria ad Curiam Romanam deferri.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas lata ſit hæc excommunicatio?

RESPONDEO quod contra *omnes impedientes, ſeu inuadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt: Ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel per alios, cuiuſcunque Ordinis præeminentiæ, conditionis, ſtatus, etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate.* Sic textus. Per quem ſatis patet contra quas fertur hæc cenſura.

QVÆSTIO II.

An omnes, qui impediunt, inuadunt, prohibent & perturbant eos, qui victualia ad vſum Romanæ Curiæ adducunt, ſint hac cenſura innodati?

RESpondeo eſſe: Conſtat ex verbis adductis. Sic omnes DD. notantes quid vnumquodque ex dictis verbum ſignificet. Nam verbum *impedire* ſignificat actionem, qua quis alteri obſtat, ſine detinet; quamuis ratione id efficiat. *Inuadere* ſignificat actionem violentam in alterum: ſeu aggredi aliquem cum impetu. *Prohibere, & Perturbare* ſignificant, impedimẽtum aliquod afferre, confundere, & commouere ne id quod paratur ad exitum perueniat. Quiſquis ergo impedit, vel inuadit, prohibet, vel perturbat aliquem, ne victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria tranſportet excommunicatus exiſtit. Legantur Vgolin. *hic cap.* 8. *n.* 1. Duardus *Canone* 8. *q.* 2. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 9. *cap.* 3. Bonac. *hic diſp.* 1. *quæſt.* 9. *punct.* 1. & alij.

QVÆSTIO III.

An qui non vult res ſuas vendere, vt ad Romanam Curiam deferantur, comprehendatur ſub hac cenſura?

RESpondeo non comprehendi, quia, qui non vult res ſuas vendere, nemini impedimentum affert, aut

Digitized by Google

aut moleſtiam, ne victualia adducat ad Curiam, quod in hoc Canone prohibetur; nam non vendere, non dicit actionem, ſed negationem actionis. Sic Suarez *diſput.21. ſect.2. Cenſura octaua, num.64.* Alterius *lib.5. diſput.9. cap.4. verſ. Item.* Duardus hîc *Can.8. quæſt.2. num.2.* Bonacina *loc. citat. num.3. & punct.2. num.11.* Reginaldus *lib.9. num.307. in fine.* Addentes idem dicendum eſſe etiam caſu, quo quis nollet vendere res ſuas, hac intentione, vt ne ad Curiam deferantur. Quia quamuis grauiter contra charitatem peccaret, ſi Curia remaneret priuata victualibus, & poſſet puniri, imò & cogi ad vendendum; nihilominus excommunicationem non incurreret.

Qvæstio IV.

An ſaltem comprehenderetur ſub hac Cenſura, qui abſque vlla vi, victualia emeret ab eo qui deferet ad Curiam, & ita impediret ne Romam aſportarentur?

Reſpondeo dicendum, quod comprehenderetur, ſi emeret intentione impediendi, ne victualia aſportarentur ad Curiam, quia directè impediret contra hunc Canonem. Secus verò ſi emeret quis dicta victualia, quia illis indigeret ad vſum proprium, aut lucri gratia, vt iterum reuendat, quia tunc non impedit per ſe, & principaliter, ſed ſibi conſulit, & ita non incideret in excommunicationem huius Canonis. Sic Suarez, Reginaldus, & Alterius *locis nuper citatis*, Bonacina *diſput.1. quæſt.9. punct.2. num.16.*

Qvæstio V.

An Princeps, ſeu Gubernator, qui, pœnis appoſitis, prohibet, ne quis extrahat à ſua ditione triticum, vinum, & huiuſmodi, ad portanda ea ad Rom. Curiam vt ſuæ Prouinciæ conſulat, incidat in Cenſuram huius Canonis?

Reſpondeo non incidere. Quia omni iure tenetur Prouinciæ neceſſitatibus, antequam conſentiat talia extrahi, ne contingat illud, quod legitur in Euangelio: *Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis.* Vnde in hoc caſu, ſolum id, quod tenetur, faciet. Sic Caietanus *excommunicat. cap.19.* Nauarrus *cap.27. n.64. verſ. Secunda, quod.* Angelus, Syluest. & Armilla, quos citat, & ſequitur Viualdus hîc *caſu 8. num. mihi 71.* Bonacina *diſput.1. quæſt.9. punct.1. num.8. & puncto 2. num.19.* & penes ipſum, Alterius, Vgolinus, & Gambarupta. Palao etiam *diſput.3. puncto 9. num.5.* Sayrus *lib.3. cap.12. num.4.* & Suarez *diſput.21. ſect.2. num.63.* Qui omnes addunt, ſecus dicendum, caſu, quo Princeps impediret referre dicta victualia, abſque iuſta cauſa; quia tunc incideret.

Qvæstio VI.

An etiam liceat Principi detinere victualia, quæ ex alieno territorio ad Rom. Curiam aduehuntur; ſi per ſuum territorium tranſeant? vt ea in ſuorum ſubditorum vſum impendat?

Affirmant eſſe ei licitum, caſu, quo in ſuo territorio granis annonæ caritas vigeat, Vgolinus *cap.8. col.3. verſ. Non dolo malo.* Duardus *lib.2. can.8. quæſt.4. num.2.* Quos citat, ac ſequitur Palao *punct.9. cit. num.8.* Ratio eorum: quia neceſſitas caret lege. *de Reg. iuris, cap. quod non eſt licitum.*

Sed clarius reſpondeo: poſſe quidem licitè detinere tunc victualia; niſi caſu, quo Curia Romana in maiori, aut ſaltem in æquali neceſſitate exiſtat; quia in hoc euentu, non in primo, ius maius habet Curia Romana; cum in ipſius commodum; & neceſſitatem victualia deferrentur. Sic Bonacina *diſputat.1. quæſt.9. punct.2. num.20.*

Qvæstio VII.

An incurrant hanc Cenſuram, qui impediunt eos, qui nondum deferre victualia cœperunt, ſed deferre volebant?

Reſpondeo incurrere. Quia Summus Pontifex non ſolum excommunicat impedientes deferentem victualia; ſed etiam illos, qui prohibent ne præfata adducantur, vt conſtat ex verbis Canonis. Sic Bonacina *punct.2. citat. num.5.* & penes ipſum, Vgolinus *cap.8. verſ. Ac etiam eos, num.1.* Duardus *quæſt.10. num.8. & 9.* & Alterius *lib.5. diſput.9. cap.5. col.3. verſ. Octauò alia.* Sed certè hic Author non agit ibi de hac quæſtione, vt conſtat ex eiuſmodi eiuſdem verbis! Octauò, alia excommunicatio incurritur ex ſolo impedimento, quoties non obſtante impedimento, dicta frumenta adducuntur ad Vrbem. At excommunicatio Bullæ, ex ſola inuaſione, & impedimento dato, quamuis hoc non obſtante victualia deferantur ad Curiam. Id, & non amplius, Alterius, ibi.

Qvæstio VIII.

An etiam incurrat, qui deferentem ad Curiam victualia, ſpoliat pecuniis, non ablatis victualibus?

Affirmant, apud Bonacina, Vgolinus *hic §.4. verſ. Tertiò.* Duardus *Canon.8. quæſt.10. num.18.* & Alterius *lib.5. diſput.9. cap.4. dub.1. & 2.* Quia prædictus verè inuadit deferentem victualia ad Romanam Curiam: ergo incurrit hanc Cenſuram, patet, nam ad illam incurrendam non eſt opus, vt ipſamet victualia auferantur.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non incurrere. Quia in eo euentu, non offenditur Romana Curia in victualibus, aut aliis, ad ipſius vſum concernentibus; cum hæc, vt ſupponimus, non auferantur. Sic Viualdus *caſu 8. num. mihi 75. aliis 13.* Reginaldus *lib.9. num.307.* & penes ipſum Sayrus *lib.3. capite 12. num.4.* Bonacina *diſput.1. quæſt.9. punct.2. n.10.* Qui hoc limitat, modo prædictus inuadens non ſpoliet animo impediendi delationem victualium, quia tunc ſpolians incurret Cenſuram, ſi ob id ſpoliatus pecuniis, victualia ad Curiam Romanam non deferat. Sic ille. Et benè. Sed adhibita hac limitatione; idem docet Alterius, non aliud. Legatur attentè.

Qvæstio IX.

An hanc Cenſuram contraherent, qui inuaderent deferentem ſolùm pecunias ad Romanam Curiam?

Negant aliqui, quos, citatis nominibus refert Alterius *diſput.9. citata cap.2. verſ. Sed dubitari poſſet.* Quia pecuniæ, inquiunt, nec ſunt victualia, nec connumerati debent inter res neceſſarias ad Curiam.

Sed vt certùm reſpondeo: contrahere huius Canonis Cenſuram. Quia certum eſt, quod pecuniæ ſunt in primis neceſſariæ Curialibus, cum ſine illis, huiuſmodi officiales Curiæ, nec conſiſtere, nec viuere poſſint: ergo qui inuadunt venientem ad Curiam cum pecuniis, hoc eſt, deferentem pecunias ad officiales Curiæ, & Curiales, verè contrahit excommunica-

Digitized by Google

municationem huius Canonis. Sic Alterius *loc. cit.* Bonacina *num* 10 *cit. verſ. Secundò intellige.*

Qvæstio X.

An eadem innodetur Cenſura, qui ſpoliat aliquem victualibus, quæ ab ipſo deferebantur ad vſum determinatæ perſonæ ex Curialibus, ſeu ex officialibus Curiæ?

NEgatiuam ſententiam ſuſtinere Viualdum *loc. cit. num.* 74. Reginaldum, & Sayrum *loc. cit.* etiam & Duardus *quæſt.* 10. *n.* 6. & 18. & non ſine magna probabilitate, ait Bonacina mox citandus. Sed certè ij Doctores, non loquuntur in caſu, quo perſona ad quam victualia aſportantur eſt de Curia, vt conſtabit eos legentibus. Vnde

Vt certum reſpondeo: innodari eadem Cenſura. Quia verè inuadit, & ſpoliat victualibus, eum, qui ea ad vſum Romanæ Curiæ defert, & portat. Nam, vt benè Alterius, Curia non accipitur pro loco in hoc Canone, ſed pro priuatis perſonis diuerſorum ordinum, graduum, & officiorum ipſam conſtituentium Curiam. (Hæc namque vniuerſaliter ſumpta, non indiget aliqua re ad ſui vſum.) Cum igitur excommunicantur impedientes delationem victualium ad vſum Curiæ, intelliguntur illi, qui impediunt ne deferantur ad ipſos Curiales, & officiales Curiæ. Sic Alterius *diſputat.* 9. *citat. cap.* 4. *dubio* 2. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 9. *puncto* 2. *num.* 12. Vgolinus *cap.* 8. §. 3. *verſ. Sextò*, & §. 4. *verſ. Tertiò.*

Qvæstio XI.

An etiam tali innodetur Cenſura, qui ſpoliat victualibus deferentem illa ad priuatam aliquam perſonam, quæ licèt viuat in loco, vbi moratur Curia, non tamen eſt Curialis, aut officialis Curiæ, nec famulus, aut familiaris ipſorum?

AFfirmat adhuc innodari, Vgolinus *loco citato.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: non innodari in hoc caſu excommunicatione huius Canonis. Quia Canon loquitur de impedientibus adducentes victualia ad vſum Curiæ, id eſt, Curialium: ergo ſi impediant deferentes ad eum, qui non eſt Curialis, non habet locum excommunicatio huius Canonis. Sic Alterius, & Bonacina *loc. cit.* Et hoc ſolum volunt Reginaldus, & Viualdus pro prima ſententia quæſtionis antecedentis à Bonacina adducti: vt conſtat ex verbis Viualdi quæ ſic ſe habent: Ex quo infero quintò; illum, qui officio Aſſaſſini vtens, vel propter particularem inimicitiam, impeteret aliquem deferentem aliquid ſupradictorum alicui particulari perſonæ, ratione emptionis, vel donationis, non eſſe excommunicatum: Quia illa non erant ad vſum Curiæ, ſed priuatæ perſonæ. Hæc Viualdus, & Reginaldus, in re, ex illo.

Qvæstio XII.

An ligentur Cenſura huius Canonis, qui deferentem victualia Romam, impediunt, caſu quo Curiales ea emere non ſoleant?

REſpondeo ligari. Quia ad hoc, ſufficit quod hæc Romam deferantur animo vendendi, & tradendi Curialibus, & aliis ciuibus loci vbi Curia reſidet. Nam etiamſi ciues tantum ea emere ſolerent, etiam impedientes illa deferri ligarentur hac Cenſura, eo quod Curia fortè non indiget, quia alij ciues ea ementes faciunt annonam in Curia; vnde ſi iſti impedirentur ab emptione, etiam Curia ſentiret eiuſmodi damnum. Sic Filliucius *tract.* 16. *cap.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 158. (non 156. vt citat Banacina) *dicto* 3. Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 9. *punct.* 2. *num.* 6.

Qvæstio XIII.

An feriatur hac Cenſura qui deferentem victualia ad Curiam, compellit ad ſoluenda pedagia, & alia onera, quæ ſoluuntur ab alijs iter agentibus?

AFfirmandum videtur. Quia in Bulla Gregorij XIII. poſt illud verbum; *ſeu perturbant*, ſunt hæc verba: *Vel pro eis aliquid exigunt, aut ſoluere faciunt:* ergo.

Sed vt certum reſpondeo: non feriri. Tum, quia dicta verba appoſita in Bulla Gregorij, iam in nouis Bullis non habentur. Tum quia qui ad ſoluenda vectigalia cogit, non iniuſtè impedit deferentem, etiamſi pro ſolutione pedagij aut vectigalis aliquota victualium ſoluenda ſit. Sic Reginaldus *lib.* 9. *n.* 307. ex Viualdo hic *num. mihi* 70. *in nouis* 4. Duardus, & Gambarupta, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 9. *puncto* 2. *num.* 13.

Qvæstio XIV.

An inuadens, aut occidens deferentem victualia ad Romanam Curiam, non animo impediendi delationem victualium, ſed ob vindictam, ſit hac Cenſura comprehenſus?

AFfirmat Vgolinus hic *cap.* 8. §. 4. *verſ. Tertiò.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non comprehendi. Quia huiuſmodi non impedit formaliter deferentem victualia, cum primariò & per ſe intendat ex illo tanquam ex inimico vindictam capere & in moralibus attenditur ad id quod eſt per ſe, non verò, quod eſt per accidens, *l. Non omnes, ff. ſi certum petat.* Sic Viualdus, cuius verba habes *quæſt.* 21. Sayrus, & Duardus, quos citat, ac ſequitur Bonacina *quæſt.* 9. *punct.* 2. *num.* 14. Qui *num.* 15. addit nec ſub hac Cenſura eſſe comprehenſum, qui equum furtò ſibi ſublatum, ſubtrahit de manibus furis illum ad Romanam Curiam adducentis.

Qvæstio XV.

An, qui deferentem victualia ad Curiam Romanam ob debitum, aut ob patratum crimen, in carcerem tradit, in hanc Cenſuram incidat?

REſpondeo quod non. Quia impediens vtitur iure ſuo; & per accidens ſequitur impedimentum delationis victualium. Sic Duardus *Canon.* 8. *quæſt.* 10. *num.* 14. Bonacina *loc. cit. num.* 17.

Qvæstio XVI.

An, qui victualia corrupta, vt piſces putridos ad Curiam Romanam deferri impedit, incurrat hanc Cenſuram?

REſpondeo non incurrere: quia per hoc potius cõmodum, quàm damnum Curiæ Romanæ infert. Sic Bonac. *loc. cit. n.* 18. & penes ipsũ, Duard. *q.* 10. *n.* 15. & Viualdus hîc *n.* 7. *in nouis.* Sed ex his, Viualdus in antiquis nil ad propoſitum habet: in nouis, neſcio.

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO XVII.

An peſte graſſante Romæ, vbi nunc eſt Curia, poſſet Princeps, aut Gubernator prohibere ſuis ne tali tempore & occaſione deferrent victualia ad Curiam?

Reſpódeo poſſe omnino abſque incurſione Cenſuræ. Quia in hoc Canone, ſolùm prohibetur iniuſta, & iniqua inuaſio, aut impedimentum, quod praua intentione affertur: non iuſta. Sic Nauarrus *cap.27. num.64.* ita ſcribens: Secunda, quod non comprehendit eos, qui ob vtilitatem ſuæ Reipublicæ, iuſtè prohibent victui neceſſaria, aut peſte graſſante in Curia ſuis ad eam proficiſci commeatu, & ſimilibus: quia non intendunt impedire: licet ex eo per accidens id conſequatur, vt dixit rectè Caietan. *vbi ſuprà, cap.16. verb. excommunic. facit l.ſi quis, nec cauſam, ff. ſi cert. pet. & cap. Non dubium, de ſent. excommunic.* Hæc Nauarrus, Viualdus *hic caſu 8. num. mihi 71* Bauny *de Bulla Cœna, pag.301. verſ. Quartus eſt.* Alterius *lib.5. diſput.9. cap.4. col.1.*

QVÆSTIO XVIII.

An nomine Victualium intelligantur omnia quæ ad eſum, potum & veſtitum ſpectant?

Reſpondeo intelligi. Huiuſmodi autem ſunt triticum, farina, panis, legumina, vinum, oleum, carnes, oua, caſeus, oleta, vuæ, piſces, fructus, medicinæ, & ſimilia. Item ſericum, lana, linum & ſimilia, quibus veſtes confici poſſunt. Sic colligitur ex *l. victus, & leg. cætera, de verbor. ſignif.* & docent omnes.

QVÆSTIO XIX.

Quænam intelligantur per illa verba Canonis; ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria?

Reſpondeo quod intelliguntur omnia quæcunque neceſſaria ſunt ad ſtatum, vel decentem ornatum Curialium, & familiæ, non tantum ſimpliciter, verum etiam ad benè eſſe, imò ad decentem, & honeſtam eorum recreationem. Ideóque ſub illis verbis continentur equi, muli, fœnum, hordeum, paleæ, & ſimilia ad victum horum brutorum, quibus Curiales ad conſeruandum ſplendorem ſui ſtatus vtuntur. Item Carthæ, papyri, pugillares, cera, plumbum, ferrum, filum, & ſimilia, ſine quibus Officiales Curiæ non valerent ſuum officium exercere. Sic omnes. Legantur Alterius *lib.5. diſput.9. cap.2. per totum,* Filliucius *tractatu 16. cap.7. quæſtione 3.* Bonacina *diſputat.1. quæſt.9. punct.1. num.8.*

QVÆSTIO XX.

An etiam comprehenderetur ſub hac Cenſura, qui prohiberet, ne ad Romanam Curiam deferantur canes, & accipitres, taxilli etiam, aleæ, ſimiæ, pſytaci, & ſimilia recreationi Curialium inſeruientes?

Reſpondeo non comprehendi. Quia huiuſmodi res, nec ſunt victualia, nec neceſſariæ ad vſum Curiæ; imò nec ad decorum Curialium ſtatum: ergo qui prohibet ne præfata ad Romanam Curiam deferantur, non comprehenditur ſub hac Cenſura. Sic Alterius *diſput.9. cit. cap.4. col.3. verſ. Eodem modo.* Duardus *hic quæſt.5. num.4. & quæſt.10. num.19.* Vgolinus *hic §.4. col. 3. & 4.* & Bonacina *punct.1. cit. num 9.* Qui ſecus dicit de illo, qui prohiberet, ne ad Curiales deferantur muſica inſtrumenta, & alia ad honeſtam animi relaxationem ſeruientia; quia hæc vſui honeſtorum hominum conueniunt, & noſtra natura relaxatione huiuſmodi indiget, & ideo qui hæc impediret excommunicationem hanc incurreret. Sic ille. Contra Vgolinum exiſtimantem oppoſitum.

QVÆSTIO XXI.

An, qui Tabellarios impedit, ne litteras Romam deferant, afficiatur hac Cenſura?

Negant apud Bonacinam, Alterius, Duardus, & Vgolinus, eo quod litteræ, nec pertinent ad victualia, nec ad vſum Rom. Curiæ.

Sed probabiliùs reſpondeo: affirmatiuè. Quia reuera huiuſmodi litteræ omnino ſunt neceſſariæ ad vſum Rom. Curiæ. Tum, quia in præfatis litteris, inſerta ſunt chyrographa, quibus pecunia ad Curiam cambitur, & ideo maximè neceſſaria vſui Curialium. Tum etiam, quia Tabellarius multas affert litteras in quibus à ſua Sanctitate petuntur diſpenſationes, dignitates, beneficia, & alia huiuſmodi, ex quorum expeditione maxima vtilitas euenit Curialibus: ergo. Sic Bonacina *punct.1. cit. num.10.* & Palao *diſputat. 3. puncto 9. num.4.* Secus tamen eſt dicendum ſi litteras quas affert Tabellio miſſæ eſſent ad particulares perſonas extra Curiam, aut ſi eſſet ad aliquas ex Curialibus, non continerent quid, vtilitatis: in quo ſenſu intelligendi ſunt Authores primæ ſententiæ.

QVÆSTIO XXII.

Quid veniat appellatione Romanæ Curiæ, cuius intuitu, ſub excommunicatione prohibetur, ne victualia, & alia ad vſum Curiæ neceſſaria deferri impediantur?

Reſpondeo dicendum, quod per *Romanam Curiam*, intelligatur Curia Summi Pontificis, hoc eſt, Sedes Apoſtolica, ſeu Audientia Papæ, quæ conſtat ipſo Summo Pontifice, tanquam Supremo capite, & deinde, omnibus, qui ei inſeruiunt, & aſſiſtunt in cura populi Chriſtiani qui dicuntur Curiales, & tales in primis ſunt Cardinales, Epiſcopi, & alij Prælati inferiores; deinde Doctores, Auditores, Iudices, Notarij, Aduocati, Procuratores, Sollicitatores cauſarum, & expeditionum, & reliqui omnes Officiales Audientiæ Pontificis, & familiares ipſorum; necnon litigantes, aliique Romam venientes, & in ipſa morantes ob negotia: Sic omnes. Legantur Alterius *lib.5. diſputatione 9. cap.3.* Filliucius *tract.17. cap.7. quæſt.4.* Sayrus *lib.3. cap.12. numero 3.* Bonacina *diſputat.1. quæſt.9. punct.1. num.11.* Palao *diſputat.3. punct.9. num.10.* & omnes.

QVÆSTIO XXIII.

An paruitas materiæ ab hac excuſet Cenſuram & quænam cenſeatur materiæ paruitas?

Ad *primum* reſpondeo: vt certum; Excuſaret quia paruitas materiæ excuſat à mortali culpa, vt ſæpè diximus: ergo & à pœna. Sic omnes.

Ad ſecundum reſpondeo, hanc materiæ paruitatem, cum non ſit à Pontifice definitum, arbitrio prudentis eſſe definiendam, vt benè Bonacina, & Filliuc. Qui tamen vt certum addit, *primò*, eam eſſe notabilem quantitatem, quæ in curru, naui, vel ſaltem iumento deferuntur. Sic etiam quot animalia ſufficerent

ſufficerent ad gregem conſtituendum, eam etiam notabilem quantitatem efficerent. *Secundò*, non eſſe notabilem quantitatem, ea, quæ non pertingunt ad materiam peccati mortalis in furto, & *Tertiò* denique, quod ea quantitas, quam quis per ſeipſum defert ad Curiam, aut vnum, vel alterum animal, quod quis ad vendendum ducit, non conſtituit quantitatem in hac materia notabilem. Benè tamen quæcunque quantitas hac maior, quæ tunc ſufficeret ad inducendam excommunicationem.

DISPVTATIO IX.

De nona excommunicatione, lata, contra lædentes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt, vel ab ea recedunt: tum etiam, contra eos, qui vexant, ſine iuriſdictione, in Curia commorantes.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas lata ſit hac excommunicatio?

RESPONDEO dicendum, quod in prima parte huius Canonis (diuiditur namque in duplicem) fertur excommunicatio, *Contra omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera, interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, & detinent.*

In ſecunda verò, *contra omnes illos, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, à nobis,* (id eſt, ab ipſo Papa) *vel noſtris Iudicibus non habentes, illam ſibi temerè vendicantes, ſimilia contra morantes in eodem Curia audent perpetrare.* Hoc eſt, tanquam Iudices poteſtatem publicam habentes, cum verè non ſint, interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, & detinent. Vnde nota, quod etiam in hac ſecunda parte Canonis prohibentur eædemmet quinque actiones principales, quæ prohibentur in prima. Sed cum hac differentia, quod in prima, prohibentur ſimpliciter, quoad accedentes ad Curiam: In ſecunda verò, non prohibentur ſimpliciter, ſed cum dicta limitatione, nempe, ſi prætextu iuriſdictionis vſurpatæ exerceantur tantum in commorantes in ipſa Curia. Sic tenent, & explicant omnes Doctores, præcipuè mox citandi.

QVÆSTIO II.

An incurrant hanc Cenſuram, qui interficiunt, vel mutilant, &c. eos, qui ad Summum Pontificem veniunt, non tanquam ad Papam, vt Papa eſt, ſed tanquam ad Principem temporalem, vt v.g. ab illo officium temporale conſequantur, &c.

NEgant plures Doctores, & quidem ſatis probabiliter, quia exiſtimant, nomine *Sedis Apoſtolicæ*, in hoc Canone, intelligi Papam, vt Papa eſt, hoc eſt, quatenus exercet iuriſdictionem ſpiritualem à Chriſto acceptam: non verò intelligi Papam, vt Rex, aut Princeps temporalis eſt. Quia exiſtimatione ſuppoſita, clarè inferunt, non incurrere Cenſuram huius Canonis illos, qui occidunt venientes ad Sum. Pontificem, non vt Papam, ſed tanquam ad Regem, ſeu Principem temporalem. Ita Alterius *lib. 5. diſput. 10. cap. 1. col. 2.* vbi ait, id omnes fateri, & iterum *cap. 2. col. 6.* Reginaldus *lib. 9. cap. 19. num. 308.* Nauarrus, & Molina apud Bonacinam *vbi infrà.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: incurrere. Quia æquè probabile eſt, nomine *Sedis Apoſtolicæ* in hoc Canone, intelligi Papam, non ſolum quatenus iuriſdictionem habet ſpiritualem, verum etiam temporalem. Ratio eſt. Quia nomine Sedis Apoſtolicæ, intelligitur Curia Romana, vt ipſemet Pontifex clarè explicat in hoc Canone: at Curia Romana, non ſolum ſignificat audientiam Papæ ſpiritualem, ſed etiam temporalem: ergo. Sic Filliucius *tract. 15. cap. 6. quæſt. 3. num. 139.* vbi ait, ſic ſentire in praxi ſacram Pœnitentiam, & *tractatu 16. cap. 7. quæſt. 6. num. 165. dicto 1.* Bonacina *hic diſput. 1. quæſt. 10. punct. 1. num. 2.* & *in 8. Decalogi precept. diſput. 10. quæſt. 2. punct. 8. n. 4.* Duardus hic *quæſt. 1. num. 2.* Machado *lib. 1. parte. 3. tract. 6. docum. 10. num. 1.* & Palao *diſput. 3. de Cenſur. punct. 10. num. 4.*

QVÆSTIO III.

An incurrant hanc pœnam, qui mutilant, aut ſpoliant, &c. venientes Romam, deuotionis, aut ſtationis, & Indulgentiarum cauſa?

AFfirmauit Nauarrus *cap. 17. num. 65.* vbi ſic ait: Declaratio prima, quod hæc clauſula includit venientes ad vrbem, vel ab ea recedentes, cauſa deuotionis, vel peregrinationis, &c.

Sed iam vt certum reſpondeo: non incurrere. Quia in hoc Canone, ſolùm afficiuntur excommunicationis pœna, qui mutilant, vel ſpoliant, &c. venientes ad Sedem Apoſtolicam, ſeu ad Curiam Romanam, cauſa nagotiorum apud Summum Pontificem, ſeu eius Curiam gerendorum, vt conſtat ex nuper habitis: at qui cauſa deuotionis, ſtationis, aut Indulgentiarum ſeu curioſitatis, aut lucri gratia, aut ad inuiſendos amicos, aut cognatos, Romam accedunt, non accedunt ratione negotiorum in Curia agendorum: ergo, qui illos mutilant, ſpoliant, ſeu interficiunt, &c. non incurrunt hanc Cenſuram: quamuis aliàs incurrant alio titulo excommunicationem decimam, vt infra. Sic Bonacina *diſput. 1. q. 10. punct. 1. num. 3.* & penes ipſum Caietanus *excommunicat. cap. 14.* Nauarrus *cap. 27. num. 65.* Toletus *lib. 1. cap. 26. dub. 1. num. 3.* Sayrus *lib. 3. cap. 13. num. 3.* Alterius *diſputat. 10. cap. 1. col. 4.* Duardus *Can. 9. quæſt. 1.* Coriolanus *hic verſ. Aduerte.* Vgolinus *hic cap. 9.* & Filliucius *tract. 16. quæſt. 6. n. 165.* Sed ex his Authoribus, quos Bonac. citat, oppoſitum, vt vidimus, docet Nauarrus, nec mirum; quia hic Author interpretabatur Bullam Gregorij XIII. in qua erat clauſula, quæ includebat Romipetas, ſeu Peregrinos, qui cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis Romam pergebant; quæ clauſula poſtea fuit ſublata à Sixto V. & Clement. VIII. Sic deinde Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n. 65.* Luyſius *lib. 3. diſp. 23. dub. 4.* Machado *loc. cit.*

QVÆSTIO IV.

An incurrat excommunicationem ille, qui interficit, aut ſpoliat, &c. aliquem proficiſcentem Romam, ad Sedem Apoſtolicam, putantem ibi eſſe, cum tamen alibi ſit?

AFfirmant Vgolinus *capite 9. §. 1. numero 3. verſ. Septimò,* & Duardus *Canone 9. quæſtione 37. numero 4.* Quia ita proficiſcens reuera habuit inten-

tionem

Digitized by Google

tionem eundi ad Sedem Apoſtolicam, & ad id iter arripuit, eſtò erret.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere. Quia huiuſmodi excommunicatio, ſolùm eſt lata contra interficientes, aut ſpoliantes, &c. eos, qui ad Sedem Apoſtolicam accedunt: at ſic eſt, quod præfatus proficiſcens, reipſa non accedit ad Sedem Apoſtolicam, ſed ad Vrbem, in qua non eſt Curia, ſeu Sedes Apoſtolica, vt ſupponit caſus: ergo qui illum interficeret non incurreret hanc Cenſuram. Sic Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 10. *punct.* 1. *num.* 5. Qui ſecus dicit, de interficiente illum, qui iter arripuit animo accedendi ad Sedem Apoſtolicam, vbicumq; extitiſſet; quia tunc verè incurret hanc pœnam, quoniam occidit eum, qui animo, & re accedit ad Sedem Apoſtolicam.

QVÆSTIO V.

An, cum Papa in hoc Canone dicit, venientes, & recedentes, ***intelligat de eiſdem, qui ad Sedem Apoſtolicam venerunt, deinde, expeditis negotiis, reuertuntur ad ſuos; itaut velit excommunicare omnes, qui offendunt eos, ſiue accedendo, ſiue recedendo?***

RESpondeo intelligere de iiſdem accedentibus, & recedentibus. *Primò*, quia Papa vtitur dictione, *Et*, quæ regulariter eſt copulatiua, per illam ergo apertè indicat ipſum loqui de iiſdem venientibus, qui poſtea recedunt. *Secundò*, quia Sum. Pontifex, hoc Canone, vult prouidere ſecuritati eorum, qui ad Sedem Apoſtolicam, pro rebus, & negotiis ſuis, confugiunt, ne retrahantur ab itinere ob timorem damni in via inferendi: at ſic eſt, quod poſſent rettahi, non ſolùm ſi damnum in acceſſu immineret, verum etiam in receſſu: ergo ob hoc vitandum damnum, meritò Pontifex excommunicat eos, qui offendunt illos, & dum ad ſe veniunt, & dum a ſe recedunt. Sic latè, & optimè, Alterius *lib.* 5. *diſput.* 10. *cap.* 2. *dub.* 1. Bonac. *punct.* 1. *cit. n.* 6. Duard. *quæſt.* 2. *n.* 5. & Vgol. §. 2.

QVÆSTIO VI.

An incurrat eandem Cenſuram, qui occidit, ſpoliat & aliquem diſcedentem à Sede Apoſtolica ad quam non venerat in negotia tractanda, ſed in Curia morabatur?

RESpondeo non incurrere. Quia hic Canon editus eſt in fauorem venientem ad Sedem Apoſtolicam, ratione ipſius Sedis, vt ſupra eſt habitum: ergo non incurret Cenſuram illius, qui offendit eum, qui diſcedit à Sede Apoſtolica; ſi ad illam antea non venerat ad negotia apud eam pertractanda, ſed manebat in ipſa Curia. Sic Alterius *diſput.* 10. *citat. cap.* 2. *col.* 1. *verſ. Secundò copula.* Duardus *quæſt.* 73. *num.* 11. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 10. *punct.* 1. *num.* 8.

QVÆSTIO VII.

An, qui mutilat, aut ſpoliat, &c. illum, qui venit ad Sedem Apoſtolicam, eo tempore, quo apud illam commoratur, hac excommunicatione obſtringatur?

AFfirmauit Nauarrus *cap.* 27. *num.* 65. *verſ. Secunda, quod includit.* Quia explicauit Bullam Gregorij XIII.

Sed vt certum reſpondeo: non obſtringi modò: ſecus verò tempore Gregorij XIII. Quia tunc exprimebantur in ſua Bulla, non ſolùm venientes ad Sedem Apoſtolicam, & recedentes ab illa, verùm etiam, apud eam commorantes: cæteri verò Pontifices hanc vltimam particulam omiſerunt; fortaſsè quia manendo apud Sedem Apoſtolicam, non imminet illud periculum, quod in via contingere poteſt: nec deſunt alia oportuna remedia ad iuſtitiam, & pacem conſeruandam, & ideo, modò, qui prædictos apud Sedem Apoſtolicam commorantes mutilaret, aut ſpoliaret, &c. non incurreret hanc Cenſuram. Sic Alteriús, Duardus, Bonacina *loco citato.* Viualdus *hic caſu* 9. *num. mihi* 76. *verſ. Item in illa.*

QVÆSTIO VIII.

An, qui vnum tantum hominem, accedentem ad Sedem Apoſtolicam, interficit, aut ſpoliat, &c. ligetur Cenſura in hoc Canone expreſſa?

NEgarunt nonnulli apud Duardum *vbi infrà*, eo quod Canon loquatur in plurali: *Qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, & recedentes ab ea*: & in pœnalibus, non eſt facienda extenſio.

Sed vt certum reſpondeo: ligari. Quia ſicut ad incurrendam Cenſuram huius Canonis, non eſt opus, vt multi ſimul occidant, aut mutilent, etiamſi Canon in plurali dicat; *interficiunt, mutilant, ſpoliant*, &c. ita neque requiritur, vt *multi occidantur, mutilentur*, &c. ſufficit ergo ad incurrendam hanc Cenſuram vt vnus dumtaxat occidatur, &c. Sic Duardus *Canon.* 9. *quæſt.* 11. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 10. *punct.* 1. *num.* 13. Palao *diſput.* 3. *punct.* 10. *num.* 8.

QVÆSTIO IX.

An etiam ligetur dicta Cenſura, qui debilitat membrum illius, qui ad Sedem Apoſtolicam accedit, itaut ſuum officium exercere nequeat?

AFfirmat Syluester, *verb. homicidium* 3. *quæſt.* 3. & penes ipſum, Bartol. *in l.* 2. *ff. de pub. ind.* & Panormitan. *in cap. Cum illo, de ſentent. excommun.* Quia exiſtimant, quod mutilatio propriè contingit, quando in totum membrum non abſcinditur, ſed ex percuſſione impeditur eius officium, vt, v. g. percutiatur in tibia, ita vt non valeat ambulare, & liberè pedem mouere, ergo qui ſic percutit venientem ad Sedem Apoſtolicam, huius Canonis Cenſuram contrahit.

Sed probabiliùs reſpondeo: non ligari in hoc caſu huius Canonis excommunicatione. Quia probabilius eſt, quod mutilare ille propriè dicitur, qui abſcindit, & detruncat membrum, itaut maneat à corpore ſeparatim: ergo qui ſolùm debilitat membrum alterius, etiamſi illud tale reddat, vt officium ſuum exercere non valeat, non dicitur propriè mutilare, ac per conſequens nec ligari excommunicatione huius Canonis, lata contra mutilantes eos, qui ad Apoſtolicam Sedem veniunt. Sic Præpoſitus, Cardin. Felinus, & alij, quos refert, ac ſequitur Alter. *lib.* 5. *diſputatione* 10. *cap.* 3 *colum.* 2. *verſ. Mutilant.* & *cap.* 4 *dubit.* 5. Bonac. *hic diſput.* 1. *quæſt.* 10. *punct.* 1. *num.* 14. & penes ipſum, Vgolinus, Suar. Molina, Auila, Duardus, & alij.

QVÆSTIO

Digitized by Google

Qvæstio X.

An incurrat Cenſuram huius Canonis, qui digitum vel auriculam, vel mamillam, vel dentem, aut ſimilem partem corporis ad Sedem Apoſtolicam venientis, aut ab illa recedentis, amputauit, aut abſcidit?

NEgat Bonacina *loc.cit.num.*16. his verbis: Hinc ſequitur primò, illum non ſubijci huic excommunicationi, qui partem aliquam carnis abſcindit, capillos, vel barbam, aut dentes euellit, aut digitum, aut aliquam alicuius membri partem abſcindit, aut verberat. Ratio eſt: quia non dicitur mutilare iuxta propriam verbi ſignificationem. Ita ille. Et quidem ſatis probabiliter.

Affirmat & ſatis etiam probabiliter Alterius *lib.*5. *diſput.*10 *cap.*4. incurrere excommunicationem huius Canonis, qui venienti, aut recedenti è Sede Apoſtolica abſcindit digitum, aut auriculam, aut mamillam fœminæ, non viro, aut qui eruit dentes, aut euellit barbam, &c. Quia ad effectum incurrendæ excommunicationis huius Canonis talis offendens verè eſt inquit mutilator, quod planè colligi poteſt ex fine, quem habet Pontifex in promulgatione huius Canonis, videlicet, conſulendi ſecuritati venientium ad Sedem Apoſtolicam: & ideo non eſt arctanda, ſed potiùs amplificanda hæc conſtitutio, & mutilatio latius eſt ſumenda, quam accipitur in materia irregularitatis.

Sed clariùs, accedendo primæ ſententiæ reſpondeo: dicendum. Non incurrere Cenſuram huius Canonis, qui amputaret membrum paruum, ſeu minus principale, venienti ad Sedem Apoſtolicam, aut ab illa recedenti, benè tamen, qui eidem amputaret membrum magnum, ſeu principale. Quia horum ſolum membrorum amputatio, propriè vocatur mutilatio; non amputatio membri parui, ſeu minus principalis, & quod ex ſe non habet proprium officium, diſtinctum ab aliis corporis partibus. Vnde iuxta hanc doctrinam quæ eſt communis; apud Canoniſtas, & Theologos, vt fatetur Alterius, dicendum eſt, quod, qui amputaret venienti ad Apoſtolicam Sedem digitum, vngues, dentes, barbam, capillos, teſtes, aut ſimilem partem corporis, etiam cum copia ſanguinis, non ſubijceretur huic excommunicationi: bene tamen ſi prædicto amputaret manum, pedem, oculum, aures, virile membrum, naſum, & huiuſmodi. Sic Bonac. *loc.cit.* & penes ipſum, Suarez, Duardus, Nauarrus, Couarr. Auila, & alij communiter apud Alterium *loc.cit.*

Qvæstio XI.

An clam ſurripiens pecuniam ab accedentibus ad Sedem Apoſtolicam, afficiatur hac excommunicatione, lata contra ſpoliantes præfatos accedentes?

AFfirmant Vgolinus *hic cap.*9.*verſ. Spoliant, n.*4. & Alterius *lib.*5.*diſput.*10.*cap.*4.*col.*10.*dub.*6.& *diſput.*11.*cap.*1.*col.*4.*verſ.Depredantes.* Vbi ſic dicit: ex his colligo, Summum Pontificem noluiſſe hoc verb. *Deprædantes*, illud idem ſignificare quod Superiori Canone nono, denotauit verb. *ſpoliant:* nam hac voce *ſpoliant*, vt dicebam *in quæſt.*4. ſuperioris Diſputationis, comprehendere voluit non tantum illos, qui per vim rapiunt rem, ſicut in hoc Canone, verb. *Deprædantes*, ſed etiam eos, qui clam, & latenter ſine vlla vi furantur. Ita ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere. Quia probabiliùs eſt, quod ſpoliare, non ſit quomodocumque furari, ſed vi, & violentia aliquem exuere pecuniis, veſtibus, armis, equis, & quacumque re alia mouibili, vt colligitur ex *cap. Excommunicationi*, de *Raptor.* non ergo qui clam ſurripit aliquid ex rebus aſſignatis ab Accedentibus, ſeu recedentibus à Sede Apoſtolica, afficitur Cenſura huius Canonis. Sic Duardus *Can.*9.*quæſt* 21. & Bonac. *diſput.*1.*quæſt.*10. *punct.*2. *num.*19. Qui tamen citat pro hac parte Alterium *diſput.*10.*cit.cap.*3.*col.*3.*verb.Spoliant:*) & alij. Qui ſecus dicunt de latronibus, aut aliis, qui viatores ad Sedem Apoſtolicam proficiſcentes, aggrediuntur, illiſque bona mobilia eximunt, & de hoc caſu loquitur Alterius *loco* à Bonacina pro hac parte *citato.*

Qvæstio XII.

An incidant in hanc Cenſuram illi, qui accedẽtes, ſeu recedentes à Sede Apoſtolica, ſpoliant non rebus ipſorum proprijs; ſed aliorum, ipſis accommodatis, aut in cuſtodiam traditis, &c.

REſpondeo incidere. Quia tales verè dicuntur ſpoliare Accedentes, aut recedentes à Sede Apoſtolica, bonis, quæ ſecum deferunt, quod ſimpliciter damnatur in hoc Canone, nulla addita conditione, ſi ſint ipſorum accedentium, vel aliorum, titulo depoſiti, vel cuſtodiæ, vel commodati tradita. Sic Vgolinus *verb Spoliant, num.*6. Duardus *Can.*9.*q.*73. *num.*3. Bonac. *punct.*1 *citat. num.*20. & Alterius *lib.*5. *diſput.*10.*cap.*4.*dub* 6. *pag.*583. Qui addit id eſſe verum, etiam caſu quo res, qua venientem ſpoliaret quis, eſſet ipſiuſmet ſpoliantis.

Qvæstio XIII.

An rapiens vxorem, filios, aut famulos, quos Accedens, aut Recedens à Sede Apoſtolica, ſecum ducebat, excommunicatione huius Canonis ligetur?

NEgant nonulli DD. eo quod hîc Sum. Pontifex obſtringit excommunicatione illum, qui accedentem ad eum ſpoliat: at hoc verbum, ſolum extenditur ad eas res, quæ aliqua ratione perſonam ſpoliatam tegunt, vel attingunt: ergo. Ita ex parte Palao *diſput.*3.*punct.*10.*num.*9.

Sed probabiliùs reſpondeo: ligari excommunicatione. Tum, quia verè ſpoliat maritum bonis ipſius, qualia ſunt, & præcipua, vxor, & filij. Tum etiam, quia qui rapit vxorem, filios, ſeruos, aut familiares, quos Accedens ad Apoſtolicam Sedem, ſecum ducit, verè eſt exactor, & vexator Accedentium ad Sedem dictam; cum omnes iſti verè dicantur ad Sedem Apoſtolicam venire, cum ad eundem finem veniant, ob quem maritus, ſeu Dominus Romam ſe confert ſaltem ſecundariò. Sic Vgolinus *verb. Spoliantes, num.*5. Duardus *hic quæſt.*23. Bonac. *hic diſput.*1.*q.*10.*punct.*1. *num.*21. & ex parte Alterius *lib.*5.*diſput.*10.*cap.*2.*verſ. Quoad famulos*, & Palao *loc.cit.*

Qvæstio XIV.

An occidens, ſpolians, aut mutilans infideles ad Sedem Apoſtolicam venientes, in hanc incidant Cenſuram?

NEgant aliqui. Quia veriſimile non eſt, Eccleſiam velle eos, qui ſub illius iuriſdictione non exiſtunt, Cenſurarum gladio tueri. Ita Duardus *hic Can.*8.*quæſt.*14. Couarruuias 2. *var. cap.*10. *num.*11. *verſ.*23. & Farinacius *de Carceribus, & Carceratis, quæſt.*28.

Digitized by Google

quæſt. 28. *n.* 68. Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 7. *&* 8. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: incidere. *Primò*, quia Pontifex abſolutè, & ſine diſtinctione loquitur de venientibus ad Sedem Apoſtolicam: ergo omnes quicunque ſint, intelliguntur. *Secundò*, quia finis huius Canonis eſt, vt illis, qui apud Sum. Pontificem aliqua tractaturi ſint, liber, & ſecurus pateat aditus: at ſic eſt, quod Sum. Pontifex non ſolum recipit benignè, & humaniter Chriſtianos, ſed etiam Iudæos, Turcas, & alios Infideles, & Hæreticos: ergo quiſquis horum aliquem venientem ad Sedem Apoſtolicam, occidit, mutilat, &c. in hanc incidit Cenſuram. Sic Alter. *cap.* 2. *cit. verſ. Quantum ad Infideles.* Vgolinus *hic, verb. Spoliant, n.* 4. Marius Italiæ *tract. de immunit lib.* 1. *cap* 3. §. 3. Filliuc. *tract.* 16. *c.* 2. *num.* 120. Viualdus *hic num. mihi* 77. (aliis 5.) Bonac. *diſp.* 1. *q.* 10. *punct.* 2. *n.* 12.

Qvæstio XV.

An, qui capiunt, detinent? aut manibus comprehendunt accedentes ad Sedem Apoſtolicam, aut ab illa recedentes, Cenſura huius Canonis aſtringantur?

Reſpondeo tanquam certum: Aſtringi. Quia huiuſmodi comprehenduntur ſub verbo, *capiunt*, in hoc Canone oppoſitum. Sic omnes DD. præcipuè Alterius *lib.* 5. *diſput.* 10. *cap.* 3. *verb. capiunt.* Vgolinus *verb. Spoliant*, & Bonac. *diſput.* 1. *punct.* 1. *n.* 23. *&* 24. Qui addunt, idem ſentiendum eſſe ſi capiatur aliquis ex familia Accedentium, vel Recedentium à Sede Apoſtolica. Quod conſtat ex habitis *quæſt.* 13.

Qvæstio XVI.

An etiam aſtringeretur hac Cenſura, qui aliquẽ venientem ad Sedem Apoſt. caperet, ſed paulò pòſt illum liberè dimitteret?

Negat apud Bonacinam, Duard. *q* 4 *punct.* 4. *n.* 1. *&* 3. exiſtimans non aſtringi hac Cenſura illum, qui venientem capit, ſi animum non habuit retinendi.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod aſtringeretur; niſi aliàs iuſtè illum quis detineret, aut paruitas materiæ eum excuſaret. Quia actus fuit conſummatus & perfectus capiendo, & habuit effectum: ergo. Sic Alter. *cap.* 3. *cit. verſ. Sed quid dicendum.* Bonac. *q.* 10. *cit. punct.* 1. *n.* 16. Qui benè, ſecus dicunt aſſerendum de illo, qui conatus eſt capere venientem, ſed non potuit: quia licet quoad Deum peccauerit, non tamen incidit in hanc Cenſuram, quæ lata eſt contra capientes.

Qvæstio XVII.

An etiam ligetur hac Cenſura, qui accedentem ad Sedem Apoſtol. capit, & punit, ob delictum in ſua diœceſi patratum?

Reſpondeo non ligare. Quia iuſte illum capit, & punit. Sic Viuald. *hic caſu* 9. *n.* 81. *mihi*, vbi ſic ait: Si quis Peregrinus, vel alius Romipeta, dum iret agit, vel eſt Romæ delinquat, vel aliquem percutiat, vel in aliquo offendat, poterit à Iudice incarcerari, & puniri, vel à quocumque particulari caſtigari, & repercuti, & etiam occidi, abſque hoc, quod incurrarur hæc Cenſura. Quia tunc non detinetur, punitur, vel occiditur, vt Peregrinus, vel Rompeta, ſed vt delinquens, & malefactor. Sic Viualdus, Alterius *cap.* 3. *cit. verſ. Quæret aliquis.* Vgolin. Reginald. & Duardus, quos affert, & ſequitur Bonac. *diſp.* 1. *q.* 10. *punct.* 1. *n.* 27. Quia idem ſentiunt de illo, qui capit venientem ad Sedem Apoſtolicam de mandato Superioris, aut Iudicis. Et benè; quia iſte non peccat, imò exercet actum virtutis, parendo Superiori, & ſine peccato mort. non incurritur excommunicatio, vt ſæpè eſt habitum.

Qvæstio XVIII.

An capiens aliquem venientem ad Sedem Apoſtolicam, & in domo includens, ne ab hoſtibus offendatur, huic excõmunicationi ſubiiciatur?

Reſpondeo tanquam certum: non ſubiici. Quia id facit ſine dolo, imò ad ſecuritatem venientis, cuius cauſa Summ. Pontifex hunc Canonem edidit argum. *ex cap. Nuper, de ſentent. excommun.* Sic D. Anton. 3 *part. tit.* 24 *cap.* 1. §. 1. *verſ. Item reputatur.* Alterius, & Bonacina *loc. cit.*

Qvæstio XIX.

An, qui ſine vlla captura, ſed ſola fraude, & dolo detinet proficiſcentem ad Sedem Apoſt. hac Cenſura feriatur?

Negare debet Duardus *hic Can.* 9. *quæſt.* 25. Cum exiſtimet, verbum *detineant* appoſitum in hoc Canone, idem eſſe, ac manu, vel ligamine tenere: aut cuſtodiæ, vel Carceri tradere.

Sed probabiliùs reſpondeo: affirmatiuè. Quia prædictus verè detinet proficiſcentem, ne ad Sedem Apoſtolicam accedat: ergo verè hac Cenſura ferirur. Antecedens patet: nam duobus modis quis detineri poteſt; vno modo, ſi capiatur, & captus detineatur alio modo, quando ſine vlla captura retardatur, & impeditur fraude, & dolo, ne liberè eat, quo tendit: & in vtraque ſignificatione accipitur in hoc Canone. Sic Alterius *lib.* 5. *diſput.* 10. *cap.* 4. *verb. Detinent.* Bonac. *diſput.* 1. *quæſt.* 10. *punct.* 1. *num.* 32.

Qvæstio XX.

An, qui non violenta actione, ſed tantum præcepto, aut verbis minatoriis, detinet venientem, ne ad Sedem Apoſtolicam accedat, incidat in hanc excommunicationem?

Negat Bonac. *punct.* 1. *cit. num* 33. Quia verbum *detinere* poſitum in hoc Canone importat actionem phyſicam violentam contra perſonam captam, Ita ille. Qui & citat pro ſe Duardum *q.* 37. *num.* 3. *&* 4.

Sed probabiliùs reſpondeo: incidere in excommunicationem. Quia probabilius eſt, quod ad incurrendam hanc Cenſuram, non eſt neceſſe, vt vis inferatur, & violenter detineatur veniens ad Sedem Apoſtolicam, adhibita aliqua actione phyſica; ſed ſufficit, vt dolosè, & iniuſtè impediatur, vt conſtat ex nuper dictis. Sic Alterius *lib.* 5. *diſput.* 10. *cap.* 5. *in fine, dub.* 8. ex Innoc. D. Anton. & Sylueſtro. Sic etiam Vgolinus *hic in verb. Detinent, num.* 1. *pag.* 159. & etiam Duardus apud eundem Bonacinam *quæſt.* 31. *num.* 2. *&* 3.

Qvæstio XXI.

An, qui vendicantes ſibi iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, occidunt, mutilant, capiunt, aut detinent commorantes in Curia Sedis Apoſtolicæ cauſa negotiorum in ea expediendorum, excommunicationẽ incurrant?

Negat Caietanus *verb. Excommun. cap.* 13. dicens, quod quamuis hic caſus de percutientibus mo-

Digitized by Google

rantes in Curia, ſcriptus ſit, & iam per centum annos quotannis promulgetur; tamen à nullo aduerti, aut practicari videtur, tam in foro iudiciali, quàm pœnitentiæ: nullus ſi quidem, ni fallor, ex hoc ſe, aut alium reputat excommunicatum. Hæc Caietan.

Sed probabiliùs reſpondeo tanquam certum: incurrere. Quia contra huiuſmodi perſonas expreſsè fertur excommunicatio in ſecunda parte huius Canonis, non vt conſtat ex traditis *quæſt.*1. (Quamuis in Bulla Gregorij XIII. continebatur in diſtincto Canone, nempe, decimo, vt videre eſt apud Nauarrum *cap.*27.*num.*66.) Per hunc igitur Canonem ſunt excommunicati omnes, quicumque ſint, qui non habentes aliquam iuriſdictionem, nec ordinariam, nec delegatam à Papa, vel à ſuis Iudicibus, vſurpant ſibi temerè illam, & fingentes habere iuriſdictionem, auctoritatiuè, & quaſi ex officio, tanquam Iudices ordinarij, vel Delegati à Papa, aut ab eius officialibus detinent, aut capiunt, vel ſpoliant, vel mutilant, aut interficiunt aliquem commorantem in Curia Sedis Apoſtolicæ, expediendi negotia, apud illam, cauſa. Sic omnes. Legantur Alterius *lib.*5. *diſputat.*10. *cap.*5. Bonacina *diſputatione* 1. *q.*10.*punct.*1.*a n.*34. Filliuc. *tract.*16.*c.*7.*a q.*7. & alij.

Qvæstio XXII.

An, qui priuata auctoritate, morantes in Curia occideret, mutilaret, aut ſpoliaret, &c. incideret in hanc Cenſuram?

Affirmauit Nauar. *cap.*27.*num.*65. Quia hos includebat Bulla Greg XIII. quam expoſuit ille.

Sed nunc iam vt certum reſpondeo: non incidere. Quia reliqui Pontifices poſt Gregorium XIII. ſolum excommunicant illos, qui via iudiciali, vſurpantes ſibi iuriſdictionen commorantes in Curia, tales actiones exercent. Vnde qui furando ſpoliat aliquem commorantem in Curia; vel orta rixa, interficit, non remanet aſtrictus hac excommunicatione; quia non auctoritatiuè, & tanquam iuriſdictionem exercens, id facit, ſed vt priuata perſona. Ex quo conſtat differentia inter eum, qui interficit, ſpoliat, & alias actiones prohibitas exercet contra accedentes, aut recedentes à Curia Sedis Apoſt. & inter eum, qui eas exercet contra commorantes: nam qui eas facit contra commorantes, non incurrit excommunicationem, niſi eas faciat auctoritatiuè: qui verò eas facit contra accedentes, aut recedentes incurrit, ſiue eas faciat auctoritate priuata, ſiue publica. Sic Suar. *diſp.*21. *ſect* 2.*n.*66. Caiet. *verb Excommun.cap.*15. Sayrus *lib.*3. *cap.*3.*n.*4. Alter. *lib.*5 *diſp.*10.*c.*5.*col.*2 & 3. Tolet. *lib.*1. *cap.*26.*n.*4. Filliuc *tract.*16 *cap.*7.*quæſ.*7.*dict.*3.*n.*169. Bonac. *diſput.*1.*quæſt.*10.*punct.*1.*n.*34.& 35.& omnes.

Qvæstio XXIII.

An Epiſcopus, vel alius Prælatus, qui præfatas prohibitas actiones præſtat, contra ſibi ſubditum in Curia commorantem; contrahat hanc excommunicationem?

Reſpondeo tanquam certum: contrahere. Quia licet iuriſdictionem habeat in ſuum ſubditum: illam tamen non poteſt exercere erga illum quamdiù moratur in Curia ad peragenda aliqua negotia apud Sedem Apoſtolicã: quia tunc eſt ſub protectione Sum. Pontificis, & gaudet eodem priuilegio venientium ad Sedem Apoſtolicam. Sic Alterius *cap.*5. *cit. verſ. Quæret quis*, *pag.*585. Bonac. *n.*36. & alij. Qui ſecus ſentiunt, loquendo de Officialibus Papæ, caſu, quo in huiuſmodi commorantes, iniuſtè, iniquè, & nullo ordine iuris ſeruato, aliquas prohibitas actiones præſtent: quia licèt iniquè agant, & graue peccatum committant, excedendo terminos ſuæ iuriſdictiones; nihilominus, quia iuriſdictionem habent in Curia, non incurrent excommunicationem huius Canonis, excipientis omnes iuriſdictionem habentes à Papa, vel à ſuis Iudicibus. Sic etiam Duardus *Can.*9.*quæſt.*33.

Qvæstio XXIV.

An, vt hæc Cenſura incurratur, neceſſum ſit, quod morans in Curia, contra quem aliqua ex relatis actionibus exercetur, ſit vnus ex Curialibus, qui Romæ verſantur?

Affirmant Filliuc. *tract.*16.*cap.*7.*quæſ.*6.*n.*166. & ante illum Toler. *lib.*1.*cap.*25.*n.*4. per hæc verba: Aliud dubium eſt, quid intelligatur per *morantes in Curia?* Reſpondet Caietan. *verb. Excommun.cap.*14. Curiales ipſos vulgò dictos, qui ratione Curiæ Pontificiæ, Romæ ſunt; ſiue mediatè, ſiue immediatè Pontifici inſeruiant, ſiue ſint cum Cardinalibus, vel Epiſcopis, qui adſunt Curiæ. Ita ille.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: non eſſe opus ad Cenſuram hanc incurrendam, vt commorans in Curia ſit Curialis inſeruiens Papæ, &c. Sed ſufficit quod in Curia reperiatur ad aliquod negotium apud Sedem Apoſt. expediendum. Ratio eſt: quia in hoc Canone, non tractatur de Curialibus, qui inſeruiunt Curiæ Romanæ; ſed de iis, qui morantur in Curia ad perficiendum negotium apud Sedem Apoſtolicam. Vnde *Morantes in Curia* appellantur hîc iidemmet qui ad Apoſtolicam Sedem venerunt, & interim in Curia morantur, vt apud eandem expediant, & perficiant id, cuius gratia ad illam acceſſerunt. Sic Alterius *lib.*6.*diſput.*10.*cap.*5.*verb. Morantes.* Duardus, & Vgolinus, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſputat.*1.*quæſt.*10.*punct.*1.*num.*39.

DISPVTATIO X.

De decima Excommunicatione lata contra lædentes Romipetas, ac Peregrinos, qui Romam deuotionis cauſa petunt.

Qvæstio Prima.

Contra quas perſonas lata ſit hac excommunicatio?

Reſpondeo quod fertur contra *omnes, interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium, vel fauorem.* Sic Canon. Et ſic omnes DD. præcipuè mox citandi.

Qvæstio II.

An, qui interficit, vel mutilat, &c. quemcumque Romam venientem, Cenſura huius decimi Canonis feriatur?

Reſpondeo tanquam certum: quod non. Quia quamuis hoc nomen *Romipeta* latè ſumptum, pro

Digitized by Google

pro quocumque, & quauis de cauſa, ad Vrbem venientes, accipiatur: in præſentarium tamen minimè ſic ſumitur; ſed ſtrictè, pro eo, qui Romam, ſeu ad Vrbem (quod idem eſt) cauſa deuotionis accedit, vt conſtat clarè ex ſubſequentibus verbis huius Canonis. (Et eodem modo accipitur hîc verbum, Peregrinus.) Vnde Pontifex in hoc Canone, non vniuerſaliter comprehendit omnes Romipetas, aut Peregrinos, ſed ſolùm illos, qui cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis Romam veniunt. Sic omnes; legantur Alterius *lib.5. diſputat.* 11. *cap.2. per totum.* Duardus *Canone* 10. *quæſt.*4. Filliucius *tractatu* 16. *cap.*5. *quæſt.*8. *num.*120. Sayrus *lib.*3. *cap.*14. *quæſt.*4. Palao *diſputat.*5.*punct.*11. Bonacina *hîc diſputat.*1.*quæſt.*11. *punct.*5.& alij penes ipſos.

QVÆSTIO III.

An incurrat Cenſuram huius Canonis, qui, aliqua ex prohibitis actionibus, vexaret illum, qui Romam venit, principaliter, cauſa deuotionis; & minus principaliter, ad emendum aliquid, vel quid ſimile peragendum?

RESpondeo tanquam certum: incurrere. Quia in vnaquaque actione inſpiciendum eſt id quod principaliter per eam intenditur, cum ab eo ſpeciem, & denominationem ſumat, *leg. Qui iniuriæ, in princip. ff. de Furt.cap. Cum voluntate, de ſentent. excommunicat.* ergo qui primò & principaliter Romam tendit deuotionis, aut peregrinationis gratia, quamuis ſecundariò, & minus principaliter, multa alia ſibi perficienda proponat, Romipeta, ſeu Peregrinus eſt dicendus, ex fine principali, quem ſibi proponit, & conſequenter qui illum, aliqua actione ex genere illarum ſex, quæ prohibentur in hoc Canone, offenderit, in excommunicationem incideret. Sic Alterius *diſputatione* 11.*citat. cap.* 5. *col.*6. *dubit.*7. Filliucius *loco citato*, & penes ipſum, Vgolinus §.1. *verſ. Octauò.* Bonac. *numero* 14. & Palao *loco citato*, *numero* 5. Qui idem ſentiunt de illo, qui Romam proficiſcitur ob finem deuotionis, ſeu peregrinationis, & ſimul etiam ob aliquos alios fines æquè principales, & per ſe intentos; nempe ob viſitandos amicos, ob impetranda beneficia, & propter alia ſimilia.

QVÆSTIO IV.

An etiam incurreret hanc Cenſuram, qui interficeret, vel mutilaret, &c. illum, qui principaliter ob beneficium, vel abſolutionem à Cenſuris, vel diſpenſationem obtinendam, vel ob aliud negotium tractandum, Romam veniret: ſed ſecundariò dum in Vrbe exiſteret, vellet Eccleſias viſitare, &c.

RESpondeo tanquam certum: non incurrere. Quia huiuſmodi Romam veniens, non poteſt propriè vocari Peregrinus, ſeu Romipeta deuotionis cauſa; cum, vt nuper eſt habitum, actio non ſumit ſpeciem & denominationem à fine ſecundario, ſed à primario: ergo prædictus non gaudet priuilegio huius Canonis, conceſſo Peregrinis venientibus ad Vrbem deuotionis cauſa. Sic Alterius *loco citato, verſ. Tertia propoſitio.* Filliucius, Bonacina, & Palao *loco citato*, & communis.

* *
*

QVÆSTIO V.

An occidens, vel mutilans, &c. Peregrinantem ad Vrbem deuotionis cauſa, incurrat hanc Cenſuram, ſi in Vrbe non exiſtat Papa, ſeu Romana Curia?

RESpondeo tanquam certum: incurrere. Quia hic Canon ſolùm loquitur de accedentibus ad Vrbem. Et conſtat, quod nomine *Vrbis* hoc in loco, non ſignificatur illud idem, quod in octauo, & nono Canone nomine *Sedis Apoſtolicæ, & Curiæ Romanæ*, alioqui ferè ſuperflua fuiſſet excommunicatio huius Canonis. Ideo hîc per *Vrbem*, ſeu *Romam* intelligitur ipſa Ciuitas Romana, id eſt, locus ipſe continens Baſilicas, Domicilia, & reliqua ædificia, quamuis ab ea abeſſet Papa, neque etiam remanſiſſet Curia: & ita qui offenderet Peregrinos Romam euntes, abſente Romano Pontifice, & tota Curia; adhuc eſſet tranſgreſſor huius Canonis, & excommunicatus. Quod notauit Caietanus *in ſumm.verb. Excommunic. cap.*13.*in fine.* Reſpicit ergo hic Canon, præcipuè Romam ob eius ſanctitatem. Sic omnino Alterius *lib.*5. *diſput.*11. *cap.*3.*col.*2. *verſ. In hoc Canone.* Nauarrus *cap.*27.*num.*65.*verſ. Tertia.* Viualdus *caſu* 8. *num mihi* 78. Vgolinus *loc.cit.* Reginaldus *lib.*9.*n.*311. Duardus *hic quæſt.* 3. *num.* 4. Souſa *hic cap.*11. *num.*4. Bonac.*diſp.*1.*q.*11.*punct.*3.*n.*3.Palao *diſp.*5.*punct.*1.*n.*7.

QVÆSTIO VI.

An item, incurrat, excommunicationem huius Canonis, qui offendit, vnâ ex præfatis actionibus, Romanum Ciuem ſacra Vrbis loca viſitantem?

RESpondeo non incurrere. Quia non offendit Romipetam, ſeu Peregrinum; quoniam qui moratur in Vrbe, non eſt Romipeta, ſeu Peregrinus. Vnde Pontifex illis vocibus, *in ea morantes*, ſolum ſignificat eos, qui ad Vrbem aliunde deuotionis acceſſerunt cauſa, vt ſuprà *diſput.*9.*q.*5.*&* 6. in ſimili eſt habitum. Sic Bonac.*loc.cit.n.*3.& 22. Vgolinus, Viualdus, Souſa, & Gambarupta apud ipſum, & Alterius *diſp.*11. *citat.cap.*5.*quæſt.*3. Addens, quod ſi quis acceſſit ad Vrbem vt peregrinus deuotionis cauſa, & deinde allectus ſanctitate inſignium Baſilicarum, Vrbis, & venerandis Apoſtolorum reliquiis, &c. eligat ſibi domicilium vt liceat ei frequenter Eccleſias viſitare, & alia opera deuotionis exercere, non poſſit amplius dici Peregrinus. Et ideo ſi quis offenderet illum poſt electum domicilium, etiam gratia deuotionis tantum, non incideret in hanc excommunicationem. Sic ille, & Bonac. *punct.*3.*citat.num.*22. Vgolinus, Viualdus, Palao, & alij.

QVÆSTIO VII.

An vexans peregrinos proficiſcentes ad Sepulchrum Domini; vel ad S. Iacobum Compoſtellanum; vel ædem Lauretanam; huic excommunicationi ſubiaceat?

RESpondeo nunc, non ſubiacere. Quia iſti non ſunt Romipetæ, aut Peregrini ad Vrbem; cum hoc nomen per antonomaſiam, vt diximus, Romam ſignificet. Dixi, *nunc non ſubiacere*; quia tempore antiquo, cum vigebant Religioſi, dicti Templarij, extendebatur hic Canon ad peregrinantes Ieruſalem, vt notat Caietan. *verb. Excommunicatio cap.*13. per hæc verba: Aduerte quoque, quod iſte Canon mutatus eſt; quia in proceſſu Cœnæ Domini, tempore Martini

comprehendantur etiam peregrini ad Ieruſalem. Hæc Caietan. & ex illo, Viualdus *hic*, *caſu* 8. *num. mihi* 79. Alterius *lib.* 5. *diſputat.* 11. *initio, & cap.* 6. vbi adducit cauſa cur poſteriores Pontifices ad Martinum V. omiſerint in hoc Canone Peregrinos in terram Sanctam, & tantum Peregrinos ad Vrbem meminerint. D. Antoninus 3. *part. ſumm. tit.* 24. *cap.* 72. Tabiena *excommunic.* 6. Rebuff. *hîc Canone* 11. Toletus *lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 6. *verſ. Excommunicatio decima*. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 3. *num.* 6. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An offendens Romipetam volentem ſolùm viſitare Eccleſias, extra mœnia Vrbis exiſtentes; vt S. Laurentij extra muros, S. Sebaſtiani, S. Pauli, &c. vinculo huius excommunicationis ligetur?

NEgat Bonacina *loc. cit. num.* 7. Quia (inquit) in materia pœnali accipienda ſunt verba in arctiore ſignificatione, in qua ſumpto nomine Vrbis, ea tantum loca veniunt, quæ intra mœnia continentur: ergo offendens eum, qui ſolùm decreuerat loca ſacra extra muros Vrbis deuotionis cauſa, viſitare, non offendit venientem ad Vrbem, & conſequenter, non ligatur vinculo Cenſuræ huius Canonis.

Sed probabiliùs reſpondeo: ligari vinculo huius excommunicationis. Quia probabilius eſt, appellatione Vrbis in hoc Canone, ſignificari, non ſolùm loca, quæ intra mœnia Vrbis ſunt ſita; verum etiam illa, quæ extra mœnia ſunt; contigua tamen, vel propè. *Primò*, quia id claré habetur *in l. Vt Alphenus, ff. de verb ſignif.* Vbi iuriſconſultus hæc ait: *Vrbs eſt Romana, quæ muro cingitur: Roma eſt etiam quantum continentia ædificia* (etiam vltra muros, explicat Gloſſa) *eſſent. Nam Romam non muro tenus exiſtimari ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cum diceremus Romam nos ire, etiamſi extra Vrbem habitaremus.* Hæc Iuriſconſultus. Quod nihil ad intentum dictum, clarius.

Secundò, quia etiamſi nomine *Vrbis*, ex propria ſignificatione, comprehenderentur tantum loca, quæ intra mœnia continentur, vt vult Bonacina, hoc tamen locum haberet ſolùm in delictis, & pœnis, quia in his, verba ſtatuti accipienda ſunt ſecundum arctiorem ſignificationem cap. *Statutum, de elect. in* 6. At verò in materia fauorabili, qualis eſt materia huius Canonis, in quo tractatur principaliter de amplificatione Cultus diuini, ex frequentatione Eccleſiarum; de augenda Religione, & pietate fidelium, ex exercitio bonorum operum, de priuilegio peregrinorum, vt abſque periculo, ſecuri Romam venire poſſint; nomine *Vrbis*, intelligenda eſt Roma, cum ſuo Territorio, vt dicit vniuerſitatem agrorum Vrbis. Sic Abbas *in cap. Rodulphus, num.* 4. *in fine*, & Felinus *num.* 11. *de reſcript.* Quos citat, & ſequitur Alterius *lib.* 5. *diſputat.* 11. *c.* 3. *quæſ.* 2. Duardus *Canone* 10. *quæſt.* 5. *à num.* 5.

QVÆSTIO IX.

An non ſolum, qui Romam petit, cauſa viſitandi Eccleſias, vel venerandi reliquias, aut conſequendi indulgentias; ſed etiam cauſa adimplendi votum, vel pænitentiam iniunctam, dicatur cauſa deuotionis Romam adire, & gaudeat priuilegio huius Canonis?

NEgat Duardus *hic Canone* 10. *quæſt.* 8. *num.* 7. exiſtimans, eum qui Romam, cauſa adimplendi votum, ſeu pœnitentiam à confeſſario à Iudice iniunctam; pergit; non dici Romam, cauſa deuotionis pergere, & conſequenter, non gaudere priuilegio huius Canonis.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: etiam hunc gaudere priuilegio huius Canonis. Quia, iuxta communem modum loquendi, qui ad Vrbem pergit cauſa adimplendi votum, ſeu pœnitentiam, dicitur Romam accedere, cauſa deuotionis. Sic Alterius *lib.* 5. *diſput.* 11. *cap.* 3. *in fine, verſ. Ex his ſequitur*. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 120. his verbis: *Dixi cauſa deuotionis*, hoc eſt, cauſa viſitandi Eccleſias Vrbis, præcipuè limina D. Petri *ex cap. Si quis Romipetas* 24. *q.* 3. vel cauſa conſequendi ſtationes, & indulgentias Vrbis; ſiue eiuſmodi deuotio ſit omnino libera, ſiue debita ex voto, aut pœnitentia iniuncta per Confeſſarium, aut alium iudicem Eccleſiaſticum. Sic ille. Bonac. *hic diſput.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 3. *num.* 11. & 12. Qui & citat Viualdum *num.* 9. in nouis. Sed hic Auctoris antiquis, nil habet ad propoſitam quæſtionem.

QVÆSTIO X.

An offendens Clericum, vel Religioſum, Romam, deuotionis cauſa euntem, ſine licentia tamen ſui Superioris, excommunicationem huius Canonis incurrat?

NEgant aliqui, eo quod vtriſque, nempe, tam Clericis, quam Religioſis, ſeu Monachis, prohibitum ſit peregrinari, etiam deuotionis cauſa, abſque Prælatorum ſuorum licentia cap. *Non oportet, de conſecrat. diſt.* 5. *& cap. Magnæ, de voto*: ergo hac non obtenta, non erit laudabilis, ſed potiùs damnabilis, talis peregrinatio: ergo Clericus, vel Monachus, qui ſine licentia ſui Epiſcopi, vel ſui Prælati Romam peregrinantur, non debent gaudere priuilegio huius Canonis; & conſequenter offendens illos non incurrent illius Cenſuram. Ita Duardus *hîc Canone* 10. *quæſt.* 15. *num.* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo: incurrere. Quia probabilius eſt, & multò, quod, tam Clerici, quàm Monachi, qui Romam cauſa deuotionis proficiſcũtur etiam ſine licentia ſuorum Prælatorum, gaudent priuilegio huius Canonis; ergo conſequenter, qui præfatos, iniuriis in hoc Canone vetitis, offendunt excommunicationem incurrunt. Antecedẽns probatur. Nam licet verum ſit, quod tam Clerici, quàm Monachi, qui ſine licentia ſuorum Prælatorum Romam peregrinandi cauſa veniunt graue peccatum committant, non tamen ob id amittunt priuilegium Peregrinorum, & præcipuè huius Canonis; cum Summus Pontifex abſolutè, & indiſtinctè, huiuſmodi ſecuritatis priuilegium, concedat omnibus accedentibus ad Vrbem cauſa deuotionis: ſed Clericus, aut Monachus accedunt cauſa deuotionis: ergo fruuntur hoc priuilegio. Nec obſtat peregrinationem horum eſſe peccaminoſam: quia peccatum non tollit propriam rationem peregrinationis, vt conſtat, & latè probat Alterius mox citandus. Sic hic Auctor *lib.* 5. *diſput.* 11. *cap.* 2. *& cap.* 5. *dubit.* 5. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 3. *num.* 17. & 18.

QVÆSTIO XI.

An etiam offendens Paganum, Iudæum, Hæreticum, aut alia via excommunicatum accedentem ad vrbem cauſa conuerſionis, abſolutionis, aut deuotionis, incidat in hanc Cenſurã?

REſpondeo incurrere. Quia his omnibus conuenire poſſunt verba Canonis huius: ergo & ipſa diſpoſitio. Argum. *l. Nos accuſare*, §. *omnibus, ff. de accuſ.*

Antecedens

Digitized by Google

Antecedens conſtat, quia ſi Paganus, Iudæus, aut alius Infidelis, Romam veniant Baptiſmi recipiendi gratiâ, aut vt præcepta fidei doceantur, &c. verè dicuntur Romam deuotionis, & pietatis Chriſtianæ ergo venire. Et idem conſtat de Hæreticis, aut alijs excommunicatis, irregularibus, ſuſpenſis, &c. venientibus ad vrbem abſolutionis, aut reconciliationis cauſa. Sic latè Alterius *lib.* 5. *diſputat.* 11. *cap.* 4. *dub.* 1. 2. *&* 3. Vgolinus *hic* §. 1. *verſ.* 5. *&* 6. Filliucius *tractatu* 16. *cap.* 5. *quæſito* 8. *numero* 120. Duardus, & Souſa, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſputat.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 3. *num.* 20.

QVÆSTIO XII.

An occidens, aut mutilans, aut alijs actionibus prohibitis vexans Romipetas, ſeu Peregrinos, dum in vrbe verſantur deuotè viſitando Eccleſias, venerando Reliquias, &c. hanc excommunicationem incurrat?

NEgatiuam ſententiam tenuiſſe Caietanum, affirmat Viualdus, his verbis: Quintò nota, quod licèt Caietanus dicat, quod vulnerans, vel occidens Peregrinum, dum moratur Romæ non incideret in hanc Cenſuram, quia (ait) non eſt in vſu; contrarium tamen mihi videtur dicendum, cum eſſet expreſſum in Bulla, vt erat in illa Gregor. XIII. vbi: *Vel apud eam morantes*, vt videre poteris apud Nauarrum *cap.* 27. *num.* 65. Et eſt etiam in Bulla hac, clauſula ſequenti. Hucuſque Viualdus *caſu* 9. *numero mihi* 80. *in antiquis.*

Sed certè hic Author non aduertit, quod debuerat, quod Caietanus, dum docet *cap.* 14. id quod ipſe Viualdus affirmat, non agit de Peregrinis, aut Romipetis, qui ad vrbem deuotionis cauſa venere, & ibi commorantur, viſitando Eccleſias, & exercendo alia opera pia, quorum gratia Romam petierunt, de quibus Pontifici, & nobis in hoc Canone decimo eſt ſermo (de iis namque, oppoſitum ſentit, *cap.* 13. vt *infrà*:) ſed de illis, qui ad Sedem Apoſtolicam veniunt, & recedunt ab eadem: necnon de illis, qui nullam iuriſdictionem habentes, in eadem Curia morantes, temeritate propria capiunt, ſpoliant, &c. de quibus nos egimus *diſput. antecedenti, quæſt.* 21. quamuis etiam de his loquendo, non benè id ſentiat Caietanus, vt ibi diximus.

Igitur vt certum reſpondeo: dicendum, quod præfatus occidens Peregrinos in vrbe commorantes, hanc excommunicationem incurrat. Quia id clarè habetur in hoc Canone 10. cuius verba *ſup. q.* 1. *retuli.* Sic omnes, inter quos præcipuus eſt Caiet. *verb. excommunicat. cap.* 13. *verſ. Et nota quod oportet*, & ex illo, Alterius *lib.* 5. *diſput.* 11. *cap.* 5. *col.* 5. *verſ. Quamobrem pag.* 599. & Bonac. *diſput.* 1. *quæſt.* 11. *punct.* 3. *num.* 21. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 5. *quæſt.* 9. *num.* 125.

QVÆSTIO XIII.

An, qui Romam, cauſa deuotionis venit, ſed ibi, mutato propoſito, nulla pia opera, aut deuotionis exercuit, fruatur priuilegio huius Canonis, dum ad ſuos reuertitur?

REſpondeo non frui. Et ideo, ſi quis vulneret, capiat, ſpoliet, &c. illum, dum ad patriam redit, non incurreret excommunicationem huius Canonis. Sic Alter. *cap.* 5. *cit. quæſt.* 2. cui ſatisfaciendo hæc ait: Reſpondeo hunc talem vocari poſſe peregrinum in acceſſu ad Vrbem, quamdiù perſiſtit in prima voluntate peregrinandi cauſa deuotionis, quo tempore ſi offendatur, incurritur excommunicatio: ſed ſi mutata voluntate, non adimplet deuotionis, & pietatis opera, iam ceſſat finis peregrinationis, & non meretur nomen peregrini, & illico amittit priuilegium huius Canonis, & alia priuilegia peregrinorum: quia ceſſante cauſa finali, ceſſant omnia, quæ conceduntur ratione illis finis; ſunt enim acceſſoria, ratione talis finis: quare principali ſublato, tollitur acceſſorium, *l.* 1. & ibi notat Bald. *C. de Codicill. cap. Acceſſorium*, vbi latè Anchar. *de Reg. Iur. lib.* 6. Gloſſa *notab. in l. Si Patronus,* §. *Patronum, verb. Fauiana, ff. ſi quid in fraud. patro.* Cum ergo non competat illi priuilegium huius Canonis, ſi quis offendat eum, dum ab Vrbe recedit, non contrahet excommunicationem. Hucuſque Alterius. Vgol. etiam *hic verb. Vel ab ipſa recedentes.* Duardus *hic Canone* 10. *quæſt.* 13. & Bonac. *punct.* 3. *cit. n.* 24. Qui ſecus dicendum putant de illo, qui poſt iter arreptum, hac intentione, vt deuotionis cauſa Romam viſitaret, morbo correptus, vel alia cauſa impeditus, peregrinationem perficere nequit, hic namque gaudet priuilegio huius Canonis, & ideo qui illum in reditu ad patriam occideret, mutilarétve, &c. excommunicationem incurreret. Legantur Alterius *loc. cit. dub.* 1. Bonac. *num.* 24. *verſ. Obijcies*, & Duardus, & Vgolin. *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An gaudeãt priuilegio huius Canonis Peregrini, qui dum veniunt ad Vrbem deuotionis gratia, diuertunt ad viſendum amicum, aut aliquid agendum, &c.

REſpondeo gaudere. Quia qui ſtatim hac intentione iter Romam verſus ſuſcepit, verè eſt cenſendus Peregrinus: ergo verè gaudet priuilegio Peregrinis conceſſo. Sic Filliucius *tractatu* 16. *cap.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 121. ita dicens: *Dico* 2. ſi dum veniunt ad vrbem, diuertant ad alia loca, modo non eligant domicilium in illis, ſed deinde reſumant iter ad vrbem, gaudent hoc priuilegio. Idémque dic, ſi in redeundo diuertant ad alia loca, modo non eligant in iis, domicilium, ſed tendant deinde in patriam, gaudent eodem priuilegio, donec perueniant in patriam ſuam, vnde cauſa deuotionis diſceſſerunt. Sic Filliucius ex Sayro *cap.* 14. *num.* 6. Sic etiam Vgolinus, Duardus, & Souſa, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.* 1. *q.* 11. *punct.* 3. *num.* 24. *verſ. Secundò ſequitur.*

QVÆSTIO XV.

An per hunc Canonem ſit excommunicatus ille, qui Romipetas, etiam iniuſtè, verberat, aut percutit ſine vulnere?

REſpondeo quod non. Quia pontifex in hoc Canone, nec verberare, nec percutere prohibet, ſed vulnerare, quod ſignificat vulnus infligere, aut ferire, quod tunc contingit, quando pars aliqua corporis ictu ſcinditur, ſeu aperitur, aut ſeparatur: ergo ille qui Romipetas verberat, aut percutit, ſine vulnere, non ligatur huius Canonis Cenſura. Sic Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 124. per hæc verba: Verberans etiam iniuſtè Romipetas, modo non vulnerent, neque impedimento ſint quominus corporaliter iter peragi poſſint: non videntur incurrere excommunicationem; quia eiuſmodi actio, non eſt prohibita, vt patet, & aduertit Vgol. *verſ. Vulnerantes.* Sic ille. Alter. etiam *lib.* 5. *diſp.* 11. *cap.* 1. *dub.* 4. *pag.* 589. Duard. *hic q.* 2. *&* 18. *n.* 10. Gambarupta *hic cap.* 10. *n.* 6. Bonacina *diſputat.* 1. *quæſtione* 11. *punct.* 3. *num.* 3. Qui ex hac doctrina colligit, nec ligari hac Cenſura, qui Peregrinũ ad Vrbem proficiſcentem, virga, baculo, aut pugnis offendit ſine vulnere; nec qui os in brachio,

Digitized by Google

aut femore perſtringit abſque ſciſſione carnis, & ſanguinis effuſione; quia hic non dicitur Peregrinum vulnerare.

Qværtio XVI.

An, ſi quis Romipetam occideret, vel mutilaret, aut vulneraret, &c. non ex propoſito, ſed ex ſubito iræ motu, aut alia paſſione inſurgente incidat in hanc Cenſuram?

NEgatiuam ſententiam tenuit olim cum Caietano Nauarr. *c.27.n.65.* eo quod in Bulla Greg. XIII. quam hic Author commentatur, ſolum excommunicabantur, *ex propoſito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem, cauſa deuotionis ſeu peregrinationis.* Hanc eandem ſententiam tenuiſſe etiam Viualdum *in expoſitione huius Canonis ad finem, num.13.* ex grauiſſimis Romanæ Curiæ Doctoribus, teſtatur Bonacina *vbi infrà.* Sed certè Viualdus in impreſſione antiqua oppoſitum expreſsè tenet, & vt certum ſupponit *caſu 9.n.76 pag.58.* vbi aſſignando differentiam inter Bullam latam à Sixto V. quam ipſe explicat, & inter Bullam latam à Greg. XIII. ait, quod in Bulla Gregorij, *excommunicabantur interficientes, & mutilantes, vel vulnerantes ex propoſito, in hac autem, illud verbum, Ex propoſito, ſublatum fuit, & ita maiorem generalitatem includit.* Hæc ſunt verba viualdi. Ex quibus ſatis conſtat oppoſitum ſenſiſſe. Sed quidquid poſtea dixerit quod valde dubito, licèt apud ipſum, in noua impreſſione reperiatur.

Tanquam quid certum reſpondeo: incidere, etiamſi non occidat, aut mutilet ex propoſito, aut data opera; ſed ex ſubito iræ motu, aut alia paſſione inſurgente, dummodo non ſit tanta quæ conſenſum ad mortale requiſitum, auferat. Ratio eſt. Quia in Bullis nouioribus ſublatum eſt illud verbum *ex propoſito*, quod in Bulla Gregorij exprimebatur. Vnde illud propoſitum, & electio, quæ ſufficit ad committendum mortale, vt quis innodetur ad incurrendam excommunicationem aliorum huius Bullæ Canonum, eadem erit ſufficiens iam, vt committens actiones in hoc Canone veritas; innodetur excommunicatione huius Canonis. Sic iam omnes. Alter. *lib.5. diſp.10. cap.4. dub.3. pag 580.* Filliuc. *loc. cit. n.123.* Duardus *hic quaſt.7. n.1.* Bonac. *diſput.1. q.11. punct.2. num.3. verſ. Amplia.*

Qværtio XVII.

An Peregrinus, qui alium Peregrinum occidit, vel mutilat, &c. hac ligetur Cenſura?

REſpondeo tanquam certum: ligari. Tum, quia Canon generaliter loquitur. Tum etiam: quia Clericus, qui alium percutit Clericum, excommunicatione Canonis. *Si quis ſuadente diabolo 17. quaſt.4.* ligatur: ergo etiam Peregrinus, qui alium Peregrinum occidit, mutilat, vulnerat, &c. ligabitur excommunicatione huius Canonis. Sic Bonacina *n.3. citato.*

Nota hîc, quod omnia, quæ pertinent ad declarationem actionum principalium huius Canonis, quæ ſunt hæ ſex, nempe, interficere, Mutilare, Vulnerare, Detinere, Capere, & Deprædari, notata reperies ſuprà *diſput.9. per totam.* Pro intelligentia verò aliarum actionum, nempe auxiliandi, conſulendi, & fauendi, quæ quidem ſunt acceſſoriæ, & reperiuntur ſpecialiter in hôc Canone, vbi excommunicantur etiam auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, lege quæ dicta ſunt etiam ſuprà *diſput.7. à quaſt.53.*

DISPVTATIO XI.

De vndecima Excommunicatione lata contra offendentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos.

Qværtio Prima.

Contra quas perſonas lata ſit hac excommunicatio?

REſpondeo ex textu, quod contra *omnes Interficientes, Mutilantes, Vulnerantes, Percutientes, Capientes, Carcerantes, Retinentes, vel hoſtiliter Inſequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuntios: aut eos à ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, ſeu Dominiis eiicientes: Necnon ea Mandantes, vel rata Habentes, ſeu Præſtantes eis Auxilium, Conſilium, vel Fauorem.* Sic Canon hic vndecimus.

Ex quo conſtat, quod excommunicatio huius Canonis fertur contra omnes perſonas cuiuſcunque conditionis, ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant; exercentes erga dictos Prælatos, nempe, Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos Sedis Apoſtolicæ, & Nuntios, aliquam actionem ex nouem hîc principaliter prohibitis, quæ ſunt, Interficere, Mutilare, Vulnerare, Percutere, Capere, Carcerare, Detinere, hoſtiliter inſequi, & eiicere à ſuis Diœceſibus, Territoriis, Terris, ſeu Dominiis: aut etiam aliquam ex quinque acceſſoriis, hîc etiam prohibitis, & ſunt, Mandare, aliquam dictarum actionum principalium; ratam habere, auxiliari conſulere, & fauere. Sic omnes, præcipuè citandi.

Qværtio II.

Quid ſignificet Pontifex per has voces, quibus vtitur ad ſignificandas relatas actiones prohibitas?

REſpondeo quod ex præfatis vocibus, iam patet ex dictis ſuprà *diſput.9. & 10.* quid ſit interficere mutilare, capere, & detinere. Quid autem ſit, vulnerare, indicauimus ſuprà *diſput.10. quaſt.15.* ſupereſt ergo vt de aliis, quid ſignificent, explicemus.

Dico igitur, quod *percutere*, idem ſit, ac cum dolore cædere, ſeu verberare, aut pulſare manu, pugno, virga, baculo, ſaxo, flagello, vel alio inſtrumento. Sic Vgolinus *cap.10. verb. Vulnerantes.* Alterius *lib.5. diſput.12. cap.4. col.1.* Duardus *lib.2. Can.11. quaſt.3.* Bonac. *diſput.1. quaſt.12. punct.1. num.2.*

Carcerare, ſeu *Incarcerare*, idem eſt, ac cuſtodire quempiam in loco tuto, vt non poſſit arbitratu ſuo exire; Carcer namque eſt locus in quo ſeruantur rei noxij, ita dictus quaſi Arcer, ab arcendo. Sic citati DD. & Filliuc. *tract. 16. cap.9. quaſt.9.* vbi benè notat has tres actiones, nempe, *capere, carcerare, & detinere*, inter ſe diſtingui, cum ſingulæ poſſint fieri abſque aliis. Vnus enim capere poteſt; alius carcerare ſolùm poſt capturam; & tertius detinere poſtquam eſt carceratus: & ſic ſingulæ eiuſmodi actiones poſſunt inducere Cenſuram, ſi ſeorſum fiant.

Hoſtiliter inſequi, eſt idem, ac aliquem iniuſtè inſequi animo nocendi, ipſo aduertente, ſibique cauente, ſeu fugiente, vt manus inſequentis euadat. Sic Alterius, Vgolinus, Duardus, Bonacina, & alij.

Digitized by Google

Eycere tandem, nil aliud eſt, quod aliquem antè receptum; expellere. Sic omnes DD. citati, præcipuè Bonacina, & alij penes ipſum.

QVÆSTIO III.

An, ſi quis impetum faciat ad domum Cardinalis, vel Patriarchæ, &c. & obſideat illum, & claudat in domo, non ad carcerandum, ſed ſolùm, vt verecundiam inferat; hanc excommunicationem incurrat?

AFfirmat Alterius *lib. 5. diſput. 12. cap. 4. dubio 1.* Quia mens Sum. Pontificis in hoc Canone eſt, punire non ſolum illos, qui aliquo modo offendunt Prælatos Eccleſiaſticos; ſed etiam, qui conarentur inſequi hoſtiliter illos: ergo quomodocumque quis hoc intentet contra Prælatum, ſiue fugientem, ſiue manentem obſtringitur excommunicatione, cum vtrobique ſit eadem ratio.

Sed probabiliùs reſpondeo: incurrere in eo caſu excommunicationem huius Canonis: Quia in nulla ex actionibus, in illo prohibitis, eiuſmodi actio comprehenditur. Nam ſi in aliqua, maximè in illa, *Hoſtiliter inſequendi:* & minimè in hac: ergo in nulla. Minor probatur, quia, vt nuper eſt habitum, inſequi hoſtiliter aliquem eſt illum præeuntem, & fugientem à dorſo ſequi, animo illi nocendi: atqui ad domum Cardinalis, aut Patriarchæ, &c. accedit intentione dicta, nec ſequitur illos præeuntes, & fugientes, nec animo nocendi illis, aut carcerandi: ergo. Sic communis tenet ſententia, vt fatetur, Alterius, Geminianus *in cap. Felicis, de Pœnit. in 6. num. 6.* Anchar. & Franc. *ibid.* Syluester *excommunicat. 7. §. 23.* D. Anton. *3. part. tit. 24. cap. 2. verſ. Cœperit.* Sayrus *lib. 3. cap. 15. num. 6.* Filliucius *tract. 16. cap. 9. quæſt. 7. num. 245.* Vgolinus *hic verb. Vel hoſtiliter inſequentes, num. 5.* Duardus *hic quæſt. 4. & 5.* Bonacina *diſputat. 1. quæſt. 12. punct. 1. num. 5. & 6.*

QVÆSTIO IV.

An, qui Cardinalem, vel Patriarcham, &c. inſequens, telum, vel ſaxum proycit ad illum interficiendum, hac excommunicatione obſtringatur?

REſpondeo ex dictis: obſtringi, etiamſi dictos Prælatos telo, aut ſaxo, non attingat. Quia hæc vera eſt hoſtilis inſecutio. Sic Bonac. *num. 6. citat.* ex Vgolino, & Duardo. Addens idem eſſe dicendum, de eo, qui Cardinalem, aut alios Prælatos dictos, domi obſidet, vt illum detineat, mutilet, vel occidat, &c. quod additum, ex dictis eſſe verum conſtat.

QVÆSTIO V.

An non admittens Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos, & Nuntios, ad poſſeſsionem ſuarum Eccleſiarum, aut ad Prouincias, ad quas mittuntur, Cenſura huius Canonis feriatur?

REſpondeo ex dictis *quæſt. 2.* non feriri hac Cenſura, qui dictos Præſules non vult admittere, aut recipere. Quia hic Canon ſolùm loquitur de eiicientibus: at ſic eſt quod longè aliud eſt, quàm non recipere: ergo. Sic Toletus *lib. 1. cap. 25. verſ. Vndecima.* Duardus *hic quæſt. 8.* Filliucius *tract. 16. cap. 9. quæſ. 3. num. 239.* Bonac. *diſput. 1. quæſt. 12. punct. 3. num. 7.* Alterius *lib. 5. diſputat. 12. cap. 5. quæſ. 3. pag. 620.* & alij. Addentes quod qui non admitterent Legatos, aut Nuntios Apoſtolicos ingredi terras ſibi ſubiectas, etiamſi non ligarentur excommunicatione huius Canonis, ligarentur tamen excommunicatione Extrauag. *ſuper Gentes Ioannis XXII. de conueniendo inter communes,* quàuis hæc non ſit reſeruata, & ſolùm afficit impedientes, non verò mandantes, conſulentes, &c. vt afficit excommunicatio Bullæ.

QVÆSTIO VI.

An eyciens aliquem Prælatum ex dictis, à domo Regis, ſeu Principis, comprehendatur hac Cenſura?

REſpondeo tanquam certum: non comprehendi. Quia tunc non eiicit illum, à diœceſi ſua, territorio, terra, vel dominio ipſius, quod ſolum eſt prohibitum in hoc Canone, vt conſtat ex verbis relatis *quæſt. 1.* Sic Nauarrus *cap. 27. num. 67. Declarat. 5.* ibi: Iubentes autem exire Curiam Regis, vel alium locum, qui non eſſet eorum Diœceſum, eſtò malè facerent, non tamen hac Cenſura ligarentur: quia neque eius verba, nec eadem ratio eis aptatur. Suarez *diſputat. 21. ſect. 2. num. 70.* ex eodem Nauarro. Sayrus *lib. 3. cap. 15. num. 8.* Filliucius *tract. 16. cap. 9. num. 248.* Reginaldus *lib. 9. num. 313.* Duardus *lib. 2. Can. 11. q. 4. num. 6.* Bonacina *hic diſput. 1. quæſt. 2. punct. 1. num. 14* Alterius *lib. 5. diſput. 12. cap. 4. verſ. Sed petes aliquis.*

QVÆSTIO VII.

An eyciens Legatum, vel Nuntium, Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, à locis in quibus iuriſdictionem exercere poſſunt, afficiatur hac Cenſura?

NEgatiuam ſententiam ſimpliciter tenere Filliucium *num. 248.* citato, affirmat Bonac. *punct. 1. cit. num. 15.* Sed non benè. Quia Filliuc. ſolum id docet de eiiciente Legatum, vel Nuntium; non verò de eiiciente Epiſcopum, Archiepiſcopum, vel Patriarchas, nam de iis loquendo, oppoſitum ſentit, & docet, vt conſtat ex his eiuſdem verbis: verbum illud (*ſuis*) referri debet partim ad ipſos eiicientes, partim ad eiectos. Reſpectu enim Legatorum, & Nuntiorum, debet referri ſolùm ad eiicientes, reſpectu verò Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Patriarcharum, ſolùm ad ipſos eiectos. Quare hic erit ſenſus: *Excommunicamus eycientes Legatos, vel Nuntios è Terris ipſorum eycientium in quibus videlicet, Legati, vel Nuntij funguntur officio ſuæ Legationis, vel nunciaturæ. Item, excommunicamus eycientes Epiſcopos, Archiepiſcopos, &c. è Terris ipſorum Epiſcoporum, vel Archiepiſcoporum, in quibus ſunt Epiſcopi, vel Archiepiſcopi.* Dicuntur enim Terræ eorum, quoad iuriſdictionem ſpiritualem. Hinc ſequitur primò, eum, qui eiiceret Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, vel Cardinalem, è locis, qui non ſunt diœceſum ipſorum, non incurſurum hanc excommunicationem. Sequitur ſecundo, hominem priuatum, qui eiiceret Legatum, vel Nuntium è locis legationis, vel nunciaturæ, non incurſurum hanc Cenſuram; quia non eiiceret è terris, & dominio ſuo; niſi id faceret de mandato Domini, vel Magiſtratus. Hucuſque Filliucius; vt videas eius ſententiam.

Sed abſolutè, & ſine diſtinctione longè probabiliùs reſpondeo: Affici Cenſura huius Canonis, illum, qui non ſolum Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, aut Patriarcham; verum etiam, qui Legatum, aut Nuntium Apoſtolicum è territorio, aut loco in quo iuriſdictionem habent, eiicit. Quia probabilius eſt, quod quando Sum. Pontifex in hoc Canone dicit;

Digitized by Google

eijcientes eos à ſuis diœceſibus, &c. illa particula, *ſuis*, relationem dicat ad illam particulam, *eos*, id eſt, Prælatos omnes enumeratos, inter quos ſunt Legati, & Nuntij: ergo. Sic Alterius *loc.cit.* ex Panormitano, vbi ſic ait ſatisfaciens quæſtioni propoſitæ: Reſpondeo, Pronomen illud *ſuis*, referendum eſſe ad perſonas priuilegiatas eiectas, non autem ad ipſos Dominos Terrarum eiicientes, quod patet manifeſtè ex illa dictione, *eos*, quæ immediatè præcedit, quæ dictio relationem habet ad Cardinales, & Patriarcas, & alios priuilegiatos, poſt quam ſtatim ſequitur hæc actio prohibita, id eſt, *Aut eos à ſuis Diœceſibus, &c.* eiiciunt, & ad hunc modum omnes exponunt hanc clauſulam, &c. Sic ille, ex Panormitano, Cardinali, & aliis. Vgolinus *hîc* §. 1. *n.* 4. Duardus *hîc q.* 9. *n.* 6. Bonacina *quæſt.* 12. *punct.* 1. *num.* 15. Qui idem docet de eiiciente Cardilem ab Eccleſiis ſuis titularibus.

QVÆSTIO VIII.

An eijciens Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, aut alium ex præfatis Prælatis, ex locis in quibus nati ſunt, vel domicilium habent, vel ex ſuis Caſtris, aut oppidis, quæ bona ſunt patrimonialia, hanc Cenſuram incurrat?

NEgant aliqui DD. Quia, inquiunt, hoc priuilegium conceſſum eſt dictis Prælatis in gratiam dignitatis eorum: ergo vt quis hanc excommunicationem incurrat; debet eiicere illos à loco in quo ſpiritualem vel temporalem iuriſdictionem habeant ratione dignitatis; non titulo patrimonij, hæreditatis, &c. Ita Vgolinus, & Duardus *loc.cit.* Palao *diſput.* 3. *punct.* 12. *num.* 4. & penes ipſum, Nauarrus *cap.* 27. *num.* 67.

Sed probabiliùs reſpondeo: incurrere. Quia in caſu propoſito verificantur verba Canonis excommunicantis eiicientem præfatos Cardinales, vel Prælatos à terris ſuis: Terra enim, quæ alicui titulo originis, domicilij, patrimonij, aut hæreditatis cōpetit, ſua appellatur, iuxta communem loquendi modum. Sic Alterius *loc.cit.* vbi ita ait: Cenſeo excommunicationem incurri, quoniam propriè loquendo, illæ dicuntur, *Terra ſua*, locus enim vbi Epiſcopus natus eſt, dicitur *Terra ſua*; ſimiliter, ſi poſſideat Caſtrum, Villam, iure hæreditario, ſunt *Terra ſua*. Quare ſi ex illis expellatur ratione dignitatis Epiſcopalis, qua inſignitus eſt, excommunicatio contrahitur. Exemplo rem explico. Epiſcopus ſubditus Regis ratione originis, & domicilij, adeptus eſt Epiſcopatum alterius Ciuitatis in eodem Regno, & quia literis hortatoriis Proregis parere noluit, non eiicitur ab Epiſcopatu, ſed compellitur à Patria exulare, hoc caſu locus erit excommunicationi, ſicut ſi expelleretur ab Epiſcopatu. Sic Alterius. Et Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 1. *num.* 17.

QVÆSTIO IX.

An, vt incurratur hæc excommunicatio ob eiectionem præfatorum Prælatorum lata, opus ſit, vt eiectio fiat facto, & non ſufficiat verbis?

REſpondeo tanquam certum: non eſſe opus, vt eiectio fiat facto; ſed ſufficere, ſi fiat verbis comminatoriis, quia his ſolis poteſt quis è loco expelli. Neceſſe tamen eſt, vt actus ſit conſummatus, hoc eſt, vt Prælatus cum effectu ob minas ſibi illatas actu relinquat diœceſim; & recedat. Sic Nauarrus *cap.* 27. *num.* 67. *verſ. Quinta.* Vbi ait, hanc excommunicationem latam eſſe contra Iudices ſæculares, qui cum Epiſcopos non parentes ſuis iuſſis, non poſſunt capere, neque punire, iubent eis, vt è Regno exeant; ob quod, non ſolum iubentes, ſed & lictores iuſſa exequentes, & opem ad id ferentes, imò & conſulentes hac excommunicatione ligantur. Alterius *lib.* 5. *diſput.* 12. *cap.* 4 *prope finem*, vbi admiſſa hac doctrina Nauarri, addit, illam eſſe omnino veram, quamuis Epiſcopi, & aliæ perſonæ priuilegiatæ, ita ſe gererent in adminiſtratione officij, vt digni eſſent eiectione, & priuatione officij, ob eam rationem, quia ſæcularis poteſtas nullam habet iuriſdictionem in Epiſcopum, & ideo non poteſt illum bannire. Vnde bene Victoria *in* 1. *relect. de poteſt. Eccleſ. ſeſſ.* 7. *propoſ.* 9. dicit, grauiter errare, & peccare Magiſtratus, qui iudicia exercent contra priuilegia Clericorum, licèt perniciosi, & criminoſi ſint, præterquam in caſibus iure permiſſis. Bonacina *loco citat. num.* 19. Filliucius *tract.* 16. *c.* 9. *n.* 248. & alij.

QVÆSTIO X.

An hac excommunicatione feriatur, occidens, aut mutilans, &c. Cardinales, qui ad Cardinalitiam dignitatem electi à Pontifice ſunt, & conſenſum electioni præſtiterunt; galerum tamen rubeum non obtinuerunt?

REſpondeo tanquam certum: affirmatiuè. Quia electione Summi Pontificis, & aſſenſu electi, creantur Cardinales. Vnde rubeus galerus minimè ad ſubſtantiam Cardinalitiæ dignitatis pertinet. Ex quo conſtat quod præfatus occidens, verè afficiatur Cenſura huius Canonis, cum verè occidat veros Cardinales. Sic Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 3. *art.* 2. *caſu* 16. Sayrus *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 3. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 9. *quæſt.* 5. *num.* 239. Duardus *Can.* 11. *q.* 6. *num.* 1. Vgolinus *hîc cap.* 11. §. 1. *num.* 1. *&* 2. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 2. *num.* 2. *&* 3. Souſa *hîc cap.* 12. *diſp.* 60. *num.* 1. Diana *part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 74. Palao *diſput.* 3. *punct.* 12. *num.* 5. & alij.

QVÆSTIO XI.

An etiam, qui occideret, mutilarétve, &c. Cardinales Eccleſiæ S. Iacobi, afficeretur excommunicatione huius Canonis?

REſpondeo tanquam certum: negatiuè. Quia prædicti non ſunt Cardinales S. Romanæ Eccleſiæ, de quibus expreſsè loquitur hic Canon. Sic communiter omnes, & præcipuè Alterius *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 2. *col.* 2. vbi ſic ait: Addit autem Sum. Pontifex, *Sanctæ R. E.* vt ſignificaret, de quibus Cardinalibus loqueretur: nam Canonici etiam quarundam Eccleſiarum, Cardinales appellari ſolent, & ſolitis Cardinalium indumentis vti; vt Canonici Eccleſiæ S. Iacobi Compoſtellanæ, & Rauennatenſis, vt notat Gloſſa *dicta Clement. Dignum, verb. Romana, de celebr. Miſſarum:* Illis tamen Papa hoc priuilegium non intendit concedere; ſed tantum Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ, qui verè, & propriè ſunt Cardinales, & creari poſſunt à ſolo Romano Pontifice: ideo, qui offenderet Canonicum S. Iacobi Compoſtellani, vel Rauennatenſ. vel alterius Eccleſiæ, quæ priuilegio nominis, vel habitus Cardinalium gauderet, non incurreret excommunicationem huius Canonis. Sic ille. Et Filliuc. & Bonac. *loc. citatis.*

QVÆSTIO

Digitized by Google

Qvæstio XII.

An interficiens, aut capiens, &c. Epiſcopum electum, & confirmatum, ſed non conſecratum, vinculo excommunicationis huius ligetur?

Affirmant aliqui; eo quod Epiſcopus confirmatus, verè & propriè eſt Epiſcopus; cum gaudeat iuriſdictione Epiſcopali, & actus iuriſdictionis exercere poſſit, cap. *At ſi Clerici, de iudiciis*, & cap. *Nihil, de electione*; ergo debet etiam gaudere priuilegio huius Canonis; ergo, *&c.* Ita Graffius 1. *p. deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 102.

Sed probabiliùs reſpondeo non ligari. Quia probabilius eſt, quod Epiſcopus confirmatus, ſed nondum conſecratus, non vocetur verè, & propriè Epiſcopus, vt ait Gloſſa *in Clement.* 1. *de pœnis, verb. Quemuis Pontificem.* ergo & probabilius eſt, quod interficiens, aut capiens Epiſcopum electum, confirmatum, etiam poſt acceptam poſſeſſionem Epiſcopatus, nondum tamen conſecratum, non remaneat obſtrictus hac Bullæ excommunicatione, quamuis remaneret alia, etiam reſeruata Papæ, cap. *Si quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. Sic Caiet. *verb. excommun. cap.* 12. ibi: Aduerte hic, quod appellatione Pontificis, ſeu Epiſcopi, non venit niſi conſecratus Epiſcopus: quia electus, & non conſecratus non eſt Epiſcopus, licèt ſit adminiſtrator, & Epiſcopus electus. Sylueſter *excommun.* 7. §. 44. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 67. *verſ. octaua.* Tolet. *lib.* 1. *cap.* 25. Abbas, Felin. Cardin. & D. Anton. quos omnes refert, ac ſequitur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 3. *dubit.* 2. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 69. vbi ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ reſpondet, quod licet Epiſcopus electus, & confirmatus ſit verè Epiſcopus, quoad ea, quæ iuriſdictionis ſunt; quia tamen deeſt illi conſecratio, propter quam immunitas hæc, & priuilegium Epiſcopis eſt conceſſum, ideo hoc priuilegium ſolis Epiſcopis conſecratis eſſe conceſſum cenſendum eſt. Sayrus *lib.* 3. *c.* 15. *num.* 4. Duard. *hic quæſt.* 8. Reginald. *lib.* 9. *c.* 20. *n.* 313. Filliuc. *tract.* 16. *q.* 5. *n.* 240. Vgolin. Souſa, Viuald. quos affert, & ſequitur Bonacina *hic diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 2. *num.* 7. Palao *diſp.* 3. *punct.* 12. *num* 5.

Qvæstio XIII.

An interficiens, aut mutilans, &c. Epiſcopum excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, irregularem, aut degradatum verbaliter, incidat in cenſuram huius Canonis?

Reſpondeo incidere. Quia interficit, aut mutilat Epiſcopum, verè, & propriè talem. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 12. *c.* 3. *dub.* 3. *&* 6. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 2. *num.* 8. Sayrus *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 4. Vgolinus *hic cap.* 11. §. 1. *num.* 1. Reginaldus *lib.* 9. *num.* 313. Duardus *hic quæſt.* 8. *à num.* 5. Qui idem dicunt de interficiente, aut mutilante, *&c.* Epiſcopum, qui loco, Epiſcopatui, & dignitati renunciauit. Secus verò de interficiente, ſeu mutilante, *&c.* Epiſcopum, Cardinalem, Patriarcham, *&c.* actualiter, & realiter depoſitum, ſeu degradatum; quia hi per actualem, & realem depoſitionem, ſeu degradationem priuantur priuilegio clericali; & ita percutiens, aut mutilans, ſeu occidens, *&c.* illos, non incurrit excommunicationem huius Canonis, quam tamen incurret ſi offendat prædictos Prælatos depoſitos, ſeu degradatos verbaliter tantùm.

Qvæstio XIV.

An item in excommunicationem huius Canonis incidat, qui clericum, vel Religioſum de familia Cardinalis, Nuncij, vel Epiſcopi, &c. occidit, mutilat, vel vulnerat, &c.

Affirmant Sayrus *lib.* 13. *cap.* 15. *n.* 3. & Viualdus *hic caſu* 11. *num.* 86. vbi ita dicit. Secundò nota quod hæc excommunicatio, quæ hodie eſt Bullæ Cœnæ, fuit olim etiam lata, & canonico iuri inſerta, *in cap. Fœlicis, de pœnis, lib.* 6. Notat Armilla *ſupr.* & Nauarr. *cap.* 27. *n.* 67. Ex quo capite, & ex conſtitutione Pij V. edita, *anno* 1564. 14. *Kalend. Ianuar. Pontif. ſui anno* 4. nota tertiò, quod licèt in hac clauſula, tantum fiat mentio de Cardinalibus, Archiepiſc. Epiſcop. *&c.* extendenda eſt tamen ad percutientes, vulnerantes, *&c.* Clericos, vel Religioſos familiæ Cardinalium, vt notat Armilla *verb. excommun. cap.* 2. & Felicianus Epiſcop. Scalenſis *in ſuo Enchirid. in explicatione huius cap.* Ita Viualdus.

Sed certè malè (ſicut etiam Bonac. mox citand.) citar Armillam pro hac ſententia: quoniam Armilla ad ſummum, ſolum affirmat, quod vulnerantes, ſeu percutientes, *&c.* Clericos, vel Religioſos familiæ Papæ, vel Cardinalium afficiantur excommunicatione lata in cap. *Felicis, cit.* (de quo *infrà*) non tamen Bullæ Cœnæ. Vnde

Probabilius longè reſpondeo: Non incidere, etiam ſi occidat, mutilétve, *&c.* coram Cardinali, Nuncio; vel Epiſcopo, *&c.* & in contemptum ipſorum. Quia quamuis occidens, aut mutilans Clericum, vel Religioſum familiarem alicuius Cardinalis, vel Nuntij, *&c.* iniuriam faciat ipſimet Cardinali, aut Nuncio, *&c.* non tamen punitur cenſura huius Bullæ Canonis, quia in illo non exprimuntur familiares horum Prælatorum; ſed ſolùm ipſimet Prælati: & ideo occidens eos, non eſt contumax contra hunc Canonem. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 3. *dub.* 7. *pag.* 613. Souſa *hic cap.* 12. *diſp.* 66. *num.* 3. Duardus *lib.* 2. *Can.* 11. *q.* 10. *n.* 1. Bonacina *hic diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 2. *n.* 11. Palao *diſp.* 3. *punct.* 12. *num.* 5. Acoſta *in Bulla Cruc quæſt.* 65. Barboſa *in Collect. Doct. tom.* 3. *in* 6. *Decret. lib.* 5. *tit.* 9. *cap.* 5. *n.* 35. Legantur etiam Diana *part.* 5. *tract.* 2. *reſ.* 83. vbi refert vtramque ſententiam nulli tamen adhæret.

Qvæstio XV.

An ſaltem offendentes non ſolùm Clericos, vel Religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium, ſed etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporúmve, incidant in excommunicationem latam in cap. Fœlicis, de pœnis?

Affirmant Nauarr. *cap.* 27. *num.* 67. *verſ. Secunda, & verſ. Tertia.* Duard. *loc. cit. quæſt.* 22. *num.* 26. & Souſa *loc. cit.* Quorum fundamentum eſt: quia *in d. cap. Fœlicis*, afficiuntur excommunicatione offendentes Clericos, & Religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium: at ſic eſt, quod quantum ad cap. dictum, & pœnas in eo contentas, æquantur Cardinalibus, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi & Legati, ſeu Nuncij Sedis Apoſtolicæ: ergo.

Alij verò media via incedentes, docent, ſolùm affici excommunicatione d. cap. *Fœlicis*, offendentes, (aliqui actione ex hîc prohibitis) Clericos, ſeu Religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium, non verò offendentes Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & aliorum Prælatorum familiares, quia, inquiunt, non de his, ſed de illis fit mentio *in d. cap.* Ita Alterius *loc. cit.*

Sed ego probabilius reſpondeo neutros incidere in

in excommunicationem latam in d. cap. *Fœlicis*. Quia probabilius eſt, nullam, contra præfatos offendentes Papæ, aut Cardinalium familiares, extare in præfato capite excommunicationem: ergo nullus offendens familiares Papæ, ſiue Cardinalium, ſiue aliorum Prælatorum, excommunicationem incurret. Conſequentia eſt euidens. Antecedens verò probatur: quia *in d. cap.* nullum verbum excommunicationis contra ipſos reperitur, ſed tantummodo ſtatuitur, vt offendentibus familiares Papæ, aut Cardinalium imponatur pœna pro qualitate culpæ: *Præmiſſis* (inquit Bonifac. VIII.) *etiam dignum cenſuimus annectendum, vt ſi quiſquam aliquo prædictorum exceſſuum* (ſcilicet, ait Gloſſa, inſecutionis, captionis, aut percuſſionis, aut ſocietatis horum criminum) *quemquam de Clericis, vel Religioſis noſtræ familiæ, vel Cardinalium afficere fortè præſumpſerit: proportionetur pœna delicto, ita quod vindicta ex æquo exceſſu reſpondente, ab offenſa noſtrorum cohibeantur deinceps manus temeraria formidine vltionis, quas Dei, vel noſtra, ſeu fratrum noſtrorum reuerentia non coërcet.* Hucuſque textus. Ex quo, & veritas noſtræ reſponſionis; & reſponſio ad fundamenta oppoſitarum, clarè apparet. Sic Bonacina *diſp.* 1. *q.* 12. *punct.* 2. *num* 12. *verſ. Addunt tamen*, tenet. Et ante illum, ni fallor, Armilla *hic excommun.* 2. *fol. mihi* 109. ibi: Simili pœna plectendi ſunt facientes prædicta Clericis, & Religioſis, familiaribus Papæ, vel Cardinalium. Sic ille.

Quæstio XVI.

An Cardinalis, Epiſcopus, vel Nuncius occidens, mutilans, capiénſve, &c. alium Cardinalem, Epiſcopum, vel Nuntium, excommunicatione huius Canonis afficiatur?

Reſpondeo affici. Quia verè delinquit contra Canonem ligantem omnes homines cuiuſcunque ſexus, & conditionis exiſtant. Sic Vgolin. & Duard. quos affert, & ſequitur Bonacina *diſput.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 3. *num.* 2. & colligitur ex dictis in ſimili *ſuprà diſp.* 10. *quæſt.* 17.

Quæstio XVII.

An Cardinalis, ſeu Epiſcopus, &c. ſe ipſum vulnerans, aut percutiens, excommunicationi huius Canonis ſubijciatur?

Negat Bonacina *loc. cit. n.* 3. & negabunt etiam illi, qui exiſtimant non ſubiici excommunicationi Canonis, *Si quis ſuadente*, Clericum, qui in ſeipſum manus violentas iniicit, de quo *infrà*. Bonacinam ſequitur Diana *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 81. *& part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 84.

Sed probabilius reſpondeo ſubiici excommunicationi huius Canonis. Quia præfatus, verè exercet actionem in hoc Canone interdictam ſub excommunicatione. Sic Tabiena *excommunic.* 5. *caſu* 1. *num.* 32. Vgolinus *hic cap.* 11. §. 1. *num.* 1. Duardus *hic q.* 8. *n.* 8. *& q.* 22. *n.* 2.

Quæstio XVIII.

An occidens, aut percutiens Cardinalem, ſeu Epiſcopum, turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia, hanc excommunicationem incurrat?

Affirmat Alterius *lib.* 5. *diſput.* 12. *cap.* 5. *dubit.* 3. *pag.* 621. quem citat, ac ſequitur Bonac. *diſp.* 1. *q.* 12. *punct.* 3. *n.* 5. Quia (inquit) hic Canon abſolutè excommunicat offendentes Cardinales, & alios Prælatos in eo expreſſos abſque exceptione cauſarum in *cap. Si verò* 1. *&* 2. *de ſententia excommun.* ergo fruſtrà excipiuntur præaſſignatæ cauſæ.

Sed probabilius reſpondeo: Non incurrere in præaſſignatis caſibus excommunicationem. Quia qui in illis incontinenti Cardinalem, aut Epiſcopum, *&c.* percutit, non præſumitur percutere, ſuadente diabolo, ſed ex vehementi paſſionis impetu, quaſi proprium honorem quodammodo tuendo, & ideò non videtur agere contra Canonem contumaciter. Sic Duardus, & Vgolinus *loc. cit.* & apud Bonacinam, Viualdus *hic num.* 5. Sed hic author in impreſſione antiqua nil de hac quæſtione agit.

Quæstio XIX.

An mandans, ratum habens, conſulens, fauens, & auxilians præfata delicta, in excommunicationem incidant?

Reſpondeo affirmatiuè, quia id conſtat ex ipſomet textu Canonis, vt habes *ſupr. quæſt.* 1. Sic omnes Doctores, inter quos legatur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 12. *cap.* 6. vbi *in principio*, ſic ait: Ex narratis verbis Canonis colliguntur quinque actiones damnatæ ſub eadem cenſura excommunicationis in ordine ad illas nouem actiones principales. *Prima* eſt, mandare. *Secunda*, ratum habere. *Tertia*, præſtare auxilium *Quarta*, dare conſilium. *Quinta*, fauorem præbere alteri, vt interficiat, mutilet, vulneret, vel aliam ex actionibus prohibitis, committat in Cardinalem, Patriarcham, Archiepiſcopum, Epiſcopum, Legatum, aut Nuncium Apoſtolicum. Sic ille.

Disputatio XII.

De duodecima Excommunicatione lata contra offendentes recurrentes ad Romanam Curiam, ſuper eorum cauſis, & negotijs.

Quæstio Prima.

Contra quos lata ſit hæc Excommunicatio?

Reſpondeo ex textu Canonis, quod contra *omnes illos, qui per ſe, vel per alios, perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorúmque Geſtatores, Aduocatos, Procuratores, & Agentes; ſeu etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi, occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant, ſeu qui per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè delicta huiuſmodi committere, Exequi, vel Procurare, aut eiſdem, Auxilium, Conſilium, vel Fauorem, præſtare non verentur, cuiuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.* Sic Canon.

Ex quo conſtat, quod excommunicatio huius Canonis fertur contra omnes perſonas cuiuſcunque conditionis, gradus, præeminentiæ & dignitatis exiſtant, exercentes contra nouem genera perſonarum, nempe, Contra Recurrentes ad Curiam Romanam, ſuper cauſis & negotiis eorum. Contra Proſequentes eaſdem cauſas in Romana Curia. Contra Procurantes in iiſdem cauſis. Contra Geſtatores negotiorum. Contra

Digitized by Google

tra Aduocatos. Contra Procuratores. Contra Agentes ipſorum. Contra deputatos ſuper dictis cauſis, & denique contra Iudices ſuper iiſdem, aliquam actionem ex ſeptem in dicto Canone prohibitis, quæ ſunt; Occidere, Percutere, Spoliare, Committere per ſe, vel per alium, directè, vel indirectè eiuſmodi delicta, Exequi, Procurare, & denique in iiſdem Præſtare auxilium, Conſilium, & Fauorem. Sic omnes in præſentiarum.

QVÆSTIO II.

In quo diſtinguatur hæc cenſura ab alia, in ordine, nona?

RESpondeo diſtingui in hoc, quod in illa excommunicantur offendentes eos, qui veniunt ad Curiam, vel recedunt ab ea, dum adhuc ſunt in itinere, & eos, qui eoſdem morantes in Curia, ſine ſpeciali iuriſdictione, iudicant, & puniunt pœnis corporalibus. At in hac, excommunicantur offendentes eos, qui recurrunt ad Sedem Apoſtolicam, ſiue veniant ipſi in perſona, ſiue non, ſiue ſint in Curia, ſiue alibi. Et prætetea offendentes Aduocatos ipſorum, Procuratores, &c. Ac tandem, excommunicantur qui ad hæc facienda directè, vel indirectè cooperantur, aut auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare præſumunt. Legantur Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 7. *quæſ.* 10. *n.* 180. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 13. *in principio*. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 13. etiam *in principio*. Palao *diſp.* 3. *punct.* 13. *n.* 4.

QVÆSTIO III.

An incurrant excommunicationem huius Canonis, illi, qui occidunt, ſeu percutiunt, ſpoliántve recurrentes ad Curiam ſuper eorum cauſis; caſu, quo, ex alijs motiuis, & occaſionibus, eos occidant, percutiántve, &c.

RESpondeo tanquam certum: Non incurrere excommunicationem huius Canonis, (quamuis non euitent illam, quæ lata eſt Canone nono contra offendentes eos, qui ad Sedem Apoſtolicam proficiſcuntur, vt habitum eſt *ſuprà diſp.* 9.) Ratio eſt, quia in caſu aſſignato ceſſat ratio formalis huius excommunicationis. Sic Viuald. *hic n. mihi* 92. his verbis: Tertiò nota, quod ſi quis aliquam dictarum perſonarum, zelotypiæ, ludi, alteriúſve litis, vel negotij occaſione, occiderit, percuſſerit, vel ſpoliauerit, non incurret excommunicationem; quia dicitur in Bulla; *occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi.* Sic ille. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 13. *c.* 2. *verſ. Ex dictis patet, pag.* 645. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 73. Filliuc. *loc. cit. n.* 173. Vgol. Sayrus, Reginaldus, Graffius, & alij, quos citat ac ſequitur Bonac. *q.* 13. *cit. punct.* 1. *n.* 7. & *punct.* 2. *n.* 3. Palao *punct.* 13. *cit. n.* 3. *verſ. Præterea,* & communis.

QVÆSTIO IV.

An recurrens ad Curiam pro ſuis negotijs, gaudeat priuilegio huius Canonis, caſu quo ipſis iam abſolutis, & finitis, in ſuam domum ſit reuerſus?

RESpondeo non gaudere, quia huiuſmodi priuilegium ſolùm eſt conceſſum recurrentibus ad Sedem Apoſtolicam pro ſuis cauſis, & negotiis: at qui iam abſoluta cauſa, reuerſus eſt in domum ſuam, non dicitur iam recurrens: ergo. Ex quo ſequitur, quod ille, qui prædictum occurrentem, peractis cauſis, & negotiis occidit, non ſubiiciatur huic excommunicationi, etiamſi illum occidat intuitu negotiorum. Sic Souſa *diſp.* 68. *n.* 3. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 13. *punct.* 2. *n.* 4. Palao *diſp.* 3. *punct.* 13. *n.* 7.

QVÆSTIO V.

An ſaltem gaudeat priuilegio huius Canonis recurrens ad Curiam, dum ad ſuam domum reuertitur?

NEgat adhuc Bonacina *loc. cit. n.* 5. Quia qui negotium, & cauſam abſoluit, non dicitur amplius recurrens ad Sedem Apoſtolicam, ſeu eius Curiam: ergo clarè ſequitur, illum, abſolutis negotiis, non gaudere priuilegio huius Canonis, etiamſi domum nondum redierit. Negat etiam Palao *loc. cit.*

Sed probabilius reſpondeo gaudere in eo caſu, Et conſequenter in excommunicationem hanc incidere non minus eos, qui offendunt recedentes à Curia finitis ſuis cauſis, & negotiis; quam ſi offenderent recurrentes, vel in ea manentes. Ratio eſt, tum quia priuilegium conceſſum alicui veniendi, intelligitur eo ipſo conceſſum ad recedendum *cap. fin. de treug. & pac.* & *ibi* Abbas. Felin. & alij DD. Tum etiam, quia quamuis in hoc Canone non fiat mentio de recedentibus, ſed ſolùm de recurrentibus, affirmandum eſt nihilominus, priuilegium eſſe etiam conceſſum recedentibus à Curia: quia ſi huiuſmodi recedentes à Curia non gauderent priuilegio huius Canonis, quando ab ea recedunt, hæc conſtitutio careret fine ſuo, qui eſt, vt vnicuique tutò, & abſque vllo timore pro ſuis cauſis, & negotiis ad Curiam Rom. confugere liceat: nam, vt benè Abbas in cap. *Ego N. n.* 21. *de iureiur.* Non ſecurè venit, qui tutò redire non poteſt. (Addo, quod in omnium ſententia, non euitaret excommunicationem Canonis noui, qui offenderet recedentes à Sede Apoſtolica, iuxta dicta à nobis *diſp.* 9.) Sic latè, & optimè Alterius *lib.* 5. *diſp.* 13. *cap.* 3. *verſ. Quæret aliquis.* Vgolinus *hic verſ. Ac illa.* Duardus *q.* 8. & Anton. de Souſa *loc. cit.*

QVÆSTIO VI.

An ad incurrendam excommunicationem huius Canonis, opus ſit, vt prædictæ actiones, fiant authoritate iudiciaria laica?

AFfirmatiuam ſententiam tenuiſſe Caietanum, ait Nauarrus *infrà* citandus; ſed non aſſignat locum. Nec inuenit Suarez. Et certè *in verb. excommun. cap.* 15. vbi hunc Canonem exponit, id non dicit. Imò ait, hanc cenſuram quoad perſonas offendentes eſſe vniuerſalem. Qua propter Alterius *vbi infrà*, pro negatiua parte Caietanum citat.

Vnde tanquam certum reſpondeo: Non eſſe opus ad incurſionem excommunicationis huius Canonis, vt prædictæ actiones fiant auctoritate iudiciaria laica: ſed ſufficere ſi committantur etiam à priuata perſona, vel Eccleſiaſtica. Quia verba Canonis ſunt vniuerſalia: ergo vniuerſaliter ſunt intelligenda: ergo ad incurrendam eius cenſuram ſufficiet, vt prædictæ actiones, ſeu impedimenta publica, ſeu iudiciaria authoritate laica, ſiue priuata, aut Eccleſiaſtica fiant. Sic Nauarr. *c.* 27. *n.* 68. *verſ. Quinta.* Rebuffus *hic art* 9. Alterius *diſp.* 13. *cit. cap.* 1. *verſ. Quare, pag.* 645. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 73. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 7. *quæſ.* 10.

QVÆSTIO VII.

An qui iniuſtè occidit, ſeu percutit, aut ſpoliat illum, qui iniuſtè recurrit ad Sedem Apoſtolicam, excommunicationem huius Canonis incurrat?

NEgant illam incurrere, qui occidit, ſeu percutit illum, quem certò conſtat non habere in foro

contientiæ;

conſcientiæ, ſeu externo, ius confugiendi ad Sedem Apoſtolicam, Rebuff. *art.9.in verb. Recurrentes.* Reginald. *lib.9.n.*319. Duard. *q.9. verſ. Quintò*, & Souſa *c.*13.*diſp.*69.*n.*5.*& ſeq.*

Sed probabiliùs reſpondeo incurrere excommunicationem hanc. Quia huiuſmodi Canon abſolutè, & indiſtinctè loquitur de recurrentibus ad Romanam Curiam ob cauſas, ſeu negotia: ergo indiſtinctè intelligendus eſt, cap. *ſolitæ, §.fin. de maiorit.& obed.* Tum, quia fieri poteſt, vt recurrens, bona fide recurrat, putans ſe iuſtam proſequi cauſam: ergo par eſt, vt priuilegio huius Canonis protegatur. Sic omnino Bonac. *diſp.*1.*q.*13.*punct.*3. *n.*3. & ante illum, Alterius *lib.*5. *diſp.*13.*cap.*5.*verſ. Petrus Rebuffus.* vbi ait ſententiam contrariam carere fundamento. Vgolinus *hic* §.1.*n.*3. *verſ. Septimò.*

Qvæstio VIII.

An ratas habens actiones in hoc Canone prohibitas, vinculo huius excommunicationis ligetur?

AFfirmat Alterius *lib.*5.*diſput.*13.*cap.*1.*col.*2.*verſ. Quæret quis*, caſu, quo commiſſum fuerit delictum nomine illius, qui poſtea illud ratum habet, ita vt poſtquam factum fuerit comprobet, & placeat.

Sed probabiliùs reſpondeo non ligari. Tum, quia in hoc Canone nulla fit mentio de ratihabitione. Tum etiam, quia licèt ratihabitio æquiparetur mandato, habeátque vim mandati virtualis, iuxta *regul. ratihabitionem, de regul.iur.in* 6. hoc tamen ſolùm habet verum in contractibus, non verò in delictis cum ratihabitio ſit poſterior delicto commiſſo, & ſic in illud poſitiuè influere nequeat. Vnde etiamſi mandantes prædictas in Canone prohibitas actiones, videantur comprehendi illis verbis, *Per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè*, non tamen ex eo licet inferre, vt Alterius infert, etiam comprehendi ratum habentes, ob rationem dictam. Sic Vgolinus *hic* §.1.*num.* 1. *verſ. Item locum.* Duardus *can.*11.*quæſt.*9. *num.*5. Fillhucius *tract.*16.*cap.*7.*q.*12.*dicto* 2.*n.*181. Bonacina *hic diſp.*1. *quæſt.*13.*punct.*3.*num.*7. Palao *diſp.*3.*punct.*13.*num.*10. & communis.

Qvæstio IX.

An non impediens præfata fieri delicta, vinculo huius cenſuræ obſtringatur?

AFfirmant obſtringi, caſu, quo perſona non impediens, cum poſſit, ſit publica; aut etiam priuata, ſi tales actiones fieri, dolo malo permittat, Alterius *diſp.*13.*cit.cap.*2.*dub.*3. Duardus *loc.cit.num.*7. & Fillhucius *num.*182. ita dicens: Scientes aliquem, qui velit, v. g. occidere, aut ſpoliare prædictos, ſiquidem teneatur ex officio, vel doloſè non ſuccurrat, probabile eſt etiam incurrere; quia cenſentur fauere: non alij, qui tantum ſciunt, ſed non tenentur ex officio, quia non cenſentur propterea fautores. Ita ille.

Sed probabiliùs reſpondeo non obſtringi. Ratio eſt, inquit Bonacina, quia ad hanc cenſuram incurrendam, neceſſarius videtur actus aliquis poſitiuus in crimen prohibitum, vt examinanti verba textus liquidò conſtabit. Qui autem non impedit, nullum poſitiuum actum in crimen prohibitum exercet; cùm negatiuè ſe habeat, nec magis in delictum influat, non impediendo prauo animo, quàm ex ſola culpabili negligentia. Hoc tamen intelligitur, modò quaſi auctoritatiuè non aſſiſtat, tunc enim delinquens animoſior fit ad delictum patrandum, & conſequenter aſſiſtens cenſetur auxilium, vel fauorem præſtare. Hucuſque ille *diſp.*1.*q.*13. *punct.*3.*n.*8. quem citat, & ſequitur Palao *diſp.*3.*punct.*13.*n.*11.

DISPVTATIO XIII.

De decimatertia Excommunicatione, lata contra appellantes, à grauamine, aut executione literarum Apoſtolicarum, ad laicam poteſtatem.

Qvæstio Vnica.

Contra quos lata ſit hæc Excommunicatio?

REspondeo ex textu Canonis, quod lata ſit contra *omnes tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares cuiuſque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione literarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium; necnon Citationum, Inhibitionum, Sequeſtrorum, Monitoriorum, Proceſſuum executerialium, & aliorum decretorum à Nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus Palatij noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſarijs, aliiſque Iudicibus &* Delegatis *Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias, ad Curias ſeculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti; ac Literas, Citationes, Inhibitiones, Sequeſtra, Monitoria, & alia prædicta, capi, & retinere faciunt. Quive illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine, executioni demandari; aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi literarum, & proceſſuum executione, inſtrumenta, vel acta conficere aut cõfecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent: Ac etiam partes, ſeu eorum Agẽtes, cõſanguineos, affines, familiares, Notarios, Executores, & Subexecutores literarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum, capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent; ex ciuitatibus, locis, & regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè: Quive aliàs quibuſcumque perſonis, in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſvis eorum negotij proſequendis, ſeu gratijs, vel literis impetrandis, ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant; ſeu gratias ipſas, vel literas à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præſumunt.* Hæc Canon.

Ex quo conſtat, hanc excommunicationem continere tres partes. *Prima*, contra eos, qui prætextu friuolæ appellationis recurrunt ad Curias ſæculares, ad quas appellant à grauamine, vel futura executione literarum Apoſtolicarum. Et hæc pars continetur vſque ad illa verba; *capi, & retineri faciunt.*

Secunda pars, eſt contra ipſos Magiſtratus prohibentes prædictas literas Apoſtolicas executioni mandari, ſiue ſimpliciter, ſiue ſine eorum beneplacito, & contra impedientes, ſeu prohibenes acta confici, ſeu inſtrumenta, & alia huiuſmodi ſuper executione dictarum literarum. Et hæc pars continetur, vſque ad illa verba, *Publicè, vel occultè.*

Tertia tandem eſt contra eos, qui prohibent directè vel indirectè, accedentes ad Romanam Curiam pro negotiis

Digitized by Google

negotiis proſequendis, gratiis, vel literis impetrandis; vel ne impetratis vtantur; vel dictas literas apud ſe, vel apud alios quomodolibet retinere præſumunt.

Quia materia huius Cenſuræ eſt grauiſſima, & à multis hoc tempore diſputata in Hiſpania, libenter de ea tractare, ſecutus Suarium, omitto. Legantur Alterius, Filliuc. Bonac. & alij DD. hic.

DISPVTATIO XIV.

De decimaquarta Excommunicatione, lata contra eos, qui cauſas ſpirituales commiſſas à Papa, virtute Literarum Apoſtolicarum, ad ſe aduocant, vt illarum executionem impediant.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quos lata ſit hæc Excommunicatio?

RESPONDEO ex textu Canonis; Quod contra *omnes & ſingulos, qui per ſe, vel alios, auctoritate propria, ac de facto, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Literarum Apoſtolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas, ab Auditoribus & Commiſſariis noſtris, aliiſque Iudicibus Eccleſiaſticis auocant, illorumque curſum & audientiam, ac perſonas, Capitula, Conuentus, Collegia, cauſas ipſas proſequi volentes impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt. Quive partes actrices, quæ illas* (ſcilicet cauſas) *committi fecerunt & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum, vel conſentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à Cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui, per ſtatutum, vel aliàs compellunt, vel executionem literarum Apoſtolicarum, ſeu executorialium, proceſſuum, & decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel ſuum ad id fauorem, conſilium, aut aſſenſum præſtant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætentionum, ſeu etiam donec ipſi ad nos informandos, vt dicunt, ſupplicauerint, aut ſupplicari fecerint, niſi ſupplicationes huiuſmodi coram nobis, & Sede Apoſtolica legitimè proſequantur; etiamſi talia Committentes fuerint Præſides Cancellariarum, Conſiliorum, Parlamentorum; Cancellarij, Vicecancellarij, Conſiliarij, Ordinarij, vel Extraordinarij, quorumcunque Principum ſæcularium, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij, ſeu Vicarij fuerint.* Huc vſque textus. Quem non poſſe melius exponi, quàm ad literam referendo, ait Suarez *hic, diſput.* 21. *ſect.* 2. *n.* 75. & ideo, ita facit, & alij plures cum eo. Legatur Palao *tom.* 6. *diſp.* 3. *de Ceſur. puncto* 15.

QVÆSTIO II.

Quæ ſit materia; quæ actiones; & quæ perſonæ comprehenſæ in hac Excommunicatione?

RESPONDEO: Quod materia eſt ſacrilegium, quo Sedes Apoſtolica in ſua iuriſdictione violatur, per has ſex actiones principales in hoc Canone expreſſas. *Prima eſt*, auctoritate propria auocare cauſas ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas, ad ſe ab Auditoribus & Commiſſariis Sedis Apoſtolicæ, & aliis Iudicibus Eccleſiaſticis. *Secundà*, impedire curſum earundem, & perſonas, vel capitula, &c. proſequi eas volentes. *Tertia*, interponere ſe tanquam Iudices in cognitione earumdem cauſarum. *Quartà*, compellere partes actrices, quæ cauſas prædictas Iudici Eccleſiaſtico committi fecerunt, ad reuocandas citationes, inhibitiones, & alias literas decretas in huiuſmodi cauſis. *Quinta*, compellere eaſdem partes ad faciendum eos abſolui à Cenſuris, contra quos emanarunt tales inhibitiones. *Et ſexta*, impedire executionem literarum Apoſtolicarum, executorialium, proceſſuum, & decretorum quomodolibet. His accedunt tres actiones acceſſoriæ, quæ ſunt, præſtare fauorem, conſilium, & aſſenſum. Perſonæ autem quæ prohibentur dictas actiones exercere, ſunt omnes; quamuis principales nouem; nempe, Præſidentes Cancellariarum, Conſiliorum, & Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Conſiliarij tàm ordinarij, quàm extraordinarij quorumcunque Principum: Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Commendatarij & Vicarij, & hi omnes, ſiue per ſe, ſiue per alios, prædictas actiones exerceant. Sic Filliuc. *tr.* 16. *c.* 10. *à n.* 250. Legantur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 15. *c.* 1. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 15. *punct.* 1. Palao *punct.* 15. *cit.*

QVÆSTIO III.

An incidant in excommunicationem huius Canonis, qui auocant ad ſe, à dictis Eccleſiaſticis Iudicibus, cauſas non ſpirituales, ſed temporales?

RESPONDEO tanquam certum: Non incidere. Quia in Canone ſolùm exprimuntur cauſę ſpirituales, aut ſpiritualibus annexæ: ergo per illum non prohibentur cauſæ temporales; nam vbi aliqua expreſsè prohibentur, alia conceſſa videntur, ſi in prohibitis & omiſſis non ſit eadem ratio. *l. Maritus. C. de Procur. l. Cum Prætor. ff. de Iudic.* Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 15. *c.* 1. *verſ. Hinc ſequitur.* Palao *diſp.* 3. *punct.* 15. *n.* 8. & 9.

QVÆSTIO IV.

An ad incurrendam excommunicationem huius Canonis opus ſit, vt aduocentur ad ſæculare Tribunal cauſæ, quæ iam coram Eccleſiaſtico Tribunali erant introductæ?

NEgatiuam ſententiam amplecti Vgolinum *hîc, capite* 14. §. 1. *verſu, Septimò.* & Filliucium *tractatu* 15. *capite* 10. *numero* 253. & alios, dicit Bonacina, *vbi infrà.* Sed non omni ex parte benè. Quia ex his, Filliucius, ſaltem, ſolum ait, quod non modo prohibetur auocatio ad ſe cauſarum iam pendentium apud Eccleſiaſticos Iudices, verùm etiam ſi quis prohibeat Eccleſiaſticis Iudicibus, ne procedant in cognoſcendis talibus cauſis, aut partibus ipſis ne proſequantur coram dictis Iudicibus, incidet in hanc Cenſuram. Hæc Filliuc. Et benè, vt conſtat ex habitis *quæſtione* 2. Sed non negat, quæ illi imponit Bonacina. Vnde

Omnino reſpondeo: dicendum opus eſſe ad incurrendam hanc excommunicationem per actionem auocandi cauſas ſpirituales ad ſæculare Tribunal, quod prius coram Tribunali Eccleſiaſtico ſint introductæ. Ratio eſt, quia aliàs non dicerentur illæ à Iudicibus Eccleſiaſticis auocari, quod expreſsè exigit Canon: ergo. Sic Duardus *hîc, quæſtione* 5. *num.* 30. Bonacina *diſputatione* 1. *quæſtione* 15. *puncto* 1. *num.* 3. *verſ. Secundò ſequitur.*

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

An vt Magiſtratus ſæcularis incurrat hanc Cēſuram, auocando cauſas ſpirituales ab Auditoribus Sedis Apoſtolicæ, neceſſè ſit, vt hoc faciat auctoritate iudiciaria, & etiam prætextu priuilegiorum & gratiarum, quas prætendit à Sede Apoſtolica obtinuiſſe?

NEgat Alterius *lib.* 15. *diſp.* 15. *c.* 1. *col.* 2. *verſ. Quarumcumque exemptionum* exiſtimantes ad incurrendam quem dictam Cenſuram vnum, aut alterum ſufficere, nempe, aut quod dictam actionem auocandi, exerceat prætextu priuilegiorum, exemptionum, aut gratiarum Apoſtolicarum, aut ſolùm ex mera ipſius voluntate, abſque vllo prætextu exemptionum, &c. Quia aliàs (inquiunt) non fuiſſet ſatis prouiſum expeditionum cauſarum ſpiritualium.

Sed probabilius reſpondeo: Vtrumque eſſe neceſſarium vt dictus Magiſtratus incurrat huius Canonis Cenſuram, per auocationem cauſarum ſpiritualium videlicet, & quod hoc faciat auctoritate iudiciaria, & ſimul etiam prætextu exemptionum, gratiarum, ſeu literarum Apoſtolicarum. Quia in textu clarè id habetur, ibi: *Auctoritate propria, & de facto, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apoſtolicarum prætextu:* ergo. Sic Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 75. vbi explicans præfata Canonis verba, ita ait: In quibus verbis illud ſolùm aduertendum eſt, hîc ſolùm excommunicari eos, qui auctoritate iudiciaria hoc faciunt, & prætextu literarum Apoſtolicarum. Vtrumque enim ſub particula copulatiua proponitur. Vnde hæc clauſula, vel ſupponit tales literas, vel gratias Apoſtolicas nullas eſſe, ſed falsò confingi; aut certè eas reuocat quæcunque illæ fuerint. Hæc Suarez. Coriolanus *hic, verſ. Benè verum.* Bonac. *q.* 15. *cit puncto* 1. *num.* 6. vbi citat etiam Filliucium *tractatu* 16. *capite* 10. *quæſtione* 2. *numero* 244. Sic etiam Palao *diſputat.* 3. *puncto* 15. *n.* 15. & penes illum Sayrus *lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 5. Regin. *lib.* 9. *n.* 335. & Duard. *Canone* 14. *q.* 3. *n.* 1.

QVÆSTIO V.

An Aduocatio cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis, ſit ſub hac excommunicatione non ſolùm caſu, quo fiat auctoritate laica, ſed etiam caſu, quo fiat auctoritate Eccleſiaſtica?

AFfirmant Reginald. *lib.* 9. *c.* 22. *n.* 335. & Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 10. *q.* 2. *num.* 243. Qui pro ſe citat Sayrum *hic n.* 5. & alios recentiores, exiſtimantes, auocationem cauſarum dictarum à Iudicibus Eccleſiaſticis, eſſe ſub excommunicatione vetitam, ſiue fiat auctoritate laica (in quo omnes conueniunt) ſiue auctoritate Eccleſiaſtica. Quia Canon generaliter, & ſine exceptione loquitur de omnibus auocantibus, ſine debita auctoritate, cauſas apud Iudicem Eccleſiaſticum pendentes: ergo

Negant verò contrà Nauarr. *cap.* 27. *n.* 70. & Sebaſtianus Medices *in ſumm. tit.* 9. *q.* 78. *n.* 18. & apud Bonacinam, Sayrus loco à Filliucio pro ſua ſententia adducto, nempe *lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 5. arbitrantes, auocationem cauſarum à Iudicibus Eccleſiaſticis, vetitam in hoc Canone, eſſe ſolùm caſu, quo fiat auctoritate laica. Quia huiuſmodi ſolùm eſt editus contra eos, qui laica fungentes poteſtate, Eccleſiaſticam iuriſdictionem ſibi vſurpant prætextu exemptionum, & literarum Apoſtolicarum.

Sed clariùs concordando ambas ſententias. Sic reſpondeo. *Primo*, certum eſt quod auocatio cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis facta ab eo qui fungitur dumtaxat auctoritate laica, à vt Principe, Rege, &c. eſt vetita in hoc Canone ſub excommunicatione, vt conſtat ex ipſiuſmet textu. In hoc conueniunt omnes.

Reſpondeo. *Secundò.* Auocatio prædicta, facta ab habente iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vt à Cardinali, vel ab Epiſcopo, vt tales ſimpliciter ſunt, hoc eſt, quatenus Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercent, non eſt vetita ſub excommunicatione in hoc Canone. Hæc reſponſio conuincitur ex ratione ſecundæ ſententiæ.

Reſpondeo *Tertiò.* Auocatio facta ab eo qui iuriſdictionem Eccleſiaſticam habet, non verò quatenus Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercet, ſed quatenus laïca auctoritate fungitur, eſt vetita in hoc Canone. Quia hæc auocatio verè & ſimpliciter fit auctoritate laica. Sic ſentit Bonac. *diſp.* 1. *q.* 15 *puncto* 1. *n.* 5. his verbis: Si auocatio fit per eum, qui fungitur auctoritate laica, perſpicuum eſt ſufficere ad incurrendam huius Canonis excommunicationem, etiam ſi fiat ab eo, qui aliàs habet iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vt ſi auocatio fiat ab Epiſcopo, vel Cardinali, qui iure patrimonij laicalem Principatum habet, aut in Curia ſæcularis Principis temporalem adminiſtrat iuriſdictionem. Ratio eſt, tùm quia hic offendit Eccleſiam, vel Sedem Apoſtolicam introductione alienæ poteſtatis. Tùm etiam, quia in hoc Canone ſermo eſt etiam de Epiſcopis, Archiepiſcopis, Abbatibus, & Vicariis, &c. Sed iſti non comprehenduntur quatenus Eccleſiaſticam iuriſdictionem exercent: ergo ſaltem comprehenduntur, quatenus laica poteſtate funguntur. Huc vſque Bonacina. Et ante illum Suarez *diſp.* 21 *ſect.* 2. *n.* 76. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 15. *c.* 1. *col.* 1. *verſ. Omnes, & ſingulos.* Souſa *c.* 15. *diſp.* 77. *n.* 1. & 4. & Duar. *hic, q.* 4. *n.* 1. Palao *diſp.* 3 *puncto* 15. *n.* 9.

QVÆSTIO VI.

An Auocatio cauſarum ſpiritualium ſit vetita ſub excommunicatione huius Canonis, non ſolùm, ſi cauſa dicta auocentur à Iudicibus Sedis Apoſtolicæ; verùm etiam, ſi auocentur ab alijs Iudicibus Eccleſiaſticis?

NEgant aliqui Doctores, docentes, ſolùm auocationem cauſarum ſpiritualium à Iudicibus Eccleſiaſticis Sedis Apoſtolicæ, non ab aliis, eſſe vetitam ſub excommunicatione huius Canonis. Quia materia huius excommunicationis eſt ſacrilegium, quo Sedes Apoſtolica in ſua iuriſdictione violatur, vt *ſup. q.* 2. eſt habitum: ac ſic eſt, quod auocatio cauſarum à Iudicibus, qui non ſunt Iudices Sedis Apoſtolicæ, non eſt ſacrilegium, quo Sedis Apoſtolicæ iuriſdictio violatur: ergo. Ita Alterius *lib.* 5. *diſp.* 15. *cap.* 1. *col.* 4. *verſ. Sed poſtulabit.* (Quamuis attentè ſit legendus propter defectum Tipographi.) Vgol. *hic* §. 1. *verſ. Tertiò excommunicationem.* Bonacina *diſp.* 1. *q.* 15. *puncto* 1. *n.* 7. & Palao *diſp.* 3. *puncto* 15. *n.* 8.

Sed probabilius reſpondeo: Dictam auocationem eſſe vetitam, non ſolùm caſu, quo cauſæ ſpirituales auocentur à Iudicibus à Sede Apoſtolica deputatis; ſed etiam ſi auocentur ab alijs Iudicibus Eccleſiaſticis, ſeu aliarum inferiorum Eccleſiarum. *Primò.* Quia Canon generaliter loquitur de auocatione cauſarum à Iudicibus Eccleſiaſticis: ergo generaliter eſt de omnibus Eccleſiaſticis intelligendus

Quia probabilius eſt per hunc Canonem voluiſſe Pontificem conſulere iuriſdictioni ſuæ Sedis, & etiam aliarum inferiorum Eccleſiarum: ergo. Sic Filliuc. *tractatu* 16. *capite* 10. *quæſtione* 1. *numero* 250. Souſa *hic c.* 15. *num.* 1. & Duard. *Canone* 14. *q.* 7. *numero* 1.

&

&eſſe probabiliſſimam ſententiam, & fauorabiliorem Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, fatetur Bonac. *loc.cit.*

QVÆSTIO VII.

An impediens cauſarum ſpiritualium curſum, proſecutionem, audientiam, necnon perſonas, Capitula, &c. cauſas ipſas proſequi volentes incurrat hanc excommunicationem; niſi etiam, ſe tanquam Iudicem in earum cognitione interponat?

NEgat Bonac. *hic, diſp.* 1. *q.* 15. *punct.* 1. *n.* 14. docens, eum qui tantum impedit curſum dictarum cauſarum, non affici excommunicatione huius Canonis, niſi etiam ſe tanquam Iudicem in prædictarum cognitione interponat. Quia Pontifex loquitur per particulam, *Ac*, quæ ſimultatem requirit. Quam ſententiam innuere Alterium *loc.cit.cap.* 2. *verſ. Ac ſe*, affirmat ipſe.

Sed probabilius reſpondeo: Incurrere excommunicationem huius Canonis, impediendo cauſarum ſpiritualium curſum, proſecutionem, &c. etiamſi non ſe interponat tanquam Iudicem in earum cognitione. Quia probabilius eſt, ob ſolam impeditionem curſus, aut proſecutionis, &c. cauſarum ſpiritualium, abſque vllo alio adminiculo, incurri hanc Cenſuram, patet *Primò* quia actio impediendi curſum cauſarum diſtincta eſt ab actione interponendi ſe vt iudicem ad cognoſcendas huiuſmodi cauſas, vt expreſsè docet, eas diſtinguendo Alterius *c.* 2. à Bonac. *cit. verſ. Secunda actio, & verſ. Tertia actio.*

Secundò. Quia, vt docet ipſemet Alterius *loc.cit.c.* 1. *verſ. Secundò quæret aliquis*, Iudices ſæculare, qui auocant cauſas huiuſmodi à iudicibus Sedis Apoſtolicæ incurrunt hanc excommunicationem, etiamſi non ſe immiſceant tanquam Iudices ad illarum cognitionem, eo quod ſola actio auocandi dictas cauſas, eſt diſtincta ab actione interponendi ſe tanquam Iudicem in cognitione illarum cauſarum; ergo idem omnino eſt dicendum de actionibus impediendi curſum cauſarum ſpiritualium; & interponendi ſe vt Iudicem ad dictarum cauſarum cognitionem. Id ergo ſentit Alterius, non oppoſitum, vt vult Bonac.

QVÆSTIO VIII.

An Aduocatus, vel Procurator, qui impedit curſum, ſeu proſecutionem cauſarum ſpiritualium, incidat in Cenſuram huius Canonis?

REſpondeo: Quod non. Quia Canon expreſsè loquitur de Iudice impediente. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 15. *c.* 2. *col.* 2. *verſ. Tertia actio.* Vgol. & Duard. quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.* 1. *cit. q.* 15. *punct.* 1. *n.* 16.

QVÆSTIO IX.

An priuata perſona compellens per vim & metum partes actrices & reuocandas citationes, & inhibitiones, vel ad conſentiendum abſolutioni eorum, contra quos tales inhibitiones & literæ, emanarunt, obſtringatur excommunicatione huius Canonis?

NEgant nonnulli, eo quod exiſtiment ad incurrendam hanc Cenſuram, ob huiuſmodi compulſionem, opus eſſe, vt iſta compulſio auctoritate publica, ſeu iudiciaria fiat & committatur: ergo priuata perſona, quæ per vim & metum compellit partem ad reuocandas citationes, &c. non obſtringitur hac Cenſura. Ita Alterius *cap.* 2. *cit. col.* 2. *verſ. Quarta actio* & Bonac. *punct.* 1. *cit. n.* 19.

Sed probabilius reſpondeo: obſtringi dicta excommunicatione. Quia probabilius eſt, damnari in hoc Canone omnem modum complendi partes, ſiue publica, ſiue priuata auctoritate fiat, vt colligitur ex illis verbis: *per ſtatutum, vel aliàs compellant.* Sic Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 11. *q.* 4. *dicto* 2. *n. in ordine* 263. per errorem 253. ibi: Denique compellentes partes actrices, hoc eſt, vel reum, vel actorum, vel vtrumque, vt reuocent citationes iam decretas, ſiue compellant per ſtatutum, ſiue per mandatum, ſiue tanquam Iudices, ſiue priuatæ perſonæ id faciant, incurrunt hanc Cenſuram. Sic ille. Vgolinus *hic, verſ. Quine partes actrices.* & Duard. *hic, q.* 13. *n.* 8.

QVÆSTIO X.

An qui partes actrices inducit ad curandam abſolutionem aduerſarij, &c. via iudiciaria, vel precibus, aut pecunia, aut alio modo, excluſo vis, & metus, etiam in excommunicationem incidat?

REſpondeo: Non incidere. Quia huiuſmodi inductor, non dicitur compellere partes, quod requiritur ad contrahendam hanc Cenſuram, vt ex textu conſtat. Nam tunc aliquis compelli dicitur, cùm contra voluntatem ſuam. & inuitus ad aliquid agendum inducitur. *cap. Conqueſtus. de foro compet. cap.* 1. *& cap. fin. eod. tit. lib.* 6. Sic Vgolinus *loc. cit.* Alterius *cap.* 2. *cit. col.* 3. *verſ. Infertur ſecundò.* Filliucius *loc. cit.* Duard. *etiam n.* 9. & Bonac. *n.* 20.

QVÆSTIO XI.

An incidat in excommunicationem huius Canonis qui non partes, ſed Iudicem, qui excommunicationem, & alias pœnas pronunciauit, compellit, vt abſolutionem impendat, & alias pœnas reuocet?

REſpondeo: Non incidere. Quia Canon ſolùm loquitur de compellente partes actrices: ergo non licet extendi ad alios. *c. Nonne. de præſum. l. Cum Prætor. ff. de Iudic.* Sic Vgolin. Alterius, Duard. Filliucius, & Bonacina *loc. cit.* Aduertentes tamen, extare contra illos, qui per vim, vel metum extorquent abſolutionem excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ab ipſis Iudicibus, à quibus huiuſmodi Cenſuræ latæ ſunt, excommunicationem latam *in capite vnico. de his, quæ vi, metúſue cauſa fiunt, in* 6. quam incurrunt ipſo facto contrauenientes.

QVÆSTIO XII.

An laici Iudices auocantes cauſas ſpirituales à Iudicibus Eccleſiaſticis, ex priuilegio Sum. Pontificis; à Cenſura huius Canonis excuſentur?

REſpondeo tanquam certum: Excuſari. Quia Canon huiuſmodi claré loquitur de auocantibus auctoritate propria: at qui aliquid ex priuilegio facit, non dicitur facere auctoritate propria, ſed auctoritate concedentis priuilegium: ergo. Sic omnes Doctores. Legatur Bonacina *hic, diſputatione* 1. *quæſtione* 15. *puncto* 3. §. 1.

* *
*

Digitized by Google

Qvæstio XIII.

An Auguſtiſsimus noſter Hiſpaniarum Rex, & eius Magiſtratus, ac Conſiliarij, gaudeant, præfato priuilegio, in cauſis prohibendæ violentiæ, iniuriæ, ſeu damni, itaut virtute illius, licitè auocēt cauſas à Iudicibus Eccleſiaſticis?

NEgat Zauallus *tract. de cognit. per viam violentiæ Gloſſ.* 6. & alijs pluribus in locis, vbi, dum praxim Tribunalis *de la fuerça*, tueri, & à peccato, & Cenſura excuſare conatur, excuſationis cauſam (vt ait Bonac.) aufert, negando Regem Hiſpaniarum, vel ipſius Miniſtros & Magiſtratus hoc facere ex priuilegio, vel ex conſuetudine priuilegio innixa.

Sed oppoſitum, vt verum reſpondeo, dicendo, gaudere dicto priuilegio. Ducor auctoritate ſapientiſſimorum Doctorum id affirmantium, nempe Eminentiſſ. Card. Bellarm. *tr. de Sum. Pontif. contra Braclauum, cap.* 35. *col.* 7. *verſ Addebat.* Bannes 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. Iulij Clari *lib.* 5. *§. vlt. q.* 56. *n.* 26. Menoch. *de retinent, poſſeſſione, remedio* 3. *n.* 354. Quos refert, nec impugnat, Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 15. *puncto* 3. §. 1. *num.* 1. His addi poteſt Filliuc. *tract.* 17. *cap.* 10. *q.* 4. *n. in ordine* 268. (per errorem 258. *Infertur quartò.* ibi: Atque ita Regem Hiſpaniarum habere priuilegium, teſtantur Bannes, & Menochius (*locis citatis*) & de Rege Galliarum Carolus Graſſad. *l.* 2. *Reg. Franc. iure* 5. & 6. quod præſumi poteſt in Regibus alioqui Catholicis, & pijs, & optimè de Eccleſia benemeritis. Sic Filliuc. & benè Ioan. etiam de la Cruz *in ſua ſumma, parte* 1. *præcept.* 8. *q.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 3. Pellantius *de immunit Eccleſ. diſp.* 3. & Suarez etiam *de immunit. libro* 4. *capite* 34. *numero* 43. quos pro hac parte citat Diana, nil definiens, 1. *p. tractatu* 2. *reſolut.* 6. & 3. *p. tractatu* 2. *reſolutione* 64.

Qvæstio XIV.

An Magiſtratus, ſeu Conſiliarij Regis Hiſpaniæ, atque Galliæ, ſiue aliorum Principum, incurrant excommunicationem huius Canonis, detinendo Bullas Apoſtolicas, aut cognoſcendo cauſas Eccleſiaſticas, aut euocando eas à Iudicibus Eccleſiaſticis, ſi id faciant prætextu impediendæ violentiæ, & perturbationis in Republica vitandæ?

AFfirmant Alterius *lib.* 5. *diſp.* 15. *cap.* 3. Azor 1. *p. lib.* 5. *cap* 14. *q.* 6. Duard. *hic q.* 10. Regin. *lib* 9. *cap.* 22. *n.* 338. Filliuc. *tract.* 16. *capite* 10. *quæſt.* 4. per totam ferè. Bonacina *diſput.* 1. *q.* 15. *puncto* 3. §. 4. per totum, qui citat pro hac parte Suarium, Bellarmin. Farinacium & Salas. & id probat latiſſimè, reſpondétque contrarijs ſatis.

Negant verò contrà, alij, id probantes, & ex praxi Cancellariæ Regni Hiſpaniæ, Galliæ, atque Germaniæ, retinentis Bullas Apoſtolicas, maximè circa Beneficia & citationes: & ex authoritate quamplurium Doctiſſimorum Doctorum id exiſtimantium. Ita docet, & probat latè Viuald. *hic, caſu* 14. *à num.* 101. *vſque ad* 110. referens pro hac ſententia Rebuff. Perez, Couarr. pluribus in locis, Montalum, Guillelm. Benedictum, Dueñas, Greg. Lopez, Palacium, & Auendañum ex Iuriſtis. Et ex Theologis Iacobatum *lib.* 8. *de Concil. artic.* 3. *remed.* 6. & *artic.* 12. Turrecremata *libro* 2. *ſumma Eccleſiæ, capite* 102. *artic.* 3. 4. & 5. & *capite* 106 & Caietanum *in opuſc. de auctorit. Papæ, capite,* 27. *ad* 2. & 2. 2. *q.* 39. *art.* 2. *ad* 2. & *q.* 69. *art.* 3. omnes tres Cardinales S. R. E. inſuper victoriam Sylu. Cordubam, Paludanum, & alios plures.

Ego in hac quæſtione, nil aliud, quàm Doctiſſimus Suarez ex ſapientiſſ. Nauarro dixit, dicam. Ait enim ſic, *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 79. in quibus verbis, præſertim notanda ſunt illa: *Etiam prætextu violentiæ prohibendæ:* Hic enim eſt præcipuus titulus, ſub cuius ſpecie ſolent Principes, & eorum Miniſtri nonnulla facere, quæ videntur huic diſpoſitioni contraria. Quod putant ſibi eſſe licitum, quia fit ad impediendum, ne aliquis ſine iuſta cauſa; & abſque vera Summi Pontificis informatione à ſuo beneficio deturbetur, aut aliam ſimilem iniuriam grauem patiatur, quàm poſtea, aut vix, aut nullo modo poſſit reparare. Quod (inquit Nauarrus) *vt, vbique ferè in illis Regnis* (ſcilicet Hiſpaniæ, & Galliæ) *ſeruatur, ita multi iure munire conantur: an verò ſatis muniant, necne, S. D. N. definitioni remitto.* Quod ego nunc faciendum cenſeo. Sic Suarez. Et ego. Alia autem quæ circa hunc Canonem tractari ſolent, conſulens breuitati omitto. Legantur Authores citati.

DISPVTATIO XV.

De decimaquinta Excommunicatione, lata contra trahens perſonas Eccleſiaſticas ad Tribunal ſæculare: & contra facientes ſtatuta, quibus Eccleſiaſtica libertas læditur.

Qvæstio Prima.

Contra quos lata ſit hæc Excommunicatio?

REspondeo: Quod contra omnes trahentes, trahi facientes, aut procurantes trahi directè, vel indirectè perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, & Collegia, ad ſæcularia Tribunalia, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, & Parlamentum: ſiue id faciant ex officio, ſiue ad inſtantiam partis, aut aliorum.

Rurſus contra facientes, ordinantes, & publicantes ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & alia quæuis decreta, quibus tollitur, læditur, deprimitur, ſeu reſtringitur in aliquo, directè, vel indirectè, libertas Eccleſiaſtica; aut præiudicatur iuribus Sedis Apoſtolicæ, aut aliarum Eccleſiarum. Et tandem contra vtentes ſtatutis & ordinationibus contra libertatem Eccleſiaſticam. Sic colligitur apertè ex ipſo textu Canonis, qui ſic ſe habet.

Qui ex prætenſo eorum officio, vel ad inſtantiam partis, aut aliorum quorumcunque, perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conuentus, & Collegia Eccleſiarum quarumcunque, coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Conſilium, vel Parlamentum, præter Iuris Canonici diſpoſitionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore. Necnon, qui Statuta, Ordinationes, Conſtitutiones, Pragmaticas, ſeu quæuis alia Decreta in genere, vel in ſpecie ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint; vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vnde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo reſtringitur; ſeu noſtris, & dictæ Sedis, ac quarumcunque Eccleſiarum iuribus quomodolibet, directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſſe præiudicatur. Sic textus huius decimiquinti Canonis,

qui

qui cum antecedenti connectitur, & cum tribus aliis ſubſequentibus; quia ſub vna eademque forma verborum excommunicationem continente, enunciatur. Legantur Alterius, Bonac. & Filliuc. hîc.

QVÆSTIO II.

An ſi Iudex laicus ſiue ſponte ratione ſui officij, ſiue ad inſtantiam partis recurrentis ad eum trahat aliquam perſonam Eccleſiaſticam ad ſuum Tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrat?

RESpondeo tanquam certum: Incurrere. Quia id intendunt illa verba textus: *Ex pratenſo eorum officio*, hoc eſt ſponte, motu proprio. & nemine inſtante, ſeu ex proprio officio: *vel ad inſtantiam partis.* hoc eſt, vel parte inſtante & Iudicis officium implorante. Sic omnes. Legantur Alterius *lib.* 5. *diſp.* 10. *cap.* 1. Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *puncto* 4. *num* 3. Vgolin. *hic* §. 1. Duard. *Canone* 15. *q.* 2. & Palao *diſp.* 3. *de Cenſuris, puncto* 16. *num.* 3.

QVÆSTIO III.

An Iudex ſæcularis feriatur excommunicatione huius Canonis, caſu quo Clericum ſponte accedentem ad ſuum Tribunal, vt coram eo ſe purget, admittat purgationem, & ſententiam proferat?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Filliucium *tractatu* 16. *cap.* 10. *q.* 6. *n.* 260. *cit.* Bonacina. Et benè certè, cùm id clarè indicet his verbis: Reſpondeo primò, eſſe cognoſcendum quid ſignificet, trahere Eccleſiaſticos ad Tribunal ſæculare. Quatuor enim ſignificat. *Primò*, citare, id eſt, vocare in iudicium præcipiendo, auctoritate ſæcularis iuriſdictionis, vt compareat ad reſpondendum. *Secundò*, Præcipere, vt aliquid ſoluant, vel faciant, vel contra, vt aliquid ne faciant, ſiue ſimpliciter, ſiue cum clauſula iuſtificatiua, *ſi ſenſeris te grauatum. Tertiò*, Per diſtrictionem & capturam perſonalem facere, vt ducantur ad idem Tribunal. *Quartò*, in iudicio præſentes interrogare, iudicare, condemnare. Hæc ille.

Sed probabilius longè reſpondeo: Non feriri Iudicem in caſu aſſignato excommunicatione huius Canonis. Ratio eſt. Quia in hoc Canone excommunicantur, vt vidimus, trahentes, vel trahi facientes, aut procurantes trahere: at in præaſſignato caſu Iudex ſæcularis, nec trahit, nec facit, nec procurat trahi Clericum: ergo vi huius Canonis, non eſt excommunicatus. Minor probatur; quia ille dicitur aliquem trahere ad ſuum iudicium, ſeu Tribunal, qui nolentem, & per vim quaſi, aut coactionem adducit, vt quidam volunt; vel adminus, vt alij, qui ſimpliciter aliquem trahit, ſiue ductus trahatur inuitus, ſiue volens: ergo. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 16. *cap.* 1. *in fine, verſ. Poſtulabit aliquis.* Duard. *Can.* 15. *q.* 10. *n.* 4. Sayrus, quem citat, & ſequitur Bonacina *hic diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *puncto* 4. *n.* 4. Qui benè nihilominus aduertit, quod acta facta à dicto Iudice in eo caſu, ſint irrita & inualida, etiamſi Clericus intendat iuri ſuo cedere; quia hic nequit priuilegio exemptionis, cum conceſſum ſit in honorem ſtatus Eccleſiaſtici, renunciare, *cap. Si diligenti. de foro compet.* Legatur Diana 1. *parte tractatu* 2. *reſolutione* 3. & *parte* 3. *tract.* 1. *reſolutione* 29.

* * *

QVÆSTIO IV.

An Pars, aut eius Procurator, ſeu quæuis alia priuata perſona, quæ curat, & inſtat apud Iudicem ſæcularem, vt Eccleſiaſticos ad ſuum trahat Tribunal, afficiatur excommunicatione huius Canonis?

REſpondeo tanquam certum: Quod non. Quia Canon clarè loquitur de Iudicibus ſæcularibus, *qui ex pratenſo officio, vel ad inſtantiam partis trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant ad ſuum Tribunal, &c.* ergo non eſt extendendus ad alias priuatas perſonas, quæ non agunt auctoritate iudiciaria. Sic Alterius *c.* 1. *cit. verſ. Trahunt, vel trahi faciunt;* & *verſ. Hinc ſequitur. pag. mihi* 680. & 681. Vgol. Duard. & Regin. quos citat, & ſequitur Bonac. *puncto* 4. *cit. n.* 10. & 11. Addit tamen Alterius idem, ac de Iudicibus dicendum eſſe de eorum Miniſtris, quia hi ſunt tanquam pars Iudicum, aut manus Magiſtratus, & ideò hi omnes afficiuntur hac excommunicatione, ſi trahant ad iudicium ſæculare perſonas Eccleſiaſticas, cuiuſcunque generis cauſarum, ciuilium ſcilicet, vel criminalium prætextu. Legantur Diana *parte* 4. *tractatu* 1. *reſolutione* 66. & Bonacina *loco citato numero* 13. Palao *puncto* 16. *numero* 3.

QVÆSTIO V.

An incurrat hãc excommunicationem Iudex ſæcularis qui amicabiliter, & abſque vlla coactione, ſuadet alicui Eccleſiaſtico, vt ad ſuum accedat Tribunal, vt ſedentur lites?

REſpondeo: Non incurrere, quia in eo caſu non dicitur Iudex trahere ad ſuum Tribunal perſonam Eccleſiaſticam, ſaltem vt Iudex, ſeu auctoritatiuè, quod exigit Canon. Sic Bonac. *diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *puncto* 4. *n.* 12. & penes illum, Sayrus, Alterius, Duardus, & Reginald. Sed ex his, Alterius ſolùm ait quod præfatus Iudex fortaſsè non contrahat excommunicationem. Conueniunt tamen omnes, Iudicem præfatum incurrere, ſi auctoritatiuè Eccleſiaſticum ad ſuum Tribunal trahat, minis, ſuaſionibus, vel alio quouis modo, directè, vel indirectè, *vt infrà* diximus.

QVÆSTIO VI.

An Iudex ſæcularis, qui iniquè vexat Clericũ, aut eius Conſanguineos, vel famulos, aut Colonos, vt ſic cogat illum ad ſuum Tribunal, ſit excommunicatus?

REſpondeo tanquam certum: Eſſe excommunicatum. Quia ſic Clericum ad ſuum Tribunal indirectè trahit, quod expreſsè prohibet Canon illis verbis: *Directè, vel indirectè, quouis quæſito colore.* Sic Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 78. Alterius *libro* 5. *diſput.* 16. *capite* 1. *verſ. Hinc ſequitur pag.* 681. Vgolinus *hic* §. 1. *n.* 2. Filliuc. *tract.* 16. *c.* 10. *n.* 261. Duard. *q.* 12. *num.* 1. Bonac. *loc. cit. n.* 15. & 16.

QVÆSTIO VII.

An non ſolum Iudex laicus, ſed etiam Eccleſiaſticus trahens iuriſdictione laica, perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum Tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrat?

REſpondeo: Incurrere, iuxta dicta *ſup. diſput.* 14. *q.* 5. Sic Caiet. *verb. Excommunicatio capite* 29. ibi: Nota; quod licèt appareat, quod ille Canon ſic

Digitized by Google

ſit editus contra Dominos ſæculares, qui ſeipſos conſtituunt Iudices Eccleſiaſticarum perſonarum,&c.ſecundùm tamen veritatem, ligat etiam Eccleſiaſticos, qui præter Iuris communis diſpoſitionem,hæc eadem præſumunt authoritate alia, quàm eccleſiaſtica: quia in hoc Canone non fit diſcretio inter Laïcos & Clericos quum excommunicantur. Non enim dicitur, *Excommunicamus illos laïcos*; ſed abſolutè *illos*, Et fortè fuit ratio, quia in multis locis Prælati Eccleſiaſtici inſtituuntur à Principibus ad cauſas huiuſmodi: & propterea omnes communiter ſunt hic excommunicati. Huc vſque Caiet.Filliuc. *cap.*10.*cit. q.*6. *n.*262. Duardus *Can.*15.*q.*1.*n.*1. *& q.*28.*n.*1. Regin. *libro* 9. *numero* 350.Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*16.*ſectione* 1.*puncto* 5. *numero* 2.

Qvæstio VIII.

An index laicus incurrat hanc Cenſuram trahendo Eccleſiaſticum ad ſuum Tribunal, ob grauiſſima aliqua delicta?

NEgant nonnulli Doctores, exiſtimantes poſſe ſæculares Iudices, ob aliqua grauiſſima delicta trahere ad ſuum Tribunal Eccleſiaſticos.

Reſpondeo abſolutè eſſe dicendum, quod verè incurrat excommunicationem huius Canonis Iudex laïcus,trahens ad ſuum Tribunal Eccleſiaſticos etiam ob patrata quæcunque grauiſſima delicta, quandiù exempti remanent à laïca poteſtate. *Primò.* Quia ita prohibitum eſt ſub hac Cenſura in hoc Canone. *Secundò.* Quia laïci nullam poteſtatem habent in Clericos; cum hi, iure diuino, & naturali exempti ſint ab illorum poteſtate. vt benè Bonac. *hic diſp.*1. *q.*16. *ſect.*1.*puncto* 5.*n.*4.

Ex quibus conſtat generaliter prohibitum eſſe laïco Iudici per hunc Canonem ſub excommunicatione, trahere perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum Tribunal, quod intelligendum eſt, dummodò hoc faciat præter Iuris Canonici diſpoſitionem, per quam aliquibus in caſibus conceſſum eſt Iudici laïco, abſque excommunicationis pœna, trahere ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas, vt mox videbimus. Sit ergo.

Qvæstio IX.

An laico Iudici liceat trahere ad ſuum Tribunal, & iudicare Clericum degradatum, ſeu depoſitum realiter?

REſpondeo tanquam certum: licere ei. Ex cap. *Degradatio,de pœnis in* 6.*&c.* Ratio eſt. Quia per degradationem, omnia Clericorum priuilegia, Clericus amittit. Sic Alterius *lib.*5. *diſp.*20.*c.*2. *quæſt.*6. Duard. *Can.*19 *q.*7. Iulius Clarus, Molina, Farinac. &alij, quos affert,ac ſequitur Bonac. *hic diſp.*1.*q.*16. *ſect.*1. *puncto* 6.*n.*3. & omnes.

Qvæstio X.

An etiam ſit licitum Iudici laico trahere ad ſuum Tribunal Clericum bigamum?

REſpondeo tanquam certum: Etiam eſſe ei licitum. Quia certum eſt Clericum bigamum, bigamia vera, vel interpretatiua, omnia Clericorum priuilegia amittere. *capite vnico. de bigamis in* 6. Sic Duardus *hic Canone* 15. *quæſt.* 11. *num.*87. Bonacina *loco citato,numero* 4. & penes ipſum, Farinacius, Gomez,& Martha, & communis.

Qvæstio XI.

An in cauſa feudi, licitum ſit Iudici, Domino laico, trahere ad ſuum Tribunal, Clericum feudum laicum poſſidentem?

NEgant Guido Papæ *deciſ.*139.& alij penes ipſum Quibus fauet Paulus Squillante *de priuil. Cleric. c.*7.*dub.*14.*n.*105. docens id eſſe verum caſu, quo de poſſeſſione feudi agatur, non de proprietate.

Sed,vt ferè certum, reſpondeo: Eſſe licitum,ſiue agatur Iudicio petitorio, de proprietate ipſius feudi; ſiue poſſeſſorio, de ſola poſſeſſione feudi. Quia abſolutè loquendo, vaſſallus, etiamſi Clericus, in iis, quæ pertinent ad feudum, ſubiicitur Domino feudi, quamuis ſæculari ex *cap. Tranſmiſſa, de foro compet.& cap. Ceterum, de Iudicijs.* Sic vt certum docet Filliuc. *tract.*16.*cap.*10.*q.*6.*n.*262. Et antea Iulius Clarus *libro*4 § *feudum*,*q.*90 *n.*8. Toletus *lib.*5.*c.*56. Sayrus *in Claui Reg lib.*12.*c.*8.*n.*9. Reginald. *libro* 9. *n.*151. Farinacius, Menoch. Surdus, Ambroſinus, Martha, Duard. &alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *hic diſput.*1. *quæſt.*16. *ſect.*1. *puncto* 6.*n.*6. de quo caſu agit etiam,nihil definiens,3.*p tr.*1.*reſol.*59.

Qvæstio XII.

An in cauſa reconuentionis in ciuilibus, poſſit laicus reconuenire Clericum coram eodem Iudice ſæculari,apud quem Clericus, vt actor conuenit laicum?

NEgant nonnulli Doctores, quos tacitis nominibus,refert Bonac. *vbi infrà.*

Affirmat verò è contra Vinius *deciſ.*49.*n.*6.*tomo* 1. & ita, vt exiſtimet, poſſe laïcum reconuenire Clericum coram Iudice laïco,etiam de re,quæ non habet connexionem cum petitione.

Sed clarius reſpondeo: Poſſe quidem laïcum in cauſa reconuentionis in ciuilibus, reconuenire Clericum coram Iudice laïco; de re tamen, quæ habet connexionem cum petitione;non de alia. *Prima pars* conſtat ex *cap.*1.*&* 2. *de mutuis petitionib.& cap. Accuſatores,§.cuius in agendo.*3. *q.*8. *Secunda* verò etiam patet.Quia reconuentio de re diuerſa potiùs dicenda eſt conuentio, quàm reconuentio, at ſic eſt, quod laïcus etiam in cauſa ciuili, nequit conuenire Clericum,coram Iudice laïco:ergo. Sic præcipuè, quoad primam partem, tenent Clauis Reg. *loc. cit.* Regin. *loc. cit. n.*351. Graffius *lib.*4. *deciſ.cap.*18.*num.*114. Duard. *hic,Canone* 15.*q.*11.*n.*66. Farinacius, Surdus, Decian. Ambroſin. Marta, & Carolus de Graffis, quos refert, ac ſequitur Bonac. *puncto* 6. *cit. num.*8. Quibus addi poſſunt Filliuc. *tract.*16.*cap.*10. *quæſt.*6. *n.*262. & Diana *parte* 4.*tract.*1.*reſol.*65. Qui benè ex hoc inferunt,quod licèt Clericus teneatur ſtare ſententiæ contra ſe, in cauſa reconuentionis,latæ à Iudice laico, cum per reconuentionem effectus ſit ipſi in hac parte ſubditus, nihilominus non poterit Clericus condemnatus à laico Iudice cogi ad ſoluendum,eo quod coactio ſupponat iuriſdictionem,quam laicus minimè habet in Clericum. Legantur Duard. Filliuc.& Bonac.& Diana *loc.cit.*

Qvæstio XIII.

An etiam ſit licitum laico, reconuenire Clericũ in cauſis criminalibus,coram Iudice laico?

REſpondeo tanquam certum:Non eſſe ei licitum. *Ex cap.Neganda.*2.*q.*2.*& cap. Primo* 3. *quæſt.*11.

Et

Digitized by Google

Et ratio eſt. Quia Clericus nequit in cauſa criminali laïcum coram Iudice ſæculari conuenire: ergo nec poterit à laïco in eadem cauſa, coram dicto Iudice reconuenire. Sic Reginald. *lib.* 9. *n.* 352. *verſ. Secundò ceſſat.* Fannac. *de Inquiſit. q.* 8. *n.* 10. Scaccia *in tract. Crimin. p.* 1. *c.* 11. *n.* 93. Bonac. *loc. cit.* & Diana *loc. cit.* vbi ſic ait: Notandum eſt hic obiter, etiam in multis aliis caſibus Clericum coram Iudice laico reconueniri non poſſe, nempe, ſi reconuentio oriatur ex cauſa criminali, etiamſi ciuiliter fuerit intentata; vel ſi reconuentio de re ſpirituali, vel connexa ſpirituali: vel propter quam Clericus poſſit incarcerari, vel ſi lis contra Clericum fuerit affectatè procurata per laïcum, ſub ſpe, & intentione reconueniendi Clericum. Sic ille. Et antea Reginald. *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An ob negligentiam, vel ob defectum Iuſtitiæ Eccleſiaſticæ, poſſit Iudex laicus trahere ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas?

AFfirmant aliqui Iuriſtæ: eo quod Iudex Eccleſiaſticus, ob negligentiam, ſeu defectum Principis ſæcularis, deficientis in iure ſuis ſubditis tribuendo, & in cauſis cognoſcendis, poteſt illas cauſas cognoſcere, & ius cuique ſuum tribuere, *ex cap. licet. cap. Tranſmiſſa, de foro compet.* ergo etiam poterit Iudex laicus in defectum Principis Eccleſiaſtici, cauſas Eccleſiaſticorum cognoſcere & ius cuique ſuum tribuere, &c. Ita tenent Bobadilla *in polit. tomo.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 91. Eſcobar *de ratiocin. cap.* 7. 31. Morla *in Empor. Iuris tit.* 2. *q.* 14. *n.* 4. *&* 5. Menochius *de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 154. & alij penes ipſum. Guillel. de Benedictis, Igneus, Caſſaneus, & Olibanus apud Dianam 3. *p. tract.* 1. *reſ.* 25.

Sed tanquam mihi certum reſpondeo: Non poſſe abſque incurſione excommunicationis huius Canonis. Quia ſic expreſsè cauetur *in cap. Qualiter, & quando, de Iudiciis*, vbi definitur, ne ob defectum iuſtitiæ trahantur Clerici ad Tribunalia ſæcularium. Et meritò, quia ex negligentia, aut defectu Eccleſiaſticorum Iudicum, non acquirunt iuriſdictionem aliquam in illos: cum ergo ſemper habeant inferiorem iuriſdictionem, ſemper manet in eis neceſſitas obſequendi Clericis, nunquam auctoritas imperandi.

Nec obſtat argumentum contrariorum: nam conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequentia. Ratio diſparitatis eſt: quia Iudex Eccleſiaſticus poteſtatem habet, ſaltem indirectè, exercendi iudicia ciuilia & politica, in ordine ad ſalutem ſpiritualem animarum: laici verò incapaces ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, niſi indulto Summi Pontificis capaces efficiantur. Sic Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 15. *puncto* 4. §. 4. *num. mihi* 11. Dianæ 10. Suarez *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *cap.* 14. Aluarez *de priuileg. pauper. q.* 50. *num.* 11. Guazinus, Gratianus, Tamburinus, Azorius, Peſantius, Angianus, & Laymann, quos citat, ac ſequitur Diana 1. *p. tract.* 2. *reſol.* 15. *&* 3. *p. tract.* 1. *reſol.* 25. *& parte* 4. *tractatu* 1. *reſolut.* 80. Filliuc. *tractatu* 15. *capite* 10. *quæſtione* 6. *numero* 263.

QVÆSTIO XV.

An, abſque incurſione Cenſuræ, poſſit Iudex laicus eiicere è Regno Clericum ſeditioſum, & perturbatorem Reipublicæ?

AFfirmant Ramirez *tract. de lege Regia*, §. 27. *numero* 15. *in Gloſſa, lit. G.* Anton. de Ballis *in tractatu variar. lib.* 5. *pragmat.* 1. *tit.* 10. *n.* 44. Fuſcus *de viſitat. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 25. Manuel Rodrig. *in addit. ad Bullam Cruc.* §. 9. *n.* 84. & Bobadilla *in polit tomo* 1. *libro* 2 *capite* 18. *num.* 112. ita ſcribens: [Si algun Clerigo fueſſe ſedicioſo, y reboltoſo, que turbaſe la paz de la Republica, podriale el Corregidor mandarle ſalir de la iuriſdicion por algun tiempo, aunque fueſſe Clerigo de Miſſa, y condenarle en las temporalidades.] Ita ille.

Sed longè multò verius & probabilius, imò vt mihi certum, reſpondeo: Non poſſe abſque incurſione Cenſuræ Bullæ. Quia, vt benè, Megal. *in* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 14. *&* 34. in hac Bulla, Cœnæ expreſsè excommunicantur multantes quomodolibet perſonas Eccleſiaſticas, necnon executores huius banni: ergo ex quacunque cauſa hoc faciant excommunicantur. Ita enim decreuit Frideric. Imp. *in tit.* 1. §. *Si Clericus, de pace tenenda in vſib. feud.* dicens, coram ſuo Epiſcopo conueniendum, & adducendum eſſe Clericum pacis violatorem, & ab eodem puniendum. Sic etiam Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, parte* 3. §. 3. *n.* 30. ita ſcribens: [Aunque parece que el Clerigo, que turba la Republica, y paz, puede ſer hechado del Rejno, por el Rey, y ſu Conſejo, por eſtar à ſu quenta el procurar eſta paz, eſto es peligroſo, y no ſe admite ſegun Gregorio Lopez.] Ita ille, & alij quamplures Doctores, quos affert, ac ſequitur Diana 1. *p. tract.* 2. *reſol.* 18. *&* 3. *p. tract.* 1. *reſol.* 27. *& parte* 4. *tract.* 1. *reſol.* 81. Legatur.

QVÆSTIO XVI.

An Iudex laicus poſſit capere, & punire pœna pecuniaria, Eccleſiaſticos impedientes, aut reſiſtentes iuriſdictioni laicali?

AFfirmant Villadiego, *polit. cap.* 5. *n.* 77. & Bobadilla *in polit. tomo* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 84. vbi ſic ait: [Si algun Clerigo, ô Religioſo, impidieſſe la iuriſdicion ſeglar, ô la reſiſtieſſe, quitando a los Miniſtros de Iuſticia, que no prendan à alguno, ô forçando para que ſuelten al preſo, en los dichos caſos podra el Corregidor, y ſus Miniſtros prender à los Clerigos ô Religioſos para remitirlos à los Iuezes: y podra tambien mulctarlos en penas pecuniarias en ſus bienes.] Ita Bobadilla.

Sed clarius reſpondeo: *Primò.* Certum eſt, quod nec ob reſiſtentiam, nec ob aliam cauſam poſſit Iudex laicus punire Eccleſiaſticos pœna adhuc pecuniaria. Quia pecunia, ſicuti & alia bona Eccleſiaſticorum, gaudent priuilegio, quo gaudent ipſemet Eccleſiaſtici: at hoc nequit Iudex laicus punire in perſona: ergo neque in eorum bonis. Sic Sanchez *tom.* 1. *conſil. lib.* 3. *c. vnico, dub.* 31. *n.* 2. *& dub.* 21. *numero* 12. Megalius *in* 3. *p. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 23. Diana *parte* 4. *tr.* 1. *reſol.* 79.

Reſpondeo *Secundò.* Etiam eſt certum, quod Iudex laicus nequeat capere Eccleſiaſticos ob reſiſtentiam ſuæ iuriſdictioni; niſi dumtaxat in caſu, quo aliàs laicus nequeat iuriſdictionem ſuam defendere; quia tunc ei liceret *ratione iuſtæ defenſionis*: *Quia* expreſsè prohibetur in hac Bulla, vt benè docet Megalius *loc. cit.* iuxta ſup. dicta. An autem ob alias cauſas poſſit dicemus *infra.*

QVÆSTIO XVII.

An laicus Iudex poſſit punire Eccleſiaſticos pœna pecuniaria, caſu quo illi ſigna reuerentiæ non exhibuerint, aut coram illo deliquerint?

AFfirmant Pereira *tract. de Manu Regia p.* 1. *cap.* 7. *n.* 42. & Bobadilla *loc. cit. n.* 89. his verbis: [Si el

Digitized by Google

Clerigo cometieſſe algun delicto, ô deſacato contra los Miniſtros de Iuſticia ſeglar, ô en ſu preſencia, podranle prender para remitirle, porque la iuriſdicion real no que de illuſaria, y menos preciada, como quiera que ay algunos Clerigos poco corteſes, y otros tan atreuidos que ſe precian de no reſpetar à la Iuſticia ſeglar, y de paſſar delante del Corregidor ô de ſu teniente, eſtando en ſu Tribunal, y fuera del ſin hacerles corteſia: loqual hecho de malicia es bien reſerenar cuerdamente con alguna multa, y pena pecuniaria) *Ita Bobadilla*, poco cuerdo en hablar del eſtando Eccleſiaſtico.) Vnde

Tanquam certum reſpondeo: Non poſſe puniri Eccleſiaſticos pœna pecuniaria. Quia, vt nuper habitum eſt, bona Eccleſiaſticorum idem priuilegium habent, ac ipſorum perſonæ. Deinde, quia & eſt contra hanc Bullam Cœnæ; & contra cap. *vnic. de Cleric. coniug.* ergo. Sic Magala *in 3. p. lib. 3. num. 35. c. 11.* Diana 1 *p. tract. 2. reſol. 26.*

Qvæstio XVIII.

An Eccleſiaſtici crimen læſæ maieſtatis committentes, poſsint puniri à Iudice laico, ab eóque condemnari?

Affirmant Calliſtus Ramirez *in tract. de lege regia §. 17. num. 11.* & penes ipſum in Gloſſa *litera D.* & alij plures. Quibus addi poteſt Hæuia *in Curia Philippica parte 3. §. 2. n. 23.* & alij, quos ipſe citat.

Sed, vt certum reſpondeo: Non poſſe. Quia ita, in caſu contingenti in Regno Neapolitano, declarauit Clemens VIII. *anno* 1600. vt notat Genuenſis *in praxi cap. 72.* Sic ipſe, & ex ipſo, Diana 1. *p. tract. 2. reſol. 20. & 3. p. tract. 1. reſol.* 30. & penes ipſum, Vigianus, Belletus, Peſantius, Zanard. Salzedus, Bern. Diaz, Azor, Duard. Tamburinus, & alij, docentes prædictum Iudicem contrarium facientem incurrere hanc Bullæ excommunicationem.

Qvæstio XIX.

An Iudex laicus poſsit trahere ad ſuum Tribunal, & punire Eccleſiaſticos delinquentes in officio aliquo ſæculari, illis, ab ipſomet Iudice, ſeu Principe, conceſſo?

Affirmant Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. c. 34. n. 16.* Laymann *lib. 4. tract. 9. c. 4. n. 3.* Cenedo *in Collect. Iur. Canon. parte 1. collect. 37. n. 16.* Bobadilla *tomo 2. lib. 2. c. 18. n. 99.* & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, parte 2. q. 65. n. 14.* vbi ſic ait: [Quando algun Eccleſiaſtico delinque en el oficio que tomò, como ſi es Medico, Boticario ô Abogado, ô Tutor, ô Curador de algun Menor: ô tiene oficio de ſu Mageſtad, Preſidente de hazienda, ô Conſejero, y delinque en el: ô vende el Clerigo con medidas falſas ſu mercaduria, y en otros caſos ſemejantes, porque entonces ratione officij poteſt puniri in bonis, & *Iudex ſæcularis eſt competens.*] *Ita ille. Et Borrell.* Anguianus, Pereira, Eſcobar, & alij penes Dianam, *infrà.*

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe abſque incurſione huius Canonis Cenſuræ. Quia Canon vniuerſaliter loquitur, & ſolùm excepit caſus in iure expreſſos: ergo. Sic Bonacina *hic diſp. 1. q. 16. puncto* 5. Quamobrem (inquit) Clericus, qui officium Tutoris, vel Curatoris, vel Adminiſtratoris bonorum exercuit, & in eo deliquit, non poteſt in iudicium à laico ad reddendam rationem vocari: quamuis enim delinquat aſſumendo huiuſmodi officium, non tamen amittit fori priuilegium. Sic ille, citans pro hac parte contra nonnullos Doctores Gallos, Ambroſinum *c. 20. n. 5.* Martam, *de Iuriſd. parte 4. caſu* 148. & Duardum *can. 15. q. 11. n. 26. & 38.* Quibus addi poſſunt Megala *in 3. p. lib. 3. c. 11. n. 26. & 36.* Cochier, Zanardus, Graffis, & Squilante, quos citat, ac ſequitur Diana 1 *p. tract. 2. reſol. 19. & parte 4. tract. 1. reſol. 39.*

Qvæstio XX.

An Iudex laicus poſsit, abſque incurſione huius Canonis Cenſuræ, punire Eccleſiaſticum aſſaſsinum; hoc eſt, Eccleſiaſticum, qui pretio aliquem occidit, aut ocidi mandat?

Affirmant Iacob de Graffis 1. *p. deciſ. aur. libro 4. c. 18. n. 5.* Carolus de Graſſis *de effect. cleric. effect. 1. n. 668.* & Cenedo *in Collect. 37. n. 11.* Marſilius, Grammaticus, & alij, apud Ambroſinum, *infrà.* Quorum placitum, probabile reputant Molina *tom. 4. tract. 3. diſp. 25. n. 6. & diſp. 49. n. 10.* & Gambarupta *de Immunit. Eccleſ. lib. 7. c. 14. n. 13.*

Sed, vt mihi certum reſpondeo: Non poſſe, in dicto caſu punire Eccleſiaſticum aſſaſſinum, niſi poſt ſententiam declaratoriam criminis, factam à Iudice Eccleſiaſtico; aliàs certum eſſe excommunicationem huius Canonis incurrere. Quia certum eſt, quod Eccleſiaſticus aſſaſſinus non ſubijcitur poteſtati Iudicis ſæcularis, niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam; imò & poſt depoſitionem & traditionem brachio ſæculari. Sic Bonacina *de Legib. diſp. 10. quæſt. 2. puncto 1. §. 4. n. 8. & hìc, diſp. 1. q. 16. ſect. 1. puncto 5. n. 4. & puncto 6. n. 16. & 17.* & penes illum, Farinac. *de Inquiſit. q. 8. n. 85.* Ambroſinus *c. 17. n. 10.* Iul. Clar. *lib. 5. ſent. q. 36. n. 31.* Marta *de Iuriſd. parte 4. caſu* 129. Duard. *Can. 15. q. 11. n. 18.* Couarr. & Capicius. Quibus addi poſſunt Maſtrillus, Belletus, Marius, Antonius, Salzedo, Diaz, Ceuallos & Megala, quos citat, & ſequitur Diana 1. *p. tr. 2. reſol. 52.*

Qvæstio XXI.

An caſu, quo Eccleſiaſticus ſit notorius Sodomita, poſsit licitè Iudex ſæcularis illum punire?

Affirmat Garſias *de nobilit. Gloſſa 9. n. 19.*

Sed etiam, vt certum reſpondeo: Non poſſe abſque mortali, & incurſione Cenſuræ huius Bullæ; niſi poſt Iudicis Eccleſiaſtici declarationem, criminis depoſitionem, & traditionem brachio ſæculari. Quia tunc, & non antea, amittit Eccleſiaſticus priuilegium fori. Sic Bonac. *hìc, diſp. 1. q. 16. ſect. 1. puncto 5. n. 4.* Duard. *Can. 14. q. 11. n. 61.* Marta *de Iuriſd parte 2. capite 16. n. 4.* Megala *in 3. p. lib. 8. c. 11. n. 11.* Bobadilla *tomo 1. polit. lib. 2. c. 18. n. 59.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 43. n. 6.* vbi ait, ita in caſu contingenti, eſſe factum, & ruſus idem docet, *ibid. q. 97. art. 4.* Diana 1. *p. tractatu 2. reſolut. 52. cit. verſ. Hoc etiam militat.*

Qvæstio XXII.

An conceſſum ſit Iudici laico, Clericum incorrigibilem ad ſuum Tribunal trahere, & punire?

Reſpondeo, abſolutè loquendo: Eſſe conceſſum illi. Sic communiter DD. & præcipuè Gloſſa ſummaria ad initium *cauſæ* 11. id colligit *ex cap. Nec licuit diſt. 17.* Cui addi poſſunt *cap. de Liguribus. 23. q. 5. cap. Cum non ab homine, de Iudicijs cap. Vt famæ, de ſent.*

ſent. excommun. vbi incorrigibiles Clerici cenſentur, qui poſtquam de crimine ſunt condemnati, in ſimilia, vel peiora delicta dilabuntur. Legantur Nauar. *cap.17.n.79.* Suarez *diſp.22.ſect.1.n.9.* Reginaldus *libro 9.numero* 151. Bonac. *hic diſp.1.quæſt.16.ſect.1. puncto 6.n.*11. & alij.

An verò liceat Iudici laico, Clericum incorrigibilem punire, etiam ante declarationem Iudicis Eccleſiaſtici, qua conſtet Clericum eſſe prorſus incorrigibilem, non conſtat. Nam aliqui affirmatiuè ſentiunt cum Nauarro *loc.cit.* Alij verò, & probabilius, negatiuè, idque colligunt ex cap. *Vt fama, cit.* vbi de Clericis incorrigibilibus dicitur, & quod poſſint,& debeant per Eccleſiaſticum Iudicem ſub arcta cuſtodia detineri, & quod laicus non poſſit huiuſmodi Clericum comprehendere, niſi de mandato Prælati Eccleſiaſtici, & hinc non ſua, ſed committentis authoritate, id facere. Ex quo conſtat, quod Clericus incorrigibilis non amittat ipſo iure priuilegium fori, abſque declaratione & depoſitione, & traditione brachio ſæculari, facta à Iudice Eccleſiaſtico. Sic Suarez & Bonac. *loc.cit.* & penes ipſum, Duardus, Ægidius, Farinac. & Ambroſin. Necnon Diana 1.*p. tr.2.reſo.*52. vbi ait, id haberi expreſsè in quadam Bulla Clem. VIII. *dat.Rom.*18. *Decembr.*1591.

Qvæstio XXIII.

An Iudex laicus poſsit conuenire Eccleſiaſticos, & trahere ad ſuum Tribunal, pro ſolutione gabellæ; in caſu, quo teneantur illam ſoluere?

Affirmant Salgado *de protect.regia,p.4. capite* 14. *n.*100. Mexia *in pragm. taxæ panis,concl.*5.*n.*23. Laſſarte *de gabellis,cap.*19.*n.*84.Coriol.*in Bulla Cœnæ, excommun.* 16.*fol.*945. Gutierrez *de gabellis, libro* 7. *q.*94. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. p.*2. *q.*64.*n.*7. Tiraquel, Aufrerius, & Guillelm. de Benedictis, quos omnes pro hac parte refert Diana 1.*p. tract.*2.*reſol.*42. *&* 3.*p. tract.*1. *reſol.*44. docentes in dicto caſu, poſſe ſuperiorem laicum procedere contra bona Eccleſiaſticorum, & cogere illos ad ſoluendas gabellas.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo:Non poſſe Iudicem laicum abſque incurſione Cenſuræ huius Bullæ, compellere Eccleſiaſticos ad ſoluendas gabellas, etiam caſu quo teneantur illas ſoluere. Quia longè probabilius eſt, etiam in dato caſu, quod Iudices Eccleſiaſtici debeant illos ad eas ſoluendas compellere, non Iudices ſæculares. Sic Diana *reſolut.*42. *&* 44.*citatis* & penes ipſum,Salzed.*in pract.crim.c.*55. Squillante *de priuil.Cleric.c.* 8.*dubit.*1.*num.*31.citans Bertachinum, Nattam, Carolum de Graſſis, Surdum, & Molfeſium. Sic etiam Anguianus *de legib.tomo* 1. *libro* 2.*controu.*15.*n.*14. Barthol.à S. Fauſto *in ſpeculo Confeſſor.diſputat.*33.*q.*21. Bald. Abbas, & Rolandus à Valle.& alij.

Qvæstio XXIV.

An Iudex laicus poſsit trahere ad ſuum Tribunal, & punire Clericum pro delicto commiſſo ante Clericatum?

Affirmant apud Bonacinam *infra* Anton.Gomez. 3. *variar. reſol. cap.*10.*n.*5. Vgolinus *c.*15.§.1. *n.*8.& alij abſolutè docentes, ſuſcipientem primam Tonſuram poſt delictum, iudicandum eſſe à Iudice ſæculari.

Sed ferè certum reſpondeo: Non poſſe, aliter incurret excommunicationem huius Canonis. Sub qua abſolutè prohibetur, ne Iudices ſæculares trahant ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas. Sic Carolus de Graſſis *de effect. Cleric. effectu* 8.*n.*15. vbi affirmat fuiſſe deciſum; Notarium effectum Clericum, non poſſe cognoſci à Iudice laico, pro inſtrumento falſo confecto, tempore, quo erat laicus. Diana *p.*4.*tr.*1. *reſol.*84. & penes illum, Maſtrillus, & Guazzinus. Quibus addi poſſunt Filliuc. *tractatu* 16.*cap.*10.*q.*6. *numero* 265. Bonacina *hic diſputatione* 1.*quæſtione* 16. *puncto* 5.*numero* 8.

Qvæstio XXV.

An ſaltem poſsit Iudex laicus liberè punire Clericum, qui poſt delictum patratum aſſumpſit habitum Clericalem, intentione ſe ſubtrahendi à iuriſdictione ſæculari?

Affirmant, & à fortiori, Gomez,& Vgolinus *loco cit.* Quibus pro noſtro quæſito adhærent Molina *de Iuſtit. tomo* 4.*tract.*3. *diſput.*49.*n.*21. Couarr. *practicar.q.*32. *verſ.Secunda concluſio.* Gutierr. *libro* 1. *practicar.q.*5. Iulius Clarus *q.*36.*n.*38. & eius Additionator *ibid. lit. G.* Farinac. *tit.de Inquiſit. quæſt.*8. *n.*104. Menoch *de præſumpt. lib.*6.*q.*76.*n.*35. Zerola *verb. Clericus n.*6. Ambroſinus *de immunit.c.*19.*n.*5. Quos omnes pro hac parte refert Bonacina mox citandus. Quibus addi poſſunt Ceuallos *tract.de cognit.per viam violen. parte* 2.*q.*44.*n.*7. & Filliuc. *tr.*16. *c.*10.*q.*6.*n.*265. & alij, aſſerentes poſſe in hoc caſu Iudicem ſæcularem, dictum Clericum in fraudem Curiæ ordinatum,adducere ad ſuum Tribunal,& punire illum, non quoad pœnam corporalem, ſed tantùm ad pœnam pecuniariam, & confiſcationem bonorum.

Sed probabilius reſpondeo: Adhuc non poſſe. *Primò*, quia dici poteſt præfatum crimino ſum vti iure ſuo aſſumendo ſtatum Clericalem: qui autem vtitur iure ſuo, nemini fraudem facit. *Secundò*, quia hinc non ſequitur, eum qui ſtatum Clericalem aſſumpſit intentione ſe ſubtrahendi à laica poteſtate, priuari ipſo facto priuilegio Clericali. *Tertiò*, quia qui confugit ad Eccleſiam poſt delictum patratum, animo ſe à Curia ſæculari ſubtrahendi, verè gaudet immunitate Eccleſiaſtica, quamuis remaneat laicus, & in ea ad tempus moretur: ergo multò magis ea debet gaudere laicus, qui poſt patratum delictum ad Eccleſiam confugit, & perſonam ſuam per ordinis ſuſceptionem Deo conſecrat, vt illi perpetuò famuletur. Sic Suarez *contra Regem Angliæ, cap.*15.*num.*17. Genuenſ. *in praxi,c.*8.*n.*5.Bonac. *de legibus,diſput.*10. *q.*2.*puncto* 1.§.1.*n.*16. *& hic in Bulla Cœnæ, diſputat.*1. *q.*16.*ſect.*1. *puncto* 5.*num.*9. vbi aliqualiter hanc ſententiam limitat: ſed ſine ſufficienti ratione. Diana 1.*p.tract.*2.*reſol.*27.*&* 3.*p.tract.*1.*reſolut.*67. Et hæc ſufficiant circa primam partem huius Canonis. Circa ſecundam ergo ſit.

Qvæstio XXVI.

An vt facientes, ordinantes, ſeu publicantes, ſtatuta, decreta, ordinationes, &c. contra libertatem Eccleſiaſticam, excommunicationem incurrant; ſit neceſſum, vt id ex intentione faciant?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe neceſſum. Quia ſtatuere, ſeu ordinare aliquid contra Eccleſiæ libertatem, eſt per ſe, ſeu ex intentione, tendere contra Eccleſiaſticam libertatem. Vnde ſi aliqui bona fide ſtatuta contra Eccleſiæ libertatem fecerint, &

Digitized by Google

& ſint parati ad ea, cum cognouerint, tollenda, non incurrunt hanc excommunicationem. Sic Caiet. *verb. excommunicatio* 31. *verſ. Quartò nota. & verſ. Sextò nota.* Nauarr. *c.* 27. *n.* 119. *in* 4. *declarat.* Filliuc. *tract.* 16. *c.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 266.

QVÆSTIO XXVII.

Quid ſit ſtatuta, &c. contra Eccleſiaſticam libertatem facere, ordinare, & publicare?

RESpondeo dicendum, quod *facere* ſtatuta, eſt aliquid publica auctoritate, conſtituere per modum legis, aut decreti generalis ab omnibus ſeruandum. *Ordinare*, eſt Superioris voluntatem, apertis verbis diſponere & explicare. *Publicare* verò eſt, promulgare ſtatuta, voce præconis, vel per affixionem ad loca publica & conſueta. Sic Filliuc. *loc. cit. numero* 267. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 16. *c.* 3. Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 2. *puncto* 1. & Palao *diſp.* 3. *puncto* 16. *n.* 6. & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An qui vnam ſolùm ex his actionibus facit, excommunicationem huius Canonis incurrat?

NEgat, apud Bonacinam Duardus hîc *Canone* 15. *q.* 21. *n.* 2. Cuius fundamentum poteſt eſſe, quod in Canone, tres primæ actiones exprimuntur, addita copula, *Et*, dicitur enim; *vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint:* at ſic eſt, quod proprium huius particulæ eſt copulare & coniungere antecedentia cum ſubſequentibus, vt notum eſt in iure: ergo, vt quis incurrat excommunicationem, omnes tres actiones prædictas debet efficere. Ita etiam ſentit Palao *puncto* 16. *n.* 5. *in principio*, & penes ipſum Vgol. Quauis hic pro oppoſita parte à Bonac. citetur.

Sed, vt certum ferè reſpondeo; Incurrere efficiendo quamlibet prædictarum actionum. Quia certum ferè eſt, quod in præſenti, particula, *&*, ſumatur disiunctiuè pro, vel vt ſumitur ſemper quod ſubiecta materia iſtam ſignificationem admitti petit, vt petit præſens.: tùm quia eſt fauorabilis Eccleſiæ: tùm etiam quia alioqui ferè nunquam incurreretur Cenſura ob violatam libertatem Eccleſiaſticam: cùm Auctores ſtatutorum contra illam, non ſoleant ordinare, ſed ab alijs ordinari curent, ac publicari, vt conſtat. Sic Filliuc. *n.* 266. ibi: Per ſingulas autem actiones poteſt incurri, *excommunicatio*; vt per ſolam publicationem, etiamſi non vterentur; per ſolum vſum, etiamſi non publicauerint, & ſic de cæteris. Alterius *diſp.* 16. *c.* 3. Vgolinus hîc, *verſ. Necnon qui ſtatuta*, §. 4. *verſ. Tertiò.* Bonac. *diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 2. *puncto* 1. *n.* 11. Qui ait, ita etiam tenuiſſe priùs Duardum, poſtea ſibi contrarium, *loc. cit. q.* 1. *ad finem.*

QVÆSTIO XXIX.

An faciens ſtatuta, ſeu decreta contra libertatem Eccleſiaſticam, incidat in hanc excommunicationem etiam, ante promulgationem illorum?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe probabilem, apertè inſinuat Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *c.* 3. *col.* 6. *pagina* 689. *Reſpondeo* (inquiens) quamuis certū ſit, quamlibet dictarum trium actionum, cauſam eſſe ſufficientem, ad excommunicationem incurrendam, vt probatum eſt; tamen probabilius eſſe puto affirmare, neque facientes, neque ordinantes excommunicatos eſſe antequam promulgatio facta ſit. Quamobrem ſi Princeps mandet fieri ſtatutum, quod libertatem Eccleſiaſticam minuat, & officiales iuxta mentem Principis illud diſponant, & in formam ſtatuti redigant; ſi poſtea mutato propoſito, prohibent illud promulgari, nec ipſe Princeps, neque officiales excommunicationi ſubiacebunt; ſequuta tamen promulgatione, ipſo iure, facientes, ordinantes, & publicantes erunt excommunicati. Sic Alterius. Et benè certè. Quia ſtatuta non habent rationem ſtatutorum formaliter ante publicationem, ſeu promulgationem, ex communi Theologorum cum S. Thom. 1. 2. *q.* 90. *art.* 4. Sic etiam Filliuc. *tr.* 16. *c.* 10. *q.* 7. *n.* 266. *verſ. Præterea.* Vgol. *loc. cit.* Duard. *Can.* 15. *q.* 21. *n.* 1. Souſa *hîc c.* 16. *diſp.* 81. *num.* 2. & Bonac. *puncto* 1. *cit. n.* 3. Qui inde colligunt à fortiori negandum eſſe, affici excommunicatione huius Canonis, qui ſtatutum contra Eccleſiæ libertatem incepit facere, ſed non perficit. Legatur Felinus *in cap. Nouerit. de ſent. excommun. verſ. Item adde, n.* 4.

QVÆSTIO XXX.

An qui ſtatutum edidit, aut ordinauit, ſtatim afficiatur excommunicatione, ſequuta publicatione, ſi ſtatuta nunquam executioni mandentur?

REſpondeo: Affici ſtatim. Quia executio decreti, non eſt formaliter de ſubſtantia decreti; cum potiùs ſupponat iam in ſuo eſſe conſtitutum. Sic Alterius verbis mox adducendis Bonac. *loc. cit. n.* 4.

QVÆSTIO XXXI.

An Princeps, qui contra libertatem Eccleſiaſticam non fecit ſtatutum, tamen ab alio factum promulgari curat, excommunicationem huius Canonis contrahat?

REſpondeo: Contrahere. Quia, qui ſtatutum promulgare facit, ſtatum facere cenſetur; cum per promulgationem vim tribuat ſtatuto ab alio factum. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 16. *c.* 3. *col.* 5. *verſ. Reſpondeo, in fine.* ibi: Sed cum primum promulgatio ſequitur, æquè ſunt excommunicati, qui fecerint, ordinauerint, & publicauerint, quamuis ſtatuta edita nunquam executioni mandentur. Neque excuſantur ab excommunicatione, qui non faciunt ſtatuta, ſed promulgant illa aliàs facta. Sic ille. Et Bonac. *hic, diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 2. *punct.* 1. *n.* 7. Eidem dicendum eſt de Superiori, qui dicta ſtatuta facit ſeruari: cum proprius vſus legis ſit obſeruantia eius. Sic Filliuc. *tr.* 16. *c.* 10. *q.* 7. *n.* 168. & antea Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 80. Palao *diſp.* 3. *puncto* 16. *num.* 5.

QVÆSTIO XXXII.

An Pracones, & alij inferiores Miniſtri, qui ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ publicè promulgant, Cenſuram huius Canonis incurrant?

NEgatiuam ſententiam tenet Palao *punct.* 16. *n.* 5. eamque tenere Suarium *hic diſputat.* 21. *ſect.* 2. *numero* 79. & Duardum hîc, *Can.* 15. *q.* 22. *n.* 2. aiunt Bonac. & Palao. Sed ex his, Suarez, ſi attentè legatur id non docet; nam poſtquam dixit, quod præco, v. g. qui legem promulgat, non incurrat hanc Cenſuram, ſed qui promulgare præcipit, qui propriè promulgare dicitur; hæc addit verba: Quæ reſponſio poſſet acceptari niſi in Bulla adderetur illa vox; *quomodolibet fecerint & publicauerint*, non ergo cōprehendit tantùm præcipientem, ſed etiam ſubſcribentem: nam hi omnes aliquo modo publicationem efficiunt. Hæc Suar.

Vnde

Digitized by Google

Vnde probabilius reſpondeo: Incurrere; niſi aliàs titulo probabilis ignorantiæ excuſentur. Quia in hoc Canone excommunicantur omnes illi, qui quomodolibet, decreta facta contra libertatem Eccleſiaſticam publicant; at ſic eſt, quod Præcones, & alij Miniſtri inferiores, aliquo modo dicta decreta publicant, dum promulgant illa, vt concedit Suarez: ergo. Sic Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 10. *q.* 7. *n.* 267. ibi: Tertiò, Tabelliones, Præcones, Affigentes, & alij Miniſtri ſtatuta, prædicto nomine publicantes, etiam incurrerent. Sic ille. Cuius ſententiam videtur ſequi Bonacina *puncto* 1. *cit. n.* 8. quamuis primam ſententiam non reputet improbabilem. Citatque pro hac, Alterium *lib.* 5. *diſp.* 16. *c.* 3. *dub.* 2. Sed hic Author, ſolùm dicit, eſſe certiſſimum, tales inferiores Miniſtros, qui de mandato Superiorum, publicè denunciant huiuſmodi ſtatuta, immunes eſſe, & liberos ab excommunicatione, ſi probabiliter ignorant vt regulariter contingit, illa continere aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam. Hæc Alterius, & non amplius: credo tamen hoc contigiſſe ex defectu Typographi, vt ex Alterij verbis colligitur. Legatur.

QVÆSTIO XXXIII.

An Scriptores ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſub hac excommunicatione comprehendantur?

NEgant aliqui, & quidem probabiliter eo quod non videantur in tota clauſula huius Canonis, comprehendi. Ita Duard. *hic, q.* 22. *n.* 1. & Reginald. *lib.* 9. *n.* 362. Bonac. *etiam diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 2. *puncto* 3. *num.* 7. quamuis limitatè id neget.

Sed probabiliùs reſpondeo: Comprehendi; & *Primò*, ſub illo verbo, *publicauerint*; Quia, cum ſcriptura ſit publicum inſtrumentum, meritò dici poteſt publicare ſtatutum, qui illud ſcribit. *Secundò*, ſub illo verbo, *ordinauerint*. Qui enim ſtatutum literis mandat, ordinare videtur, ſicut, qui diſponit, & in formam redigit. Et *Tertiò*, ſub illo verbo: *Quomodolibet*, quod omnem modum ordinandi complectitur. Sic Suarez *n.* 79. *cit.* Alterius *c.* 3. *cit. dub.* 3. & Filliuc. *c.* 10. *cit. q.* 7. *n.* 167. ibi: Secundò, Cancellarij, Dictatores, Compoſitores, & Scriptores eorundem ſtatutorum; quia cenſentur comprehendi ſub ordinantibus, etiam incurrunt: Non qui ſolùm tranſcriberent, vel exciperent alio dictante, ligarentur tamen Cenſura *cap. Nouerit, de ſent. excomm. & cap. Nuper. eod.* Sic Filliuc. ibi, quam doctrinam repetit, *n.* 168. Souſa *hic, c.* 16. *diſp.* 71. *n.* 2. Caiet. *verb. excommunicatio, capite* 31.

QVÆSTIO XXXIV.

An Magiſtratus, ſeu Rectores Ciuitatum, ſcientes ſeruari ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & non impedientes, hanc excommunicationem incurrant?

AFfirmant Nauarr. *c.* 27. *n.* 129. & Regin. *libro* 9. *c.* 23. *n.* 359. & 364. *ſub finem*, apud Bonacinam *q.* 16. *cit. ſect.* 2. *puncto* 3. *n.* 10. Sed certè Reginaldus *n.* 359. nil ad propoſitum dicit: & *n.* 364. id non docet abſolutè, ſed ſub diſiunctione; ait enim, hoc verum eſſe, loquendo de his perſonis, quæ veram habent poteſtatem abrogandi dicta ſtatuta, & prohibendi eorum obſeruationem: non verò loquendo de his, qui poteſtatem ad id non habent. Ita Reginald. & ſatis probabiliter. Qui pro ſententia Nauarri citat Suarium, *vbi infra*.

Sed non minus probabiliter reſpondeo abſolutè; Non incurrere hanc excommunicationem. Quia Cenſura lata ob actionem poſitiuam, vt eſt eiuſmodi, non incurritur per omiſſionem. Sic Bonac *loc. cit.* citans pro hac ſententia Caietanum *cap.* 31. *verſ. Tertiò notat.* Suarium *diſp.* 31. *ſect.* 2. *n.* 83. Alterium *diſp.* 16. *c.* 4. *diff.* 2. Filliuc. *tr.* 19. *c.* 10. *q.* 7. *n.* 368. & Duard. *hic, Can.* 15. *q.* 13. *n.* 3. Sed ex his Authoribus, Suarius, qui pro hac parte à Bonac. necnon & à Filliuc. citatur; non eſt certè pro illa. Nam licèt *n.* 83. *cit.* dicat, ſententiam Caietani eſſe ſatis probabilem: at verò, *n.* 95. expreſsè docet, ſententiam Nauarri, ſibi probabiliorem videri & pro illa melius Suarius à Reginaldo citatur.

QVÆSTIO XXXV.

An incurrant hanc Bullæ Cenſuram, qui ſtatuta facta contra libertatem Eccleſiaſticam, non delent è libris publicis, etiamſi non faciant ea ſeruari?

REſpondeo tanquam certum: Non incurrere: Quia id non eſt prohibitum per hanc Bullam. Sic Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 80. ita dicens: Si aliquis Princeps, vel Reſpub. talia haberet ſtatuta; eis verò non vteretur, nollet tamen ea abradere à ſuis libris, ſeu Capitularibus, ſed ea conſeruare ad memoriam; non videtur incurrere in hanc Cenſuram Bullæ: quia illud non eſt facere, aut ordinare talia ſtatuta, nec eis vti, & hæc tantùm ſunt, quæ prohibentur in hac Bulla. Sic Suarez. Filliuc. *tr.* 16. *c.* 10. *q.* 7. *n.* 268.

QVÆSTIO XXXVI.

An ſaltem incurrant excommunicationem latam in cap. Nouerit, de ſent. excomm. ***qui dicta ſtatuta omittunt delere à libris Capitularibus etiamſi obſeruari non curent?***

AFfirmant quamplures Doctores exiſtimantes, ob ſolam omiſſionem delendi talia ſtatuta à libris Capitularibus incurri excommunicationem dicti capitis. Ita penes Bonac. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 16. *c.* 4. *diff.* 1. Angelus etiam, Palud. & Tabiena, quos affert, ac ſequitur Sayrus *lib.* 3. *c.* 34. *n.* 4. Filliuc. *tr.* 14. *c.* 10. *n.* 166. & *tr.* 16. *n.* 268. *cit.* Tolet. *lib.* 1. *c.* 38. *n.* 13. & Regin. *lib.* 9. *n.* 362. dicens, ſic ſignificare Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 31. & de rigore Iuris ſic eſſe tenendum, fateri Suarium *diſp.* 21. *n.* 82.

Negant contra alij, docentes vtrumque ad incurrendam dictam excommunicationem requiri, nempe; & vt quis dicta ſtatuta obſeruari curet, & ſimul non faciat illa è libris Capitularibus deleri. Quia in textu dicti capitis, ſic dicitur: *Necnon, & qui de cætero ſeruari fecerint ſtatuta edita, niſi ea de Capitularibus ſuis fecerint amoueri.* Quibus verbis, vtrumque requiri ſignificari videtur. Ita Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 2. *punct.* 4. *num.* 6. citans pro ſe Caiet. *c.* 31. *cit.* Nauarrum *cap.* 27. *num.* 119. Suarium *diſput.* 21. *ſect.* 2. *numero* 80. & Duardum *Canone* 15. *quæſt.* 14. *n.* 2.

Sed diſtinctius ego reſpondeo dicendum; Quod in rigore Iuris loquendo, verior, & probabilior ſit prima ſententia; ſecunda verò, mitior & æquior, & in praxi probabilis. Id expreſsè tenet Suarius *ſect.* 2. *cit. n.* 82. *in fine*, Vnde benè citat illum Reginaldus pro ſua ſententia, malè Bonacina pro ſua. Sic etiam Alterius *diff.* 1. *citata in fine*, his verbis: Et hæc opinio Sylueſtri, & Abbatis videtur valdè probabilis, & conſona textui. Quid enim refert huiuſmodi ſtatuta delere ex Capitularibus, ſi in praxi & vſu ſeruarentur? ſicut enim qui ſeruat conſuetudinem libertati Eccleſiaſticæ repugnantem, quamuis ſcripta non ſit, incurrit hanc excommunicationem, ſimili modo rationi

conſonum

Digitized by Google

conſonum videtur excommunicatione innodari, qui ſtatutum ſeruat, etiamſi ex libro tollat. Et eadem ratio militat è contrario, ſi quis ſtatutum non ſeruet, ſed illud non delet de libro. Hæc igitur ſententia videtur verior, ſed oppoſita mitior & æquior, cum pœnę non ſint extendendæ, præſertim vbi verba legis ſunt ambigua. Propterea in praxi illa non eſt improbabilis. Hæc Alterius, citans, vt vidimus pro noſtra ſententia Sylueſtrum & Abbatem. Caietanus autem clarè militat pro ſententia Bonacinæ, vnde haud benè, citat illum pro ſua & noſtra, Reginaldus.

Qvæstio XXXVII.

Quando ſtatutum aliquod cenſendum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ita vt nec facere, nec ordinare illud quis poſsit, nec ordinato vti, niſi velit in excommunicationem huius Bullæ incidere?

Reſpondeo: Tunc cenſendum eſſe. Quando huiuſmodi ſtatutum per ſe, & ex intentione ipſiuſmet operis, non autem ſolius operantis, ſeu ferentis ſtatutum, attingit libertatem Eccleſiaſticam, eamque lædit. Ex quo conſtat (ait Suarez) quod ſi ſtatutum tale, ſit, vt per ſe non reſpiciat res Eccleſiaſticas, nec harum exemptionem diminuat, licèt ipſe Legiſlator directè intendat detrimentum aliquod, quod per accidens poteſt inde reſultare in Eccleſiaſticas perſonas, & peccet; non tamen aget contra hanc prohibitionem & Cenſuram: quia ſtatutum ipſum ex ſe, non eſt contra libertatem Eccleſiæ, & ea, quæ ſunt per accidens, non conſiderantur. Et è conuersò, ſi ſtatutum ipſum ſit per ſe repugnans libertati Eccleſiæ, quamuis ſtatuarius ſpeciali intentione non intendat libertatem Eccleſiaſticam minuere, ſed aliquod temporale commodum ſuum, nihilominus in hanc Cenſuram incurret: quia opere ipſo voluntariè agit contra hanc prohibitionem. Sic Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 91. Ex Caietano *verb. excommunicatio, cap.* 31. *verſ. Sextò nota.* Sic item Alterius *lib.* 5. *diſp.* 16. *cap.* 3. *pag.* 691. *verſ. Quod verò ſpectat.* Filliuc. *tr.* 16. *cap.* 10. *q.* 7. *n.* 270 Regin. *lib.* 9. *c.* 23. *n.* 359. *verſ. Ex praua intentione.* Bonac *hic, diſp.* 1. *q.* 16 *ſect.* 1. *punct.* 2. *n.* 1. & penes illum Duardus, Coriolanus, & Souſa.

Qvæstio XXXVIII.

Quænam ſtatuta in particulari cenſenda ſint contra libertatem Eccleſiaſticam?

Reſpondeo dicendum, quod ea, quæ in genere, vel in ſpecie, tollunt, lædunt, vel reſtringunt priuilegia à Deo, Papa, vel Imperatore, Eccleſiaſticis perſonis, vel Eccleſiis, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus conceſſa, vel conſuetudine acquiſita. Sic Doctores omnes, præcipuè nuper citati.

Ex quibus colligitur *Primò*, quod illa decreta, ſeu ſtatuta, quæ reſtringunt, vel lædunt, impediúntue, immunitatem locorum ſacrorum; Adminiſtrationem liberam rerum Eccleſiaſticarum; Exactionem decimarum; Exemptionem perſonarum Eccleſiaſticarum à laica poteſtate; Publicationem Bullæ, ſeu, Executionem literarum Apoſtolicarum; aut iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſunt decreta contra libertatem Eccleſiaſticam, & ideo Iudex laicus, qui talia conderet, ſtatueret, vel ordinaret; aut factis, aut ordinatis vteretur in excommunicationem huius Bullæ incideret. Sic Filliuc. & Bonac. *locis cit.* & alij omnes communiter.

Secundò, quod etiam ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, illa decreta, quibus Clerici, Eccleſiaſticæve perſonæ timidiores efficiuntur; laici audaciores ad nocendum illis; vt ſtatutum, v.g. quo percutiens Clericum puniatur decem ſolidis; percutiens autem laicum ſolidis viginti. Sic Filliuc. & Bonac. *loc. cit.* Bartol. Angel. Tabiena & Sylueſt. quos refert ac ſequitur Reginald *loc. cit. n.* 358. *verſu. Tenendum eſt ſecundò.* & alij. Plures alios caſus referunt dicti authores, præcipuè Bonac. *loc. cit.* & Alterius *loc. cit. c.* 5. & 6. Legantur.

DISPVTATIO XVI.

De decimaſexta Excommunicatione, lata contra impedientes Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur.

Qvæstio Prima.

Contra quas perſonas lata ſit hæc Cenſura?

Respondeo: Quod lata ſit *Primò*, contra omnes impedientes Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Superiores & inferiores Prælatos, & Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, ne ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, contrà quoſcunque vtantur.

Secundò, contra recurrentes ad Cancellaria, & alias Curias ſæculares, eludentes ſententias Iudicum Eccleſiaſticorum Ordinariorum, aut Delegatorum.

Tertiò, contra procurantes à dictis Cancellariis, & aliis ſæcularibus Curiis, prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, contra ſententias dictorum Ordinariorum, aut Delegatorum.

Quartò, contra decernentes huiuſmodi prohibitiones & mandata. Et contra exequentes eadem.

Quintò denique, contra dantes auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem. Sic colligit Filliuc. ex textu huius Canonis 16. qui ſic ſe habet.

Necnon, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alióſque Superiores & inferiores Prælatos; & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè, carcerando, vel moleſtando eorum Agentes, Procuratores, Familiares, necnon Conſanguineos, & Affines, impediunt quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, contra quoſcunque vtantur, ſecundum quod Canones, & ſacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt: Ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque ſententias, & decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes ad Cancellarias, aut alias Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia, Ordinariis, aut Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant: eos quoque, qui hæc decernunt & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem. Sic Canon. Legatur Filliuc. *tr.* 16. *c.* 10. *à q.* 10. *n.* 277. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *per totum.* Bonac. *hic, diſputat.* 1. *q.* 17. Palao *diſp.* 3. *puncto* 17.

Qvæstio II.

An hanc excommunicationem contrahat, qui ſine vi & metu, ſed precibus, pecunia, præmio, amore, aliáue via, impedit Iudicem Eccleſiaſticum, ne ſua iuriſdictione vtatur?

Reſpondeo: Non contrahere. Quia impedire propriè dicitur ille (ait Alterius) qui obſtaculum ponit, ne alius perficiat quod cupit. Quare, vt quis alteri verè & propriè impedimento ſit, requiritur vt ſit cauſa, vt alter inuitus, & contra voluntatem ceſſet ab opere quod intendit, qui autem precibus, amore aliòve

aliòve ſimili modo retrahit iudicem, ne iuſtitia dictante, in aliquem flagitioſum animaduertat, non poteſt dici impedire iudicem, ab vſu iuriſdictionis ſuæ; quia volens, & ſpontè deſiſtit à munere ſuo, & ſubornatus, mouetur voluntariè ad aliquid iniuſtè agendum. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *cap.* 1. *col.* 7. *verſ. Impedire propriè*, (non *verſu, Tribus autem modis,* vt citat Bonacina) Filliucius *quæſ.* 10. *cit. dicto* 1. *n.* 278. Vgolinus, Graffius, Duard. & Coriolanus, quos citat, & ſequitur Bonacina *quæſ.* 17. *cit. punct.* 1. *n.* 2. *&* 3.

QVÆSTIO III.

An qui iniuſtè impedit Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem incurrat?

Reſpondeo non incurrere. Quia Summus Pontifex ſolùm excommunicat impedientes Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, *ſecundum quod Canones, &c. ſtatuum:* at ſic eſt, quod, quando quis iuſtè impedit Prælatos, hi non vtuntur iuriſdictione Eccleſiaſtica, iuxta Canones, ſed potius contrà: ergo. Sic Alterius *cap.* 1. *cit col.* 9. *verſ. Sequitur.* Filliucius *quæſ.* 10. *cit. dicto* 1. *num.* 277. & Bonacina *punct.* 1. *cit. num.* 4. Qui hinc benè colligit; nec affici hac excommunicatione illum, qui Prælatum impedit, ne ſua iuriſdictione vtatur in eum, qui non eſt illi ſubditus. Nec illum, qui prohibet, ne iudex Eccleſiaſticus progrediatur in cauſa, in qua reus legitimè appellauit. Nec illum, qui impedit Prælatum excommunicatum vitandum, ne iuriſdictionem exerceat. Nec illum, qui iudicem Eccleſiaſticum præuenit in cauſa mixti fori: Quia omnes iſti non impediunt iniuſtè, ſed iuſtè: & ideo non incurrunt cenſuram huius Canonis.

QVÆSTIO IV.

An non ſolum publicæ perſonæ, quæ iuriſdictionem habent, ſed etiam priuatæ impedientes iudices Eccleſiaſticos, ne ſuam iuriſdictionem exerceant, huius Canonis excommunicationem incurrant?

Affirmant apud Bonacinam, Filliucius *tract.* 16. *cap.* 10. *quæſ.* 9. *ad finem*, Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *cap.* 1. *verſ. Sed dubitari poteſt*, & Vgolinus *hic* §. 1. *n.* 1. *verſ. Quæ excommunicatio.* Quia Summus Pontifex vniuerſaliter, & abſque limitatione loquitur: *Necnon, qui quomodolibet impediunt.* ergo omnes perſonas vniuerſaliter comprehendit.

Alij è contra reſpondent, ſolùm incurrere perſonas, quæ auctoritate publica fungentes impediunt iudices Eccleſiaſticos; minimè verò perſonas priuatas. Quia Canon iſte verè continuatur cum præcedenti, vt indicat apertè dictio illa, *Necnon qui:* at ſic eſt, quod in præcedenti tractatur ſolum de perſonis publicis, quæ ex prætenſo officio, perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia trahunt, vt ſuprà *diſp. antecedenti, quæſt.* 4. habitum eſt: ergo hic Canon eodem modo de publicis ſolum perſonis iutelligendus eſt, Sic Bonacina *hic diſp.* 1. *quæſt.* 17. *punct.* 1. *num.* 7. citans pro ſe, Graffium *part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 139. Duardum *hic quæſt.* 3. Nauarrum *cap.* 27. *num.* 69. *&* 70. Suarium *diſp.* 21. *num.* 75. necnon, & Filliucium *tract.* 16. *cap.* 10. *quæſ.* 10. *num.* 277. & Alterium *cap.* 1. *cit. col.* 1. *verſ. Necnon*, dicens, hos vltimos ſibi eſſe contrarios. Sed certè, nec Filliucius, nec Alterius, ſibi contrarij ſunt: Nam locis pro hac ſecunda ſententia citatis, ſolùm ſupponunt, vt certum incurrere hanc cenſuram illos, qui auctoritate publica impediunt iudices Eccleſiaſticos; non tamen negant incurrere priuatas perſonas: quia Filliucius id ſuppoſuit *quæſ.* 9. *n.* 276. & Alterius poſtea immediatè, id, poſita quæſtione; ſtatuit. Vnde licèt hæc ſententia Bonacinæ ſit probabilis, probabilior eſt Filliucij, & Alterij, ob eorum fundamentum; & ideò à nobis tenenda.

QVÆSTIO V.

An qui noctu dilacerat edictum Epiſcopi in loco publico affixum, huius Canonis excommunicatione feriatur?

Negant Authores primæ ſententiæ feriri cenſura huius Canonis. Quia non impedit iuriſdictionem Epiſcopi auctoritate publica. Sic Bonac. *punct.* 1. *cit. num.* 8. Graffius, & Duardus penes ipſum, licet addant peccare grauiter, & graues pœnas mereri.

Sed meliùs iuxta à nobis dicta reſpondeo feriri dicta cenſura: Quia prædictus dilacerans edictum, verè impedit iudicem Eccleſiaſticum, quod ſufficit, cum non ſit neceſſum ad hoc, vt ſit perſona publica.

QVÆSTIO VI.

Quot modis poteſt impediri iudex Eccleſiaſticus, ne vtatur iuriſdictione ſua?

Reſpondeo quod tribus. *Primò*, vt non incipiat exercere ea, quæ ad iuriſdictionem ſpectant. *Secundò*, vt non proſequatur, & executioni mandet ea; quæ iudicauit, & *Tertiò*, vt reuocet ea, quæ perfecit, & executus eſt. Exemplum primi, & tertij modi impediendi Eccleſiaſticum iudicem, reperies apud Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *prope finem*, vbi dicitur: *Nefas eſſe ſæculari Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet; aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet.* Quod autem iudex impediatur, modo ſecundo; clarè conſtat, eo quod, nihil refert iudicaſſe, niſi mandatum executioni mandetur, cum hoc ſit ſententiæ finis. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *cap.* 1. *col.* 8. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 10. *quæſ.* 1. *n.* 281. & penes ipſum Vgolinus *hic n.* 1.

Ex quibus colligitur, quod in quocunque genere horum trium modorum, iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictio impediatur, ſufficiet ad contrahendam hanc excommunicationem.

QVÆSTIO VII.

An impedientes Abbates, Decanos, Archidiaconos, & Vicarium generalem Epiſcopi, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem contrahant?

Reſpondeo tanquam certum: Contrahere, quia verè impediunt Prælatos habentes iuriſdictionem illorum dignitati annexam; ac proinde Ordinariam; quod expreſsè eſt prohibitum in hoc Canone. Sic Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *cap.* 1. *col.* 6. *verſ. Sequitur ſecundò.* Filliucius *cap.* 10. *citato, quæſ.* 10. *num.* 279. Reginaldus *lib.* 9. *num.* 367. Duardus *hic quæſt.* 7. *n.* 6. Vgolinus *hic* §. 1. *num.* 1. *verſ. Item afficit*, Bonacina *punct.* 1. *cit. num.* 11. Qui ex Vgolino id extendit non ſolum ad impedientem Cardinales, ne iuriſdictione vtantur in Eccleſia ſua titulari; verùm etiam ad impedientem Generales, vt Prouinciales Ordinum: necnon ad impedientem legatos à latere, vel Nuncios; tum quia ſunt Epiſcopi, de quibus expreſſa ſit in textu mentio: tum etiam, quia iuriſdictio, quam habent, iure ordinario ipſis competit.

Digitized by Google

QVÆSTIO VIII.

An etiam incurrat cenſuram huius Canonis qui impedit iudices Eccleſiaſticos ordinarios in cauſis mixti fori?

RESpondeo dicendum, quod incurrat, ſi hos iudices impediat, cognoſcendo cauſam, ſeu illam definiendam accipiendo, antequam ad iudicem Eccleſiaſticum deducta ſit; quia non præuenit iniuſtè, cum in his mixti fori criminibus, locus præuentioni detur, iuxta nuper dicta. Secus verò ſi impediat iudicem Eccleſiaſticum, caſu, quo hic laicum iudicem præuenit, aut aliàs ius habeat cognoſcendi; quia tunc iudex laicus impediens, excommunicatione afficitur, quia verè impedit iudicem Eccleſiaſticum ne ſua iuriſdictione vtatur. Sic Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 17. *punct.* 1. *num.* 14. Vgolin. *hic* §. 2. *verſ. Quartò.* Duard. *q.* 5. Souſa *diſp.* 85. Graffius *lib.* 4. *hic, n.* 126. & Filliuc. *tr.* 16. *cap.* 10. *quæſ.* 10. *n.* 280. ita dicens: Impedientes Prælatos ne ſua iuriſdictione vtantur in cauſis de conſuetudine ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, etiam incurrunt: quia eiuſmodi ratio agendi cauſas, approbatur etiam per Canones, ex cap. *Clericus*, & cap. *Cùm ſit generale, de foro comp.* Idē dic de impedientibus in cauſis mixtis, quando Eccleſiaſtici præueniunt, eodem enim modo excommunicati eſſent. Sic Filliucius.

QVÆSTIO IX.

An impediens Epiſcopum ne abſolutionem ſacramentalem alicui impendat; aut ne poteſtatem ordinis exerceat, cenſuram huius Canonis incurrat?

AFfirmat incurrere impedientem Epiſcopum, ne exerceat actus ad poteſtatem ordinis pertinentes; puta, ne conferat Sacramentum Confirmationis, Chriſma conficiat, ſacret oleum infirmorum; creet Clericos, *&c.* Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *cap.* 1. *col.* 4. *pag.* 711. *quæſ.* 2.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: In neutro caſu incurrere, quia probabilius eſt, quod Canon hic ſolùm loquatur de impedientibus vſum iuriſdictionis fori externi, non ordinis, vt patet ex illis verbis: *Quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur.* Sic Vgolin. *hic numero* 3. Duard. *quæſ.* 7. *numero* 7. quos affert, & ſequitur Bonacina *punct.* 1. *cit. num.* 16. *&* 17.

QVÆSTIO X.

An ſi quis ad tribunalia ſæcularia recurrat, antequam Iudices ordinarij ſententias ferant, excommunicationem huius Canonis contrahat?

NEgant Duard. *can.* 16. *q.* 1. Vgolin. *n.* 1. & Alterius *diſp.* 17. *cit. cap.* 2. *col.* 1. *verſ. Quare*, & Palao *diſp.* 3. *punct.* 17. *n.* 8. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Contrahere, quia, quamuis excommunicatio lata in ſecunda parte huius Canonis, illis verbis: *Ac etiam eos, qui poſt ſententiam*, &c. Videatur eſſe tantum contra recurrentes ad tribunalia ſæcularia, poſt ſententias datas à iudicibus Eccleſiaſticis, comprehenduntur tamen his ſequentibus verbis: *Aut alias* (id eſt, aliter, aut alio modo) *fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes.* Sic Filliuc. *tract.* 16. *c.* 10. *q.* 11. *dicto* 3. *n.* 283. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 17. *punct.* 1. *n.* 23. Reginald. *lib.* 9. *n.* 369. & alij. Nec plura de hoc Canone, quia quæ occurrere poſſunt, ex dictis *diſp.* 15. diſſolui à legente queunt.

DISPVTATIO XVII.

De decimaſeptima Excommunicatione lata contra vſurpantes Sedis Apoſtolicæ, & aliorum Eccleſiaſticorum iuriſdictiones, aut fructus, aut denique contra illos, ſine facultate ſuperioris, ſequeſtrantes.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas lata ſit hæc cenſura?

RESPONDEO quod contra omnes, quæ iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus, pertinentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ad quaſcunque alias Eccleſiaſticas perſonas, ratione bonorum Eccleſiaſticorum vſurpant: aut eoſdem ſequeſtrant ſine facultate legitima. Sic expreſsè colligitur ex textu huius Canonis, qui ſic ſe habet.

Quive iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant: Vel etiam, quauis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum, ad id legitimam facultatem habentium, expreſſa licentia, ſequeſtrant. Sic Canon: ſecundum quod referunt Nauarr. *cap.* 27. *n.* 69. Viualdus *hic caſu* 17. Reginald. *lib.* 9. *cap.* 25. *poſt n.* 370. & Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 18. *in princip.*

QVÆSTIO II.

An perſonæ, quæ per hunc Canonem, prohibentur iuriſdictiones, fructus, redditus, &c. Eccleſiaſticorum vſurpare, ſint ſolum perſonæ publicæ, & poteſtatem habentes, an etiam priuatæ?

AFfirmare conſequenter debebant Bonacina, & alij citati *ſupr. diſp. præcedenti, quæſt.* 4. quibus addi poſſunt Palao *diſp.* 3. *punct.* 18. *c.* 3. Vgol. & Anton. de Souſa penes illum, qui apertè id ſentiunt, eo quod hic Canon etiam continuatur cum decimoquatto, vt denotat illa dictio relatiua, *Quive:* at in illo, ſolùm tractatur de perſonis publicis: ergo & in iſto.

Sed probabilius reſpondeo (iuxta à nobis ſupradicta) quod omnes perſonæ, tam publicæ, quàm priuatæ prohibeantur vſurpare; quamuis principaliter perſonæ publicæ, & poteſtatem habentes, ſiue ſint officiales, & Magiſtratus; ſiue etiam Imperatores, Reges, & Principes, eo quod ratione poteſtatis, quam habent, facilius quàm priuatæ perſonæ, bona prædicta ſoleant ſibi vſurpare. Nam textus vniuerſaliter loquitur. Nec obſtat ad contrarium tuendum, quod iſte Canon cum decimoquarto, qui ſolum de perſonis publicis agit, continuetur. Nam licèt hoc verum ſit non verò, quod illa particula, *Quive*, ſit relatiua ad perſonas, de quibus in illo Canone fit mentio: ſed vniuerſalis, & initiatiua nouæ clauſulæ, & ideo comprehendit omnes, facitque hunc ſenſum: *Et omnes qui*, &c. Legatur Barboſa *dictione* 414. Sic Bonacina *hic diſp.* 1. *quæſt.* 18 *punct.* 3. *num.* 1. *&* 2. & penes illum, Vgolinus, & Duardus Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 18. *cap.* 1. *columna* 1. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 8. *quæſ.* 8. *num.* 212. Reginaldus *cap.* 25. *cit. num.* 372.

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

An non ſolùm laicæ perſonæ, verum etiam Eccleſiaſticæ, prædicta vſurpantes; ſint hac cenſura comprehenſæ?

NEgat apud Bonacinam, Anton. de Souſa *hic cap.28.diſp.90.verſ. Reſpondendum:* vbi ait, Eccleſiaſticos non ligari cenſura, dum fructus Eccleſiaſticorum ſequeſtrant auctoritate Eccleſiaſtica, ſed ſolùm dum funguntur laica auctoritate: vel dum præfatos fructus, tanquam ſæculari titulo ſibi debitos, vſurpant. Quia Summus Pontifex conſulere intendit immunitati Eccleſiaſticæ contra laicos. Et hanc ſententiam eſſe probabilem, apertè innuit Reginaldus *n.372. cit.* cum oppoſitam, probabilem tantum vocet. Et illam tenet Palao *punct.18. num.3.* & Duard. penes ipſum.

Sed probabiliùs certè reſpondeo: Non ſolùm laicas perſonas, verùm etiam Eccleſiaſticas, ſub cenſura hac eſſe comprehenſas. Quia Summus Pontifex abſolutè, & vniuerſaliter loquitur, nec diſtinguit de laicis, vel Eccleſiaſticis: ergo de omnibus indiſtinctè eſt intelligendus. Nam licèt præcipuè intenderit conſulere bonis Eccleſiaſticorum, ne auctoritate laicorum offendantur; verba tamen eius generalia ſunt, nec ad alios limitata. Sic Reginaldus *loco cit.* Vgolin. & Duardus, quos affert, & ſequitur Bonacina *q.12. cit. punct.3.n.1.& 2.* Filliuc. *tr.16.c.8 quæſ.8.dicto 4.n.212.* Alterius *lib.5.diſp.18.cap.1.col.1.*& communis.

QVÆSTIO IV.

An fures, ſeu latrones, qui fructus ſeu prouentus Eccleſiaſticorum furantur, aut rapiunt, incidant in cenſuram huius Canonis?

AFfirmat Sayrus *lib.3. cap.21. num 4.* Cuius ſententiam, eo non citato, reputat probabilem Filliuc. *cap.8.cit quæſt 11.n.223.* eo quod verbum *vſurpare*, etiam admittat hanc ſignificationem, nempe, acceptionem quamcumque rei alienæ, animo faciendi illam ſuam.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Non incidere, quia probabilius longè eſt, quod verbum *vſurpare*, ſtrictè, & formaliter ſumptum, ſolùm ſignificat illam actionem, qua quis aliena ſibi tanquam propria, aut tanquam ſibi debita, adſcribit, ſeu (vt alij loquuntur) illam actionem, qua quis rem alienam rapit, non tanquam alienam, ſed tanquam propriam, ac ſi ad ſe pertineret: at ſic eſt, quod fures non rapiunt prædicta bona ac ſi ea ad ſe pertinerent, ſed potius vt ſunt aliena: ergo. Sic Caiet. *verb. excommunicatio, cap.27. conditione 2.* Nauarrus *cap.27. num.70. declaratione 6.* Suarez *hic diſp.21.ſect.2.num.96.* Alterius *diſp.18.c.1. col.4. verſ. Ad hunc modum.* Tolet. *lib.1.cap.28. verb. Tertia.* Filliuc. *loc.cit.* Duard. Vgolin. Reginald. & Souſa, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſp.1.q.18.punct.1. n.3.& 4.* Luyſius *lib.3.diſp.28.dub.6. verſ. Tertiò docet.* Sà *de excomm. Bullæ Cœnæ, num.17.* Palao *diſp.3. punct. 18.num.4.*& communis.

QVÆSTIO V.

An qui vſurparet prouentus alicuius Epiſcopatus, ſeu beneficij, aut Eccleſiæ vacantis, hanc incurreret cenſuram?

NEgant Caiet. *verbo excommunicatio, cap.27. verſ. Tertia,*& Toletus *lib.1.ſummæ,cap.29.num.5.* aliàs *cap.28.verſ.Secunda.* Quia exiſtimant, neceſſarium eſſe ad hanc cenſuram incurrendam, vt prouentus, ſeu fructus, qui vſurpantur, ſint alicuius certæ Eccleſiaſticæ perſonæ, vel communitatis; quia in textu excommunicatur ſolùm, *vſurpans iuriſdictiones. fructus, vel prouentus ad perſonas Eccleſiaſticas pertinentes.* Sed ſic eſt, quod quando dicta beneficia vacant, prouentus illorum ad nullam certam perſonam pertinent: ergo qui illa ſibi vſurparet, licèt peccaret mortaliter, & eſſet noxius reſtitutioni, non tamen hanc cenſuram incurreret. Horum ſententiam eſſe probabilem, contra Suarium, defendit Luyſius *loc.cit.verſ. Secundò neceſſarium eſt.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Incurrere hanc cenſuram, quia hæc non eſt lata præcipuè in commodum perſonæ, ſed in defenſionem Eccleſiaſticæ immunitatis, & dignitatis. Quod ergo intendit Pontifex per hunc Canonem, eſt cohibere vſurpatores Eccleſiaſticorum prouentuum, ſiue illi ad determinatam pertineant perſonam, ſiue non: nam hoc valdè accidentarium eſt ad finem legis. Præterquam quod dici poteſt, præfatos fructus pertinere ad Summum Pontificem, tanquam ad ſupremum diſpenſatorem, qui poteſtatem habet, eos tempore vacationis, obuenientes impendendi in ſuos, vel in aliorum vſus. Sic optimè Nauarr. *cap.27.num mihi 70.verſ.Sexta, quod per illa verba,* vbi id latè contra Caietanum probat. Vgolin. *hic c.17.§.1.verſ. Quintò.* Sayrus *lib.3.cap.21.num.4.* Suarez *diſp.21.ſect.2.num.97.* vbi ait, contrarium ſibi videri improbabile: Alterius *lib.5. diſput. 18. cap.1. col.4.verſ. Ex his quinque.* Filliucius *loc. cit. num.217.* Bonacina *diſp.1. quæſt.18.punct.2. n 31.*& penes ipſum, Duard. Reginald. & Souſa. Luyſius etiam *loc. cit.*

QVÆSTIO VI.

An vſurpans fructus Sedis Apoſtolicæ, mortuo Summo Pontifice, huius Canonis cenſuram incurrat?

REſpondeo tanquam certum: Incurrere, quia vſurpat fructus ad Sedem Apoſtolicam, ſeu ad Eccleſiam Romanam pertinentes, quod expreſsè prohibetur in textu illis verbis: *ad Nos, & Sedem Apoſtolicam.* Sic DD. citati, præcipuè Nauarrus *loc.cit.* vbi ait, neminem contrarium dixiſſe. Qui addunt idem eſſe dicendum de vſurpante fructus alicuius Monaſterij, in quo, aut omnes Religioſi mortui ſunt; aut nulli tunc reperiantur, eo quod aliò tranſlati ſint. Legantur Alterius, Suarez, Nauarr. Bonac. & alij *loc. cit.*

QVÆSTO VII.

An vſurpans fundos, prædia, Eccleſias, vel ipſamet beneficia, cenſuram hanc etiam incurrat?

NEgant aliqui, caſu quo ſolùm vſurpet fundos, prædia, Eccleſias, vel beneficia, nō fructus ab iis prouenientes: Quia Pontifex ſolùm excommunicat vſurpantem fructus, prouentus, aut redditus. Ita apud Bonacina, Duard. *hic quæſt.8. num. 18.* & Vgolin. *cap. 17. §.2. num. 1.* Quorum ſententiam ſpeculatiuè loquendo eſſe veriorem, affirmat Palao *vbi infrà.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Etiam cenſuram hanc incurrere. Quia occupans, ſeu vſurpans præfata bona, & Eccleſias, verè dicitur vſurpare ſibi ius fruendi huiuſmodi bonis: at ſic eſt, quod nomine *fructus* non ſolùm veniunt fructus, qui ſuaptè natura, vel induſtria hominum naſcuntur, ſed etiam vſusfructus, aut ius fruendi, *l. vaccæ emptor, ff. de euict. & l. per ſeruum, §. ſi vſusfructus, ff. de vſu, & habitat.* ergo vſurpans prædicta bona, verè dicitur vſurpare eorum fructus, & conſequenter, huius

huius Canonis cenſuram incurrere. Sic Bonacina *diſp.*1.*q.*18.*punct.*2.*n.*28. Alterius *lib.*5. *diſp.*18.*cap.*1. *col.*5.*dub.*1. vbi ait, id certiſſimum, & ab omni difficultate prorſus alienum, ſibi videri. Legatur idem *col.* 1. & 2. & Palao *diſp.*3.*punct.*18.*n.*19. vbi ait, hanc ſententiam practicè loquendo, eſſe tenendam.

Secus dicendum eſt, de vſurpante prædia beneficij temporalis, quia hic ſolùm excommunicatur vſurpans fructus, redditus, &c. pertinentes ad Eccleſiaſticas perſonas, ratione beneficiorum Eccleſiaſticorum. Sic Bonac.*n.*29.& Duard.*can.*17.*q.*9.*n.*2.

QVÆSTIO VIII.

An vſurpans iuriſdictionem ſpiritualem Prælatorum, ſit per hunc Canonem excommunicatus?

NEgat Alterius *lib.*5.*diſp.*18.*cap.*1.*col.*1.*verſ.Iuriſdictiones.* Quia exiſtimat, Pontificem in hoc Canone, ſolum excommunicare vſurpantem iuriſdictionem temporalem Prælatorum; eo quod de impedientibus iuriſdictionem ſpiritualem pertractauit *in can.* 14.15.& 16.

Sed probabilius longè reſpondeo. Etiam per hunc Canonem eſſe excommunicatum: quia longè probabilius eſt, per hunc Canonem excommunicari illum, qui iuriſdictionem quamcumque ſibi verè vſurpat, ſiue ſit Eccleſiaſtica, ſiue temporalis; ſiue ordinaria, delegata, aut acceſſoria: ſiue contentioſa, aut gratioſa; aut voluntaria. Quia Canon abſolutè, & vniuerſaliter loquitur de iuriſdictionibus: ergo de vſurpante quamlibet intelligendus eſt. Nec incongruum eſt in hoc Canone iterum de iuriſdictione ſpirituali agere; cum hic agat Pontifex de fructibus beneficij Eccleſiaſtici, inter quos, iuriſdictio recenſeri poteſt, vt benè Suar. *diſp.*22.*ſect.*2.*n.*9. Sic ipſe *diſp.*21.*ſect.*2. *n.*95. Vgolin. Duard. Souſa, & Filliuc. quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.*1.*q.*18. *punct.*2.*n.*3. Palao *diſp.*3. *punct.*18.*n.*9.

QVÆSTIO IX.

An qui ſcienter retinet fructus beneficij, aut Eccleſiæ, ab aliis vſurpatos; in excommunicationem hanc incidat?

REſpondeo tanquam certum: Incidere ſtatim ac illos tanquam proprios retinere incipit, quia, qui retinet fructus Eccleſiaſticos, animo eos ſibi appropriandi, & non reſtituendi, verè dicitur illos vſurpare; quamuis non ipſe, ſed alius arripuerit; nam in iure, idem eſt rem vſurpare, ac iniuſte retinere cap. *Indignè* 12.*q.*1.& *cap.Sicut diſt.*47. Sic Alterius *cap.*1.*cit.dub.*2. *pag.*720. Filliuc. *tract.*11.*cap.*8.*n.*224. Duard.*can.*17. *q.*13.*n.*3.*verſ.Octauò.* Bonacina *punct.*3.*num.*3. ex quo conſtat, excommunicatos eſſe hæredes ſcienter detinentes fructus Eccleſiaſticos à teſtatoribus vſurpatos. Secus eſſet dicendum, ſi retinens non intenderet tales fructus ſibi appropriare, ſed ſolum retinere tanquam alienos, quia tunc non incurreret hanc cenſuram, licèt peccaret contra iuſtitiam iniuſtè eos detinendo, vt *ſupra quæſt.*4. eſt habitum.

QVÆSTIO X.

An qui vſurpat fructus alicuius Clerici, titulo patrimonij ei competentes? Canonis huius cenſuram contrahat?

REſpondeo dicendum: Non contrahere, quia tunc non vſurpat fructus ad Eccleſiaſticos pertinentes ratione monaſterij, vel beneficij, vel Eccleſiarum, quod Canon exigit. Sic ex Caietano *verb. Excommun. cap.*27. Nauarr. *cap.*27.*num.mihi* 70.*verſ.Sexta, quod per illa.* Suarez *diſp.*21.*ſect.*2.*n.*95. Graff. Fill. Duard. Souſa, Tolet. & alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.*1. *q.*18.*punct.*2.*n.*25.& 27 & *punct.*3.*n.*5. Qui addit, id adhuc habere verum, caſu quo vſurparet fructus ex bonis patrimonij ad cuius titulum fuit ad ſacros ordines promotus. Quod additum eſt verum, quidquid contrarium ſentiant Vgolinus *hic cap.*17.§.2.*num.*1. *verſ.Secundò.* Duard. *hic q.*5.*n.*5.& *q.*13.*n.*2.& Marta *de iuriſ.part.*4.*caſu* 11.49 & 101. Quorum ſententiam reputat probabilem Filliucius, licet probabiliorem noſtram *tract.*16.*cap.*8.*q.*9.*n.*214.

QVÆSTIO XI.

An creditor, qui non poteſt alia via ſuum creditum recuperare; incurrat hanc cenſuram, ſubtrahendo Clerico ex fructibus beneficij, quantum credito correſpondet?

REſpondeo tanquam certum: Non incurrere. Sic Filliuc. *tract.*16.*cap.*8 *quæſ.*11.*dicto* 5 *n.*227. his verbis: Idem dicendum, ſi creditor non valens, alia via recuperare ſuum creditum, occultè ſibi ſatisfaciat, vel etiam per vim ſibi approprier, quia accipit, quod ſibi deberut iuſto titulo (*nempe, compenſationis*) & multo magis ſi per iudices competentes Eccleſiaſticos, eoſdem fructus capi faciat tanquam pignora, &c. Sic ille. Et ante illum, Nauarr. *lib.*5.*conſil.de ſent. excomm. conſil.*31.*per totum,* & *in Man.cap.*27.*n.*69. aliàs 70. ex Caiet.*verb.excommunicatio, c.*27. Alterius *lib.*5.*diſp.*18. *cap.*1.*col.*4.*verſ.Hinc ſequitur.* Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*18. *punct.*3.*num.*6. Addens idem à fortiori dicendum eſſe de illo, qui conſentiente beneficiario expreſsè, vel tacitè, fructus ipſius ſubtrahit.

QVÆSTIO XII.

An clerici cadentes arbores frugiferas ſuorum beneficiorum, & eas ſibi appropriantes, in hanc excommunicationem incidant?

REſpondeo tanquam quid certum: Non incidere quia licèt, cum ſint tantum vſufructuarij, nequeant cædere arbores fructiferas ſui beneficij; tamen cum ſua beneficia legitimè poſſideant, non poſſunt propriè dici vſurpatores dictarum arborum, etiam ſibi eas appropriando, & conſequenter in hanc cenſuram non incidunt. Sic Filliucius *loc.cit.n.*225.& Bonacina *q.*18.*cit. punct.*2.*n.*30. Qui tamen ex Nauarro addunt incidere nihilominus in ſuſpenſionem, vel excommunicationem latam *in Clement.*1.*de reb. Eccleſ.non alien.* caſu quo cædens prædictas arbores, alienauit illas, vendendo, donando, aut aliis modis alienando. Et hæc ſufficiant pro primæ huius Canonis clauſulæ explicatione. Pro ſecunda, ſit.

QVÆSTIO XIII.

An perſonæ, quæ per hunc Canonem prohibentur ſequeſtrare dictos fructus Ecleſiaſticos, non ſolùm ſint publicæ, ſed etiam priuatæ?

REſpondeo tanquam certum: Solum perſonas publicas prohiberi ſequeſtrare dictos fructus. Quia ſequeſtratio propria nequit fieri niſi auctoritate iudicis. Sic optimè Alterius *lib.*5.*diſp.*18.*cap.*2.*col.*3. his verbis: Sequeſtrare eſt rem penes tertium deponere; quod duobus modis contingit fieri. Altero modo conſenſu partium, & dicitur voluntaria ſequeſtratio. Altero modo auctoritate iudicis, &

& apellatur neceſſaria, vt notat Abbas *in c. Dilectus, n. 11. & ſeq. de ſequeſtr. poſſeſſ.* &c In hoc Canone accipitur pro ſequeſtratione neceſſaria, quæ fit à iudice. Fertur enim hæc excommunicatio ad tuendam dignitatem, & iuriſdictionem Prælatorum Eccleſiaſticorum contra iudices ſæculares, qui illam vſurpare volunt, & poteſtate laicali ratione officij, quod gerunt, ſequeſtrant iuriſdictionem, & fructus ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectantes. Sic ille. Sed an benè in hoc quod id limitet ad iudices ſæculares, ſtatim videbimus. Filliucius etiam *tract. 16. cap. 8. quæſ. 8. dicto 4. n. 212. & 229.* Bonac. *diſp. 1. q. 18. punct. 1. n. 8.* vbi *ſequeſtrare* in genere definit: Eſſe rem aliquam de qua inter duos controuertitur, tradere alicui certæ perſonæ cuſtodiendam, vel etiam poſſidendam, donec lis dirimatur, & conſtet cui de iure debeatur. *Sequeſtrare* verò prout in hoc Canone ſumitur, dicit, idem eſſe, ac bona iuriſdictionaliter deponere, ſeu impedire ne ab Eccleſiaſticis perſonis ad quas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel beneficiorum pertinent, percipiantur. Legatur ille. Necnon Suarez *diſp. 21. ſect. 2. n. 98.* Duard. *hic quæſt. 10.* Reginald. *lib. 9. c. 25. à n. 372.* Alterius, & Filliucius *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An etiam iudices Eccleſiaſtici ſequeſtrantes bona ad perſonas Eccleſiaſticas pertinentia ſint ſub hac cenſura comprehenſi?

NEgant, vt nuper vidimus, Alterius, & Filliucius *loc. cit.* Vgolinus *hic, verſ. Eſt etiam.* Duardus *q. 13. verſ. Ampliatur,* & Souſa *cap. 28. diſp. 90.* ob rationem ab Alterio allatam. Et quamuis ſatis probabiliter.

Nihilominus non minus, reſpondeo eſſe etiam ſub hac cenſura comprehenſos. Quia Canon generaliter loquitur, nec diſtinguit de laicis, aut Eccleſiaſticis: ergo. Sic Bonacina *diſp. 1. q. 18. punct. 3. n. 2. & 7.* & conſtat ex dictis ſuprà *quæſt. 3.* agentes de perſonis, quæ comprehenduntur ſub cenſura lata in prima huius Canonis clauſula.

QVÆSTIO XV.

An non ſolùm iudices, ſed etiam eorum Miniſtri exequentes ſequeſtrum, hanc excommunicationem incurrant?

REſpondeo tanquam certum: Etiam incurrere, quia, etſi miniſterialiter, veri ſunt ſequeſtratores. Adde, quod exequens, vnum cenſetur cum iudice mandante; cum illius auctoritate operetur, & vnum ſit vtriuſque delictum, *l. Athletas ff. de falſ.* Sic Filliuc. & Souſa *loc. cit.* qui tamen ſolum de Miniſtris laicæ poteſtatis loquuntur, & licet conſequenter, non ita benè, iuxta nuper à nobis dicta. Bonacina *punct. 3. cit. n. 9.* & alij communiter.

QVÆSTIO XVI.

An qui inſtat, & procurat apud iudicem præſertim ſæcularem ſequeſtrationem Eccleſiaſticorum fructuum ſibi concedi; incidat in hanc cenſuram?

AFfirmat Toletus *lib. 1. ſum. cap.* Bonacinæ 30. *n. 6. verſ. Aduerte:* mihi, *cap. 29. num. 4.* his verbis: Aduerte etiam excommunicationem Bullæ extendi ad per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes, conſilium, auxilium, aut fauorem dantes. Vbi nota *R. P. Leand. de Cenſuris.* hanc extentionem comprehendere omnia à principio decimæquartæ incluſiuè excommunicationis dicta, vt notat Syluester *verb. excommun. 7. § 70. 71. 72.* & Tabiena *verb excommun. 6. num. 12.* & propterea ſub vno contextu *eouè* legitur. Ita Tolet. & ex parte Duard. *can. 17. q. 2. n. 1. & q. 13.* Quorum ſententiam eſſe probabilem ait Filliuc. ſi verum ſit decimamquintam, decimamſextam, & decimamſeptimam excommunicationem vnum caput efficere.

Sed probabilius multò reſpondeo dicendum, quod licèt olim tempore Clementis VII. & Pauli III. verè incideret in hanc cenſuram procurans apud iudicem, ſequeſtrationem præfatam, eo quod in Bullis illorum addita erant hæc verba: *Vel per ſe, vel alium, ſeu alios, directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non verentur.* Modò tamen nullo modo incidat: quia præfata verba, ſublata ſunt his temporibus à Bulla, ex quo apertè colligitur, Summum Pontificem non intendere cenſura afficere procurantes aut inſtantes apud iudices, ſibi ſequeſtrationem fructuum Eccleſiaſticorum concedi: quia quando verba legis tolluntur, diſpoſitio, quæ ex verbis ſumenda eſt, ceſſat. *l. 4. §. Prætor. ff. de damn. infect. l. ſtatum, in pr. ff. de admin. tut.* vbi Bart.

Nec obſtat, quòd opponit Toletus, quod hic Canon connectatur cum præcedentibus, in quibus etiam excommunicantur mandantes, procurantes, *&c.* Quia verba præcedentium Canonum, ſeu excommunicationum, nullo modo referuntur ad hunc Canonem, cum diſtinctum ſenſum à præcedentibus faciat. Sic Nauarr. *conſil. mihi* 38. (Bonacinæ 36.) *de ſent. excomm. per totum.* Et ex illo Alterius *lib. 5. diſp. 18. cap. 2. verſ. Poſtulabit aliquis.* Filliuc. *tract. 16. cap. 8. quæſ. 12. n. 228. & 232.* Vgolin. & alij, quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp. 1. q. 18. punct. 3. n. 10.*

QVÆSTIO XVII.

An iudex ſequeſtrans fructus Eccleſiaſticos, ad tollendas lites, aut ob aliam honeſtam cauſam, ſit per hunc Canonem excommunicatus?

REſpondeo tanquam quid certum: Eſſe, quia Pontifex quamlibet ſequeſtrationem, quauis occaſione, vel cauſa fiat, expreſsè ſub excommunicatione prohibet. Per hanc enim dictionem, *Quauis*, quæ vniuerſalis eſt, remouet omnem excuſationem, quæ excogitari poteſt. Vnde ſiue fructus Eccleſiaſtici ſequeſtrentur ad tollendas lites, contentiones, inimicitias, aut diſcordias, & alia mala: aut ne diſtrahantur, aut diſſipentur; aut ne illos retinens ius acquirat in poſſeſſorio; ſiue ex quacumque alia cauſa, ſemper incurritur hæc cenſura. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 18. cap. 2. col. 2. verſ. Vel etiam quauis occaſione.* Duard. & Vgolinus, quos ſequitur Bonacina *punct. 3. cit. n. 11.*

QVÆSTIO XVIII.

An iudices laici, qui fructus Eccleſiaſticos ſequeſtrant, ſine facultate legitima, incurrant hanc cenſuram, ſi id faciant, vt Eccleſiaſtici, tædio affecti, deſiſtant ab vſurpatione ſæcularis iuriſdictionis, caſu, quo vſurpatam illam habeant?

NEgatiuam ſententiam tenuiſſe Couarruuiam *pract. quæſt. cap. 35. n. 3.* & alios, apud Martam, & Duardum, affirmat Bonacina *infrà* citandus. Sed certè Couarruuias *loco* à Bonacina *citato*, id nullo modo docet, vt legenti conſtabit. Vnde quidquid alij ſentiant:

ſit editus contra Dominos ſæculares, qui ſeipſos conſtituunt Iudices Eccleſiaſticarum perſonarum,&c.ſecundùm tamen veritatem, ligat etiam Eccleſiaſticos, qui præter Iuris communis diſpoſitionem,hæc eadem præſumunt authoritate alia, quàm eccleſiaſtica: quia in hoc Canone non fit diſcretio inter Laïcos & Clericos quum excommunicantur. Non enim dicitur, *Excommunicamus illos laïcos*; ſed abſolutè *illos*, Et fortè fuit ratio, quia in multis locis Prælati Eccleſiaſtici inſtituuntur à Principibus ad cauſas huiuſmodi: & propterea omnes communiter ſunt hic excommunicati. Huc vſque Caiet.Filliuc. *cap.*10.*cit. q.*6. *n.*262. Duardus *Can.*15.*q.*1.*n.*1. *& q.*28.*n.*1. Regin. *libro* 9. *numero* 350.Bonacina *diſp.*1.*quæſt.*16.*ſectione* 1.*puncto* 5. *numero* 2.

Qvæstio VIII.

An iudex laicus incurrat hanc Cenſuram trahendo Eccleſiaſticum ad ſuum Tribunal, ob grauiſſima aliqua delicta?

NEgant nonnulli Doctores, exiſtimantes poſſe ſæculares Iudices, ob aliqua grauiſſima delicta trahere ad ſuum Tribunal Eccleſiaſticos.

Reſpondeo abſolutè eſſe dicendum, quod verè incurrat excommunicationem huius Canonis Iudex laïcus,trahens ad ſuum Tribunal Eccleſiaſticos etiam ob patrata quæcunque grauiſſima delicta, quandiù exempti remanent à laïca poteſtate. *Primò*. Quia ita prohibitum eſt ſub hac Cenſura in hoc Canone. *Secundò*. Quia laïci nullam poteſtatem habent in Clericos; cum hi, iure diuino, & naturali exempti ſint ab illorum poteſtate. vt benè Bonac. *hic diſp.*1.*q.*16. *ſect.*1.*puncto* 5.*n.*4.

Ex quibus conſtat generaliter prohibitum eſſe laïco Iudici per hunc Canonem ſub excommunicatione, trahere perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum Tribunal, quod intelligendum eſt, dummodò hoc faciat præter Iuris Canonci diſpoſitionem, per quam aliquibus in caſibus conceſſum eſt Iudici laïco, abſque excommunicationis pœna, trahere ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas, vt mox videbimus. Sit ergo.

Qvæstio IX.

An laico Iudici liceat trahere ad ſuum Tribunal, & iudicare Clericum degradatum, ſeu depoſitum realiter?

REſpondeo tanquam certum: licere ei. Ex cap. *Degradatio,de pœnis in* 6.*&c*. Ratio eſt. Quia per degradationem, omnia Clericorum priuilegia, Clericus amittit. Sic Alterius *lib.*5. *diſp.*20.*c.*2. *quæſt.*6. Duard. *Can.*19 *q.*7. Iulius Clarus, Molina, Farinac. & alij, quos affert,ac ſequitur Bonac. *hic diſp.*1.*q.*16. *ſect.*1. *puncto* 6.*n.* 3. & omnes.

Qvæstio X.

An etiam ſit licitum Iudici laico trahere ad ſuum Tribunal Clericum bigamum?

REſpondeo tanquam certum: Etiam eſſe ei licitum. Quia certum eſt Clericum bigamum, bigamia vera, vel interpretatiua, omnia Clericorum priuilegia amittere. *capite vnico. de bigamis in* 6. Sic Duardus *hic Canone* 15. *quæſt.* 11. *num.*87. Bonacina *loco citato,numero* 4. & penes ipſum, Farinacius, Gomez,& Martha, & communis.

Qvæstio XI.

An in cauſa feudi, licitum ſit Iudici, Domino laico, trahere ad ſuum Tribunal, Clericum feudum laicum poſſidentem?

NEgant Guido Papæ *deciſ.*139.& alij penes ipſum Quibus fauet Paulus Squillante *de priuil. Cleric. c.*7.*dub.*14.*n.*105. docens id eſſe verum caſu, quo de poſſeſſione feudi agatur, non de proprietate.

Sed,vt ferè certum, reſpondeo: Eſſe licitum,ſiue agatur Iudicio petitorio, de proprietate ipſius feudi; ſiue poſſeſſorio, de ſola poſſeſſione feudi. Quia abſolutè loquendo, vaſſallus, etiamſi Clericus, in iis, quæ pertinent ad feudum, ſubiicitur Domino feudi, quamuis ſæculari ex *cap. Tranſmiſſa, de foro compet.& cap. Caterum, de Iudicijs.* Sic vt certum docet Filliuc. *tract.*16.*cap.*10.*q.*6.*n.*262. Et antea Iulius Clarus *libro*4 § *feudum,q.*90 *n.*8. Toletus *lib.* 5.*c.*56. Sayrus *in Claui Reg lib.*12.*c.*8.*n.*9. Reginald. *libro* 9. *n.*151. Farinacius, Menoch. Surdus, Ambroſinus, Martha, Duard. & alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *hic diſput.* 1. *quæſt.*16. *ſect.* 1. *puncto* 6.*n.*6. de quo caſu agit etiam,nihil definiens,3.*p.tr.*1.*reſol.*59.

Qvæstio XII.

An in cauſa reconuentionis in ciuilibus, poſſit laicus reconuenire Clericum coram eodem Iudice ſæculari, apud quem Clericus, vt actor conuenit laicum?

NEgant nonnulli Doctores, quos tacitis nominibus, refert Bonac. *vbi infrà.*

Affirmat verò è contra Vinius *deciſ.*49.*n.*6.*tomo* 1. & ita, vt exiſtimet, poſſe laïcum reconuenire Clericum coram Iudice laïco,etiam de re, quæ non habet connexionem cum petitione.

Sed clarius reſpondeo: Poſſe quidem laïcum in cauſa reconuentionis in ciuilibus, reconuenire Clericum coram Iudice laïco; de re tamen, quæ habet connexionem cum petitione;non de alia. *Prima pars* conſtat ex *cap.*1.*&* 2. *de mutuis petitionib.& cap. Accuſatores,§.cuius in agendo.*3. *q.*8. *Secunda* verò etiam patet.Quia reconuentio de re diuerſa potiùs dicenda eſt conuentio, quàm reconuentio, at ſic eſt, quod laïcus etiam in cauſa ciuili, nequit conuenire Clericum,coram Iudice laïco: ergo. Sic præcipuè, quoad primam partem, tenent Clauis Reg. *loc. cit.* Regin. *loc. cit. n.*351. Graffius *lib.*4. *deciſ.cap.*18.*num.*114. Duard. *hic,Canone* 15.*q.*11.*n.*66. Farinacius, Surdus, Decian. Ambroſin. Marta, & Carolus de Graffis, quos refert, ac ſequitur Bonac. *puncto* 6. *cit. num.*8. Quibus addi poſſunt Filliuc. *tract.*16.*cap.*10. *quæſt.*6. *n.*262. & Diana *parte* 4.*tract.*1.*reſol.*65. Qui benè ex hoc inferunt,quod licèt Clericus teneatur ſtare ſententiæ contra ſe, in cauſa reconuentionis,latæ à Iudice laico, cum per reconuentionem effectus ſit ipſi in hac parte ſubditus, nihilominus non poterit Clericus condemnatus à laico Iudice cogi ad ſoluendum,eo quod coactio ſupponat iuriſdictionem,quam laicus minimè habet in Clericum. Legantur Duard. Filliuc.& Bonac.& Diana *loc.cit.*

Qvæstio XIII.

An etiam ſit licitum laico, reconuenire Clericũ in cauſis criminalibus,coram Iudice laico?

REſpondeo tanquam certum: Non eſſe ei licitum. *Ex cap.Neganda.*2.*q.*2.*& cap. Prius* 3. *quæſt.*11.

Et

Digitized by Google

Et ratio eſt. Quia Clericus nequit in cauſa criminali laïcum coram Iudice ſæculari conuenire: ergo nec poterit à laïco in eadem cauſa, coram dicto Iudice reconuenire. Sic Reginald. *lib.9. n.352. verſ. Secundò ceſſat.* Farinac. *de Inquiſit. q.8. n.10.* Scaccia *in tract. Crimin.p.1.c.11.n.93.* Bonac. *loc.cit.* & Diana *loc.cit.* vbi ſic ait: Notandum eſt hic obiter, etiam in multis aliis caſibus Clericum coram Iudice laico reconueniri non poſſe, nempe, ſi reconuentio oriatur ex cauſa criminali, etiamſi ciuiliter fuerit intentata; vel ſi reconuentio de re ſpirituali, vel connexa ſpirituali: vel propter quam Clericus poſſit incarcerari, vel ſi lis contra Clericum fuerit affectatè procurata per laïcum, ſub ſpe, & intentione reconueniendi Clericum. Sic ille. Et antea Reginald. *loc.cit.*

QVÆSTIO XIV.

An ob negligentiam, vel ob defectum Iuſtitiæ Eccleſiaſticæ, poſſit Iudex laicus trahere ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas?

Affirmant aliqui Iuriſtæ: eo quod Iudex Eccleſiaſticus, ob negligentiam, ſeu defectum Principis ſæcularis, deficientis in iure ſuis ſubditis tribuendo, & in cauſis cognoſcendis, poteſt illas cauſas cognoſcere, & ius cuique ſuum tribuere, *ex cap. licet. cap. Tranſmiſſa, de foro compet.* ergo etiam poterit Iudex laicus in defectum Principis Eccleſiaſtici, cauſas Eccleſiaſticorum cognoſcere & ius cuique ſuum tribuere, &c. Ita tenent Bobadilla *in polit.tomo.1.lib.2. cap.18. n.91.* Eſcobar *de ratiocin. cap.7. 31.* Morla *in Empor. Iuris tit.2.q.14.n.4.& 5.* Menochius *de retin. poſſeſſ.remed.3. num.154.* & alij penes ipſum. Guillel. de Benedictis, Igneus, Caſſaneus, & Olibanus apud Dianam *3.p.tract.1.reſ.25.*

Sed tanquam mihi certum reſpondeo: Non poſſe abſque incurſione excommunicationis huius Canonis. Quia ſic expreſsè cauetur *in cap. Qualiter, & quando, de Iudiciis,* vbi definitur, ne ob defectum iuſtitiæ trahantur Clerici ad Tribunalia ſæcularium. Et meritò, quia ex negligentia, aut defectu Eccleſiaſticorum Iudicum, non acquirunt iuriſdictionem aliquam in illos: cum ergo ſemper habeant inferiorem iuriſdictionem, ſemper manet in eis neceſſitas obſequendi Clericis, nunquam auctoritas imperandi.

Nec obſtat argumentum contrariorum: nam conceſſo antecedenti, neganda eſt conſequentia. Ratio diſparitatis eſt: quia Iudex Eccleſiaſticus poteſtatem habet, ſaltem indirectè, exercendi iudicia ciuilia & politica, in ordine ad ſalutem ſpiritualem animarum: laici verò incapaces ſunt iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, niſi indulto Summi Pontificis capaces efficiantur. Sic Bonac. *hic diſp.1.q.15. puncto 4.§.4. num.mihi 11.* Dianæ 10. Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4.cap.14.* Aluarez *de priuileg.pauper. q.50. num.11.* Guazinus, Gratianus, Tamburinus, Azorius, Peſantius, Angianus, & Laymann, quos citat, ac ſequitur Diana *1.p.tract.2.reſol.15.& 3.p.tract.1. reſol.25. & parte 4. tractatu 1.reſolut.80.* Filliuc. *tractatu 15.capite 10.quæſtione 6.numero 263.*

QVÆSTIO XV.

An, abſque incurſione Cenſuræ, poſſit Iudex laicus eiicere è Regno Clericum ſeditioſum, & perturbatorem Reipublicæ?

Affirmant Ramirez *tract. de lege Regia, §. 27. numero 15. in Gloſſa, lit.G.* Anton. de Ballis *in tractatu variar. lib. 5. pragmat. 1. tit.10. n. 44.* Fuſcus *de viſitat. lib.2.c.20. n.25.* Manuel Rodrig. *in addit. ad Bullam Cruc.§.9. n.84.* & Bobadilla *in polit tomo 1. libro 2 capite 18. num. 112.* ita ſcribens: [Si algun Clerigo fueſſe ſedicioſo, y reboltoſo, que turbaſe la paz de la Republica, podriale el Corregidor mandarle ſalir de la iuriſdicion por algun tiempo, aunque fueſſe Clerigo de Miſſa, y condenarle en las temporalidades.] Ita ille.

Sed longè multò verius & probabilius, imò vt mihi certum, reſpondeo: Non poſſe abſque incurſione Cenſuræ Bullæ. Quia, vt benè, Megal. *in 3. p. lib. 3. cap. 11. n.14.& 34.* in hac Bulla, Cœnæ expreſsè excommunicantur multantes quomodolibet perſonas Eccleſiaſticas, necnon executores huius banni: ergo ex quacunque cauſa hoc faciant excommunicantur. Ita enim decreuit Frideric.Imp. *in tit.1. §. Si Clericus, de pace tenenda in vſib. feud.* dicens, coram ſuo Epiſcopo conueniendum, & adducendum eſſe Clericum pacis violatorem, & ab eodem puniendum. Sic etiam Ioan. de Heuia *in Curia Philippica, parte 3.§.3. n.30.* ita ſcribens: [Aunque parece que el Clerigo, que turba la Republica, y paz, puede ſer hechado del Rejno, por el Rey, y ſu Conſejo, por eſtar à ſu quenta el procurar eſta paz, eſto es peligroſo, y no ſe admite ſegun Gregorio Lopez.] Ita ille, & alij quamplures Doctores, quos affert, ac ſequitur Diana *1.p. tract.2.reſol.18.& 3.p.tract.1. reſol.27. & parte 4. tract.1.reſol.81.* Legatur.

QVÆSTIO XVI.

An Iudex laicus poſſit capere, & punire pœna pecuniaria, Eccleſiaſticos impedientes, aut reſiſtentes iuriſdictioni laicali?

Affirmant Villadiego, *polit. cap.5. n.77.* & Bobadilla *in polit. tomo 1. lib.2. c.18. n.84.* vbi ſic ait: [Si algun Clerigo, ô Religioſo, impidieſſe la iuriſdicion ſeglar, ô la reſiſtieſſe, quitando a los Miniſtros de Iuſticia, quæ no prendan à alguno, ô forçando para que ſuelten al preſo, en los dichos caſos podra el Corregidor, y ſus Miniſtros prender à los Clerigos ô Religioſos para remitirlos à los Iuezes: y podra tambien mulctarlos en penas pecuniarias en ſus bienes.] Ita Bobadilla.

Sed clarius reſpondeo: *Primò.* Certum eſt, quod nec ob reſiſtentiam, nec ob aliam cauſam poſſit Iudex laicus punire Eccleſiaſticos pœna adhuc pecuniaria. Quia pecunia, ſicuti & alia bona Eccleſiaſticorum, gaudent priuilegio, quo gaudent ipſemet Eccleſiaſtici: at hoc nequit Iudex laicus punire in perſona: ergo neque in eorum bonis. Sic Sanchez *tom.1. conſil.lib. 3. c. vnico, dub.31. n.2. & dub.21. numero 12.* Megalius *in 3. p. lib. 3. c.11. n.23.* Diana *parte 4. tr.1. reſol.79.*

Reſpondeo *Secundò.* Etiam eſt certum, quod Iudex laicus nequeat capere Eccleſiaſticos ob reſiſtentiam ſuæ iuriſdictioni; niſi dumtaxat in caſu, quo aliàs laicus nequeat iuriſdictionem ſuam defendere; quia tunc ei liceret *ratione iuſtæ defenſionis*: *Quia* expreſsè prohibetur in hac Bulla, vt benè docet Megalius *loc. cit.* iuxta ſup. dicta. An autem ob alias cauſas poſſit dicemus *infra.*

QVÆSTIO XVII.

An laicus Iudex poſſit punire Eccleſiaſticos pœna pecuniaria, caſu quo illi ſigna reuerentiæ non exhibuerint, aut coram illo deliquerint?

Affirmant Pereira *tract. de Manu Regia p.1. cap.7. n.42.* & Bobadilla *loc.cit.n.89.* his verbis: [Si el

Digitized by Google

Clerigo cometieſſe algun delicto, ô deſacato contra los Miniſtros de Iuſticia ſeglar, ô en ſu preſencia, podranle prender para remitirle, porque la iuriſdicion real no que de illuſaria, y menos preciada, como quiera que ay algunos Clerigos poco corteſes, y otros tan atreuidos que ſe precian de no reſpetar à la Iuſticia ſeglar, y de paſſar delante del Corregidor ô de ſu teniente, eſtando en ſu Tribunal, y fuera del ſin hacerles corteſia: loqual hecho de malicia es bien refrenar cuerdamente con alguna multa, y pena pecuniaria) *Ita Bobadilla*, poco curdo en hablar del eſtando Eccleſiaſtico.) Vnde

Tanquam certum reſpondeo: Non poſſe puniri Eccleſiaſticos pœna pecuniaria. Quia, vt nuper habitum eſt, bona Eccleſiaſticorum idem priuilegium habent, ac ipſorum perſonæ. Deinde, quia & eſt contra hanc Bullam Cœnæ; & contra cap. *vnic. de Cleric. coniug.* ergo. Sic Magala *in 3.p. lib.3. num.35. c.11.* Diana 1 *p.tract.2.reſol.26.*

QVÆSTIO XVIII.

An Eccleſiaſtici crimen læſæ maieſtatis committentes, poſſint puniri à Iudice laico, ab eóque condemnari?

AFfirmant Calliſtus Ramirez *in tract. de lege regia* §.17. *num.*11.& penes ipſum in Gloſſa *litera D.* & alij plures. Quibus addi poteſt Hæuia *in Curia Philippica parte* 3.§.2.*n.*23.& alij, quos ipſe citat.

Sed, vt certum reſpondeo: Non poſſe. Quia ita, in caſu contingenti in Regno Neapolitano, declarauit Clemens VIII. *anno* 1600. vt notat Genuenſis *in praxi cap.*72. Sic ipſe, & ex ipſo, Diana 1.*p. tract.*2. *reſol.*20.*&* 3.*p.tract.*1. *reſol.* 30. & penes ipſum, Vigianus, Belletus, Peſantius, Zanard. Salzedus, Bern. Diaz, Azor, Duard. Tamburinus, & alij, docentes prædictum Iudicem contrarium facientem incurrere hanc Bullæ excommunicationem.

QVÆSTIO XIX.

An Iudex laicus poſſit trahere ad ſuum Tribunal, & punire Eccleſiaſticos delinquentes in officio aliquo ſæculari, illis, ab ipſomet Iudice, ſeu Principe, conceſſo?

AFfirmant Suarez *contra Regem Angliæ lib.*4.*c.*34. *n.*26. Laymann *lib.*4.*tract.*9.*c.*4.*n.*3. Cenedo *in Collect. Iur. Canon. parte* 1. *collect.*37. *n.*16. Bobadilla *tomo* 2.*lib.*2.*c.*18.*n.*99. & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ, parte* 2.*q.*65. *n.*14. vbi ſic ait:[Quando algun Eccleſiaſtico delinque en el oficio que tomò, como ſi es Medico, Boticario ô Abogado, ô Tutor, ô Curador de algun Menor: ô tiene oficio de ſu Mageſtad, Preſidente de hazienda, ô Conſejero, y delinque en el: ô vende el Clerigo con medidas falſas ſu mercaduria, y en otros caſos ſemejantes, porque entonces ratione officij poteſt puniri in bonis, & *Iudex ſæcularis eſt competens.*] *Ita ille. Et Borrell.* Anguianus, Pereira, Eſcobar, & alij penes Dianam, *infrà.*

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe abſque incurſione huius Canonis Cenſuræ. Quia Canon vniuerſaliter loquitur, & ſolùm excepit caſus in iure expreſſos: ergo. Sic Bonacina *hic diſp.* 1.*q.*16. *puncto* 5. Quamobrem (inquit) Clericus, qui officium Tutoris, vel Curatoris, vel Adminiſtratoris bonorum exercuit, & in eo deliquit, non poteſt in iudicium à laico ad reddendam rationem vocari: quamuis enim delinquat aſſumendo huiuſmodi officium, non tamen amittit fori priuilegium. Sic ille, citans pro hac parte contra nonnullos Doctores Gallos, Ambroſinum *c.*20.*n.*5. Martam, *de Iuriſd. parte* 4.*caſu* 148. & Duardum *can.*15. *q.*11.*n.*26. *&* 38. Quibus addi poſſunt Megala *in* 3.*p. lib.*3. *c.*11. *n.*26. *&* 36. Cochier, Zanardus, Graſſis, & Squilante, quos citat, ac ſequitur Diana 1 *p.tract.*2. *reſol.*19. *& parte* 4. *tract.*1.*reſol.*39.

QVÆSTIO XX.

An Iudex laicus poſſit, abſque incurſione huius Canonis Cenſuræ, punire Eccleſiaſticum aſſaſſinum; hoc eſt, Eccleſiaſticum, qui pretio aliquem occidit, aut occidi mandat?

AFfirmant Iacob de Graſſis 1.*p. deciſ. aur. libro* 4. *c.*18. *n.*5. Carolus de Graſſis *de effect. cleric. effect.*1.*n.*668. & Cenedo *in Collect.*37. *n.*11. Marſilius, Grammaticus, & alij, apud Ambroſinum, *infrà.* Quorum placitum, probabile reputant Molina *tom.*4. *tract.*3. *diſp.*25.*n.*6. *& diſp.*49. *n.*10. & Gambarupta *de Immunit. Eccleſ lib.*7.*c.*14.*n.*13.

Sed, vt mihi certum reſpondeo: Non poſſe, in dicto caſu punire Eccleſiaſticum aſſaſſinum, niſi poſt ſententiam declaratoriam criminis, factam à Iudice Eccleſiaſtico; aliàs certum eſſe excommunicationem huius Canonis incurrere. Quia certum eſt, quod Eccleſiaſticus aſſaſſinus non ſubijcitur poteſtati Iudicis ſæcularis, niſi poſt ſententiam criminis declaratoriam; imò & poſt depoſitionem & traditionem brachio ſæculari. Sic Bonacina *de Legib.diſp.*10.*quæſt.*2. *puncto* 1. §.4.*n.*8. *& hic, diſp.* 1. *q.*16. *ſect.*1. *puncto* 5. *n.*4. *& puncto* 6.*n.*16. *&* 17. & penes illum, Farinac. *de Inquiſit.q.*8.*n.*85. Ambroſinus *c.*17.*n.*10. Iul.Clar. *lib.*5.*ſentent.q.*36. *n.*31. Marta *de Iuriſd. parte* 4.*caſu* 129. Duard. *Can.*15.*q.*11.*n.*18. Couarr. & Capicius. Quibus addi poſſunt Maſtrillus, Belletus, Marius, Antonius, Salzedo, Diaz, Ceuallos & Megala, quos citat, & ſequitur Diana 1.*p.tr.*2.*reſol.*52.

QVÆSTIO XXI.

An caſu, quo Eccleſiaſticus ſit notorius Sodomita, poſſit licitè Iudex ſæcularis illum punire?

AFfirmat Garſias *de nobilit. Gloſſa* 9.*n.*19.

Sed etiam, vt certum reſpondeo: Non poſſe abſque mortali, & incurſione Cenſuræ huius Bullæ; niſi poſt Iudicis Eccleſiaſtici declarationem, criminis depoſitionem, & traditionem brachio ſæculari. Quia tunc, & non antea, amittit Eccleſiaſticus priuilegium fori. Sic Bonac. *hic, diſp.*1.*q.*16.*ſect.*1.*puncto* 5.*n.*4. Duard. *Can.*14.*q.*11.*n.*61. Marta *de Iuriſd parte* 2.*capite* 16.*n.*4. Megala *in* 3.*p. lib.*8. *c.*11. *n.*11. Bobadilla *tomo* 1. *polit.lib.*2.*c.*18. *n.*59. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent.p.*2.*q.*43. *n.*6. vbi ait, ita in caſu contingenti, eſſe factum, & ruſus idem docet, *ibid.q.*97. *art.*4. Diana 1. *p. tractatu* 2. *reſolut.*52. *cit. verſ. Hoc etiam militat.*

QVÆSTIO XXII.

An conceſſum ſit Iudici laico, Clericum incorrigibilem ad ſuum Tribunal trahere, & punire?

REſpondeo, abſolutè loquendo: Eſſe conceſſum illi. Sic communiter DD. & præcipuè Gloſſa ſummaria ad initium *cauſæ* 11. id colligit *ex cap. Nec licuit.diſt.*17. Cui addi poſſunt *cap.de Liguribus.*23.*q.*5. *cap. Cum non ab homine, de Iudicijs cap. Vt famæ, de ſent.*

Digitized by Google

ſent. excommun. vbi incorrigibiles Clerici cenſentur, qui poſtquam de crimine ſunt condemnati, in ſimilia, vel peiora delicta dilabuntur. Legantur Nauar. *cap.27.n.79.* Suarez *diſp.22.ſect.1.n.9.* Reginaldus *libro 9.numero* 151. Bonac. *hic diſp.1.quæſt.16.ſect.1. puncto 6.n.*11. & alij.

An verò liceat Iudici laico, Clericum incorrigibilem punire, etiam ante declarationem Iudicis Eccleſiaſtici, qua conſtet Clericum eſſe prorſus incorrigibilem, non conſtat. Nam aliqui affirmatiuè ſentiunt cum Nauarro *loc.cit.* Alij verò, & probabilius, negatiuè, idque colligunt ex cap. *Vt fama, cit.* vbi de Clericis incorrigibilibus dicitur, & quod poſſint,& debeant per Eccleſiaſticum Iudicem ſub arcta cuſtodia detineri, & quod laicus non poſſit huiuſmodi Clericum comprehendere, niſi de mandato Prælati Eccleſiaſtici, & hinc non ſua, ſed committentis authoritate, id facere. Ex quo conſtat, quod Clericus incorrigibilis non amittat ipſo iure priuilegium fori, abſque declaratione & depoſitione, & traditione brachio ſæculari, facta à Iudice Eccleſiaſtico. Sic Suarez & Bonac. *loc.cit.* & penes ipſum, Duardus, Ægidius, Farinac. & Ambroſin. Necnon Diana 1.*p. tr.2.reſo.*52. vbi ait, id haberi expreſsè in quadam Bulla Clem. VIII. *dat.Rom.*18. *Decembr.*1591.

QVÆSTIO XXIII.

An Iudex laicus poſsit conuenire Eccleſiaſticos, & trahere ad ſuum Tribunal, pro ſolutione gabellæ; in caſu, quo teneantur illam ſoluere?

AFfirmant Salgado *de protect.regia,p.*4. *capite* 14. *n.*100. Mexia *in pragm. taxæ panis,concl.*5.*n.*23. Laſſarte *de gabellis,cap.*19.*n.*84. Coriol. *in Bulla Cœnæ, excommun.* 16.*fol.*945. Gutierrez *de gabellis, libro* 7. *q.*94. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. p.*2. *q.64.n.*7. Tiraquel, Aufretius, & Guillelm. de Benedictis, quos omnes pro hac parte refert Diana 1.*p. tract.2.reſol.*42. *&* 3.*p. tract.*1. *reſol.*44. docentes in dicto caſu, poſſe ſuperiorem laicum procedere contra bona Eccleſiaſticorum, & cogere illos ad ſoluendas gabellas.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Non poſſe Iudicem laicum abſque incurſione Cenſuræ huius Bullæ, compellere Eccleſiaſticos ad ſoluendas gabellas, etiam caſu quo teneantur illas ſoluere. Quia longè probabilius eſt, etiam in dato caſu, quod Iudices Eccleſiaſtici debeant illos ad eas ſoluendas compellere, non Iudices ſæculares. Sic Diana *reſolut.*42. *&* 44.*citatis* & penes ipſum, Salzed. *in pract.crim.c.*55. Squillante *de priuil.Cleric.c.* 8.*dubit.*1.*num.* 31. citans Bertachinum, Nattam, Carolum de Graſſis, Surdum, & Molfeſium. Sic etiam Anguianus *de legib.tomo* 1. *libro* 2.*contrmisu.*15.*n.*14. Barthol. à S. Fauſto *in ſpeculo Confeſſor.diſputat.*33.*q.*21. Bald. Abbas, & Rolandus à Valle.& alij.

QVÆSTIO XXIV.

An Iudex laicus poſsit trahere ad ſuum Tribunal, & punire Clericum pro delicto commiſſo ante Clericatum?

AFfirmant apud Bonacinam *infra* Anton. Gomez. 3. *variar. reſol. cap.*10.*n.*5. Vgolinus *c.*15.§.1. *n.*8.& alij abſolutè docentes, ſuſcipientem primam Tonſuram poſt delictum, iudicandum eſſe à Iudice ſæculari.

Sed ferè certum reſpondeo: Non poſſe, aliter incurret excommunicationem huius Canonis. Sub qua abſolutè prohibetur, ne Iudices ſæculares trahant ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas. Sic Carolus de Graſſis *de effect. Cleric. effectu* 8.*n.*15. vbi affirmat fuiſſe deciſum; Notarium effectum Clericum, non poſſe cognoſci à Iudice laico, pro inſtrumento falſo confecto, tempore, quo erat laicus. Diana *p.*4.*tr.*1. *reſol.*84. & penes illum, Maſtrillus, & Guazzinus. Quibus addi poſſunt Filliuc. *tractatu* 16.*cap.*10.*q.*6. *numero* 265. Bonacina *hic diſputatione* 1.*quæſtione* 16. *puncto* 5.*numero* 8.

QVÆSTIO XXV.

An ſaltem poſsit Iudex laicus liberè punire Clericum, qui poſt delictum patratum aſſumpſit habitum Clericalem, intentione ſe ſubtrahendi à iuriſdictione ſæculari?

AFfirmant, & à fortiori, Gomez,& Vgolinus *loco cit.* Quibus pro noſtro quæſito adhærent Molina *de Iuſtit. tomo* 4.*tract.*3. *diſput.*49.*n.*21. Couarr. *practicar.q.*32. *verſ.Secunda concluſio.* Gutierr. *libro* 1. *practicar.q.*5. Iulius Clarus *q.*36.*n.*38. & eius Additionator *ibid. lit. G.* Farinac. *tit.de Inquiſit. quæſt.*8. *n.*104. Menoch *de præſumpt. lib.*6.*q.*76.*n.*35. Zerola *verb. Clericus n.*6. Ambroſinus *de immunit.c.*19.*n.*5. Quos omnes pro hac parte refert Bonacina mox citandus. Quibus addi poſſunt Ceuallos *tract.de cognit.per viam violen. parte* 2.*q.*44.*n.*7. & Filliuc. *tr.*16. *c.*10.*q.*6.*n.*265. & alij, aſſerentes poſſe in hoc caſu Iudicem ſæcularem, dictum Clericum in fraudem Curiæ ordinatum, adducere ad ſuum Tribunal,& punire illum, non quoad pœnam corporalem, ſed tantùm ad pœnam pecuniariam, & confiſcationem bonorum.

Sed probabilius reſpondeo: Adhuc non poſſe. *Primò*, quia dici poteſt præfatum criminoſum vti iure ſuo aſſumendo ſtatum Clericalem: qui autem vtitur iure ſuo, nemini fraudem facit. *Secundò*, quia hinc non ſequitur, eum qui ſtatum Clericalem aſſumpſit intentione ſe ſubtrahendi à laica poteſtate, priuari ipſo facto priuilegio Clericali. *Tertiò*, quia qui confugit ad Eccleſiam poſt delictum patratum, animo ſe à Curia ſæculari ſubtrahendi, verè gaudet immunitate Eccleſiaſtica, quamuis remaneat laicus, & in ea ad tempus moretur: ergo multò magis ea debet gaudere laicus, qui poſt patratum delictum ad Eccleſiam confugit, & perſonam ſuam per ordinis ſuſceptionem Deo conſecrat, vt illi perpetuò famuletur. Sic Suarez *contra Regem Angliæ, cap.*15. *num.*17. Genuenſ. *in praxi,c.*8.*n.*5. Bonac. *de legibus,diſput.*10. *q.*2.*puncto* 1.§.1.*n.*16. *& hic in Bulla Cœnæ, diſputat.*1. *q.*16.*ſect.*1. *puncto* 5.*num.*9. vbi aliqualiter hanc ſententiam limitat: ſed ſine ſufficienti ratione. Diana 1.*p.tract.*2.*reſol.*27.*&* 3.*p.tract.*1. *reſolut.*67. Et hæc ſufficiant circa primam partem huius Canonis. Circa ſecundam ergo ſit.

QVÆSTIO XXVI.

An vt facientes, ordinantes, ſeu publicantes, ſtatuta, decreta, ordinationes, &c. contra libertatem Eccleſiaſticam, excommunicationem incurrant; ſit neceſſum, vt id ex intentione faciant?

REſpondeo tanquam certum: Eſſe neceſſum. Quia ſtatuere, ſeu ordinare aliquid contra Eccleſiæ libertatem, eſt per ſe, ſeu ex intentione, tendere contra Eccleſiaſticam libertatem. Vnde ſi aliqui bona fide ſtatuta contra Eccleſiæ libertatem fecerint,

&

Digitized by Google

& ſint parati ad ea, cum cognouerint, tollenda, non incurrunt hanc excommunicationem. Sic Caiet. *verb. excommunicatio* 31. *verſ. Quartò nota. & verſ. Sextò nota.* Nauarr. *c.*27.*n.*119.*in* 4.*declarat.* Filliuc. *tract.*16. *c.*10.*quæſt.*7.*num.*266.

Qvæstio XXVII.

Quid ſit ſtatuta, &c. contra Eccleſiaſticam libertatem facere, ordinare, & publicare?

RESpondeo dicendum, quod *facere* ſtatuta, eſt aliquid publica auctoritate, conſtituere per modum legis, aut decreti generalis ab omnibus ſeruandum. *Ordinare*, eſt Superioris voluntatem, apertis verbis diſponere & explicare. *Publicare* verò eſt, promulgare ſtatuta, voce præconis, vel per affixionem ad loca publica & conſueta. Sic Filliuc. *loc. cit. numero* 267. Alterius *lib.*5.*diſp.*16.*c.*3. Bonac. *hic diſp.*1.*q.*16.*ſect.*2. *puncto* 1. & Palao *diſp.*3.*puncto* 16.*n.*6. & alij.

Qvæstio XXVIII.

An qui vnam ſolùm ex his actionibus facit, excommunicationem huius Canonis incurrat?

NEgat, apud Bonacinam Duardus hîc *Canone* 15. *q.*21.*n.*2. Cuius fundamentum poteſt eſſe, quod in Canone, tres primæ actiones exprimuntur, addita copula, *Et*, dicitur enim; *vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint:* at ſic eſt, quod proprium huius particulæ eſt copulare & coniungere antecedentia cum ſubſequentibus, vt notum eſt in iure: ergo, vt quis incurrat excommunicationem, omnes tres actiones prædictas debet efficere. Ita etiam ſenſit Palao *puncto* 16.*n.*5.*in principio*, & penes ipſum Vgol. Quãuis hic pro oppoſita parte à Bonac. citetur.

Sed, vt certum ferè reſpondeo: Incurrere efficiendo quamlibet prædictarum actionum. Quia certum ferè eſt, quod in præſenti, particula, *&*, ſumatur diſiunctiuè pro, vel vt ſumitur ſemper quod ſubiecta materia iſtam ſignificationem admitti petit, vt petit præſens: tùm quia eſt fauorabilis Eccleſiæ: tùm etiam quia alioqui ferè nunquam incurreretur Cenſura ob violatam libertatem Eccleſiaſticam: cùm Auctores ſtatutorum contra illam, non ſoleant ordinare, ſed ab aliis ordinati curent, ac publicari, vt conſtat. Sic Filliuc. *n.*266. ibi: Per ſingulas autem actiones poteſt incurri, *excommunicatio*; vt per ſolam publicationem, etiamſi non vterentur; per ſolum vſum, etiamſi non publicauerint, & ſic de cæteris. Alterius *diſp.*16.*c.*3. Vgolinus hîc, *verſ. Necnon qui ſtatuta*, §.4.*verſ. Tertiò.* Bonac. *diſp.*1.*q.*16.*ſect.*2.*puncto* 1.*n.*11. Qui ait, ita etiam tenuiſſe priùs Duardum, poſtea ſibi contrarium, *loc.cit.q.*1. *ad finem.*

Qvæstio XXIX.

An faciens ſtatuta, ſeu decreta contra libertatem Eccleſiaſticam, incidat in hanc excommunicationem etiam, ante promulgationem illorum?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe probabilem, apertè inſinuat Alterius *lib.*5.*diſp.*17.*c.*3.*col.*6.*pagina* 689. *Reſpondeo* (inquiens) quamuis certũ ſit, quamlibet dictarum trium actionum, cauſam eſſe ſufficientem, ad excommunicationem incurrendam, vt probatum eſt; tamen probabilius eſſe puto affirmare, neque facientes, neque ordinantes excommunicatos eſſe antequam promulgatio facta ſit. Quamobrem ſi Princeps mandet fieri ſtatutum, quod libertatem Eccleſiaſticam minuat, & officiales iuxta mentem Principis illud diſponant, & in formam ſtatuti redigant, ſi poſtea mutato propoſito, prohibent illud promulgari, nec ipſe Princeps, neque officiales excommunicationi ſubiacebunt; ſequuta tamen promulgatione, ipſo iure, facientes, ordinantes, & publicantes erunt excommunicati. Sic Alterius. Et benè certè. Quia ſtatuta non habent rationem ſtatutorum formaliter ante publicationem, ſeu promulgationem, ex communi Theologorum cum S. Thom. 1.2.*q.*90.*art.*4. Sic etiam Filliuc. *tr.*16.*c.*10.*q.*7.*n.*266.*verſ. Præterea.* Vgol. *loc.cit.* Duard. *Can.*15.*q.*21.*n.*1. Souſa *hîc c.*16.*diſp.*81.*num.*2. & Bonac. *puncto* 1.*cit. n.*3. Qui inde colligunt à fortiori negandum eſſe, affici excommunicatione huius Canonis, qui ſtatutum contra Eccleſiæ libertatem incepit facere, ſed non perficit. Legatur Felinus *in cap. Nouerit. de ſent. excommun. verſ. Item adde, n.*4.

Qvæstio XXX.

An qui ſtatutum edidit, aut ordinauit, ſtatim afficiatur excommunicatione, ſequuta publicatione, ſi ſtatuta nunquam executioni mandentur?

REſpondeo: Affici ſtatim. Quia executio decreti, non eſt formaliter de ſubſtantia decreti; cum potiùs ſupponat iam in ſuo eſſe conſtitutum. Sic Alterius verbis mox adducendis Bonac. *loc.cit.n.*4.

Qvæstio XXXI.

An Princeps, qui contra libertatem Eccleſiaſticam non fecit ſtatutum, tamen ab alio factum promulgari curat, excommunicationem huius Canonis contrahat?

REſpondeo: Contrahere. Quia, qui ſtatutum promulgare facit, ſtatum facere cenſetur; cum per promulgationem vim tribuat ſtatuto ab alio factum. Sic Alterius *lib.*5.*diſp.*16.*c.*3.*col.*5.*verſ. Reſpondeo, in fine.* ibi: Sed cum primum promulgatio ſequitur, æquè ſunt excommunicati, qui fecerint, ordinauerint, & publicauerint, quamuis ſtatuta edita nunquam executioni mandentur. Neque excuſantur ab excommunicatione, qui non faciunt ſtatuta, ſed promulgant illa aliàs facta. Sic ille. Et Bonac. *hic, diſp.*1. *q.*16.*ſect.*2.*punct.*1.*n.*7. Et idem dicendum eſt de Superiori, qui dicta ſtatuta facit ſeruari: cum proprius vſus legis ſit obſeruantia eius. Sic Filliuc. *tr.*16.*c.*10. *q.*7.*n.*168. & antea Suarez *diſp.*21.*ſect.*2.*n.*80. Palao *diſp.*3.*puncto* 16.*num.*5.

Qvæstio XXXII.

An Præcones, & alij inferiores Miniſtri, qui ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ publicè promulgant, Cenſuram huius Canonis incurrant?

NEgatiuam ſententiam tenet Palao *punct.*16.*n.*5. eamque tenere Suarium *hic diſputat.*21.*ſect.*2. *numero* 79. & Duardum hîc, *Can.*15.*q.*22.*n.*2. aiunt Bonac. & Palao. Sed ex his, Suarez, ſi attentè legatur id non docet; nam poſtquam dixit, quod præco, v.g. qui legem promulgat, non incurrat hanc Cenſuram, ſed qui promulgare præcipit, qui propriè promulgare dicitur; hæc addit verba: Quæ reſponſio poſſet acceptari niſi in Bulla adderetur illa vox; *quomodolibet fecerint & publicauerint*, non ergo cõprehendit tantùm præcipientem, ſed etiam ſubſcribentem: nam hi omnes aliquo modo publicationem efficiunt. Hæc Suar. Vnde

Digitized by Google

Vnde probabilius reſpondeo : Incurrere ; niſi aliàs titulo probabilis ignorantiæ excuſentur. Quia in hoc Canone excommunicantur omnes illi, qui quomodolibet, decreta facta contra libertatem Eccleſiaſticam publicant; at ſic eſt, quod Præcones, & alij Miniſtri inferiores, aliquo modo dicta decreta publicant, dum promulgant illa, vt concedit Suarez: ergo. Sic Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 10. *q.* 7. *n.* 267. ibi : Tertiò, Tabelliones, Præcones, Affigentes, & alij Miniſtri ſtatuta, prædicto nomine publicantes, etiam incurrerent. Sic ille. Cuius ſententiam videtur ſequi Bonacina *puncto* 1. *cit. n.* 8. quamuis primam ſententiam non reputet improbabilem. Citatque pro hac, Alterium *lib.* 5. *diſp.* 16. *c.* 3. *dub.* 2. Sed hic Author, ſolùm dicit, eſſe certiſſimum, tales inferiores Miniſtros, qui de mandato Superiorum, publicè denunciant huiuſmodi ſtatuta, immunes eſſe, & liberos ab excommunicatione, ſi probabiliter ignorant vt regulariter contingit, illa continere aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam. Hæc Alterius, & non amplius: credo tamen hoc contigiſſe ex defectu Typographi, vt ex Alterij verbis colligitur. Legatur.

QVÆSTIO XXXIII.

An Scriptores ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam; etiam ſub hac excommunicatione comprehendantur?

NEgant aliqui, & quidem probabiliter eo quod non videantur in tota clauſula huius Canonis, comprehendi. Ita Duard. *hic, q.* 22. *n.* 1. & Reginald. *lib.* 9. *n.* 362. Bonac. *etiam diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 2. *puncto* 3. *num.* 7. quamuis limitatè id neget.

Sed probabiliùs reſpondeo : Comprehendi; & *Primò*, ſub illo verbo, *publicauerint*; Quia, cum ſcriptura ſit publicum inſtrumentum, meritò dici poteſt publicare ſtatutum, qui illud ſcribit. *Secundò*, ſub illo verbo, *ordinauerint*. Qui enim ſtatutum literis mandat, ordinare videtur, ſicut, qui diſponit, & in formam redigit. Et *Tertiò*, ſub illo verbo : *Quomodolibet*, quod omnem modum ordinandi complectitur. Sic Suarez *n.* 79. *cit.* Alterius *c.* 3. *cit. dub.* 3. & Filliuc. *c.* 10. *cit. q.* 7. *n.* 167. ibi : Secundò, Cancellarij, Dictatores, Compoſitores, & Scriptores eorundem ſtatutorum; quia cenſentur comprehendi ſub ordinantibus, etiam incurrunt : Non qui ſolùm tranſcriberent, vel exciperent alio dictante, ligarentur tamen Cenſura *cap. Nouerit, de ſent. excomm. & cap. Nuper. eod.* Sic Filliuc. ibi, quam doctrinam repetit, *n.* 168. Souſa *hic, c.* 16. *diſp.* 71. *n.* 2. Caiet. *verb. excommunicatio, capite* 31.

QVÆSTIO XXXIV.

An Magiſtratus, ſeu Rectores Ciuitatum, ſcientes ſeruari ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & non impedientes, hanc excommunicationem incurrant;

AFfirmant Nauarr. *c.* 27. *n.* 129. & Regin. *libro* 9. *c.* 23. *n.* 359. *&* 364. *ſub finem*, apud Bonacinam *q.* 16. *cit. ſect.* 2. *puncto* 3. *n.* 10. Sed certè Reginaldus *n.* 359. nil ad propoſitum dicit : *& n.* 364. id non docet abſolutè, ſed ſub disiunctione ; ait enim, hoc verum eſſe, loquendo de his perſonis, quæ veram habent poteſtatem abrogandi dicta ſtatuta, & prohibendi eorum obſeruationem : non verò loquendo de his, qui poteſtatem ad id non habent. Ita Reginald. & ſatis probabiliter. Qui pro ſententia Nauarri citat Suarium, *vbi infra.*

Sed non minus probabiliter reſpondeo abſolutè; Non incurrere hanc excommunicationem. Quia Cenſura lata ob actionem poſitiuam, vt eſt eiuſmodi, non incurritur per omiſſionem. Sic Bonac. *loc. cit.* citans pro hac ſententia Caietanum *cap.* 31. *verſ. Tertiò notat.* Suarium *diſp.* 31. *ſect.* 2. *n.* 83. Alterium *diſp.* 16. *c.* 4. *diff.* 2. Filliuc. *tr.* 19. *c.* 10. *q.* 7. *n.* 368. & Duard. *hic, Can.* 15. *q.* 13. *n.* 3. Sed ex his Authoribus, Suarius, qui pro hac parte à Bonac. necnon & à Filliuc. citatur, non eſt certè pro illa. Nam licèt *n.* 83. *cit.* dicat, ſententiam Caietani eſſe ſatis probabilem : at verò, *n.* 95. expreſsè docet, ſententiam Nauarri, ſibi probabiliorem videri & pro illa melius Suarius à Reginaldo citatur.

QVÆSTIO XXXV.

An incurrant hanc Bullæ Cenſuram, qui ſtatuta facta contra libertatem Eccleſiaſticam, non delent è libris publicis, etiamſi non faciant ea ſeruari?

REſpondeo tanquam certum : Non incurrere: Quia id non eſt prohibitum per hanc Bullam: Sic Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 80. ita dicens: Si aliquis Princeps, vel Reſpub. talia haberet ſtatuta; eis verò non vteretur, nollet tamen ea abradere à ſuis libris, ſeu Capitularibus, ſed ea conſeruare ad memoriam; non videtur incurrere in hanc Cenſuram Bullæ : quia illud non eſt facere, aut ordinare talia ſtatuta, nec eis vti, & hæc tantùm ſunt, quæ prohibentur in hac Bulla. Sic Suarez. Filliuc. *tr.* 16. *c.* 10. *q.* 7. *n.* 268.

QVÆSTIO XXXVI.

An ſaltem incurrant excommunicationem latam in cap. Nouerit, de ſent. excomm. *qui dicta ſtatuta omittunt delere à libris Capitularibus etiamſi obſeruari non curent?*

AFfirmant quamplures Doctores exiſtimantes, ob ſolam omiſſionem delendi talia ſtatuta à libris Capitularibus incurri excommunicationem dicti capitis. Ita penes Bonac. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 16. *c.* 4. *diff.* 1. Angelus etiam, Palud. & Tabiena, quos affert, ac ſequitur Saytus *lib.* 3. *c.* 34. *n.* 4. Filliuc. *tr.* 14. *c.* 10. *n.* 166. *& tr.* 16. *n.* 268. *cit.* Tolet. *lib.* 1. *c.* 38. *n.* 13. & Regin. *lib.* 9. *n.* 362. dicens, ſic ſignificare Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 31. & de rigore Iuris ſic eſſe tenendum, fateri Suarium *diſp.* 21. *n.* 82.

Negant contra alij, docentes vtrumque ad incurrendam dictam excommunicationem requiri, nempe; & vt quis dicta ſtatuta obſeruari curet, & ſimul non faciat illa è libris Capitularibus deleri. Quia in textu dicti capitis, ſic dicitur : *Necnon, & qui de cætero ſeruari fecerint ſtatuta edita, niſi ea de Capitularibus ſuis fecerint amoueri.* Quibus verbis, vtrumque requiri, ſignificari videtur. Ita Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 2. *punct.* 4. *num.* 6. citans pro ſe Caiet. *c.* 31. *cit.* Nauarrum *cap.* 27. *num.* 119. Suarium *diſput.* 21. *ſect.* 2. *numero* 80. & Duardum *Canone* 15. *quæſt.* 14. *n.* 2.

Sed diſtinctiùs ego reſpondeo dicendum; Quod in rigore Iuris loquendo, verior, & probabilior ſit prima ſententia; ſecunda verò, mitior & æquior, & in praxi probabilis. Id expreſsè tenet Suarius *ſect.* 2. *cit. n.* 82. *in fine*, Vnde benè citat illum Reginaldus pro ſua ſententia, malè Bonacina pro ſua. Sic etiam Alterius *diff.* 1. *citata in fine*, his verbis : Et hæc opinio Sylueſtri, & Abbatis videtur valdè probabilis, & conſona textui. Quid enim refert huiuſmodi ſtatuta delere ex Capitularibus, ſi in praxi & vſu ſeruarentur? ſicut enim qui ſeruat conſuetudinem libertati Eccleſiaſticæ repugnantem, quamuis ſcripta non ſit, incurrit hanc excommunicationem, ſimili modo rationi conſonum

Digitized by Google

conſonum videtur excommunicatione innodari, qui ſtatutum ſeruat, etiamſi ex libro tollat. Et eadem ratio militat è contrario, ſi quis ſtatutum non ſeruet, ſed illud non delet de libro. Hæc igitur ſententia videtur verior, ſed oppoſita mitior & æquior, cum pœnę non ſint extendendæ, præſertim vbi verba legis ſunt ambigua. Propterea in praxi illa non eſt improbabilis. Hæc Alterius, citans, vt vidimus pro noſtra ſententia Syluestrum & Abbatem. Caietanus autem clarè militat pro ſententia Bonacinæ, vnde haud benè, citat illum pro ſua & noſtra, Reginaldus.

QVÆSTIO XXXVII.

Quando ſtatutum aliquod cenſendum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ita vt nec facere, nec ordinare illud quis poſſit, nec ordinato vti, niſi velit in excommunicationem huius Bullæ incidere?

RESpondeo: Tunc cenſendum eſſe. Quando huiuſmodi ſtatutum per ſe, & ex intentione ipſiuſmet operis, non autem ſolius operantis, ſeu ferentis ſtatutum, attingit libertatem Eccleſiaſticam, eamque lædit. Ex quo conſtat (ait Suarez) quod ſi ſtatutum tale, ſit, vt per ſe non reſpiciat res Eccleſiaſticas, nec harum exemptionem diminuat, licèt ipſe Legiſlator directè intendat detrimentum aliquod, quod per accidens poteſt inde reſultare in Eccleſiaſticas perſonas, & peccet; non tamen aget contra hanc prohibitionem & Cenſuram: quia ſtatutum ipſum ex ſe, non eſt contra libertatem Eccleſiæ, & ea, quæ ſunt per accidens, non conſiderantur. Et è conuersò, ſi ſtatutum ipſum ſit per ſe repugnans libertati Eccleſiæ, quamuis ſtatuarius ſpeciali intentione non intendat libertatem Eccleſiaſticam minuere, ſed aliquod temporale commodum ſuum, nihilominus in hanc Cenſuram incurret: quia opere ipſo voluntariè agit contra hanc prohibitionem. Sic Suarez *diſp.21. ſect.2.n.91*. Ex Caietano *verb. excommunicatio, cap.31. verſ. Sextò nota*. Sic item Alterius *lib.5. diſp.16. cap.3. pag.691. verſ. Quod verò ſpectat*. Filliuc. *tr.16. cap.10. q.7.n.270* Regin. *lib.9.c.23.n.359. verſ. Ex praua intentione*. Bonac *hic, diſp.1.q.16 ſect.2. punct.2.n.1*. & penes illum Duardus, Coriolanus, & Souſa.

QVÆSTIO XXXVIII.

Quænam ſtatuta in particulari cenſenda ſint contra libertatem Eccleſiaſticam?

RESpondeo dicendum, quod ea, quæ in genere, vel in ſpecie, tollunt, lædunt, vel reſtringunt priuilegia à Deo, Papa, vel Imperatore, Eccleſiaſticis perſonis, vel Eccleſiis, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus conceſſa, vel conſuetudine acquiſita. Sic Doctores omnes, præcipuè nuper citati.

Ex quibus colligitur *Primò*, quod illa decreta, ſeu ſtatuta, quæ reſtringunt, vel lædunt, impediúntue, immunitatem locorum ſacrorum; Adminiſtrationem liberam rerum Eccleſiaſticarum; Exactionem decimarum; Exemptionem perſonarum Eccleſiaſticarum à laica poteſtate; Publicationem Bullæ, ſeu, Executionem literarum Apoſtolicarum; aut iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſunt decreta contra libertatem Eccleſiaſticam, & ideo Iudex laicus, qui talia conderet, ſtatueret, vel ordinaret; aut factis, aut ordinatis vteretur in excommunicationem huius Bullæ incideret. Sic Filliuc. & Bonac. *locis cit.* & alij omnes communiter.

Secundò, quod etiam ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, illa decreta, quibus Clerici, Eccleſiaſticæve perſonæ timidiores efficiuntur; laici audaciores ad nocendum illis; vt ſtatutum, v.g. quo percutiens Clericum puniatur decem ſolidis; percutiens autem laicum ſolidis viginti. Sic Filliuc. & Bonac. *loc. cit.* Bartol. Angel. Tabiena & Syluest. quos refert ac ſequitur Reginald *loc. cit. n.358. verſu. Tenendum eſt ſecundò*. & alij. Plures alios caſus referunt dicti authores, præcipuè Bonac. *loc. cit.* & Alterius *loc. cit. c.5. & 6*. Legantur.

DISPVTATIO XVI.

De decimaſexta Excommunicatione, lata contra impedientes Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas lata ſit hæc Cenſura?

RESPONDEO: Quod lata ſit *Primò*, contra omnes impedientes Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Superiores & inferiores Prælatos, & Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, ne ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, contrà quoſcunque vtantur.

Secundò, contra recurrentes ad Cancellaria, & alias Curias ſæculares, eludentes ſententias Iudicum Eccleſiaſticorum Ordinariorum, aut Delegatorum.

Tertiò, contra procurantes à dictis Cancellariis, & aliis ſæcularibus Curiis, prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, contra ſententias dictorum Ordinariorum, aut Delegatorum.

Quartò, contra decernentes huiuſmodi prohibitiones & mandata. Et contra exequentes eadem.

Quintò denique, contra dantes auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem. Sic colligit Filliuc. ex textu huius Canonis 16. qui ſic ſe habet.

Necnon, qui Archiepiſcopos, Epiſcopos, alióſque Superiores & inferiores Prælatos; & omnes alios quoſcunque Iudices Eccleſiaſticos ordinarios, quomodolibet hac de cauſa directè, vel indirectè, carcerando, vel moleſtando eorum Agentes, Procuratores, Familiares, necnon Conſanguineos, & Affines, impediunt quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica, contra quoſcunque vtantur, ſecundum quod Canones, & ſacræ Conſtitutiones Eccleſiaſticæ, & Decreta Conciliorum generalium, & præſertim Tridentini ſtatuunt: Ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque ſententias, & decreta, aut alias fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes ad Cancellarias, aut alias Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata etiam pœnalia, Ordinariis, aut Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant: eos quoque, qui hæc decernunt & exequuntur, ſeu dant auxilium, conſilium, patrocinium, & fauorem in eiſdem. Sic Canon. Legatur Filliuc. *tr.16. c.10. à q.10. n.277.* Alterius *lib.5. diſp.17. per totum*. Bonac. *hic, diſputat.1.q.17.* Palao *diſp.3. puncto 17.*

QVÆSTIO II.

An hanc excommunicationem contrahat, qui ſine vi & metu, ſed precibus, pecunia, præmio, amore, aliáue via, impedit Iudicem Eccleſiaſticum, ne ſua iuriſdictione vtatur?

RESpondeo: Non contrahere. Quia impedire propriè dicitur ille (ait Alterius) qui obſtaculum ponit, ne alius perficiat quod cupit. Quare, vt quis alteri verè & propriè impedimento ſit, requiritur vt ſit cauſa, vt alter inuitus, & contra voluntatem ceſſet ab opere quod intendit, qui autem precibus, amore alióve

Digitized by Google

aliòve ſimili modo retrahit iudicem, ne iuſtitia dictante, in aliquem flagitioſum animaduertat, non poteſt dici impedire iudicem, ab vſu iuriſdictionis ſuæ; quia volens, & ſponte deſiſtit à munere ſuo, & ſubornatus, mouetur voluntariè ad aliquid iniuſtè agendum. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 17. cap. 1. col. 7. verſ. Impedire propriè*, (non *verſu, Tribus autem modis*, vt citat Bonacina) Filliucius *quæſ. 10. cit. dicto 1. n. 278.* Vgolinus, Graffius, Duard. & Coriolanus, quos citat, & ſequitur Bonacina *quæſ. 17. cit. punct. 1. n. 2. & 3.*

Qvæstio III.

An qui iniuſtè impedit Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem incurrat?

Reſpondeo non incurrere. Quia Summus Pontifex ſolùm excommunicat impedientes Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, *ſecundum quod Canones*, &c. *ſtatuunt*: at ſic eſt, quod, quando quis iuſtè impedit Prælatos, hi non vtuntur iuriſdictione Eccleſiaſtica, iuxta Canones, ſed potius contrà: ergo. Sic Alterius *cap. 1. cit col. 9. verſ. Sequitur*. Filliucius *quæſ. 10. cit. dicto 1. num. 277.* & Bonacina *punct. 1. cit. num. 4.* Qui hinc bene colligit; nec affici hac excommunicatione illum, qui Prælatum impedit, ne ſua iuriſdictione vtatur in eum, qui non eſt illi ſubditus. Nec illum, qui prohibet, ne iudex Eccleſiaſticus progrediatur in cauſa, in qua reus legitimè appellauit. Nec illum, qui impedit Prælatum excommunicatum vitandum, ne iuriſdictionem exerceat. Nec illum, qui iudicem Eccleſiaſticum præuenit in cauſa mixti fori: Quia omnes iſti non impediunt iniuſtè, ſed iuſtè: & ideo non incurrunt cenſuram huius Canonis.

Qvæstio IV.

An non ſolum publicæ perſonæ, quæ iuriſdictionem habent, ſed etiam priuatæ impedientes iudices Eccleſiaſticos, ne ſuam iuriſdictionem exerceant, huius Canonis excommunicationem incurrant?

Affirmant apud Bonacinam, Filliucius *tract. 16. cap. 10. quæſ. 9. ad finem*, Alterius *lib. 5. diſp. 17. cap. 1. verſ. Sed dubitari poteſt*, & Vgolinus *hic §. 1. n. 1. verſ. Quæ excommunicatio*. Quia Summus Pontifex vniuerſaliter, & abſque limitatione loquitur: *Necnon, qui quomodolibet impediunt.* ergo omnes perſonas vniuerſaliter comprehendit.

Alij è contra reſpondent, ſolùm incurrere perſonas, quæ auctoritate publica fungentes impediunt iudices Eccleſiaſticos; minimè verò perſonas priuatas. Quia Canon iſte verè continuatur cum præcedenti, vt indicat apertè dictio illa, *Necnon qui*: at ſic eſt, quod in præcedenti tractatur ſolum de perſonis publicis, quæ ex prætenſo officio, perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia trahunt, vt ſuprà *diſp. antecedenti, quæſt. 4.* habitum eſt: ergo hic Canon eodem modo de publicis ſolum perſonis intelligendus eſt, Sic Bonacina *hic diſp. 1. quæſt. 17. punct. 1. num. 7.* citans pro ſe, Graffium *part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 139.* Duardum *hic quæſt. 3.* Nauarrum *cap. 27. num. 69. & 70.* Suarium *diſp. 21. num. 75.* necnon, & Filliucium *tract. 16. cap. 10. quæſ. 10. num. 277.* & Alterium *cap. 1. cit. col. 1. verſ. Necnon*, dicens, hos vltimos ſibi eſſe contrarios. Sed certè, nec Filliucius, nec Alterius, ſibi contrarij ſunt: Nam locis pro hac ſecunda ſententia citatis, ſolùm ſupponunt, vt certum incurrere hanc cenſuram illos, qui auctoritate publica impediunt iudices Eccleſiaſticos; non tamen negant incurrere priuatas perſonas: quia Filliucius id ſuppoſuit *quæſ. 9. n. 176.* & Alterius poſtea immediatè, id, poſita quæſtione; ſtatuit. Vnde licèt hæc ſententia Bonacinæ ſit probabilis, probabilior eſt Filliucij, & Alterij, ob eorum fundamentum; & ideò à nobis tenenda.

Qvæstio V.

An qui noctu dilacerat edictum Epiſcopi in loco publico affixum, huius Canonis excommunicatione feriatur?

Negant Authores primæ ſententiæ feriri cenſura huius Canonis. Quia non impedit iuriſdictionem Epiſcopi auctoritate publica. Sic Bonac. *punct. 1. cit. num. 8.* Graffius, & Duardus penes ipſum, licet addant peccare grauiter, & graues pœnas mereri.

Sed meliùs iuxta à nobis dicta reſpondeo feriri dicta cenſura: Quia prædictus dilacerans edictum, verè impedit iudicem Eccleſiaſticum, quod ſufficit, cum non ſit neceſſum ad hoc, vt ſit perſona publica.

Qvæstio VI.

Quot modis poteſt impediri iudex Eccleſiaſticus, ne vtatur iuriſdictione ſua?

Reſpondeo quod tribus. *Primò*, vt non incipiat exercere ea, quæ ad iuriſdictionem ſpectant. *Secundò*, vt non proſequatur, & executioni mandet ea; quæ iudicauit, & *Tertiò*, vt reuocet ea, quæ perfecit, & executus eſt. Exemplum primi, & tertij modi impediendi Eccleſiaſticum iudicem, reperies apud Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. prope finem*, vbi dicitur: *Nefas eſſe ſæculari Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico indici, ne quem excommunicet; aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet.* Quod autem iudex impediatur, modo ſecundo; clarè conſtat, eo quod, nihil refert iudicaſſe, niſi mandatum executioni mandetur, cum hoc ſit ſententiæ finis. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 17. cap. 1. col. 8.* Filliucius *tract. 16. cap. 10. quæſ. 1. n. 281.* & penes ipſum Vgolinus *hic n. 1.*

Ex quibus colligitur, quod in quocunque genere horum trium modorum, iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictio impediatur, ſufficiet ad contrahendam hanc excommunicationem.

Qvæstio VII.

An impedientes Abbates, Decanos, Archidiaconos, & Vicarium generalem Epiſcopi, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem contrahant?

Reſpondeo tanquam certum: Contrahere, quia verè impediunt Prælatos habentes iuriſdictionem illorum dignitati annexam; ac proinde Ordinariam; quod expreſsè eſt prohibitum in hoc Canone. Sic Alterius *lib. 5. diſp. 17. cap. 1. col. 6. verſ. Sequitur ſecundò.* Filliucius *cap. 10 citato, quæſ. 10. num. 279.* Reginaldus *lib. 9. num. 367.* Duardus *hic quæſt. 7. n. 6.* Vgolinus *hic §. 1. num. 1. verſ. Item afficit*, Bonacina *punct. 1. cit. num. 11.* Qui ex Vgolino id extendit non ſolum ad impedientem Cardinales, ne iuriſdictione vtantur in Eccleſia ſua titulari; verùm etiam ad impedientem Generales, vt Prouinciales Ordinum: necnon ad impedientem legatos à latere, vel Nuncios; tum quia ſunt Epiſcopi, de quibus expreſſa fit in textu mentio: tum etiam, quia iuriſdictio, quam habent, iure ordinario ipſis competit.

Digitized by Google

Qvæstio VIII.

An etiam incurrat cenſuram huius Canonis qui impedit iudices Eccleſiaſticos ordinarios in cauſis mixti fori?

Reſpondeo dicendum, quod incurrat, ſi hos iudices impediat, cognoſcendo cauſam, ſeu illam definiendam accipiendo, antequam ad iudicem Eccleſiaſticum deducta ſit; quia non præuenit iniuſtè, cum in his mixti fori criminibus, locus præuentioni detur, iuxta nuper dicta. Secus verò ſi impediat iudicem Eccleſiaſticum, caſu, quo hic laicum iudicem præuenit, aut aliàs ius habeat cognoſcendi; quia tunc iudex laicus impediens, excommunicatione afficitur, quia verè impedit iudicem Eccleſiaſticum ne ſua iuriſdictione vtatur. Sic Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 17. *punct.* 1. *num.* 14. Vgolin. *hic* §. 2. *verſ. Quartò*. Duard. *q.* 5. Souſa *diſp.* 85. Graffius *lib.* 4. *hic*, *n.* 126. & Filliuc. *tr.* 16. *cap.* 10. *quæſ.* 10. *n.* 280. ita dicens: Impedientes Prælatos ne ſua iuriſdictione vtantur in cauſis de conſuetudine ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, etiam incurrunt: quia eiuſmodi ratio agendi cauſas, approbatur etiam per Canones, ex cap. *Clericus*, & cap. *Cùm ſit generale, de foro comp.* Idē dic de impedientibus in cauſis mixtis, quando Eccleſiaſtici præueniunt, eodem enim modo excommunicati eſſent. Sic Filliucius.

Qvæstio IX.

An impediens Epiſcopum ne abſolutionem ſacramentalem alicui impendat; aut ne poteſtatem ordinis exerceat, cenſuram huius Canonis incurrat?

Affirmat incurrere impedientem Epiſcopum, ne exerceat actus ad poteſtatem ordinis pertinentes; puta, ne conferat Sacramentum Confirmationis, Chriſma conficiat, ſacret oleum infirmorum; creet Clericos, &c. Alterius *lib.* 5. *diſp.* 17. *cap.* 1. *col.* 4. *pag.* 711. *quæſ.* 2.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: In neutro caſu incurrere, quia probabilius eſt, quod Canon hic ſolùm loquatur de impedientibus vſum iuriſdictionis fori externi, non ordinis, vt patet ex illis verbis: *Quominus ſua iuriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque vtantur.* Sic Vgolin. *hic numero* 3. Duard. *quæſ.* 7. *numero* 7. quos affert, & ſequitur Bonacina *punct.* 1. *cit. num.* 16. & 17.

Qvæstio X.

An ſi quis ad tribunalia ſæcularia recurrat, antequam Iudices ordinarij ſententias ferant, excommunicationem huius Canonis contrahat?

Negant Duard. *can.* 16. *q.* 1. Vgolin. *n.* 1. & Alterius *diſp.* 17. *cit. cap.* 2. *col.* 1. *verſ. Quare*, & Palao *diſp.* 3. *punct.* 17. *n.* 8. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Contrahere, quia, quamuis excommunicatio lata in ſecunda parte huius Canonis, illis verbis: *Ac etiam eos, qui poſt ſententiam*, &c. Videatur eſſe tantum contra recurrentes ad tribunalia ſæcularia, poſt ſententias datas à iudicibus Eccleſiaſticis, comprehenduntur tamen his ſequentibus verbis: *Aut alias* (id eſt, aliter, aut alio modo) *fori Eccleſiaſtici iudicium eludentes.* Sic Filliuc. *tract.* 16. *c.* 10. *q.* 11. *dicto* 3. *n.* 283. Bonacina *diſp.* 1. *q.* 17. *punct.* 1. *n.* 23. Reginald. *lib.* 9. *n.* 369. & alij. Nec plura de hoc Canone, quia quæ occurrere poſſunt, ex dictis *diſp.* 15. diſſolui à legente queunt.

DISPVTATIO XVII.

De decimaſeptima Excommunicatione lata contra vſurpantes Sedis Apoſtolicæ, & aliorum Eccleſiaſticorum iuriſdictiones, aut fructus, aut denique contra illos, ſine facultate ſuperioris, ſequeſtrantes.

Qvæstio Prima.

Contra quas perſonas lata ſit hæc cenſura?

Respondeo quod contra omnes, quæ iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus, pertinentes ad Sedem Apoſtolicam, vel ad quaſcunque alias Eccleſiaſticas perſonas, ratione bonorum Eccleſiaſticorum vſurpant: aut eoſdem ſequeſtrant ſine facultate legitima. Sic expreſſè colligitur ex textu huius Canonis, qui ſic ſe habet.

Quive iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinentes, vſurpant: Vel etiam, quauis occaſione, vel cauſa, ſine Romani Pontificis, vel aliorum, ad id legitimam facultatem habentium, expreſſa licentia, ſequeſtrant. Sic Canon: ſecundum quod referunt Nauarr. *cap.* 27. *n.* 69. Viualdus *hic caſu* 17. Reginald. *lib.* 9. *cap.* 25. *poſt n.* 370. & Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 18. *in princip.*

Qvæstio II.

An perſonæ, quæ per hunc Canonem, prohibentur iuriſdictiones, fructus, redditus, &c. Eccleſiaſticorum vſurpare; ſint ſolum perſonæ publicæ, & poteſtatem habentes, an etiam priuatæ?

Affirmare conſequenter debebant Bonacina, & alij citati *ſupr. diſp. præcedenti, quæſt.* 4. quibus addi poſſunt Palao *diſp.* 3. *punct.* 18. *c.* 5. Vgol. & Anton. de Souſa penes illum, qui apertè id ſentiunt, eo quod hic Canon etiam continuatur cum decimoquarto, vt denotat illa dictio relatiua, *Quive*: at in illo, ſolùm tractatur de perſonis publicis: ergo & in iſto.

Sed probabilius reſpondeo (iuxta à nobis ſupradicta) quod omnes perſonæ, tam publicæ, quàm priuatæ prohibeantur vſurpare; quamuis principaliter perſonæ publicæ, & poteſtatem habentes, ſiue ſint officiales, & Magiſtratus; ſiue etiam Imperatores, Reges, & Principes, eo quod ratione poteſtatis, quam habent, facilius quàm priuatæ perſonæ, bona prædicta ſoleant ſibi vſurpare. Nam textus vniuerſaliter loquitur. Nec obſtat ad contrarium tuendum, quod iſte Canon cum decimoquarto, qui ſolum de perſonis publicis agit, continuetur. Nam licèt hoc verum ſit non verò, quod illa particula, *Quive*, ſit relatiua ad perſonas, de quibus in illo Canone fit mentio: ſed vniuerſalis, & initiatiua nouæ clauſulæ, & ideo comprehendit omnes, facitque hunc ſenſum: *Et omnes qui*, &c. Legatur Barboſa *dictione* 414. Sic Bonacina *hic diſp.* 1. *quæſt.* 18 *punct.* 3. *num.* 1. & 2. & penes illum, Vgolinus, & Duardus Alterius *lib.* 1. *diſputat.* 18. *cap.* 1. *columna* 1. Filliucius *tract.* 16. *cap.* 8. *quæſ.* 8. *num.* 212. Reginaldus *cap.* 25. *cit. num.* 372.

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

An non ſolùm laica perſonæ, verum etiam Eccleſiaſtica, prædicta vſurpantes; ſint hac cenſura comprehenſæ?

NEgat apud Bonacinam, Anton. de Souſa *hic cap.28.diſp.90.verſ. Reſpondendum:* vbi ait, Eccleſiaſticos non ligari cenſura, dum fructus Eccleſiaſticorum ſequeſtrant auctoritate Eccleſiaſtica, ſed ſolùm dum funguntur laica auctoritate: vel dum præfatos fructus tanquam ſæculari titulo ſibi debitos, vſurpant. Quia Summus Pontifex conſulere intendit immunitati Eccleſiaſticæ contra laicos. Et hanc ſententiam eſſe probabilem, apertè innuit Reginaldus *n.372. cit.* cum oppoſitam, probabilem tantum vocet. Et illam tenet Palao *punct.*18. *num.*3. & Duard. penes ipſum.

Sed probabiliùs certè reſpondeo: Non ſolùm laicas perſonas, verùm etiam Eccleſiaſticas, ſub cenſura hac eſſe comprehenſas. Quia Summus Pontifex abſolutè, & vniuerſaliter loquitur, nec diſtinguit de laicis, vel Eccleſiaſticis: ergo de omnibus indiſtinctè eſt intelligendus. Nam licèt præcipuè intenderit conſulere bonis Eccleſiaſticorum, ne auctoritate laicorum offendantur; verba tamen eius generalia ſunt, nec ad alios limitata. Sic Reginaldus *loco cit.* Vgolin. & Duardus, quos affert, & ſequitur Bonacina *q.*11. *cit. punct.*3.*n.*1.*&* 2. Filliuc.*tr.*16.*c.*8.*quæſ.*8.*dicto* 4.*n.*212. Alterius *lib.*5.*diſp.*18.*cap.*1.*col.*1.& communis.

QVÆSTIO IV.

An fures, ſeu latrones, qui fructus ſeu prouentus Eccleſiaſticorum furantur, aut rapiunt, incidant in cenſuram huius Canonis?

AFfirmat Sayrus *lib.*3. *cap.*21. *num* 4. Cuius ſententiam, eo non citato, reputat probabilem Filliuc. *cap.*8.*cit quæſ.*11.*n.*223.eo quod verbum *vſurpare*, etiam admittat hanc ſignificationem, nempe, acceptionem quamcumque rei alienæ, animo faciendi illam ſuam.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Non incidere, quia probabilius longè eſt, quod verbum *vſurpare*, ſtrictè, & formaliter ſumptum, ſolùm ſignificat illam actionem, qua quis aliena ſibi tanquam propria, aut tanquam ſibi debita, adſcribit, ſeu (vt alij loquuntur) illam actionem, qua quis rem alienam rapit, non tanquam alienam, ſed tanquam propriam, ac ſi ad ſe pertineret: at ſic eſt, quod fures non rapiunt prædicta bona ac ſi ea ad ſe pertinerent, ſed potius vt ſunt aliena: ergo. Sic Caiet. *verb. excommunicatio, cap.*27. *conditione* 2. Nauarrus *cap.*27. *num.*70. *declaratione* 6. Suarez *hic diſp.*21.*ſect.*2.*num.*96. Alterius *diſp.*18.*c.*1. *col.*4. *verſ. Ad hunc modum.* Tolet. *lib.*1.*cap.*28. *verb. Tertia.* Filliuc.*loc.cit.* Duard. Vgolin. Reginald. & Souſa, quos citat, ac ſequitur Bonacina *diſp.*1.*q.*18.*punct.*1. *n.*3.*&* 4. Luyſius *lib.*3.*diſp.*28.*dub.*6. *verſ. Tertiò docet.* Sà *de excomm. Bulla Cœna, num.*17. Palao *diſp.*3. *punct.* 18.*num.*4.& communis.

QVÆSTIO V.

An qui vſurparet prouentus alicuius Epiſcopatus, ſeu beneficij, aut Eccleſiæ vacantis, hanc incurreret cenſuram?

NEgant Caiet. *verbo excommunicatio, cap.*27. *verſ. Tertia,* & Toletus *lib.*1.*ſummæ cap.*29.*num.*5.aliàs *cap.*28.*verſ. Secunda.* Quia exiſtimant, neceſſarium eſſe ad hanc cenſuram incurrendam, vt prouentus, ſeu fructus, qui vſurpantur, ſint alicuius certæ Eccleſiaſticæ perſonæ, vel communitatis; quia in textu excommunicatur ſolùm, *vſurpans iuriſdictiones, fructus, vel prouentus ad perſonas Eccleſiaſticas pertinentes.* Sed ſic eſt, quod quando dicta beneficia vacant, prouentus illorum ad nullam certam perſonam pertinent: ergo qui illa ſibi vſurparet, licèt peccaret mortaliter, & eſſet noxius reſtitutioni, non tamen hanc cenſuram incurreret. Horum ſententiam eſſe probabilem, contra Suarium, defendit Luyſius *loc.cit.verſ. Secundò neceſſarium eſt.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Incurrere hanc cenſuram, quia hæc non eſt lata præcipuè in commodum perſonæ, ſed in defenſionem Eccleſiaſticæ immunitatis, & dignitatis. Quod ergo intendit Pontifex per hunc Canonem, eſt cohibere vſurpatores Eccleſiaſticorum prouentuum, ſiue illi ad determinatam pertineant perſonam, ſiue non: nam hoc valdè accidentarium eſt ad finem legis. Præterquam quod dici poteſt, præfatos fructus pertinere ad Summum Pontificem, tanquam ad ſupremum diſpenſatorem, qui poteſtatem habet, eos tempore vacationis, obuenientes impendendi in ſuos, vel in aliorum vſus. Sic optimè Nauarr. *cap.*27.*num mihi* 70.*verſ. Sexta, quod per illa verba*, vbi id latè contra Caietanum probat. Vgolin. *hic c.*17.*§.*1.*verſ. Quintò.* Sayrus *lib.*3.*cap.*21.*num.*4. Suarez *diſp.*21.*ſect.*2.*num.*97. vbi ait, contrarium ſibi videri improbabile: Alterius *lib.*5. *diſput.* 18. *cap.*2. *col.*4.*verſ. Ex his quinque.* Filliucius *loc. cit. num.*217. Bonacina *diſp.*1. *quæſt.*18.*punct.*2. *n* 31. & penes ipſum, Duard. Reginald. & Souſa. Luyſius etiam *loc. cit.*

QVÆSTIO VI.

An vſurpans fructus Sedis Apoſtolicæ, mortuo Summo Pontifice, huius Canonis cenſuram incurrat?

REſpondeo tanquam certum: Incurrere, quia vſurpat fructus ad Sedem Apoſtolicam, ſeu ad Eccleſiam Romanam pertinentes, quod expreſsè prohibetur in textu illis verbis: *ad Nos, & Sedem Apoſtolicam.* Sic DD. citati, præcipuè Nauarrus *loc.cit.* vbi ait, neminem contrarium dixiſſe. Qui addunt idem eſſe dicendum de vſurpante fructus alicuius Monaſterij, in quo, aut omnes Religioſi mortui ſunt; aut nulli tunc reperiantur, eo quod aliò tranſlati ſint. Legantur Alterius, Suarez, Nauarr. Bonac. & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO VII.

An vſurpans fundos, prædia, Eccleſias, vel ipſamet beneficia, cenſuram hanc etiam incurrat?

NEgant aliqui, caſu quo ſolùm vſurpet fundos, prædia, Eccleſias, vel beneficia, nõ fructus ab iis prouenientes: Quia Pontifex ſolùm excommunicat vſurpantem fructus, prouentus, aut redditus. Ita apud Bonacina, Duard. *hic quæſt.*8. *num.* 18. & Vgolin. *cap.* 17. *§.*2. *num.* 1. Quorum ſententiam ſpeculatiuè loquendo eſſe veriorem, affirmat Palao *vbi infrà.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Etiam cenſuram hanc incurrere. Quia occupans, ſeu vſurpans præfata bona, & Eccleſias, verè dicitur vſurpare ſibi ius fruendi huiuſmodi bonis: at ſic eſt, quod nomine *fructus* non ſolùm veniunt fructus, qui ſuaptè natura, vel induſtria hominum naſcuntur, ſed etiam vſusfructus, aut ius fruendi, *l. vaccæ emptor, ff. de euict. & l. per ſeruum, §. ſi vſuſfructus, ff. de vſu, & habitat.*: ergo vſurpans prædicta bona, verè dicitur vſurpare eorum fructus, & conſequenter, huius

Digitized by Google

& appellatur neceſſaria, vt notat Abbas *in c. Dilectus, n.*11.*& ſeq. de ſequeſtr. poſſeſſ.* &c In hoc Canone accipitur pro ſequeſtratione neceſſaria, quæ fit à iudice. Fertur enim hæc excommunicatio ad tuendam dignitatem, & iuriſdictionem Prælatorum Eccleſiaſticorum contra iudices ſæculares, qui illam vſurpare volunt, & poteſtate laicali ratione officij, quod gerunt, ſequeſtrant iuriſdictionem, & fructus ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectantes. Sic ille. Sed an benè in hoc quod id limitet ad iudices ſæculares, ſtatim videbimus. Filliucius etiam *tract.*16.*cap.*8. *quæſ.*8. *dicto* 4. *n.*212.*&*229. Bonac. *diſp.*1.*q.*18.*punct.*1.*n.*8. vbi *ſequeſtrare* in genere definit: Eſſe rem aliquam de qua inter duos controuertitur, tradere alicui certæ perſonæ cuſtodiendam, vel etiam poſſidendam, donec lis dirimatur, & conſtet cui de iure debeatur. *Sequeſtrare* verò prout in hoc Canone ſumitur, dicit, idem eſſe, ac bona iuriſdictionaliter deponere, ſeu impedire ne ab Eccleſiaſticis perſonis ad quas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel beneficiorum pertinent, percipiantur. Legatur ille. Necnon Suarez *diſp.*21. *ſect.*2. *n.*98. Duard. *hic quæſt.*10. Reginald. *lib.*9.*c.*25.*à n.*372. Alterius, & Filliucius *loc. cit.*

QVÆSTIO XIV.

An etiam iudices Eccleſiaſtici ſequeſtrantes bona ad perſonas Eccleſiaſticas pertinentia ſint ſub hac cenſura comprehenſi?

NEgant, vt nuper vidimus, Alterius, & Filliucius *loc. cit.* Vgolinus *hic, verſ. Eſt etiam.* Duardus *q.*13. *verſ. Ampliatur*, & Souſa *cap.*28. *diſp.*90. ob rationem ab Alterio allatam. Et quamuis ſatis probabiliter.

Nihilominus non minus, reſpondeo eſſe etiam ſub hac cenſura comprehenſos. Quia Canon generaliter loquitur, nec diſtinguit de laicis, aut Eccleſiaſticis: ergo. Sic Bonacina *diſp.*1.*q.*18.*punct.*3.*n.*2.*&* 7. & conſtat ex dictis ſuprà *quæſt.*3. agentes de perſonis, quæ comprehenduntur ſub cenſura lata in prima huius Canonis clauſula.

QVÆSTIO XV.

An non ſolùm iudices, ſed etiam eorum Miniſtri exequentes ſequeſtrum, hanc excommunicationem incurrant?

REſpondeo tanquam certum: Etiam incurrere, quia, etſi miniſterialiter, veri ſunt ſequeſtratores. Adde, quod exequens, vnum cenſetur cum iudice mandante; cum illius auctoritate operetur, & vnum ſit vtriuſque delictum, *l. Athletas ff. de falſ.* Sic Filliuc. & Souſa *loc. cit.* qui tamen ſolum de Miniſtris laicæ poteſtatis loquuntur, & licet conſequenter, non ita benè, iuxta nuperà nobis dicta. Bonacina *punct.*3. *cit. n.*9. & alij communiter.

QVÆSTIO XVI.

An qui inſtat, & procurat apud iudicem præſertim ſæcularem ſequeſtrationem Eccleſiaſticorum fructuum ſibi concedi; incidat in hanc cenſuram?

AFfirmat Toletus *lib.*1. *ſum. cap.* Bonacinæ 30.*n.*6. *verſ. Aduerte:* mihi, *cap.* 29. *num.*4. his verbis: Aduerte etiam excommunicationem Bullæ extendi ad per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes, conſilium, auxilium, aut fauorem dantes. Vbi nota R. P. Leand. de Cenſuris.

hanc extentionem comprehendere omnia à principio decimæquartæ incluſiuè excommunicationis dicta, vt notat Syluester *verb. excommun.*7.§70.71.72. & Tabiena *verb excommun.*6. *num.*12. & propterea ſub vno contextu eouè legitur. Ita Tolet. & ex parte Duard. *can.*17.*q.*2.*n.*1. *& q.*13. Quorum ſententiam eſſe probabilem ait Filliuc. ſi verum ſit decimamquintam, decimamſextam, & decimamſeptimam excommunicationem vnum caput efficere.

Sed probabilius multò reſpondeo dicendum, quod licèt olim tempore Clementis VII. & Pauli III. verè incideret in hanc cenſuram procurans apud iudicem, ſequeſtrationem præfatam, eo quod in Bullis illorum addita erant hæc verba: *Vel per ſe, vel alium, ſeu alios, directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eiſdem conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare non vereantur.* Modò tamen nullo modo incidat: quia præfata verba, ſublata ſunt his temporibus à Bulla, ex quo apertè colligitur, Summum Pontificem non intendere cenſura afficere procurantes aut inſtantes apud iudices, ſibi ſequeſtrationem fructuum Eccleſiaſticorum concedi: quia quando verba legis tolluntur, diſpoſitio, quæ ex verbis ſumenda eſt, ceſſat. *l.*4.§. *Prætor ff. de damn. infect. l. ſtatum, in pr. ff. de admin. tut.* vbi Bart.

Nec obſtat, quòd opponit Toletus, quod hic Canon connectatur cum præcedentibus, in quibus etiam excommunicantur mandantes, procurantes, *&c.* Quia verba præcedentium Canonum, ſeu excommunicationum, nullo modo referuntur ad hunc Canonem, cum diſtinctum ſenſum à præcedentibus faciat. Sic Nauarr. *conſil. mihi* 38. (Bonacinæ 36.) *de ſent. excomm. per totum.* Et ex illo Alterius *lib.*5. *diſp.*18. *cap.*2. *verſ. Poſtulabit aliquis.* Filliuc. *tract.*16. *cap.*8. *quæſ.*12. *n.*228. *&* 232. Vgolin. & alij, quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp.*1.*q.*18.*punct.*3.*n.*10.

QVÆSTIO XVII.

An iudex ſequeſtrans fructus Eccleſiaſticos, ad tollendas lites, aut ob aliam honeſtam cauſam, ſit per hunc Canonem excommunicatus?

REſpondeo tanquam quid certum: Eſſe, quia Pontifex quamlibet ſequeſtrationem, quauis occaſione, vel cauſa fiat, expreſsè ſub excommunicatione prohibet. Per hanc enim dictionem, *Quauis*, quæ vniuerſalis eſt, remouet omnem excuſationem, quæ excogitari poteſt. Vnde ſiue fructus Eccleſiaſtici ſequeſtrentur ad tollendas lites, contentiones, inimicitias, aut diſcordias, & alia mala: aut ne diſtrahantur, aut diſſipentur; aut ne illos retinens ius acquirat in poſſeſſorio; ſiue ex quacumque alia cauſa, ſemper incurritur hæc cenſura. Sic Alterius *lib.*5. *diſp.*18. *cap.*2. *col.*2. *verſ. Vel etiam quauis occaſione.* Duard. & Vgolinus, quos ſequitur Bonacina *punct.*3. *cit. n.*11.

QVÆSTIO XVIII.

An iudices laici, qui fructus Eccleſiaſticos ſequeſtrant, ſine facultate legitima, incurrant hanc cenſuram, ſi id faciant, vt Eccleſiaſtici, tædio affecti, deſiſtant ab vſurpatione ſæcularis iuriſdictionis, caſu, quo vſurpatam illam habeant?

NEgatiuam ſententiam tenuiſſe Couarruuiam *pract. quæſt. cap.*35.*n.*3. & alios, apud Martam, & Duardum, affirmat Bonacina *infrà* citandus. Sed certè Couarruuias *loco* à Bonacina *citato*, id nullo modo docet, vt legenti conſtabit. Vnde quidquid alij ſentiant:

Digitized by Google

Oppoſitum omnino reſpondeo dicendum. Iudices præfatos etiam in caſu præaſſignato excommunicationem huius Canonis incurrere. Quia ſub pœna illius, abſolutè prohibet Pontifex bona Eccleſiaſticorum, quauis occaſione, vel cauſa ſine legitima licentia ſequeſtrari. Sic Marta, Duard. & Azor, quos citat, ac ſequitur Bonac. *diſp.1.q.18. punct.3.n.12.*

QVÆSTIO XIX.

An non ſolum Romanus Pontifex, ſed & alij Prælati poſſint iudicibus ſæcularibus facultatem ſequeſtrandi fructus Eccleſiaſticos concedere?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe, quia id expreſsè habetur in hoc Canone iis verbis: *Sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimã facultatem habentium expreſſa licentia.* Poſſunt ergo etiam talem facultatem concedere Epiſcopi, & eorum Vicarij, necnon & à fortiori, legatus Sedis Apoſtolicæ, vel Nuncius. Quia ſicut hi omnes poteſtatem ſequeſtrandi habent, ita etiam ad alios ipſam tribuendam. Sic Alterius *lib.5.diſp.18.cap.2.col.1.in princip.& col.2. verſ. Sine Romani Pontificis.* Vgolinus *hic, verſ. Vel etiam.* Reginaldus *lib.9. cap.25. num.373.* Bonacina *punct.3.cit.n.14.* Addens, eandem facultatem concedere poſſe partes litigantes, modò vtraque conſentiat.

QVÆSTIO XX.

An bonorum Eccleſiaſticorum vſurpatio non ſolùm in hac Bulla, ſed etiam in aliis locis vetita ſit?

RESpondeo eſſe pluribus in locis, cap. *Non minus, de immun. Eccleſ.* cap. *Prædia, & ſeqq.12. quæſt.2.* cap. *Attendendum eſt 17.quæſt.* in Concil. Lateran. ſub Leone X. *ſeſſ.9.& 10.*& nouiſſimè in Tridentino *ſeſſ.22.cap.11.& vltimo.* De quibus latè agit Bonacina *hic diſp.1. quæſt.1. punct.4. per totum.* Legantur etiam Alterius *lib.5.diſp.18.cap.2.col.vltima.* Filliuc. *tract.16. cap.8.quæſ.12.* & alij.

DISPVTATIO XVIII.

De decimaoctaua Excommunicatione lata contra imponentes Decimas, & alia onera Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, & eorum fructibus.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quas perſonas fertur hæc Excommunicatio?

RESPONDEO dicendum, quod feratur *Primò*, contra omnes perſonas cuiuſcumque ſint dignitatis, ordinis, conditionis, & præeminentiæ, imponentes Decimas, Collectas, Tallias, præſtantias, & alia onera, per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè, Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis; ac earundem perſonarum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis: necnon eorundem fructibus, redditibus, & prouentibus.

Secundò, fertur contra Exigentes prædicta tributa, & onera, Eccleſiaſticis enumeratis, vel eorum bonis, impoſita.

Tertiò, contra Recipientes dicta tributa, ſeu onera præfatis Eccleſiaſticis impoſita, etiam ab eiſdem ſpontè ea dantibus, ſeu ſoluentibus.

Quartò, contra Facientes per ſe, vel per alios prædicta onera Eccleſiaſticis imponere, ſeu exigere. Et contra Exequentes mandatum impoſitionis, & exactionis dictorum onerum: Necnon & contra Procurantes, vt talia onera, & tributa imponantur; aut impoſita exigantur, & recipiantur.

Quintò denique, fertur contra Præſtantes auxilium, conſilium, vel fauorem ad imponenda Eccleſiaſticis, aut exigenda, recipienda ab eiſdem tributa, & alia onera. Sic Filliuc. Alterius, & Bonac. *hic*, ex text. huius Canonis, qui ſic ſe habet:

Qui ve collectas, decimas, tallias (ſeu ta'eas) *præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis; ac eorum, & Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorúmque fructibus, redditibus, & prouentibus huiuſmodi, abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia, imponunt; & diuerſis etiam exquiſitis modis, exigunt; aut ſic impoſita etiam à ſpontè dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon qui per ſe, vel alios, directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare; aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcumque ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut ſtatus; etiamſi Imperiali, aut Regali praſulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus; quicunque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & Terris, quoquomodo Præſidentes, Conſiliarij, & Senatores; aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi nouiſſimè celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita, etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.* Sic Canon.

Legantur ſuper eo DD. citati, aliíque mox citandi.

QVÆSTIO II.

An in hanc excommunicationem incidat Princeps, qui imponit gabellas, & alia tributa Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis?

NEgare videtur Angles *in floribus Theol. tom.2. quæſt.de reſtitutione vectigalium, diff.5.* eo quod ſic dicat; Clerici in maioribus ordinibus conſtituti, à Subdiaconatu, ſcilicet, vſque ad Sacerdotium, & Monachi, atque Moniales, à cuiuſcunque tributi ſolutione exempti ſunt, exactoréſque excommunicati ſunt, & ad reſtitutionem tenentur, *&c.* Ita Angles.

Sed tanquam certum reſpondeo incidere. Quia certum apud omnes eſt, Clericos in minoribus conſtitutos, eſſe immunes ab onere tributorum; comprehendique in hoc Canone nomine *Clericorum*, cum verè ſint Clerici: ergo Princeps, qui ſine expreſſa licentia Pontificis, eis imponeret gabellas, aut alia tributa, aut ab illis talia exigeret, verè in cenſuram huius Canonis incideret. Sic communiter DD. Molina, Malderus, Leſſius, Vaſquez, Rodriguez, & alij plures, quos affert, & ſequitur Diana 1.*part.tract.2.reſol.36.& p.4.tr.1.reſol.20.* Qui id intelligit loquendo de iure communi; nã in aliquibus regnis, inquit, Clerici in minoribus conſtituti, ſi actu beneficium non habent, non ſunt exempti ab onere tributorum, & ideo ea, ex conſuetudine ſcita, & approbata à Pontifice, ſoluunt. Legatur.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO III.

An ſaltem, abſque incurſione huius Cenſuræ, poſſit Princeps imponere tributa, & alia onera Clericis, ſolùm prima Tonſura inſignitis?

AFfirmat expreſsè Angles *loc. cit.* his verbis: Medina *vbi ſuprà*, tenet, Clericos primæ Tonſuræ hac immunitate gaudere, quod eſt contra totius Hiſpaniæ vſum, & in iure Canonico non habetur: nam in cap. *Quamquam cit.* ſolum fit mentio Eccleſiaſticorum, & in cap. *Aduerſus, & in cap Meminimus, de immunit. Eccleſiarum.* Habentes autem primam Tonſuram non ſunt Eccleſiaſtici. Quamuis enim priuilegio Canonis, *ſi quis ſuadente*, gaudeant; non tamen priuilegio fori, iuxta decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.23.cap.7.* Hinc, portitores pedagia à Clericis, vel pro ſeipſis, vel pro rebus ſuis deportandis, exigentes, excommunicati ſunt, & ad reſtitutionem tenentur, ſi ſint in maioribus Ordinibus conſtituti, non autem ſi in prima Tonſura. Ita Angles. Cuius ſententiam ſequuntur, apud Dianam, Laſſarte *de decim. vendit. cap.19. num.21.* Gutierrez *pract. qq. lib.1.q.8.* Ledeſma *tom.2.ſum.tract.17.cap.2.concl.27.* & Ioan. de Cruze *in director. conſc. 1.part. præcept.7.art.3.concl.1.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: non poſſe illis imponere habita, aut alia onera, abſque incurſione excommunicationis latæ in hoc Canone. Quia longè multò probabilius eſt, quod nomine Clerici, & Eccleſiaſticorum veniant Clerici, etiam primæ Tonſuræ: at ſic eſt quod in hoc Canone excommunicantur imponentes tributa, & alia onera Clericis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis: ergo. Sic docent Molina *tom 3. tract. 2. diſp. 270. n.5.* Malder. *in 2.2. tract.5.cap.9.dub. 8.* Leſſius *lib.2.cap.33.dub.5.n.39.* & alij, quos citat ac ſequitur Diana *1.p. tract.2.reſol.36.* Quibus addi poſſunt Bonacina *hic q.16.punct.3. & q.19. punct. etiam 3. §.1.n.2.* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib.3.c.39. §.5. num.15.* Palao *tom. 1. diſp. vnica, punct.9. n.13.* Machado *tom.1. ſum. lib.4. part.1. tract.14. docum.10.n.1.* Vbi ſic ait: [Por diſpoſicion del Derecho comun, cap. *Non minus*, cap. *Aduerſus, de immun. Eccleſ.* & cap. *Quamquam, de cenſ. in 6.* gozan de eſte priuilegio de no pagar alcauala, ni las demas impoſiciones, todos los Clerigos generalmente, aſſi los de Orden ſacro, como los de menores, y de prima Tonſura.] Sic ille, & antea Torreblanca *de Iure ſpirituali lib.2.cap.12. & lib.15. cap.5. & ſeqq.* Philibertuſque *de Ordine tract.2. part.1. cap.1.* Quos citauimus, & ſecuti etiam fuimus *2.p. de Sacram. tract. 6. diſputatione 2. quæſtione 8.*

QVÆSTIO IV.

An adminus, licitè poſſit Princeps imponere tributa, & alia onera, Clericis, qui non ſeruant præſcripta à Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6.

AFfirmant apud Dianam, Homobonus *de exam. Eccleſ. p.1. tract.7. cap.29. q.120.* Laymann *lib.4. tract.9. cap.6. num.3.* Suarez *contra Regem Angliæ lib.4. cap.27. n.14.* Azor *part.3. lib.5. cap.19. q.6.* Filliuc. *tr.16. cap.11. n.298.* Coriolan. *hic excommun.19.* Alter. *lib.5. diſput.19. cap.6. dub.10.* Barboſa *in Collect. tom.1. lib.3. tit.49. cap.7. n.7.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. in proœm. cap.7. n.22.* Molfeſ. *tom.1. tract.6. cap.10. n.65.* & *tom.2. tract.12. cap.22. n.162.* & Reginald. *lib.9. cap.25. n.376.* Vbi ſic ait: Notandum eſt tertiò, hic nomine Clericorum, non comprehendi Clericos primæ Tonſuræ, aut etiam minorum Ordinum, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant; aut Clericalem habitum, & Tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi ſeruiunt, vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos, verſantur. Id quod habetur ex Concil. Tridentino *ſeſſ.21. cap.6. de reform.* Ita Reginaldus. Per cuius verba cognoſces præſcripta à Tridentino. Citat etiam Machado pro hac parte Bonacinam *de Cenſur. diſput.2. quæſt.4. punct.2. num.1.* Sed haud benè, quia Bonacina *loco citato, punct. 1.* (non 2.) *num.1.* ſolùm ait, has præfatas conditiones reperiri debere in Clerico, vt gaudeat priuilegio Canonis, ſeu fori, quod eſt veriſſimum, cum illas ad id prærequirat Concilium; non verò eas requirit vt gaudeat priuilegio immunitatis à tributis, & gabellis; cum oppoſitum, *vbi infrà*, doceat. Vnde

Probabiliùs reſpondeo: nec in præaſſignato caſu poſſe Principem imponere gabellas, & alia tributa Clericis, etiamſi non ſeruent requiſita à Concilio Tridentino, abſque incurſione huius Cenſuræ. Quia dicti Clerici de Iure communi ſunt exempti, vt diximus, à ſolutione gabellarum, & aliarum impoſitionum. Et quamuis Clericus ſimplex (ait Bonacina) non habens beneficium, non gaudeat priuilegio fori, niſi, habitum, & tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat; vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, de licentia Epiſcopi, verſetur, iuxta Tridentinum *loc. cit.* nihilominus aliis priuilegiis non priuatur: quia Concilium Tridentinum prædicta requirit ſolùm in eo, qui priuilegio fori gaudere cupit; conſequenter non eſt facienda extenſio ad alia priuilegia. Hucuſque Bonac. *tom.1. diſp.1. de Bulla Cœnæ, q.19 punct.3. §.3. num.1. & 2.* Molina etiam & Malder. *loc. quæſt. præced. cit.* Leſſius *dub.5. cit n.38.* Garcias *de benef. tom.1. cap.3. part.2. num.5.* Comitolus etiam *in reſponſ. moral. lib.6. q.20.* Torreblanca *in defenſione lib. de Magia, cap.6. num.96.* Barboſa *de iure Eccleſ. lib.1. cap.39. §.5. num.15. & 16.* Qui omnes teſtantur ſic eſſe declaratum à Sacr. Cardinalium Congregatione. Diana *1. part tract.2. reſol.37.* vbi ait, de hoc non eſſe amplius dubitandum. Machado *tom.1. lib.4. part.1. tract.14. docum.19 num.2.* Sanchez *lib.7. Moral. cap.13. n.35.* & penes ipſum Nauar. *lib.5. conſil.24. tit. de priuileg.* Gonzalez, Azeuedo, & alij.

QVÆSTIO V.

An Princeps poſſit, abſque incurſione huius excommunicationis, imponere gabellas, aut alia tributa, ſuper bona Nouitiorum?

AFfirmant apud Dianam, Parladorius *rer. quotidianar. lib.1. cap.13. n.21.* & Laſaret *tract. de decim. vendit. cap.19. num.50.* Quia Nouitius non eſt verè Religioſus, & poteſt tranſire ad ſæculum. His addit Sanchez *vbi infrà*, Emanuelem Rodriguez *tom.2. qq. regul. q.47. art.8. ad finem*, & *tom.3. q.74. art.9.* & Gironda *de Gabellis 7. part. in princip. num.46.* licèt hic cum Parladorio apud Sanchez cum limitatione aliqua loquatur. Ita etiam Portel *in dub. Regul. verb. Nouitij annus num.53.*

Sed multò veriùs, & probabiliùs reſpondeo: non poſſe, abſque incurſione Cenſuræ. Quia multo probabilius eſt, quod Nouitij, tam ſub nomine Clerici, quàm ſub nomine perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuper quorum bona prohibentur Principes imponere gabellas, & alia onera, comprehendantur, vt communiter docent Doctores: ergo. Sic Sanchez *lib.6. ſumm cap.10. num.16.* Et penes ipſum, Bertachinus *de gabellis 7.p. num.56.* Molina *tom.3. de Iuſt. diſput.671. n.2.* & Mena *in ſuis variis, lib.2. quæſt.21 num.198.* His addi poſſunt

Malderus *in 2.2.tract.1.cap.16.dub.8.* Luyſius Turrian. *tom.2.in 2.2. diſput.44.n.12.* Barthol. à Sancto Fauſto *in ſpeculo Confeſſ. diſput.33.q.14.n.2.* Barboſa *in Collect. tom.1.lib.3.tit.49.cap.7.n.11.* Graſſis *de effectibus Cleric. effect.3.* Quos omnes, & alios nonnullos Canoniſtas citat, & ſequitur Diana *1.p.tract.2.reſol.38.& 3.part. tract.2.reſol 73.* Quibus ergo adhuc addo Bonacinam *hic diſput.2 q.16.ſect.1.punct.3.num.10.& 11.* & magis ad propoſitam quæſt. *ead diſput.1.quæſt.19 punct.3.§.1. num.2.* Machado, cum aliis apud ipſum, *lib.5. part.1. tract.2.docum. 3.num.2.*

Nec obſtat argumentum Ignatij de Laſſarte, reſpondetur enim, quod licèt Nouitius non ſit verè & propriè Religioſus cum effectu; tamen in fauorabilibus habetur, vt talis, & largo modo Religioſus, & Profeſſus dicitur; & ideo gaudet priuilegiis Profeſſis conceſſis. Legatur Diana *locis citatis.*

QVÆSTIO VI.

An onus hoſpitandi milites, aut Principes, &c. poſſit perſonis Eccleſiaſticis imponi?

RESpondeo tanquam certum: non poſſe. Quia id onus, vel imponitur ratione perſonæ, vel ratione bonorum: ſed neutro modo poteſt imponi Eccleſiaſticis; cum hi exempti ſint à laica poteſtate, tam quoad bona, quàm quoad perſonas: ergo. Sic Baldus, Panormitanus, Quaranta, Belletus, & Filliuc. quos citat & ſequitur Bonacina *hic q.19.punct.3.§.1. num.5.* Qui idem cum Filliucio dixerat, *num.4.* loquendo de oneribus, quæ à ſubditis ſoluuntur Principibus pro capite; hæc namque Eccleſiaſticis imponi nequeunt à laicis abſque priuilegio ſpeciali Pontificis.

QVÆSTIO VII.

An exigentes, aut extorquentes ab Eccleſiaſticis gabellas, aut alia tributa; caſu etiam quo hæc tantummodo laicis ſint impoſita; excommunicatione huius Canonis afficiantur?

AFfirmat Alterius *lib.5.diſp.15.c.3. col.3.pag.732.* Quia in hoc Canone excommunicantur exigentes à Clericis gabellas, & alia tributa: ergo incidunt in hanc Cenſuram, qui exigunt huiuſmodi onera à Clericis, ſiue illa fuerint impoſita Clericis, ſiue tantum laicis, hoc enim nihil refert, cum in hoc Canone excommunicentur exigentes à Clericis gabellas; ſuper iis imponentes. Ita Alterius, qui citat pro ſe Syluestrum *excommunic.9. §.46.verſ. Hodiè tamen.* Sed certè Sylueſter ibi, ſi id affirmat, eſt valde obſcurè. Innuere tamen hanc partem Reginaldum *lib.9. n.377.* fatetur Bonacina *infrà citandus.* Sed hic Author, nil aliud dicit, quàm Sylueſter *loc. cit.* & contrarium expreſsè docet, vt *infrà.*

Multò ergo probabiliùs reſpondeo: non affici excommunicatione huius Canonis exigentes à Clericis gabellas, & alia onera, quoties hæc non fuerint Eccleſiaſticis impoſita. Quia probabilius eſt, quod Pontifex hic, tantum excommunicet exigentes, aut recipientes tributa, & onera impoſita Eccleſiaſticis, vel eorum bonis, fructibus, &c. ergo exigens gabellam, pedagium, ſeu tributum aliquod ab Eccleſiaſticis, quibus Princeps in impoſitione dictorum onerum, nullam mentionem fecit, non afficietur excommunicatione huius Canonis. Sic Sayrus *lib.3. cap.22.num.10.* Viualdus *hic n.12.in nouiſ. aliàs 117.* Suar. *diſp.23.ſect.4. n.22.* Toletus *lib.1.cap.41.ad finem.* Duardus *Canon.18. q.15.n.1.* Filliuc. *tract.14.cap.4.quæſ.10. num,62.* Souſa, Quaranta, & Vgolinus, quos omnes refert, & ſequitur Bonac. *hic diſp.1.quæſ.19.punct.1.num.6.* Qui etiam citat pro hac parte Reginaldum *loc.cit.* pro contraria *n.376.& 381.* Et benè certè; nam id expreſsè docet, & probat his verbis: Si cuſtodes alicuius pontis, portus vel fluminis, pedagium, gabellas, aut alia onera petant ab Eccleſiaſticis tranſeuntibus: vel Eccleſiaſtici ipſi tranſeuntes, ſponte illis dent; non incurrere hanc Cenſuram: niſi talia onera eſſent ipſis quoque Eccleſiaſticis impoſita: quia in textu particula coniunctiua, cum dicitur, *Imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt*; indicant ad hanc excommunicationem duo illa debere ſimul concurrere; nempe, & quod prædicta onera ſint Eccleſiaſticis impoſita, & quod ab ipſis exigantur, vel ab ipſis ſponte dantibus recipiantur. Sic Reginaldus. Non ergo poteſt dubitare quis de mente huius Authoris. Sic etiam Palao *diſp.3. punct.19 n.12.* Conueniunt tamen vtriuſque ſententiæ DD. præfatos Cuſtodes dicta tributa exigentes, affici excommunicatione cap. *Quamquam de Cenſur. in 6.* quæ tamen non eſt Papæ reſeruata.

QVÆSTIO VIII.

An exigentes pretium à Clerico pro tranſlatione, & tranſitu fluminis, in hanc incidant Cenſuram?

REſpondeo tanquam certum: quod non. Quia id non recipit, tanquam tributum, & onus impoſitum; quod ſolum prohibet Pontifex à Clericis exigi; ſed tanquam ſui laboris, & operis pretium, quo operarius quiſque dignus eſt. Sic Suarez *diſputat. 21.ſect. 4.n.21.* Alterius *lib.5.diſp.19. cap.3.col.4.verſ. Quintò notandum.* Filliucius *tract.14. cap.4. quæſt.10.& tract. 16.cap.11.quæſ.2.num.297.* Duardus, Panormitanus, Nauarrus, Caietanus, & alij, quos citat, & ſequitur, Bonacina *quæſt.19.cit. punct.2.num.8.*

QVÆSTIO IX.

An recipiens tributum ab Eccleſiaſtico ſpontè datum, hanc excommunicationem incurrat?

AFfirmant abſolutè quidam Doctores; eo quod in Canone dicatur, *aut ſic impoſita, etiam à ſpontè dantibus, & concedentibus recipiunt*: ergo.

Sed clarius reſpondeo: incurrere, caſu, quo tale tributum eſſet etiam contra Clericos impoſitum: minimè verò aliàs. Quia ad incurrendam hanc Cenſuram, duas conditiones requirit Canon, prima eſt, quod tributum, aut onus, ſit contra Clericos impoſitum: & ſecunda, quod ſic impoſitum ab eis petatur, vel eis voluntariè dantibus, recipiatur, quod patet legenti clarè. Recipiens ergo aliquid à Clericis tanquam ſibi debitum, ſeu ob impoſitionem onerum, etiamſi id recipiat abſque præuia petitione, ſed à voluntariè dante, hac Cenſura manet ligatus: minimè verò, ſi id non recipiat tanquam ſibi debitum, quia non eſt tale tributum Clericis impoſitum. Sic Suarez *diſp. 21 ſect.2. n.99. & diſput.23.ſect.4.n.21.* Viualdus *hic, caſu 18.n. mihi 117.* Duard. *Can.18.q.18.* Sayrus *lib.3.c.22.n.10.* Reginaldus *lib.9.num.376.quæſt. antecedenti cit.* Bonac. *diſp.1.q.10.punct.2.n.10.* Alex. Bertach Souſ. Graſſis, & Ruin. apud ipſum. Pal. *diſp.3.punct.19.num.11.* & alij.

QVÆSTIO X.

An exigens, aut mandans exigi tributa à Clericis, animo ea reſtituendi in fine anni, excommunicationem huius Canonis contrahat?

NEgat Duardus *hic Can.18. quæſt.15.n.3.* caſu ſolùm, quod exigens, aut Mandans, in fine anni reſtituat

Digitized by Google

reſtituat aliquid plus, ſupra id, quod exegit, in recompenſationem dicti incommodi, & intereſſe.

Sed abſolutè loquendo reſpondeo: excommunicationem huiuſmodi contrahere; etiamſi id faciat ad vitandas fraudes Publicanorum exigentium tributa. Quia reuera præfatus exigens cogit Clericos anteà ad ſoluenda dicta tributa, quod clarè prohibetur in hoc Canone. Nec facit quid limitatio Duardi: quia illa maior compenſatio, quam facit exigens in fine anni, non tollit excommunicationem, anteà, ob iniuſtam exactionem, contractam. Sic Alterius *lib.* 5. *diſput.* 19. *cap.* 3. *col. vlt. verſ. Sextò notandum. pag.* 734. Bonac. *puncto* 2. *cit. num.* 11. & alij.

Quamuis Diana 1. *p. tr.* 2. *reſol.* 45. ſentiat oppoſitum eſſe licitum, caſu, quo illa exactio tributorum fiat ex concordatis factis cum Epiſcopis, & conſentientibus, atque volentibus ipſis Clericis; non renunciantibus priuilegio, ſed ſuſtinentibus eius effectum differri in tempus, quod proximè ſit magis opportunum, ſine vllo onere, & intereſſe. Et quamuis id ſatis ſit probabiliter dictum; non tamen tollit veritatem noſtræ ſententiæ directè quæſtioni propoſitæ reſpondenti.

QVÆSTIO XI.

An imponens onera, ſiue perſonalia, ſiue realia, Famulis Clericorum; Cenſura huius Canonis ligetur?

AFfirmat Filliucius *tract.* 16. *cap.* 11. *quæſ.* 4. *n.* 302. Quia hæc onera, inquit, redundarent in ipſos Eccleſiaſticos.

Sed abſolutè omnino reſpondeo: negatiuè. Quia in hoc Canone, ſolùm excommunicantur imponentes onera Eccleſiaſticis: ſed famuli Clericorum, non ſunt Eccleſiaſtici: ergo non remanent excommunicati, imponentes onera quæcumque contra illos. Sic Bonac. *diſp.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. *n.* 6. & Duardus *hic Can.* 18. *q.* 14. *n.* 1. Qui ſecus dicunt, caſu, quo Princeps, aut alius, imponeret gabellas, aut alia tributa, & onera colonis Eccleſiaſticorum, aut eorum conſanguinibus, ſeu alijs, qui cum Eccleſiaſticis bona indiuiſa habent, ex quorum impoſitione ipſi Eccleſiaſtici damnum aliquod paterentur; nam tunc imponentes onera dictis Colonis; aut conſanguinibus Eccleſiaſticorum, & eorum fructibus, hac excommunicatione afficerentur. Legantur Bonac. *hic q.* 19. *punct.* 1. *n.* 15. Alter. *lib.* 5. *diſp.* 19. *c.* 4. *col.* 2. Duardus *quæſt.* 17. & alij, penes ipſos.

QVÆSTIO XII.

An Princeps imponens tributa ſuper bona patrimonialia, & aliunde acquiſita Clericorum; hoc Canone ſit excommunicatus?

NEgant aliqui DD. quia exiſtimant, prædicta bona eſſe laicalia, & poteſtati Principis ſubiecta: ergo poſſunt ab illo, tributis, & oneribus grauari. Ita apud Bonac. Purpuratus *conſil.* 324. & apud Dianam, Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 160. Qui in Gloſſa *lit. F.* citat plures Iuriſtas, cum limitatione tamen, vt hoc non intelligatur de bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clerici ordinati ſunt.

Sed vt certum, reſpondeo: eſſe excommunicatum, per Canonem, Principem imponentem tributa ſuper bona, non ſolum Eccleſiaſtica, ſed etiam patrimonialia, & acquiſita Clericorum. Quia id clarè colligitur ex illis verbis Canonis; *Imponentes decimas, &c. perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiaſticorum bonis. Vbi dictio,* illa, *eorum*, planè condiſtinguitur ab altera dictione ſequenti, *Eccleſiarum*, & ideo per illam, relata intelliguntur omnia bona patrimonialia, ac propria Clericorum: per hanc verò, bona Eccleſiaſtica eorundem. *Confirmatur*, quia diſpoſitio huius Canonis eſt conformis iuris antiqui diſpoſitioni: at ſic eſt, quod iure antiquo in cap. *Quamquam, de cenſib. in* 6. etiam bona patrimonialia Clericorum ſunt exempta: ergo Sic Diana 1. *p. tr.* 2. *reſ.* 40. & *tr.* 3. *reſ.* 22. *in fine*, & *p.* 5. *tr.* 5. *reſ.* 27. §. *Reſt.* & alibi, & penes ipſum, Suar. *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 24. & 25. Molina *tom.* 3. *tr.* 2. *diſp.* 671. Alt. *diſp.* 19. *cit. c.* 6. *dub.* 2. Sayr. *lib.* 3. *c.* 22. *n.* 9. Filliuc. *tr.* 16. *cap.* 11. *n.* 297. Reginald. *lib.* 9. *n.* 379. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 3. *n.* 19. Riccius, Sylu. Laymann, Azor, Duard. Molfeſ. Coriolan. Megala, Salon. Homobon. & alij. Quibus adhuc addi poſſunt Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. *n.* 12. & penes ipſum, Couarr. *cap.* 11. *pract. qq.* Tolet. *lib.* 1. *cap.* 29. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 11. *n.* 114. Vgolin. Graſſis, Marta, Medina, Compluten ſ. & alij. Si etiam Pal. *diſp.* 3. *punct.* 19. *n.* 10. & ruſus Suarez *de Cenſur. diſt.* 21. *ſect.* 2. *n.* 99. & alij communiter. Qui à fortiori id docent loquendo de bonis patrimonialibus, ad quorum titulum Clericus eſt ſacris Ordinibus initiatus. Legatur Bonac. *loc. cit. n.* 13. & *ſeqq.* pro aliis ſimilibus difficultatibus.

QVÆSTIO XIII.

An licitum ſit laicis imponere Eccleſiaſticis tributa, & onera, de expreſſa Summi Pontificis licentia?

REſpondeo tanquam certum: licitum eſſe illis. Quia id ex ſe, & ex verbis expreſſis Canonis conſtat. Et tenent omnes DD. Notantes, hanc licentiam non concedere Sum. Pontificem laicis, niſi vrgente graui neceſſitate, vel publica vtilitate, eo quod impoſitio tributorum iuſtam cauſam requirat. Legantur Nauarr. *cap.* 27. *n.* 207. Alter. *lib.* 5. *diſp.* 19. *c.* 2. Bon. *diſp.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. §. 3. *n.* 12. vbi *n.* 13. addit hanc facultatem imponendi Eccleſiaſticis tributa, ceſſare ceſſante cauſa impoſitionis. Quod etiam docent Alterius *loc. cit.* & Duardus *hic quæſt.* 3.

QVÆSTIO XIV.

An laicis ſit licitum imponere Clericis onera, caſu, quo de hoc habeant immemorabilem conſuetudinem?

AFfirmat apud Bonac. Bartolus *in l.* 1. *Cod. de auro coronario, lib.* 10. & alij.

Sed vt certum reſpondeo: quod non *Primò*, quia laici ſunt incapaces iuris in Eccleſiaſticos. *Secundò*, quia Bulla expreſsè excommunicat eos, qui collectas, tributa, & alia onera Eccleſiaſticis imponunt, ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Sum. Pontificis: ergo ſine hac, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium, illicitum erit laicis onera Eccleſiaſticis imponere: Sic cõmuniter DD. Filliuc. *tr.* 16. *c.* 11. *quæſ.* 2. *n.* 293. ibi: Neq; contraria conſuetudo excuſat, cum ſit contra libertatem Eccleſiaſticã, cõtra quam præſcribi non poteſt, vt ex Abbate, & aliis iuribus docet Vgol. *hic.* §. 1. Sic Filliuc. Reginaldus *lib.* 9. *n.* 381. Duardus *hic quæſt.* 20. *n.* 5. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 19. *punct.* 3. §. 3. *n.* 14. & alij communiter penes ipſos.

QVÆSTIO XV.

An Princeps laicus poſſit, abſque incurſione huius Cenſuræ, imponere Clericis tributa & alia onera pro reparatione pontium, vel murorum Ciuitatis, pro arcendis hoſtibus, vel pro alia ſimili publica cauſa?

AFfirmant plures DD. ducti auctoritate *leg. Ad inſtructiones, C. de Sacroſ. Eccleſ.* Vbi dicitur: *Ad inſtructiones*

Digitized by Google

ſtructiones itinerum, pontiumque, etiam diuinas domus, & venerabiles Eccleſias, libenter adſcribimus. Ita Humada *l.* 54. *tit.* 6. *p.* 1. *Gloſſa* 2. *n.* 1. Mexia *prag. taxa panis, concl.* 5. *num.* 63. Cenedo *in Collect. ad Ius Can. p.* 2. *collect.* 153. *n.* 3. Lader *lib.* 1. *conſil.* 145. *n.* 3. Salgadus *de protect. Regia p.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. Purpuratus ſibi contrarius, *conſil.* 50. *lib.* 5. & *conſil.* 314. Surdus *conſ.* 301. *n.* 3. *lib.* 3. & alij Iuriſtæ. Et ex Theolog. apud Dianam, Viualdus *hic, caſu* 18. *n.* 3. & Henriq. *in ſum. lib.* 19. *cap.* 15. *n.* 5. Sed ex his Viuald. *in antiquis*, ſaltem, nil habet *loc. cit.* bene tamen Henriq. nam in corp. Capitis *n.* 5. vbi tractat de caſibus in quibus Princeps ſæcularis cogere poteſt Clericos ad contributionem, ita ait: *Secundo*, cum adeſt cauſa boni cõmunis, quæ ex æquo concernit Clericos, ac laicos; vt pro fonte, aut murorum reparatione, quod dicitur bonum pro cummunale, & exprimitur lege Regni (*nẽpe l.* 1. & 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *recop. l. Ad portus, C. de operibus publ.* 1. *ad inſtructiones, Cod. de Sacr. Eccleſ.*) quæ ſanè non corrigitur iure Canonico, vt quidam putant, ſeu declarat prædictum ius, & mentem Pontificis. Ita ille. Qui pro ſe citat Vbaldum *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 9. & Sot *lib.* 3. *de Iuſt. q.* 4. *art.* 4. & alios.

Sed vt mihi certum reſpondeo: non poſſe, abſque incurſione huius Cenſuræ, niſi caſu, quo facultates laicorum non ſufficiant ad conſulendum prædictis neceſſitatibus communibus, & interueniat licentia Summi Pontificis; vel adminus Epiſcopi, ſi neceſſitas vrgeat, & non ſit facilis aditus ad Pontificem. Ratio eſt. Tum, quia in hoc Canone ſimpliciter excommunicantur imponentes taleas, collectas, & alia onera Clericis, ſine expreſſa licentia Sum. Pontificis. Tum etiam, quia hoc ipſum cautum eſt, in cap. *Clericis*, & in cap. *Aduerſus*, & in cap. *Non minus, de Immunit. Eccleſ.* ergo, &c. Sic Sylu. *verb immunitas, n.* 10. Leſſius *lib.* 2. *c.* 17. *dub.* 3. *n.* 25. Suar. *lib.* 4. *contra Regem Angliæ c.* 6. *n.* 3. Azor *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *q.* 10. Alter. *hic diſp.* 19. *cap.* 1. Duardus *hic q.* 3. & 12. Anton. de Souſa *hic etiam c.* 19. *diſp.* 92. *n.* 7. Garcias *de benef. tom.* 1. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 13. Laymann *lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 6. *n.* 6. Barboſa *in conſil. poſt flores director. inquiſit. conſil.* 2. Marta *de iuriſd. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 1. *n.* 52. vbi aſſerit, ita fuiſſe decretũ, in caſu occurrenti, à Clem. VIII. *anno* 1600. Molina, Megala, Molfeſ. Barthol. à S. Fauſto, Belletus, Homobon. Ioan. de Cruce, Portel, & Salon. Quos omnes citat & ſequitur Diana 1. *p. tr.* 2. *reſol.* 39. & *tr.* 3. *reſol.* 22. & 133. & *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 11. & 15. Quibus addi adhuc poſſunt Purpuratus *conſil.* 335. & 485. Graſſis, Decian, Berous, quos citat, & ſequitur Bonacina *hic diſputat.* 1. *q.* 19. *punct.* 3. §. 3. *num.* 15. & 16.

Nec obſtat lex à contrariis adducta. Quia reſpondetur cum Leſſio; eam, nec vim habere, cum ſit contra immunitatem Eccleſiarum; & fuiſſe correctam à Iure Canonico, vt notat Gloſſa *in cap. Generaliter, verſ. Nouarum, & verſ. Collationib.* 6. *q.* 1. & tandem contrarium poſtea docuiſſe ipſos Imperatores in Iure nouo Ciuili, ex Authent. *Item nulla Communitas, C. de Epiſc. & Cleric.* vbi Eccleſiaſtici facti ſunt immunes ab onere impoſito, & imponendo.

Qvæstio XVI.

An Prælati Eccleſiaſtici imponentes onera Eccleſiaſticis? huius Canonis Cenſurã incurrant?

Negant aliqui DD caſu tamen quo tales Prælati auctoritate Eccleſiaſtica, non laica, id faciant. Ita Filliuc. *tr.* 16. *cap.* 11. *q.* 3. *n.* 300. his verbis: Dubium eſt, de Prælatis Eccleſiaſticis eiuſmodi onera imponentibus. Et reſpondendum eſt, ſi id faciant auctoritate laicali ob dominia temporalia, quæ ſimul habeant, vtique tunc incurſuros. Si verò auctoritate Eccleſiaſtica, etiamſi id facere prohibeantur multis capitibus 3. *q.* 10. & *cap. Cum Apoſtolus, cap. Prohibemus, de cenſib.* tamen non videntur incurrere, quia hîc tantum excommunicantur offendentes immunitatem Eccleſiaſticam; non offenditur autem quando ab Eccleſiaſticis auctoritate Eccleſiaſtica illa fierent, etiamſi peccarent contra iuſtitiam onera indebita imponentes. Ita ille. Quem citat, & ſequitur Palao *diſp.* 3. *pun.* 19. *n.* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo: incurrere, etiamſi auctoritate Eccleſiaſtica, onera dicta Eccleſiaſticis imponant. Quia Canon expreſsè, & abſolutè loquitur de Prælatis Eccleſiaſticis, ibi; *Aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti*. Vbi autem lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l.* 1. §. *generaliter, ff. de leg. præſt.* Sic Duard. *Can.* 18. *n.* 1. Alter. *lib.* 5. *diſp.* 19. *cap.* 4. *verſ. Cuiuſque ſint*, & Bonac. *hic q.* 19. *punct.* 2. *n.* 8. Qui ad rationem Filliucij reſpondet, verum eſſe Summum Pontificem intendiſſe primariò immunitati Eccleſiaſticæ contra laicos conſulere; nihilominus eadem occaſione voluiſſe etiam Eccleſiaſticos, ipſorum bona tueri, ne ab vllo, etiam Eccleſiaſtico, oneribus grauentur.

Qvæstio XVII.

An excommunicatio contra imponentes onera Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis etiam extra hanc Bullam, alibi expreſſa reperiatur?

Reſpondeo alibi expreſſam reperiri, præcipuè, in cap. *Non minus*, cap. *Aduerſus, de immunit. Eccleſ.* ex Concil. Lateran. ſub Alexand. III. in cap. *Clericis, eod. tit. lib.* 6. edita à Bonifacio VIII. in cap. *Quamquam de cenſib. in* 6. & in Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 10. *de reformat.* De quibus Alt. *lib.* 5. *diſp.* 19. *cap.* 5. *per totum.* Filliucius *hic tr.* 16. *c.* 11. *queſ.* 5. Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 19. *punct.* 4. *per totum.* Palao *diſput.* 3. *punct.* 19. *num.* 2.

Et hæc de hac excommunicatione, nam cætera, quæ occurri poſſunt, ex textu facile conſtare poſſunt.

DISPVTATIO XIX.

De decima nona Excommunicatione, lata contra Iudices ſæculares, qui ſe, in cauſis criminalibus, interponunt contra perſonas Eccleſiaſticas.

Qvæstio Prima.

Contra quos fertur excommunicatio huius Canonis?

Respondeo quod contra quoſcumque Magiſtratus, Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, Conſiliarios, Senatores, Præſidentes, Cancellarios, & alios quouis nomine nuncupatos: Qui contra perſonas Eccleſiaſticas in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus, quomodolibet ſe interponunt, illas proceſſando, banniendo, capiendo, aut proferendo ſententias, contra illas, cáſvè exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia. Sic colligitur planè ex textu huius Canonis, qui ſic ſe habet.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoſcunque Magiſtratus, Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus: contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias

tentias contra illos proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ licentia, quique eiuſmodi licentiam ad perſonas, & caſus non expreſſos extendunt, vel aliàs perperam abutuntur; etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarij, Senatores, Præſidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati. Sic Canon. Super quo, legantur præcipuè Suarez, Alterius, Filliucius, Bonacina, & alij citandi.

QVÆSTIO II.

An Reges, ſeu Principes, contrahant Cenſuram huius Canonis, proceſſando, aut faciendo aliam actionem in eo expreſſam, contra Eccleſiaſticos?

RESpondeo dicendum: quod non. Quia non comprehenduntur ſub perſonis in hoc Canone nominatis, & quia quando Pontifex Cenſuram ad Reges extendere vult, ſolet eos nomine ſaltem generali eos exprimere: vt patet in excommunicationibus præcedentibus. Sic Filliuc. *tract.* 16. *c.* 11. *quæſ.* 7. *n.* 308. vbi ſic ait: *Dico ſecundò.* Nec Iudices Eccleſiaſticos, aut Magiſtratus, nec Reges & laicos Principes mandantes fieri actiones prædictas, incurrere hanc excommunicationem. *Primò* de Iudicibus Eccleſiaſticis colligitur euidenter; tum quia hi iure communi poſſunt proceſſum facere, & bannire Eccleſiaſticos: non eſt autem cenſendum Papam voluiſſe per ſimplicem impoſitionem derogare iuri cõmuni. Sic Filliuc. *n. cit.* & *n. ſeq.* ſic: *Secundò* de Principibus mandantibus patet: quia non veniunt nomine perſonarum expreſſarum: ſub Magiſtratibus enim, ſub quibus ſolùm videri poſſet fuiſſe comprehenſos, nõ Principes ipſi, ſed Miniſtri, & Officiales eorum tantum comprehenduntur. Quamuis tamen ſub hac excommunicatione non contineantur, incurrent tamen primò in excommunic. Canonis *ſi quis ſuadente*, ſecundò, ſi eſſent Epiſcopi, vel Cardinales incurrent *in* 11. Bullæ huius. tertiò *in* 15. eiuſdem contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia. Hucuſque ille. Bonac. *hic diſp.* 1. *q.* 20. *punct.* 2. *n.* 7. Pal. *diſp.* 3. *punct.* 20. *n.* 3.

QVÆSTIO III.

An Iudices Eccleſiaſtici interponentes ſe contra perſonas Eccleſiaſticas in cauſis criminalibus, dum in illis ſe interponere non poſſunt, excommunicationem huius Canonis incurrant?

REſpondeo non incurrere ob rationem nuper à Filliucio adductam: niſi aliàs dicti Eccleſiaſtici Iudices id faciant vtentes poteſtate laica, veluti ſi Epiſcopus ſe in cauſis criminalibus interponat contra Eccleſiaſticos, quatenus Conſiliarius eſt, vel Præſes Principis laici; quia tunc incurreret, vt in ſimili diximus, *ſuprà diſp. anteced. q.....* Sic Filliuc. *loc. q. a. teced. citato.* Duard. *hic Can.* 19. *q.* 8. *n.* 5. *verſ. Quartò.* Vgol. *hic* §. 2. *verſ. Quintò.* Bonac. *loco cit. num.* 8.

QVÆSTIO IV.

An incidat in hanc Cenſuram Iudex ſæcularis, qui in cauſa criminali facit informationem contra Clericum, non vt pœnam inferat, ſed vt facti veritas cognoſcatur?

NEgant apud Bonacinam, Graffius *lib.* 4. *deciſ. c.* 18. *n.* 134. & Reginald. *lib.* 9. *cap.* 26. *n.* 384. & alij, eo quod exiſtiment, *proceſſare*, idem eſſe ac inquirere contra aliquem in ordine ad pœnam de crimine ſumẽ iam. His addi poteſt Viuald. *hic caſu* 19. *n. mihi.* 125. vbi ita ait: Septimò nota. Quod ſi in cauſa capitali, quia Clericus occidit aliquem, Iudex ſæcularis faciat informationem contra illum, quia aliàs recederent illi, qui poſſunt eſſe teſtes oculi (*lege, oculati.*) Vel ſi ſequeſtret eius bona, vt tradat Prælato, ne fugitiuus ſecum ferat, non videtur incurrere: quia hæc ſunt velut medium neceſſarium ad finem licitæ comprehenſionis. Ita Viualdus.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: incidere. Quia verè in cauſa criminali, contra perſonam Eccleſiaſticam proceſſum facit. Nec enim eſt de ratione proceſſus, vt fiat animo infligendi pœnam; ſed ſolùm vt inquiſitio, aut informatio de crimine alterius iudicialiter fiat. Vnde nec excuſabit ab hac Cenſura Iudicem animus, quem habuit non inferendi pœnam Eccleſiaſtico: nec quod dictam informationem fecit animo præſentandi eam Prælato; aut vt per illam facti veritas innoteſceret; quia nihil ex his confert illi iuriſdictionem ad informationem contra Eccleſiaſticos iudicialiter faciendam; vt conſtat. Sic Bonac. *diſp.* 1. *q.* 20. *punct.* 1. *n.* 7. & penes illum, Souſa *hic cap.* 20. *n.* 3. & *diſp.* 95. *n.* 2. Quibus in hac parte, conſentiunt Vgolin. *hic c.* 19. *n.* 2. Duard. *Can.* 19. *q.* 5. *n.* 1. & Filliuc. *tract.* 16. *cap.* 11. *quæſ.* 8. *num.* 312. & Palao *punct.* 20. *num.* 5.

QVÆSTIO V.

An etiam incidat in hanc Cenſuram Iudex ſæcularis, qui in curſu proceſſus comperit delinquentem eſſe Eccleſiaſticum, & nihilominus proceſſum proſequitur?

REſpondeo etiam incidere. Quia tunc reuera Iudex propriè dicitur proceſſum contra perſonam Eccleſiaſticã facere. Nec huic quid obſtat, quod proceſſum contra Eccleſiaſticum ab initio non inſtituit; nam ſufficit quod contra illum proſequatur. Ex quo conſtat quid ſit dicendum in caſu, in quo Iudex ſæcularis proceſſum facit circa crimen ad quod laicus, & Eccleſiaſticus operatus eſt: tunc enim Iudex, benè poterit dicta teſtium circa Eccleſiaſticum recipere, quatenus opus fuerit ad proceſſum perficiendum contra laicum, non verò contra Eccleſiaſticum; quia cauſa Eccleſiaſtici non agitur per ſe & propriè, coram laico Iudice, ſed ſolum incidenter, obiter, & ſecundariò. Sic omnino Bonacina *quæſt.* 20. *cit. punct.* 1. *num.* 9.

QVÆSTIO VI.

An Iudex laicus interponens ſe in cauſis criminalibus contra Clericum, conſentientem contra ſe proceſſum fieri; huic Cenſuræ ſubijciatur?

NEgandum videtur. Quia quilibet poteſt cedere ſuo priuilegio, & fauori, *l. Quod fauore, C. de leg.* Et D. Paulus ad Cæſarem appellauit, *Actor.* 25. ergo.

Sed vt certum reſpondeo: ſubijci. Quia reuera facit actionem prohibitam in hoc Canone, abſque licentia Summi Pontificis: ergo. Nec obſtat ratio dubitandi. Negandum enim eſt, poſſe quem iuri ſuo cedere in his, quæ in honorem, & vtilitatem totius Eccleſiæ conceſſa ſunt, vt eſt immunitas Eccleſiaſtica. Nec D. Paul. appellauit ad Cæſarem tanquam ad proprium Iudicem; ſed ad præcauendum Feſti tyrannidem, & iniuſtam vexationem. Sic Bonacina *diſp.* 1. *q.* 20. *punct.* 2. *numero* 9.

Digitized by Google

QVÆSTIO VII.

An dentur aliqui caſus, in quibus laici poſſint, ſine excommunicatione, aliquas actiones in hoc Canone prohibitas facere?

RE ſpondeo dari, & plures. Et *primò* non incurrit hanc Cenſuram Iudex, qui capit, & punit Clericum degradatum, & Curiæ ſæculari traditum: eò quòd per degradationem omnia priuilegia Eccleſiaſtica amiſit, cap. *Degradatio, de pœnis in 6.*

Secundò, nec incurret Iudex ſæcularis qui capit, & proceſſat Clericum, iam perpetuò diffidatum, & bannitum à Iudice Eccleſiaſtico.

Nec *tertiò*, dum capit, & proceſſat Clericum bigamum; aut coniugatum, qui habitum, & Tonſuram non defert. Et idem dicendum de Clerico prima Tonſura, aut minoribus ordinibus initiato, qui clericalem habitum, & Tonſuram non defert; quia hic etiam priuatur priuilegio fori à Trident. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* de quo egimus *ſuprà*.

Nec *quartò* incurrit excommunicationem capiens Clericum in flagranti crimine deprehenſum hoc animo, vt ſuperiori Eccleſiaſtico conſignetur, dummodo id faciat ſeruato moderamine, & dum aliter à crimine remoueri nequeat. Sic Vgolinus, Duardus, Alterius, Viualdus, Molina, Suarez, Filliucius, & alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *punct. 3. num. 7.*

Nec *quintò* incurrit, qui capit Clericum turpiter inuentum cum matre, filia, ſorore, vel vxore propria, animo eum Iudici Eccleſiaſtico conſignandi. Quia hic facit ad ſui defenſionem. Sic Viualdus *hic caſu 20. num. 124.* Souſa, Nauarr. Molina, Ægidius, & Auila, quos citat, & ſequitur Bonac. *hic diſp. 1. q. 20. punct. 3. n. 9.* Vbi notat quod tunc dicitur Clericus turpiter inuentus, non ſolum ſi inueniatur in actu copulæ carnalis; verum etiamſi inueniatur in quolibet alio actu turpi, vt in oſculis, amplexibus, vel tactibus impudicis, &c.

DISPVTATIO XX.

De Excommunicatione vigeſima, lata contra occupantes bona, aut Terras Eccleſiæ Romanæ, & eius iuriſdictionem in illis vſurpantes.

QVÆSTIO PRIMA.

Contra quos fertur excommunicatio huius Canonis?

RESPONDEO quod fertur *primò* contra omnes, qui per ſe; vel per alios, directè, vel indirectè, Terras, loca, & iura ſub ditione Sedis Apoſtolicæ, in toto vel parte, inuadere, deſtruere, occupare, vel detinere præſumpſerint.

Secundò, contra illos qui ſupremam iuriſdictionem de facto in dictis Terris, vſurpant, perturbant, retinent, vel vexant.

Tertiò contra omnes qui adhærent, fauent, defendunt, auxiliúmve, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant facientibus aliquam ex prædictis actionibus. Sic ſummat Filliucius, ex textu Canonis, qui ſic ſe habet.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, ſeu alios, directè, vel indirectè, ſub quocunque titulo, vel colore, inuadere, deſtruere, occupare, & detinere præſumpſerint in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Thuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venuſinum, Sabienſem, Marchæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Ramandiolæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarúmque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum, Ciuitatéſque noſtras Bononiam, Ceſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auenionem, Ciuitatem Caſtelli, Tudertum, Ferrariam, Clomacum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel Iura ad ipſam Romanam Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecta, Necnon ſupremam iuriſdictionem in illis, Nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem, de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis præſumunt: Necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes, Sic Canon. Super quo ſit

QVÆSTIO II.

An, qui aufert à domino Sedis Apoſtolicæ aliquam Ciuitatem, non hoſtiliter, ſed pacificè, & ſine armis; hanc excommunicationem incurrat?

NEgare videntur Suarez *hic diſp. 21. ſect. 2. n. 104.* Vgolin. *hic cap. 20 n. 3.* Souſa *cap. 21. n. 2.* Alterius *lib 5. diſp. 21. cap 1.* Filliuc. *tract. 16. cap. 3. quaſ. 7 n. 72.* & alij, quatenus ſentiunt, has dictiones, *inuadere, & deſtruere*, nil aliud ſignificare, quàm hoſtilem incurſum, inuaſionem, & aggreſſionem: ergo qui, non hoc modo, ciuitatem, aut oppidum à Sedis Apoſtolicæ dominio, tollit, aut aufert, non incurret hanc Cenſuram ex vi huius clauſulæ.

Sed probabiliùs reſpondeo: incurrere. Quia probabilius exiſtimo, verbum, *inuadere, & deſtruere*, in præſentiarum, idem eſſe, ac iniuſtè agredi, etiamſi hoſtiliter id non fiat. Quod confirmari poteſt, ex eo quod in Bullis Sixti V. & Gregor. XIII. poſt illa verba, *inuadere, & deſtruere*, addebatur, aduerbium, *hoſtiliter*: at ſic eſt, quod poſteriores Pontifices hoc aduerbium abſtulerunt: ergo clarè videntur voluiſſe, illa verba generalius intelligi, nempe pro inuaſione, aut aggreſſione quacumque, etiamſi hoſtiliter non fiat. Sic Bonacina *hic diſp. 1. q. 21. punct. 1. n. 3. & 4.* vbi benè infert excommunicationem hanc incurrere illum, qui oppidum Romanæ Eccleſiæ iniuſtè aggreditur, vel deſtruit, conſentiente illius oppidi Gubernatore: quia licèt conſenſus Gubernatoris rationem hoſtilis incurſionis auferre videatur; non tamen aufert iniuſtitiam inuaſionis, ſeu deſtructionis, & conſequenter nec excommnnicationem. Sic apud eum Alter *hic diſput. 21. c. 1. col. 1. verſ. Inuadere*, & Duard. *hic Can. 20. q. 4.* Sed ex iis Alter. oppoſitum innuit *loc. cit. verſ. His quatuor modis.*

QVÆSTIO III.

An factio inuadens aliquam Ciuitatem Papæ, non intentione illam à poteſtate eius auferendi; ſed animo opprimendi ſuos aduerſarios ibi exiſtentes, excommunicationem contrahat?

REſpondeo contrahere. Tum, quia Pontifex, ſine reſtrictione loquitur. Tum etiam quia huiuſmodi inuaſio ſemper fit cum aliqua deſtructione. Sic Caiet. *verb. Excommunicatio cap. 17.* his verbis: Aduerte hîc, quod cum in Terris Eccleſiæ contingit quod pars exiſtens extra, armata manu volens intrare, inuadit Ciuitatem, non vt ſubtrahat eam Eccleſiæ, ſed

vt

Digitized by Google

vt ipſa pars ibi regnet, eo modo, quo partes iſtæ regnare conſueuerunt, Canonē iſtum incurrit: quia terram Eccleſiæ in parte ſaltem, hoſtiliter inuadit, ſub colore manendi in domo ſua. Imo (vt à communiter accidentibus patet) huiuſmodi inuaſio tendit ad ſubtrahendum Eccleſiæ Romanæ terram quoad liberum regimen; Romana ſiquidem Eccleſia in terris vbi factio regnat, titulare dominium potiùs habet, quàm cum effectu. Sic optimè Caiet. Et ex illo Nauar. *c.*27. *num.*72. Suarez *diſp.*22. *ſect.*2. *num.*105. Alterius *lib.*5. *diſp.*21. *cap.*1. *col.* 2. *verſ. Dubitari poteſt.* Filliuc. *tractat.* 16. *cap.*3. *quæſt.*7. *numero* 63. Reginal. *libro* 6. *num.*388. Sayrus *libro* 3. *capite* 24 Duard *Can.*20. *q* 5. Bonac *hic*, *diſp.*1. *q.*21. *punct.*1. *num.*9. & 10.

QVÆSTIO IV.

An Banniti, aut alij facinoroſi homines, qui non animo terras Pontificis occupandi, ſed furandi ſolùm, illas deprædantur, hac excommunicatione ligentur?

Affirmant Durand & Sayrus *loc. cit.* atque Alterius etiam, ibi: Imò in eandem excommunicationem puto incidere facinoroſos homines, nempe, Bannitos in magno numero diſcurrentes, quando prædictas terras deprædantur, & occidunt in eis commorantes. Ita Alterius.

Sed probabilius reſpondeo: Non ligari, niſi caſu quo ingrediendo dictas Pontificis terras ad furta, & latrocinia committenda, inuadant, propriè loquendo, occupent, detineant, aut in totum, vel in partem deſtruant illas; quia tunc, non aliter excommunicatione ligantur: quia tunc ſolùm actionem ſub excommunicatione vetitā in hoc Canone agunt. Sic Vgolinus & Filliucius, quos citat, ac ſequitur Bonac. *pun.*1. *cit. n.*11.

QVÆSTIO V.

An vſurpans iuriſdictionem ſupremam, tam ſpiritualem, quàm temporalem, Rom. Eccl. huius Bullæ Cenſuram incurrat?

Reſpondeo: Incurrere. Quia expreſsè Pontifex in hoc Canone excommunicat omnes, qui ſupremam iuriſdictionem temporalem illi, & Romanæ Eccleſiæ competentem, vſurpant, perturbant, retinent, vel vexant, vt ex habitis *q.*10. conſtat. & in Canone 2. & aliis præcedentibus excommunicat omnes qui ſpiritualem eiuſdem iuriſdictionem vſurpant: ergò qui iuriſdictionem ſiue temporalem, ſiue ſpiritualem Romanæ Eccleſiæ vſurpat, hoc eſt, tanquam ſibi debitam, vel ad ſe pertinentem accipit, vel, tenet in excommunicationem Bullæ incidit. Sic communis Doctorum in hoc Canone.

QVÆSTIO VI.

An impediens executionē ſententiæ latæ à Summo Pontifice, in cauſa punitionis corporalis, aut confiſcationis bonorum; Cenſuram huius Canonis incurrat?

Reſpondeo tanquam certum: incurrere. Quia re vera impedit, ac perturbat ſupremam iuriſdictionem Pontifici competentem, vt conſtat; ſiue nomine *ſupremæ iuriſdictionis*, quo vtitur Canon, intelligatur merum imperium, ſeu poteſtas gladij, quam Pontifex, & Eccleſia, habent ad puniendos in ſuis terris facinoroſos, vt volunt Alterius, Vgol. & Duardus apud Bonac. ſiue intelligatur, vt hic cum Iaſone, Bartolo, & aliis vult, iuriſdictio, quæ competit Sum. Pontifici, ſeu Eccleſiæ vt Princeps eſt, circa res magni præiudicij, vt ſunt cauſæ Status, cauſæ ſanguinis, confiſcationis bonorum, & ſimilia: hæc enim in ſtatu Eccleſiaſtico ad ſupremam Romanæ Eccleſiæ auctoritatem pertinent. Sic Bonac. *diſput.*1. *q.*21. *punct.*1. *num.*16 & 17. & 18. vbi addit idē eſſe dicendum, de illis qui aliquam Romanæ Eccleſiæ Prouinciam, ſeu ciuitatem intrant (etiāſi id faciant ſine armis, ſed ſolùm fraude & dolo) aſſerentes ſe eſſe Commiſſarios, vel Legatos Summi Pontificis, quia re vera ſupremam illius iuriſdictionem vſurpant. Cui addito conſentiunt Sayrus, & Duardus apud ipſum. Legatur.

QVÆSTIO VII.

An vſurpans, vel perturbans ſupremam iuriſdictionem Eccleſiæ Romanæ, Sede vacante? huic Cenſuræ ſubiaceat?

Reſpondeo tanquam certum: Subiacere Quia facit contra illa verba Canonis *Nobis*, & *eid. Romanæ Eccleſiæ*, &c. ergo. Sic Bonacina *diſputatione* 1. *quæſt.*22. *puncto* 1 *num.*21.

QVÆSTIO VIII.

An etiam huic Cenſuræ ſubiaceat Rex Hiſpaniarum, exercens ſupremam iuriſdictionem in Sicilia & Sardinia?

Affirmandum, videtur, eo quod verè exerceat, & obtineat, ſupremam iuriſdictionem in locis, & terris in hoc Canone expreſſis, vt conſtat: ergo.

Sed tamen, vt certum reſpondeo: Non ſubiacere. Quia hanc iuriſdictionem exercet noſter Rex potentiſſimus ex priuilegio & conceſſione legitima Summi Pontificis, & ideò non vſurpat illam de facto, quod ſolùm prohibet Canon; ſed tenet eam de iure, quod non vetat. Sic Alterius *lib.*5 *diſput.*21. *cap.*1. *col.* 6. & *c.*2. *col.*3. & *ſequ.* Vgol. *hic*, § 1. Regin. *lib.*9 *num.* 187. Filliuc. *tract.*16 *cap.* 3. *q* 9. *n* 68. & Bonac. *hic*, *punct.* 1. *cit. num.*23. & 24 Qui idem dicunt, loquendo de Republica Genuenſi, quæ eandem iuriſdictionem in Corſica exercent, quæ id habet ex conceſſione legitima Sum. Pontif. de quo optimè agit Alterius *c.*2. *cit.* & Bonac. *loc. cit. puncto* 2. *num.* 2.

QVÆSTIO IX.

An inuadens, vel deſtruens bona priuatorum in terris Romanæ Eccleſiæ exiſtentia; Cenſuram huius Canonis incurrat?

Reſpondeo tanquam certum: Non incurrere. Quia bona priuatorum non dicũtur ad Romanam Eccleſiam pertinere: ergo prædicta inuadentes, & deſtruentes, non comprehenduntur in hoc Canone, in quo ſolùm excommunicantur inuadentes, vel deſtruẽtes, &c. loca, vel iura ad Eccleſiam Romanam pertinentia. Sic Alterius, Vgol. Duard. & Filliuc. *loc. cit.* quos ſequitur Bonac. *diſp.*1. *q.*21. *punct.*3. *num.*4.

QVÆSTIO X.

An qui Sede vacante, vel Summo Pontifice agrotante, expoliant Palatium ſacrum, excommunicatione huius Bullæ ligentur.

Affirmat Nauarrus *in Man. c.*27. *n.* 71. eo quod in Bulla Gregorij XIII. quam ipſe exponit, hæc excommunicatio continetur, his verbis: *Item* (excommunicamus) *omnes, & ſingulos, ſupellectilium, li-*

Digitized by Google

brorum, ſcripturarum, & bonorum Cameræ & Palatij Apoſtolici, ex eodem Palatio, infirmitatis Romani Pontificis, ac Sedis Apoſtolicæ vacationis tempore, Ablatores, & illorum Detentores, ac quoſcumque alios, ad quorum manus, bona prædicta, quocumque titulo, & quauis cauſa, ſcienter peruenerint: ergo, &c.

Sed, iam vt certum, reſpondeo: Non ligari. Quia dicta Cenſura, quæ huius Bullæ Cœnæ, erat vigeſima-prima, iam fuit ſublata à Sixto V. & Clem. VIII & ideò nō ſolùm illæ viginti, quæ à nobis expoſitæ ſunt, per ſe, & directè ſolùm continentur in hac Cœnæ Bulla. Sic notant Viualdus *hic, caſu* 29. *num.* 27. addens, quod nec tempore Gregorij dictam excommunicationē incurreret ille, qui auferret Reliquias ſacras omni auro, vel argento carētes; ſecus ſi aliàs. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *in fine, num.* 206.

TRACTATVS QVARTVS DE SVSPENSIONE,

SECVNDA CENSVRA ECCLESIÆ.

TRACTANT de hac materia Theologi cum S. Thoma *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *&* 3. *part. in addit. quæſt.* 21. D. Anton. 3. *p. Summ. tit.* 18. Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 3. *artic.* 1. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *à num.* 151. Couarruuias *in Clement. Si furioſus*, 1. *part. per totam.* Henriquez *libro* 13. *Summ. à cap.* 31. *vſque ad* 40. Vgolin. *tab.* 4. *cap.* 10. Sayrus *lib.* 4. *à capite* 1. Suarez *tomo* 5. *de Cenſuris, à diſp.* 25. Valentia *tomo* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 18. *puncto* 1. Auila *de Cenſuris parte* 3. *per totam.* Filliucius *tract.* 17. *per totum.* Ægidius *diſp.* 15. *à dub.* 1. Alterius *tomo* 2. *de Cenſuris, à diſp.* 1. Palao *tomo* 6. *de Cenſuris, diſp.* 4. *per totam.* Viualdus *in* 2. *parte Candelab. ſub hoc titulo.* Bonacina *tomo* 1. *vbi de Cenſuris diſp.* 3. *per totam.* Angel. Armilla, Syluester, Tabiena, Caietanus, & alij Summiſtæ *verb. Suſpenſio.*

DISPVTATIO I.

De Diuiſione, & natura Suſpenſionis?

QVÆSTIO I.

Quot modis accipitur Suſpenſio?

RESPONDEO: Quod præcipuè, tribus. *Primò*, latiſſimè, pro prohibitione officij cuiuſcumque, etiam ſæcularis. *Secundò*, minus latè pro priuatione vſus alicuius officij Eccleſiaſtici, ob ignorantiam, vel morbum: quo pacto Clericus poteſt fieri ſuſpenſus ſine culpa, quamuis non ſine cauſa. *Tertiò* accipitur propriè & ſtrictè pro Cenſura Eccleſiaſtica, pro qua ita quis prohibetur exercere actus Ordinis, vt ſi contra faciat, irregularitatem incurrat: & hoc modo accipitur à Doctoribus, & à nobis in hoc Tractatu. Sic Filliucius *tract.* 17. *cit. cap.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 2. Alterius *tomo* 2. *diſputat.* 1. *c.* 1. De quo etiam Caietan. Nauarr. Viuald. & Auila, quamuis non ita latè agunt. Palao *de Cenſuris diſp.* 4. *puncto* 1.

QVSTIO II.

Quid eſt Suſpenſio propriè, & in rigore accepta?

RESpondeo: Quod eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus ob ſuam culpam priuatur à iure, vel à Iudice, vſu ſui officij, aut beneficij, in totum, vel in partem, in perpetuum, vel tempus. Sic colligitur ex *c.* 1. *§. fine. de ſent. excommun. lib.* 6. & ex Caietan. Nauarro, Viualdo, Filliucio, Auila, & Bonacina, & aliis *locis citatis.*

QVÆSTIO III.

Quotuplex ſit Suſpenſio hæc propriè dicta?

RESpondeo: Quod multiplex. Nam *Primò*, alia eſt ſuſpenſio ab officio tantum, ſiue officium ſit Ordinis, ſiue iuriſdictionis. Alia eſt à beneficio tantùm, ſiue beneficium ſit Canonicatus, ſiue Dignitas, ſiue Epiſcopatus, ſiue aliud. Alia eſt ab officio, & beneficio ſimul.

Secundò, diuiditur Suſpenſio in totalem & partialem. Suſpenſio totalis eſt illa, quæ ſuſpendit in totum ab officio, vel beneficio, hoc eſt omni actu ordinis & iuriſdictionis; necnon ab adminiſtratione beneficij, & fructuum eius perceptione. Partialis autem eſt illa, quæ ſolùm ſuſpendit ex parte, v. g. ab officio ordinis, ſed non iuriſdictionis, aut etiam à parte officij ordinis, vel iuriſdictionis, vt contingit quando quis ſuſpenditur à celebrando, ſed non ab audiendis Confeſſionibus, vel è contra.

Tertiò, diuiditur ſuſpenſio in perpetuam, & temporalem. Illa eſt, quæ ſimpliciter fertur abſque limitatione temporis: hæc verò cum limitatione termini, vel temporis.

Quartò, diuiditur in ſuſpenſionem pœnalem, & medicinalem. Pœnalis dicitur illa, quæ fertur in vindictam ob culpam facta, v. g. quando quis ſuſpenditur ob delictum omnino præteritum; & hæc ſuſpenſio non eſt propriè Cenſura, ſed pœna. Medicinalis eſt illa, qua intenditur emendatio, & bonum delinquentis, ferturque ob contumaciam; & hæc eſt propriè Cenſura.

Quintò, diuiditur in ſuſpenſionem à iure & ab homine, de quibus conſtat de Cenſuris in communi, in maiorem & minorem, hoc eſt, in eam quæ ab omnibus ſuſpendit, vt ab officio & beneficio; & in eam quæ ſolùm ab aliquo effectu ſuſpendit. De quibus, & aliis minus vſitatis diuiſionibus legi poſſunt Nauarr. *cap.*

Digitized by Google

capite 27. numero 154. Suarez *diſputatione* 25. *ſectione* 1. Auila 3. *parte*, *diſputatione* 2. *dubio* 3. Viualdus *de ſuſpenſ. numero* 7. Fillincius *tractatu* 17. *capite* 2. *numero* 6. *&* 7. Bonacina *diſputatione* 3. *puncto* 1. *numero* 2. Banny *de Cenſuris*, *tractatu* 8. *quæſt* 4. Regin. *libro* 2. *tract.* 3. *num.* 6. Palao *de Cenſuris, diſputatione* 4. *puncto* 1. *numero* 3. & alij.

QVÆSTIO IV.

An Suſpenſio eſſentialiter differat à cæteris Cenſuris & pœnis?

RESpondeo tanquam certum: Eſſentialiter differre. Quia eſſentialiter diuerſam habet ab his definitionem, vt conſtat. Et quidem quod differat ab aliis duabus Cenſuris, nempè excommunicatione & interdicto, conſtat ex habitis *ſupra tractatu* 1. *diſp.* 1. *à quæſt.* 4.

Quod verò differat à pœnis aliis, etiam conſtat. Nam in primis differt ſuſpenſio ab irregularitate, in eo quod irregularitas priuat ſuſceptione Ordinis, vt Ordo eſt: Suſpenſio verò ſolùm priuat exercitio Ordinis, vel beneficij, vt eſt quædam functio.

Differt etiam à degradatione & depoſitione, quia hæ priuant vniuerſaliter ab officio & beneficio Eccleſiaſtico, ſine ſpe reſtitutionis, cum quadam certa ſolemnitate, ita vt ſolus Papa poſſit reſtituere degradatum, vel depoſitum; quod non accidit in ſuſpenſione. Sic communiter Doctores. Legantur Henriquez *libro* 14. *de irregularit. capite* 6 Auila *loco citato*, *dubio* 1. Bonacina *numero* 5. Suarez, Fillincius, & alij Doctores ſupra adducti.

DISPVTATIO II.

De cauſa efficienti, materiali, & formali Suſpenſionis?

QVÆSTIO I.

An omnis, qui excommunicare poteſt, poſſit etiam ſuſpendere?

RESPONDEO tanquam certum: Poſſe. Quia qui poteſt maius, poteſt etiam minus in eodem genere; at maius eſt excommunicare quàm ſuſpendere, vt habitum eſt *ſup. tract.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.* 10. ergo. Ex quo clarè conſtat, quod omnis ille qui poteſtate ordinaria poteſt excommunicare, poteſt etiam ſuſpendere: & qui poteſt excommunicare ex commiſſione, poteſt etiam ex commiſſione ſuſpendere. Qui autem poſſint excommunicare tam ex poteſtate ordinaria; quàm ex commiſſione, diximus *ſupra tractatu* 1. *diſputatione* 2. *per totam*. Sic communis. Legantur Auila *lib.* 3. *p. diſputatione* 4. *dubio* 2. *concl.* 1. Bauny *de Cenſur. q.* 2. *aſſert.* 1. Henr. *lib.* 13. *c.* 35. & alij.

QVÆSTIO II.

An Suſpenſus à iuriſdictione, poſſit alium ſuſpendere?

RESpondeo: Poſſe validè (non tamen ſine peccato) ſuſpendere, ſi non eſt nominatim ſuſpenſus & denunciatus: ſecus verò ſi talis ſit; nam tunc non poteſt validè ſuſpendere. Hæc reſponſio eſt communis, & conſtat ex dictis *tr.* 1. *diſp.* 2. *q.* 37. *&* 38. *& tr.* 2. *diſp.* 21. *q.* 4. vbi diximus geſta ab excommunicato tanquam à publica perſona eſſe valida, ſi eſt toleratus, inualida verò ſi ſit non toleratus, ſeu nominatim denunciatus. Sic Henriq. *lib.* 13. *c.* 7. *q* 6. Auila *de Cenſ.* 2. *p. c.* 6. *diſp.* 6. *dub.* 3. *& parte* 3. *de ſuſp. diſp.* 4. *concl.* 3. Bauny *tract.* 8. *q.* 2. *aſſert.* 4.

QVÆSTIO III.

An è contra omnes, qui excommunicari poſſunt, poſſint etiam ſuſpendi?

RESpondeo tanquam certum: Quod non. Conſtat. Nam omnes Chriſtiani poſſunt excommunicari; ſuſpendi verò minimè, niſi ſolùm perſonæ Eccleſiaſticæ habentes aliquem Ordinem, vel iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vt patet ex definitione ſuſpenſionis tradita *ſupra diſp.* 1. *q.* 2. Sic omnes. Legantur Nauarr. *c.* 27. *n.* 159. Henriq. *lib.* 13 *c.* 34. *num.* 2. & penes ipſum, *lit. R.* D. Thom. Ricard. Syluester, & alij. Auila *parte* 3. *diſp.* 4. *dub.* 2. Bauny *tract.* 3. *aſſert.* 1. Suarez *diſputatione* 28. *ſect.* 2. Palao *diſputatione* 4 *puncto* 2. *numero* 4. & alij.

QVÆSTIO IV.

An omnes perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint ſuſpendi?

RESpondeo: Negatiuè. Nam Papa ſuſpendi non poteſt, ſicuti nec excommunicari: quia nec ſuſpendi, nec excommunicari poteſt, niſi ſubditus, vt conſtat *ex dictis tract.* 1. *diſput.* 3. *q.* 4. *&* 17. Sicuti ex ibidem dictis conſtat, quod nec defunctus ſuſpendi valet Sic Henriquez *libro* 13. *cap.* 34. *num.* 2. Auila *loco citato*, & omnes communiter. Legatur Palao *diſputatione* 4. *puncto* 2. *in fine*.

QVÆSTIO V.

An Communitas aliqua poſſit ſuſpendi?

NEgatiuam ſententiam clarè tenere Syluestrum *verb. Interdictum, n.* 5. docet Auila mox citandus. Et obiter illam docet Luyſius *libro* 6. *de Cenſuris, diſputatione* 51. *dub.* 2. *verſ. Secundum eſt.*

Sed, vt quid certum reſpondeo: Poſſe ſuſpendi. Quia licèt *caput*, *Quia ſæpè, de elect. in* 6. *& caput, Si ſententia de ſententia excommunicationis in* 6. ſolùm explicent interdictum poſſe ferri in communitatem; tamen eadem ratio militat in ſuſpenſione. Præterquam quod *in cap. Romana de ſentent. excommun.* ſola excommunicatio interdicitur ferri in communitatem: ergo. Sic Nauarr. *capite* 27. *num.* 165. *& libro* 5. *conſil. de temporib. Ordinat. conſil.* 40. Henriqu. *lib.* 13. *cap.* 34. *num.* 1. *& libro* 14. *capite* 25. *numero* 4. & penes illum, D. Thom. Caiet. necnon & Sylueſt. *verb. Suſpenſio* §. 4. Auila 3. *p. diſputatione* 3. *dubio* 2. *verſ. Ex dictis*. Bauny *tractatu* 8. *quæſt.* 3. Palao *diſputatione* 4. *puncto* 2. *numero* 7. & communis.

QVÆSTIO VI.

An Suſpenſio propriè dicta, poſſit imponi abſque culpa?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe imponi, abſque propria, vel aliena culpa. Ratio eſt. Quia hæc Suſpenſio, cum ſit Cenſura Eccleſiaſtica, eſt pœna: at hæc non eſt inferenda niſi ob culpam, iuxta illud, *Res, quæ culpa caret, in damnum vocanda non eſt*, *cap.* 2. *de Conſtit.* ergo. Sic tenent omnes, præcipuè Caiet.

Digitized by Google

Caiet. & Armilla *verb. Suſpenſio.* Nauarr. *cap.27. numero* 151. & 159. Sot. *diſt.*22.*q.*1.*art.*3.*col.*2. Medina *in ſum. lib.*1.*cap.*11. §.8. quos affert, & ſequitur Henrquez libro 13, *capite* 23. *numero* 1. Auila *parte* 3.*diſputatione* 3. *dub.*2. *concl.*1. Bauny *tr.*8. *q.*3. *aſſert.*1. & alij. Et conſtat ex dictis *tract.*1.*diſp.*8.*q.*1.

QVÆSTIO VII.

An Suſpenſio huiuſmodi, quæ eſt Cenſura, imponi poſſit, pro culpa aliena?

AFfirmant aliqui Magiſtri, apud Auilam mox citandum. Negant verò contra, apud eumdem, Nauarr. *cap.*27. *n.*159. & 165. & *conſil.*40. *lib.*5. *conſil. tit. de temporib. Ordination.* Caiet. *verb. Suſpenſio*, & Sotus *diſt.*22. *q.*3. *art.*2. *col.*3. Quibus addi poſſunt Suarez *diſp.*28. *ſect.*4.*n.*2.& 3. Saytus *lib* 4.*cap.*1.*n.*22. Palao *diſp.*4. *puncto* 3. *num.*2. & penes illum, Auila 3.*p.diſp.*3. *dub.*2. *concl.*2. Sanchez *lib.*9. *diſp.*32.*n.*9. Ægidius *diſputatione* 15. *dubio* 3. Hurtadus *de ſuſpenſ. diff.*9.

Sed clariùs, diſtinctione vtendo, ſic reſpondeo: Suſpenſio, quæ imponitur alicui Clerico in particulari, non poteſt imponi abſque culpa propria: at verò quæ imponitur communitati, imponi poteſt pro culpa aliena. Sic Henriquez *lib.*13.*cap.*34. *n.*1. vbi ſic ait, quæ vera eſt Cenſura priuatæ perſonæ, cum ſit vera pœna non incurritur, abſque propria culpa: ſicut nec interdictum perſonale vnius hominis; cum tamen generale interdictum populi perſonale, extendatur etiam ad inſontes, qui ſunt pars populi; vt dum imponitur pro culpa aliena Domini habentis iuriſdictionem temporalem. Sic ille. Auila etiam 3.*p. diſp.*3. *dub.*2. *concl.*2. Bauny *hîc*, *tract.*8. *q.*3. *aſſert.*2. D.Thom. *in* 4. *diſt.*18. *q.*2. *art.*3. *quæſtione* 2. *ad* 2. & Syluest. *verb. Suſpenſio n.*4. Quos ſequitur Corneio *in* 3. *p.tract.*5. *de ſuſpenſ. diſp.*3.*dub.*1. Cuius ratio eſt: quod cum ſuſpenſio non priuet bonis ſpiritualibus ad propriam animam ſuſpendi pertinentibus, ſicut excommunicatio; ſed priuet functionibus per ſe pertinentibus ad bonum commune, hinc eſt quod contingere poſſit dari cauſam, propter quam ſine propria culpa expediat aliquem huiuſmodi functionibus priuare. Sic ille. Legantur dicta à nobis *tractatu* 1. *de Cenſuris in communi, diſp.*8. *q.*2. iuxta quæ intelligendi ſunt Authores primæ ſententiæ.

QVÆSTIO VIII.

An quando ſuſpenditur Communitas, v.g. Capitulum Canonicorum, & aliqui de Capitulo ſunt innocentes, hi tali ſuſpenſione comprehendantur?

NEgant abſolutè Ægidius *diſp.*15. *dub.* 3. *concl.* 3. *n.*26. quem citat (licet non locum, vbi id doceat) *de ſuſpenſ. q.*3. *aſſert.*3. & probat auctoritate Canonis, *Quia ſæpè, de elect. in* 6. vbi tacitè innuitur, Innocentes, ac à furto in Prælati defuncti bonis admiſſo, liberos, pœna ſuſpenſionis latæ contra communitatem Canonicorum, in quos hæc culpa conferebatur, minimè comprehendi.

Sed diſtinctiùs reſpondeo ſic. Quando ſuſpenſio imponitur communitati propter culpam membrorum eius, verbi gratia, Capitularium: tunc qui eſt innocens à culpâ, excuſatur à ſuſpenſione, & ideò extra ſcandalum, non tenebitur abſtinere ab eo opere à quo ſuſpenſa eſt communitas, ſeu Capitulum. Secus verò quando ſuſpenſio ponitur ob culpam regentis Capitulum, verbi gratia, Epiſcopi, vel Decani. Quia tunc non excuſantur, ſicut interdicto populo propter delictum Gubernatoris, non excuſantur inſontes. Sic Auila *parte* 3. *diſp.*3. *dub.*2. *concl* 3. & *dub.*4. *concluſ.* 2. Nauarr. *conſil.*40. *cit.*

QVÆSTIO IX.

An Suſpenſio imponi aliquando poſſit, pro peccato veniali?

AFfirmant abſolutè loquendo Caiet. *verb. Suſpenſio capite vnico.* Armilla *eod. verb. n.*1. Nauarr. *cap.*27.*n.*151. & 152. Medina *in ſum. lib.*1. *c* 11. §.8. & Henr. *lib.*13. *cap.*34. *n.*1. Quos omnes ſic relatos ſequitur Auila 3. *parte diſp.*3. *concl.*1. Cuius ratio eſt: quod excommunicatio minor priuat maiori bono, ſcilicet, receptione Sacramentorum, & tamen imponitur pro veniali: ergo etiam poteſt ſuſpenſio pro veniali, ſaltem quando imponitur pro culpa propria.

Sed probabilius cum diſtinctione, reſpondeo: Suſpenſionem maiorem, hoc eſt, ab officio & beneficio, vel ab altero horum totaliter, non poſſe imponi pro peccato niſi mortali: benè tamen ſuſpenſionem minorem hoc eſt, ſuſpenſionem, quæ ſolùm ab vno effectu ſuſpendit: verbi gratia, ab actu vno eligendi, à diſtributionibus vnius horæ, vel vnius diei, &c. nam hæc ob ſolam venialem culpam imponi poteſt.

Prima pars huius reſponſionis, probatur clarè. Quia ſuſpenſio totalis, ſeu maior, eſt pœna grauiſſima & acerbiſſima; nam quid acerbius, duriúſue contingere alicui poteſt, quam litare non poſſe: nec in Eccleſia munera diuina colere, beneficia obtinere, obtenta regere in ſuum, ac aliorum commodum, eorum bona diſpenſare? &c. ergo hæc ſuſpenſio non eſt vlli irroganda, niſi ob grauem & mortalem culpam; cum non conueniat tantum pœnarum ab vllo pro re quapiam leui dependi.

Secunda pars etiam conſtat. Quia dicta ſuſpenſio eſt leuis, & ſecundum quid; ergo ſufficit ad talem infligendam pœnam, vt culpa etiam leuis, ſeu venialis, in reo, qui punitur, ſupponatur. Sic Sotus *in* 4. *diſtinctione* 22. *q.*2. *art.* 1. *concl.*2. Corneio *in* 3.*p. tractatu* 5. *de Cenſuris, quæſtione* 3. *diſputatione* 3. *dubio* 2. Bauny *tractatu* 8. *quæſtione* 3. *aſſertione* 4. & 5. vbi pro hac parte citat Nauarrum *capite* 27. *numero* 151. & 159. (vbi pro oppoſita ſua ſententia citat Auila) & Suarium *diſputatione* 28. *ſectione* 4. Sed ex iis, malè Nauarrum: nam hic auctor oppoſitum *loco citato* docet, ſequendo expreſsè Caietanum. Vnde benè illum pro ſe Auila citauit. His etiam addi poſſunt Vaſquez 1. 2. *diſputatione* 153. *capite* 5. Ægidius *hîc*, *diſputatione* 15. *dubio* 3. *conc.*2.*numero* 24. Hurtadus *tractatu de ſuſpenſ. diff.*7. Alterius *tomo* 2 *diſputatione* 7.*de ſuſpenſ. capite* 1.*col.*7.*verſ. Ad hanc difficultatem.* Sanchez *libro* 9.*de. Matrim. diſputatione* 32. *numero* 29. Cuius verba vide *tract.de interd. diſput.*2.*quæſtione* 13. Palao *de Cenſuris, diſputatione* 4 *puncto* 3 *numero* 4. Laymann. *libro* 1. *tract.* 5. *parte* 3. *cap.* 3. & communis.

Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ reſpondeo primò, negando maiorem. Nam præter remotionem à ſacris Officiis, de quo numero eſt ſacroſancti Miſſæ Sacrificij celebratio, includit alia ſuſpenſio maior, videlicet, priuationem vſus ſacrorum Ordinum, adminiſtrationis officij, & beneficij, quæ pœnæ, cum ſint publicæ, omnibúſque notæ, magis & acrius pungunt Clericos, ac vulnerant, quàm paſſiua Sacramentorum adminiſtratio laicos, quos ſæpè pauci teneri hac pœna ſciunt, ignorant autem plurimi. Sic omnino Bauny.

Secundo, Reſpondeo: Quod dato, quod Suſpenſio ex genere ſuo priuet minoribus bonis, quàm excommunicatio minor; tamen illa, vt eſt in vſu Eccleſiæ acerbior pœna eſt, quàm minor excommunicatio; tùm

Digitized by Google

tùm quia difficilius tollitur; tùm quia aliquam infamiam ſecum affert,&c Legantur Corneio & Hurt.

QVÆSTIO X.

An forma, ſub qua ſententia Suſpenſionis fertur, habeat verba determinata?

RESpondeo tanquam certum: Non habere. Ideóque ſub quacunque verborum forma dicatur in aliquem ſententia ſuſpenſionis, dummodo intentionem ſuſpendentis exprimant, pro rata & valida eſt habenda. Sic colligitur ex dictis *tract.1.de Cenſ. in communi, diſputatione 4. quæſtione 4.* vbi plures pro hac veritate citaui auctores. Quibus adhuc addi poſſunt in ſpecie de hac Cenſura tractantes: Henriquez *lib.13. cap.34. numero 3.* Nauarr. *cap.27.n.161.* Luyſius *de Cenſuris, libro 4. diſp.42. dubio 2.* Palao *diſputatione 4. puncto 4. numero 1.*

QVÆSTIO XI.

An Suſpenſio debeat ferri in ſcriptis, poſt monitionem, &c.?

RESpondeo: debere ferri, non ſolis verbis; ſed per ſcripturam, vt conſtat ex dictis *tract.1. diſputatione 4. quæſt.2.* & latiſſimè *diſp.6 à quæſt.1. vſque ad 26.* debet etiam neceſſariò ante ſuſpenſionis ſententiam, aliquam admonitionem præmittere, vt habitum eſt *eod.tract.1. diſp.5. per totam.* ſicut & poſt latam publicationem eiuſdem, vt patet ex habitis *eod. tract.1. diſp.7. per totam.* Legantur Alterius *hic, diſp.7. cap.2.* Auila *3. p.diſp.3.* Palao *puncto 4. citato,* & alij *ſup.* & hæc de hac diſputat. nam reliqua quæ cauſam formalem ſpectant, ſoluta inuenies *tr.1 loc.cit.*

DISPVTATIO III.

De Effectibus Suſpenſionis, tam in genere, quàm in ſpecie.

QVÆSTIO I.

An ſuſpenſus ab vno effectu, ſeu actu, cenſeatur etiam ſuſpenſus ab aliis actibus, ſeu effectibus?

RESPONDEO: Non cenſeri. Quia effectus ſuſpenſionis non ſunt inter ſe connexi neceſſariò, ſicut ſunt effectus excõmunicationis: ergo ſuſpenſus ab vno, non cenſetur ſuſpenſus ab alio, niſi fortè ſit connexus cum primo. Sic Henriq. *lib.13.c.32. n.1.* per hæc verba: Hæc pœna eſt ſtrictè accipienda, vt ſuſpenſus ab vno actu, non ſit ſuſpenſus ab aliis, niſi ſint connexi cum primo. In quo differt ab excõmunicatione, cuius omnes effectus ſunt iure communi connexi, nec poſſunt niſi à Papa ſeparari, *ſup.c.29.§.2.* quare attendenda ſunt verba iuris, aut Iudicis, vt ſuſpenſio reſtringatur ex proprietate verborum ad effectum expreſſum. Sic Henriq. Quem citat, & explicat Auila *3. p.diſp.1. in princ.* Sic: Supponendum eſt, in hoc differre ſuſpenſionem ab excommunicatione, quod hæc habet ſuos effectus certos, & determinatos in Iure, qui ſtatim conſequuntur ipſam excommunicationem, ita vt non ſit in poteſtate Epiſcopi excommunicantis ſeparare hos, vel illos effectus ab excommunicatione, quam imponit, v.g. non poteſt dicere; Excommunico Petrum excommunicatione maiori, ita vt ſolùm priuetur communibus ſuffragiis Eccleſiæ: At verò ſuſpenſio nullum habet effectum natura ſua determinatum, & neceſſariò illi annexum in iure; quare in poteſtate ſuſpendentis eſt priuare ab vna actione, & non ab alia: v.g. à celebratione tantùm. Dixi, *Epiſcopi*; nam Papa poſſet ſeparare vnum effectum ab alio. Ita P. Henr. *num.1.* Huc uſque Auila, & Corneio *q.3.cit. diſp.2. de ſuſpenſ. in princip.*

QVÆSTIO II.

An ſuſpenſio abſolutè, & ſine reſtrictione prolata ſuſpendat abſolutè ab omnibus, hoc eſt, ab officio & beneficio?

AFfirmant Auila *hic concl.2.* & penes ipſum Sylu. & Henr. Bonac. *diſp.3. de ſuſpenſ. punct.2. n.1.* & apud illum Toletus, Filliuc. Ægid. & alij, quos retulimus *tract.1.diſp.4.q.7.*

Sed iuxta dicta ibi, reſpondeo probabilius: à nullo effectu ſuſpendere. Quia probabilius eſt, ſuſpenſionem in genere latam, ſine limitatione expreſſa, vel tacita, eſſe inualidam, & ſic nullum ſortiri effectum. Sic Auctores *loco citati* adducti, & Luyſius *l.4.diſp.98. dub.2.* ſecutus Suarium *hic, diſp.25.ſect.2.n.8.& 9.*

QVÆSTIO III.

An Suſpenſio ab officio, ſimpliciter, & abſolutè lata, priuet omni vſu, tam Ordinis, quàm iuriſdictionis?

NEgat Gloſſa *in cap. Audiuimus 24.q.1.* exiſtimans, tantùm priuare vſu Ordinis. Ait enim ita, *verb. Qui excommunicatus.* Dico referre, an ſit ſuſpenſus ab officio, vel iuriſdictione. Nam ſi ab officio tantùm, ea non poterit quæ officij ſui ſunt exercere, putà, celebrare, & ſimilia: ſed ea poterit quæ iuriſdictionis ſunt, vt dare præbendam, & excommunicare, quia hoc iuriſdictionis eſt. Ita Gloſſa.

Sed, vt certum, reſpondeo: Suſpenſionem ab officio, ſine limitatione latam, priuare non ſolùm vſu Ordinis, ſed & iuriſdictionis ſpiritualis, quantum perſona ſuſpenſa capax eſt. Ratio eſt. Quia vterque vſus, tam Ordinis, quàm iuriſdictionis eſt vſus officij Clericalis; ergo ſuſpenſio abſolutè prolata, omninò priuat Clericum, tam ab officio Ordinis, hoc eſt vſu Ordinis, quàm iuriſdictionis; & ideò ſuſpenſus hoc modo, non poterit celebrare, aut Sacramenta aliis adminiſtrare, &c. nec excommunicare, aut beneficia conferre, &c. Sic. Felic. *de ſuſpenſ.c.11.verſ.Suſpenſus ab officio.* vbi ait, in hanc ſententiam ire Doctores omnes: Felin. Syluеſt. Tabiena, Hoſtienſ. Abbas, & alij, quos citat, & ſequitur Auila. *3.parte diſp.2.concl.5.* Henriqu. *lib.13.c.32.n.1.* Vgol. *tab.4. c.6.§.1.* Suarez *tomo 5. de Cenſuris, diſp.26.ſect. 1.* S.Thom. *in addit.ad 3.p.q.21.art.3.* & Vaſquez *in manuſcripto*, quos ſequitur Luyſius *lib.4.de Cenſ.diſp.39.dub.1.* Filliuc. *tr. 17. c.2.q.1.* Bonac. *diſp.3. puncto 2. n. 9.* Bauny *tr. 8. q. 7. aſſert. 2.* Hurtad. *de ſuſpenſ. diff. 4.* Corneio *de ſuſpenſ. diſp.2. dub.1.* Alterius *tomo 2. diſp.4.c.2.* Ægid. *diſp.15. dub.2.n.5.* Palao *diſp.4 punct.5.§. 1. n.1.* & communis.

QVÆSTIO IV.

An Suſpenſus, ſine limitatione ab officio, ſit etiam cenſendus ſuſpenſus à beneficio?

AFfirmat Valentia *q. 18. punct.1.* & penes ipſum, Sylu. *verb.Suſpenſio. n.5.* & Couarruu. *epitom.4. parte 2. c. 6. n. 15. & 14.* Quibus addi poſſunt Gloſſæ in

Digitized by Google

in cap. Latores. de Clerico excommun.miniſtrante. Palud. *in 4. diſt.*18. *q.*7. *art.*3. Tabiena *verb.Suſpenſio,n.*4.& apud Palaum, Nauarr. *lib* 1. *conſil. in* 1. *edit. tit. de temporib. ordinat. conſil.*54 & Bernad. Diaz *practic. crimin. cap.*73. *n.*2. Quorum ſententiam aliqui Canoniſtræ putant veram, loquendo de ſuſpenſione ab homine, non à iure; alij verò contra, id ſentiunt, quando ſuſpenſio ab officio, eſt à iure, non ab homine. Horum fundamentum poteſt eſſe illud principium iuris, receptum: nempe, *Quod prohibito antecedenti, videtur prohibitum conſequens*: at ſic eſt, quod beneficium eſt conſequens, ſeu acceſſorium ad officium: ergo.

Sed probabilius multò reſpondeo: Negatiuè. Quia nomine officij, non comprehenditur beneficium, neque è contrà: ergo ſuſpenſus ab officio, non debet cenſeri ſuſpenſus à beneficio; patet conſequentia, quia pœnæ non ſunt extendendæ. Antecedens verò etiam conſtat: tum, quia dictæ ſuſpenſiones ſunt diuerſæ in ſpecie: ergo vna non includitur in alia. Tum etiam, quia à iure diuerſa conſiderantur, ſiquidem de beneficio agit in titulo *de Prabendis*;& de officio in tit. *de officio Archidiaconi*: Ergo. Sic Nauarr. *cap.*27. *num.*160. Henriq. *lib.*13. *cap.*32. *n.*3. Suarez *diſp.*16. *ſect.*3.*n.*4. Saytus *lib.*4.*c.*5.*n.*16. Auila *parte* 3. *diſp.*2. *dub.*1. *concl.*6. Filliuc. *tr.*17.*c.*2. *n.*20. Luyſius *lib.*4. *diſp.*39.*dub.*2. Hurt. *de ſuſpenſ.c.*4. Corneio *q.*3. *de ſuſpenſ. diſp.*2.*dub.*1. *q.*5. Vgolin. Villalob. Tanner. Gordonus, Megalius, Regin. Laymann,& Præpoſit. quos citat, & ſequitur Diana *parte* 5. *tr.*10. *reſolut.*1. Quibus adhuc addi poſſunt Bonacina *hic,diſp.*3. *puncto* 2. *n.*10. Bauny *tr.*8. *q.*7. *aſſert.*3. Sanchez *lib.*3. *de Matrim. diſp.*51.*n.*12. vbi id latè, & optimè, vt ſemper probat, Barboſa *de appell. verb. iuris ſignif. appell.* 256. *verb. Suſpenſio*, qui & citat Nauarr. *conſil.*41. *de homicid.* Ferez,& alios. Palao *diſp.*4. *puncto* 5.§.1.*n.*3. Machado *tomo* 1. *lib.* 1. *parte* 3. *tract.*10. *docum.*3. *n.*4. & alij; qui noſtram ſententiam intelligunt, ſiue ſuſpenſio ſit à iure, ſiue ab homine; & rectè quidem: cùm ſuſpenſio eiuſdem verbis lata ſit à iure & ab homine, & conſequenter eandem ſignificationem, & eundem effectum habere debet.

Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ dicendum eſt, regulam illam verificari, caſu quo illa duo neceſſariò ſe conſequuntur, officium autem,& beneficium, non ita ſe habere, ſiquidem officium ſæpe ſine beneficio reperitur, cum multi ſint Clerici beneficio carentes.

QVÆSTIO V.

An Suſpenſus ab officio, poſſit fructus beneficij, quod habet, percipere?

NEgant auctores primæ ſententiæ nuper adducti, eò quòd exiſtiment, ſuſpenſum abſolutè ab officio, eſſe etiam ſuſpenſum à beneficio, & conſequenter à fructibus illius.

Sed iuxta à nobis nuper dicta, reſpondeo. Poſſe in dicto caſu, fructus beneficij percipere, ſi aliàs beneficio inſeruiat, ſaltem per alium. Quia ſicut ſuſpenſus ab officio, non priuatur à beneficio, ita non priuatur à fructibus eius, cum hi propter illud percipiantur. Sic omnes DD. nuper pro noſtra ſententia adducti, præcipuè Sanchez *loco cit.* Auila *loc.cit. concluſione* 6. *dicta* 3. & Nauarr. *num.*160.

* *
*

QVÆSTIO VI.

An Suſpenſo abſolutè ab officio, validè poſſit conferri nouum beneficium?

NEgat Auila 3. *parte diſp.*2. *dub.*1. *concl.*5. *in fine*, vbi ſic ait: Præterea ſic ſuſpenſus non poteſt eligi, nec promoueri ad beneficium: quod ſi eligatur electio erit nulla *cap. Cum dilectus, de conſuetud. cap. Quia diuerſitatem, de conceſſ. Prabenda.* Et ratio eſt, nam beneficium datur propter officium: ergo priuatus per Eccleſiam ne exerceat officium, non eſt capax, vt eligatur ad beneficium. Et hoc habet verum etiam in ſuſpenſo non denunciato & occulto. Ita P. Henriq. *n.*3. quia Concil. Conſtantienſe non intendit in aliquo fauere ipſis excommunicatis vel ſuſpenſis. Huc vſque Auila. Quem citat & ſequitur Bonacina *hic, diſputatione* 3. *puncto* 2. *n.*11. dicens, ſic ſentire Leſſium, Nauarrum, Sà, Garciam, & alios. Ita etiam Azor. *parte* 2. *lib.*6. *c.*7. *dub.*2. & Candidus *deciſ.qq. mor.*18. *art.*14. *dub.*6. apud Machado *vbi infrà.* Palao *diſp.*4. *punct.*5. §.1. *n.*2. & alij.

Sed probabilius reſpondeo: Validè poſſe conferri. Quia nullo ex capite iuris colligitur dictam collationem eſſe ipſo iure irritam: ſed ad ſummum irritandam, ſicut non eſt ipſo iure irrita, ſed ſolùm irritanda electio facta in perſonam excommunicatam minori excommunicatione. Sic ex Suario, Ægidius *de Cenſur. diſp.* 15. *dub.*2. *concl.*3. *n.*7. per hæc verba: Addunt multi collationem eſſe irritam, ſed non probant: nam ex dicto cap. (nempè, *vlt. de Cleric. excom.*) apertè colligitur, ſolùm eſſe irritandam. Ita Suarez *diſp.*26. *ſect.*3.*n.*8. Nec aliud probat *cap. Cum dilectus* 8. quod alij pro ſe ſolent citare. Solent etiam citare *cap. Quia diuerſitatem* 5. *de conceſſ. prabend.* ſed nihil facit ad rem præſentem. Hucuſque Ægidius, ex Suario. Quorum ſententiam tenet etiam Filliuc. *tract.*17. *quaſt.*3. *n.*21. *verſ. Sic etiamſi agatur.* Corneio *in* 3. *p. tract.*5. *quaſt.*3. *de ſuſpenſ. diſp.*2. *dub.*1. *quaſt.*6. *verſu Notat tamen Suarez.* Acunna *in Decretum, part.*1. *diſp.* 71. *cap.*3.*n.*3. Hurtad. *de ſuſpenſ. difficult.*4.*n.*8. Diana *parte* 5. *tract.*10. *reſol.*1. Luyſius *lib.*4. *de Cenſ. diſp.*39. *dub.*2. *prope finem.* Machado (ni fallor) *lib.*1. *parte* 3. *tract.*10. *docum.*3. *n.*5. vbi pro hac parte citat Leſſium *lib.*2. *de Iuſt. cap.*34 *dub.*12.*n.*116. & benè, quia expreſsè id tenet, ibi *verſ. Nota tertiò.* Vnde malè pro ſe illum citat Bonacina.

QVÆSTIO VII.

An Suſpenſo ab officio, non ſolùm validè (vt vidimus) ſed etiam licitè; poſſit beneficium conferri?

AFfirmat adhuc Hurt. *loc.cit.* exiſtimans, non ſolùm validè, ſed etiam licitè conferri poſſe; quia ſic, inquit, deducitur *ex cap. Vel non eſt compoſ.*14. *de temporib. ordinat.* Ita etiam ſentiunt Acunna & Diana *loc.cit.* Quibus ſatis fauet Luyſius.

Sed, vt longè probabilius, reſpondeo: Non poſſe licitè ſuſpenſo ab officio, beneficium conferri. Tum, quia id ad minus colligitur ex capitib. pro prima ſententia adductis. Tum etiam: quia contra rationem eſt, quod nouum beneficium Eccleſia conferat ei, quem ab officio ſuſpenſum habet; cum propter hoc, illud detur. Sic tenent, & à fortiori omnes DD. pro prima ſententia *quaſt. antecedenti*, adducti; Et ex noſtra, expreſsè Suarez, Ægid. Corneio, Leſſius, Filliuc.& Machado, vbi ſic ait: [No es menos dudoſo, ſi el que eſtà ſuſpenſo *ab officio*, eſte inhabil para adquirir algun beneficio Eccleſiaſtico. Todos conuienen en que la eleccion, ô colacion que en el ſe hiziere, es illicita;

porque

Digitized by Google

porque aſſi conſta del Derecho,(*in cap.Cum dilectus.*) *de conſuet.&c.Si celebret. de Cleric. excommunic. celebr.* que lo prohibe.] Sic ille.

Nec caput, quod pro ſe Hurtado adducit, facit ad rem: cum ibi ſermo ſit de Suſpenſo ab Ordine, ob eius,ante legitimam ætatem, ſuſceptionem, & ideò non impedit beneficij collationem. Legatur Palao *loc. cit.*

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem, Suſpenſus ab officio in perpetuum per Iudicis ſententiam, ſit quoque à beneficio ſuſpenſus?

AFfirmant, apud Stephanum Bauny, Toletus *libro 1.c.43.n. 3.* Cardoſa *in praxi iudiciali, verb.* (*Suſpenſio, forſan*) Graffius *lib.4.deciſ. cap.25. num.7.* Layman *lib.5.tract.5. parte 3. c. 1. n.3.* Sayrus *lib. 4. c.6.n.17.*& Sanchez *lib. 3. de Matrim. diſp. 51.n. 13.* Sed ex iis, Sanchez oppoſitum docet, (vt melius viderunt Ægidius & Hurtadus,*vbi infra*) *n.* 12. ſolúmque *num.* 13. addit, ſi crimen graue ſit, beneficio priuandum eſſe. Citat etiam Hurtadus pro hac parte Nauarrum *cap.* 27.*n.* 6. Sed nec omnino benè; quia Nauarrus hoc ſolùm docet, caſu, quo Suſpenſio tacitè, vel expreſſè vim habeat priuationis. Tenent tamen,& à fortiori,auctores primæ ſententiæ *q*.4.

Sed probabilius reſpondeo: Nec in hoc caſu eſſe à beneficio ſuſpenſum. Quia, *vt ſupra quæſt.* 4. cum communi eſt habitum, Suſpenſio ab officio, diuerſa omnino eſt à ſuſpenſione à beneficio, & ſic non neceſſariò illatiua huius: at ſic eſt, quod ex eo quod ſit perpetua, nec induit aliam naturam, nec habet maiorem vim producendi effectus in beneficium à Suſpenſo poſſeſſum: ergo ſicut ſuſpenſio temporalis ab officio, non priuat à beneficio, ita nec perpetua priuabit. Sic apud Bauny, Henriquez *lib.* 13. *capite* 32. & Duardus *tract. de ſuſpenſ. n.* 17. *conc.* 1. Sed neuter citatur benè pro hac parte. Nam Henriquez,oppoſitum videtur docere *loc. cit. n.* 3. & Viualdus *in antiquis ſaltem*, nil habet ad propoſitum. Tenent igitur hanc ſententiam Sanchez *loc.cit.* Ægidius *diſp.*15.*dubio* 2. quos citat, & ſequitur Hurtadus *diffic.*4.*de ſuſpenſ.* Bauny *tract.*8.*de Cenſur.q.*8.*de ſuſpenſ. pag. mihi* 362.*col.*2. Qui tamen negare non audet, quin ei, cui interdicta ſunt in perpetuum officij ſui munera, incumbat illo decedere per ſimplicem ceſſionem, aut reſignationem in fauorem tertij, quod poteſt, quandiù eo per Iudicis ſententiam needum eſt priuatus. Sic ille. Et ante illum Henriquez *loc.cit.*

QVÆSTIO IX.

An ſuſpenſus ab officio, poſſit Sacramenta,præter Ordinem ſaltem, recipere, & diuinis Officijs intereſſe?

REſpondeo: Poſſe Sacramenta recipere, præter Ordinem ſaltem (de quo *infra.*) & Officiis diuinis intereſſe. Quia recipere Sacramenta, & diuinis Officiis intereſſe, non eſt exercere actus alicuius officij Eccleſiaſtici; cum hæc non conueniant Clericis, quatenus Clerici ſunt, ſed quatenus Chriſtiani ſunt, membra Eccleſiæ: ergo Suſpenſo ab Officio, non eſt interdicta Sacramentorum receptio, ſed collatio; nec inter eſſentia diuinis Officiis. Sic Nauarr. *libro* 5. *conſil.* 64. *de ſent. excommunicationis*, & Sotus, quos affert, & ſequitur Corneio *diſputatione* 2. *de ſuſpenſ. dubio* 1. *in fine*, Bauny *quæſtione* 7. *de ſuſpenſ. aſſert.*4.Bonacina, Filliucius, & alij mox citandi. Legatur Diana *parte* 5. *tractatu* 10. *reſol.* 12.

QVÆSTIO X.

An etiam poſſit Ordinis Sacramentum recipere, qui ab officio eſt abſolutè ſuſpenſus?

AFfirmat adhuc Bonacina *diſp.* 3. *de ſuſpenſ.punct.*2. *n.* 15. Quia (inquit) receptio Sacrorum Ordinum, non eſt actus officij & iuriſdictionis: ergo ſuſpenſus ab officio non videtur peccare recipiendo Ordines, niſi fortè habeat intentionem exercendi illos tempore ſuſpenſionis.

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe licitè, quamuis benè validè, Ordinis Sacramentum recipere. Conſtat ex dictis *q*.6. & 7. Nam illi, cui prohibitum eſt conſequens, cenſetur quoque & antecedens vetitum, ſi huic illud ſit connexum, *cap. Si celebret. de Cler. excommun. miniſtrante*: at ſic eſt, quod Ordini ſacro (de hoc enim ſolùm eſſe dubium poteſt) eſt annexum neceſſariò officium Eccleſiaſticum, à quo Ordinandus ſupponitur ſuſpenſus: ergo & à recipiendo licitè dicto Ordine, ſuſpenſus erit. Sic Sayrus *lib.*4.*c.*6.*n.*23. Vgol.*c.*5.§.3. Filliuc. *tract.* 18. *c.*2.*n.*21.& 22. Cornejo & Bauny *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An Suſpenſus à beneficio, ſit Suſpenſus ab officio?

REſpondeo Negatiuè, ex dictis *q.* 4. Vnde Suſpenſus à beneficio, non ſolùm poteſt, ſed etiam debet officio ſuo ſatisfacere, & iuriſdictionem, aut adminiſtrationem ratione officij competentem exercere. Sic tenent Gloſſa *in c. Cum Vintonienſis.de elect.* Abbas *in c.Cum dilectus,eod.tit.n.* 10.& alij, quos dicta *q*.4.pro noſtra ſententia adduximus. Legatur Diana *parte* 5. *tract.* 10.*reſolutione* 3.

QVÆSTIO XII.

An Suſpenſio ab Ordine ſimpliciter lata, prohibeat quemcunque, tam maioris, quàm minoris Ordinis, actum?

REſpondeo: Prohibere. Quia (inquit Corneio) cum illa propoſitio,*Suſpendo te ab Ordine*, ſit indefinita ex parte prædicati, æquiualet vniuerſali in materia morali, ſicut etiam in doctrinali; atque ita, idem eſt,ac ſi diceret,*Suſpendo te ab omni Ordine.* Vnde quidquid eſt, vel iure diuino, vel humano Eccleſiaſtico. vel conſuetudine annexum, alicui Ordini, non poteſt à Suſpenſo ab Ordine exerceri. Sic ille *diſp.*2. *de ſuſp.dub.*2.*in princ.*ex Auila(quem non citat)*diſp.*2. *de ſuſp.dub.*2.*concl.*8.Syln.*verb.Suſpenſio.n.*2. & Henr. *lib.*13.*c.*32.*n.*2. penes ipſum,Bonac.*punct.*2.*n.*8. Palao *diſp.*4.*punct.*5.§.1.*n.*11.Suar.*diſ.*26.*ſect.*4.*n.*2.& 3.&alij.

QVÆSTIO XIII.

An Suſpenſus ſimpliciter à collatione, ſeu receptione Ordinum; ſit etiam Suſpenſus à collatione, & receptione primæ Tonſuræ?

AFfirmare tenentur omnes illi Canoniſtæ,qui docent, Primam Tonſuram eſſe verum Ordinem Eccleſiaſticum.Sunt autem Hoſtienſ. Abbas, Butrius, Couar, Viuianus, Barboſo, Torrebl. & alij quamplures quos citauimus 2.*p.de Sacr.tr.*6. *de Ordine, diſp.*1.*q.*5.

Sed longè probabilius reſpondeo: Non eſſe ſuſpenſum.Quia longè probabilius eſt, Primam Tonſuram non eſſe propriũ & verum Ordinẽ,vt *loc.cit.* probauimus,ex Concil.Trid.& doctrina cõmuni omnium Theolog.Magiſtri,S.Thom.Bonauent.Richard,Palud.

Gg 4 Durandi,

Durandi, Suarij, Vaſquij, Nauarri, & aliorum plurium, quos ibi citauimus: ergo ſuſpenſus ab Ordinis collatione, aut receptione, non cenſetur ſuſpenſus à collatione, aut receptione primæ Tonſuræ. Sic in terminis tenent Bonac. *hic, diſp.3.de ſuſpenſ. puncto 2. n.6.* Corneio *diſp.2. de ſuſpenſ. dub.2. quaſt. 1.* Præpoſitus *in 3.part.3.de ſuſpenſ. dub.2.n.*18. Diana *parte 5. tractatu* 10. *reſolutione 6.*

QVÆSTIO XIV.

An Suſpenſus ab Ordine Superiori, cenſeatur ſuſpenſus etiam ab Ordine inferiori?

RESpondeo tanquam certum: Non cenſeri. Quia qui prohibet quod eſt maius, non cenſetur prohibere quod eſt minus. Quocirca (ait Bonac.) ſuſpenſus à Superiori Ordine poteſt exercere actus inferiorum Ordinum: ſicut ſuſpenſus à Sacerdotio, poteſt ex officio canere Epiſtolam & Euangelium, & ſuſpenſus à collatione maiorum Ordinum poteſt conferre minores. Sic Bonac. *puncto 2. de diſpenſ.num.*7. Syluest Nauar. & Henriq. quos affert, & ſequitur Auila *3.p.diſp.2.dub.1.concl.9.* Corneio *loc.cit.quaſt.*4. Diana *parte 5.tract.*10.*reſol.*5. & Bauny *de ſuſpenſ.q.6. aſſert.2.* Palao *diſp.4. puncto 5.* §.1. *n.* 11. & omnes.

QVÆSTIO XV.

An Suſpenſio facta determinatè ab Ordine inferiori, addita particula ſolum, *ſeu* tantum; *prohibeat exercitium Ordinum Superiorum?*

RESpondeo tanquam certum: Non prohibere. quia per dictam particulam *ſolum*, ſeu *tantum*, excludit Superior à prohibitione exercitia ſuperiorum Ordinum, quibus ita ſuſpenſo defungi licet. Sic omnes. Legantur Suarez *diſp. 26. ſect.* 4. *num.* 7. Bonac. *puncto 2. de ſuſpenſ. num.* 7. Corneio *diſp.2.de ſuſpenſ. dub.2.q.3. verſ. Limitatur hac doctrina.* Bauny *tract.* 8. *de ſuſpenſ. q.6. aſſert.1.verſ. Ab hac regula.* & alij. Qui tamen hanc doctrinam dicunt veram caſu, quo maior Ordo ſine illo minori, quo quis ſolùm eſt priuatus, exerceri poſſit: ſecus aliàs. Sic optimè Hurtad. *s diſficult. 4. de ſuſpenſ.* his verbis: Conueniunt ſecundò Doctores, ſuſpenſum ab aliquo officio determinato, non tantùm eſſe prohibitum exercere actus illius officij; ſed etiam actum alterius officij includentem illum: vt ſi quis eſt ſuſpenſus ab Ordine Diaconatus, non ſolùm non poteſt exercere Ordinem Diaconatus, ſed neque poteſt celebrare, quia actus celebrandi includit actum, ſeu vſum Diaconatus, cùm Miſſa non celebretur ſine Euangelio. Legantur Corneio *loc. cit. verſ. Limitari ſolet quartò.* Sa *verb. Suſpenſio. n.* 8.

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem Suſpenſus ab Ordine inferiori, ſine vlla reſtrictione, cenſeatur Suſpenſus ab Ordine ſuperiori etiam caſu, quo hic non includat actum inferioris, ſeu vſum?

NEgant adhuc aliqui DD. exiſtimantes, ſuſpenſum ab Ordine inferiore, non eſſe prohibitum exercere actum ſuperioris non includentem actum inferioris: v. g. Suſpenſus ab Ordine Diaconatus poteſt Confeſſiones audire; quia officia Diaconatus, & Sacerdotij ſunt diſtincta; & actus audiendi Confeſſiones, non includit, imò nec ſupponit, actum Diaconatus, etiamſi officium Sacerdotij quoad celebrationem ſupponat officium Diaconatus. Ita, apud Bonac. tenent Ægidius *diſp.*15. *dub.*1. *n.*10. Filliuc. *tract.*17. *cap.2. n.*25. *&* 29. (*imò &* 34.) & Suarez *diſp.16.ſect.4.num.*21. Ita etiam Luyſius *lib.4.de Cenſuris, diſp.29. dub.3.* Sed ex iis, nec Suarius, nec Ægidius docent hanc ſententiam, ſed ſolùm dicunt eſſe probabilem, contrariam tamen probabiliorem, & ſecuriorem ob DD. auctoritatem.

Sed alij è contra affirmant, eſſe, & cenſeri ſuſpenſum ab Ordine ſuperiori, etiam caſu, quo hic non includat actum inferioris Ordinis à quo determinatè eſt ſuſpenſus. Sic ex Syluestro *verbo Suſpenſio quaſt.*5. Nauarro *cap.27.n.*163. & Henriquez *libro* 13 *cap.*31. *n.*2. docet, & probat Auila *diſput.1.de diſpenſ.dubio 2. concl 9.* hoc modo: Nam deſtructo fundamento deſtruuntur omnia, quæ fundantur in illo: ſed Ordines ſuperiores fundantur in inferioribus: ergo. Sic etiam Sayrus *lib.4.cap.3. n.*1. & Suarez *ſect.*4. *cit.n.6.* quos pro hac parte citat Corneio *diſp.2.de ſuſpenſ.dubio 2. quaſt.*3. & probat ſic: Quia ſi quis eſt in Ordine inferiori indignior, multo erit in ſuperiori; Cui enim quod minus eſt non licet, neque quod maius eſt, licere debet: argum. *cap. Qui illorum de ſent. excomm.* & ibi Gloſſa *verb. Minora, & cap. Cui licet de regul. in 6.* Sic etiam Vgol. *tab.4. capite* 6.§.6. Regin. *lib.*32. *n.*15. Tolet. *lib.1. cap.*41. Bauny *tr.*8. *de Cenſuris, quaſt.6. aſſert.*1. Hurtad. *diff.4. de ſuſpenſ. n.*8. Bonac. *diſp.3. de Cenſ. puncto 2.n.*7. Diana *parte 5. tract.*10. *reſol.*5.

Sed ego clarius, & probabilius reſpondeo dicendum, quod illi, qui ſimpliciter & abſque expreſſa reſtrictione eſt ſuſpenſus ab Ordine inferiori, nequaquam liceat exercere actum, ſeu munus Superioris Ordinis; (niſi alias ex ſubiecta materia, aut verbis Superioris ſuſpendentis, conſtet eius intentionem fuiſſe, ſolummodo ab Ordine inferiore ſuſpendere) quamuis ſi eo facto exerceat, non ideò incurret irregularitatem, dummodo non exerceat actus Ordinis à quo ſuſpenſus eſt.

Prima pars noſtræ reſponſionis probata manet argumentis opinionis ſecundæ, & auctoritate illam ſectantium. Secunda verò probatur ſimul cum prima à Corneio, ſic; Quia vt peccet, eique non liceat exercere munus Ordinis Superioris, ſat eſt, quod indecens ſit ineptum ad exercitium Ordinis inferioris miniſtrare in Superiori: at verò, vt irregularitatem incurrat requiritur textus expreſſus, *cap. is, qui de ſent. excomm. in 6.* qui in præſenti non eſt. Confirmatur. Quia quòd ſuſpenſus ab Ordine inferiori non poſſit miniſtrare in ſuperiori, non oritur formaliter ex vi ipſius ſuſpenſionis Ordinis inferioris; nec reſpectu Ordinis Superioris eſt vera ſuſpenſio, ſed ſolùm impedimentum conſequens iure naturali & diuino, ratione indecentiæ. Sic Corneio *loc. cit. quaſt.4. verſ. Secundò limitatur.* Præpoſitus, Laymann, & Ægidius, quos citat, ac ſequitur Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XVII.

An ſuſpenſus ab officio prædicandi, cenſeatur etiam ſuſpenſus à lectione Euangelij, & ab aliis actibus Diaconatus?

RESpondeo: Negatiuè. Quia quando quis ſuſpenditur ab officio prædicandi, ſolùm fit, vel defectu doctrinæ, vel ratione modi prædicandi: ergo non cenſebitur manere impeditus ab vſu aliorum actuum, qui doctrinam non poſtulant. Sic Nauarr. *capite* 27. non 24. vt offendes apud Petrum Corneio *num,* 163. *verſ. Octauò infertur,* & penes ipſum Panormitan. & communis in Clement. *Cupientes.* Corneio *diſp.2. de ſuſpenſ. dub.2. q.3. verſu Limitatur tertiò.* Bauny *de ſuſpenſ. q.6. aſſert.*3.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XVIII.

An ſuſpenſus à Diaconatu, vel Subdiaconatu diuiſiuè, maneat ab alio ſuſpenſus?

NEgant ab aliquo eorum manere, Bauny *tract.* 8. *q.* 8. *de ſuſpenſ. dub.* 16. & Auila penes ipſum, 3. *p. diſp.* 2. *dub.* 1. *concl.* 7. Quibus addi poſſunt Nauarr. Vgolin. Sayrus, Syluest. Henriquez, & alij citati *ſup. tract.* 1. *diſp.* 4. *q.* 8.

Affirmant verò contra, manere ſuſpenſum, non ſolùm ab aliquo, ſed ab vtroque, Gloſſa, & Rattellius, citati ibidem pro ſecunda ſententia.

Sed, iuxta ibi dicta, probabilius reſpondeo: Manere ſuſpenſum, ſaltem ab vno, vel ab altero determinatè ad electionem ſuſpenſi, quam tenetur facere: ſicut qui condemnatur (ait Hurtadus) vt exulet, vel vt ſoluat certam quantitatem pecuniæ, verè manet obnoxius vni, aut alteri, & obligatur vnum aut alterum eligere; quia abſque fundamento negatur Iudicem habere authoritatem ad ſic ferendam ſententiam pœnæ, & ad obligandum reum, vt eligat quam maluerit. Sic Hurtadus *de ſuſpenſione diff.* 4 Suarez, Bonacina, Filliucius, Candidus, Alterius, & Corneio, citati *ſup. tract.* 1. *diſp.* 4. *q.* 8.

QVÆSTIO XIX.

An ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſit Sacramentorum capax?

REſpondeo: Eſſe. Quia ingreſſus Eccleſiæ, nil commune cum Sacramentis, vel eorum, tàm paſſiuo, quàm actiuo vſu, habet; ergo ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, præciſè vi talis pœnæ, non eſt Sacramentorum incapax, ſed tantùm executionis Ordinum intra Eccleſiam, & auditionis diuinorum Officiorum. Quare ita ſuſpenſus poterit in Eccleſia recipere Sacramenta, & etiam orare, & recitare horas, tempore quo non celebrantur Diuina. Ideóque, vt benè notant Henriquez, Auila, Hurtadus, & Bauny, hæc ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ, potiùs eſt interdictum, quàm ſuſpenſio; nam ſuſpenſus propriè nunquam priuatur auditione Diuinorum, nec ſepultura. Sic Henriquez *libro* 13. *cap.* 32. *num.* 3. Auila 3. *parte diſp.* 2. *dub.* 1. *concl.* 13. Hurtad. *diff.* 4. *in fine*. Bauny *de ſuſpenſ. q.* 8. *dub.* 18. & alij. Legatur Bauny *cit. dub.* 4. vbi latiùs id explicat.

QVÆSTIO XX.

An ſuſpenſus ab Ordine, ab Horarum liberetur onere?

REſpondeo tanquam certum: Non liberari. Tùm quia ſolutio Horarum, propriè non eſt Ordinis actus. Tùm etiam, quia abhorret à vero, velle Eccleſiam, vt quis, ex turpi aliquo ſuo opere, nedum ex crimine, commodum referat; quod tamen accideret, ſi ſuſpenſus à ſoluendo horarum penſo liber eſſet: ergo Sic Sotus *lib.* 10. *de Iuſt. q.* 5. *art.* 3. Sanchez *lib.* 7. *conſil. capite* 2. *dubio* 54. & Bauny *quæſtione* 8. *de ſuſpenſione dubio* 9. *pag.* 361. addens, præfatum non impediri, quin Horas in Choro publicè dicat & canat; dummodo his vocibus *Dominus vobiſcum*, non vtatur. Quia eſt vſus Ordinis, à quo per ſuſpenſionem priuatur. Filliuc. *tractatu* 17. *capite* 2. *quæſtione* 4. *numero* 25. *in fine*, ex Sayro *cap.* 4. *numero* 10.

QVÆSTIO XXI.

An Epiſcopus ſuſpenſus ab Ordine Pontificali, maneat etiam ſuſpenſus ab exercitio ſuæ iuriſdictionis?

REſpondeo: Minimè manere ab hoc ſuſpenſum. Quia Epiſcopalis iuriſdictio, nullo modo neque quantum ad exercitium, neque quantum ad ſubſtantiam, ab Ordine & conſecratione Epiſcopali pendet. Vnde Epiſcopus electus & confirmatus, poteſt ante quam conſecratus ſit, actus iuriſdictionis Epiſcopalis exercere, quamuis nondum poſſit eos, qui conſecrationem requirunt, *ex cap. Transmiſſam, de Elect.* Suſpenſo igitur ab Ordine Pontificali, ſolùm eſt prohibitum exercere illos actus, qui Epiſcoporum ſunt proprij, & Sacerdoti Iure Ordinario competere non poſſunt, quales, confirmare, ordinare; Eccleſias, Altaria, & Virgines conſecrare; &c. Licitum igitur Epiſcopo ita ſuſpenſo erit, Miſſam priuatam ſine Pontificalibus celebrare, Confeſſiones audire, baptiſare, iuriſdictionem forenſem exercere, &c. Sic Sylueſter *verb. Suſpenſio. quæſt.* 5. Auila *parte* 3. *diſp.* 3. *dubio* 1. *concl.* 10. Filliucius *tract.* 17. *cap.* 2 *numero* 27. Laymann *lib.* 1. *tr.* 5. *parte* 3. *c.* 5. *n.* 6. Bonac. *diſput.* 3. *de Cenſ. puncto* 2. *n.* 3. vbi attentè eſt legendus, & benignè corrigendus. Bauny *q.* 8. *de ſuſp. dub.* 7. Corneio *diſp.* 2. *de ſuſp. dub.* 2. *q. vlt.* Diana *parte* 5 *tr.* 10. *reſol.* 4.

QVÆSTIO XXII.

An Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, ſit tantùm ſuſpenſus ab vſu inſignium, quæ Epiſcopis ferre, eſt in more?

REſpondeo: Tantùm Quia nomine Pontificalium, intelliguntur inſignia Pontificalia, vt vſus Baculi, Mitræ, & Pallij in iis, quibus competit: ergo ſuſpenſio à Pontificalibus, directè, primò, & per ſe tantùm impedit vſum horum. Indirectè autem, & per accidens, aut conſequenter impedit etiam vſum earum actionũ, quæ ſine Pontificalibus fieri nequeunt, vt Miſſæ ſolemnis, Collationis Ordinum, Confirmationis, & ſimilium. Sic Laymann, Filliucius, Bonac. Bauny, Corneio, & Diana *loco citatis*. Toletus *lib.* 1. *capite* 43. *numero* 1.

QVÆSTIO. XXIII.

An ſuſpenſus ab Ordine, manent etiam ſuſpenſus à iuriſdictione?

AFfirmant apud Bonacinam *diſp.* 3. *puncto* 2. *n.* 4. Toletus, Abbas, & Sylueſter Sed non citat loca vbi id affirment. Et certè Toletus oppoſitum docet, *loco nuper citato*, per hæc clariſſima verba: Quando aliquis eſt ſuſpenſus ab Ordine, non ob id ſuſpenſus eſt à iuriſdictione, nec contrà quando ſuſpenſus eſt à iuriſdictione, ob id ſuſpenſus cenſendus eſt ab Ordine: quia hæc duo ſunt inuicem diſtincta, & vnum ab altero non pendet, vt colligitur *ex cap Aqua. de Conſecr. Eccl.* Sic Tolet. Tenent tamen Panorm. *cap. Cum dilectus, de Conſuetud.* & Syln. *verb. Suſpenſio. n.* 5.

Sed tanquam certum reſpondeo: Suſpenſum ab Ordine, non eſſe ſuſpenſum à iuriſdictionis actibus; niſi aliàs hi ſint connexi & fundati in Ordine, vt eſt abſoluere in foro pœnitentiæ. Conſtat ex dictis *quæſt.* 21. & ex ratione allata nunc à Toleto. Sic Sanctus Thom. *in addit. q.* 22. *art.* 5. Caiet. *verb. Suſpenſio.* Nauarr. *capite* 27. *num.* 160. Suarez *diſputatione* 16. *ſectione* 4. Filliucius *tractatu* 17. *cap.* 2 *quæſt.* 4. *num.* 25. Bonac. *loc. cit.* Auila, Vgol. Sayrus, & alij penes illum.

Corneio

Corneio *diſp.2. de ſuſpenſ.dub.2.q.1.* Diana *p.5.tr.10. reſol.21.* Bauny *q.8.dub.15.* Henriquez *lib.13.cap.32. n.4.* Palao *diſp.7.punct.5. §.1.n.12.* & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An ſuſpenſus à iuriſdictione ſimpliciter, maneat etiam ſuſpenſus ab Ordine?

RESpondeo dicendum, quod nullo modo maneat ſuſpenſus; niſi tantùm ab illis actibus Ordinis, qui iuriſdictionem requirunt, vt validè, aut licitè fiant. Patet ex dictis *q.21.* Ex quo fit, quod quamuis Sacerdos ſuſpenſus à iuriſdictione poſſit celebrare, & exercere ſimiles Ordinis actus, non tamen poſſit Confeſſiones audire, eò quòd tunc non ſolùm poteſtate iuriſdictionis, ſed etiam Ordinis vtitur Sic Nauarr. *capite 27. numero 160.* Suarez *ſectione 4. cit. numero 16.* Sayrus *libro 4. capite 4. numero 10.* Corneio *diſp.2. de ſuſpenſ. dub.3.* Bauny *loc. cit.* & Toletus.

QVÆSTIO XXV.

An ſuſpenſus ab Ordine, ſit etiam ſuſpenſus à iure eligendi?

AFfirmant Panormit. & Syluest. *locis ſupra q.23. citatis.* Quorum fundamentum eſt, quod iuriſdictio fundatur in Ordine: ergo ſublato exercitio Ordinis, aufertur exercitium iuriſdictionis.

Sed ex dictis *quæſt.23.* reſpondeo dicendum, non eſſe etiam ſuſpenſum à iure eligendi; quia hoc ius ſpectat ad iuriſdictionem, nec neceſſariò Ordinem præſupponit: cum Moniales ius eligendi habere poſſint. *cap. Cum dignitatibus, de elect. in 6.* & tamen Ordinis ſunt incapaces. Sic Corneio *diſput.2.cit. dubio 2. q.1. pag.719.* Qui ad fundamentum Panormit. reſpondet, negando conſequentiam: quia quamuis ex ablatione fundamenti, quantum ad ſubſtantiam & exercitium, ſequatur ablatio rei fundatæ quantum ad exiſtentiam & ſubſtantiam; ex ablatione tamen actus, & exercitij fundamenti, non benè ſequitur ablatio actus & exercitij rei fundatæ: quia benè ſtat quod manente ſubſtantia fundamenti, & ſimiliter, manente ſubſtantia rei fundatæ, impediatur exercitium ipſius fundamenti, non impedito exercitio rei fundatæ, eo quod operatio rei fundatæ, non pendeat ab operatione ſimultanea fundamenti, ſed ſolùm à iuſtitia (lege, *ſubſtantia*,) & exiſtentia ipſius rei, quæ eſt fundamentum, vt à conditione neceſſariò præſuppoſita. Sic Corneio, & ex illo Diana *tomo 5. tract.10. reſol. 21.* Tenent etiam noſtram ſententiam Suarez *diſputatione 26. ſectione 4. numero 3.* Fillinc. *tract.17. cap.2.quæſt.4. num.25.* Palao *diſp.4.punct.5 §.1.num.9. & 12.* Auila & Sayrus penes ipſum.

QVÆSTIO XXVI.

An ſuſpenſus à beneficio, ſit prohibitus percipere fructus talis beneficij?

REſpondeo tanquam certum: Affirmatiuè. Quia certum eſt, quod ſuſpenſio à beneficio, non tollit titulum & poſſeſſionem beneficij, nec radicale ius percipiendi fructus illius: ergo certum eſt, quòd auferat, & tollat vſum huius iuris, hoc eſt, perceptionem actualem fructuum beneficij: aliàs nullum effectum haberet priuatio talis. Vnde non ſolùm grauiter peccabit Clericus ſuſpenſus percipiens fructus; verùm tenebitur ad reſtitutionem. Sic omnes. Legantur Corneio *diſp.2. de ſuſpen.in principio, & dub.4. numero 1.* Hurtadus *diſp.4.de ſuſpenſ.n.9. à verſ.Conueniunt tertiò DD.* Auila *3.p.diſp.2. dub.1.concl.5.* Syluest.& Henr. apud ipſum. Bauny *tract.8. quæſt.7. de ſuſpenſ. aſſertio 5.& 6.* Suarez *diſp.17. ſect.1.n.7.* Luyſius *lib.4. diſputatione 40. dubio 1.* Palao *diſputatione 4. punct.5. §.2. numero 1.* & omnes.

QVÆSTIO XXVII.

An ſuſpenſo à beneficio ſint denunciandi fructus beneficij, antequam à Iudice illis priuetur?

NEgat Petrus Nauarra *lib.2.de reſtit.c.1.num.237.* docens, non eſſe illi denegandos ante Iudicis ſententiam. Negat etiam Auila *de Cenſ.2.parte cap 6. diſp.6. dub.1. concl.2.* Præpoſitus & Tannerus, quos citat, & ſequitur Diana *parte 5.tract.10. reſol. 3.* Sà *verb. Suſpenſio n.7.* vbi ſic ait: Suſpenſus à beneficio intelligitur à fructuum perceptione: opus eſt autem executione per Iudicem. Tenent etiam alij plures; quos *ſupra tract.2.de excommun. diſp.9.q.28.citauimus.*

Sed probabilius reſpondeo: Eſſe denegandos, etiam antequam per ſententiam à Iudice fructibus beneficij ſuſpenſus priuetur. Quia ſuſpenſus ab officio, eſt priuatus omni actu officij, antequam à Iudice priuetur: ergo & ſuſpenſus à beneficio eſt priuatus omni fructu temporalis beneficij, etiam antequam à Iudice illo fructu priuetur: ergo ſuſpenſo à beneficio, fructus beneficij ſunt illi denegandi etiam ante Iudicis ſententiam. Sic Hurtadus *loc. cit. num.10.* dicens contrarium eſſe falſum. Corneio *loc. cit.* & alij plures, quos *diſp.9. q.28. citata* adduximus. Legantur ibi dicta; & Palao *hic, diſp.4.puncto 5. §.2.n.6. in fine.*

QVÆSTIO XXVIII.

An Beneficiarius ſuſpenſus à beneficio, poſſit licitè percipere fructus beneficij, ſi præſtet officium quod beneficium exigit?

AFfirmant Auila *de Cenſuris, parte 2. capite 6.diſputatione 6. dubio 1. concl.1 & 2. & parte 3. diſputatione 2. dubio 2. concl.6.* Petrus Nauarra *lib.2. de reſtit. cap.2. n.237.* Tannerus *tomo 4.diſp.6.quæſt.10.dubio 7.n.137.* & Ioan.Præpoſitus *in 3. parte q.2. de ſuſpenſ. dub.2.n.12.* Quos omnes pro hac parte citat, & ſequitur Diana *parte 5. tract.10. reſol.3.verſ. Sed difficultas eſt, prope finem.* docentes, Suſpenſum per ius à beneficio poſſe tuta conſcientia recipere omnes fructus beneficij, & etiam diſtributiones, ſi diuino officio publico interfuerit. Ratio eorum eſt. Quia iuxta ipſorum opinionem, qui ſuſpendetur à beneficio, non eo ipſo ita priuatur fructibus, vt ante omnem ſententiam, eos non faciat ſuos. His authoribus addi poſſunt Palao *tomo 6. diſputatione 4. puncto 5. §.1.numero 7.* & alij omnes, quos pro prima ſententia adduximus *de excommunicatione, diſp.9 quæſt.28.* Sed iuxta ibidem à nobis dicta.

Probabilius reſpondeo dicendum: Non poſſe licitè percipere fructus beneficij, qui manet priuatus, etiamſi exequatur onera talis beneficij. Quia probabilius eſt, talem Beneficiarium eſſe priuatum fructibus beneficij, etiam ante ſententiam Iudicis; vt loquendo de Excommunicato latè probauimus *dicta quæſtione 28.* ergo etiamſi præſtet officium & onus, quod beneficium exigit, nequibit, tuta conſcientia, fructus talis beneficij facere ſuos, cum verè illis priuatus ſit. Sic DD. *loc. cit.* pro noſtra ſententia adducti. Et in ſpecie noſtri caſus, ſic tenent Rebuff. *praxi benef. tit. de Simonia in deſignat. n.13.* Couarruu. *4. decret.2. p. capite 6. §.8. numero 7.* & Viuald. *in Candel. vbi de ſuſpenſ. num.171.*

An

Digitized by Google

An autem dictus ſuſpenſus à beneficio teneatur fructus iam perceptos, à ſe abdicare ante ſententiam Iudicis, conſtat ex dictis *diſputatione 9. de excommunicatione, quaſt.* 30. Legatur.

QVÆSTIO XXIX.

An ſaltem, ſuſpenſus à beneficio, ſi egeat, poſſit fructus ſui beneficij percipere ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum?

AFfirmat Auila 2. *parte loco citato concluſ.* 3. *&* 3. *parte loco citato concluſ.* 6. poſſe dictum ſuſpenſum percipere fructus ſui beneficij, etiamſi illi non ſeruiat, caſu quo egeat, his verbis; Secundò dico, quod licet non ſeruiat per ſe, nec per alium, ſi eſt pauper, nec habet vnde viuat, poteſt percipere id quod neceſſarium eſt ad ſe, & ſuos modeſtè ſuſtentandos, ne cogatur mendicare, in opprobrium Ordinis Clericalis, vt ibidem latius diximis *in* 3. *concluſ.* Hæc ille. Henriquez, Syluester, Abbas, Aſtienſ. & alij, quos in ſimili citabimus *de excommunicat. diſputatione* 9. *quaſtione* 31. Quibus nunc loquendo in ſpecie de noſtro caſu addi poſſunt Bauny *tractatu de ſuſpenſione, quaſtione* 7. *aſſertione* 6. qui citat Toletum 1. *parte cap.* 14. Sayrum *libro* 5. *capite* 6. *numero* 4. & Gloſſam *in cap. Cum Vintonienſis, de electione.* Sed ex iis Doctoribus, id abſolutè non docet Toletus *loco* à Bauny *citato.* Nam *numero* 14. poſtquam dixerat, excommunicatum, ipſo facto, non poſſe percipere fructus beneficiorum ſuorum, addit: Quod adeo verum eſſe affirmant communiter Doctores, vt quamuis Clericus excommunicatus ſit egenus & pauper, illi tamen non ſit prouidendum de alimentis, niſi fame periret. Gloſſa *in d.* §. *Verum.* & ibi Abbas *numero* 16. & Couar. *variar. reſolut. libro* 3. *capite* 13. *numero* 8. *verſ.* Duodecimò. Et ratio eſt, quia poteſt ſibi ipſi prouidere petendo abſolutionem. Hæc Toletus. Vnde iuxta hanc doctrinam, traditam etiam à nobis ſupra.

Probabilius reſpondeo dicendum; non poſſe ſuſpenſum à beneficio percipere fructus illius, etiamſi his egeat ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, caſu, quo ſit ſuſpenſus pro contumacia; quia, ſua culpa perpetuò durante, patitur hanc neceſſitatem: & minus inconueniens eſt, vt ex ſuppoſitione ſuæ prauæ voluntatis, mendicet, quàm ex iniquitate ſua commodum reportet in vilipendium Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Secus dicendum in caſu, quo ſuſpenſus ſit in pœnam delicti commiſſi, & non ſit in eius poteſtate facere, vt pœna ſuſpenſionis ab illo tollatur; quia tunc optimè poterit de fructibus ſui beneficij ſibi, & ſuis ſufficienter prouidere, dummodo alia alimenta non habeat, nec ea aliter comparare queat. Sic Diana *parte* 5. *tractatu* 10. *reſolutione* 3. citans pro hac parte Mercerum *in* 3. *part. quaſtione* 14. *dub.* 3. Fillincium *tomo* 1. *tractatu* 17. *capite* 3. *numero* 53. Gordonum *tomo* 2. *libro* 7. *quaſtione* 13. *capite* 7. *numero* 36. Turrianum *libro* 4. *diſputatione* 36. *dubitat.* 40. *numero* 2. Corneio *in* 3. *part. tractatu* 5. *de ſuſpenſ. diſputatione* 2. *dub.* 4. *quaſtione* 1. Suarium *diſputatione* 27. *ſectione* 2. *num.* 3. Sayrum *libro* 4. *cap.* 6. *num.* 12. & Ægidium Coninck *diſputatione* 15. *dubitatione* 2. *concluſione* 6. Sed ex iis Doctoribus aliqui benè citantur, alij contra. Nam in primis Turrianus id non docet *loco citato*: nam *lib.* 4. incipit à *diſput.* 38. Corneio nil dicit *loco* à Diana *citato.* Suarez id docet, ſed non *numero* 3. ſed 5. Legantur à nobis dicta *de excommunicatione, diſputatione* 9. *quaſtione* 31. *&* 32. vbi alios Doctores pro hac ſententia inuenies.

QVÆSTIO XXX.

An ſuſpenſus à beneficio, ſit etiam ſuſpenſus à iure eligendi, confirmandi, & conferendi beneficium, quod ei conuenit ratione beneficij, à quo ſuſpenſus eſt?

AFfirmant plures Doctores. Quia exiſtimant, ius eligendi, conferendi, aut confirmandi, eſſe fructum beneficij; & ideò, qui ſuſpenditur à beneficio, ſuſpenſus debet à tali iure cenſeri. Ita Nauarr. *cap.* 27. *numero* 16. Henriquez *libro* 13. *capite* 31. *num.* 4. Sayrus *libro* 4. *cap.* 6. *numero* 7. Toletus *libro* 1. *capite* 43. Ioann Præpoſitus *in* 3. *part. quaſt.* 3. *de ſuſpenſ. dub.* 2. *num.* 25.

Sed probabilius reſpondeo: Non eſſe etiam à tali iure eligendi, confirmandi, ſeu conferendi, ſuſpenſum. *Primò.* Quia id capere colligitur *ex capite. Cum Vintionenſis, de elect.* vbi, de quibuſdam de Capitulo, qui erant ſuſpenſi à beneficio, affirmat Pontifex, quod poterant eligere; & tamen illud ius eligendi conueniebat eis ratione beneficij, à quo priuati erant: ergo.

Secundò. Quia probabilius eſt, quod ius eligendi, confirmandi, ſeu conferendi beneficia, non eſt propriè fructus, ſeu prouentus beneficij; aut Epiſcopatus, ſed officij ſpiritualis Beneficiati, aut Epiſcopi, cui annexum eſt ipſum beneficium. Sic Suarez *diſputatione* 25. *ſect.* 2. *numero* 14. *& diſputatione* 26. *ſectione* 4. *num.* 5. Auila 3. *parte diſputatione* 2. *dub.* 1. *concluſ.* 4. & penes illum Tabiena *verb. Suſpenſio*, *numero* 4. Ægidius *de Sacramentis, diſputatione* 15. *dub.* 2. *numero* 11. Hurtadus *de ſuſpenſ. difficult.* 4. *numero* 9. Corneio *diſputat.* 2. *de ſuſpenſ. dub.* 4. *quaſtione* 4. Laymann *libro* 1. *tract.* 5. *parte* 3. *cap.* 2. *num* 4. Gordonus *tomo* 2. *libro* 7. *quaſt.* 24. *cap.* 7. *à numero* 41. Mercerus *in* 3. *part. quaſt.* 24. *dub.* 3. Diana *parte* 5. *tractatu* 10. *reſolut.* 8. Bauny *de ſuſpenſ. q* 8. *dub.* 8. vbi docet, ſuſpenſum à beneficio, & poſſe eligere, & eligi; conferre beneficium, & ei nouum aliquod dari. (Sed an hæc omnia ſint vera, *infra* videbimus.) Alterius *diſputatione* 5. *de ſuſpenſ. capite* 2. *col.* 5. *verſ. Petet aliquis.* & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An ſuſpenſo ſimpliciter à beneficio, poſſit, non ſolùm validè, ſed etiam licitè, nouum beneficium dari?

NEgant vtrumque Auila, & alij plures citati *ſupra quaſtione* 6. exiſtimantes, nec licitè, nec validè id fieri poſſe.

Affirmant contrà vtrumque Hurtadus & Diana citati *quaſtione* & Bauny *loco nuper citato*, docentes validè, ac licitè poſſe dicto ſuſpenſo à beneficio, nouum beneficium conferri.

Sed ego probabilius reſpondeo: Poſſe validè; non tamen licitè. Conſtat hæc reſponſio ex à nobis traditis *quaſtione* 6. *&* 7. Eamque docent Suarez *diſputatione* 27. *ſect.* 1. *numero* 25. Corneio *diſputatione* 2. *citat. dubio* 4. *quaſtione* 2. Luyſius *libro* 4. *de Cenſuris, diſputatione* 40. *dubio* 1. & alij citati à nobis, *vbi ſupra.* Legantur Alterius *diſputatione* 5. *capite* 6. *columna* 2. *per totam*, & Palao *diſputatione* 4. *puncto* 5. § 2. vbi cum Suario meritò reputat probabile, quod ſi nullum beneficium habens crimen committat, cui annexa eſt ſuſpenſio à beneficiis, per hoc non eſſe priuatum noui beneficij acquiſitione; quia hæc pœna cenſetur ferri aduerſus Beneficiatios, qui ex ſuſpenſione à beneficiis poſſeſſis, ſuſpenduntur, & ex conſequenti priuantur aliis acquirendis.

QVÆSTIO

Digitized by Google

Qvæstio XXXII.

An qui multa habet beneficia, ſi ſimpliciter à beneficio ſuſpendatur, ab omnibus maneat ſuſpenſus?

RESpondeo dicendum: Manere ab omnibus ſuſpenſum, ſi ſuſpenſio lata ſit propter cauſam generalem; ſecus verò ſi propter cauſam particularem ad aliquam Eccleſiam particularem concernentem. Sic Bauny *quæſt.*8 *de ſuſpenſ. dub.* 2. vbi ſatisfaciens quæſtioni propoſitæ hæc ait: Reſpondeo cum Vgolino *tab.*4.*cap.*8.§.4. ſi id ex verbis, aut ſuſpendentis intentione, nequit colligi, de culpa, eiúſque natura, illius rei argumentum ſumendum eſſe. Et quidem ſi peccatum, cuius cauſa quis ſuſpenditur, eſt in damnum alicuius Eccleſiæ, in qua ille beneficium vnum, pluráve habet, & ſimpliciter ſuſpenditur à beneficio, tàm ab eo, quàm alijs, quæ in ea Eccleſia poſſidet, ſuſpenſus erit; quia talis ſuſpenſio ob cauſam eſt lata, quæ propriè illam Eccleſiam reſpicit. Theſaurus, *verb. Gratia cap.*2. *verſ. Aduerte.* Si verò alibi beneficia habeat, ea retinebit; ſin autem culpa ſit contra ſtatum, vel honorem Clericalem, & ſuſpenditur à beneficio, eo quod habitum geſtare Clericalem nolit, à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, eſt eo ipſo ſuſpenſus. Clem. II. *de vita, & honeſt. Clericor. cum Gloſſa ibidem, verb. beneficiorum.* & innuit Felic. *de ſuſpen. cap.* 14. *in fine.* Hæc vſque Bauny. Et antea Suarez *diſputat.* 16. *ſect.* 1. *num.* 12. & penes illum, Abbas *in cap. Paſtoralis.* §. *Verum de appellat. num.* 20. Sic etiam Cornejo *dub.*4.*cit.q.*5. Alterius *de ſuſpenſ. diſp.*5. *cap.*3.*ferè per totum.* Filliuc. *tract.*17.*cap.*3.*q.*3.*num.*41. Sayrus *lib.*4.*c.*6.*n.*24. Palao *diſp.*4.*punct.*5.§.2.*n.*2. & alij.

Qvæstio XXXIII.

An ſuſpẽſus ſimpliciter à beneficio, maneat etiam ſuſpenſus, à iure percipiendi penſiones?

NEgant abſolutè Abbas, Felin. Selua, Gomez, & alij, quos citat, & ſequitur Alterius *de ſuſpenſ. diſputat.*5.*cap.*1.*quæſt.*2.*& cap.*3.*col.*4.*verſ. Sequitur.* Megalius *etiam in* 3.*p.lib.*5.*cap.*1.*num.*5. Quorum ſententiam eſſe probabilem æquè oppoſitæ, ſentit Diana *p.*5. *tract.*10.*reſol.*15. Quia nomine, inquiunt, beneficij, non comprehenditur penſio. non eſt ſuſpenſus ſimpliciter à beneficio, non eſt ſuſpenſus à penſione.

Alij verò contra affirmant abſolutè. Quia inquiunt, non minus priuat hæc ſuſpenſio fructibus Eccleſiaſticis, quàm excommunicatio: at hæc priuat omni penſione Eccleſiaſtica, vt habitum eſt *ſupr. tract. de excom. mun. diſp.* 9. *q.* 15. ergo.

Sed probabilius diſtinctione reſpondeo: ſuſpenſum ſimpliciter à beneficio, manere ſuſpenſum etiam à penſione, quæ datur ex titulo ſpirituali & Eccleſiaſtico, ratione Clericatus, quia verè eſt beneficiũ: non verò à penſione, quæ non datur ex titulo ſpirituali, & ſolet laicis conferri: Quia hæc penſio non eſt verè & propriè beneficium: & ideo qui à beneficio eſt ſuſpenſus, non eſt cenſendus ſuſpenſus ab hac penſione. Sic Suarez *diſp.*27.*ſect.*1.*n.*15. Filliuc. *tract.*17.*c.*3.*quæſt.*3.*n.*42

Qvæstio XXXIV.

An ſuſpenſus à beneficio, priuatus maneat etiam diſtributionibus quotidianis, quæ propter diuinas Horas, & Officium, Clericis aſſiſtentibus dari ſolent?

NEgant aliqui. Qui exiſtimant, diſtributiones quotidianas non comprehendi nomine fructuum beneficiorum, vt ſentiunt multi Canoniſtæ, quos refert ſequitur Couarru. *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 13. *numero* 5. ergo qui ſuſpenſus eſt à beneficio, non ideò cenſendus eſt à diſtributionibus prædictis. Ita Auila 3.*p. de ſuſpenſ. diſputat.*2.*dub.*1.*concl.*6. vbi citat Nauarrum *cap.*27. *num.* 106. & Ludouicus Lopez *in inſtructor. conſc. parte* 2. *cap.* 97. §. *Igitur his præmiſſis.* Ita etiam Præpoſitus, quem citat, & ſequitur Diana *parte* 5. *tractatu* 10. *reſolut.* 3. *in fine.* Sentit id ipſum caſu, quo diſtributiones non ſunt ex fructibus beneficij extractæ, ſed ex particulari fidelium fundatione, Palao *diſput.* 4. *punct.* 5. §. 2. *num.* 4. & penes ipſum Hurtadus.

Sed probabilius longè reſpondeo: Manere etiam ſuſpenſum & priuatum diſtributionibus quotidianis. Quia (inquit Suarez) quidquid ſit de hac difficultate, quoad alios effectus, ſeu in aliis rebus, in præſenti non dubito, quin diſtributiones etiam quotidianæ, ſub hoc effectu ſuſpenſionis comprehendantur, vt ſentit Gloſſa *in Clement.* 2. *de vita, & honeſtate Cleric. verb. ſuſpenſio,* quam alij ſequuntur. Et ratio eſt: quia etiam hæ diſtributiones dantur ratione beneficij: quamquam enim immediatè dentur propter aſſiſtentiam, vel miniſterium ad aliquod diuinum Officium; tamen hoc non eſt præter rationem beneficij, quod ex inſtitutione ſua propter Officium datur, & præterea illud Officium non eſſet ſufficiens ratio ad lucrandas diſtributiones, niſi ex titulo beneficij fierent: ſunt ergo illæ diſtributiones veluti pars quædam beneficij: cum ergo ſuſpenſio fiat à toto beneficio, ab his etiam diſtributionibus obtinendis impedit. Hucvſque Suarez *diſput.*27.*ſect.*1.*num.*19. Alterius *diſput.* 5. *de ſuſpenſ. cap.*3.*col.*5.*verſ. de diſtributionibus*, dicens in hoc conſentire omnes, cum Gloſſa *cit.* Filliucius *cap.*3 *cit. quæſtione* 4.*num.*44. Zabarella, Ancharanum, Felin. & Vgolin. apud Palaum, vbi ſuprà. Qui idem ſentiunt loquendo de fructibus oblationum, decimarum, & aliorum redditũum, de quibus omnibus nos egimus *tractatu de excommunicatione*, *diſp.* 9. *quæſtione* 35. & 37. Legantur ibi dicta, & ad materiam præſentem applicentur.

Qvæstio XXXV.

An Epiſcopus, qui ſimpliciter ſuſpenditur à beneficio, ſit etiam ſuſpenſus à Pontificatu?

REſpondeo: Affirmatiuè. Quia ex vſu Iuris, & omnium in hac parte ſententia, ſub nomine beneficij Epiſcopatus comprehenditur, quamuis Epiſcopi non comprehendantur ſub ſuſpenſionibus, quæ latæ ſunt vniuerſaliter contra hoc, vel illud facientes, vt habetur *in cap. Quia periculoſum, de ſentent. in excommunicat. in* 6 Suarez *diſp.*27.*ſect.*1.*n.*16. Filliucius *tract.*17.*cap.*3.*q.*3 *n.*42. Alterius *diſp.*5.*c.*3.*col.*4.*verſ. De Epiſcopatu.*

Qvæstio XXXVI.

An præter aſſignatas res, ſint actiones aliquæ, quibus ſuſpenſus à beneficio priuetur?

REſpondeo: Aliquas eſſe. Nam in primis ſunt omnes illæ actiones, quæ ad fructus percipiendos, ſeu augendos, vel alio modo pertractandos, ordinantur; vt ſunt locationes beneficiorum, aut eorum bonorum, venditiones fructuum, & in vniuerſum adminiſtrationem beneficij, *ex cap.* 1. §. *vlt. de elect. in* 6. & ratio eſt: quia, cui aliquid prohibitum eſt, etiam prohibentur ea, quæ ordinantur ad illud, *cap. Si celebrat. de Cleric. excommunicat.* cum ergo ſuſpenſus à beneficio, ſit prohibitus à fructuum perceptione; conſequenter eſt priuatus adminiſtratione temporali

porali beneficij, quæ ad fructuum perceptionem ordinantur. Vnde talis adminiſtratio à ſuſpenſo vſurpata inualida eſt, & ideo debitor Eccleſiæ illi ſoluens non ſatisfacit. Sic Abbas. Innocent. Felinus; & alij quos citat, & ſequitur Suarez *diſput.27.ſect.1. num.51.* Addens tamen, eſſe neceſſarium vt ſic ſuſpenſus nominatim denunciatus ſit; nam alioqui, inquit, nemo tenetur illum vitare: & ideò quilibet poterit Eccleſiaſtica negotia cum illo tranſigere, neque propterea culpari poterit: ergo à fortiori valida erunt, quæ ita fiunt, licèt ex parte ſuſpenſi, non ſine peccato per ſe fiant. Atque idem dicendum cenſeo de permutatione beneficij; nam hæc actio maximè procedit ex dominio in ipſum beneficium, & eſt vnus ex præcipuis vſibus eius, & non immeritò dici poteſt fructus beneficij; & ideo, qui eſt ſimpliciter à beneficio ſuſpenſus, ab hoc etiam actu ſuſpenſus eſt: Vnde idem conſequenter dicendum eſt de donatione beneficij, & omnibus actibus ſimilibus. Hucuſque Suarez, Filliucius *tractatu 17. cap.3.quæſito 5. numero 45.*

Qvæstio XXXVII.

An ſuſpenſio lata, abſque loci determinatione, extendatur ad omne beneficium, vbicumque illud ſit, aut poſſideatur?

Affirmant aliqui, extendi, ſi ſuſpenſio lata ſit à Papa; ſecus verò ſi ab Epiſcopo. eo quod iuriſdictio huius nequeat egredi limites ſui Territorij: Papæ verò ſit vniuerſalis totum orbem Chriſtianum attingens. Ita quidem, quos ſuppreſſis nominibus refert Alterius *diſputatione 5. capite 5.* Quibus in re ipſe conſentit. Ait enim quod quamuis ſuſpenſio à beneficio ferri poſſit non ſolùm à Papa, ſed etiam ab Epiſcopo, ita vt ſuſpenſus impediatur non ſolùm iure percipiendi fructus beneficiorum intra diœceſim, ſed etiam extra Territorium, vt clarè habetur in cap. *Poſtulaſti, de foro compet.* Attamen de facto, ſi Epiſcopus ſuſpendat ſimpliciter quempiam, & non declaret de quibus beneficiis intelligere velit, talis ſententia interpretanda ſit de beneficiis exiſtentibus in ſuo Territorio. Ita ſentit ille ex Abbate *in cap. Paſtoralis, §. Verum, num.21. de Appellat.* Quorum ſententiam eſſe probabilem ait Filliucius *vbi infrà*, ex Suario citando.

Sed probabilius reſpondeo: ſuſpenſionem prædicto modo latam, etiam ab Epiſcopo, intelligi de omni beneficio, ſiue ſitum ſit intra Territorium, ſiue extra. Ratio eſt. Quia, ex vna parte, Epiſcopus ad id habet poteſtatem, vt benè probat Alterius; & ex altera, locutio illa, cum ſit indifferens, æquiualet vniuerſali: ergo talis ſuſpenſio de omni beneficio vbicunque ſito intelligi debet. Sic Suarez *cap 27. ſectione 1. numero 17.* Qui benè addit intelligendum eſſe; niſi aliunde ex materia, vel cauſa de qua agitur, conſtet ſermonem eſſe de aliquibus beneficiis talis, vel talis Eccleſiæ, iuxta cap. *Si compromiſſarius, de elect.in 6.* vel extet conſuetudo vt ſuſpenſio ab Epiſcopo lata, ſolùm intelligatur de beneficiis intra ſuum Territorium. Filliucius *tract.17. cap. 3. quæſ.6. num.47.* Vgolinus *tab.4. cap 8.§.5.* Bonacina *diſput.3. punct.3.num.9.* Corneio *diſputat.2. de Suſpenſ.quæſt.3. verſ. Sed quid ſi ſuſpenſio*, quamuis hic Auctor addat, probabilius eſſe, quod quando Epiſcopus non declarat ſuam intentionem, tunc cenſendum ſit, Cenſuram ſolùm ſuſpendere à beneficiis tantùm, quæ intra Territorium ſunt. Legantur etiam Sayrus *lib.4.cap.6.num.27.* Suarez *loc.cit. num.21.*

Qvæstio XXXVIII.

An ſuſpenſio lata ſimpliciter, abſque determinatione temporis, ſemper duret, donec per habentem poteſtatem auferatur?

Reſpondeo affirmatiuè. Quia verba indefinitè prolata vim habent vniuerſalem: ergo ſi abſolutè fertur ſuſpenſio abſque vlla determinatione temporis; clarè apparet voluntatem ſuſpendentis fuiſſe, vt ſemper duret, donec tollatur per habentem poteſtatem. Sic Suar. ex Abbate *ſect.1.cit.n.23.* Alter. *diſput.5. cap.6. pag.80.* Filliuc. *cap.3.cit.q.7.n.48.* Bonac. *diſp.3. punct.3. num.1.* Qui addit, quod caſu, quo dubitetur; an ſuſpenſio ſit perpetua, præſumenda ſit temporalis; quia pœnæ reſtingendæ ſunt.

Qvæstio XXXIX.

An ſuſpenſio lata cum temporis determinatione, duret intra tempus determinatum, & tempore elapſo, ceſſet?

Reſpondeo affirmatiuè. Quia id ex verbis ipſis, quibus Cenſuræ ſuſpenſio fertur, clarè conſtat. Qui igitur ſuſpenditur per menſem, v.g. à beneficio, non poteſt, toto illo tempore continuo, ex quo lata eſt ſuſpenſio, percipere fructus talis beneficij, donec finiatur menſis. Sic omnes. Legantur Suarez, Alterius, Filliucius, Bonacina *loco citato*, & alij penes ipſos.

Qvæstio XL.

An ſuſpenſus peccet mortaliter, exercendo actum, à quo eſt ſuſpenſus?

Reſpondeo tanquam certum: peccare mortaliter ex genere ſuo. Quia directè agit contra prohibitionem Eccleſiæ in re graui: ergo ex genere ſuo violare huiuſmodi legem, erit mortale. Dixi, *ex genere ſuo* quia ex paruitate materiæ poteſt eſſe veniale: vt ſi ſuſpenſus à iuriſdictione recipiat vnum teſtem, vel ſuſpenſus ab Ordine exerceat vnum actum annexum Ordini Minori; vel ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, commoretur in ea per paruum tempus, quando celebrantur diuina. Sic Auila *p.3. diſp.2. dub.2.* ſecutus Nauarrum *c.27.n.163.* Henriq. *lib.13 c.33.n.2.* Ledeſm. *2. p.4.q.26.art.1.tract.de ſuſpenſ.in princip.* & alios Magiſtros. Sic etiam Sayrus *lib.4.cap.11.n.8.* Suarez *diſp.27. ſect.2.* Filliucius *tract.17.cap.10.* Reginald & Ægidius, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſputat.3.de ſuſpenſ. punct.4. num.1.* Hurt. *de ſuſpenſ. diffic.5.* Alter. *diſp.6. cap.1.* Corneio *diſputat.2. de Suſpenſ. dub.1. quæſito 1.* Bauny *de Suſpenſ. quæſt.12. pag.372.* Palao *diſputat.4. punct.5 num.1.* & alij communiter. An autem ſuſpenſus violans ſuſpenſionem fiat irregularis, dicemus in *tract.de irregularitate.* An etiam poſſit in aliquo caſu neceſſitatis licitè adminiſtrare Sacramenta, ex dictis *tract.1. de Cenſur. in communi*, & *tract. de excommunicatione*, clarè tibi conſtabit.

Qvæstio XLI.

An teneantur fideles vitare ſuſpenſum, in rebus, à quibus ſuſpenſus eſt?

Affirmat Nauar. *cap.27.num.163.in fine*, quatenus hæc dicit: Nonò infertur, quod ſicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus: per ſupradicta *eodem cap.n.26.& ſeq.* ita ſuſpenſum in eo à quo eſt ſuſpenſus: & non vitando in diuinis Officiis, & in

Digitized by Google

actibus deputatis ſuis Ordinibus, peccamus mortaliter ſi eſt denunciatus, aliàs non, per Extrauag. *Ad euitanda, relatam ſuprà num.*23. Hæc Nauarrus Quem videtur ſequi Bonac. *diſputat.*3. *punct.*4. *num.*5. & penes illum, Sà *verb. Suſpenſio.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri fideles ex vi præcepti Eccleſiaſtici vitare ſuſpenſum, etiam in his rebus à quibus ſuſpenſus eſt; niſi in caſu quo quis cooperaretur cum ſuſpenſo in delicto, & malo vſu miniſterij. Vtraque pars probatur: quia nullibi reperitur præceptum Eccleſiaſticum prohibens communicare cum ſuſpenſis, ſicut datur præceptum prohibens excommunicare cum excommunicatis non toleratis, quidquid ſentiat meus Nauarrus. Huius ratio differentiæ eſt, quod ſuſpenſio non reſpicit per ſe communicationem cum fidelibus, ſicut reſpicit excommunicatio; cum hæc omnibus, quibus priuat, eſt, inquantum ſunt quædam communicatio cum fidelibus. Non ergo erit peccatum, adhuc veniale, communicare cum fidelibus, in actibus à quibus ſuſpenſus eſt; niſi quando talis communicatio fuerit quædam cooperatio cum illo in delicto, & malo vſu miniſterij: nam tunc erit peccatum contra legem naturalem, & diuinam; ſiquidem cooperari peccato alterius intrinſecè malum eſt. Sic Henriquez *lib.*13. *cap.*5. § 5. & *cap.*13. §. 3. Auila 3. *part. diſput.*2. *dub.*4. Suarez *diſputat.*27. *ſect.*2. *num.*7. Sayrus *cap.*11. *n.*6. Corneio *diſput.*2. *de ſuſpenſ dub.*1. *quæſt.*3. Diana *p.*5. *tract.*10. *reſolut.*10. Palao *diſput.*4. *punct* 6 *num.*2. & 3. & alij. Qui addunt, tunc dici quem cooperari peccato ſuſpenſi, quando videlicet, extra caſum neceſſitatis inducit ſuſpenſum denunciatum ad exercendos actus à quibus eſt ſuſpenſus.

QVÆSTIO XLII.

An, qui audit Miſſam Sacerdotis nominatim ſuſpenſi à diuinis, peccet mortaliter?

AFfirmant abſolutè Nauarrus, Sà, & Bonac. *loc. cit.* & Megalius *in* 3. *part. lib.*5. *cap.*5. *q.*1. *num.*1.

Sed probabilius reſpondeo: non peccare mortaliter, modò, qui Miſſam audit non inſeruiat dicto Sacerdoti ad Altare; nec inducat illum ad celebrandum. Conſtat clarè ex doctrina nuper tradita. Et ideo ſic ſentiunt Henriquez, Auila, Corneio, Diana. & Palao, *loc. cit.* Sayrus, Suarez, Præpoſitus, & alij penes ipſum. Legantur dicta à nobis, *part.*3. *tract.*2. *de Auditione Miſſæ diſputat.*2. *à quæſt.*8. vbi alij Doctores, pro hac parte loquendo de Sacerdote perſonaliter interdicto, à nobis ſunt citati.

QVÆSTIO XLIII.

An, ſi ſuſpenſus faciat actus, à quibus ſuſpenſus eſt, ſint validi?

REſpondeo tanquam certum: Actus Ordinis eſſe validos: ſecus verò actus iuriſdictionis factos à ſuſpenſo nominatim denunciato. *Prima pars* conſtat: quia Eccleſia nequit inualidare actus characteris exercitos à Miniſtro circa debitam materiam, & formam; quamuis poſſit ſua prohibitione reddere illos illicitos. Sic communiter DD. Qui in hac re, non comprehendunt abſolutionem ſacramentalem, quia hæc non eſt actus Ordinis, ſed iuriſdictionis.

Secunda verò *pars*, etiam patet: Quia ſuſpenſus nominatim ab officio eſt priuatus actuali iuriſdictione, & vſu eius: ergo eius actus minimè erunt validi. Secus verò eſt dicendum caſu quo ſuſpenſus non ſit denunciatus, quia tunc, quamuis ſuſpenſio ſit publica, acta eius valida erunt. Quæ omnia ita eſſe conſtat ex dictis *tractatu* 1. *de excommunicatione.* Sic Henriquez *lib.*13. *cap.*33. *num.*2. Auila 3. *part. diſp.*2 *dub.*3. Suarez *diſput.*27. *ſect.*2. *num.*2. Corneio *diſp.*2 *dub.*1. *quæſt.*4. Filliucius *tract.*17. *cap.*10. *quæſt.*3. Bonac. *diſp.*3. *punct.*4. *num.*7. Diana *part.*5. *tract.*10. *reſol.*11. Bauny *tractatu de Suſpenſ. in Epitome, cap.*5. *pag.*393. Hurtad. *difficult.*5. *num.*14. & alij.

DISPVTATIO IV.

De Suſpenſionibus in particulari, quæ à iure latæ ſunt.

§. I

De Suſpenſionibus latis contra Clericos.

QVÆSTIO I.

An, qui ordinatur ab Epiſcopo hæretico, aut ſchiſmatico, aut excommunicato nominatim, aut Simoniaco declarato? ſuſpenſus ab Ordine ſuſcepto maneat?

REſpondeo affirmatiuè. Quia ſic habetur in cap.1. & 2. *de ſchiſmat.* & ita tenent communiter DD. idem ſentientes de illo, qui ordinatur ab Epiſcopo Simoniaco declarato, ex cap. *Si qui à Simoniaco* 1. *quæſt.*1. & ex cap. *Ordinationes* 9. *q.*1. & ex cap. *Per tuas, de Simonia.* Sic Nauarr. *cap.*25. *n.*69. Henriq. *diſp.*13 *cap.*37. *n.*4. Suar. *diſp.*31. & 35. *ſect.*4. *num.*34. Bonac. *diſp.*3 *punct.*5. §.1. *num.*7. Hurtad. *de ſuſpenſ. diffic.*13. Corneio *diſp.*4. *de ſuſpenſ. caſu* 12. & omnes. Quamuis dubium ſequens inter illos verſetur.

An videlicet, incurrat hanc ſuſpenſionem etiam, qui ignorans Epiſcopum eſſe hæreticum, excommunicatum, &c. ab illo Ordinem recipit. Affirmant namque Suar. *diſp.*35. *ſect.*4. *n.*63. Filliuc. *tr.*17. *c.*5. *q.*4. *n.*81. Auila *p.*3. *diſp.*5. *dub.*8. & penes illum Nauar. *cap.*27. *n.*241. Angel. Sylu. Armilla, Tabiena, & Couar. Bonac. etiam *loc cit.* Sayrúſque penes illum, & alij.

Sed alij, æquè probabiliter negant, eò quòd nulla ſuſpenſio incurritur, niſi ob peccatum mortale, quod non committit ignorans, inculpabiliter defectum Epiſcopi, & quidem loquendo de ignoranter ordinato à ſchiſmaticis excommunicatis, habetur id *in Can. Ordinationes, cit.* & de ignoranter ordinato à Simoniacis *in Can. Si qui à Simoniacis*, & in cap. *Per tuas, nuper citatis.* Abbas *in cap. Veritatis, de dolo, & contumacia n.*46. Innocent. *in cap.*1. *de ſchiſmaticis*, Rodriguez *tom.*2. *cap.*19. *fol* 345. Hurtadus *de Suſpenſ. difficult.*13. *num.*34. & innuit clarè Henriquez *lib.*13. *cap.*39. *num.*1. Palao *diſput.*4. *punct.*20. *num.*2. qui & citat Ægidium pro ſe, ſed non benè omnino.

Sed clarius, & verius reſpondeo: dicendum, prædictos ſic Ordinatos non incurrere veram ſuſpenſionem, vt probant iura & ratio ab Auctoribus ſecundæ ſententiæ adducta: ſed ad ſummum, aliquam inhabilitatem, quæ eos, præſertim in foro externo, ab executione Ordinum impediat, donec ad miniſtrandum à legitimo Iudice facultatem accipiat; quia id non obſcurè colligitur ex cap.1. *de Ordinatis ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renunc.* Sic omnino Ægidius *diſputat.*15. *dub.*5. *num.*34. Addens cum Suario, & Auila, quod contrà facientes non incurrant irregularitatem.

QVÆSTIO

Qvæstio II.

An etiam maneat ſuſpenſus ab Ordine ſuſcepto, qui Ordinatur ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renunciauit?

Reſpondeo tanquam certum: manere ſuſpenſum. Quia id habetur in cap. 1. *cit. de Ordinatis ab Epiſcopo, qui Epiſcop. renun.* Quæ ſuſpenſio reſeruatur Papæ: & non extenditur ad recipientes Minores Ordines, cum in iure talis ſuſpenſio non extet. Nam quæ habetur in d. cap. 1. *citato*, solùm tangit recipientes Ordines ſacros, non minores. Sic omnes. Nauarrus *cap. 27. n. 241.* Henriq. *lib. 13. cap. 29. n. 1.* & apud illlum Angel. Syluest Tabiena, Armilla, Palud Sotus, & alij. Suarez *diſp. 31. n 3.* Fillinc. *tract. 17. cap. 5. n. 86.* Bonac. *punct. 5. §. 2. num. 8.* Corneio *loc. citat. caſu 6.* Palao *diſput. 4 punct. 10. num. 1.* & alij.

Qvæstio. III.

An, qui ante legitimam ætatem, aut extra tempora, recipit Ordines ſacros, maneat ipſo iure ſuſpenſus ab Ordinibus ſic ſuſceptis?

Reſpondeo tanquam certum: manere. Quia vt diximus 2. *part. tract. 6. diſput. 6. quæſt. 9.* ſic habetur iure nouo in quadam Extrauaganti *Pij II.* quæ incipit *cum ex ſacrorum*, confirmata à Pio V. in ſuis Sanctionibus Apoſtolicis, *Sanctione 22.* Et in altera Extrauag. Sixti V. quæ incipit, *Sanctum, & ſalutare, verſu, Nihilominus.* Sic omnes. Legantur præcipuè Nauarrus *cap. 27. num. 141.* & 154. Couarruuias *in Clement. ſi furioſus, part. 1. §. 1. num. 4.* Diaz *in ſua pract. cap. 26.* Auila 3. *part. diſput. 5. dub. 7.* Suarez *diſput. 31. ſect. 1. à num. 22.* Rodriguez *in Bullario, fol. 297.* Palao *diſputat. 4. punct. 10. § 1. num. 6. Ægidius diſputat. 13. dub. 5. num. 36.* & alij mox citandi. Qui circa huiuſmodi ſuſpenſionem, nonnulla mouent dubia. Sit

Primum dubium. An, qui in Gallia Ordinem ſacrum, ante legitimam ætatem; vel facultatem, vel extra tempus legitimum, recipiunt, ipſo facto, ab Ordine ſic ſuſcepto, ſuſpenſi maneant?

Affirmant communiter DD. Quia Romana Eccleſia, ſic vbicunque ad Ordines ſacros promotos, pro ſuſpenſis habet: ergo. Nauarrus *loc. cit.* Suarez *ſect. 1. cit. num. 31.* Alterius *tom. 2. diſputat. 10. cap. 1. dub. 2.* Bonac. & alij communiter.

Negat nihilominus Banny *de Suſpenſ. q. 18. §. Quæritur, pag.* 178 Quia exiſtimat, in Gallia ſaltem, dictam Pij conſtitutionem, aut nunquam fuiſſe receptam, aut ſi aliquando, vſu iam eſſe abrogatam. Quod loquendo de cæteris conſtitutionibus Pontificis, Sixti videlicet V. & Clementis VII. qui Bullam dicti Pontificis confirmauit, moderando illam quoad pœnas in ea inflictas, affirmat Banny nunquam Gallis innotuiſſe. Quod ſi hoc eſt verum, non dubito, beneplacitum Bauny eſſe probabile, & in eo caſu ſtandum eſſe iuri antiquo, cap. *Vel non compos, de tempor. Ordination.* vbi ſic Ordinatus ſuſpendendus præcipitur iuxta probabiliorem ſententiam.

Secundum dubium ſit: An, qui ante ætatem, &c. Ordines etiam Minores accipiunt, pariter ſint, eo ipſo, à ſuſceptis Ordinibus ſuſpenſi?

Reſpondeo: non eſſe ipſo facto ſuſpenſos, ſed ſuſpendendos, per cap. *Vel non eſt compos, cit.* Ratio eſt. quia Bulla *Pij II.* solùm loquitur de ſuſcipientibus Ordines Maiores. Vnde fit, quod qui ante ſententiam ſuſpenſionis latam, celebrant in Minoribus Ordinibus, ante legitimam ætatem ſuſceptis, non fit irregularis. Sic Suar. *diſp. 31. ſect. 1. à n. 22.* Sayr. *lib. 4. c. 14. num. 11.* Auila *diſput. 5. de Suſpenſ. dub. 7.* Filliucius *tract. 29. num. 175.* Banny *loc. cit. verſ. Secunda conditio.* Corneio *diſput. 4. de Suſpenſ. caſu 3.* Miranda Zerola. Toletus, Henriquez, Diana, Philobertus, & alij citati à nobis *part. 2. tract. 6. de Ordine diſputat. 6. quæſt. 19.* & nouiſſimè Palao *diſputat. 5. punct. 10. §. 1. num. 6. verſ. Qui igitur.*

Tertium dubium ſit. An etiam incurrat hanc ſuſpenſionem, qui bona fide, ante legitimam ætatem Ordinem ſacrum ſuſcepit?

Reſpondeo: non incurrere. Quia ad hanc pœnam incurrendam, vel præſumptionem, vel adminus ſcientiam, ſeu ignorantiam affectatam, iuxta Autorum varia placita, omnes exigunt; quæ omnia longè abſunt ab eo qui bona fide, credendo ſe ætatem idoneam habere, ſacrum Ordinem recipit. Sic Nauar. *cap 27. n. 154.* & *de ætate. & qualit. ordinand. conſil. 1.* & alibi. Henriquez *cap. 38. num. 1. in fine.* Auila *diſp. 4. de Suſpenſ. dub. 7. cit. verſ. Pro intelligentia*, qui ad incurrendam hanc ſuſpenſionem dolum adhuc requirunt. Toletus *lib. 1. cap. 61.* Suarez *diſput. 31 ſect. 1. n. 26* Fillinc. *tract. 17. cap. 5 num. 84.* Portel, & Miranda, Villalobos, & alij quos citat, & ſequitur Diana *3. p. tract. 4. de Sacram. reſolut. 181. & 172.* docentes ad hanc ſuſpenſionem contrahendam riquiri dolum, vel ſaltem culpam latam & mortalé. Bauny *quæſt. 18. de Suſpenſ. column. 7. 5 verſ. Primò, quia pœna, & col. 6. verſ. Prima eſt.* Caualer. *deciſ. 1.* Bonacina *diſputat. 3. punct 5. §. 1. num 1. Ægidius loc. cit. num. 36.* Corneio *loc. cit.* & Præpoſitus, Hurtadus, Philibertus, quos citauimus 2. *part. diſputatione 6. cit. quæſt. 12.* vbi abſolutè, vt probabilius docuimus, ad incurrendam hanc ſuſpenſionem: requiri præſumptionem, & dolum.

Quartum dubium. An, ſi ſic bona fide ordinatus, adueniente mala fide, ante legitimam ætatem celebret, incurrat irregularitatem, vel ſaltem peccet mortaliter?

Affirmat vtrumque Philibertus *tract. 3. de Ordine part. 5. cap. 3. num. 11.*

Negant verò contrà alij docentes, ſic bona fide Ordinatum, nec incurrere irregularitatem, nec mortaliter peccare, ante ætatem celebrando. Ita Nauarrus, & Machada, citati à nobis 2. *parte tractatu 6. diſputatione 6.* Quorum ſententiam eſſe probabilem affirmant Petrus Ledeſma, & Ludouicus de S. Ioan. ibi à nobis adducti.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare quidem mortaliter; eo quod cum mala fide celebret ante ætatem à iure requiſitam: non tamen incurrere irregularitatem: quia cum à principio non incurrerit ſuſpenſionem, vt ſupra eſt habitum, etiamſi adueniente mala fide celebret, irregularitatem non incurret. Sic Diana *3. part. tract. 4. reſolut. 182.* ſecutus Peyrinum, Nauarrum, Quarantam, & Mirandam, & Villalobos *tom. 1. tract. 11. diffic. 11. n. 7.* Sic etiam Suarez, Nunez, Toletus, Bonacina, & Ludou. de S. Ioanne, quos *vbi ſuprà 2. part. tract. 6. diſput. 6. quæſt. 13.* citauimus.

Quintum dubium. An ille, qui ob receptionem Ordinis ſacri ante ætatem, mala fide ſuſcepti, ſuſpenſus manet; poſſit, ætate completa, abſque vlla Superioris diſpenſatione, celebrare

Affirmant Corduba *in ſum. caſu 144.* Sot. *in 4. diſt. 25. q. 1. art. 2. in fine.* Medina *in ſum. lib. 1. c. 11. §. 8.* Paſſarell. Zerola, & Sorbus apud Peyrinum *in priuileg. Minimor. tom. 1. conſtit. 1. Iuly 11. §. 16. n. 21.* Quos ex Diana *loc. cit.* citauimus 2. *part. tract. 6. diſput. 6. quæſt. 15.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe abſque diſpenſatione celebrare. Quia, qui mala fide, ante legitimam ætatem Ordinem ſacrum recepit, verè incurrit ſuſpenſionem, eáque ligatus manet, vt *ſup.* eſt habitum: ergo non ſatis eſt legitimæ ætatis completio, ſed neceſſaria omnino abſolutio à prædicta ſuſpenſione. Sic Corneio *loc. cit. caſu 3.* vbi notat, & benè,

quod quamuis iſte ſic Ordinatus, ante complementum ætatis abſolnatur ab hac ſuſpenſione, adhuc non poſſit in Ordine ſuſcepto miniſtrare. Sic etiam Diana 3.*p.tract.*4.*reſol.*182.*cit.& p.*5.*tract.*10. *reſol.*34. Henriquez *lib.*13.*cap.*38.*n.*1. Syluest. Mandoſ. Couar. & alij penes ipſum. Vterque Rodriguez, Bonac. & Philibertus, quos pro hac parte *loc.cit.* adduximus. Qui contrarium.vt ibi notauimus, docent de illo qui bona fi le ante legitimam ætatem, Ordinem ſacrum ſuſcepit. Nam hic completa ætate legitima, licitè poterit abſque diſpenſatione vlla celebrare, aut actum ſui Ordinis exercere;eo quod hic propter ſuam bonam fidem, nunquam fuit ſuſpenſus, & ideo non indiget diſpenſatione ad celebrandum. Sic etiam Pal. *diſputat.*4.*puncto* 10.§.1.*num.*6.Suarez *diſputatione* 31 *ſect.*1.*num.*13. Bonacina *ſuprà punct* 1.*in fine*, & alij.

Sextum dubium. An, qui mala fide Ordinem maiorem, v. g. ſacerdotium ante legitimam ætatem recepit, non ſolùm maneat ſuſpenſus ab exercitio ſacerdotij; ſed etiam ab exercitio aliorum Ordinum, nempe Diaconatus, & Subdiaconatus, &c. ante legitimè ſuſceptorum?

Affirmant Philibertus *de Ordine tract.*1.*p.*5.*cap.*3. *num.*8.*pag.*80.Rodriguez *in ſumma*, *cap.* 164. *num.*2. *pagina mihi* 522 Ledeſma *in ſumma*, *cap.*7.*de Ordine poſt* 1. *concluſ.* & Villalobos *tom* 1.*tract.*18 *difficult.*18. *num.*2. & apud illos, Nauarrus, vt vidimus 2. *parte diſput.*6. *cu. quæſt.*10.

Sed probabiliùs reſpondeo: non manere ſuſpenſum, niſi ab Ordine; v.g.ſacerdotio, mala fide ſuſcepto. Quia pœnæ non ſunt extendendæ extra caſus proprios.Sic Henriq.*lib.*13.*cap.*32.*n.*1 & penes illum, Nauar.*lib.*5.*conſil.tit.de ſent.excom.conſ.*53 *fol.mihi* 191 Tolet.Auila, Scortia.quos affert, & ſequitur Diana 3. *part.tract.*4.*reſol.*182.& *p.*5.*tract.*10. *reſol.*45.Machado etiam, quos omnes pro hac noſtra ſententia adduximus *q.*10.*citata.* Quibus adhuc addi poſſunt Corneio *caſu* 3.*citato*,& alij quos ſuprà *diſput.*3.*q.*14.retulimus Palao *diſput.*4.*punct.*§.1.*num.*6.

Septimum dubium. An Sacerdos, qui mala fide, ante legitimam ætatem, ſacerdotium accepit, non ſolùm maneat ſuſpenſus, ſed etiam irregularis, conſecrando ſimul cum Epiſcopo ordinante?

Affirmant Nauarrus *lib.*5.*conſil.*8. *de Clerico excommun. miniſtrante*, *f.l.mihi* 135. Sorbus, Couarruuias, Barboſa, Bonac. Daza, & Vaſquez, relati à nobis 2. *part. tract.*6. *diſput.*6. *quæſt.*17.

Sed probabiliùs iterum reſpondeo: ſuſpenſum manere; irregularitatem tamen non incurrere. Quia quamuis verum ſit, quod Sacerdotes, qui ſuſpenſi celebrant, irregularitatem incurrant: attamen ille, qui Presbyter initiatur, & conſecrat cum Epiſcopo Ordinante, non eſt adhuc completè Sacerdos, cum non ſit ei adhuc conceſſa poteſtas abſoluendi à peccatis, & ideò non poteſt incurrere irregularitatem. SicHenriquez *lib.*13.*cap.*10.*n.*1 *lit.F.*Suarez *diſput.*31 *ſect.*1.*num.*70 Ægidius *diſp.*15.(per errorem *pag.*16.) *dub.*5.*n.*36. Diana *part.*5. *tract.* 10. *reſol.*37. Hurtadus *de ſuſpenſ.difficult.*15.*num.*13. Syluester, Maiolus, Modina, Sayrus, Vgolinus, Quaranta, Naldus, Homobonus, Marcenus, Philibertus, & Additionator Nauarri, quos omnes pro hac parte citauimus 2. *part. quæſt.*17. nuper *citata.* Vbi *quæſt.*18. *ſequenti*, idem docuimus cum Suario. Ægid Mercero.& Diana, contra Hurtadum,& Auilam loquendo de Subdiacono,& Diacono; nempe non incurri irregularitatem ob ordinationem ante legitimam ætatem, cantantes Epiſtolam, & Euangelium in Miſſa, quam Epiſcopus Ordinans celebrat.

Octauum dubium. An confeſſarius poſſit vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere quem à Suſpenſione incurſa per receptionem Ordinis maioris, ante legitimã ætatem?

Negant Rodriguez *in addit. ad Bull.Cruc.*§.9.*n.*59. Henriquez *lib.*7.*de Indulgent. cap.*13. (non 18.vt ego ex Machado malè aliàs citaui) *num.*3.*in textu*, *& in marg. lit. C.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Quia Bulla abſolutè, & ſimpliciter concedit facultatem abſoluendi ab omni Cenſura: ſed prædicta ſuſpenſio incurſa per Ordinationem ante legitimam ætatem eſt verè Cenſura: ergo optimè poteſt quis,vi Bullæ,à Confeſſario abſolui, non tamen miniſtrare ante ætatis complementum;quia abſolutio ſuſpenſionis ſolùm, non ætatis,tollit impedimentum. Sic Medina, Cordub. Petez, Cano, Bannez, Ludou.Legionenſ.Balbas,&Martinez, quos ex Henriq. citauimus pro hac ſententia 2. *part. tract.*6.*diſput.*6.*quæſt.*16. Diana *part.* 5. *tract.*10. *reſ.*5. & penes illum, Medina, Auila, Trullench, & Cornejo. Tenent etiam Nauarrus, (vt citat Henriquez *loc. cit. lit. T. cap.*57. *num.* 162.Ludouic de S.Ioanne *quæſtione* 2. *de Ordine*, *artic.*8.*dubio* 5. Machado *lib.*1. *ſumm. part.*5.*tractatu* 10. *docum.* 8.

QVÆSTIO IV.

An Ordinatus per ſaltum, recipiendo Ordinem Superiorem, inferiori prætermiſſo; maneat ipſo iure ſuſpenſus ab Ordine ſic ſuſcepto?

NEgant ſuſpenſum eſſe, ipſo iure, ab Ordine per ſaltum ſuſcepto,ſed eſſe ſuſpendendum, Archidiacon.Geminian Præpoſitus,& Turrecrem *in cap.* Si *celebrat.de Cler. excommun.miniſtr.* Angel. *verb.Irregularitas.num.*56.Armilla *num* 68.& Tabiena *Irregularitas* 4.§.2.*concl.*5.& Acunna *in Decretum part.*1.*diſt.*52. *num.*9.Quorum ſententiæ adhæret Diana *part.*5. *tractatu* 10.*reſol.*27 Bauny *de ſuſpenſ quæſt.*20.

Sed probabiliùs reſpondeo: Manere ſuſpenſum ab Ordine ſic ſuſcepto ipſo iure.Quod quidem procedit etiam loquendo de ſuſcipiente Ordines Minores, vt infra.Intelligendum tamen eſt de ordinatione culpabili,aut mala fide facta, quia hæcſuſpenſio eſt Cenſura,& pœna Sic colligitur, aut conſtat ex cap *Solicitudo, diſtinct.*62.& cap. *vnico*, *de Clerico per ſaltum promoto*, & Trident. *ſeſſ.*23.*cap.*14.*de reformat.*& docent communiter Doctores, Suarez *diſput.*13.*ſect.*1.*n.*44. Ægidius *diſput.*15.*dub.*5. *num.*40. Cornejo *de Suſpenſ. diſputat.* 4. *caſu* 4. *pag.* 729. Hurtadus *difficult.* 13. *de Suſpenſ. num.* 39. *verſu*, *Sextò Ordinatus per ſaltum.* Bonacina *diſputat.*3.*puncto*5. §.1. *num.*6.Fillinc.*tr.*17. *num.*92.Auila *part.*7.*de Cenſur.diſput.*9.*dub.*2. *concl.*2. & penes illum Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 13. *num.*5.*poſt lit. M.* D Anton. 3.*part.tit.*27.*cap.*4. *col.*3. Sotus *diſtinct.*25.*quæſt.*1.*artic.*3. *columnn. penult. caſu* 3. Syluest.*verb.Irregularitas q.*11.Hoſtienſ. & Panormit. Nauar.*c.*25.*n.n.*71 Alter.*diſp.*10.*de diſpenſ.c.*5.*col.*4.*&*5 Pal.*diſp* 4.*punct.*10.§.1.*n.*8Viuald.*de ſuſpenſ.n.mihi* 48. *verſ.Vndecima ſuſpenſio*, & alij plures apud Dianam.

Primum dubium. An, qui per ſaltum Ordinem ſuſcipit, ſuſpenſus ſolùm maneat ab exercitio Ordinis ſuſcepti; an etiam ab exercitio aliorum, quos ritè ſuſceperat?

Affirmat ab omnibus manere ſuſpenſum, Maiolus *de irregularit.lib.*4.*cap.*12.*n.*2. quatenus indefinitè ait, Ordinatum per ſaltum, non poſſe ſine diſpenſatione aſcendere, neque miniſtrare. Et Nauarrus *cap.* 27. *num.*242. apud Dianam *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo: ſolùm eſſe ſuſpenſum ab Ordine,quē per ſaltũ ſuſcepit,non ab aliis Ordinibus,quos legitimè recepit. Quia ita colligitur ex cap. *vnico*, *de Cler. per ſaltum promoto*, in vltimis verbis Sic communis DD.Syluester, Sotus, Bernad. Diaz. quos citat, & ſequitur Alterius *cap.*5. *cit. col.*5. *ver.*

Reſpondeo

Digitized by Google

Reſpondeo ex communi ſententia. Henriq. *lib.* 7. *de Indulg.. cap.* 13. *n.* 5. Auila *part.* 7. *diſput.* 9. *ſect.* 1. *dub.* 2. *concl.* 2. Cornejo *dub.* 1. *citat. caſu* 4. *quæſ.* 1. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 3. & penes illum, *lit.* G. Nauarrus *n.* 242 apud eundem. Et certè melius citatur pro hac parte, quàm pro contraria. Sic etiam Diana *p.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 28. Riccius, Bocac. Suarez, & alij.

Secundum dubium. An, qui ordinatus eſt per ſaltum, poſſit Ordinem prætermiſſum recipere, ſine diſpenſatione?

Affirmat Auila *loco* nuper *cit. concl.* 1. Quia non datur textus, ex quo impedimentum ad recipiendum talem Ordinem prætermiſſum, colligatur.

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe huiuſmodi Ordinem recipere, ſine diſpenſatione Superioris. Quia non eſt verum, quod non detur textus, à quo inhabilitas ad recipiendum Ordinem prætermiſſum, colligatur. Nam (vt benè Alterius) huiuſmodi inhabilitas ſuſcipiendi Ordinem omiſſum, verè eſt effectus, impoſitus ab ipſo iure ſuſpenſioni latæ contra recipientes Ordinem per ſaltum: non enim imponuntur duæ pœnæ, altera irregularitatis, altera ſuſpenſionis, ſed fertur vnica ſuſpenſio, duos habens effectus: ideo enim prohibetur Ordinem omiſſum recipere, vt valeat vnquam abſque diſpenſatione miniſtrare in recepto. Hinc infertur, vt obtenta diſpenſatione ad recipiendum Ordinem omiſſum, ſtatim maneat Ordinatus per ſaltum, immunis à ſuſpẽſione, qua erat prohibitus, ne miniſtrare poſſet in Ordine per ſaltum recepto. Cùm primum enim promotus fuerit ad Ordinem, quem prætermiſerat, abſque alia diſpenſatione poterit actus omnium Ordinum exercere. Hucuſque Alterius *tom.* 2. *diſp.* 10. *de ſuſpenſ, cap.* 5. *col.* 6. Et antea Nauarrus *cap.* 27. *n.* 242. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 3. (non 4. vt offendes apud Auilam) *ibi*: Quia quamuis per Bullam, aut priuilegium ab ea ſuſpenſione abſoluatur, non poteſt ante diſpenſationem recipere Ordinem omiſſum, aut vlteriorem. Sic etiam Ægidius *diſp.* 15. *dub.* 5. *num.* 40. Palao *de Cenſur. diſput.* 4. *punct.* 10 § 1. *num.* 9.

Tertium dubium: An etiam ſuſpendatur ipſo facto, qui ordinatur per ſaltum in Ordinibus minoribus: aut, qui relictis Ordinibus minoribus, Ordinem Subdiaconatus recipit?

Negant aliqui Quia iura, quæ loquuntur de malè promotis, ſolùm loquuntur de malè promotis ad Ordines ſacros; non verò de malè promotis ad Ordines Minores: ergo pœnæ non ſunt extendendæ ad illos, qui per ſaltum ad Ordines Minores promouentur, aut ad illos, qui relictis Ordinibus Minoribus, Ordine Subdiaconatus initiantur. Antecedens probatur clarè. Quia cap. *Sollicitudo, diſt.* 52. ſolùm loquitur de illo, qui, omiſſo Ordine Subdiaconi, ſuſcepit Ordinem Diaconi, & Presbyteri. Et caput *vnicum, de Clerico promoto per ſaltum*, ſolùm loquitur de Subdiacono, qui omiſſo Ordine Diaconi, recepit Ordinem Sacerdotis. Ita tenet Portellius *in reſponſ. part.* 3. *caſu* 41. *queſt.* 2. *num.* 3. ex Nauarro *conſil.* 28. *de ſentent. excommunic. à num.* 11. *vſque ad* 15. Quos ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 47. nec non Auſonius *in eius ſumma, verb. Ordinis ſubiectum, n.* 24. & Bauny *de diſpenſ. quaſt.* 20. *in fine.*

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam ſuſpendi ipſo iure & facto. *Primò*, quia iuxta noſtram ſententiam quam tradidimus 2. *part. tract.* 6. *diſput.* 1. *q.* 6. Ordines Minores ſunt etiam Sacramenta, ſicuti ſunt maiores: ergo eadem ratio eſt puniendi promotos per ſaltum in Ordinibus Minoribus, ac in maioribus.

Secundò, quia ita deciſum, ac declaratum fuit à ſacra Congregat. Cardinalium *anno* 1588. vt refert Corneio *loco* nuper *cit.* ergo. Sic ipſe Corneio *caſu* 4. *ci.. pagina* 729. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 242. *verſ. Sextò dico.* Riccius *part.* 4. *deciſ.* 108. *num.* 4. Campanil, *in diuer. iur. Cenſur. tab.* 10. *cap. vnico, num.* 6.

Quartum dubium. An Epiſcopus poſſit in hac ſuſpenſione diſpenſare?

Negant ex parte Zerola *in praxi Epiſcopali. verb. Irregularitas, dub.* 3. quatenus docet, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum illo, qui vult promoueri ad Ordinem omiſſum, ſi id ſecretò faciat, nõ verò ſi faciat publicè.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe cum ſic promoto per ſaltum Epiſcopum diſpenſare, vt videlicet prætermiſſum Ordinẽ ſuſcipiat, & vt in Ordine malè ſuſcepto miniſtret, & ad Superiores aſcendat, quamuis delictum ſit publicum; dummodo talis ſic Ordinatus, in malè ſuſcepto Ordine, vel in prætermiſſo, non miniſtrauerit ante diſpenſationem; quia tũc iam incurret irregularitatem à qua ſolus Papa diſpenſare poteſt, modo delictum ſit publicum, nam ſi occultum ſit etiam poterit Epiſcopus, ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24 *ſeſſ.* 6. *de reform.* Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia ipſummet Tridentinum ita conceſſit Epiſcopis *ſeſſ.* 13. *de reform. cap.* 14 Et ideo ſic ſentiunt Nauar. *cap.* 25. *n.* 71. *& cap.* 27. *n.* 242. Henriq. *lib.* 14. *c.* 6 *n.* 5. Suar. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 15. Auila *p.* 7. *diſp.* 9. *ſect.* 1. *dub* 2. *verſ. Sequitur ſecundò.* Sayr *lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 26. *&* 27 Maiolus, & Rodrig. Quos omnes citat, & ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 27. *verſ. Notandum tertiò.* Corneio *caſu* 4. *cit. quaſt.* 2. Bonac. *diſput.* 3. *de ſuſpenſ. punct.* 5 § 1. *num.* 6. Alterius *diſput.* 10. *de Suſpenſione, cap.* 5. *col.* 5. *verſ. Hoc in loco.*

Quintum dubium An huiuſmodi ſuſpenſio contracta per ordinationem per ſaltum, tolli etiam poſſit per Bullam Cruciatæ?

Reſpondeo poſſe abſolutè; & adminus in foro conſcientiæ. Quia, vt ſupra vidimus, Bulla abſolutè, & ſine diſtinctione concedit facultatem abſoluendi ab omni Cenſura, ſub qua ſuſpenſio, vt talis, continetur: ergo. Sic apud Dianam, & Auſonium, Granados *in* 3. *part. tract.* 5. *de Suſpenſ. diſp.* 4. *caſu* 4. *q.* 2. Sed certè per errorem citatus fuit hic Granados, pro Petro Corneio, qui *loco cit.* id docet non Granados. Sic etiam Diana *reſolut.* 27. *cit.* & Auſonius *in ſua ſum. verb. Ordinis ſubiectum, num.* 25. *in fine.*

QVÆSTIO V.

An, qui innodati Cenſura aliqua excommunicationis maioris, ſuſpenſionis, vel interdicti, Ordinem maiorem ſuſcipiunt, ſuſpenſi ſint ipſo iure?

Reſpondeo eſſe ipſo iure ſuſpenſos. Conſtat ex cap. *Cum illorum, de ſent. excom.* non *in* 6. vt citatur à Soto, ſed *in decretalib.* Quia quamuis textus dicat, eſſe deponendum excõmunicatum, qui Ordinem recipit, tamen ex conſequentibus conſtat, depoſitionem eſſe latam, non ferendam. Sic Nauar. *cap.* 25. *n.* 72. *verſ. Decimò peccat.* & *c.* 27. *n.* 241. (nõ 24. vt leges apud Bonac.) *in princ.* Henriq. *lib.* 14. *c.* 6. *n.* 4 Sot. *in* 4. *diſt.* 25 *q.* 1. *art.* 3. Suar. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 17. Auila *p.* 7. *diſput.* 9. *ſect.* 1. *dub.* 6. *concl.* 2. Ægidius *diſputat.* 14. *num.* 32. *& diſput.* 15. *num.* 41. Filliuc. *tract.* 17. *cap.* 5. *n.* 94. Bonac. *diſput.* 3. *punct.* 5. §. 1. *num.* 10 Palao *diſput.* 4. *punct.* 10. §. 1. *num.* 3. Alterius *de Suſpenſ. diſput.* 10. *cap.* 6. *col.* 1. *&* 2. Qui cum aliis hoc putat verum eſſe loquendo de quacunque excommunicatione maiori, non minori, innodatis, & etiam de ſuſpenſis, & interdictis. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Primum dubium. An etiam maneat ſuſpenſus, qui aliqua Cenſura innodatus, recipit Ordines minores.

Negant apud Caſtrum Palao, Nauar. *lib.* 5. *conſil. tit. de excommun. conſil.* 28. *à num.* 2. & Auila 7. *p. diſput.* 9. *ſect.* 1. *dub.* 6.

Digitized by Google

Reſpondeo: manere. Quia cap. *Cum illorum*, *cit.* abſolutè de Ordinibus loquitur: ergo de omnibus eſt intelligendum. Sic expreſsè Nauarrus, Filliucius, Alterius, Bonacina, & Palao *loco cit.* Qui ſecus dicunt, de recipiente primam Tonſuram in excommunicatione, aut alia Cenſura. An autem recipiens Ordines in excommunicatione, fiat etiam irregularis, dicemus *tract. de Irregularit.* Nec Nauarrus, & Auila ſunt contra nos, vt putat Palao. Quia dicti Doctores, ſolum docent, non manere irregulares, qui excommunicatione innodati, ordines minores ſuſcipiunt, de quo dubio aliàs.

Secundum dubium. An hanc ſuſpenſionem incurrat excommunicatus, aut ſuſpenſus, &c. qui ex probabili ignorantia, vel inaduertentia ſuæ excommunicationis, aut ſuſpenſionis, &c. aliquem Ordinem recipit?

Affirmant quàm plures ex cap. *Cum illorum*, *citat.* vbi in caſu ignorantiæ facti, aut iuris, quando recipiuntur Ordines in excommunicatione, dicitur neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi: ergo ſupponitur ſuſpenſio præcedens, aliàs non eſſet neceſſaria diſpenſatio: Ita Maiolus *lib. 4. de irregular. cap.* 34. *num.* 4. Couarruuias *in cap. Alma mater*, *part.* 1. §. 6 *num.* 6. Abbas, Ananias, & Specul. quos citat, & ſequitur Alterius *diſput.* 10. *citata*, *cap. 6 dub.* 2. *dict.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere dictam ſuſpenſionem. Quia par non eſt, vt pœnam incurrat, qui culpam non admiſit. Nec obſtat cap. *Cum illorum*, *citatum* à contrariis; quia intelligitur de ignorantia craſſa, & peccaminoſa. Sic Nauarrus *cap.* 27. *num.* 141. D. Anton. Innocent. Paludanus, Abbas, & Caſtro, quos citat, & ſequitur Suarez *diſputat.* 31. *ſect.* 1. *num.* 59. Filliucius *num.* 94. *cit.* Bonac. *num.* 1. *verſ. Obſerua tamen.* Palao *diſputat.* 4. *punct.* 10. §. 2. *num.* 3. *verſ. Sed an ab hac pœna.*

Tertium dubium. An ſaltem incurrat ſuſpenſionem hanc, qui exiſtens excommunicatus, vi, & metu cadente in conſtantem virum, cogitur recipere Ordines?

Affirmant apud Alterium, Tabiena *verb. Irregularitas* 4. *concl.* 15. Hoſtienſ. Goffret & Maiolus, quos citat, & ſequitur ipſemet Alterius *cap.* 6. *cit. col. vlt. verſ. Sententia hac.* Et quidem conſequenter id docent; namſi, iuxta doctrinam ab ipſis traditam, excommunicatus, ſeu alia Cenſura aſtrictus, ſuſcipiens ignoranter Ordines, ſuſpenſionem incurrit; multò magis ſuſpenſionem contrahet, ſi talis excommunicatus, per vim, aut metum promoueatur. Argum. *l. Qui poteſt*, *ff. de regul. iuris.*

Sed probabiliùs reſpondeo: nec prædictum ſuſpenſionem incurrere. Quia hæc ſuſpẽſio non incurritur, niſi ob culpam: at qui ob metum grauem cadentem in conſtantem virum ſuſcipit Ordines, non facit contra præceptum Eccleſiæ, excuſante dicto metu: ergo. *Confirmatur* ex dictis. Nam ignorantia excuſans culpam, excuſat hanc ſuſpenſionis pœnam: ergo & neceſſitas; cum ſit eadem ratio, & nullum ius in contrarium. Sic Suarez *diſput.* 31. *ſect.* 1. *n.* 60. & penes illum, Syluest. *irregularitas*, *quaſt.* 7. & etiam Tabiena *loco* ab Alterio *citato* pro ſe. Sic etiam Bonac. *diſput.* 3. *punct.* 5. §. 1. *num.* 11. *verſ. Obſerua ſecundò.*

QVÆSTIO VI.

An, qui ficto titulo; (nempe, ficto patrimonio, aut ficto beneficio, aut penſione) ordinatur, ſuſpenſionem incurrat?

NEgant quàm plures DD. eò quòd exiſtiment, non incurrere ſuſpenſionem modò, illum, qui ſine patrimonio, aut beneficio ſufficienti; Ordine ſacro initiatur, quamuis aliàs grauiter peccet; ergo neque incurret ille, qui ficto patrimonio, aut ficto beneficio, aut ficta penſione, Ordine ſacro initiatur. Ita, Henriquez, Viualdus, Toletus, Rodriguez, Sayrus, Gutierrez, Sà, Ægidius, Luyſius, Auila, Villalobos, Philibertus, Machado, inter quos eſt etiam Diana 3. *part. tract.* 10. *de Sacram. reſol.* 184. & 2. *part. tract.* 16. *reſol.* 5. & *part.* 5. *tractatu* 10. *reſol.* 50. Quos omnes inuenies citatos à nobis pro hac parte, *part.* 2. *tract.* 6. *diſputat.* 9. *quaſt.* 4. Quibus nunc etiam addo Hurtad. *difficult.* 13. *de Suſpenſ. num.* 28. Caſtrum Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 1. *num.* 12. *in fine.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Suſpenſionem incurrere. Quia probabilius eſt, quod ille, qui ſine patrimonio, aut beneficio, aut penſione ſacris initiatur, ſit ſuſpenſus, per cap. *Neminem*, & per cap. *Sanctorum*, *diſt.* 70. renouata per Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *de reformat.* at ſic eſt quod penſio, beneficium, ſeu patrimonium fictum, reuera non eſt penſio, beneficium, ſeu patrimonium: ergo. Sic abſolutè loquendo, & in re, tenent hanc partem Nauarrus *in man. cap.* 27. *n.* 158 Sanchez *lib.* 6. *de Matrim.* 32. *n.* 8. Suarez *hic diſputat.* 31. *ſect.* 1. *num.* 34. & 35. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *partem diſputat.* 243. Bonacina *de Sacram. diſputat.* 8. *quaſt. vnica*, *punct.* 5. *num.* 24. & *tom.* 2. *diſput.* 3. *de ſuſpenſ. punct.* 5. §. 1. *num.* 1. & *tom.* 3. *diſput.* 3. *quaſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 3. Maiolus, Barboſa, Zerola, Comitolus, Molfeſius, quos pro hac parte citaui 2. *part. loco citato.* Quibus addi poſſunt Corneio *diſputatione* 4. *de Suſpenſ. dub.* 1. *caſu* 5. & alij Recentiores. Quamuis ex his, aliqui contrarium ſentiant loquendo de iis, qui ſine titulo, abſque dolo tamen, & fictione, Epiſcopo volente ordinentur. Legantur Suarez, & Corneio *loc. citat.* Cætera etiam quæ hìc deſiderari poſſunt, tractata inuenies 2. *part. tract.* 6. *de ordine diſputat.* 9.

QVÆSTIO VII.

An ſuſcipiens Ordines, non ſeruatis interſtitijs, ſuſpenſionem incurrat?

AFfirmant Henriquez *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 3. Additionator Nauarri *lib.* 1. *conſil.* 4. *de temporib. Ordin. fol.* 33. Portel *in dub. regul. verb. Suſpenſio num.* 14. Qui tamen malè citat Suarium pro hac parte, & Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſolut.* 55. *verſu*, *Nota etiam*, quamuis poſteà oppoſitum docuerit vt infra. Bauny *quaſt.* 16. *de Suſpenſ. verſ. Quintò.*

Sed probabiliùs iterum reſpondeo: non incurrere (tametſi graue peccatum committat.) Quia nulla eſt in iure oppoſita ſuſpenſio contra prædictum ſic ſe ordinantem, poſt Clementem VIII. vt diximus 2. *p. tract.* 6. *de Ordine diſput.* 11. *quaſt.* vbi pro hac parte adduximus Nauarrum *conſil.* 4. *cit.* Suarium *diſput.* 31. *ſect.* 1. *n.* 43. Filliucium *tract.* 17. *cap.* 5. & *tract.* 20. *cap.* 7. *num.* 290. Diana 3. *part. tract.* 2. *reſol.* 32. & 4. *p. tract.* 4. *reſol.* 209. & 5. *part. tract.* 10. *reſol.* 40. Madium, Ricciuin, Sayrum, Zerolam, Philibertum, Bonacinam, Barboſam, Villalobos, & alios. Quibus addi poſſunt Alterius 2. *tom. diſput.* 10. *cap.* 4. & Palao *diſputat.* 4. *punct.* 10. §. 1. *num.* 8. *verſ. Ob violationem.*

QVÆSTIO VIII.

An ſuſcipiens duos Ordines ſacros in vna die, ſuſpenſionem ipſo facto incurrat?

NEgant Villalobos 1. *part. tract.* 18. *diffic.* 11. *n.* 7. & Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 36. citantes, (ſed malè) pro hac parte Suarium. Quia exiſtimant ad ſummum eſſe ſuſpendendum.

Sed

Digitized by Google

Sed probabilius iterum reſpondeo: Incurrere ipſo facto, quia ſic colligitur ex *cap. Quod à Patribus, diſt.* 75.& ex cap. *Innotuit, de eo, qui furtiuè ordin. ſuſcipit.* Ex quibus, id docent Nauarr. *cap.* 25.*n.*71.*& cap.* 27. *num.*241. Suarez *diſp.* 31.*n.*41. Luyſius, Bonac. & Philibert. quos pro hac parte adduxi 2.*part. tract.*6.*diſſ.*11. *quæſt.*14.

QVÆSTIO IX.

An etiam incurrat ſuſpenſionem eandem, qui eodem die, minores Ordines cum Subdiaconatu ſuſcipit?

AFfirmant etiam Bonac. *hic diſp.*3. *punct.*5.§.1.*n.*4. & penes illum, Nauarr. *cap.*25.(lege 25.) *num.*61. Sà *verb. Suſpenſio, num.*19. Sayrus *c.*14.*n.*23.27.*&* 25. Suarez *diſput.* 31.*ſect.*1.*num.* 41. & Filliucius *num.*86. Gauant. *in Man. Prælator. verb. Irregularitas,* & alij, docentes, tunc ordinatum manere ſuſpenſum à Subdiaconatu.

Sed probabilius rurſus reſpondeo: Nullo modo incurrere ipſo facto ſuſpenſionem. Sic Suarez *loc. cit.* pro parte contraria ex *cap.*2. *de eo, qui furtiuè ordin. ſuſcipit.* Philibert. & Diana, quos pro hac opinione citauimus 2.*p. loc. cit. q.*15.

QVÆSTIO X.

An ipſo facto maneat ſuſpenſus, qui aliquem Ordinem per ſimoniam realem ſcienter recipit?

REſpondeo manere ipſo facto ſuſpenſum, non ſolùm ab ordine ſic ſuſcepto, ſed etiam ab aliis ritè ſuſceptis, vt *infrà* dicemus. Sic habetur *in Extrauag.*2. *de ſimonia,* ibi: *Declaramus quod omnes illi, qui ſimoniacè ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi.* Sic etiam habetur *in cap. Per tuas, el* 2.*de ſimon.* & cap. *Inquiſitionis, de Accuſat.* Ex quibus id docent Syluest. *verb ſuſpenſio, quæſt.*7. Henriquez *lib.*7.*cap.*37. *num.* 3. & Couarr. apud ipſum, dicentes eſſe communem Doctorum ſententiam. Auila 3.*part diſp.*5.*dub.*9. *concluſ.*1. Suarez *diſp.*31.*ſect.*4.*num.*31. Filliucius *n.*128. Bonacina *diſp.*3.*punct.*5.§.1.*n.*9. dicens, hanc ſuſpenſionem reſeruari Epiſcopo. Hurtad. *de ſuſpenſ. diff.*13. *verſ. Quintò ordinans,* qui contra ait hanc ſuſpenſionem reſeruari Papæ ex Extrauagant. Sixti V. & conſtitutione Clementis VIII. quas refert Sayrus *lib.* 4. *cap.*14.

Dubium primum. An, qui bona fide, & ignoranter, recipit Ordinis ſimoniacè; maneat etiam ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto?

Affirmat Auila *loc. cit. concl.*2. his verbis. Qui recipit ordines ſimoniacè ignoranter, vt quando cognatus, vel amicus, me ignorante, dat pretium Epiſcopo, vt conferat mihi ordines, manet ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto. Ita Sylueſter *ſuprà*, & D. Thom. 2. 2. *quæſt.*100.*art. vlt. ad* 3.& Aragon. *ibi concluſ.*4. Hucuſque Auila.

Sed probabilius reſpondeo: Non manere ſuſpenſum, quia cum prædicta bona fides, ſeu ignorantia culpabilis, à culpa excuſat, ita etiam à ſuſpenſionis pœna. Sic Henriquez *cap.* 37.*cit. num.*3.*&* 4. Sayrus *cap.*14.*cit. n.*6. Suarez *diſſ.*31.*cit. ſect.*4.*num.*4. Nauarr. *cap.*25.*n.*68. citans Bellameram, & Cardinalem Alexandrinum. Bonacina *num.*9.*cit.* Diana *part.*5.*tract.*16. *reſol.* 54. Ægidius *num.* 37. qui dicunt id eſſe verum, quamuis ille qui ignoranter ordinatus eſt per ſimoniam, ratificet poſtea promiſſionem factam ab amico; nam, ratihabitio non comparatur mandato in pœnis, niſi in iure exprimatur.

Dubium ſecundum. An, qui per ſimoniam realem, ſcienter ordinatur; ſuſpenſionem omnium ordinum, quos habet, incurrat?

Negant aliqui apud Suarium, ſentientes, ſolùm incurrere ſuſpenſionem ordinis ſimoniacè ſuſcepti, non aliorum. Ita etiam videtur tenere Hurtad. *diff.*13.*n.*39. *verſ. Quintò,* ibi: Ordinatus verò manet ſuſpenſus ab ordinibus ſic (*id eſt, ſimoniacè*) ſuſceptis, abſque vlla ſpe aſcendendi ad ſuperiores ordines.

Sed probabilius reſpondeo: Suſpenſionem abſolutam omnium ordinum incurrere, quia ſic decerni videtur in Extrauag. Pauli II. (non Pij II. vt leges apud Bonac.) cuius verba habet ſuprà *in hac ead. quæſt.*10. Et ideò hanc partem tenent Syluest. & Couarr. quos affert, & ſequitur Suarez *loc. cit ſect.*4.*num.*33. Auila *dub.*9.*citat. concluſ.*1. Henriquez *cap.* 37. *citat. num.*3. *&* 4.

QVÆSTIO XI.

An qui furtiuè, hoc eſt, neſciente Epiſcopo, nec approbante, nec examinante, Ordines ſuſcipit; ſit, ipſo facto, & iure, à ſuſceptis ſuſpenſus?

REſpondeo affirmatiuè, cum communi omnium ſententia, quia ſic habetur *in cap.*1.2.*&* 3. *de eo qui furtiuè ordines ſuſcipit.* Sic Bonacina *hic diſp.*3.*de ſuſpenſ punct.*5.§.1.*num.*12.*& de irregul. diſp.*8.*quæſt.*3. *punct.*4. *num.* 6. Suarez, Henriquez, Sayrus, & alij penes ipſum. Banny *quæſt.* 16. *de ſuſpenſ. verſ. Nonò,* Layman penes ipſum.

QVÆSTIO XII

An qui poſt matrimonium contractum, etiam non conſummatum, ſacros Ordines ſuſcipit; maneat ipſo facto ſuſpenſus ab ordinibus ſic ſuſceptis?

REſpondeo: Manere ipſo facto ſuſpenſum ab ordinibus ſic ſuſceptis, & ab aliis ſuperioribus ſuſcipiendis, & omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico, imo & à promotione ad hæc. Sic habetur in Extrauag. *Antiqua, de voto.* Ioann XXII. Quæ ſuſpenſio reſeruatur Pontifici, etiam matrimonio ſoluto; niſi forte ſoluatur per profeſſionem ordinati validè emiſſam, quia tunc Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt dicitur *in d. Extrauag.* Sic Suarez *diſp.*31.*ſect.*1. *num* 34. Filliuc. *tract.*18.*cap.*5.*q.*8.*num.*93. Bonac. *loc. cit num.*13. Hurtad. *diff.*13.*num.*40. Diana *part.*5.*tract.*10.*reſol.*59. ex Præpoſito 3.*part. quæſt.*3. *de ſuſpenſ. dub.*5. *num.* 40. Palao *diſp.*4.*punct.*10.§.1.*num.*10. Qui ſecus dicit, caſu quo recipiat ordines minores, quia Extrauagans ſupradicta ſolùm de ſuſceptione ordinum maiorum loquitur.

Dubium primum. An ſic Ordinatus maneat ſuſpenſus, etiam ab ordinibus ante matrimonium ſuſceptis?

Reſpondeo quod non, ſed ſolùm ab ordinibus poſt matrimonium ſuſceptis, quia in Extrauaganti citata expreſsè ſuſpenditur *ab ordine ſic ſuſcepto.* Sic Suarez *num.* 34.*citato.*

Dubium ſecundum. An etiam maneat ſuſpenſus, qui ex ignorantia, putans bona fide vxorem eſſe mortuam, ordines ſacros ſuſcipit?

Reſpondeo non manere ſuſpenſum. Tum quia, qui ſic ordines ſuſcepit, non contraxit culpam, ergo nec cenſuram. Tum quia ad hanc cenſuram contrahendam requiritur præſumptio, vt conſtat ex textu ibi: *Nemo præſumat, & ſi ſecus fuerit à quoquam attentatum:* ergo qui ſolum ex ignorantia proceſſit, non ſuſpenditur.

Debet nihilominus ſic ordinatus à miniſterio ſacro, durante matrimonio abſtinere, (niſi vxor cedens iuri ſuo emittat votum caſtitatis,) ſoluto tamen illlo, poterit ſine aliqua diſpenſatione, ſi nullum aliud intercedat impedimentum, in ordinibus miniſtrare. Sic Suarez *loc.cit.* 46. Filliuc. *n.* 93. *cit.* Bonac. *loc.cit.n.* 14. Saytus, Viualdus, & Ægidius penes ipſum. Præpoſitus & Diana nuper citati. Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 1. *n.* 10. *verſ. Quod ſi bona fide.*

QVÆSTIO XIII.

An Clericus in ſacris conſtitutus, publicè & notoriè concubinarius, aut fornicarius, ſit ſuſpenſus?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe ſecundum ius antiquum ſuſpenſum per *cap. Quæſitum, de cohabitat. cler. & mulier. cap. Nullus, & cap. Præter* 32. *diſt. cap. Si quis, diſt.* 81. *cap. Sacerdotes, diſt.* 50. & alibi. Ex quibus textibus, id docent communiter DD. Cardin. Hoſtienſ. Abbas, Nauarr. Couarr. & alij, quos citat, & ſequitur Suarez *diſt.* 31. *ſect.* 4. *n.* 4. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Dubium primum. An huiuſmodi ſuſpenſio, ſit ipſo iure lata?

Negant Suarez *diſt.* 31. *ſect.* 4. *num.* 11. Luyſius *lib.* 5. *de cenſur. diſp.* 46. *dub.* 5. & Mercerus *in* 3. *part. quæſt.* 14. *dub.* 18. *num.* 34. docentes, talem ſuſpenſionem ſolùm eſſe ferendam.

Sed probabilius reſpondeo affirmatiuè. Sic Nauarr. *cap.* 27. *num.* 154. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 36. Abbas, Rebuff. Anton. Sylueſt. & alij apud Auilam 3. *part. diſp.* 5. *dub.* 2. dicens, hanc opinionem ſtando in iure antiquo eſſe veram. Corneio *de ſuſpenſ. diſp.* 4. *dub.* 1. *caſu* 1. Bonacina *diſp.* 3. *punct.* 5. §. 1. *num.* 39. Philibertus *tract.* 1. *de ordine, part.* 8. *cap.* 3. *à num.* 9. Qui id probat ex *cap. veſtra, & cap. finali, de cohabitat. Clericor. cap. Præter hoc, diſt.* 32. & ex aliis textibus?

Dubium ſecundum. An hæc ſuſpenſio, ſit iam abrogata per diſſuetudinem?

Negat Philibertus *cap.* 3. *citat.* & penes ipſum, quamplures DD. docentes, textus citatos, contraria conſuetudine abrogatos non fuiſſe, ſed adhuc vigere & ſecundum illos iudicandum: & quatenus abrogati fuiſſent, Concilium Tridentium *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Reformat.* eos innouaſſe videtur iis verbis: *Alioquin pœnis à ſacris Canonibus, vel Statutis Eccleſiarum impoſitis puniantur.* Et in hunc ſenſum hunc textum intellexit Sacra Congregatio iis verbis: *Clerici notoriè concubinarij, etiam hodie ipſo iure ſunt ſuſpenſi.* Ita Philibertus.

Sed iis non obſtantibus, æquè probabiliter reſpondeo dictam ſuſpenſionem eſſe abrogatam per deſuetudinem & non vſum. Quod probat Corneio *diſp.* 4. *de ſuſpenſ. dub.* 1. *quæſt.* 2. ex Trident. *loc. cit* pro contraria parte, vbi videtur, (ait) vel renocatum ius antiquum, vel introductum nouum, eo quod antiquum ceſſauerat contraria conſuetudine. Vnde iam modò Clerici publici concubinarij, non ſunt ipſo iure ſuſpenſi, neque fideles tenentur abſtinere ab audiendis illorum Miſſis. Sic ille. Ex quo conſtat quod prædicti Clerici non manent ipſo iure ſuſpenſi, licèt ſuſpendi poſſint ſi opus fuerit iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Reformatione.* Sic etiam Sotus *in* 4. *diſt.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 6. *& diſt.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 9 Medina *lib.* 1. *ſumma, c.* 11. §. 8. Suarez, Auila, Bonacina, Corneio *loc. cit.* Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 49. Filliucius *tract.* 17. *cap.* 7. *quæſ.* 3. *num.* 114. Hurtad. *diff.* 15. *in fine*, vocans oppoſitum, falſum Legantur dicta à nobis 3. *p. tract. de audit. Miſſarum, diſp.* 2. *q.* 12.

QVÆSTIO XIV.

An qui ab Epiſcopo alieno, ſine licentia proprij, ſcienter ſacris initiatur, ſit ipſo iure ſuſpenſus?

NEgant Gloſſa *in cap. Eos qui, de tempore ordin. in* 6. Cuius ſententia quamuis attento iure antiquo ſuſtineri poſſet, vt fatetur Suarez *vbi infra*, attento tamen iure nouo, minimè. Ideóque

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe ipſo iure ſuſpenſum: & ſi, ante abſolutionem, in ordine ſic accepto, adminiſtret, manere irregularem. Quia ſic habetur in Extrauagante Pij II. *Cùm ex ſacrarum*, & in Trident. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *& ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 23. *de Reformat. c.* 8. Sic Nauarr. *c.* 27. *num.* 155. *& lib.* 1. *conſil.* 39. *de tempor. ordin.* Bern. Diaz, Couarr. & Sotus, quos affert, & ſequitur Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 3. *n.* 53. *&* 14. Philibert. *de ordine, tract.* 1. *lib.* 5. *part.* 5. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. *& c.* 11. *n.* 1. *& ſequent.* Corneio *loc. cit. caſu* 7. Auila *part.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 7. *verſ. Loquendo autem, & verſ. De tertia denique parte.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, alleg.* 8. *num.* 10. Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 1. *n.* 4. & nos 2. *part. tract.* 6. *de ordine, diſp.* 8. *quæſt.* 1. *&* 2.

Dubium primum. An etiam, qui minores Ordines aut etiam primam tonſuram ab alieno Epiſcopo, recipit, ipſo facto ſuſpenſionem eorundem incurrat?

Negant Auila 3. *part. diſp.* 4. *dub.* 7. *verſ. Secundò ſupponendum eſt*, & penes ipſum, Abbas *in cap. Quod tranſlationem, de temp. ordinat. cap.* 9. *num.* 2. Syluester *verb. Irregularitas, num.* 11. Tabiena *verb. Ordo* 3. *num.* 1. & Nauarr. *conſil.* 48. *de tempor. ordinat.* & alij Et videtur conuinci ex dictis *ſuprà quæſt.* 3. *dub.* 2. vbi docuimus cum communi, non eſſe ſuſpenſos ipſo facto, ſed ſolùm ſuſpendendos eos, qui ante legitimam ætatem ordines minores ſuſceperunt; atqui Bulla Pij II non ſolùm loquitur de recipientibus ordines ante legitimam ætatem, ſed etiam de recipientibus eos ab alieno Epiſcopo, ſine licentia, aut dimiſſoriis proprij: ergo in vtroque caſu eſt eadem intelligentia.

Sed reſpondeo: Manere etiam ipſo facto ſuſpenſos, non ex vi Extrauagantis Pij II. vt conuincit ratio facta; ſed ex vi cuiuſdam conſtitutionis Vrbani VIII. latæ die 11. *Decembr.* 1624 quã refert, ſequendo hanc noſtram ſententiam, Philibertus *tract.* 1. *de ordine, part.* 5. *cap.* 5. *num.* 2. *& cap.* 11. *num.* 8. *&* 16. de quo, & ex quo nos etiam 2. *part. tract.* 6. *diſp.* 8. *q.* 2 Legatur Palao *loco citato.*

Dubium ſecundum. An à prædicta ſuſpenſione excuſet bona fides, ſeu ignorantia mortaliter inculpabilis?

Reſpondeo ex ſæpè nuper dictis: Excuſare, qui excuſat à mortali culpa, propter quam ſolum imponitur hæc pœna. Sic Nauarrus *cap.* 17. *n.* 254. Toletus *lib.* 1. *cap.* 48. Philibertus *tract.* 1. *de ordine, part.* 5. *cap.* 11. *n.* 7. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 38. Suarez *diſput.* 31. *ſect.* 1. *n.* 14. Bonacina *tom.* 3. *de cenſur. diſp.* 3. *quæſt* 3 *punct.* 10. *num.* 15. & alij.

Dubium tertium An ab hac ſuſpenſione poſſit Epiſcopus nunc abſoluere?

Reſpondeo poſſe nunc, ſi delictum ſit occultum ex conceſſione Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. Nam quamuis Sixtus V. hanc ſuſpenſionem Romano Pontifici reſeruauerit, per quandam conſtitutionem incipientem, *Sanctum & ſalutare*: tamen poſtea Clemens VIII. per aliam conſtitutionem, quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*, moderauit, & ad terminos antiquos, Pij II. & Tridentini redegit. Sic Philibertus *loc. cit. numero* 5.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An Ordinati cum dimiſſoriis à Capitulo Sede vacante obtentu, infra annum vacationis incidant in ſuſpenſionem?

RESPONDEO tanquam certum: Incidere; niſi caſu, quo beneficij recepti, vel recipiendi neceſſitas cogat. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 7.* ibi. *Si ſecus fiat, Capitulum contraueniens, Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & ſic Ordinati, ſi in minoribus Ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudeant: in maioribus verò ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Sic Concilium. Et ex illo omnes. Legantur Philibertus *tract. 1. de Ordine, part. 6. cap. 5. à n. 12.* Corneio *dub. 1. cit. caſu* 8. Luyſius *lib. 5. diſp. 46. dub. vltimo.* Auila *3. part. diſp. 5. dub. 8. verſ. Octauus caſus eſt.* Diana *part. 5. tract. 10. reſol. 46* & alij. De quo etiam nos egimus *2. part. tract. 6. de Ordine, diſput. 10. à quæſt. 4.* vbi alia, quæ hîc deſiderari poſſunt, inuenientur.

QVÆSTIO XVI.

An etiam in ſuſpenſionem incidat, qui adhuc à proprio Epiſcopo ordinatur in aliena diœceſi ſine licentia proprij?

NEGARUNT Albericus *in l. Emancipati, ff. de adoptionib.* & Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Clericis, à quibus, & quomodo creentur, n. 12.* Quia exiſtimarunt, poſſe Epiſcopos extra propriam diœceſim, ſuis ſubditis ordines conferre.

Sed tanquam certum reſpondeo: Etiam in ſuſpenſionem incidere. Quia ſic habetur clarè in Trident. *ſeſſ. 14 de Reformat. cap. 2.* vbi ſuſpendit per annum Epiſcopos in aliena diœceſi, Pontificalia exercentes; & ordinatos vſu ordinis, ipſo iure priuat. Quod idem vetuit Concil. Antiochenum *cap. 22.* relatum in *cap. Epiſcoporum 9. quæſt. 2.* Sic communiter omnes. Legantur Philibertus *tract. 1. cit. part. 5. cap. 5. num. 12.* Corneio *loc. cit. caſu 9.* Palao *diſp. 4. puncto 10. §. 1. n. 5.* & ego *2. part. tract. 6. diſp. 8. q. 6.*

QVÆSTIO XVII.

An Clericus, publicè ſaltem, Sodomita, ſit ipſo iure ſuſpenſus?

AFFIRMANT plures DD. ſentientes Clericum Sodomitam occultum, vel notorium eſſe ſuſpenſum ipſo iure, & exercendo actum ordinis incurrere irregularitatem à ſolo Papa diſpenſabilem. Ita Couarr. *in Clement. Si furioſus, part. 1. §. 1. num. 6. de homicidio,* & penes illum, Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. Marian. & Socin. Quibus addi poſſunt Maiolus *lib. 5. de irregular. cap. 43.* Cenedo *Collect. 130. part. 2.* Alter. *tom. 2. diſput. 15. cap. 3.* Lambertin. Bernard. Diaz, Follerius. Franciſcus Marcus, & Caualcanus apud Philibertum *vbi infrà.*

Negant è contra alij, non abſolutè, ſed ſub diſtinctione, dicendo, quod ſi Clericus Sodomita eſt occultus, non ſit ſuſpenſus, nec celebrando fiat irregularis: Si verò ſit publicus, & notorius, ſit ſuſpenſus, & exercendo actum ordinis, fiat irregularis. Ita Philibertus *tract. 1. de Ordine, part. 8. cap. 4. à num. 34.* præcipuè *num. 36.* & penes ipſum, Nauarr. *cap. 27. n. 149.* Henriquez *lib. 14. cap. 5.* Philiarcus *lib. 4. de officio Sacerd. cap. 15.* Valentia *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 19 punct. 3. n. 5.* Azor. *part. 3. lib. 3. cap. 19. quæſt. 6. & 7.* Vgolinus *de irregularit. cap. 43. §. 3. num. 4.* Quaranta *verb. Sodomia, in addit.* Rodriguez *part. 1. ſumma, cap. 109. num. 1.* Reginaldus *lib. 22. cap. 3. num. 50.* Graffius *lib. 4. deciſ. cap. 25. num. 17.* Auila *part. 3. diſp. 5. dub. 3.* Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib. 2 cap. 25. §. 5. num. 34* Bonacina *de Cenſur. diſp. 3. q. 6. punct. 5. num. 3. & de Matrim. quæſt. 4. punct. 11. n. 2.* Barboſa *de offic. Epiſcopi, alleg. 10. n. 195. part. 2.* Diana *1. part. 17. reſol. 69.* Campanilis, Lazarius, Sanctarellus, & Garzias.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Nec occultum, nec publicum Sodomitam, eſſe ipſo iure ſuſpenſum, nec irregularem. Ratio eſt, quia nullus debet puniri pœna ſuſpenſionis, vel irregularitatis, niſi de illa in iure manifeſtè conſtet: ſed in iure nulla eſt manifeſta ſuſpenſio, ipſo facto, vel irregularitas contra Clericos Sodomitas etiam publicos; vt ipſi contrarij fatentur: ergo. Sic Suarez *diſp. 31. ſect. 3. à num. 19.* Filliucius *tract. 17. cap. 7. quæſ. 4. num. 125.* Ganantus *in Man. Epiſcop. verb. Irregularitas, num. 32.* Auila *loco* pro ſecunda ſententia à Philiberto malè *citato*; ait enim ſic: Mihi videtur, quod Clericus Sodomita, nec occultus, nec notorius, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, etiam ſtando in iure antiquo. Sic ille; quod benè probat, & citat pro hac parte Henriquez *cap. 16. & lib. 14. cap. 5. num. 1. lit. F.* Et benè. Ait namque ſic: At hæc pœna, ſicut à priuatio beneficij, requirit nouam ſententiam iudicis. Tenet etiam Hurtadus *diſſ. 13. de ſuſpenſ. in fine,* per hæc verba: Aduertimus tamen plures ſuſpenſiones à nonnullis aſſerri, quæ verè non ſunt, præſertim eam, quæ dicunt eſſe ſuſpenſum Clericum, qui eſt publicus peccator, præſertim concubinarius, quod eſſe falſum deducitur ex Tridentino *ſeſſ. 21. cap. 14. de Reformat.* Sodomita quoque non eſt ſuſpenſus, vt aduertit Ægidius *n. 56.* quamuis Pius V. ſua conſtitutione 70. tale nefas exercentes omni beneficio, officio, dignitate, & priuilegio clericali priuet: quia hæc conſtitutio non obligat ante ſententiam iudicis, præſertim Sodomitam occultum, vt aduertunt Suarez, & Ægidius. Imò ea conſtitutio, & pœnæ, frequentiam, ſeu exercitium requirit. Sic Hurtadus. Imò hanc ſententiam tenere videtur Bonacina *de Cenſur. loco* pro ſecunda ſententia *adducto,* quatenus & abſolutè docet Clericum Sodomiæ labe coinquinatum, non eſſe ipſo iure ſuſpenſum, neque irregularem, & pro ſua opinione citat Auilam, & Filliucium, qui expreſsè noſtram doctrinam docent, contra Azorium, qui docet ſententiam ſecundam.

QVÆSTIO XVIII.

An Clericus publicè portans veſtes virgatas, vel partitas, Hiſpanè, Veſtidos bordados, ò texidos de diuerſos colores, *ſit ipſo iure ſuſpenſus?*

RESPONDEO tanquam certum: Eſſe. Ita tamen, quod, ſi eſt Clericus beneficiarius, eſt ipſo facto ſuſpenſus per ſex menſes à perceptione fructus: ſi non eſt beneficiarius, ſed eſt in ſacris conſtitutus, per idem tempus redditur eo ipſo inhabilis ad beneficia: & idem eſt dicendum de aliis Clericis, qui non ſunt in ſacris, ſi ſimul cum huiuſmodi partita veſte, deferant coronam. Sic ex *Clement. 2. Quoniam, de vita, & honeſt. Clericor.* docet Nauarr. *cap. 27. num. 157. §. 13.* Couarr. *pract. cap. 31. num. 7. verſ. Quartò.* Sylueſter, Bernard. Diaz, & alij, quos affert, & ſequitur Henriquez *lib. 13. cap. 39. num. 3. lit. A.* Auila *3. diſp. 5 dub. 8. verſ. Vndecimus caſus.* Suarez *diſput. 31. ſect. 3. num. 1.* Filliucius *tract. 17. cap. 6. quæſ. 5. num. 106.* Corneio *loc. cit caſu 13.* Bonacina *diſp. 3. quæſt. 6 punct. 5. §. 1. n. 21.* Ægidius *num. 42. ſuſpenſ. 9.* Palao *diſput. 4. punct. 10. §. 3. num. 12.* & alij penes ipſos. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Dubium

Digitized by Google

Debet nihilominus ſic ordinatus à miniſterio ſacro, durante matrimonio abſtinere, (niſi vxor cedens iuri ſuo emittat votum caſtitatis,) ſoluto tamen illo, poterit ſine aliqua diſpenſatione, ſi nullum aliud intercedat impedimentum, in ordinibus miniſtrare. Sic Suarez *loc.cit.*46. Filliuc.*n.*93. *cit.* Bonac.*loc.cit.n.*14. Sayrus, Viualdus, & Ægidius penes ipſum. Præpoſitus & Diana nuper citati. Palao *diſp* 4.*punct.*10.§.1.*n.*10. *verſ. Quod ſi bona fide.*

QVÆSTIO XIII.

An Clericus in ſacris conſtitutus, publicè & notoriè concubinarius, aut fornicarius, ſit ſuſpenſus?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe ſecundum ius antiquum ſuſpenſum per *cap Quæſitum, de cohabitat. cler. & mulier. cap. Nullus, & cap. Præter* 32.*diſt. cap. Si quis, diſt.*81.*cap. Sacerdotes, diſt.*50.& alibi. Ex quibus textibus, id docent communiter DD. Cardin. Hoſtienſ. Abbas, Nauarr. Couarr & alij, quos citat, & ſequitur Suarez *diſt.*31.*ſect.*4.*n.*4. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Dubium primum. An huiuſmodi ſuſpenſio, ſit ipſo iure lata?

Negant Suarez *diſt.*31 *ſect.*4.*num.*11. Luyſius *lib.*5. *de cenſur. diſp.*46.*dub.*5.& Mercerus *in* 3.*part. quæſt.*14. *dub.*18.*num.*34. docentes, talem ſuſpenſionem ſolùm eſſe ferendam.

Sed probabilius reſpondeo affirmatiuè. Sic Nauarr. *cap.*27.*num.*154. Henriquez *lib.*13.*cap.*36. Abbas, Rebuff. Anton. Syluest. & alij apud Auilam 3.*part. diſp.*5. *dub.*2. dicens, hanc opinionem ſtando in iure antiquo eſſe veram. Corneio *de ſuſpenſ. diſp.*4.*dub.*1.*caſu* 1. Bonacina *diſp.*3.*punct.*5.§.1.*num.* 39. Philibertus *tract.*1. *de ordine, part.*8.*cap.*3.*à num.*9. Qui id probat ex *cap. veſtra, & cap. finali, de cohabitat. Clericor cap. Præter hoc, diſt.*32.& ex aliis textibus?

Dubium ſecundum. An hæc ſuſpenſio, ſit iam abrogata per diſſuetudinem?

Negat Philibertus *cap.* 3. *citat.* & penes ipſum, quamplures DD. docentes, textus citatos, contraria conſuetudine abrogatos non fuiſſe, ſed adhuc vigere & ſecundum illos iudicandum: & quatenus abrogati fuiſſent, Concilium Tridentium *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Reformat.* eos innouaſſe videtur iis verbis: *Alioquin pœnis à ſacris Canonibus, vel Statutis Eccleſiarum impoſitis puniantur.* Et in hunc ſenſum hunc textum intellexit Sacra Congregatio iis verbis: *Clerici notoriè concubinarij, etiam hodie ipſo iure ſunt ſuſpenſi.* Ita Philibertus.

Sed iis non obſtantibus, æquè probabiliter reſpondeo dictam ſuſpenſionem eſſe abrogatam per deſuetudinem & non vſum. Quod probat Corneio *diſp.*4. *de ſuſpenſ. dub.*1.*quæſt.*2. ex Trident. *loc. cit* pro contraria parte, vbi videtur, (ait) vel reuocatum ius antiquum, vel introductum nouum, eo quod antiquum ceſſauerat contraria conſuetudine. Vnde iam modò Clerici publici concubinarij, non ſunt ipſo iure ſuſpenſi, neque fideles tenentur abſtinere ab audiendis illorum Miſſis. Sic ille. Ex quo conſtat quod prædicti Clerici non manent ipſo iure ſuſpenſi, licèt ſuſpendi poſſint ſi opus fuerit iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.*25.*cap.* 14. *de Reformatione.* Sic etiam Sotus *in* 4.*diſt.*1.*quæſt.*5. *art.*6. *& diſt.*13.*quæſt.*1.*art.*9 Medina *lib.*1.*ſumma, c.*11.§.8. Suarez, Auila, Bonacina, Corneio *loc. cit.* Diana *part.*5. *tract.* 10. *reſolut.* 49. Filliucius *tract.* 17. *cap.*7. *quæſ.*3. *num.*124. Hurtad. *diff.*13. *in fine*, vocans oppoſitum, falſum Legantur dicta à nobis 3.*p. tract. de audit. Miſſarum, diſp.*2.*q.*12.

QVÆSTIO XIV.

An qui ab Epiſcopo alieno, ſine licentia proprij, ſcienter ſacris initiatur, ſit ipſo iure ſuſpenſus?

NEgant Gloſſa *in cap. Eos qui, de tempore ordin. in* 6. Cuius ſententia quamuis attento iure antiquo ſuſtineri poſſet, vt fatetur Suarez *vbi infrà*, attento tamen iure nouo, minimè. Ideóque

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe ipſo iure ſuſpenſum: & ſi, ante abſolutionem, in ordine ſic accepto, adminiſtret, manere irregularem. Quia ſic habetur in Extrauagante Pij II. *Cùm ex ſacrarum*, & in Trident. *ſeſſ.*6.*cap.*5.*& ſeſſ.*14.*cap.*2. *& ſeſſ.*23.*de Reformat. c.*8. Sic Nauarr. *c.*27.*num.*155.*& lib.*1.*conſil.*39. *de tempor. ordin.* Bern. Diaz, Couarr. & Sotus, quos affert, & ſequitur Suarez *diſp.*31.*ſect.*1.*n.*53.*&* 14. Philibert. *de ordine, tract.*1.*lib.*5.*part.*5.*cap.*5.*num.*1.*&* 2. *& c.*11.*n.*1. *& ſequent.* Corneio *loc. cit. caſu* 7. Auila *part.*3. *diſp.*5. *dub.*7. *verſ. Loquendo autem, & verſ. De tertia denique parte.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, alleg.* 8. *num.* 10. Palao *diſp.*4.*punct.*10.§.1.*n.*4.& nos 2.*part. tract.*6.*de ordine, diſp.*8.*quæſt.*1.*&* 2.

Dubium primum. An etiam, qui minores Ordines aut etiam primam tonſuram ab alieno Epiſcopo, recipit, ipſo facto ſuſpenſionem eorundem incurrat?

Negant Auila 3.*part. diſp.*4.*dub.*7.*verſ. Secundò ſupponendum eſt*, & penes ipſum, Abbas *in cap. Quod tranſlationem, de temp. ordinat. cap.* 9. *num.* 2. Sylueſter *verb. Irregularitas, num.*11. Tabiena *verb. Ordo* 3.*num.*1. & Nauarr. *conſil.*48.*de tempor. ordinat.* & alij. Et videtur conuinci ex dictis *ſuprà quæſt.*3.*dub.* 2. vbi docuimus cum communi, non eſſe ſuſpenſos ipſo facto, ſed ſolùm ſuſpendendos eos, qui ante legitimam ætatem ordines minores ſuſceperunt; atqui Bulla Pij II non ſolùm loquitur de recipientibus ordines ante legitimam ætatem, ſed etiam de recipientibus eos ab alieno Epiſcopo, ſine licentia, aut dimiſſoriis proprij: ergo in vtroque caſu eſt eadem intelligentia.

Sed reſpondeo: Manere etiam ipſo facto ſuſpenſos, non ex vi Extrauagantis Pij II. vt conuincit ratio facta; ſed ex vi cuiuſdam conſtitutionis Vrbani VIII. latæ die 11. *Decembr.* 1624 quā refert, ſequendo hanc noſtram ſententiam, Philibertus *tract.*1. *de ordine, part.*5.*cap.*5.*num* 2.*& cap.*11.*num.*8.*&* 16. de quo, & ex quo nos etiam 2.*part. tract.*6.*diſp.*8.*q.*2 Legatur Palao *loco citato.*

Dubium ſecundum. An à prædicta ſuſpenſione excuſet bona fides, ſeu ignorantia mortaliter inculpabilis?

Reſpondeo ex ſæpè nuper dictis: Excuſare, qui excuſat à mortali culpa, propter quam ſolum imponitur hæc pœna. Sic Nauarrus *cap.*27.*n.*254. Toletus *lib.*1 *cap.*48. Philibertus *tract.*1.*de ordine, part.*5.*cap.*11. *n.*7. Henriquez *lib.*13.*cap.*38. Suarez *diſput.* 31.*ſect.*1. *n.*14. Bonacina *tom.*3.*de cenſur. diſp.*3.*quæſt* 3 *punct.*10. *num.* 15. & alij.

Dubium tertium An ab hac ſuſpenſione poſſit Epiſcopus nunc abſoluere?

Reſpondeo poſſe nunc, ſi delictum ſit occultum ex conceſſione Trident *ſeſſ.*24.*cap.*6. Nam quamuis Sixtus V. hanc ſuſpenſionem Romano Pontifici reſeruauerit, per quandam conſtitutionem incipientem, *Sanctum & ſalutare*: tamen poſtea Clemens VIII. per aliam conſtitutionem, quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*, moderauit, & ad terminos antiquos, Pij II. & Tridentini redegit. Sic Philibertus *loc. cit. numero* 5.

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An Ordinati cum dimiſſoriis à Capitulo Sede vacante obtentis, infra annum vacationis incidant in ſuſpenſionem?

RESpondeo tanquam certum: Incidere; niſi caſu, quo beneficij recepti, vel recipiendi neceſſitas cogat. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ.7. de Reformat. cap.7.* ibi. *Si ſecus fiat, Capitulum contraueniens, Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & ſic Ordinati, ſi in minoribus Ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudeant: in maioribus verò ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Sic Concilium. Et ex illo omnes. Legantur Philibertus *tract.1. de Ordine, part.6. cap.3. à n.12.* Corneio *dub.1. cit. caſu* 8. Luyſius *lib.5. diſp.46. dub. vltimo.* Auila 3. *part. diſp.5. dub.8. verſ. Octauus caſus eſt.* Diana *part.5. tract.10. reſol.46* & alij. De quo etiam nos egimus 2. *part. tract. 6. de Ordine, diſput.10. à quæſt.4.* vbi alia, quæ hîc deſiderari poſſunt, inuenientur.

QVÆSTIO XVI.

An etiam in ſuſpenſionem incidat, qui adhuc à proprio Epiſcopo ordinatur in aliena diœce ſi ſine licentia proprij?

NEgarunt Albericus *in l. Emancipati, ff. de adoptionib.* & Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Clericis, à quibus, & quomodo creentur, n.12.* Quia exiſtimarunt, poſſe Epiſcopos extra propriam diœceſim, ſuis ſubditis ordines conferre.

Sed tanquam certum reſpondeo: Etiam in ſuſpenſionem incidere. Quia ſic habetur clarè in Trident. *ſeſſ.14. de Reformat. cap. 2.* vbi ſuſpendit per annum Epiſcopos in aliena diœceſi, Pontificalia exercentes; & ordinatos vſu ordinis, ipſo iure priuat. Quod idem vetuit Concil. Antiochenum *cap.22.* relatum in *cap. Epiſcoporum 9. quæſt.2.* Sic communiter omnes. Legantur Philibertus *tract.1. cit. part.5. cap.5. num.12.* Corneio *loc. cit. caſu* 9. Palao *diſp.4. puncto* 10. §.1. *n.5.* & ego 2. *part. tract.6. diſp.8, q.6.*

QVÆSTIO XVII.

An Clericus, publicè ſaltem, Sodomita, ſit ipſo iure ſuſpenſus?

AFfirmant plures DD. ſentientes Clericum Sodomitam occultum, vel notorium eſſe ſuſpenſum ipſo iure, & exercendo actum ordinis incurrere irregularitatem à ſolo Papa diſpenſabilem. Ita Couarr. *in Clement. Si furioſus, part 1. ſeſſ.1. num.6. de homicidio,* & penes illum, Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. Marian. & Socin. Quibus addi poſſunt Maiolus *lib.5. de irregular. cap.43.* Cenedo *Collect.130. part.2.* Alter. *tom.2. diſput.15. cap.3.* Lambertin. Bernard. Diaz, Follerius. Franciſcus Marcus, & Caualcanus apud Philibertum *vbi infrà.*

Negant è contra alij, non abſolutè, ſed ſub diſtinctione, dicendo, quod ſi Clericus Sodomita eſt occultus, non ſit ſuſpenſus, nec celebrando fiat irregularis: Si verò ſit publicus, & notorius, ſit ſuſpenſus, & exercendo actum ordinis, fiat irregularis. Ita Philibertus *tract.1. de Ordine, part.8. cap.4. à num.34.* præcipuè *num.36.* & penes ipſum, Nauarr. *cap.27. n.149.* Henriquez *lib.14. cap.5.* Philiarcus *lib.4. de officio Sacerd. cap.15.* Valentia *tom.4. diſp.7. quæſt.19 punct.3. n.5.* Azor. *part.3. lib.3. cap.19. quæſt.6. & 7.* Vgolinus *de irregularit. cap.43. §.3. num.4.* Quaranta *verb. Sodomia, in addit.* Rodriguez *part.1. ſumma, cap.109. num.1.* Reginaldus *lib.22. cap.3. num.50.* Graffius *lib 4. deciſ. cap.25. num.17.* Auila *part.3. diſp.5. dub.3.* Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.2 cap.25. §.5. num.34.* Bonacina *de Cenſur. diſp.3. q.6. punct.5. num.3. & de Matrim. quæſt.4. punct.11. n.2.* Barboſa *de offic. Epiſcopi, alleg.10. n.195. part.2.* Diana 1. *part. 17. reſol.69.* Campanilis, Lazatius, Sanctarellus, & Garzias.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Nec occultum, nec publicum Sodomitam, eſſe ipſo iure ſuſpenſum, nec irregularem. Ratio eſt, quia nullus debet puniri pœna ſuſpenſionis, vel irregularitatis, niſi de illa in iure manifeſtè conſtet: ſed in iure nulla eſt manifeſta ſuſpenſio, ipſo facto, vel irregularitas contra Clericos Sodomitas etiam publicos; vt ipſi contrarij fatentur: ergo. Sic Suarez *diſp.31. ſect.3. à num.19.* Filliucius *tract.17. cap.7. quæſ.4. num.125.* Ganantus *in Man. Epiſcop. verb. Irregularitas, num.32.* Auila *loco* pro ſecunda ſententia à Philiberto malè *citato*; ait enim ſic: Mihi videtur, quod Clericus Sodomita, nec occultus, nec notorius, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, etiam ſtando in iure antiquo. Sic ille; quod benè probat, & citat pro hac parte Henriquez *cap.16. & lib.14. cap.5. num.1. lit.F.* Et benè. Ait namque ſic: At hæc pœna, ſicut à priuatio beneficij, requirit nouam ſententiam iudicis. Tenet etiam Hurtadus *diff.13. de ſuſpenſ. in fine,* per hæc verba: Aduertimus tamen plures ſuſpenſiones à nonnullis aſſerri, quæ verè non ſunt, præſertim eam, quæ dicunt eſſe ſuſpenſum Clericum, qui eſt publicus peccator, præſertim concubinarius, quod eſſe falſum deducitur ex Tridentino *ſeſſ.21. cap.14. de Reformat.* Sodomita quoque non eſt ſuſpenſus, vt aduertit Ægidius *n.56.* quamuis Pius V. ſua conſtitutione 70. tale nefas exercentes omni beneficio, officio, dignitate, & priuilegio clericali priuet: quia hæc conſtitutio non obligat ante ſententiam iudicis, præſertim Sodomitam occultum, vt aduertunt Suarez, & Ægidius. Imò ea conſtitutio, & pœnæ, frequentiam, ſeu exercitium requirit. Sic Hurtadus. Imò hanc ſententiam tenere videtur Bonacina *de Cenſur. loco* pro ſecunda ſententia *adducto,* quatenus & abſolutè docet Clericum Sodomiæ labe coinquinatum, non eſſe ipſo iure ſuſpenſum, neque irregularem, & pro ſua opinione citat Auilam, & Filliucium, qui expreſsè noſtram doctrinam docent, contra Azorium, qui docet ſententiam ſecundam.

QVÆSTIO XVIII.

An Clericus publicè portans veſtes virgatas, vel partitas, Hiſpanè, Veſtidos bordados, ò texidos de diuerſos colores, *ſit ipſo iure ſuſpenſus?*

REſpondeo tanquam certum: Eſſe. Ita tamen, quod, ſi eſt Clericus beneficiarius, eſt ipſo facto ſuſpenſus per ſex menſes à perceptione fructus: ſi non eſt beneficiarius, ſed eſt in ſacris conſtitutus, per idem tempus redditur eo ipſo inhabilis ad beneficia: & idem eſt dicendum de aliis Clericis, qui non ſunt in ſacris, ſi ſimul cum huiuſmodi partita veſte, deferant coronam. Sic ex *Clement.2. Quoniam, de vita, & honeſt. Clericor.* docet Nauarr. *cap.27. num.157. §.13.* Couarr. *pract. cap.31. num.7. verſ. Quartò.* Sylueſter, Bernard. Diaz, & alij, quos affert, & ſequitur Henriquez *lib.13. cap.39. num.3. lit. A.* Auila 3. *diſp.5 dub.8. verſ. Vndecimus caſus.* Suarez *diſput. 31. ſect.3. num.1.* Filliucius *tract.17. cap.6. quæſ.5. num.106.* Corneio *loc. cit caſu 13.* Bonacina *diſp.3. quæſt.6 punct.5. §.1. n.21.* Ægidius *num.42. ſuſpenſ. 9.* Palao *diſput.4. punct.10. §.3. num.12.* & alij penes ipſos. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Dubium

Dubium primum. An in aliquo caſu poſſit Clericus vtens prædictis veſtibus, excuſari à ſuſpenſionis pœna?

Reſpondeo quod ſic. Nam *Primò*, poteſt excuſari caſu, quo geſtet prædictas veſtes, non publicè, ſed ſecretò, vt domi in ſtudio. *Secundò*, ſi geſtet ſub aliis veſtibus, ita vt publicè non appareant. *Tertiò*, ſi geſtet ob celebrationem alicuius feſti ad breue tempus, vt Doctoratus, nuptiarum, aut ob aliam iuſtam cauſam, & *Quartò*, ſi ſecundum prudentium hominum arbitrium, conſiderata loci conſuetudine, ſolùm peccet venialiter. In iis namque caſibus excuſabitur Clericus vtens dictis veſtibus ab incurſione ſuſpenſionis, vt docent Nauarrus, Henriquez, Suarez, Palao, Auila, Filliucius, & Bonacina *locis cit.*

Dubium ſecundum. An hæc ſuſpenſionis pœna, ſit conſuetudine abrogata?

Negant communiter DD. quatenus ſupponunt, de facto incurrere dictam pœnam Clericos, qui abſque rationabili cauſa, dictis veſtibus vtuntur.

Sed ego reſpondeo dicendum id non eſſe omnino certum; quia non deſunt aliqui Recentiores, vt teſtatur Henriquez *loc. cit. lit. A.* & ex illo Auila, necnon, ex hoc, Bonacina *loc. cit.* aſſerentes, hanc ſuſpenſionem eſſe derogatam conſuetudine. Vnde Palao *loc. cit.* hæc ſcribit verba: Plura in d. Clement. ſtatuuntur de veſtibus, quæ vſu abrogata ſunt, teſte Suarez *ſuprà*. Quare eam tantùm credo vim habere, quæ Clericum ignotum redderent, & ſæcularem eſſe omnibus indicarent. Sic ille. Et bene.

Qvæstio XIX.

An maneat ſuſpenſus Sacerdos, qui etiam intuitu cuiuſvis priuilegij, aut conſuetudinis, ſponſis benedicit, aut matrimonio coniungit, ſine proprij illorum Parochi licentia?

RЕſpondeo tanquam certum: Manere ſuſpenſum, donec ab Epiſcopo illius Parochi, cuius officium vſurpauit, abſoluatur. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ. 24. de Reformat. matrimonij, cap. 1.* Sic omnes. Legantur Suarez *hîc diſp. 31. ſect. 3. n. 18* Auila *3. part. diſp. 5. dub. 8. verſ. Nonus caſus eſt.* Nauarr. *cap. 22. n. 69.* Henriq. *lib. 13. cap. 39 num. 3.* Sanchez *lib. 3. de Matrimonio, diſp. 52. num. 4* Filliucius *tract. 17. cap. 7. n. 102.* Palao *diſp. 2. punct. 10. §. 2. n. 2.* Ægidius *diſp 15. dub. 5. num. 46. ſuſpenſ. 16.* Bonacina *diſp. 3. de ſuſpenſ. punct. 5. §. 1. n. 20.* & alij. Qui extendunt ad Regulares coniungentes in matrimonium, vel benedicentes, *&c.* Sed circa hanc ſuſpenſionem, ſit

Dubium primum. An hæc ſuſpenſio ſit ipſo iure lata?

Negat Couarr. *de Matrim. part. 2. c. 6. n. 13.* & probabiliter, inquit Filliuc. *loco* nuper *cit.* quia exiſtimat, ſolùm eſſe ferendam, ob verbum, *Suſpendatur.*

Sed probabilius reſpondeo: Eſſe ipſo iure latam, quia ſic apertius colligitur ex Tridentino *loc. cit.* Sic Henriquez *lib. 13. cap. 39. num. 3.* iis verbis: Clericus, qui abſque Parochi, vel Ordinarij licentia aſſiſtit contrahentibus matrimonium de præſenti (quamuis nunc ſit irritum) ſit ſuſpenſus triennio, nec poteſt ante lapſum triennij abſolui per Epiſcopum, à tali ſuſpenſione publica. Sic ille. Et Suarez *diſp. 31. ſect 3. n. 18.* Sayrus *cap. 15. n. 8.* Ægidius, Hurtad. Auila *loc. cit.* Palao *diſp. 4. punct. 10. §. 2. n. 2.* & alij.

Dubium ſecundum. An prædictus Sacerdos matrimonio aſſiſtens, ſolùm maneat ſuſpenſus ab officio Sacerdotali?

Affirmant Suarez, & Ægidius, qui id colligunt ex ſubiecta materia, iuxta quam determinari debet & pœna. Cùm igitur Sacerdos propter abuſum ſacerdotalis muneris ſuſpendatur, rectè intelligitur ſuſpendi ſolùm formaliter quatenus Sacerdos eſt, atque adeò ſolùm à Sacerdotali munere ſeu officio, non ſimul etiam à beneficio. Hos DD. ſequitur Palao *num. 2. citato.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non ſolùm ab officio ſacerdotali, ſed etiam à beneficio ſuſpendi. Quia Concilium abſolutè, & ſine limitatione ſuſpendit dictum Sacerdotem: ergo ab officio, & beneficio intelligi debet ſuſpenſum. Sic Bonacin. *diſp. 3. quæſt. 3. punct. 5. n. 7.* Hurtadus *diſſ. 13. de ſuſpenſ. verſ. Nonò Sacerdos*, & Filliucius *tract. 17. cap. 6. quæſ. 4. n. 101.*

Qvæstio XX.

An celebrans Miſſam & in ea non communicans, maneat ipſo iure ſuſpenſus?

RЕſpondeo manere ſuſpenſum per annum à communione: per textum *in cap. Relatum. de conſecr. diſt. 2.* Sic omnes. Bonacina *punct. 5. cit. §. 1. num. 15.* ex Maiolo *lib. 3. cap. 16.* & Sayro *lib. 4. cap. 15. num. 3.* docentibus, hanc ſuſpenſionem effugere illum, qui vnam tantum speciem ſumeret; cum hic verè diceretur communicare. Quod additum, non admittit Palao *diſp 4. punct. 10. §. 2. num. 6.* docens adhuc in hoc caſu manere ſuſpenſum, directè ab ſpecie, quam malitiosè non ſumit, indirectè verò ab alia ſimul; cum non poſſit vnam ſine alia recipere.

Qvæstio XXI.

An Sacerdos, qui ſine graui cauſa, Miſſam incompletam omitteret; ipſo iure, & facto, ſuſpendatur à corpore, & ſanguine Chriſti?

NЕgat Filliucius *tract. 17. cap. 7. quæſ. 4. num. 103.* exiſtimans, non dari in iure, contra Miſſam imperfectam omittentem, ſuſpenſionem latam, ſed ad ſummum, inferendam. Quia *in cap. Nullus Epiſcopus, de conſecrat. diſt. 1.* in his verbis: *A corpore & ſanguine Chriſti ſuſpenſus ſit*; non ſuſpenſio latæ ſententiæ, ſed inferendæ continetur. Vnde Gloſſa *ibi*, loco verborum, *ſuſpenſus ſit*, vtitur verbo, *ſuſpendatur*, quod apertè ſuſpenſionem ferendam importat. Hæc Filliucius.

Sed probabilius reſpondeo: Ipſo iure manere ſuſpenſum à corpore & ſanguine Chriſti. Quia probabilius eſt, prædicta verba à Filliucio relata, cenſuram ipſo facto importare, vt bene docet Bonacina *diſp. 3. de ſuſpenſ. punct. 5. §. 1. num. 17.* ergo. Sic ille.

Qvæstio XXII.

An ſint aliæ ſuſpenſiones ipſo iure, contra Clericos latæ?

RЕſpondeo eſſe alias. Et quia rarò occurrunt, eas ad compendium redigemus.

Eſt namque 22. contra Clericos vtentes ordine, in loco interdicto, præter modum iure conceſſum. *cap. Is qui, de ſentent. excommun. in 6.* de hac legantur Syluest. *interdictum 6. num. 3.* Angel. *eod. verſ. 7. num. 7.* Armilla *num. 58.* Necnon Filliuc. *tract. 17. cap. 15. n. 98.* & Palao *diſp. 4. punct. 10. § 2. n. 7.* Qui tamen talem ſuſpenſionis ſententiam latam *in d. cap.* eſſe ſolùm ferendam; probabiliter docent.

23. Contra celebrantes coram excommunicato, vel interdicto, *cap. Epiſcoporum, de Priuileg.*

24. Contra tradentes ſepulturæ publicos vſurarios, *cap. Quia in omnibus, de vſuris.*

25. Contra

Digitized by Google

25. Contra Parochos iungentes ſponſos alterius Parochiæ, ſine licentia. Trident.*ſeſſ*.25.*cap*.1. *de Reformat.matrimon.*De hac Suarez *diſput*.11.*ſect*.3.*n*.18. Filliucius *tract*.17. *cap*.6. *num*. 101. Bonacina *tom* 3. *diſp*.3.*quæſt*.3.*punct*.5.*n*.7.Palao *diſp*.4.*pun*.10.§.2.*n*.2. & alij.

26 Contra eoſdem Parochos non prohibentes matrimonia clandeſtina, cap.*Ea inhibitio, de clan.deſpon. impub.* De hac, Henriquez *lib*.14.*cap*.39.*num*.3. & Sayrus *lib*.4.*cap*.15.*num*. 8. exiſtimantes, eſſe ipſo iure ab officio ſuſpenſos. Contra Couarr.4. *Decretal.* 2.*part.cap*.6.*num*.13.Sanchez *lib*.3.*diſput*.48.*à num*.6. Bonac. *tom*.3.*diſp*.3.*quæſt*.3 *punct*.5.*num*. 9.Filliucium *tract*.17.*cap*.14.*num* 162.& Palao *diſp*.4 *punct*.10.§.2. *num*. 3. docentes talem ſuſpenſionem ſolum eſſe ferendam.

27. Contra Clericos, aut Prælatos grauantes alienis debitis Eccleſias ſibi commiſſas,cap. *Si quorundã, de ſolution.*De hac Suarez *diſp*.31.*ſect*.1.*n* 2.Filliucius *tract*.16.*cap*.6.*q*.5.Bonac.*tom*.3.*diſp*.3.*quæſt*.4.*punct*.14. & Palao *diſp*.5.*punct*.10.§ 2 *n*.4.

28. Contra eos,qui ſede vacante, occupant bona, quæ ad Prælatum defunctum, vel ad futurum,vel ad Eccleſiam pertinent, cap. *Quia ſæpe, de elect.in* 6 De qua Suarez *diſp*.31.*ſect*.3.*n*. 3. Bonacina *tom*.3.*diſp*.3. *quæſt*.4.*punct*.15.*per totum*. Palao *diſp*.4.*punct*. 10.§.2. *num*.8.& alij, docentes ſub hac conſtitutione ſolum comprehendi perſonas, quæ ſunt ex Eccleſia,Collegio,ſeu Conuentu, cuius bona vſurpantur.

29. Contra eligentes indignum ad Epiſcopatum, vel Curatum,vel ad aliud officium, quod habet annexam curam animarum, nam hic ſuſpenditur à beneficio per triennium,cap. *Cùm in cunctis*,§. *finali,de elect.*De qua Sayrus *lib*.4.*c*.15 *num*.11,Suarez *diſp*.31. *ſect*.3.Bonacina *tom*.3.*diſp*.3.*q*.4 *punct*.1.*n*.8.Palao §.2. *cit.n*. 1.

30. Contra conſentientem electioni de ſe factæ, per abuſum ſecularis poteſtatis,cap. *Quiſquis,de elect.* De qua an ſit ſuſpenſio iure lata, aut ſolum ferenda, agit Suarez *ſect*.3.*cit.num*. 19. Bonacina *tom*.3.*diſp*.3. *quæſt*.4.*punct*.3 *num*.3 & Palao *loco cit*.& concludunt, ſolum eſſe ferendam.

31. Contra occupantes bona, cenſus, *&c.* Eccleſiæ, beneficij, aut loci pij. Trident.*ſeſſ*.22.*cap*.31.*de Reformat.*

32. Contra iurantes de tenendo ſchiſmate *cap*. 1. *de ſchiſmate*, & hi ſuſpenduntur ab ordinibus, & dignitatibus. De hac agunt Bonacina *tom*. 3. *de cenſur. diſp*.3.*q*.6.*punct* 3. Palao *diſp*.10.§.4.*n*.2.

33 Contra Clericos prouocantes ad duellum, vel acceptantes, aut in eo pugnantes, *cap*. 1. *de Clerico pugnante in duello.* De hac Bonacina *loc.cit.num*. 38. Qui ait ex hoc textu non colligi depoſitionem iure latam, ſed ferendam.

34. Contra Clericos raptores, vel præbentes auxilium raptui Concil.Trident.*ſeſſ*.44.*cap*.6.*de Reform.* De qua Suarez *diſp*.31.*ſect*.3 *num*.48.Palao *punct*. 10. *cit*.§.4.Filliuc *num*.134.& Bonac *loc.cit.*aiunt,non eſſe pœnam ipſo iure latam, ſed ferendam. Contra Bern. Diaz *in practic.cap*.78. & Alterium *tom*.2. *diſput*. 15. *cap*.6.*fine*, exiſtimantes talem ſuſpenſionem eſſe ipſo iure.

35. Contra Præſumentes in populari concione in alterutram partem de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis diſputare; aut de hac ipſa quæſtione ſub quouis prætextu vulgari lingua ſcribere, *&c.* aut in publicis concionibus, *&c.* aſſerere audentes, Beatiſſimam Virginem, cum originali conceptam fuiſſe, ex Bulla Pij V. quæ incipit, *Super ſpecula*, Pauli V. data ſub die 19.Iulij 1616 & 31.Auguſti 1617,& Gregorij XV. Cuius decretum refert ad verbum,Bonac. *hic diſp*.3.*punct*.5.§.1.*n*. 36. Legantur Sà *verb.ſuſpenſi ipſo iure,n*.16.Sayrus *lib*.4.*cap*.15.*num*.31.Palao *diſp*.4. *punct*.10.§.4.

§. II.

De Suſpenſionibus latis in iure contra Epiſcopos.

QVÆSTIO XXIII.

Quot, & quæ ſunt ſuſpenſiones latæ in iure, contra Epiſcopos, & alios Prælatos maiores?

RESpondeo breui ſtylo eſſe ſequentes.

Prima eſt contra Epiſcopos,qui ſcienter conferunt Ordinem aliquem, ſuſpenſo, propter malam promotinem, & receptionem Ordinis. Nam propter hoc ſuſpendentur à collatione Ordinis ſacerdotalis, per cap.*Si qui Epiſcopi* 1.*quæſt*.1.De qua Sayrus *lib*.4. *cap*.12.*n*.17.Filliucius *tract*.17.*cap* 8.*q*.2.*n*.139.Bonac. *diſp*.3.*punct*.5.§.2.*n*.14.

2. Epiſcopus, qui ſolemniter pœnitentem, aut Bigamum, ordinat; ſuſpenſus eſt à celebratione per annum. Per cap.*Nullus, diſt*. 55. De qua Henriquez *lib*.13.*cap*.38.§.3. Filliucius *loco cit*.Bonacina *diſput*. 3 *de ſuſpenſ.punct*.5 §.2.*num*.8.Palao *diſput*. 4. *punct*. 10. §.5.*n*.1.

3. Epiſcopus, qui confert duos Ordines ſacros eodem die, vel duobus diebus immediatis, continuato ieiunio; manet ſuſpenſus à collatione vtriuſque Ordinis, donec à Papa diſpenſetur, cap.*literas, de tempor. ordinat.* & etiam Concil. Trident *ſeſſ*.13. Legantur Filliuc. *loc.cit*.Bonac. *loc.cit. num*.13. Palao *loco cit*.

4. Epiſcopus, qui ordinat alienum ſine dimiſſoriis ſui Ordinarij, ſuſpenſus manet per annum à collatione omnium Ordinum.Per cap.*Nullus,cit.* & cap. *Eos,de tempor.ordine. in* 6.Concil.Trident.*ſeſſ*.6.*c*.5.*de Reformat.& ſeſſ*.23 *cap*.8.*de Reform.*De qua Raſtellius *art*.2.*de ſuſpenſ.pag*.207.Filliucius *loc.cit*.Bonacina *loco cit.n*,4.Palao *loco cit*.

5. Epiſcopus, qui in aliena diœceſi ordinat abſque licentia ordinarij loci: aut cum licentia Ordinarij loci,ordinat perſonas,nec ſibi, nec eidem ſubiectas, ſuſpenſus manet per annum à Pontificalibus,per Trident.*ſeſſ*.14.*cap*.2.*& ſeſſ*.23.*cap* 8.*de Reformat.*De qua Raſtellius *loc.cit.verſ.Tertia ſuſpenſio, pag*.208. Filliuc. *tract*.17.*p*.8 *q*.2.*n*.140.Bonacina.*diſp*.3.*punct*.5.§.2.*n*.5. & Palao *loc.cit*.

6. Epiſcopus qui confert Tonſuram illiterato, nempe, illi qui neſcit legere, neque ſcribere; ſuſpenſus eſt per annum à collatione Tonſuræ, cap.*fin. de tempor.ordin.in* 6. De qua Sayrus *lib*.4.*cap*. 15.*n*.18. Henriquez *lib*.13.*cap*.38. *num*.3. Toletus *lib*.1.*cap*.48. Raſtellius *loc.cit.pag*.209.Suarez *diſp*.31.*ſect*.5. Filliuc. *num*.140. *cit*. Palao §.5. *cit. num*.1.Sic etiam Sà *verb. Suſpenſi ipſo iure, num*.3. & Bonacina §.2.*cit.num*.11. Qui tamen putant, hanc ſuſpenſionem non eſſe in vſu.

7. Epiſcopus, qui confert primam Tonſuram infanti, qui nondum impleuit ſeptennium, eandem per annum ſuſpenſionem incurrit, per cap. *Nullus,cit.* De qua Suarez,Filliucius,Raſtellius, Bonac.& Palao *locis cit*.

8. Epiſcopus, qui iniuſtè ordinat inuitum,manet ſuſpẽſus per annum à celebratione Miſſæ *cap*.1.*&* 2. *diſt*.84.& c. *Nullus,de temp.ordinat.in*.6. De qua Henriquez *lib*.13.*cap*.38.*num*.3.Sayrus *lib*.4.*c*.6. *num*. 23. Bonacina §.2.*cit.num*.9.Sà *loc.cit.num*.12.Palao *diſp*.4 *punct*.10.§.5.*num*.1.

9. Epiſcopus, qui ordinat Sacerdotem indignum, ſeu

Digitized by Google

ſeu irregularem, aut illegitimum, ſuſpenſus eſt à collatione Ordinis ſacerdotalis, cap. *Si qui Epiſcopi* 1. *q.* 1. Sic Sayrus *lib.* 4. *c.* 12. *n.* 17. Raſtellius *art.* 2. *de ſuſpenſ. pag.* 209. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 5. *num.* 2. Bonacina §. 2. *cit. n.* 10. & alij.

10. Epiſcopus, qui confert Ordines Religioſo non profeſſo, ſeu illi, qui votum ſolum temporale fecit Religionis; ſuſpenſus eſt per annum à collatione Ordinum, quos contulit ex Bullia Pij V quam refert Nauarr. *cap.* 27. (non 22. vt leges apud Bonac) *n.* 158. *verſ. Decimaſexta.* Sorbus *verb. Ordines.* Sayrus *loco cit. num.* 2. Bonacina *n.* 6. Baſſæus *verb. Suſpenſio* 5. *num* 41. & alij. Excipiuntur tamen ordinantes Patres Societatis Iesv., per Bullam Gregorij XIII. quia vi huius ordinari poſſunt, ante emiſſam ſolemnem profeſſionem ad titulum ſufficientis litteraturæ. Legatur Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. § 3 *n.* 1.

11. Epiſcopus, qui ordinat Monachum ſine licentia proprij Abbatis, dicitur ipſo iure alienus à communione aliorum Epiſcoporum; ita vt contentus ſit communione ſuæ diœceſis *cap. fin. diſt.* 58. quod videtur, ad ſuſpenſionem quandam pertinere, vt ait Henriquez, vel, vt alij volunt, ad ſpeciem quandam minoris excommunicationis. Legantur de hac pœna Henriquez *lib.* 13. *cap.* 38. *num.* 1. Syluester, & Sotus penes ipſum. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 24. Filliucius *tract.* 17. *cap* 8. *q.* 4 *num* 144. Bonacina *diſp.* 3. *de ſuſpenſ. punct.* 5. §. 2. *num.* 7. Baſſæus *loc. cit. num.* 43. Palao §. 5. *cit num.* 1.

12. Epiſcopus, qui ordinat aliquem cum pacto, vt ordinatus non petat ab ipſomet ordinante, alimenta in defectum beneficij, aut patrimonij, ſuſpenſus manet à collatione ordinum per triennium, cap. *Si quis ordinauerit, de ſimon.* De qua ſuſpenſione, Bonacina *punct.* 5. *cit* § 1. *n.* 1. & §. 2. *num.* 15. Auila *part.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 4. *concl.* 1. Raſtellius *loc. cit. pag.* 210. *verſ. Nona ſuſpenſio* Nauarr *cap.* 27 *n.* 158. Filliuc. *loc. cit. q.* 3. *n.* 143. Palao §. *cit num.* 1.

13. Epiſcopus qui confert Ordines, vel tonſuram per ſimoniam, non ſolùm incurrit ſuſpenſionem ab omni officio, & beneficio, incluſam in excommunicatione, quam contrahit per Extrauagantem Pauli II. de ſimonia, Papæ reſeruatam, ſed etiam incurrit aliam propriam ſuſpenſionem, non tantùm à collatione Ordinis, quem ſimoniacè contulit, ſed ſimpliciter à collatione Ordinum, & primæ Tonſuræ, per *cap. penult. de ſimonia*, necnon & à Pontificalibus, & ingreſſu Eccleſiæ, ex Bulla Sixti V. quæ in hac parte reuocatam non fuiſse à Clement. VIII tradit Sayrus *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 32 Sic ille. Et Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 4. *num.* 24. & 25. vbi addit verius eſſe dictam ſuſpenſionem non eſſe perpetuam, ſed ſolùm triennalem. Filliuc *tract.* 17. *cap.* 7. *q.* 5 *n.* 128. Bonac. *pun* 5 § 2. *n.* 16 Raſtellius *loc. cit. pag.* 210. *verſ. Et quamuis Sixtus V.* Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 5. *n.* 1.

14. Epiſcopi, qui non publicant acta Concilij Prouincialis infra ſex menſes à fine Concilij incurrunt bimeſtrem ſuſpenſionem ab officio, ex *cap. fin. diſt.* 18. vt aiunt Gloſſa *ibi, verb. excommunicatis.* Syluest. Angel. Armilla & alij, quos affert, & ſequitur Henriquez *lib.* 13 *cap.* 38. *num.* 3. *verſ. Quartò.* Suarez etiam *diſp.* 31. (non 33. vt leges apud Raſtellium) *num.* 7. vbi addit, talem ſuſpenſionem, ſeu vt alij volunt, excommunicationem, iam non eſſe in vſu, etiam in Hiſpania, in qua illud ius ſtatutum fuit in Concil. Toletano 16. *cap.* 7. in collectione Loayſæ; imò nec fortè aliquando fuiſſe in Eccleſia vniuerſali receptam. Sic ille. Et ex illo Raſtellius *art.* 2. *de ſuſpenſ. pag.* 211. *verſ. Prima ſuſpenſio.* Bonacina *diſput.* 3. *punct.* 5. § 2. *num.* 32. Filliucius *tract.* 17. *cap.* 8. *q.* 4. *num.* 145. & Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 5. *n.* 2.

15. Epiſcopi, qui contra ſimoniacos procedere negligunt, per duos menſes ſuſpenſionem incurrunt per cap. *Quidquid* 1. *q.* 1. vbi Gloſſa *verb. Excommunicatis.* Raſtellius *pag.* 212. *verſ. Quarta eſt.* Bonacina *loc. cit. n.* 33. Baſſæus *verb. Suſpenſio* 4 *n.* 58.

16. Epiſcopi, qui permittunt vſurarios manifeſtos alienigenas locare domos in ſuis terminis ad exercendas vſuras, ſunt ſuſpenſi ab officio, & beneficio, donec illos expellant, per cap *Vſuras, de vſuris in* 6. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 5. *n.* 13. Sayrus *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 48. Filliucius *tract.* 17. *cap.* 8 *q.* 7. *n.* 151. Bonac. *loc cit. num.* 34. Raſtellius *pag.* 212. *verſ. Quinta eſt.* Binsfeldius *part.* 5. *de Cenſur. cap.* 8. *verſ. Decimaſeptima.*

17. Epiſcopi, qui limina Apoſtolorum non viſitant per ſe vel per alium, dum ipſi detinentur iuſto impedimento, tempore præſcripto in Bulla Sixti V. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, incurrunt ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, perceptione fructuum, & adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium. Pro hac ſuſpenſione, nota, quod ad viſitanda limina Apoſtolorum, Epiſcopis Italis, & illis vicinis conceditur tempus trium annorum. Germanis, Gallis, Hiſpanis, & cæteris Europæ Epiſcopis induciæ quatuor annorum. Aliis verò remotioribus, conceditur quinquennium. Aliis tandem magis remotioribus, decennium; in quo quidem tempore computatur tempus Prædeceſſoris. De hac legantur Raſtellius *de ſuſpenſ. art.* 2. *pag.* 213. *verſ. Nona eſt*, Sayrus *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 33. Bonacina *diſp.* 3. *punct.* 3. §. 2. *num.* 30. & 31. Filliucius *tract.* 17. *c.* 8. *quaſ.* 9. *num.* 159. Palao *diſp.* 4. *num.* 10. §. 5. *num.* 15.

18. Epiſcopi, qui prima vice Monaſteria Monialium, ſine neceſſitate ingrediuntur, incurrunt ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ. Qui ſecunda vice, ſuſpenduntur à diuinis. Qui verò tertia, ligantur excommunicatione per Bullam Gregorij XIII. Bonac. *loc. cit. num.* 29. Baſſæus *num.* 62 Filliucius *loc. cit* Palao *tract.* 16. *de ſtatu Religioſo*, & hic *diſp* 4. *punct.* 20. §. 5. *num.* 16.

19. Epiſcopi, qui bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel locorum piorum, abſque licentia Summi Pontificis, alienant, ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ. Et ſi elapſis ſex menſibus non reſipuerint, ſuſpenduntur ab adminiſtratione temporali, & ſpirituali ſuarum Eccleſiarum. Quod idem dicendum eſt de Abbatibus. Alij verò inferiores ligantur excommunicatione, per Extrauag. *Ambitioſè, de reb. Eccleſ. non alien.* Bonacina *loc. cit. n.* 27. Baſſæus *n.* 49. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 12. *n* 44.

20. Epiſcopi, qui ex amore, gratiæ, vel commoditatis temporalis omittunt procedere contra crimen hæreſis, ſuſpenduntur ab officio per triennium, *Clement.* 1. §. *Verùm, de hæret.* Inferiores verò ſancti officij Inquiſitores, ſic omittentes pœnam excommunicationis incurrunt. Sic Nauarr. *cap.* 27. *n.* 100. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 38. *num.* 9. *verſ. Septimò Epiſcopus*, & penes illum *lit. P.* Syluest Caietan. Armilla, & alij. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 5. *n.* 16. Sayrus *lib* 4. *cap.* 12. *n.* 50. Filliucius *tract.* 17. *cap.* 8. *quaſ.* 7. *n.* 153. Bonacina *punct.* 5. *cit* §. 2. *n.* 23. & Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 5. *n.* 6.

21. Epiſcopi, qui relaxant incendiariis pœnam in cap. *Peſſimam* 23. *quaſt.* 8. ſuſpenduntur ab officio Epiſcopali per annum. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 44. Filliuc. *cap.* 8. *cit. q.* 9. *n.* 159. Bonac. *loc. cit. n.* 26. Palao *diſp.* 4. *punct.* 10 §. 5. *n.* 11.

22. Epiſcopi, qui à Synodo Prouinciali admoniti, à concubinatu non recedunt, ſuſpenduntur ab officio, & beneficio. Trident. *ſeſſ.* 27. *cap.* 14. *de Reformat.* Sic Filliuc. *q.* 8. *n.* 158. vbi notat, ſatis eſſe vnam admonitionem, poſt quam, ſi non ſtatim, & abſque morali dilatione tollat occaſionem delicti, & ſcandali, incurrunt ſuſpenſionem. Baſſæus *num.* 56. Raſtellius *loc. cit. pag.* 211. *verſ. Secunda eſt.* Henriquez, *lib.* 13. *cap.* 36.

Auila

Auila 3.*p.diſp.*5.*dub.*2.Suarez *diſp.*31.*ſect.*5.*n.*2.Bonacina *tom.*3.*diſp.*3.*quæſt.*7.*punct.*4.*n.*4. & Palao *diſp.*4. *punct.*10.§.5.*n.*10.

23. Epiſcopus, qui poſt Epiſcopatum carnaliter cognoſcit illam, quam ante Epiſcopatum habuit in concubinam, ſuſpenditur ab ordine *in cap. Habuiſſe, diſt.* 33. Hæc tamen ſuſpenſio ſecundum Saytum *lib.*4. *cap.*12.*n.*43 Raſtellium *art.*2.*de ſuſpenſ.loc.cit.* Fillinc. *tract.*17. *cap.*8.*q.*9. *n.*159. Palao §.5.*cit.n.*10. & alios, ſolum eſt conferenda.

24. Epiſcopi, qui conferunt gradum Doctoris, non recepto iuramento priùs expreſſo *in Clem. Cum ſit, de Magiſt.* ſuſpenduntur à collatione gradus. Sic Henriquez *lib.*13.*cap.*38.*n.*3. Sylueſt. *verb. Suſpenſio, num.* 34 Raſtellius *loc.cit.verſ.Septima eſt.* vbi ex Nauarro *c.*27. *n.*153 *verſ. Septimò dico.* notant, quod facultas concedendi gradum Doctoratus data à Rege, vel Imperatore, quia ſæcularis eſt, ſuſpendi propriè poſſit, quidquid ſentiat Gloſſa *Clem. Cupientes, col.*2. Et hæc ſatis circa Epiſcopos.

---

§. III.

De ſuſpenſionibus latis in iure contra Religioſos.

QVÆSTIO XXIV.

Quot & quæ ſunt ſuſpenſiones latæ in iure, & in alijs Bullis Pontificum, contra Religioſos?

REſpondeo principaliores eſſe ſequentes.

Prima eſt contra Conuentus, & capitula, quæ aliquid petunt ob receptionem alicuius in Religionem: iſta enim ſuſpenduntur ab officio, & beneficio per Extrauag *Sanè, de ſimon.* De qua ſuſpenſione Sayrus *lib.*4.*cap.*14. *num.*27. Viualdus *de ſuſpenſ. num.* 45. Fillincius *tract.*17.*cap.*8. *quæſ.*10. *num.*161. Bonacina *diſp.*3.*de ſuſpenſ.punct.*5.§.3. *num.*3. & §.4.*num.*1. Qui notant, Moniales contra facientes, non incurrere has pœnas propter pacta, & conuentiones, quas ante faciunt pro dotibus recipiendarum in commodum earum victum, per priuilegium Clement. VII. Et conſequenter, neque peccant exigendo paſtus, prandia, & alia fieri conſueta, quidquid dubitet Viualdus, quia hæc ſub dote comprehenduntur, vt notant Filliuc & Bonac.

2. Religioſi non profeſſi, qui ad ſacros Ordines promouentur, ſunt ſuſpenſi ab Ordinis ſuſceptione, per Bullam Pij V. *Romanus Pontifex* 74. Excipiuntur taman Patres Societatis IESV, iuxta dicta ſupra §. 2. *num.* 10. De qua ſuſpenſione Filliucius *tract.*17.*cap.*9. *quæſ.*6.*n.*174. Baſſæus *ſuſpenſio* 4.*n.*74. Bonacina *n.*3.

3. Religioſi, qui abſque licentia proprij Prælati, initiantur ſacris, ipſo iure manent ſuſpenſi: Henriquez *lib.*13.*cap.*4 *n.*1.

4. Religioſi, qui Ordines ſacros ſuſcipiunt, dum in Apoſtaſia remanent, remanent ſuſpenſi ab Ordinibus ſic ſuſceptis, & ab aliis ſuſcipiendis, donec per Pontificem diſpenſetur, ex *cap.fin.de Apoſtatis.* Henriquez *loco cit. verſ. Secundò.* Suarez *diſp.*31.*ſect.*6. *n.*1. Filliucius *cap.* 9. *cit. q.*1.*n.*163. Bonac *n.* 4. Sanchez *in Decalog.cap.*8.*n.*22. & alij.

5. Religioſi, qui recipiunt ad profeſſionem ante expletum annum approbationis, manent ſuſpenſi à receptione quorumlibet ad profeſſionem: nec valet profeſſio. cap. *Non ſolùm,* & cap. *Conſtitutionem, de Regularibus in* 6. De hac pœna Suarez *diſp.*31.*ſect.*6.*n.*6. Filliucius *loc.cit.* & *num.*166. Henriquez *lib.*13.*cap.*40. *n.*2.*in fine.* Sayrus *lib.*4 *cap.*13.*n.*13. Nauarrus *cap.*27. *n.*157 Bonacina *loc.cit.n.*2. & *tom.*1.*diſp.*3.*q* 8. *punct.*5. *n.*12. Palao *diſp.*4.*punct.*10.§.6.*n.*2. Qui cum aliquibus probabilius cenſet huic ſuſpenſioni non ſubiacere Moniales.

6. Religioſi quicumque, ſiue mares, ſiue fœminæ, qui concedunt iura, redditus, vel poſſeſſiones Eccleſiarum, Monaſteriorum &c. alicui ad vitam, niſi ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum, Monaſteriorum, &c. & cum conſenſu Conuentus, ſi habeant, aut ſi non habeant, de conſenſu Prælati ſuperioris, ſuſpenſi ſunt ab officio, & eſt inualida conceſſiò, per *Clem.*1.*de rebus Eccleſ.non alien.* Suarez *diſp.*31.*ſect.*6. *n* 8. Nauarr.*cap.*27.*n.*157. Sayrus *lib.*4.*cap.*13.*num.*12. Henriquez *lib.*13.*cap.*4.*n.*3. Sylueſt. Auendanno, Corduba, Perez, & alij penes ipſum. Fillinc.*tract.*17.*cap.*9. *q.*3.*n* 167. & *q.*4.*n.*168. & 169. Bonac *diſp.*3.*de ſuſpenſ. punct.*5.§.4.*n.*5. Palao *diſp.*4.*cit.*§.6.*n.*3.

7. Religioſi quicumque, qui decimas quaſcumque pertinentes ad Parochiam, aut aliam Eccleſiam, ſibi vſurpant, vel appropriant abſque cauſa, & priuilegio, ſuſpenſi manent ab Officio, & beneficio, niſi infrà menſem requiſitus, qui habet adminiſtrationem non deſiſtat, & intra duos menſes ſatisfaciat. Quod ſi officia, aut beneficia non habeant, ipſo facto excommunicationem incurrunt, ita vt abſolui non poſſint, donec ſatisfaciant. Sic Henriquez *loc.cit.n.*3. Suarez *n.*9. Sayrus *n.*10. Filiucius *n.*167 Bonacina *n.*6. Viuald. *de ſuſpenſ.n.*191.

8. Religioſi, ſeu Monachi Benedictini, qui non vtuntur habitu, & veſtitu, modo ipſis præſcripto *in Clem.*1. §. *Si quis autem, de ſtatu Monach.* Sed præſumūt portare ſotulares non corrigiatos, & altos, aut caputia non ſciſſa; ſi fuerint Abbates, aut Priores Abbates non habentes, à collatione beneficiorum per annum ſuſpenduntur, Si fuerint inferiores habentes adminiſtrationem aliquam, eadem per annum priuantur: ſi verò nullam adminiſtrationem habeant, fiunt inhabiles ad illam, vel beneficium intra annum recipiendum. Sic Suarez *diſp.*31.*ſect.*6.*n.*10 vbi circa hanc pœnam aduertit, primò, non de omnibus Religioſis, aut Monachis in d. Clem. ſermonem eſſe, ſed ſolùm de Monachis S. Benedicti, & ideo non eſſe extēdendam ad alios Religioſos. Secundò aduertit ad hanc cenſuram incurrendam requiri præſumptionem, quia in textu dicitur; *Si præſumpſerint portare:* iuxta quæ verba, requiritur vt aliquis cum ſufficienti aduertentia, & per modum ordinarij habitus, illo vtatur ſibi prohibito. Sic etiam Filliuc.*n.*167. & 170 Bonac.*n.*14 Diana.*p.*5.*tr.*10.*reſ* 44

9. Monachi ipſimet nigri, qui venationi, aut aucupationi clamoroſæ, vel alìàs cum canibus, aut auibus, ex propoſito interſunt, eandem ſuſpenſionem, duplicato tamen tempore, hoc eſt, per biennium incurrunt, *Clem.*1.*cit.* Nota etiam, circa hanc pœnam, quod ab illa excuſabitur Monachus, vel ob paruitatē materiæ, vel inaduertentiam, aut bonam fidem, aut ob intereſſentiam caſualem; quia in textu dicitur: *Ex propoſito interfuerint.* Sic Suarez, & Filliuc. *locis cit.* Bonac.*n.*15. & penes illum, Raynerius, Sayrus, Viualdus, & Henriquez, Palao *diſp.*4. *punct.*10.§.6 *n.*8. & omnes.

10 Religioſi Ordinis Prædicatorum, qui prius conſecrantur Epiſcopi, quàm Ordini reſignent libros, & alia quæ tempore promotionis ad Epiſcopatum habent, incurrunt ſuſpenſionem à Pontificalibus Papæ reſeruatam. D Antoninus 3.*part.tit.*27.*de ſuſpenſ. cap.* 4. ex quodam priuilegio Clementis IV. Syluest. *verb. Suſpenſio, verſ.* 38. & 39. Henriquez *lib.*13.*cap.*40 *n.*3.*in fine.* Bonac.*n.*7. Palao *loc.cit.n.*11.

11. Prælati Religioſorum, qui infra menſem poſtquam requiſiti fuerint, non ſatisfaciunt damno illato occaſione quorundam exceſſuum ſuorum ſubditorum, ſuſpenduntur abſolutè vſque ad debitam ſatisfactionem. *Clem.*1.*de priuil.* Sic Henriq. *lib.*13.*cap.*40. *n.*4. vbi recenſet exceſſus *in d. Clement.* prohibitos, per hæc verba: Suſpenditur Religionis Prælatus, niſi damno ſatisfaciat, quod aliquis ex ſuis ſubditus intulit, detrahendo Prælatis in concione, prædicando

quod quamuis iſte ſic Ordinatus, ante complementum ætatis abſoluatur ab hac ſuſpenſione, adhuc non poſſit in Ordine ſuſcepto miniſtrare. Sic etiam Diana 3.*p.tract.*4 *reſol.*182.*cit.& p.*5.*tract.*10. *reſol.*34. Henriquez *lib.*13.*cap.*38.*n.*1. Syluest. Mandoſ. Couar. & alij penes ipſum. Vterque Rodriguez, Bonac. & Philibertus, quos pro hac parte *loc.cit.* adduximus. Qui contrarium, vt ibi notauimus, docent de illo qui bona fide ante legitimam ætatem, Ordinem ſacrum ſuſcepit. Nam hic completa ætate legitima, licitè poterit abſque diſpenſatione vlla celebrare, aut actum ſui Ordinis exercere; eo quod hic propter ſuam bonam fidem, nunquam fuit ſuſpenſus, & ideo non indiget diſpenſatione ad celebrandum. Sic etiam Pal. *diſputat.*4.*puncto* 10.§.1.*num.*6. Suarez *diſputatione* 31 *sect.*1.*num.*13. Bonacina *ſuprà punct* 1.*in fine*, & alij.

Sextum dubium. An, qui mala fide Ordinem maiorem, v. g. ſacerdotium ante legitimam ætatem recepit, non ſolùm maneat ſuſpenſus ab exercitio ſacerdotij; ſed etiam ab exercitio aliorum Ordinum, nempe Diaconatus, & Subdiaconatus, &c. ante legitimè ſuſceptorum?

Affirmant Philibertus *de Ordine tract.*1.*p.*5.*cap.*3. *num.*8.*pag.*80. Rodriguez *in ſumma*, *cap.* 164. *num.*2. *pagina mihi* 522 Ledeſma *in ſumma*, *cap.*7.*de Ordine poſt* 1. *concluſ.* & Villalobos *tom.*1.*tract.*18 *difficult.*18. *num.*2. & apud illos, Nauarrus, vt vidimus 2. *parte diſput.*6. *cit. quæſt.*10.

Sed probabiliùs reſpondeo: non manere ſuſpenſum, niſi ab Ordine; v.g. ſacerdotio, mala fide ſuſcepto. Quia pœnæ non ſunt extendendæ extra caſus proprios. Sic Henriq. *lib.*13.*cap.*32.*n.*1 & penes illum, Nauar. *lib.*5.*conſil.tit.de ſent.excom.conſ.*53 *fol.mihi* 491 Tolet. Auila, Scortia quos affert, & ſequitur Diana 3. *part.tract.*4.*reſol.*182.& *p.*5.*tract.*10. *reſol.*45. Machado etiam, quos omnes pro hac noſtra ſententia adduximus *q.*10.*citata*. Quibus adhuc addi poſſunt Corneio *caſu* 3.*citato*, & alij quos ſuprà *diſput.*3.*q.*14. retulimus Palao *diſput.*4.*punct.*§.1.*num.*6.

Septimum dubium. An Sacerdos, qui mala fide, ante legitimam ætatem, ſacerdotium accepit, non ſolùm maneat ſuſpenſus, ſed etiam irregularis, conſecrando ſimul cum Epiſcopo ordinante?

Affirmant Nauarrus *lib.*5.*conſil.*8. *de Clerico excommun. miniſtrante*, *fol.mihi* 135. Sorbus, Couarruuias, Barboſa, Bonac. Daza, & Vaſquez, relati à nobis 2. *part. tract.*6. *diſput.*6. *quæſt.*17.

Sed probabiliùs iterum reſpondeo: ſuſpenſum manere: irregularitatem tamen non incurrere. Quia quamuis verum ſit, quod Sacerdotes, qui ſuſpenſi celebrant, irregularitatem incurrant: attamen iſte, qui Presbyter initiatur, & conſecrat cum Epiſcopo Ordinante, non eſt adhuc completè Sacerdos, cum non ſit ei adhuc conceſſa poteſtas abſoluendi à peccatis, & ideò non poteſt incurrere irregularitatem. Sic Henriquez *lib.*13.*cap.*10.*n.*1.*lit.F*. Suarez *diſput.*31 *sect.*1.*num.*70 Ægidius *diſp.*15.(per errorem *pag.*16.) *dub.*5.*n.*36. Diana *part.*5. *tract.* 10. *reſol.*37. Hurtadus *de ſuſpenſ.difficult.*15.*num.*13. Syluester, Maiolus, Modina, Sayrus, Vgolinus, Quaranta, Naldus, Homobonus, Marcenus, Philibertus, & Additionator Nauarri, quos omnes pro hac parte citauimus 2. *part. quæſt.*17. nuper *citata*. Vbi *quæſt.*18. *ſequenti*, idem docuimus cum Suario, Ægid Mercero, & Diana, contra Hurtadum, & Auilam loquendo de Subdiacono, & Diacono; nempe non incurri irregularitatem ob ordinationem ante legitimam ætatem, cantantes Epiſtolam, & Euangelium in Miſſa, quam Epiſcopus Ordinans celebrat.

Octauum dubium. An confeſſarius poſſit vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere quem à Suſpenſione incurſa per receptionem Ordinis maioris, ante legitimã ætatem?

Negant Rodriguez *in addit. ad Bull.Cruc.*§.9.*n.*59. Henriquez *lib.*7 *de Indulgent. cap.*13. (non 18. vt ego ex Machado malè aliàs citaui) *num.*3.*in textu*, *& in marg. lit. C.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Quia Bulla abſolutè, & ſimpliciter concedit facultatem abſoluendi ab omni Cenſura: ſed prædicta ſuſpenſio incurſa per Ordinationem ante legitimam ætatem eſt verè Cenſura: ergo optimè poteſt quis, vi Bullæ, à Confeſſario abſolui, non tamen miniſtrare ante ætatis complementum; quia abſolutio ſuſpenſionis ſolùm, non ætatis, tollit impedimentum. Sic Medina, Cordub. Perez, Cano, Bannez, Ludou. Legionenſ. Balbas, & Martinez, quos ex Henriq. citauimus pro hac ſententia 2. *part. tract.*6.*diſput.*6.*quæſt.*16. Diana *part.* 5. *tract.*10. *reſ.*5. & penes illum, Medina, Auila, Trullench, & Cornejo. Tenent etiam Nauarrus, (vt citat Henriquez *loc. cit. lit. T. cap.*37. *num.* 162. Ludouic de S. Ioanne *quæſtione* 2. *de Ordine*, *artic.*8.*dubio* 5. Machado *lib.*1. *ſumm. part.*3.*tractatu* 10. *docum.* 8.

QVÆSTIO IV.

An Ordinatus per ſaltum, recipiendo Ordinem Superiorem, inferiori prætermiſſo; maneat ipſo iure ſuſpenſus ab Ordine ſic ſuſcepto?

NEgant ſuſpenſum eſſe, ipſo iure, ab Ordine per ſaltum ſuſcepto, ſed eſſe ſuſpendendum, Archidiacon. Geminian Præpoſitus, & Turrecrem. *in cap.* Si *celebrat.de Cler. excommun.miniſtr.* Angel. *verb.Irregularitas.num.*36. Armilla *num* 68. & Tabiena *Irregularitas* 4.§.2.*concl.*5. & Acunna *in Decretum part.*1.*diſt.*52. *num.*9. Quorum ſententiæ adhæret Diana *part.*5. *tractatu* 10.*reſol.*27. Bauny *de ſuſpenſ quæſt.*20.

Sed probabiliùs reſpondeo: Manere ſuſpenſum ab Ordine ſic ſuſcepto ipſo iure. Quod quidem procedit etiam loquendo de ſuſcipiente Ordines Minores, vt infra. Intelligendum tamen eſt de ordinatione culpabili, aut mala fide facta, quia hæc ſuſpenſio eſt Cenſura, & pœna. Sic colligitur, aut conſtat ex cap *Solicitudo, diſtinct.*62.& cap. *vnico*, *de Clerico per ſaltum promoto*, & Trident. *ſeſſ.*23.*cap.*14.*de reformat.* & docent communiter Doctores, Suarez *diſput.*13.*sect.*1.*n.*44. Ægidius *diſput* 15.*dub.*5. *num.*40. Cornejo *de Suſpenſ. diſputat.* 4. *caſu* 4. *pag.* 729. Hurtadus *difficult.* 13. *de Suſpenſ. num.* 39. *verſu*, *Sextò Ordinatus per ſaltum.* Bonacina *diſputat.*3 *puncto* 5. §.1. *num.*6. Fillinc. *tr.*17. *num.*92. Auila *part.*7.*de Cenſur.diſput.*9.*dub.*2. *concl.*2. & penes illum Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 13. *num.*5.*poſt lit. M.* D Anton. 3.*part.tit.*27.*cap.*4. *col.*3. Sotus *diſtinct.*25.*quæſt.*1.*artic.*3. *column. penult. caſu* 3. Syluest. *verb.Irregularitas q.*11. Hoſtienſ. & Panormit. Nauar. *c.*25.*n.n.*71 Alter. *diſp.*10.*de diſpenſ.c.*5.*col.*4.*&* 5 Pal. *diſp* 4.*punct.*10.§.1.*n.*8 Vinald. *de ſuſpenſ.n. mihi* 48. *verſ.Vndecima ſuſpenſio*, & alij plures apud Dianam.

Primium dubium. An, qui per ſaltum Ordinem ſuſcipit, ſuſpenſus ſolùm maneat ab exercitio Ordinis ſuſcepti; an etiam ab exercitio aliorum, quos ritè ſuſceperat?

Affirmat ab omnibus manere ſuſpenſum, Maiolus *de irregularit.lib.*4.*cap.*12.*n.*2. quatenus indefinitè ait, Ordinatum per ſaltum, non poſſe ſine diſpenſatione aſcendere, neque miniſtrare. Et Nauarrus *cap.* 27. *num.*242. apud Dianam *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo: ſolùm eſſe ſuſpenſum ab Ordine, quẽ per ſaltũ ſuſcepit, non ab aliis Ordinibus, quos legitimè recepit. Quia ita colligitur ex cap. *vnico*, *de Cler. per ſaltum promoto*, in vltimis verbis Sic communis DD. Sylueſter, Sotus, Bernad. Diaz. quos citat, & ſequitur Alterius *cap.*5. *cit. col.*5. *ver.*

Reſpondeo

Digitized by Google

Reſpondeo ex communi ſententia Henriq. *lib. 7. de Indulg. cap. 13. n. 5.* Auila *part. 7. diſput. 9. ſect. 1. dub. 2. concl. 2.* Cornejo *dub. 1. citat. caſu 4. quaſt. 1.* Henriquez *lib. 14. cap. 6. num. 3.* & penes illum, *lit. G.* Nauarrus *n. 242* apud eundem. Et certè melius citatur pro hac parte, quàm pro contraria. Sic etiam Diana *p. 5. tract. 10. reſolut. 28.* Riccius, Bocac. Suarez, & alij.

Secundum dubium. An, qui ordinatus eſt per ſaltum, poſſit Ordinem prætermiſſum recipere, ſine diſpenſatione?

Affirmat Auila *loco* nuper *cit. concl. 1.* Quia non datur textus, ex quo impedimentum ad recipiendum talem Ordinem prætermiſſum, colligatur.

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe huiuſmodi Ordinem recipere, ſine diſpenſatione Superioris. Quia non eſt verum, quod non detur textus, à quo inhabilitas ad recipiendum Ordinem prætermiſſum, colligatur. Nam (vt benè Alterius) huiuſmodi inhabilitas ſuſcipiendi Ordinem omiſſum, verè eſt effectus, impoſitus ab ipſo iure ſuſpenſioni latæ contra recipientes Ordinem per ſaltum: non enim imponuntur duæ pœnæ, altera irregularitatis, altera ſuſpenſionis, ſed fertur vnica ſuſpenſio, duos habens effectus: ideo enim prohibetur Ordinem omiſſum recipere, vt valeat vnquam abſque diſpenſatione miniſtrare in recepto. Hinc infertur, vt obtenta diſpenſatione ad recipiendum Ordinem omiſſum, ſtatim maneat Ordinatus per ſaltum, immunis à ſuſpẽſione, qua erat prohibitus, ne miniſtrare poſſet in Ordine per ſaltum recepto. Cùm primum enim promotus fuerit ad Ordinem, quem prætermiſerat, abſque alia diſpenſatione poterit actus omnium Ordinum exercere. Hucuſque Alterius *tom. 2. diſp. 10. de ſuſpenſ. cap. 5. col. 6.* Et antea Nauarrus *cap. 27. n. 242.* Henriquéz *lib. 14. cap. 6. num. 3.* (non 4. vt offendes apud Auilam) *ibi*: Quia quamuis per Bullam, aut priuilegium ab ea ſuſpenſione abſoluatur, non poteſt ante diſpenſationem recipere Ordinem omiſſum, aut vlteriorem. Sic etiam Ægidius *diſp. 15. dub. 5. num. 40.* Palao *de Cenſur. diſput. 4. punct. 10 § 1. num. 9.*

Tertium dubium: An etiam ſuſpendatur ipſo facto, qui ordinatur per ſaltum in Ordinibus minoribus: aut, qui relictis Ordinibus minoribus, Ordinem Subdiaconatus recipit?

Negant aliqui Quia iura, quæ loquuntur de malè promotis, ſolùm loquuntur de malè promotis ad Ordines ſacros; non verò de malè promotis ad Ordines Minores: ergo pœnæ non ſunt extendendæ ad illos, qui per ſaltum ad Ordines Minores promouentur, aut ad illos, qui relictis Ordinibus Minoribus, Ordine Subdiaconatus initiantur. Antecedens probatur clarè. Quia cap. *Sollicitudo, diſt. 52.* ſolùm loquitur de illo, qui, omiſſo Ordine Subdiaconi, ſuſcepit Ordinem Diaconi, & Presbyteri. Et caput *vnicum, de Clerico promoto per ſaltum*, ſolùm loquitur de Subdiacono, qui omiſſo Ordine Diaconi, recepit Ordinem Sacerdotis. Ita tenet Portellius *in reſponſ. part. 3. caſu 41. quaſt. 2. num. 3.* ex Nauarro *conſil. 28. de ſentent. excommunic. à num. 11. vſque ad 15.* Quos ſequitur Diana *part. 5. tract. 10. reſol. 47.* nec non Auſonius *in eius ſumma, verb. Ordinis ſubiectum, n. 24.* & Bauny *de diſpenſ. quaſt. 20. in fine.*

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam ſuſpendi ipſo iure & facto. *Primò*, quia iuxta noſtram ſententiam quam tradidimus *2. part. tract. 6. diſput. 1. q. 6.* Ordines Minores ſunt etiam Sacramenta, ſicuti ſunt maiores: ergo eadem ratio eſt puniendi promotos per ſaltum in Ordinibus Minoribus, ac in maioribus.

Secundò, quia ita deciſum, ac declaratum fuit à ſacra Congregat. Cardinalium *anno* 1588. vt refert Corneio *loco* nuper *cit.* ergo. Sic ipſe Corneio *caſu 4. ci.. pagina 729.* Nauarrus *cap. 27. num. 242. verſ. Sextò dico.* Riccius *part. 4. deciſ. 108. num. 4.* Campanil. *in diuerſ. iur. Cenſur. tab. 10. cap. vnico, num. 6.*

Quartum dubium. An Epiſcopus poſſit in hac ſuſpenſione diſpenſare?

Negant ex parte Zerola *in praxi Epiſcopali. verb. Irregularitas, dub. 3.* quatenus docet, poſſe Epiſcopum diſpenſare cum illo, qui vult promoueri ad Ordinem omiſſum, ſi id ſecretò faciat, nõ verò ſi faciat publicè.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe cum ſic promoto per ſaltum Epiſcopum diſpenſare, vt videlicet prætermiſſum Ordinẽ ſuſcipiat, & vt in Ordine malè ſuſcepto miniſtret, & ad Superiores aſcendat, quamuis delictum ſit publicum; dummodo talis ſic Ordinatus, in malè ſuſcepto Ordine, vel in prætermiſſo, non miniſtrauerit ante diſpenſationem; quia tũc iam incurret irregularitatem à qua ſolus Papa diſpenſare poteſt, modo delictum ſit publicum, nam ſi occultum ſit etiam poterit Epiſcopus, ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24 ſeſſ. 6. de reform.* Fundamentum huius ſententiæ eſt, quia ipſummet Tridentinum ita conceſſit Epiſcopis *ſeſſ. 13. de reform. cap. 14* Et ideo ſic ſentiunt Nauar. *cap. 25. n. 71. & cap. 27. n. 241.* Henriq. *lib. 14. c. 6 n. 5.* Suar. *diſp. 31. ſect. 1. n. 15.* Auila *p. 7 diſp. 9. ſect. 1. dub 2. verſ. Sequitur ſecundò.* Sayr *lib. 5 cap. 14. num. 26. & 27* Maiolus, & Rodrig. Quos omnes citat, & ſequitur Diana *part. 5 tract. 10 reſolut. 27. verſ. Notandum tertiò.* Corneio *caſu 4. cit. quaſt. 2.* Bonac. *diſput. 3. de ſuſpenſ. punct. 3 § 1. num. 6.* Alterius *diſput. 10. de Suſpenſione, cap. 5. col. 5. verſ. Hoc in loco.*

Quintum dubium. An huiuſmodi ſuſpenſio contracta per ordinationem per ſaltum, tolli etiam poſſit per Bullam Cruciatæ?

Reſpondeo poſſe abſolutè; & adminus in foro conſcientiæ. Quia, vt ſupra vidimus, Bulla abſolutè, & ſine diſtinctione concedit facultatem abſoluendi ab omni Cenſura, ſub qua ſuſpenſio, vt talis, continetur: ergo. Sic apud Dianam, & Auſonium, Granados *in 3. part. tract. 5. de Suſpenſ. diſp. 4. caſu 4. q. 2.* Sed certè per errorem citatus fuit hic Granados, pro Petro Corneio, qui *loco cit.* id docet non Granados. Sic etiam Diana *reſolut. 27. cit.* & Auſonius *in ſua ſum. verb. Ordinis ſubiectum, num. 25. in fine.*

QVÆSTIO V.

An, qui innodati Cenſura aliqua excommunicationis maioris, ſuſpenſionis, vel interdicti, Ordinem maiorem ſuſcipiunt, ſuſpenſi ſint ipſo iure?

RESpondeo eſſe ipſo iure ſuſpenſos. Conſtat ex cap. *Cum illorum, de ſent. excom.* non *in 6.* vt citatur à Soto, ſed *in decretalib.* Quia quamuis textus dicat, eſſe deponendum excõmunicatum, qui Ordinem recipit, tamen ex conſequentibus conſtat, depoſitionem eſſe latam, non ferendam. Sic Nauar. *cap. 25. n. 72. verſ. Decimò peccat. & c. 27. n. 241.* (nõ 24. vt leges apud Bonac.) *in princ.* Henriq. *lib. 14. c. 6. n. 4* Sot. *in 4. diſt. 25 q. 1. art. 3.* Suar. *diſp. 31. ſect. 1. n. 17.* Auila *p. 7. diſput. 9. ſect. 1. dub. 6. concl. 2.* Ægidius *diſputat. 14. num. 32. & diſput. 15. num. 41.* Fillinc. *tract. 17. cap. 5. n. 94.* Bonac. *diſput. 3. punct. 5. § 1. num. 10* Palao *diſput. 4. punct. 10. § 1. num. 3.* Alterius *de Suſpenſ. diſput. 10. cap. 6. col. 1. & 2.* Qui cum aliis hoc putat verum eſſe loquendo de quacunque excommunicatione maiori, non minori, innodatis, & etiam de ſuſpenſis, & interdictis. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Primum dubium. An etiam maneat ſuſpenſus, qui aliqua Cenſura innodatus, recipit Ordines minores.

Negant apud Caſtrum Palao, Nauar *lib. 5. conſil. tit. de excommun. conſil. 28. à num. 2.* & Auila *7. p. diſput. 9. ſect. 1. dub. 6.*

Digitized by Google

Reſpondeo: manere. Quia cap. *Cum illorum*, cit abſolutè de Ordinibus loquitur: ergo de omnibus eſt intelligendum. Sic expreſsè Nauarrus, Filliucius, Alterius, Bonacina, & Palao *loco cit.* Qui ſecus dicunt, de recipiente primam Tonſuram in excommunicatione, aut alia Cenſura. An autem recipiens Ordines in excommunicatione, fiat etiam irregularis, dicemus *tract. de Irregularit.* Nec Nauarrus, & Auila ſunt contra nos, vt putat Palao. Quia dicti Doctores, ſolum docent, non manere irregulares, qui excommunicatione innodati, ordines minores ſuſcipiunt, de quo dubio aliàs.

Secundum dubium. An hanc ſuſpenſionem incurrat excommunicatus, aut ſuſpenſus, &c. qui ex probabili ignorantia, vel inaduertentia ſuæ excommunicationis, aut ſuſpenſionis, &c. aliquem Ordinem recipit?

Affirmant quàm plures ex cap. *Cum illorum*, *citat.* vbi in caſu ignorantiæ facti, aut iuris, quando recipiuntur Ordines in excommunicatione, dicitur neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi: ergo ſupponitur ſuſpenſio præcedens, aliàs non eſſet neceſſaria diſpenſatio: Ita Maiolus *lib.4. de irregular. cap. 34. num. 4.* Couarruuias *in cap. Alma mater, part. 1. §.6 num. 6.* Abbas, Ananias, & Specul. quos citat, & ſequitur Alterius *diſput. 10. citata, cap.6 dub 2. dict. 3.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non incurrere dictam ſuſpenſionem. Quia par non eſt, vt pœnam incurrat, qui culpam non admiſit. Nec obſtat cap. *Cum illorum, citatum* à contrariis; quia intelligitur de ignorantia craſſa, & peccaminoſa. Sic Nauarrus *cap.27. num* 241. D. Anton. Innocent. Paludanus, Abbas, & Caſtro, quos citat, & ſequitur Suarez *diſputat.* 31. *ſect* 1. *num.*59. Filliucius *num.* 94. *cit.* Bonac. *num.* 1. *verſ. Obſerua tamen.* Palao *diſputat.* 4. *punct.* 10. §. 2. *num.* 3. *verſ. Sed an ab hac pœna.*

Tertium dubium. An ſaltem incurrat ſuſpenſionem hanc, qui exiſtens excommunicatus, vi, & metu cadente in conſtantem virum, cogitur recipere Ordines?

Affirmant apud Alterium, Tabiena *verb. Irregularitas* 4. *concl.* 15. Hoſtienſ. Goffret & Maiolus, quos citat, & ſequitur ipſemet Alterius *cap. 6. cit. col. vlt. verſ. Sententia hæc.* Et quidem conſequenter id docent; namſi, iuxta doctrinam ab ipſis traditam, excommunicatus, ſeu alia Cenſura aſtrictus, ſuſcipiens ignoranter Ordines, ſuſpenſionem incurrit; multò magis ſuſpenſionem contrahet, ſi talis excommunicatus, per vim, aut metum promoueatur. Argum. *l. Qui poteſt, ff. de regul. iuris.*

Sed probabiliùs reſpondeo: nec prædictum ſuſpenſionem incurrere. Quia hæc ſuſpēſio non incurritur, niſi ob culpam: at qui ob metum grauem cadentem in conſtantem virum ſuſcipit Ordines, non facit contra præceptum Eccleſiæ, excuſante dicto metu: ergo. *Confirmatur* ex dictis. Nam ignorantia excuſans culpam, excuſat hanc ſuſpenſionis pœnam: ergo & neceſſitas; cum ſit eadem ratio, & nullum ius in contrarium. Sic Suarez *diſput.*31. *ſect.*1. *n.*60. & penes illum, Syluest. *irregularitas, quæſt.* 7. & etiam Tabiena *loco* ab Alterio *citato* pro ſe, Sic etiam Bonac. *diſput.3. punct.5. §.1. num.11. verſ. Obſerua ſecundò.*

QVÆSTIO VI.

An, qui ficto titulo; (nempe, ficto patrimonio, aut ficto beneficio, aut penſione) ordinatur, ſuſpenſionem incurrat?

NEgant quàm plures DD. eò quòd exiſtiment, non incurrere ſuſpenſionem modò, illum, qui ſine patrimonio, aut beneficio ſufficienti, Ordine ſacro initiatur, quamuis aliàs grauiter peccet, ergo neque incurret ille, qui ficto patrimonio, aut ficto beneficio, aut ficta penſione, Ordine ſacro initiatur. Ita Henriquez, Viualdus, Toletus, Rodriguez, Sayrus, Gutierrez, Sà, Ægidius, Luyſius, Auila, Villalobos, Philibertus, Machado, inter quos eſt etiam Diana 3. *part. tract.* 10. *de Sacram. reſol.*184. & 2. *part. tract.*16. *reſol.* 5. & *part.* 5. *tractatu* 10. *reſol.*50. Quos omnes inuenies citatos à nobis pro hac parte, *part.2. tract.6. diſputat. 9. quæſt.4.* Quibus nunc etiam addo Hurtad. *difficult.*13. *de Suſpenſ. num.* 28. Caſtrum Palao *diſp.4. punct.* 10. §.1. *num.* 12. *in fine.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Suſpenſionem incurrere. Quia probabilius eſt, quod ille, qui ſine patrimonio, aut beneficio, aut penſione ſacris initiatur, ſit ſuſpenſus, per cap. *Neminem*, & per cap. *Sanctorum, diſt.*70. renouata per Concil. Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*1. *de reformat.* at ſic eſt quod penſio, beneficium, ſeu patrimonium fictum, reuera non eſt penſio, beneficium, ſeu patrimonium: ergo. Sic abſolutè loquendo, & in re, tenent hanc partem Nauarrus *in man. cap.27. n.*158 Sanchez *lib.6. de Matrim.* 32. *n.*8. Suarez *hic diſputat.*31. *ſect.*1. *num.*34. & 35. Vaſquez *tom.3. in 3. partem diſputat.*243. Bonacina *de Sacram. diſputat.* 8. *quæſt. vnica, punct.5. num.*24. & *tom.2. diſput.3. de ſuſpenſ. punct.5. §.1. num.1. & tom.3. diſput.3. quæſt.* 1. *punct.8. num.* 3. Maiolus, Barboſa, Zerola, Comitolus, Molfeſius, quos pro hac parte citaui 2. *part. loco citato.* Quibus addi poſſunt Cornejo *diſputatione* 4. *de Suſpenſ. dub.*1. *caſu* 5. & alij Recentiores. Quamuis ex his, aliqui contrarium ſentiant loquendo de iis, qui ſine titulo, abſque dolo tamen, & fictione, Epiſcopo volente ordinentur. Legantur Suarez, & Cornejo *loc. citat.* Cætera etiam quæ hìc deſiderari poſſunt, tractata inuenies 2. *part. tract.* 6. *de ordine diſputat.* 9.

QVÆSTIO VII.

An ſuſcipiens Ordines, non ſeruatis interſtitijs, ſuſpenſionem incurrat?

AFfirmant Henriquez *lib.6. cap.*10. *n.*3. Additionator Nauarri *lib.* 1. *conſil.*4. *de temporib. Ordin. fol.*33. Portel *in dub. regul. verb. Suſpenſio num.* 14. Qui tamen malè citat Suarium pro hac parte, & Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſolut.* 55. *verſu, Nota etiam,* quamuis poſteà oppoſitum docuerit vt infra. Bauny *quæſt.* 16. *de Suſpenſ. verſ. Quintò.*

Sed probabiliùs iterum reſpondeo: non incurrere (tametſi graue peccatum committat.) Quia nulla eſt in iure oppoſita ſuſpenſio contra prædictum ſic ſe ordinantem, poſt Clementem VIII. vt diximus 2. *p. tract.6. de Ordine diſput.* 11. *quæſt.* vbi pro hac parte adduximus Nauarrum *conſil.4. cit.* Suarium *diſput.*31. *ſect.*1. *n.*43. Filliucium *tract.*17. *cap.*5. & *tract.*20. *cap.*7. *num.*290. Diana 3. *part. tract.*2. *reſol.*32. & 4. *p. tract.*4. *reſol.*209. & 5. *part. tract.* 10. *reſol.* 40. Madium, Riccium, Sayrum, Zerolam, Philibertum, Bonacinam, Barboſam, Villalobos, & alios. Quibus addi poſſunt Alterius 2. *tom. diſput.* 10. *cap.*4. & Palao *diſputat.* 4. *punct.*10. §1. *num.*8. *verſ. Ob violationem.*

QVÆSTIO VIII.

An ſuſcipiens duos Ordines ſacros in vna die, ſuſpenſionem ipſo facto incurrat?

NEgant Villalobos 1. *part. tract.*18. *diffic.*11. *n.*7. & Diana *part.*5. *tract.*10. *reſolut.* 36. citantes, (ſed malè) pro hac parte Suarium. Quia exiſtimant ad ſummum eſſe ſuſpendendum.

Sed

Digitized by Google

Sed probabilius iterum reſpondeo: Incurrere ipſo facto, quia ſic colligitur ex *cap. Quod à Patribus, diſt.75.*& ex cap.*Innotuit,de eo,qui furtiuè ordin.ſuſcipit.* Ex quibus, id docent Nauarr.*cap.25.n.71.& cap. 27. num.241.*Suarez *diſp.31.n.41.*Luyſius,Bonac. & Philibert.quos pro hac parte adduxi *2.part.tract.6.diſp.11. quæſt.14.*

QVÆSTIO IX.

An etiam incurrat ſuſpenſionem eandem, qui eodem die, minores Ordines cum Subdiaconatu ſuſcipit?

AFfirmant etiam Bonac. *hic diſp.3. punct.5.§.1.n.4.* & penes illum,Nauarr.*cap.25.*(lege 25.)*num.61.* Sà *verb.Suſpenſio,num.19.*Sayrus *c.14.n.23.27.& 25.* Suarez *diſput. 31.ſect.1 num. 41.* & Filliucius *num.86.* Gauant. *in Man. Prælator. verb. Irregularitas*, & alij, docentes, tunc ordinatum manere ſuſpenſum à Subdiaconatu.

Sed probabilius rurſus reſpondeo: Nullo modo incurrere ipſo facto ſuſpenſionem. Sic Suarez *loc.cit.* pro parte contraria ex *cap.2. de eo, qui furtiuè ordin.ſuſcipit.* Philibert. & Diana, quos pro hac opinione citauimus *2.p.loc.cit q.15.*

QVÆSTIO X.

An ipſo facto maneat ſuſpenſus, qui aliquem Ordinem per ſimoniam realem ſcienter recipit?

REſpondeo manere ipſo facto ſuſpenſum,non ſolùm ab ordine ſic ſuſcepto,ſed etiam ab aliis ritè ſuſceptis,vt *infrà* dicemus. Sic habetur *in Extrauag.2. de ſimonia*, ibi: *Declaramus quod omnes illi, qui ſimoniacè ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi.*Sic etiam habetur *in cap.Per tuas,el 2.de ſimon.* & cap. *Inquiſitionis, de Accuſat.* Ex quibus id docent Syluest.*verb ſuſpenſio, quæſt.7.*Henriquez *lib.7.cap.37. num. 3.* & Couarr.apud ipſum, dicentes eſſe communem Doctorum ſententiam. Auila *3.part diſp.5.dub.9. concluſ.1.*Suarez *diſp.31.ſect.4.num.31.*Filliucius*n.128.* Bonacina *diſp.3.punct.5.§.1.n.9.* dicens, hanc ſuſpenſionem reſeruari Epiſcopo. Hurtad. *de ſuſpenſ. diff.13. verſ. Quintò ordinans*, qui contra ait hanc ſuſpenſionem reſeruari Papæ ex Extrauagant. Sixti V. & conſtitutione Clementis VIII. quas refert Sayrus *lib. 4. cap.14.*

Dubium primum. An,qui bona fide, & ignoranter, recipit Ordinis ſimoniacè; maneat etiam ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto?

Affirmat Auila *loc.cit.concl.2.*his verbis. Qui recipit ordines ſimoniacè ignoranter, vt quando cognatus, vel amicus, me ignorante, dat pretium Epiſcopo, vt conferat mihi ordines, manet ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto. Ita Syluester *ſuprà*, & D. Thom. 2. 2. *quæſt.100.art.vlt.ad* 3.& Aragon. *ibi concluſ 4.*Hucuſque Auila.

Sed probabilius reſpondeo: Non manere ſuſpenſum, quia cum prædicta bona fides, ſeu ignorantia culpabilis, à culpa excuſat, ita etiam à ſuſpenſionis pœna. Sic Henriquez *cap. 37.cit.num.3.& 4.* Sayrus *cap.14.cit.n.6.*Suarez *diſp.31.cit.ſect.4.num.4.* Nauarr. *cap.25.n.68.* citans Bellameram, & Cardinalem Alexandrinum.Bonacina *num.9.cit.*Diana *part.5.tract.16. reſol. 54.* Ægidius *num. 37.* qui dicunt id eſſe verum, quamuis ille qui ignoranter ordinatus eſt per ſimoniam,ratificet poſtea promiſſionem factam ab amico; nam,ratihabitio non comparatur mandato in pœnis, niſi in iure exprimatur.

Dubium ſecundum. An, qui per ſimoniam realem, ſcienter ordinatur; ſuſpenſionem omnium ordinum, quos habet, incurrat?

Negant aliqui apud Suarium,ſentientes,ſolùm incurrere ſuſpenſionem ordinis ſimoniacè ſuſcepti,non aliorum.Ita etiam videtur tenere Hurtad.*diff.13.n.39. verſ.Quintò*, ibi: Ordinatus verò manet ſuſpenſus ab ordinibus ſic(*id eſt, ſimoniacè*)ſuſceptis, abſque vlla ſpe aſcendendi ad ſuperiores ordines.

Sed probabilius reſpondeo: Suſpenſionem abſolutam omnium ordinum incurrere, quia ſic decerni videtur in Extrauag Pauli II.(non Pij II.vt leges apud Bonac.) cuius verba habet ſuprà *in hac ead.quæſt.* 10. Et ideò hanc partem tenent Sylueſt. & Couarr.quos affert, & ſequitur Suarez *loc.cit ſect.4.num.33.* Auila *dub.9.citat. concluſ.1.*Henriquez *cap. 37. citat. num.3. & 4.*

QVÆSTIO XI.

An qui furtiuè, hoc eſt, neſciente Epiſcopo, nec approbante, nec examinante, Ordines ſuſcipit; ſit, ipſo facto, & iure, à ſuſceptis ſuſpenſus?

REſpondeo affirmatiuè, cum communi omnium ſententia, quia ſic habetur *in cap.1.2.& 3. de eo qui furtiuè ordines ſuſcipit.* Sic Bonacina *hic diſp.3.de ſuſpenſ punct.5.§.1.num.12.& de irregul. diſp.8.quæſt.3. punct.4. num. 6.* Suarez, Henriquez, Sayrus, & alij penes ipſum. Bauny *quæſt. 16. de ſuſpenſ. verſ. Nonò,* Layman penes ipſum.

QVÆSTIO XII

An qui poſt matrimonium contractum,etiam non conſummatum,ſacros Ordines ſuſcipit;maneat ipſo facto ſuſpenſus ab ordinibus ſic ſuſceptis?

REſpondeo: Manere ipſo facto ſuſpenſum ab ordinibus ſic ſuſceptis, & ab aliis ſuperioribus ſuſcipiendis, & omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico, imo & à promotione ad hæc. Sic habetur in Extrauag. *Antiquæ,de voto.* Ioann XXII. Quæ ſuſpenſio reſeruatur Pontifici, etiam matrimonio ſoluto; niſi fortè ſoluatur per profeſſionem ordinati validè emiſſam, quia tunc Epiſcopus diſpenſare poteſt, vt dicitur *in d. Extrauag.* Sic Suarez *diſp.31.ſect.1. num 34.* Filliuc.*tract.18.cap.5.q.8.num.93.*Bonac.*loc.cit num.13.* Hurtad.*diff.13.num.40.*Diana *part.5.tract.10.reſol.59.* ex Præpoſito *3.part.quæſt.3. de ſuſpenſ dub.5. num. 40.* Palao *diſp.4.punct.10.§.1.num.10.*Qui ſecus dicit,caſu quo recipiat ordines minores, quia Extrauagans ſupradicta ſolùm de ſuſceptione ordinum maiorum loquitur.

Dubium primum. An ſic Ordinatus maneat ſuſpenſus, etiam ab ordinibus ante matrimonium ſuſceptis?

Reſpondeò quod non, ſed ſolùm ab ordinibus poſt matrimonium ſuſceptis, quia in Extrauaganti citata expreſsè ſuſpenditur *ab ordine ſic ſuſcepto.* Sic Suarez *num.34.citato.*

Dubium ſecundum. An etiam maneat ſuſpenſus,qui ex ignorantia, putans bona fide vxorem eſſe mortuam, ordines ſacros ſuſcipit?

Reſpondeo non manere ſuſpenſum.Tum quia,qui ſic ordines ſuſcepit, non contraxit culpam, ergo nec cenſuram.Tum quia ad hanc cenſuram contrahendam requiritur præſumptio, vt conſtat ex textu ibi: *Nemo præſumat, & ſi ſecus fuerit à quoquam attentatum:* ergo qui ſolum ex ignorantia proceſſit, non ſuſpenditur.

Debet nihilominus ſic ordinatus à miniſterio ſacro, durante matrimonio abſtinere, (niſi vxor cedens iuri ſuo emittat votum caſtitatis,) ſoluto tamen illlo, poterit ſine aliqua diſpenſatione, ſi nullum aliud intercedat impedimentum, in ordinibus miniſtrare. Sic Suarez *loc. cit.* 46. Filliuc. *n.* 93. *cit.* Bonac. *loc. cit. n.* 14. Sayrus, Viualdus, & Ægidius penes ipſum. Præpoſitus & Diana nuper citati. Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 1. *n.* 10. *verſ. Quod ſi bona fide.*

QVÆSTIO XIII.

An Clericus in ſacris conſtitutus, publicè & notoriè concubinarius, aut fornicarius, ſit ſuſpenſus?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe ſecundum ius antiquum ſuſpenſum per *cap. Quæſitum, de cohabitat. cler. & mulier. cap. Nullus, & cap. Præter* 32. *diſt. cap. Si quis, diſt.* 81. *cap. Sacerdotes, diſt.* 50. & alibi. Ex quibus textibus, id docent communiter DD. Cardin. Hoſtienſ. Abbas, Nauarr. Couarr & alij, quos citat, & ſequitur Suarez *diſt.* 31. *ſect.* 4. *n.* 4. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Dubium primum. An huiuſmodi ſuſpenſio, ſit ipſo iure lata?

Negant Suarez *diſt.* 31 *ſect.* 4. *num.* 11. Luyſius *lib.* 5. *de cenſur. diſp.* 46. *dub.* 5. & Mercerus *in* 3. *part. quæſt.* 24. *dub.* 18. *num.* 34. docentes, talem ſuſpenſionem ſolùm eſſe ferendam.

Sed probabilius reſpondeo affirmatiuè. Sic Nauarr. *cap.* 27. *num.* 154. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 36. Abbas, Rebuff. Anton. Syluest. & alij apud Auilam 3. *part. diſp.* 5. *dub.* 2. dicens, hanc opinionem ſtando in iure antiquo eſſe veram. Corneio *de ſuſpenſ. diſp.* 4. *dub.* 1 *caſu* 1. Bonacina *diſp.* 3. *punct.* 5. §. 1. *num.* 39. Philibertus *tract.* 1. *de ordine, part.* 8. *cap.* 3. *à num.* 9. Qui id probat ex *cap. veſtra, & cap. finali, de cohabitat. Clericor cap. Præter hoc, diſt.* 32. & ex aliis textibus?

Dubium ſecundum. An hæc ſuſpenſio, ſit iam abrogata per diſſuetudinem?

Negat Philibertus *cap.* 3. *citat.* & penes ipſum, quamplures DD. docentes, textus citatos, contraria conſuetudine abrogatos non fuiſſe, ſed adhuc vigere & ſecundum illos iudicandum: & quatenus abrogati fuiſſent, Concilium Tridentium *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Reformat.* eos innouaſſe videtur iis verbis: *Alioquin pœnis à ſacris Canonibus, vel Statutis Eccleſiarum impoſitis puniantur.* Et in hunc ſenſum hunc textum intellexit Sacra Congregatio iis verbis: *Clerici notoriè concubinarij, etiam hodie ipſo iure ſunt ſuſpenſi.* Ita Philibertus.

Sed iis non obſtantibus, æquè probabiliter reſpondeo dictam ſuſpenſionem eſſe abrogatam per deſuetudinem & non vſum. Quod probat Corneio *diſp.* 4. *de ſuſpenſ. dub.* 1. *quæſt.* 2. ex Trident. *loc. cit* pro contraria parte, vbi videtur, (ait) vel reuocatum ius antiquum, vel introductum nouum, eo quod antiquum ceſſauerat contraria conſuetudine. Vnde iam modò Clerici publici concubinarij, non ſunt ipſo iure ſuſpenſi, neque fideles tenentur abſtinere ab audiendis illorum Miſſis. Sic ille. Ex quo conſtat quod prædicti Clerici non manent ipſo iure ſuſpenſi, licèt ſuſpendi poſſint ſi opus fuerit iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Reformatione.* Sic etiam Sotus *in* 4. *diſt.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 6. *& diſt.* 13. *quæſt.* 1. *art.* 9 Medina *lib.* 1. *ſumma. c.* 11. §. 8. Suarez, Auila, Bonacina, Corneio *loc. cit.* Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 49. Filliucius *tract.* 17. *cap.* 7. *quæſ.* 3. *num.* 124. Hurtad. *diff.* 13. *in fine*, vocans oppoſitum, falſum Legantur dicta à nobis 3. *p. tract. de audit. Miſſarum, diſp.* 2. *q.* 12.

QVÆSTIO XIV.

An qui ab Epiſcopo alieno, ſine licentia proprij, ſcienter ſacris initiatur, ſit ipſo iure ſuſpenſus?

NEgant Gloſſa *in cap. Eos qui, de tempore ordin. in* 6. Cuius ſententia quamuis attento iure antiquo ſuſtineri poſſet, vt fatetur Suarez *vbi infrà*, attento tamen iure nouo, minimè. Ideóque

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe ipſo iure ſuſpenſum: & ſi, ante abſolutionem, in ordine ſic accepto, adminiſtret, manere irregularem. Quia ſic habetur in Extrauagante Pij II. *Cùm ex ſacrarum*, & in Trident. *ſeſſ.* 6. *cap.* 5. *& ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 23. *de Reformat. c.* 8. Sic Nauarr. *c.* 27. *num.* 155. *& lib.* 1. *conſil.* 39. *de tempor. ordin.* Bern. Diaz, Couarr. & Sotus, quos affert, & ſequitur Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 53. *&* 14. Philibert. *de ordine, tract.* 1. *lib.* 5. *part.* 5. *cap.* 5. *num.* 1. *&* 2. *& c.* 11. *n.* 1. *& ſequent.* Corneio *loc. cit. caſu* 7. Auila *part.* 3. *diſp.* 5. *dub.* 7. *verſ. Loquendo autem, & verſ. De tertia denique parte.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, alleg.* 8. *num.* 10. Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 1. *n.* 4. & nos 2. *part. tract.* 6. *de ordine, diſp.* 8. *quæſt.* 1. *&* 2.

Dubium primum. An etiam, qui minores Ordines aut etiam primam tonſuram ab alieno Epiſcopo, recipit, ipſo facto ſuſpenſionem eorundem incurrat?

Negant Auila 3. *part. diſp.* 4. *dub.* 7. *verſ. Secundò ſupponendum eſt*, & penes ipſum, Abbas *in cap. Quod tranſlationem, de temp. ordinat. cap.* 9. *num.* 2. Syluester *verb. Irregularitas, num.* 11. Tabiena *verb. Ordo* 3. *num.* 1. & Nauarr. *conſil.* 48. *de tempor. ordinat.* & alij. Et videtur conuinci ex dictis *ſuprà quæſt.* 3. *dub.* 2. vbi docuimus cum communi, non eſſe ſuſpenſos ipſo facto, ſed ſolùm ſuſpendendos eos, qui ante legitimam ætatem ordines minores ſuſceperunt; atqui Bulla Pij II non ſolùm loquitur de recipientibus ordines ante legitimam ætatem, ſed etiam de recipientibus eos ab alieno Epiſcopo, ſine licentia, aut dimiſſoriis proprij: ergo in vtroque caſu eſt eadem intelligentia.

Sed reſpondeo: Manere etiam ipſo facto ſuſpenſos, non ex vi Extrauagantis Pij II. vt conuincit ratio facta; ſed ex vi cuiuſdam conſtitutionis Vrbani VIII. latæ die 11. *Decembr.* 1624 quã refert, ſequendo hanc noſtram ſententiam, Philibertus *tract.* 1. *de ordine, part.* 5. *cap.* 5. *num.* 2. *& cap.* 11. *num.* 8. *&* 16. de quo, & ex quo nos etiam 2. *part. tract.* 6. *diſp.* 8. *q.* 2 Legatur Palao *loco citato.*

Dubium ſecundum. An à prædicta ſuſpenſione excuſet bona fides, ſeu ignorantia mortaliter inculpabilis?

Reſpondeo ex ſæpè nuper dictis: Excuſare, qui excuſat à mortali culpa, propter quam ſolum imponitur hæc pœna. Sic Nauarrus *cap.* 27. *n.* 254. Toletus *lib.* 1 *cap.* 48. Philibertus *tract.* 1. *de ordine, part.* 5. *cap.* 11. *n.* 7. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 38. Suarez *diſput.* 31. *ſect.* 1. *n.* 14. Bonacina *tom.* 3. *de cenſur. diſp.* 3. *quæſt* 3 *punct.* 10. *num.* 15. & alij.

Dubium tertium An ab hac ſuſpenſione poſſit Epiſcopus nunc abſoluere?

Reſpondeo poſſe nunc, ſi delictum ſit occultum ex conceſſione Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. Nam quamuis Sixtus V. hanc ſuſpenſionem Romano Pontifici reſeruauerit, per quandam conſtitutionem incipientem, *Sanctum & ſalutare*: tamen poſtea Clemens VIII. per aliam conſtitutionem, quæ incipit, *Romanum Pontificem decet*, moderauit, & ad terminos antiquos, Pij II. & Tridentini redegit. Sic Philibertus *loc. cit. numero* 5.

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An Ordinati cum dimiſſoriis à Capitulo Sede vacante obtentis, infra annum vacationis incidant in ſuſpenſionem?

REſpondeo tanquam certum: Incidere; niſi caſu, quo beneficij recepti, vel recipiendi neceſſitas cogat. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ.7. de Reformat. cap.7.* ibi. *Si ſecus fiat, Capitulum contrauenienſ, Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & ſic Ordinati, ſi in minoribus Ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præſertim in criminalibus, gaudeant: in maioribus verò ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Sic Concilium. Et ex illo omnes. Legantur Philibertus *tract.1. de Ordine, part.6. cap.3. à n.12.* Corneio *dub.1. cit. caſu* 8. Luyſius *lib.5. diſp.46. dub. vltimo.* Auila 3. *part. diſp.5. dub.8. verſ. Octauus caſus eſt.* Diana *part.5. tract.10. reſol.46* & alij. De quo etiam nos egimus 2. *part. tract. 6. de Ordine, diſput.10. à quæſt.4.* vbi alia, quæ hîc deſiderari poſſunt, inuenientur.

QVÆSTIO XVI.

An etiam in ſuſpenſionem incidat, qui adhuc à proprio Epiſcopo ordinatur in aliena diœceſi ſine licentia proprij?

NEgarunt Albericus *in l. Emancipati, ff. de adoptionib.* & Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Clericis, à quibus, & quomodo creentur, n.12.* Quia exiſtimarunt, poſſe Epiſcopos extra propriam diœceſim, ſuis ſubditis ordines conferre.

Sed tanquam certum reſpondeo: Etiam in ſuſpenſionem incidere. Quia ſic habetur clarè in Trident. *ſeſſ.14 de Reformat. cap. 2.* vbi ſuſpendit per annum Epiſcopos in aliena diœceſi, Pontificalia exercentes; & ordinatos vſu ordinis, ipſo iure priuat. Quod idem vetuit Concil. Antiochenum *cap.22.* relatum in *cap. Epiſcoporum 9. quæſt.2.* Sic communiter omnes. Legantur Philibertus *tract.1. cit. part.5. cap.5. num.12.* Corneio *loc. cit. caſu 9.* Palao *diſp.4. puncto 10. §.1. n.5.* & ego 2. *part. tract.6. diſp.8. q.6.*

QVÆSTIO XVII.

An Clericus, publicè ſaltem, Sodomita, ſit ipſo iure ſuſpenſus?

AFfirmant plures DD. ſentientes Clericum Sodomitam occultum, vel notorium eſſe ſuſpenſum ipſo iure, & exercendo actum ordinis incurrere irregularitatem à ſolo Papa diſpenſabilem. Ita Couarr. *in Clement. Si furioſus, part 1. ſeſſ.1. num.6. de homicidio,* & penes illum, Hoſtienſ. Ioan. Andr. Anton. Marian. & Socin. Quibus addi poſſunt Maiolus *lib.5. de irregular. cap.43.* Cenedo *Collect.130. part.2.* Alter. *tom.2. diſput.15. cap.3.* Lambertin. Bernard. Diaz, Follerius. Franciſcus Marcus, & Caualcanus apud Philibertum *vbi infrà.*

Negant è contra alij, non abſolutè, ſed ſub diſtinctione, dicendo, quod ſi Clericus Sodomita eſt occultus, non ſit ſuſpenſus, nec celebrando fiat irregularis: Si verò ſit publicus, & notorius, ſit ſuſpenſus, & exercendo actum ordinis, fiat irregularis. Ita Philibertus *tract.1. de Ordine, part.8. cap.4. à num.34.* præcipuè *num.36.* & penes ipſum, Nauarr. *cap.27. n.149.* Henriquez *lib.14. cap.5.* Philiarcus *lib.4. de officio Sacerd. cap.15.* Valentia *tom.4. diſp.7. quæſt.19 punct.3. n.5.* Azor. *part.3. lib.3. cap.19. quæſt.6. & 7.* Vgolinus *de irregularit. cap.43. §.3. num.4.* Quaranta *verb. Sodomia, in addit.* Rodriguez *part.1. ſumma, cap.109. num.1.* Reginaldus *lib.22. cap.3. num.50.* Graffius *lib.4. deciſ. cap.25. num.17.* Auila *part.3. diſp.5. dub.3.* Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.2 cap.15. §.5. num.34* Bonacina *de Cenſur. diſp.3. q.6. punct.5. num.3. & de Matrim. quæſt.4. punct.11. n.2.* Barboſa *de offic. Epiſcopi, alleg.10. n.195. part.2.* Diana *1. part. 17. reſol.69.* Campanilis, Lazarius, Sanctarellus, & Garzias.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Nec occultum, nec publicum Sodomitam, eſſe ipſo iure ſuſpenſum, nec irregularem. Ratio eſt, quia nullus debet puniri pœna ſuſpenſionis, vel irregularitatis, niſi de illa in iure manifeſtè conſtet: ſed in iure nulla eſt manifeſta ſuſpenſio, ipſo facto, vel irregularitas contra Clericos Sodomitas etiam publicos; vt ipſi contrarij fatentur: ergo. Sic Suarez *diſp.31. ſect.3. à num.19.* Filliucius *tract.17. cap.7. quæſt.4. num.125.* Ganantus *in Man. Epiſcop. verb. Irregularitas, num.32.* Auila *loco* pro ſecunda ſententia à Philiberto malè *citato*; ait enim ſic: Mihi videtur, quod Clericus Sodomita, nec occultus, nec notorius, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, etiam ſtando in iure antiquo. Sic ille; quod benè probat, & citat pro hac parte Henriquez *cap.16. & lib.14. cap.5. num.1. lit.F.* Et benè. Ait namque ſic: At hæc pœna, ſicut à priuatio beneficij, requirit nouam ſententiam iudicis. Tenet etiam Hurtadus *diff.13. de ſuſpenſ. in fine,* per hæc verba: Aduertimus tamen plures ſuſpenſiones à nonnullis aſſerti, quæ verè non ſunt, præſertim eam, quæ dicunt eſſe ſuſpenſum Clericum, qui eſt publicus peccator, præſertim concubinarius, quod eſſe falſum deducitur ex Tridentino *ſeſſ.21. cap.14. de Reformat.* Sodomita quoque non eſt ſuſpenſus, vt aduertit Ægidius *n.56.* quamuis Pius V. ſua conſtitutione 70. tale nefas exercentes omni beneficio, officio, dignitate, & priuilegio clericali priuet: quia hæc conſtitutio non obligat ante ſententiam iudicis, præſertim Sodomitam occultum, vt aduertunt Suarez, & Ægidius. Imò ea conſtitutio, & pœnæ, frequentiam, ſeu exercitium requirit. Sic Hurtadus. Imò hanc ſententiam tenere videtur Bonacina *de Cenſur. loco* pro ſecunda ſententia *adducto,* quatenus & abſolutè docet Clericum Sodomiæ labe coinquinatum, non eſſe ipſo iure ſuſpenſum, neque irregularem, & pro ſua opinione citat Auilam, & Filliucium, qui expreſsè noſtram doctrinam docent, contra Azorium, qui docet ſententiam ſecundam.

QVÆSTIO XVIII.

An Clericus publicè portans veſtes virgatas, vel partitas, Hiſpanè, Veſtidos bordados, ò texidos de diuerſos colores, *ſit ipſo iure ſuſpenſus?*

REſpondeo tanquam certum: Eſſe. Ita tamen, quod, ſi eſt Clericus beneficiarius, eſt ipſo facto ſuſpenſus per ſex menſes à perceptione fructus: ſi non eſt beneficiarius, ſed eſt in ſacris conſtitutus, per idem tempus redditur eo ipſo inhabilis ad beneficia: & idem eſt dicendum de aliis Clericis, qui non ſunt in ſacris, ſi ſimul cum huiuſmodi partita veſte, deferant coronam. Sic ex *Clement.2. Quoniam, de vita, & honeſt. Clericor.* docet Nauarr. *cap.27. num.157. §.13.* Couarr. *pract. cap.31. num.7. verſ. Quartò.* Syluester, Bernard. Diaz, & alij, quos affert, & ſequitur Henriquez *lib.13. cap.39. num.3. lit.A.* Auila 3. *diſp.5. dub.8. verſ. Vndecimus caſus.* Suarez *diſput. 31. ſect.3. num.1.* Filliucius *tract.17. cap.6. quæſ.5. num.106.* Corneio *loc. cit. caſu 13.* Bonacina *diſp.3. quæſt.6 punct.5. §.1. n.21.* Ægidius *num.42. ſuſpenſ. 9.* Palao *diſput.4. punct.10. §.3. num.12.* & alij penes ipſos. Sed circa hanc ſuſpenſionem ſit

Dubium

Digitized by Google

Dubium primum. An in aliquo caſu poſſit Clericus vtens prædictis veſtibus, excuſari à ſuſpenſionis pœna?

Reſpondeo quod ſic. Nam *Primò*, poteſt excuſari caſu, quo geſtet prædictas veſtes, non publicè, ſed ſecretò, vt domi in ſtudio. *Secundò*, ſi geſtet ſub aliis veſtibus, ita vt publicè non appareant. *Tertiò*, ſi geſtet ob celebrationem alicuius feſti ad breue tempus, vt Doctoratus, nuptiarum, aut ob aliam iuſtam cauſam, & *Quartò*, ſi ſecundum prudentium hominum arbitrium, conſiderata loci conſuetudine, ſolùm peccet venialiter. In iis namque caſibus excuſabitur Clericus vtens dictis veſtibus ab incurſione ſuſpenſionis, vt docent Nauarrus, Henriquez, Suarez, Palao, Auila, Filliucius, & Bonacina *locu cit.*

Dubium ſecundum. An hæc ſuſpenſionis pœna, ſit conſuetudine abrogata?

Negant communiter DD. quatenus ſupponunt, de facto incurrere dictam pœnam Clericos, qui abſque rationabili cauſa, dictis veſtibus vtuntur.

Sed ego reſpondeo dicendum id non eſſe omnino certum; quia non deſunt aliqui Recentiores, vt teſtatur Henriquez *loc. cit. lit. A.* & ex illo Auila, necnon, ex hoc, Bonacina *loc. cit.* aſſerentes, hanc ſuſpenſionem eſſe derogatam conſuetudine. Vnde Palao *loc. cit.* hæc ſcribit verba: Plura in d. Clement. ſtatuuntur de veſtibus, quæ vſu abrogata ſunt, teſte Suarez *ſuprà*. Quare eam tantùm credo vim habere, quæ Clericum ignotum redderent, & ſæcularem eſſe omnibus indicarent. Sic ille. Et bene.

QVÆSTIO XIX.

An maneat ſuſpenſus Sacerdos, qui etiam intuitu cuiuſvis priuilegij, aut conſuetudinis, ſponſis benedicit, aut matrimonio coniungit, ſine proprij illorum Parochi licentia?

RESpondeo tanquam certum: Manere ſuſpenſum, donec ab Epiſcopo illius Parochi, cuius officium vſurpauit, abſoluatur. Quia ſic habetur in Trident. *ſeſſ.* 24. *de Reformat. matrimonij, cap.* 1. Sic omnes. Legantur Suarez *hic diſp.* 31. *ſect.* 3. *n.* 18 Auila 3. *part. diſp.* 5. *dub* 8. *verſ. Nonus caſus eſt.* Nauarr. *cap.* 22. *n.* 69. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 39 *num.* 3. Sanchez *lib.* 3. *de Matrimonio, diſp.* 52. *num.* 4 Filliucius *tract.* 17. *cap.* 7. *n.* 101. Palao *diſp.* 2. *punct.* 10. §. 2. *n.* 2. Ægidius *diſp* 15. *dub.* 5. *num.* 46. *ſuſpenſ.* 16. Bonacina *diſp.* 3. *de ſuſpenſ. punct.* 5. §. 1. *n.* 20. & alij. Qui extendunt ad Regulares coniungentes in matrimonium, vel benedicentes, *&c.* Sed circa hanc ſuſpenſionem, ſit

Dubium primum. An hæc ſuſpenſio ſit ipſo iure lata?

Negat Couarr. *de Matrim. part.* 2. *c.* 6. *n.* 13. & probabiliter, inquit Filliuc. *loco* nuper *cit.* quia exiſtimat, ſolùm eſſe ferendam, ob verbum, *Suſpendatur.*

Sed probabilius reſpondeo: Eſſe ipſo iure latam, quia ſic apertius colligitur ex Tridentino *loc. cit.* Sic Henriquez *lib.* 13. *cap.* 39. *num.* 3. iis verbis: Clericus, qui abſque Parochi, vel Ordinarij licentia aſſiſtit contrahentibus matrimonium de præſenti (quamuis nunc ſit irritum) ſit ſuſpenſus triennio, nec poteſt ante lapſum triennij abſolui per Epiſcopum, à tali ſuſpenſione publica. Sic ille. Et Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 3. *n.* 18. Sayrus *cap.* 15. *n.* 8. Ægidius. Hurtad. Auila *loc. cit.* Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. §. 2. *n.* 2. & alij.

Dubium ſecundum. An prædictus Sacerdos matrimonio aſſiſtens, ſolùm maneat ſuſpenſus ab officio Sacerdotali?

Affirmant Suarez, & Ægidius, qui id colligunt ex ſubiecta materia, iuxta quam determinari debet & pœna. Cùm igitur Sacerdos propter abuſum ſacerdotalis muneris ſuſpendatur, rectè intelligitur ſuſpendi ſolùm formaliter quatenus Sacerdos eſt, atque adeò ſolùm à Sacerdotali munere ſeu officio, non ſimul etiam à beneficio. Hos DD. ſequitur Palao *num.* 2. *citato.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non ſolùm ab officio ſacerdotali, ſed etiam à beneficio ſuſpendi. Quia Concilium abſolutè, & ſine limitatione ſuſpendit dictum Sacerdotem: ergo ab officio, & beneficio intelligi debet ſuſpenſum. Sic Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 3. *punct.* 5. *n.* 7. Hurtadus *diſſ.* 13. *de ſuſpenſ. verſ. Nonò Sacerdos*, & Filliucius *tract.* 17. *cap.* 6. *quæſ.* 4. *n.* 101.

QVÆSTIO XX.

An celebrans Miſſam & in ea non communicans, maneat ipſo iure ſuſpenſus?

RESpondeo manere ſuſpenſum per annum à communione: per textum *in cap. Relatum. de conſecr. diſt.* 2. Sic omnes. Bonacina *punct.* 5. *cit.* §. 1. *num.* 15. ex Maiolo *lib.* 3. *cap.* 16. & Sayro *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 3. docentibus, hanc ſuſpenſionem effugere illum, qui vnam tantum ſpeciem ſumeret; cum hic verè diceretur communicare. Quod additum, non admittit Palao *diſp* 4. *punct.* 10. §. 2. *num.* 6. docens adhuc in hoc caſu manere ſuſpenſum, directè ab ſpecie, quam malitioſè non ſumit, indirectè verò ab alia ſimul; cum non poſſit vnam ſine alia recipere.

QVÆSTIO XXI.

An Sacerdos, qui ſine graui cauſa, Miſſam incompletam omitteret; ipſo iure, & facto, ſuſpendatur à corpore, & ſanguine Chriſti?

NEgat Filliucius *tract.* 17. *cap.* 7. *quæſ.* 4. *num.* 103. exiſtimans, non dari in iure, contra Miſſam imperfectam omittentem, ſuſpenſionem latam, ſed ad ſummum, inferendam. Quia *in cap. Nullus Epiſcopus, de conſecrat. diſt.* 1. in his verbis: *A corpore & ſanguine Chriſti ſuſpenſus ſit*; non ſuſpenſio latæ ſententiæ, ſed inferendæ continetur. Vnde Gloſſa *ibi*, loco verborum, *ſuſpenſus ſit*, vtitur verbo, *ſuſpendatur*, quod apertè ſuſpenſionem ferendam importat. Hæc Filliucius.

Sed probabilius reſpondeo: Ipſo iure manere ſuſpenſum à corpore & ſanguine Chriſti. Quia probabilius eſt, prædicta verba à Filliucio relata. cenſuram ipſo facto importare, vt bene docet Bonacina *diſp.* 3. *de ſuſpenſ. punct.* 5. §. 1. *num.* 17. ergo. Sic ille.

QVÆSTIO XXII.

An ſint aliæ ſuſpenſiones ipſo iure, contra Clericos latæ?

RESpondeo eſſe alias. Et quia rarò occurrunt, eas ad compendium redigemus.

Eſt namque 22. contra Clericos vtentes ordine, in loco interdicto, præter modum iure conceſſum. *cap. Is qui, de ſentent. excommun. in* 6. de hac legantur Syluest. *interdictum* 6. *num.* 3. Angel. *eod. verſ.* 7. *num.* 7. Armilla *num.* 58. Necnon Filliuc. *tract.* 17. *cap.* 15. *n.* 98. & Palao *diſp.* 4. *punct.* 10. § 2. *n.* 7. Qui tamen talem ſuſpenſionis ſententiam latam *in d. cap.* eſſe ſolùm ferendam; probabiliter docent.

23. Contra celebrantes coram excommunicato, vel interdicto, *cap. Epiſcoporum, de Priuileg.*

24. Contra tradentes ſepulturæ publicos vſurarios, *cap. Quia in omnibus, de vſuris.*

25. Contra

Digitized by Google

25. Contra Parochos iungentes ſponſos alterius Parochiæ, ſine licentia. Trident *ſeſſ.25.cap.1. de Reformat.matrimon.* De hac Suarez *diſput.11.ſect.3.n.*18. Filliucius *tract.*17. *cap.*6. *num.* 101. Bonacina *tom* 3. *diſp.3.quæſt.3.punct.5.n.*7. Palao *diſp.4.pun.*10.§.2.*n.*2. & alij.

26 Contra eoſdem Parochos non prohibentes matrimonia clandeſtina, cap. *Ea inhibitio, de clan.deſpon. impub.* De hac, Henriquez *lib.*14.*cap.*39.*num.*3. & Sayrus *lib.4.cap.*15.*num.* 8. exiſtimantes, eſſe ipſo iure ab officio ſuſpenſos. Contra Couarr.4. *Decretal.* 2.*part.cap.*6.*num.*13. Sanchez *lib.3.diſput.*48.*à num.*6. Bonac. *tom.*3.*diſp.*3.*quæſt.*3 *punct.*5. *num.* 9. Filliucium *tract.*17.*cap.*14.*num* 162. & Palao *diſp.*4 *punct.*10.§.2. *num.* 3. docentes talem ſuſpenſionem ſolum eſſe ferendam.

27. Contra Clericos, aut Prælatos grauantes alienis debitis Eccleſias ſibi commiſſas, cap. *Si quorundā, de ſolution.* De hac Suarez *diſp.*31.*ſect.*1.*n* 2. Filliucius *tract.*16.*cap.*6.*q.*5. Bonac. *tom.*3.*diſp.*3.*quæſt.*4.*punct.*14. & Palao *diſp.*5.*punct.*10.§ 2 *n.*4.

28. Contra eos, qui ſede vacante, occupant bona, quæ ad Prælatum defunctum, vel ad futurum, vel ad Eccleſiam pertinent, cap. *Quia ſæpe, de elect.in* 6 De qua Suarez *diſp.*31.*ſect.*3.*n.* 3. Bonacina *tom.*3.*diſp.*3. *quæſt.*4.*punct.*15.*per totum.* Palao *diſp.*4.*punct.* 10.§.2. *num.*8. & alij, docentes ſub hac conſtitutione ſolum comprehendi perſonas, quæ ſunt ex Eccleſia, Collegio, ſeu Conuentu, cuius bona vſurpantur.

29. Contra eligentes indignum ad Epiſcopatum, vel Curatum, vel ad aliud officium, quod habet annexam curam animarum, nam hic ſuſpenditur à beneficio per triennium, cap. *Cùm in cunctis*, §. *finali, de elect.* De qua Sayrus *lib.*4.*c.*15.*num.*11, Suarez *diſp.*31. *ſect.*3. Bonacina *tom.*3.*diſp.*3.*q.*4 *punct.*1.*n.*8. Palao §.2. *cit.n.* 1.

30. Contra conſentientem electioni de ſe factæ, per abuſum ſæcularis poteſtatis, cap. *Quiſquis, de elect.* De qua an ſit ſuſpenſio iure lata, aut ſolum ferenda, agit Suarez *ſect.*3.*cit.num.* 19. Bonacina *tom.*3.*diſp.*3. *quæſt.*4.*punct.*3 *num.*3 & Palao *loco cit.* & concludunt, ſolum eſſe ferendam.

31. Contra occupantes bona, cenſus, *&c.* Eccleſiæ, beneficij, aut loci pij. Trident. *ſeſſ.*22.*cap.*31.*de Reformat.*

32. Contra iurantes de tenendo ſchiſmate *cap.* 1. *de ſchiſmate*, & hi ſuſpenduntur ab ordinibus, & dignitatibus. De hac agunt Bonacina *tom.* 3. *de cenſur. diſp.*3.*q.*6.*punct* 3. Palao *diſp.*10.§.4.*n.*2.

33 Contra Clericos prouocantes ad duellum, vel acceptantes, aut in eo pugnantes, *cap.* 1. *de Clerico pugnante in duello.* De hac Bonacina *loc.cit.num.* 38. Qui ait ex hoc textu non colligi depoſitionem iure latam, ſed ferendam.

34. Contra Clericos raptores, vel præbentes auxilium raptui. Concil. Trident. *ſeſſ.*44.*cap.*6.*de Reform.* De qua Suarez *diſp.*31.*ſect.*3 *num.*48. Palao *punct.* 10. *cit.*§.4. Filliuc *num.*134. & Bonac *loc.cit.* aiunt, non eſſe pœnam ipſo iure latam, ſed ferendam. Contra Bern. Diaz *in practic.cap.*78. & Alterium *tom.*2. *diſput.* 15. *cap.*6.*fine*, exiſtimantes talem ſuſpenſionem eſſe ipſo iure.

35. Contra Præſumentes in populari concione in alterutram partem de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis diſputare; aut de hac ipſa quæſtione ſub quouis prætextu vulgari lingua ſcribere, *&c.* aut in publicis concionibus, *&c.* aſſerere audentes, Beatiſſimam Virginem, cum originali conceptam fuiſſe, ex Bulla Pij V. quæ incipit, *Super ſpecula*, Pauli V. data ſub die 19. Iulij 1616 & 31. Auguſti 1617. & Gregorij XV. Cuius decretum refert ad verbum, Bonac. *hîc diſp.*3.*punct.*5.§.1.*n.* 36. Legantur Sà *verb.ſuſpenſi ipſo iure, n.*16. Sayrus *lib.*4.*cap.*15.*num.*31. Palao *diſp.*4. *punct.*10.§.4.

---

§. II.

De Suſpenſionibus latis in iure contra Epiſcopos.

QVÆSTIO XXIII.

Quot, & quæ ſunt ſuſpenſiones latæ in iure, contra Epiſcopos, & alios Prælatos maiores?

RESpondeo breui ſtylo eſſe ſequentes.

Prima eſt contra Epiſcopos, qui ſcienter conferunt Ordinem aliquem, ſuſpenſo, propter malam promotionem, & receptionem Ordinis. Nam propter hoc ſuſpenduntur à collatione Ordinis ſacerdotalis, per cap. *Si qui Epiſcopi* 1.*quæſt.*1. De qua Sayrus *lib.*4. *cap.*12.*n.*17. Filliucius *tract.*17.*cap* 8.*q.*2.*n.*139. Bonac. *diſp.*3.*punct.*5.§.2.*n.*14.

2. Epiſcopus, qui ſolemniter pœnitentem, aut Bigamum, ordinat; ſuſpenſus eſt à celebratione per annum. Per cap. *Nullus, diſt.* 55. De qua Henriquez *lib.*13.*cap.*38.§.3. Filliucius *loco cit.* Bonacina *diſput.* 3 *de ſuſpenſ.punct.*5 §.2.*num.*8. Palao *diſput.* 4. *punct.* 10. §.5.*n.*1.

3. Epiſcopus, qui confert duos Ordines ſacros eodem die, vel duobus diebus immediatis, continuato ieiunio; manet ſuſpenſus à collatione vtriuſque Ordinis, donec à Papa diſpenſetur, cap. *literas, de tempor. ordinat.* & etiam Concil. Trident *ſeſſ.*13. Legantur Filliuc. *loc.cit.* Bonac. *loc. cit. num.*13. Palao *loco cit.*

4. Epiſcopus, qui ordinat alienum ſine dimiſſoriis ſui Ordinarij, ſuſpenſus manet per annum à collatione omnium Ordinum. Per cap. *Nullus, cit.* & cap. *Eos, de tempor.ordine. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.*6.*c.*5.*de Reformat.* & *ſeſſ.*23 *cap.*8.*de Reform.* De qua Raſtellius *art.*2.*de ſuſpenſ.pag.*207. Filliucius *loc.cit.* Bonacina *loco cit.n*,4. Palao *loco cit.*

5. Epiſcopus, qui in aliena diœceſi ordinat abſque licentia ordinarij loci: aut cum licentia Ordinarij loci, ordinat perſonas, nec ſibi, nec eidem ſubiectas, ſuſpenſus manet per annum à Pontificalibus, per Trident. *ſeſſ.*14.*cap.*2. & *ſeſſ.*23.*cap.*8.*de Reformat.* De qua Raſtellius *loc.cit.verſ. Tertia ſuſpenſio, pag.*208. Filliuc. *tract.*17.*p.*8 *q.*2.*n.*140. Bonacina. *diſp.*3.*punct.*5.§.2.*n.*5. & Palao *loc.cit.*

6. Epiſcopus qui confert Tonſuram illiterato, nempe; illi qui neſcit legere, neque ſcribere; ſuſpenſus eſt per annum à collatione Tonſuræ, cap. *fin. de tempor.ordin.in* 6. De qua Sayrus *lib.*4.*cap.* 15.*n.*18. Henriquez *lib.*13.*cap.*38. *num.*3. Toletus *lib.*1.*cap.*48. Raſtellius *loc.cit.pag.*209. Suarez *diſp.*31.*ſect.*5. Filliuc. *num.*140. *cit.* Palao §.5. *cit. num.*1. Sic etiam Sà *verb. Suſpenſi ipſo iure*, *num.*3. & Bonacina §.2.*cit.num.*11. Qui tamen putant, hanc ſuſpenſionem non eſſe in vſu.

7. Epiſcopus, qui confert primam Tonſuram infanti, qui nondum impleuit ſeptennium, eandem per annum ſuſpenſionem incurrit, per cap. *Nullus, cit.* De qua Suarez, Filliucius, Raſtellius, Bonac. & Palao *locis cit.*

8. Epiſcopus, qui iniuſtè ordinat inuitum, manet ſuſpēſus per annum à celebratione Miſſæ *cap.*1. & 2. *diſt.*84. & c. *Nullus, de temp.ordinat.in.*6. De qua Henriquez *lib.*13.*cap.*38.*num.*3. Sayrus *lib.*4.*c.*6. *num.* 23. Bonacina §.2.*cit.num.*9. Sà *loc.cit.num.*12. Palao *diſp.*4 *punct.*10.§.5.*num.*1.

9. Epiſcopus, qui ordinat Sacerdotem indignum,

Auila 3.*p.diſp.5.dub.2.*Suarez *diſp.31.ſect.5.n.2.*Bonacina *tom.3.diſp.3.queſt.7.punct.4.n.4.* & Palao *diſp.4. punct.10.§.5.n.10.*

23. Epiſcopus, qui poſt Epiſcopatum carnaliter cognoſcit illam, quam ante Epiſcopatum habuit in concubinam, ſuſpenditur ab ordine *in cap. Habuiſſe, diſt.* 33. Hæc tamen ſuſpenſio ſecundum Sayrum *lib.4. cap.12.n.*43 Raſtellium *art.2.de ſuſpenſ.loc.cit.*Fillinc. *tract.17.cap.8.q.9.n.*159. Palao §.5.*cit.n.*10. & alios, ſolum eſt conferenda.

24. Epiſcopi, qui conferunt gradum Doctoris, non recepto iuramento priùs expreſſo *in Clem. Cum ſit, de Magiſt.* ſuſpenduntur à collatione gradus. Sic Henriquez *lib.13.cap.38.n.3.*Syluest. *verb.Suſpenſio,num.*34 Raſtellius *loc.cit.verſ.Septima eſt.*vbi ex Nauarro *c.27. n.153 verſ. Septimò dico.* notant, quod facultas concedendi gradum Doctoratus data à Rege, vel Imperatore, quia ſæcularis eſt, ſuſpendi propriè poſſit, quidquid ſentiat Gloſſa *Clem.Cupientes, col.2.* Et hæc ſatis circa Epiſcopos.

---

§. III.

De ſuſpenſionibus latis in iure contra Religioſos.

QVÆSTIO XXIV.

Quot & quæ ſunt ſuſpenſiones latæ in iure, & in alijs Bullis Pontificum, contra Religioſos?

RESpondeo principaliores eſſe ſequentes. Prima eſt contra Conuentus, & capitula, quæ aliquid petunt ob receptionem alicuius in Religionem: iſta enim ſuſpenduntur ab officio, & beneficio per Extrauag. *Sanè, de ſimon.* De qua ſuſpenſione Sayrus *lib.4.cap.14. num.*27. Viualdus *de ſuſpenſ. num.* 45. Fillincius *tract.17.cap.8. quaſ.10. num.*161. Bonacina *diſp.3.de ſuſpenſ.punct.5.§.3. num.3. & §.4.num.1.* Qui notant, Moniales contra facientes, non incurrere has pœnas propter pacta, & conuentiones, quas ante faciunt pro dotibus recipiendarum in commodum earum victum, per priuilegium Clement. VII. Et conſequenter, neque peccant exigendo paſtus, prandia, & alia fieri conſueta, quidquid dubitet Viualdus, quia hæc ſub dote comprehenduntur, vt notant Filliuc & Bonac.

2. Religioſi non profeſſi, qui ad ſacros Ordines promouentur, ſunt ſuſpenſi ab Ordinis ſuſceptione, per Bullam Pij V. *Romanus Pontifex* 74. Excipiuntur taman Patres Societatis IESV, iuxta dicta ſupra §. 2. *num.* 10. De qua ſuſpenſione Filliucius *tract.17.cap.9. quaſ.6.n.*174. Baſſæus *ſuſpenſio* 4.*n.*74. Bonacina *n.*3.

3. Religioſi, qui abſque licentia proprij Prælati, initiantur ſacris, ipſo iure manent ſuſpenſi: Henriquez *lib.13.cap.4 n.1.*

4. Religioſi, qui Ordines ſacros ſuſcipiunt, dum in Apoſtaſia remanent, remanent ſuſpenſi ab Ordinibus ſic ſuſceptis, & ab aliis ſuſcipiendis, donec per Pontificem diſpenſetur, ex *cap.fin.de Apoſtatis.* Henriquez *loco cit. verſ.Secundò.*Suarez *diſp.31.ſect.6. n.1.* Fillincius *cap. 9. cit. q.1.n.*163. Bonac *n.* 4. Sanchez *in Decalog.cap.8.n.22.* & alij.

5. Religioſi, qui recipiunt ad profeſſionem ante expletum annum approbationis, manent ſuſpenſi à receptione quorumlibet ad profeſſionem: nec valet profeſſio. cap. *Non ſolum*, & cap. *Conſtitutionem, de Regularibus in* 6. De hac pœna Suarez *diſp.31.ſect.6.n.6.* Fillincius *loc.cit.& num.*166. Henriquez *lib.13.cap.40. n.2.in fine.* Sayrus *lib.4 cap.13.n.*13. Nauarrus *cap.27. n.*157 Bonacina *loc.cit.n.2.& tom.3.diſp.3.q 8. punct.5. n.12.*Palao *diſp.4.punct.10.§.6.n.2.* Qui cum aliquibus probabilius cenſet huic ſuſpenſioni non ſubiacere Moniales.

6. Religioſi quicumque, ſiue mares, ſiue fœminæ, qui concedunt iura, redditus, vel poſſeſſiones Eccleſiarum, Monaſteriorum &c. alicui ad vitam, niſi ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum, Monaſteriorum, &c. & cum conſenſu Conuentus, ſi habeant, aut ſi non habeant, de conſenſu Prælati ſuperioris, ſuſpenſi ſunt ab officio, & eſt inualida conceſſio, per *Clem.1.de rebus Eccleſ.non alien.* Suarez *diſp.31.ſect.6. n* 8. Nauarr.*cap.27.n.*157. Sayrus *lib.4.cap.13.num.*12. Henriquez *lib.13.cap.4.n.1.* Sylueſt. Auendanno, Corduba, Perez, & alij penes ipſum. Fillinc.*tract.17.cap.9. q.3.n* 167 *& q.4.n.*168.*&* 169 Bonac *diſp.3.de ſuſpenſ. punct.5.§.4.n.5.*Palao *diſp.4.cit.§.6.n.3.*

7. Religioſi quicumque, qui decimas quaſcumque pertinentes ad Parochiam, aut aliam Eccleſiam, ſibi vſurpant, vel appropriant abſque cauſa & priuilegio, ſuſpenſi manent ab Officio, & beneficio, niſi infrà menſem requiſitus, qui habet adminiſtrationem non deſiſtat, & intra duos menſes ſatisfaciat. Quod ſi officia, aut beneficia non habeant, ipſo facto excommunicationem incurrunt, ita vt abſolui non poſſint, donec ſatisfaciant. Sic Henriquez *loc.cit.n.3.*Suarez *n.9.* Sayrus *n.*10 Fillincius *n.*167 Bonacina *n.*6 Viuald.*de ſuſpenſ.n.*191.

8. Religioſi, ſeu Monachi Benedictini, qui non vtuntur habitu, & veſtitu, modo ipſis præſcripto *in Clem.1.§.Si quis autem,de ſtatu Monach.*Sed præſumūt portare ſotulares non corrigiatos, & altos, aut caputia non ſciſſa; ſi fuerint Abbates, aut Priores Abbates non habentes, à collatione beneficiorum per annum ſuſpenduntur, Si fuerint inferiores habentes adminiſtrationem aliquam, eadem per annum priuantur: ſi verò nullam adminiſtrationem habeant, fiunt inhabiles ad illam, vel beneficium intra annum recipiendum. Sic Suarez *diſp.31.ſect.6.n.*10 vbi circa hanc pœnam aduertit, primò, non de omnibus Religioſis, aut Monachis in d.Clem.ſermonem eſſe, ſed ſolùm de Monachis S.Benedicti, & ideo non eſſe extēdendam ad alios Religioſos. Secundò aduertit ad hanc cenſuram incurrendam requiri præſumptionem, quia in textu dicitur; *Si præſumpſerint portare:* iuxta quæ verba, requiritur vt aliquis cum ſufficienti aduertentia, & per modum ordinarij habitus, illo vtatur ſibi prohibito. Sic etiam Filliuc.*n.*167.*&*170Bonac.*n.*14Diana.*p.5.tr.10.reſ.*44

9. Monachi ipſimet nigri, qui venationi, aut aucupationi clamoroſæ, vel alijs cum canibus, aut auibus, ex propoſito interſunt, eandem ſuſpenſionem, duplicato tamen tempore, hoc eſt, per biennium incurrunt, *Clem.1.cit.* Nota etiam, circa hanc pœnam, quod ab illa excuſabitur Monachus, vel ob paruitatē materiæ, vel inaduertentiam, aut bonam fidem, aut ob intereſſentiam caſualem; quia in textu dicitur: *Ex propoſito interfuerint.* Sic Suarez, & Filliuc.*locis cit.* Bonac.*n.*15.& penes illum, Raynerius, Sayrus, Viualdus, & Henriquez, Palao *diſp.4. punct.10.§.6 n.8.* & omnes.

10 Religioſi Ordinis Prædicatorum, qui prius conſecrantur Epiſcopi, quàm Ordini reſignent libros, & alia quæ tempore promotionis ad Epiſcopatum habent, incurrunt ſuſpenſionem à Pontificalibus Papæ reſeruatam. D Antoninus 3.*part.tit.27.de ſuſpenſ. cap.* 4. ex quodam priuilegio Clementis IV. Syluest. *verb.Suſpenſio,verſ.*38. *&* 39. Henriquez *lib.13.cap.*40 *n.3.in fine.*Bonac.*n.*7 Palao *loc.cit.n.*11.

11. Prælati Religioſorum, qui infra menſem poſtquam requiſiti fuerint, non ſatisfaciunt damno illato occaſione quorundam exceſſuum ſuorum ſubditorum, ſuſpenduntur abſolutè vſque ad debitam ſatisfactionem. *Clem.1.de priuil.* Sic Henriq. *lib.13.cap.40.n.4.* vbi recenſet exceſſus *in d. Clement.* prohibitos, per hæc verba: Suſpenditur Religionis Prælatus, niſi damno ſatisfaciat, quod aliquis ex ſuis ſubditis intulit; detrahendo Prælatis in concione, prædicando

Digitized by Google

n 4 in fine, quatenus docent, non poſſe Epiſcopum abſoluere à ſuſpenſione, quando hæc eſt impoſita propter delictum maius adulterio; benè tamen quando eſt impoſita ob adulterium aut ob alia delicta adulterio minora, vt ſunt venatio: ludus aleæ, vinolentia, *&c.* Ita etiam Filliuc *tract.* 17. *cap.* 4. *q.* 6. *n.* 68.

Sed abſolutè, & abſque vlla limitatione reſpondeo: Poſſe, quia eo ipſo quod conditor iuris non reſeruauit ſibi abſolutionem ſuſpenſionis, eo ipſo conceſſiſſe videtur aliis facultatem habentibus, vt ab illa abſoluant: vt de excommunicatione diximus *ſuprà*, & probauimus ex cap. *Nuper, de ſentent. excommun.* ergo poſſunt Epiſcopi abſoluere à dicta ſuſpenſione; nec non & Abbas, & alij Religionum Prælati qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Sic Auila 3. *part. diſp.* 6. *concl.* & penes illum, Gloſſa *in Clem.* 1. *de heret.* §. *penult. verb. Excommunicationis* & cap. *Cupientes.* §. *Ceterùm, verb. Suſpenſus, de elect. in* 6. Sic etiam Sayrus *lib.* 4. *cap* 16. *num.* 24. Suarez *diſput.* 29. *ſect.* 1. *n.* 19. *&* 20. *&* Corneio *de ſuſpenſ. diſpu.* 5. *dub.* 1. *dicto* 1. & Palao *diſput.* 4. *punct.* 9. *n.* 4. & alij plures penes ipſum.

Qvæstio V.

An à Suſpenſione lata ſimpliciter in pœnam; poſſit quis abſolui per Bullam Cruciatæ?

RESpondeo poſſe, quia in Bulla huiuſmodi habetur, quod poſſit quis abſolui à quacunque cenſura Eccleſiaſtica: at ſic eſt, quod ſuſpenſio eſt verè cenſura, vt patet ex dictis ſuprà *n.* 1. *diſp.* 1. *queſt.* 3 ergo. Sic Auila *loc. cit. dub.* 2. Corneio *loc. cit. dicto* 3. & Filliuc. *c.* 4. *cit. queſt.* 6. *n.* 68. per hæc verba: Dico ſecundò, ſi loquamur de poteſtate delegata, ſi eſt data alicui per priuilegia, conſulantur illa; ſi enim dicant, vi eorum poſſe quempiam ab omni cenſura Eccleſiaſtica, ſic poterunt etiam à ſuſpenſione tales priuilegiarij: Sic per Bullam Cruciatæ poſſunt ex communi apud Aruill (*lege, Auilam*) 3. *part. diſp.* 6. *dub.* 2. & etiam per Iubileum. Si item ſuſpenſio eſt ab homine, ab eo ſolo tolli poteſt, qui eam tulit, ſuperiore eius, ſucceſſore, & aliis, de quibus ſuprà in materia de cenſuris, & excommunicatione. Hucuſque Filliucius. Legatur Corneio *loco cit. dub.* 2. *in fine*, vbi idem docet loquendo de ſuſpenſione lata ab homine, nempe, neminem poſſe ab ea abſoluere, niſi qui eam tulit, aut eius ſucceſſor, aut ſuperior; vnde tolli poteſt per Bullam Cruciatæ, cum ſit priuilegium à ſupremo omnium Paſtore conceſſum.

Qvæstio VI.

An in abſolutione Suſpenſionis, requiratur verba determinata?

REſpondeo non requiri, vt conſtat ex dictis ſuprà de abſolutione excommunicationis. Nihilominus eſt neceſſaria aliqua forma, quæ ſufficienter declaret effectum, vnde vſitata apud viros doctos hæc eſt: *Ego te abſoluo à vinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti, & reſtituo te ad executionem tui muneris, vel Ordinis vel ad tuum beneficium.* Sic ex Angelo, Tabiena, Syluestro *verb. Abſolutio*, Nauarro *cap.* 27. *num.* 101. & aliis docet Suarez *diſp.* 29. *ſect.* 3. *num.* 1. Auila *part.* 3. *diſp.* 6. *dub.* 4. Bonac. *diſp.* 3. *punct. vltimo, num.* 2. ex Valentia, Rodriquez, Filiucio, & Palao *locis cit.* Qui notant, quod quando dubia eſt ſuſpenſio, tunc præſtanda ſit abſolutio non abſolutè, ſed hac conditione; ſi teneris vinculo ſuſpenſionis, ego te abſoluo, *&c.*

Qvæstio VII.

An in abſolutione Suſpenſionis, ſit neceſſarium, exprimere cauſam, ob quam contracta eſt?

AFfirmatiuam partem inſinuare videtur Auila *loc. cit.* eo quod hanc formam ad abſoluendum à ſuſpenſione conſtituat, nempe: *Abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quam incurriſti ob hanc, vel illam cauſam, & reſtituo te priſtinæ executioni.* Auilæ conſonat Palao *loc. cit.*

Sed abſolutè reſpondeo: Non eſſe neceſſarium, Quia (vt ait Suarez) ad indicandum effectum abſolutionis, qui eſt, tollere ſuſpenſionem, non oportet exprimere cauſam ſuſpenſionis; nam hoc extrinſecum eſt. Et ideò in abſolutione generali, quam ſolemus ad cautelam dare ab omni vinculo ſuſpenſionis, nullam explicamus cauſam: quando autem abſolutio eſt alicuius ſuſpenſionis particularis, vt ad illam determinatè dirigatur abſolutio, ſufficit intentio abſoluentis, quamuis in verbis non fiat determinatio per explicationem cauſæ. Sic Suarez *diſp.* 29. *ſect.* 3. *num.* 1. Bonac. *loc. cit. n.* 3 & alij. Et conſtat ex dictis de abſolutione cenſurarum. Ex quibus dictis ibidem, conſtat, quod in delictis grauibus petendum ſit iuramentum obediendum Eccleſiæ, ante abſolutionem ſuſpenſionis; necnon ſatisfactio ſufficiens, & cautio. Quod & notant Bonac. & Auila *loc. cit.* & Filliuc. *tract.* 17. *cap.* 4 *in fine.*

Digitized by Google

TRACTATVS QVINTVS DE INTERDICTO, TERTIA CENSVRÆ SPECIE.

DISPVTATIO I.

De Eſſentia, & diuiſione Interdicti.

QVÆSTIO. I.

Quid ſit Interdictum ſecundùm ſe?

RESPONDEO quod eſt, *Cenſura Eccleſiaſtica probibens vſum quarumdam rerũ diuinarum, vt fidelibus communem, & quatenus eſt vſus taliũ rerum.* Hæc definitio colligitur ex cap *Non eſt vobis, de ſponſal.* & ex cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* Eámque tradunt Sotus *diſt.* 22. *quaſt.* 3. *art.* 1. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 1. *n.* 3. *&* 4. Filliucius *tract.* 8. *cap.* 1. *quaſ.* 2. *num.* 3. Corneio *tract.* 5. *de Cenſur quaſ.* 4. *diſp.* 1. *in principio.* Legantur etiam Auila *part.* 5. *diſp.* 1. Nauarr. *c.* 27. *à num.* 164. Henriquez *lib.* 13. *à cap.* 41. Couarr. *in cap. Alma mater, part.* 2. *per totam.* Bonacina *de Cenſuris, diſp.* 5. Reginaldus *lib.* 32. *tract.* 3. *c.* 25. Alterius *tom.* 2. *tract. de Interdicto. diſput.* 1. *cap.* 1. Palao *de Cenſuris, diſput.* 5. *num.* 2. Hurtad. *tract. de Interdicto, difficult.* 1. Ægidius *diſput.* 18. *dub.* 1. Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 4. *cap.* 1. & alij.

QVÆSTIO II.

An Interdictum in communi, rectè diuidatur in Interdictum Locale, Perſonale, & Mixtum ex vtroque?

NEgat Henriquez *lib.* 13. *cap* 41. *num.* 3. cum aliis, per hæc verba: Diuiditur Interdictum, in locale tantum, & pura perſonale: & quidem addunt mixtum ex locali, & perſonali, quod alij omittunt. Nempe, (*addit in margine lit. M.*) Palud. *quaſt.* 8. *art.* 4. *argum.* 3. Soto, Angel. *interdict.* 1. §. 1. quia Mixtum, ſub aliis includitur, nec eſt de illo ſpecialis ratio, vt benè Nauarr. *num.* 166. Hæc Henriquez. Cuius ſententiam amplectitur Suarez *diſp.* 32. *cit. ſect.* 1. *num.* 3. necnon Alterius *diſp.* 1. *cit. cap.* 3. *col.* 1. cum aliis docentibus, Interdictum, ſolùm eſſe duplex, nempe locale, & perſonale. Quia de his ſolum fit mentio in cap. *Præſenti*, cap. *Si ſententia*, & cap. *Si ciuitas, de ſentent. excommun. in* 6.

Sed nihilominus cum communi ſententia reſpondeo, Rectè diuidi in dictas tres ſpecies; quià re vera, vltra interdictum locale, quo directè interdicitur locus: & interdictum perſonale, quo interdicitur perſona, datur aliud, quod continet locale, & perſonale, quo locus, & perſonæ ſimul interdicuntur; quod verè eſt vnum tertium coaleſcens ex vtroque dicto, indiuiſibiliter contra locum, & perſonam latum, quod ideò dicitur mixtum. Quod virtute in textibus adductis continetur. Sic in primis Nauarrus *loc. cit.* ab Henrico pro ſua ſententia. Toletus *lib.* 1. *c.* 51. *n.* 3. Syluester, & Tabiena apud Alteriũ. Filliuc. *tr.* 18. *c.* 1. *q.* 3 *n.* 4 Bonac. *de Interdicto, punct.* 1. *n.* 2. Auila *p.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 1. Reginald. *c.* 25. *cit. n.* 3. Hurtadus *tract. de Interdicto, diff.* 2. Corneio *de Interdicto, diſp.* 1. *in princip.* Bauny *tract.* 9. *de Interd. quaſ.* 1. Baſſæus *verb. Interdictum* 1. *num.* 1. Viuald. 2. *part. tract. de* Interd *n. mihi* 119. *&* 123.

QVÆSTIO III.

Quid ſit Interdictum locale?

REſpondeo dicendum, quod eſt *cenſura Eccleſiaſtica: qua immediatè, & directè interdicitur aliquis locus, ne in eo celebrentur diuina officia, niſi modo præſcripto à iure.* Et conſequenter, & indirectè interdicuntur perſonæ in eo loco facere, vel audire diuina officia. Sic omnes. Auila *diſp.* 1. *cit. dub.* 1. *concl.* 1. his verbis. Interdictum purè locale eſt, quando tantum interdicitur locus, ne in eo audiantur officia diuina, itavt nec ciues, nec exteri poſſent ibi audire diuina: at verò quæcunque perſonæ non interdictæ poterunt ea audire in alio loco non interdicto. Sic ille. Viualdus, Filliucius, Bonacina, Corneio, Baſſæus *locis cit.* & alij omnes.

QVÆSTIO IV.

An Interdictum locale, rectè & adæquatè diuidatur in generale, & ſpeciale?

NEgant Angel. *verb. Interdictũ* 1. *n* 1. *& Interdict* 2. *in principio*, vbi Interdictum locale, eſſe triplex per hæc docet verba: Interdictum locorum, aliud generale, vt cum interdicitur Regnum, vel Prouincia, vel Diœceſis. Aliud ſpeciale, vt cum interdicitur Ciuitas aliqua, Caſtrum, vel Villa. Aliud ſingulare vt cum interdicitur certa Eccleſia, vel Capella, &c. Ita Angel. cuius ſententiam tenet etiam Bauny *tract. de Interd. quaſt.* 1. *verſ. Diuiditur autem, & verſ. Interdictum generale.*

Sed cum communi ſententia Doctorum reſpondeo dicendum. Rectè & adæquatè diuidi Interdictum in generale, & ſpeciale; ſeu (vt alij loquuntur) in vniuerſale, & particulare. Colligitur ex cap. *Præſenti, de ſent. excomm. in* 6. & cap. *Cùm in partibus, de verb. ſignif* vbi de duplici hoc Interdicto, nempe generali, & ſpeciali, fit mentio. Nec alibi in iure inſinuatur illud tertium interdicti genus, quod adſtruũt Angel. & Bauny: ergo. Igitur Interdictum locale generale, ſeu vniuerſale, eſt, quo interdicitur Regnum, vel Prouincia, vel Diœceſis, vel Ciuitas, Villa, vel Caſtrum: vt dicitur in d. cap. *Cum in partibus*, & notat *ibi* Gloſſa Speciale verò; ſeu particulare, eſt quo interdicitur aliqua dumtaxat Eccleſia, vel aliquæ Sic. Syluester *verbo Interdictum* 1. *quaſt.* 4. Sotus *loc. cit. art.* 1. *col.* 4 Nauarrus *c.* 27. *num.* 166. & Couarr. *in cap. Alma mater, p* 2. §. 1. *num.* 9. quos citat, & ſequitur Auila *p.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 1. *concluſ.* 2.

Suarez

Digitized by Google

Suarez *diſp.*32.*ſect.*2.*n* 4. Fillinc. *tr.*18.*c.*1. *q.*3.*num.*5. Bonac *punct.*1.*cit n.*4. Corneio *diſp.*1.*de Interd. dub.*1. *q.*2. Henriqu. *lib.*13.*c.*42.*n.*3. Ægidius *diſp.*17.*dubio* 1. *n.*3. Palao *de Cenſur.diſp.*5 *puncto* 1. *n.*3. & alij.

QVÆSTIO V.

An Interdictum, quo omnes Eccleſiæ alicuius Regni, Prouinciæ, aut Ciuitatis, &c. interdicuntur, ſit Interdictum generale, caſu, quo non vniuerſaliter omnis locus dicti Regni, Prouinciæ, &c. ſit interdictus?

AFfirmare videtur Sotus *diſt.*22. *q.*3. *art.*1. *col.*4. his verbis: Generale enim Interdictum loci eſt; quando interdicitur totum Regnum, vel tota Ciuitas, vel Caſtrum. Dicitur enim generale, quia nulla Eccleſia excipitur; vt colligitur ex cap. *Cum in partibus de verb.ſignif.* Interdictum ſpeciale loci eſt, quando aliqua Eccleſia, vel Eccleſiæ Ciuitatis, vel Caſtri interdicuntur, & non omnes. Ita Sotus. Cuius ſententia cur non ſit admittenda, ignorat Viuald *de interd. n.*120. eidémque fauet Syluest. *verb. Interdictum* 1. *quæſt.*3.

Sed probabilius reſpondeo: Tale Interdictum potiùs eſſe dicendum ſpeciale, aut particulare, quàm generale, aut vniuerſale. Quia probabilius eſt, quod vt locus dicatur generalis, duo genera locorum continere debet, nempè, & locum ſacrum, ſeu cultui diuino dicatum, vt ſunt Templa & Eccleſiæ; & locum profanum; & conſequenter, vt interdictum locale ſit generale, vtrumque locum debet comprehendere: ergo ſi non interdicitur totus locus vniuerſalis, quantum ad vtrumque genus loci, ſacri ſcilicet, & non ſacri, vt ſupponit quæſtio, quamuis interdicantur omnes Eccleſiæ Ciuitatis, aut Regni, vel etiam totius Mundi, ſi non interdicatur tota Ciuitas, totum Regnum, vel tota Prouincia, aut totum Caſtrum, tale interdictum non erit generale, ſed ſpeciale. Sic colligitur ex cap. *Cum in partibus cit.* Et ex illo docent D. Anton. 3. *p. tit* 26. *c.*2. §.1 Nauar. *c* 27. *n.*166. Henriq. *lib.*13. *cap* 41. §.3. Couarr. *in cap. Alma mater. parte* 1. §.1. *n.*9. Philip. Franc. & Calderin. quos citat, & ſequitur Alterius *de interd. diſp.*1. *cap.*4. *dubit.*3. Auila *parte* 5. *diſputatione* 1. *dubio* 1. *verſ. Sequitur* 2. Suarez *diſputatione* 32. *ſectione* 2. *numero* 10. Sayrus *libro* 5. *capite* 2. *numero* 13. Ægidius *diſputatione* 17. *num.*14. Bonacina *puncto* 1. *numero* 8. Filliucius *tractatu* 18. *quæſt.*3. *n.*5. Corneio *de interd. diſp.*1. *dubio* 1. *q.*2.

QVÆSTIO VI.

An etiam, Interdictum poſitum in vna Parochia Ciuitatis, vel Oppidi, in quo ſunt plures Parochiæ, ſit item dicendum ſpeciale, & non generale?

AFfirmat Couarruu. *numero* 9. *citato*, & penes illum, Abbas, Calderin. & Nicolaus Plouius, & alij. Quorum ſententiam ſequitur Auila *parte* 5. *diſputatione* 1. *dubio* 1. *verſu*: *Hinc ſequitur.* Sic eam probans. Nam Interdictum locale generale, ideò dicitur quia totum aliquod ſine exceptione comprehenditur: Parochia verò, quando ſunt plures in oppido illo, non poteſt dici totum, ſed pars: nec locus Parochiæ deputatus poteſt dici locus vniuerſalis, ſed particularis: ergo non eſt interdictum generale, ſed ſpeciale. Tenet etiam hanc partem Alterius *de interdict. diſputatione* 1. *capite* 4. *dubitatione* 1. *columna* 2. *dicto* 3. Bonacina *diſputatione* 5. *de interd. puncto* 1. *numero* 7. Quia pro ſua ſententia citat Henriqu. Sed malè, *vt infrà.*

Sed diſtinctius reſpondeo dicendum, quod non ſit ſpeciale, ſed generale, ſi nomine Parochiæ non intelligatur ſola Eccleſia Parochialis, aut templum; ſed etiam totum diſtrictum locale & profanum; vbi Parochiani habitant: quia tunc, cum nemini liceat intra ambitum totius diſtricti Parochialis, Diuina celebrare, aut audire, nec intra, nec extra Eccleſiam, dicendum eſt id euenire ob interdictum generale; cum hoc habeat in eo caſu obiectum, vt ſic dicam, collectiuum, & illud reſpiciat tanquam totum quoddam quod generaliter prohibet. Nec obſtat quod illud ſit pars Ciuitatis, vel Oppidi, quia id accidentarium eſt ad rationem generalis interdicti. Sic Nauar. *cap.*27. *num.*166. Henriquez *lib.*13. *cap.*41. *num.*3. vbi ita ait: Imò & quando interdicitur tota Parochia, videtur generale, quamuis quidam negant, quia iure non exprimitur. Sed falsò id negant, addit *in marg. lit. Q.* Vgolin *rubr.*5. *de interd. cap.*6. Suarez *diſp.*32. *ſect.*2. *n.*7. Filliuc. *tract.*18. *cap.*1. *quæſt.*3. *numero* 5. Corneio *dubio* 1. *citato*, *quæſtione* 2. *verſic. Infero* 2. Ægidius *numero* 16. Palao *diſputatione* 5. *puncto* 1. *numero* 4. qui malè citat Bonacinam pro ſe. Qui omnes contra dicunt, caſu, quo nomine Parochiæ, ſumatur pro templo ſolo Eccleſiæ Parochialis, quia tunc interdictum dicendum erit ſpeciale, & non generale.

QVÆSTIO VII.

An ſi interdicatur hæc Ciuitas, excepta vna, vel altera Eccleſia, ſit etiam dicendum interdictum generale?

NEgare videntur Gloſſa *in cap. Cum in partibus, de verb. ſignificat. verb. Nomine terræ*, & ibi Abbas, Syluest. etiam *verb. Interdictum q.*3. *verſ. Vnde dicitur*, & Plouius *tractatu de interd. in principio*, *num.*2. quatenus docent de ratione interdicti generalis eſſe, vt nullus locus, aut Eccleſia excipiatur.

Sed probabilius longè reſpondeo: dicendum, etiam eſſe interdictum generale, & non ſpeciale. Ratio eſt. Quia ad interdictum ſpeciale, ſeu particulare, requiritur, vt aliquis particularis locus, ſeu Eccleſia interdicatur, vt etiam concedunt Gloſſa & alij authores citati: at ſic eſt quod quando interdicitur tota Ciuitas, quibuſdam particularibus Eccleſiis exceptis, non interdicitur aliquis particularis locus, ſed tota Ciuitas: ergo tale interdictum non erit ſpeciale, ſed generale. Patet, quia particularis exceptio illarum Eccleſiarum, non tollit abſolutam generalitatem, cum ſimpliciter ſit verum dicere, talem Ciuitatem eſſe interdictam. Sic Suarez *diſp.*32. *ſect.*2. *n.*9. Alterius *diſp.*1. *de interd. c.*4. *dub.*1. Bonac. *puncto* 1. *n.*6.

QVÆSTIO VIII.

An interdicta aliqua Ciuitate, interdicantur etiam Suburbia, locáque ei contigua?

REſpondeo tanquam certum: Interdici etiam. Quia ita definiuit Bonifac. VIII. *cap. Si Ciuitas, de ſent. excommun. in* 6. his verbis: *Si Ciuitas, Caſtrum, aut Villa, ſubiciantur Eccleſiaſtico interdicto, illorum Suburbia, & continentia ædificia, eo ipſo intelligi volumus interdici.* Sic Pontifex. Qui & reddit rationem huius deciſionis. *Nam licèt prædicta* (id eſt, Ciuitas, Caſtrum & Villa, ex propria ſignificatione) *videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tamen caſu, ne vilipendi valeat ſententia interdicti; quod fieret, ſi poſſet in ipſorum Suburbiis, vel continentibus ædificiis licitè celebrari, &c.* Vnde ſic docent omnes. Nauar. *c.*27. *n.*167. Angel. *Interdictum* 2. *n.*3. Syluest. *eod. verb. n.*5. Couar. *in cap. Alma mater, part.*2. §.1. *n.*8. *verſ. Decimò ex his.*

Toletus *lib. 1. cap. 51. num. 5.* Abbas, Felin. Ancharan. Franc. Gemin. Calder. quos affert & ſequitur Alterius *diſput. 1. cap. 4. col. 6. verſ. Sit igitur concluſio indubitata.* Suarez *diſp. 31. ſect. 2. num. 23* Auila *part. 5. diſp. 1. dub. 3* Filliucius *tract. 18. cap. 1. quaſ. 4. num. 8. & 9.* Ægidius *diſp. 17. dub. 1. num. 18.* Bonacina *punct. 1. n. 29.* Bauny *tract. 9 de interd. q. 4.* Cornejo *dub. 1. cit. q. 3.* & Palao *diſp. 5. punct. 2. n. 1.*

QVÆSTIO IX.

An caſu, quo ſuburbia, aut loca contigua ciuitatis interdictæ, pertineant ad alteram diœceſim, aut alium Dominum, propter cuius culpam, ciuitas eſt interdicta; tunc interdicta ciuitate, ſint etiam interdicta ſuburbia, &c.

NEgat Anchar. in cap. *Si ciuitas, cit. n. 1.* cuius ſententiam eſſe probabilem, & ſatis apertè inſinuat Bauny ſtatim citandus.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Etiam in propoſito caſu, ſuburbia interdicta manare, non vi authoritatis Epiſcopi, ſi ea ad aliam diœceſim pertineant; cum nullam in eam, ſed in ſuam dumtaxat iuriſdictionem habeat; ſed vi iuris communis, quod in dicto cap. *Si ciuitas, citato*, ſtatuit, vt interdicta ciuitate, interdicta quoque ſuburbia intelligantur, ne interdicti vis omnino pereat, populo liberum acceſſum habente ad ſuburbia ſacrorum cauſa. Sic communiter omnes. Conar. *in cap. Alma, part. 2. §. 1. num. 8.* Francus, Sylueſter, Felinus, & Calder. quos affert, ac ſequitur Alterius *diſput. 1. cap. 4. col. 8. pag. mihi 293.* Quid id probat etiam à ſimili his verbis: Et quemadmodum ſi ciuitas pertineret ad duos Dominos, media pars ad vnum, & media ad alterum, & nihilominus ſi interdicatur propter delictum alterius Domini tantùm, tota intelligitur interdicta: ita dicendum eſt de ſuburbiis, & continentibus ædificiis, quamuis ſint alterius iuriſdictionis, quia interdictum complectitur etiam Innocentes. Sic ille. Suarez etiam *diſp. 32 ſect. 2. num. 23. & 24.* Sayrus *lib. 5. cap. 3. num. 7.* Armilla, Archidiac. Palud. & D. Anton. quos citat, & ſequitur Henriquez *lib. 13. cap. 42. n. 4. in corp. & in marg. lit. L.* Auila *part. 5. diſp. 1. dub. 3. concluſ. 2. & 3.* Bonacina *diſp. 1. punct. 1. num. 20.* Bauny *tract. 9. quaſt. 4. dicto 1. verſ. Quid ſi ſuburbia.* Corneio *dub. 1. cit. quaſ. 3. verſ. Quid ſi ſuburbia, & verſ. Sed quid.* Filliucius *tractat. 18. cap. 1. quaſ. 4. num. 8. & 9* Palao *de Cenſuris, diſputat. 5. punct. 2. §. 1. num. 1.* & communis.

QVÆSTIO X.

An item, interdicta ciuitate, per Interdictum locale generale; intelligantur etiam interdictæ Religioſorum exemptorum Eccleſiæ?

NEgandum videtur, eo quod Epiſcopi in perſonas exemptas, & conſequenter in eorum Eccleſias ius nullum habent: ergo.

Sed, vt certum, reſpondeo: Etiam intelligi interdictas eſſe. Quia ita colligitur ex d. cap. *Si ciuitas*, & definitur in Trident. *ſeſſ. 25. de Regularib. cap. 11. & 12.* his verbis: *Cenſuræ, & interdicta, nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinarijs promulgata, mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis, publicentur, atque ſeruentur.* Ex quibus conſtat ad rationem dubitandi. Dicendum enim non ab Epiſcopis, ſed à Pontifice Romano, Religioſorum Eccleſias interdicto in hoc caſu ſubiici, ne vilipendi valeat ſententia interdicti. Sic omnes. Nauarr. *in Man. Hiſpan. cap. 27. numero 80. & in Latin. 190.* Palao. Henriquez, Auila & Cornejo *loc. cit.* Suarez *num. 26.* Filliucius *numero 10.* Bonacina *num. 21.* Bauny *q. 3. pag. 398.* Alterius *cap. 4. cit. columm. 9. verſ. Ob eandem rationem.* Vbi id limitat, niſi aliàs aliqua Eccleſia Regularium ſit ſpecialiter exempta ex priuilegio Papæ, vt non intelligatur interdicta, interdicta Ciuitate ab Epiſcopo generaliter; quod clarum eſt.

QVÆSTIO XI.

An deinde, poſſit Epiſcopus interdicere Eccleſias Regularium, Interdicto ſpeciali locali, ſicut poteſt Interdicto generali?

REſpondeo tanquam certum: quod non poſſit. Ideóque licèt ſpeciali interdicto interdicat Epiſcopus omnes Eccleſias Ciuitatis, tale interdictum non extenditur ad Eccleſias exemptas, quia hæ ſpecialiter interdici nequeunt? niſi ab illis Prælatis, quibus ſubiectæ ſunt, quia alius non habet directam iuriſdictionem in illas, neque aliàs per conſecutionem, aut aliam iuris interpretationem, illam obtinet. Sic Henriquez, Suarez, Auila, Alterius, Bonacina, Filliucius *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XII.

An interdicta Ciuitate, aut Diœceſi, Interdicto generali, intelligatur interdicta Eccleſia Cathedralis?

NEgat Couarruuias *in cap. Alma mater. part. 2. §. 1. in fine*, & penes ipſum, Ioan. Staphileus *de literis gratiæ, & iuſt. fol. 256.* ſcribens: Cathedralem Eccleſiam nuſquam cenſeri interdictam, etiamſi in totam diœceſim, & in omnes Ciuitatis Eccleſias ſit interdictum decretum, ex ratione textus elegantis, in cap. *Quamuis, §. Quamquam, de prebend. in 6.* quaſi ille textus probans, in litteris ad beneficia Eccleſiaſtica, non contineri Eccleſiam Cathedralem appellatione Eccleſiarum Ciuitatis, aut Diœceſis, in qualibet odioſa diſpoſitione itidem locum obtinere, &c. Ita Couarruuias. Quem citat, & ſequitur Henriquez *lib. 13. cap. 42. num. 1.* & Sylueſter, & Roſella penes ipſum.

Sed vt certum reſpondeo: intelligi etiam interdictam Eccleſiam Cathedralem, vnà cum omnibus aliis Eccleſiis. *Primò*, quia quando interdicitur Ciuitas per interdictum generale, interdicuntur omnia loca particularia, quæ intra terminos, & fines totius Ciuitatis clauduntur, vt ſupra eſt habitum: at ſic eſt, quod Eccleſia Cathedralis eſt primaria pars, imò & caput Ciuitatis interdictæ: ergo. *Secundò*, quia aliàs eneruaretur vis interdicti, ſi in dicto caſu, Eccleſia Cathedralis non eſſet interdicta, quæ eſt ratio textus in cap. *Si Ciuitas.* Patet, quia tunc audiri diuina Officia, & adminiſtrari poſſent Sacramenta in Eccleſia Cathedrali: ergo, &c. Sic Suarez *diſp. 31. ſect. 2. dub. 3. num. 22.* dicens, eſſe, quoad hanc partem, falſam oppoſitam ſententiam. Alterius *diſputatione 1. capite 4. columna 11. pagina 294.* dicens id eſſe certum. Palao *diſput. 5. punct. 2. §. 1. num. 3.* Bonac. *tom. 1. diſput. 5. punct. 1. n. 7.* Sayrus *lib. 5. cap. 13. n. 10.* & alij. Ad fundamentum contrariorum, ſtatim reſpondebit Suarez.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIII.

An item, caſu quo ſpeciali Interdicto, ſub generali tamen nomine, interdicantur omnes Eccleſiæ Ciuitatis; interdicta etiam cenſeatur Eccleſia Cathedralis?

NEgat, & à fortiori Couarruuias *loc. cit.* cui adhæret Alterius *loc. citat. col.* 12. *pag.* 295. *dicto* 3. Quia, inquit, quamuis Eccleſia Cathedralis ſit pars præcipua, imò & caput aliarum Eccleſiarum Ciuitatis, & ſub genere Eccleſiarum intelligatur; tamen in odioſis non venit nomine communi Eccleſiarum: ergo interdictus Eccleſiis Ciuitatis ſimpliciter, non videtur interdicta Eccleſia Cathedralis. Ita etiam Henriquez cum aliis citatis *ſuprà*.

Sed probabiliùs reſpondeo: adhuc in caſu aſſignato, cenſeri etiam interdictam Eccleſiam Cathedralem. Quia oppoſitum non habet fundamentum in iure, & aliàs pugnat cum verborum proprietate. Patet. Nam ex illo cap. *Quamuis*, quod pro ſe adducit Couar. potius probari poteſt noſtra ſententia, quàm ſua, per argumentum ab ſpeciali, vt benè vidit Suar. nam ibi dicitur: *Quamquam ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis includatur aliàs Eccleſia Cathedralis* &; poſtea dicitur: *Propter ipſius honorem nolumus hoc caſu includi*, ſcilicet, in ſpeciali caſu illius textus; nimirum, vt cum alicui ſit gratia, vt de aliquo beneficio provideatur in aliqua Eccleſiarum Diœceſis, vel Ciuitatis, tunc non comprehendatur Cathedralis: ergo, extra illum caſum, & ſi qui ſunt alij expreſſi in iure, ſemper comprehenditur. Caſus autem Interdicti, nullibi eſt exceptus: ergo ex illo textu potius colligi debet comprehendi Cathedralem Eccleſiam, ſub illa generalitate, in ſententia interdicti. Hucuſque Suarez *numero* 22. *citato*.

QVÆSTIO XIV.

A interdicta tota Diœceſi, maneat interdicta Ciuitas, quæ eſt caput eius, & conſequenter Eccleſia Cathedralis, vnà cum alijs, quæ ſunt in Ciuitate?

NEgant Couarruuias *loc. cit. num.* 4. Bonac *tom.* 1. *diſputat.* 5. *punct.* 1. *num.* 11. & Alterius *loco* item *cit. col.* 11. *pag.* 294. *dicto* 2. ex fundamento nuper adducto, & reiecto. Vnde

Probabiliùs reſpondeo; manere interdictam Ciuitatem, & conſequenter Eccleſiam Cathedralem, & omnes alias, vt conſtat, ex ratione ſupra allata, & docet Suarez, verbis relatis *quæſt. antecedenti*, & benè, inquit Palao, cum Diœceſis ex Ciuitatibus, villis, & pagis, coaleſcat. Sic ille *diſputat.* 5. *punct.* 2. §. 1. *numero* 4.

QVÆSTIO XV.

An interdicta Eccleſia; intelligantur interdicta Capellæ, & Cœmeteria contigua Eccleſiæ?

REſpondeo tanquam certum intelligi. *Primò*, quia in toto partes includuntur. *Secundò*, quia ita definitum fuit in cap. *Ciuitas*, *cit.* his verbis: *Si ſit Eccleſia Interdicto ſuppoſita, vel ſubiecta, nec in capella eius celebrari: nec in Cœmeterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguis, poterit ſepeliri; ſecus ſi ei contigua non exiſtant.* Sic Bonifac. VIII. Et ſic etiam cum eo omnes. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 167. Vgolinus *cap.* 10. *n.* 2. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 42. *num.* 4. Suarez *diſput.* 32. *ſect.* 2. *num.* 27. Filliucius *tract.* 18. *quæſt.* 4. *num.* 12. Ægidius *diſput.* 17. *num.* 29. Auila *part.* 5. *diſput.* 1. *dub.* 3. *concluſ.* 4. Bonac. *punct.* 1. *de Interd. num.* 22. Alterius *diſput.* 1. *de Interd. cap.* 4. *col.* 14. vbi ex Gloſſa *in d. cap. Si Ciuitas*, *verb. Contigua*, docet, contigua dici ea, quorum extrema ſe contingunt, aut ſunt ſimul. Ex quo conſtat, quod quando inter Eccleſiam & Cœmeterium, vel Capellam, nullus alius locus interponitur, niſi ſolus paries, dicuntur contigua: quia extrema ſunt ſimul: quando verò inter parietem Eccleſiæ, & parietem Cœmeterij, aut Capellæ intercedit aliquis locus medius vacuus, vel plenus, quantumuis exiguus, tunc non dicuntur contigua ſed vicina, & adhærentia, quia non ſe tangunt, & tunc interdicta Eccleſia, illa non eſſent interdicta. Legatur etiam Palao *loco citato*, *num.* 5.

QVÆSTIO XVI.

An caſu quo, ſint duæ Eccleſiæ contiguæ, ſolo communi pariete intermedio; tunc ſi vna ex illis Interdicto ſpeciali interdicatur, maneat conſequenter altera interdicta?

REſpondeo tanquam certum: non manere, niſi illam tantùm Eccleſiam, in quam fertur Interdictum. Quia vt colligitur ex cap. *Si Ciuitas*, *de ſent. excommun. in* 6. duo requiruntur, vt aliquis locus maneat interdictus per interdictum ſpeciale latum in aliquam particularem Eccleſiam. *Vnum eſt*, vt talis locus, ſit Capella, vel Cœmeterium eius; hoc eſt locus illi annexus; *aliud eſt*, vt ſit illi contiguus; & ſic, vtraque conditio eſt neceſſaria, vt vna ſine altera non ſufficiat. Cum igitur in caſu propoſito, duæ illæ Eccleſiæ ſint omnino diſtinctæ, (quia contiguitas non tollit diſtinctionem) hinc ſit, quod interdicta vna, nullatenus cenſeatur interdicta altera, ob defectum primæ conditionis. Sic Suarez *num.* 27. *cit.* & Palao *cit.* Alterius *loc. cit. col.* 16. *dub.* 3. Filliuc. *num.* 12. & alij. Qui ſecus dicunt, caſu, quo altera Eccleſia ita eſſet primæ contigua, vt etiam eſſet illi adnexa: nam interdicta principali, etiam adnexa maneret interdicta; quia eſt velut Capella eius.

QVÆSTIO XVII.

An interdicta Eccleſia; interdicta ſit cenſenda pars illa, quæ poſtea ei aduenit?

REſpondeo affirmatiuè. Quia illa pars adueniens Eccleſiæ, vnam moraliter componit cum antiqua: ergo tota interdicta manet. Confirmatur, nam illa pars quæ additur, verè eſt pars totius corporis præcedentis: ergo eiuſdem naturæ, nam augmentum eiuſdem naturæ eſt cum re quæ augetur. Sic Alterius *loc. cit. dub.* 4. Bauny *tract.* 9. *quæſt.* 4. *dicto* 2. Qui idem cenſent caſu quo Eccleſia interdicta, per partes refecta ſit, adeò vt nulla pars præexiſtens ſuperſtes ſit, ſed tota renonetur; quia eadem eſſe cum diruta cenſetur. Palao *diſput.* 4. *punct.* 2. §. 1. *num.* 6. *in fine*.

QVÆSTIO XVIII.

An Interdictum generaliter latum, contra Terras alicuius Principis; cadat in omnes Terras, quarum Princeps dominium habet?

REſpondeo tanquam certum: cadere in omnes. Sic Alterius *dub.* 4. *cit. col.* 10. *verſ. Ex eodem principio*, his verbis. Quando generaliter interdicitur terra alicuius Domini, intelligi Interdictum de terra, in qua ille habet propriè dominium, & iuriſdictionem temporalem, quamuis illam poſſideat ex titulo

Digitized by Google

feudi, aut Emphyteuſis, vel habuerit in dotem ab vxore, vel alio modo, & quamuis vendat, & alienet terram, adhuc perſeuerat interdictum, quia tranſit cum ſuo onere. Sed hæc ſola cauſa ſufficiens eſſet vt Iudex deberet interdictum relaxare. Et hæc omnia locum habent, ſiue terræ omnes ad eundem Dominum pertinentes, eſſent ſimul coniunctæ & contiguæ; ſiue poſitæ in diuerſis locis, & inuicem diſtantes. Quæ tamen regula non intelligitur de terra, quamuis retineret pro pignore, quia non haberet dominium, nec vſumfructum talis terræ; niſi Iudex diceret, Interdico quamcumque Terram, quanis ratione à tali Domino retentam. Hucuſque ille. Sed an omnia ita benè, infra diſcutiemus. Reſolutionem tamen huius quæſtionis tenent etiam Bonacina quoque *diſp. 5. punct. 1. de interd. num. 23.* Suarez *diſp. 32. ſect. 2. num. 30.* Auila *part 5. diſput. 1. dub. 3. concluſ. 4.* Filliucius *tract. 18. cap. 1 quæſt. 4. num. 11.* Hurtad. *de Interd diffic. 5. num. 15.* Henriquez *lib. 13. cap. 42. n. 3.* Palao *diſputatione 6. puncto. 2. §. 1. num. 6. verſ. Quod ſi de terris*, & communis.

QVÆSTIO XIX.

An, ſi vendatur Terra interdicta, aut donetur à Domino; ſubiaceat adhuc Interdicto?

NEgant nonnulli Doctores exiſtimantes. Tunc iam non ſubiacere interdicto. *Primò*, quia probabile eſt, quod interdictum non eſt onus aliquod annexum illi terræ, ſed pœnæ ipſius Domini, *Secundò*, quia terra illa, quam Dominus vendit, aut alio modo alienat, alienatione deſinit eſſe illius: at ſic eſt, quod ſolum erat interdicta quatenus erat illius; ergo eo ipſo quod deſinit eſſe illius, deſinit eſſe interdicta. Ita Ægidius *diſputat. 17. dub. 1. num. 22. & 23.* Hurtad *diffic 3. cit. num. 15 verſ. Terra tamen*, & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: adhuc ſubiacere interdicto, donec à ſuperiori relaxetur. Quia terra illa tranſit cum ſuo onere. Sic Henriquez, Suarez, Palao, Alterius, Auila, Bonacina *loc. cit.* & alij citandi infra *diſputatione 10. quæſtione 3.*

QVÆSTIO XX.

An Interdictum poſitum in Terras alicuius Principis; cadat etiam in Terram acquiſitam ab ipſo, poſt latum Interdictum?

NEgant aliqui. Quia gratiæ non extenduntur ad futura: ergo multò minus pœnæ debent extendi: ergo. Ita Auila *p. 5. diſp 1 dub. 3. concl. 5* & penes ipſum, D. Anton. 3. *part. tit. 26. cap. 3.* Syluest. *verb. interdictum 2. num. 3.* & Henriquez *cap 42. num. 2*, Sed hic, nullo modo id negat. Alterius *diſputat. 1. cap. 4. col. 10. verſ. Ex eodem principio*, citans vltra D. Antoninum, Syluestrum, & Henriq. Francum, Caldetinum, & Geminian. Sic etiam Bonacina *puncto. 1. num. 13*: Hurtadus *difficult. 5. num. 15.* & apud ipſum, Saytus, Palao *diſputat 5. punct. 2. §. 1. num. 6. verſ. Ad terras autem.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: tale interdictum cadere etiam in terram de nouo acquiſitam. Quia eo ipſo, quod dictus Princeps nouam terram acquirat, hæc fit membrum illius totius, quod interdicto ligatur, idque ſub formali ratione, qua ligatur, ſcilicet, eſſe terram illius Principis: ergo eidem Interdicto ſubiacet. Et confirmatur à ſimili ex doctrina tradita nuper *quæſt. 17. & 19.* Sic Ægidius *diſput. 17. dub. 1. num. 23.* & alij.

QVÆSTIO XXI.

An, qui habet duo domicilia, vnum in loco, vbi totus populus eſt generaliter interdictus; alium in loco non interdicto, cenſendus ſit interdictus?

AFfirmat Calderin. *tract. de Interdicto, membr. 2. num. 39.* Angelus *Interdictum 1. num. 4* Tabiena *eod. §. 10* & Roſella *num 8.* Fortaſsè (inquit Suarez,) quia Interdictum eſt quædam prohibitio, quæ ſatis eſt, vt vno titulo imponatur, vt obliget: ſufficiens autem titulus eſt habere domicilium ibi: quod verò etiam alibi habeat, non poteſt excuſare.

Negat verò contrà Syluester *Interdictum 2. num. 13.* Quia inquit, non eſt maior ratio, cur ſentiat onus vnius communitatis, quàm libertatem alterius, cum vtriuſque æquè ſit pars; & alioqui potius eſt in partem fauorabilem inclinandum. Ita etiam Henriquez *lib. 13. cap. 42. num. 2. verſ. Et hi niſi ſimul*, & Hurtad. *diffic. 4. verſ. Id autem, num. 10.* Quorum ſententiam reputat probabilem Saytus *lib. 5. cap. 4. num 18.*

Sed probabiliùs cum diſtinctione reſpondeo: cenſendum eſſe Interdictum, quamdiù maneat, aut actu habitet in populo interdicto: nam pro tunc maior eſt ratio, cur ſentiat onus illius populi, illique conformetur, in quo caſu tenet verum ſententia Calderini. Minimè vero eſſe talem cenſendum, caſu quo habitet in domicilio loci non interdicti: quia tunc conuincit ratio Syluestri. Sic Suarez *diſput. 32. ſect. 2. num 16* Luyſius *de Cenſuris lib. 6.* (non 2. vt offendes apud Dianam) *diſputat. 48. dub. 2. prope finem*, Diana *part. 5. tract. 10. reſolut. 70.* Filliucius *tract. 18. cap. 1. quæſ. 5. num. 14.* Alterius *diſputat. 1. cap. 5. col. 10. verſ. Oppoſitum ſentit Sylueſter.* Bonacina *de Interd. punct. 1. num. 17.* & Palao *diſput. 5. punct. 2. §. 2. num. 7.* & alij.

QVÆSTIO. XXII.

Quid ſit Interdictum perſonale?

REſpondeo dicendum, quod *eſt Cenſura Eccleſiaſtica, qua immediatè, & directè, ac primò, & per ſe prohibetur perſona aliqua audire diuina officia, vbicunque ſit.* Sic omnes. Legantur Nauarrus *cap. 27. n. 166.* Suarez *diſputat. 32. ſect. 2.* Alterius *diſputatione 1. cap. 3.* Auila *part. 5. diſputat. 1.* & alij citati.

QVÆSTIO XXIII.

Quotuplex ſit Interdictum perſonale?

REſpondeo dicendum, quod eſt duplex. Generale, & ſpeciale, ſeu particulare. Generale eſt illud, quo aliqua hominum vniuerſitas interdicitur, vt, v. g. quando interdicitur populus totius Regni, vel Prouinciæ, vel Ciuitatis, aut Academiæ, vel Collegij, aut Capituli, & ſingulas perſonas, vt ſunt partes dictarum Communitatum. Speciale verò eſt illud, quo interdicuntur per ſe aliquæ perſonæ determinatæ, vel vna tantum de communitate. Sic Nauarrus & Suarez *loc. cit.* Henriq. *lib. 13. cap. 51. n. 3.* Corneio *diſp. 1. de Interd. dub. 2. quæſ. 1.* Filliucius *tract. 18. cap. 1. quæſ. 3. num. 6.* & alij communiter, quidquid ſentiant Auila, Syluest. & alij quos citat, & ſequitur Bonacina *punct. 1. de Interd. n. 9. & 10.*

Digitized by Google

QVÆSTIO XXIV.

An Interdicto Populo, aut Communitate; maneant interdicti illi, qui de nouo, poſt tale Interdictum, fiunt partes illius populi, aut Communitatis?

REſpondeo affirmatiuè. Quia Interdictum ligat omnia membra illius communitatis, cum non debeat membrum à capite diſcedere *cap.1. diſtinct.12.* at ſic eſt, quod illi, qui de nouo fiunt partes populi, aut Communitatis Interdictæ, verè ſunt ipſius membra: ergo verè remanent interdicti, vi prioris interdicti ſententiæ, quæ lata fuit contra communitatem, quæ non mutatur nouis perſonis, ac membris ſuperuenientibus, ſicut nec fluuius nouis ſuccedentibus aquis, & ſic donec tollatur, ligat omnia illius communitatis membra. Sic communiter omnes. Henriq. *lib.13. cap.42. num.2.* & penes ipſum, *lit.* K. Syluest. *Interd.1. num.*10. Armilla §.15. Roſella §.6 Anton. §.2. cum Calder. Aſtenſis *tit.*15. Nauarrus *num.*168. & Couarruuias *cap. Alma mater, part.2. §.1. num.7. & lib.2. variar. cap.8. num.*10. Quibus addi poſſunt Auila *part.5. diſput.1. dub.4. concluſ.*4. Alterius *diſp.1. cap.5. dubit.2.* Ægidius *diſputat.17. dub.1. num.*5 Bonacina *punct.1. num.*16. Comeio *de Interd. dubio 2. quæſ.* 3. Hurtad. *de Interd. diffic.5. num.*15. Paludanus *quæſt.8. artic.2. ad* 2. qui addit, idem eſſe dicendum in caſu, quo, mortuis omnibus primis, ex quibus conſtituebatur populus, cum interdictus fuit, alij ſubrogentur: quia etiam filij nati ex primis interdictis, ſimiliter interdicti cenſentur, ſicut ſi iam nati eſſent, quando populus fuit interdictus.

QVÆSTIO XXV.

An Interdicto Clero, cenſeantur interdicti Religioſi, ac Religioſæ?

AFfirmant Nauarrus *cap.27. n.*166. Couarruuias *in cap. Alma mater, part.2. §.1. n.*8. Reginaldus *lib.31. tract.2. cap.25. num.*7. Viualdus *de Interdicto num. mihi* 159 citans pro ſe, vltra Nauarrum, Syluestrum *Interdictum 2. num* 9. Calderinum, & Dominicum. Ita etiam Megala *in 3. partem lib.2. cap.1. q.2. num.*15. & apud Bonacinam, & Dianam *vbi infra*, Suarez *diſput.32. ſect.2 num.13. &* 17. Toletus etiam *lib.1. ſummæ cap.51. num.*6. Alterius *diſputat.1. cap.5. dubit.6. Propoſit.2. in fine*, vbi expreſsè ait opinionem Calderini, & Didaci de Couarruuias eſſe probabiliorem. Vnde malè citat hunc Authorem pro parte oppoſita, Diana, ſicut etiam citat malè Suarium pro iſta, vt *infrà*. Fundamentum huius ſententiæ eſt, quod nomine Clerici intelliguntur omnes, qui ſunt à laicis diſtincti: at vt ſic comprehendit Religioſos, etiam Nouitios, & Conuerſos, etiam fœminas, vt patet: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod interdicto abſolutè Clero, nullo modo cenſeantur interdicti Religioſi, aut Religioſæ; niſi aliàs contrarium conſtet de mente legiſlatoris ex adiunctis, aut Religioſi habeant beneficium ſæculare, vt Paſtoratum, Canonicatum, &c. Quia probabilius eſt, quod in odioſis, nomine Cleri, non veniunt Religioſi. Adde quod verba, cum de pœnis agitur, propriè ſunt intelligenda: at ſic eſt, quod Clericus in vera ſua notione, non ſignificat Religioſos, cum qui religioſus eſt, non neceſſariò ſit Clericus. & contra: ergo cum Cenſura non tranſcendat res ſignificatas per verba legis, aut ſententiæ, qua imponitur, in Interdicto Cleri non continentur Religioſi. Sic Sylueſter *Interdictum 2. n.*17. (Vnde malè citatur à Viualdo pro ſe) Armilla *n.*10. Auila *part.5. diſput.1. dub.4. concl.*7. vbi benè notat, quod in hac reſolutione, loquamur etiam de Interdicto poſito ab eo, qui eſt Superior Clericis, & Religioſis, vt quando ponitur à Papa; nam ſi ponatur ab Epiſcopo, qui non eſt Superior Religioſis exemptis, certum eſt apud omnes, quod non comprehendantur Interdicto Cleri. Henriquez *lib.13. cap.42. num.*5. Ægidius *diſput.17. dub.1. num* 9. Sayrus *lib. 5. cap.4. num.*19. Portel *in dub. Regul. verb. Interdictum, num* 5. quos omnes refert, ac ſequitur Bauny *de Cenſur. tract.9. de Interd. quæſt.*5. Quibus addi poſſunt Fillincius *tract.*18. *cap.* 1. *num.* 14. Vgolinus *tab.5. §.5. num.*3. Bonacina *punct.1. de Interd. num.* 12. Laymann. *lib.1. tract.5. cap.4. num.* 3. Præpoſitus *in 3. part. quæſt.4 de Interd. dub.2. num.*11. Diana *parte 5. tract.10. reſol.*80. & Hurtad. quem citat, & ſequitur Palao *punct.1. §.2. num.*9. Et in hanc partem videtur inclinare Suarez, loco à Bonac. & Diana pro prima ſententia adducto. Hic namque Doctor poſtquam noſtram, & contrariam opinionem refert, ita concludit, quæſtionem reſoluendo: Hæc controuerſia ſolum eſt de vſu vocis; de qua non habemus in iure ſpecialè declarationem, & ideo nihil poteſt conſtanter dici; quia vox (*Clerici, videlicet*) vtriuſque ſignificationis eſt capax. Et ſine dubio ſæpè ſumitur pro ſolo Clero ſæculari, interdum pro toto Eccleſiaſtico cœtu: & ideo circunſtantiæ ſententiæ, & materia ſpectandæ ſunt ad verum ſenſum intelligendum. Vbi autem res fuerit dubia, ſequenda eſt regula, vt pœna mitiori modo exponatur. Hæc Suarez. Et tandem, hæc eadem ex illo non citato. Alterius *col. 16. verſ. Tertia propoſitio.*

Ad fundamentum oppoſitæ partis, benè ad maiorem reſpondet Bauny, Clerum cum vagè & confuſè ſumitur, id denotare, quod in antecedenti dicitur, non autem, cum ſtrictè, & propriè, vt accidit quando pro corpore, id eſt, hominum multitudine certa vſurpatur, quæ ſuis legibus ac inſtitutis vitam componens, ad finem tendit ſibi peculiarem ac proprium. Et hoc poſtremo ſenſu, nomen Cleri in quæſtione ſumitur.

QVÆSTIO XXVI.

An ſaltem, ſi Cenſura Interdicti feratur ſub nomine Perſonarum Eccleſiaſticarum; comprehendantur Religioſi?

REſpondeo tanquam certum: comprehendi Religioſos, etiam Conuerſos, & Moniales ſi talis Cenſura lata ſit à Papa. Quia omnes hi, verè diuino ſeruitio ſe mancipauerunt, & vocantur perſonæ Eccleſiaſticæ. Sic Præpoſitus *in 3. part. quæſt.4. de Interd. dub.2. num.*11. vbi addit, etiam comprehendi Eremitas, imò & nouitios, quia hi etiam cenſentur perſonæ Eccleſiæ, quamdiù verſantur in probatione. Sic etiam Sayrus *lib.3. cap.4. num.*29. Palao *diſput.4. de Cenſur. punct.2. §.2. num.9.* & alij.

QVÆSTIO XXVII.

An interdicto Populo; cenſeatur interdictus Clerus; & è contra?

REſpondeo non cenſeri. Quia ſic expreſsè eſt definitum in cap. *Si ſententia, de excommun. in* 6. his verbis: *Si ſententia interdicti proferatur in Clerum, non intelligitur, niſi aliud ſit expreſſum in ea, interdictus populus, nec etiam è conuerſo.* Sic textus. Et ſic (quidquid dicat Bonacina) omnes. Nauarrus *cap.27. n.*167. Couarruuias *in cap. Alma, part.2. §.1 n.*7. Henriquez *lib.13. cap.42. §.5.* Angel. Calder. D. Anton. Sylueſt.

Abbas,

Digitized by Google

Abbas, & Paludanus, Gemin. Franc. & Anchar. quos citat, & ſequitur Alterius *diſp.1. cap.5. dubit.5.* Suarez *diſput.32. ſect.2. n.14.* Auila *part.5. diſp.1. dub.4. concl.7.* Bonac. *punct.1. de Interd. num.12.* Ægidius *diſput.17. dub.1. num 8.* Palao *loc. cit. num.8.* & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An interdicta Familia aliqua; ſint etiam interdicti Clerici illius Familiæ?

REſpondeo affirmatiuè. Quia familia eſt nomen commune ad Clericos & laicos: ergo omnes cenſentur interdicti. Sic omnes. Sylu. Armilla, Innocent. Angel. Aſtenſ. & Maiolus, quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.13. c.42. n.3. verſ. Quartò interdicta familia.* Auila *p.5. diſp.1. dub.4. concl.8.* Alter. *diſp.1. cap.5. dub.7.* Bonac. *loc. cit. n.13.* & alij, qui addunt, quod ſi qui dictæ familiæ poſt latum Interdictum, recedant ab ea, adhuc remanent interdicti. An verò qui de nouo veniunt, etiam cenſendi ſint interdicti? iam dicemus.

QVÆSTIO XXIX.

An etiam, qui poſt latum interdictum in familiam, fit de nouo de tali familia; incurrat Interdictum?

AFfirmandum videur. Quia, vt ſuprà *q.24.* eſt habitum, qui de nouo fit pars communitatis interdictæ, incurrit Interdictum: ergo etiam incurret Interdictum, qui de nouo fit de familia interdicta.

Sed vt certum reſpondeo: negatiuè. Quia Interdictum in familam, eſt ſpeciale, quod primò, per ſe, & immediatè reſpicit perſonas ſingulares, vt tales ſunt, non quatenus ſunt membra alicuius communitatis, & ideò, licèt qui à tali familia interdicta recedunt, maneant, & perſeuerent interdicti; non tamen qui ad illam de nouo accedunt. Nec eſt eadem ratio de illo, qui de nouo fit pars populi, aut communitatis interdictæ; nam cum hoc Interdictum non ſit ſpeciale, ſed generale, primò, & per ſe reſpicit ipſam communitatem, ac ſecundario tantùm reſpicit perſonas ſingulares, ideóque hæ tantùm ſunt interdictæ, quatenus conſtituunt communitatem, ex quo conſtat ad rationem dubitandi, neganda namque eſt paritas, ob rationem dictam. Sic Henriq. Auila, & Bonac. *loc. cit.* Qui tamen malè citat Suarium *ſect.2. n.9.* Ægidium *n.16.* & Filliucium *n.24.* nam nullus ex iis Doctoribus quid de hac quæſtione, ibi agit. Tenent tamen Alterius *cap.6. cit. dub.7. pag.305.* & alij.

QVÆSTIO XXX.

An interdicto Populo maneant etiam interdictæ perſonæ primariæ, & inſignes ipſius populi; vt ſunt Nobiles, Duces, Marchiones, & ſimiles, quamuis non ſint ſpecialiter nominatæ?

NEgat apud Henriq. *vbi infrà, lit. T.* Hoſtienſ.

Sed reſpondeo tanquam certum: manere interdictas. Quia licet ſint membra eminentiora, tamen ſunt vera membra populi: ergo vt talia ſubiacent Interdicto populi. Nec obſtat, quod ſæpè ſunt exempti ab oneribus, vel officiis publicis: quia hoc non arguit, eos de populo non eſſe, ſed potiùs cõtrarium, alioqui talis exẽptio neceſſaria eis non foret. Sic omnes. Sylu. *Interdictum 2. n.16. verſ. Decimum quartum.* Henriquez *lib.13. c.42. n.3.* Auila *p.5. diſp.1. dub.4. concl.2.* Alterius *diſp.1. cap.5. col.8. quæſ.2.* & penes ipſum, Gloſſa *in cap. Si ſententia, de excommun. in 6. verb. E conuerſo.* Calder. & D. Anton. Qui tamen excipiũt ab hac regula, illos, qui aliàs ex priuilegio, aut conſuetudine legitima præſcripta efficiantur exempti. Suarez *ſect.2. num.15.* Palao *diſput.4. punct.2. §.2. num.2.* & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An interdicto Populo; ſint interdicti, qui habitant in ſuburbiis; & continentibus ædificijs?

AFfirmant communiter DD. quia iſti verè ſunt ciues, & conſequenter partes populi interdicti: ergo. Ita Auila *p.5. diſp.1. dub.4. concl.3.* & apud illum, Sylueſt. *Interdictum 2. num.10.* & Henriq. *lib.13. cap.42. n.4.* ſed hic Author nil expreſsè ibi affirmat; benè *loco mox citando.* Ita etiam Suarez *diſput.32. ſect.2. num.10.*

Sed clarius reſpondeo: dicendum, quod interdicto toto populo, verè ſunt etiam interdicti, qui habitant in ſuburbiis, licèt ſuburbiũ pertineat ad alterius temporalem, aut ſpiritualem iuriſdictionem: niſi diuerſum populum, vel vniuerſitatem efficiat; quia tunc habitantes in ſuburbiis non ſunt cenſendi interdicti. Ratio eſt, quia ad hoc vt perſonæ ſint interdictæ, lato generali interdicto in populum, aut vniuerſitatem, requiritur, vt perſonæ ſint partes talis populi, aut vniuerſitatis, vt colligitur ex cap. *Si ſententia, cit.* Quod non eſt neceſſarium in Interdicto locali, quod ex iuris diſpoſitione extenditur ad continentia ædificia, quæ non ſunt partes Ciuitatis, vt colligitur ex dictis ſuprà *q.9. & 10.* Sic Henriq. *cap.42. cit. n.4. in fine,* & penes illum Nauar. Conar. Palud. Sylueſt. Maiolus & alij. Sic etiam Bonac. *punct.1. n.15.* citans Vgolinum *tab.5. c.10. §.5.* Sayrum *cap.4. n.2.* & Auilam *loc.* nuper à nobis *cit.* ſed non ita benè. Quod certè faceret ſi illum citaret *conſil.10. verſ. Similiter dico,* vbi iuxta noſtram doctrinam, ſuam tertiam concluſionem declarat. Sic deinde Calderin. quem citat, & ſequitur Alterius *cap.5. citat. quæſ.3. pag.301.* vbi addũt, quod in dubio, an ſuburbia pertineant ad alium populum, præſumendum ſit ex vniuerſitate populi, aut Ciuitatis, cui adhærent; aut ex eo quod ſint ſui iuris, aut pertineant ad populum Ciuitatis, aut ad alium: aut ex eo quod ſint participes honorum, & onerum populi interdicti, aut alterius populi; aut denique ex eo quod habeant propria & particularia onera, & honores: tunc enim, vt diximus, huiuſmodi habitantes in ſuburbiis & continentibus ædificiis facerent diuerſum populum, & non eſſent partes populi interdicti, & conſequenter non manerent interdicti, populo interdicto.

QVÆSTIO XXXII.

An interdicta aliqua Ciuitate, cenſeantur interdicti qui in ea ad tempus habitant, ſtudij, vel negotiorum cauſa?

REſpondeo tanquam certum: non cenſeri Interdictos, (niſi aliàs eſſent culpabiles in eo delicto, cuius gratia latum eſt Interdictum.) Ratio eſt, quia, vt quis Innocens comprehendatur Interdicto Ciuitatis, aut populi, requiritur quod ſit Ciuis, & pars illius populi, vt conſtat ex cap. *Si ſententia, de ſent. excomm. in 6.* at qui inhabitant in Ciuitate vt hoſpites, ſtudij, vel aliorum negotiorum cauſa, non ſunt partes, aut membra Ciuitatis, quæ per ſe primò per Interdictum ligatur: ergo. Sic Henriquez *lib.13. cap.42. n.3.* & penes ipſum, *lit. Q.* D. Anton. Sylueſt. & Angel. Nauarrus *cap.27. num.167. verſ. Quando interdicitur.* Sayrus *lib.5. c.4. n.59.* Auila *p.5. dub.4. concl.5. & 10.* Filliuc. *tract.18. cap.1. quæſ.5. n.14.* Suarez *diſp.32. ſect.2. n.15.* Alterius *diſputat.1. cap.5. col.5. quæſ.3.* Bonacina *de Interdict. punct.1. num.17.* Bauny *tract.9. quæſ.6. dicto 4.*

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXIII.

An interdicta aliqua Communitate; cenſeantur interdicti amentes, aut Infantes carentes vſu rationis?

AFfirmant Vgolinus *tab.3.cap.*20. § 2. Nauarrus *cap.*27.*n.*168.*in fine*, Syluest.*verb. Interdictum* 2. *quæſt.*17. Corduba *in ſum. Hiſp quæſt.*60.& alij. Quorum ratio eſt, quod licèt huiuſmodi perſonæ non ſint doli capaces; tamen ad incurrendum Interdictum, non requiritur culpa propria, ſed ſat eſt, quod præceſſerit aliena.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: non cenſeri interdictos. Quia huiuſmodi perſonæ non ſunt capaces doli, & culpæ: ergo neque interdicti ſententia, quia hæc fertur in capaces doli, quamuis ipſi non deliquerint; pueri igitur, & amentes, qui non ſunt capaces rationis, non comprehenduntur ſub generali interdicto populi, aut communitatis, & ideò abſque vllo peccato poſſunt admitti ad diuina Officia. Sic Henriq. *lib.*13.*cap.*42.*n.*3. iis verbis: Secundò infans nondum doli capax, aut amens, non videtur includi ſub generali interdicto perſonali ſui populi: nec interdicto loci generali excludendus eſt à Miſſa Infans, quem ſecum defert mater, aut pædagogus: quia non magis videtur moraliter præſens Miſſæ humano modo, quàm brutum animal. Sic ille. Et penes ipſum, Angel. Syluest. Armilla, Maiolus, & alij. Conar. *in cap. Alma, part.*2.§.4. *n.*5. Valentia *tom.*4.*diſp.*7 *quæſt.*18. *punct.*2. Sayrus *lib.*5.*cap.*5. *num.*23. Auila *p.*5. *diſp.*1. *dub.*4. *concl.*5. Alterius *diſput.*1.*cap.*5. *col.*1.*quæſ.*4. & *diſp.*10.*cap.*6.*col* 4.*verſ. Dubitatur de amentibus.* Suarez *diſp.*34.*ſect.*1.*n.*34. Filliuc. *tract.*18.*cap.*1.*quæſ.*8.*n.*23. Bonac. *diſp.*5 *punct.*1.*num.*18. Hurtad *de Interd. diffic.*4. *num.*10. Viualdus *de Interdict. num. mihi* 141. Palao *punct.*2. *cit.* §.2.*num.*4. & communis.

Ad fundamentum Nauarri, neganda eſt cum Alterio conſequentia. Quia licèt verum ſit Interdictum populi comprehendere aliquos, etiamſi non peccauerint, in pœnam aliorum qui deliquerunt; tamen ſicut non peccaſſe non eſt ſufficiens ratio ad eximendum aliquem ab interdicto; ita non eſt cauſa, vt aliquis comprehendatur ſub interdicto: poteſt enim fieri, vt ob alias cauſas non teneatur interdicto, ſicut dicimus de pueris, qui idcirco non tenentur interdicto perſonali, quoniam vſu rationis carent.

QVÆSTIO XXXIV.

An etiamſi Interdictum generale latum ſit in locum; poſſint adhuc pueri, & amentes ad Miſſam, & ad alia diuina Officia admitti?

NEgat Viualdus *loc. cit.* vbi explicans ſententiam Doctiſſimi Nauarri nuper adductam, hæc ait: Sed vt tantum virum excuſemus, notare conuenit, eius ſententiam eſſe veram, & tenendam in terra interdicta, in qua, nec etiam doli incapaces poſſunt ad diuina admitti officia, vt aiunt omnes ſupradicti, nempè, Syluest. Couar. Armilla, Corduba, & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe adhuc admitti. Quia ratio aſſignata pro interdicto perſonali, æquè probat de interdicto locali. Et ideo, ſic docet, vt nuper vidimus, Henriquez, & penes ipſum, *lit. S.* Couar. Margallo, Perez, & alij. Sic etiam Alterius *quæſ.*4. *cit, verſ. Ex his duabus, in fine*, & *diſputat.*5.*cap.*2 *colum.*2. *pag.*380. Suarez *loc. cit.* & alij communiter apud Caſtrum Palao *diſputat.*4. *punct.*4. §.2. *num.*16.

QVÆSTIO XXXV.

An, ſicut tempore Interdicti, poſſunt paruuli carentes vſu rationis, aut mente capti, admitti ad diuina Officia: ſic etiam poſſint admitti ad Eccleſiaſticam ſepulturam?

AFfirmat, poſſe admitti, ſi Interdictum ſit perſonale, non verò ſi ſit locale, Filliuc. *c.*1.*cit.quæſ.*8. *n.*24. Quia perſonale Interdictum, directè, inquit, afficit perſonas, quæ cum non ſint capaces, non poſſunt interdici directè: locale verò directè afficit locum, & ideò etiam prohibet Infantes, ne ſepultura Eccleſiaſtica afficiantur. Ita ille.

Sed probabiliùs, abſolutè, & ſine diſtinctione reſpondeo: præfatas perſonas, nullo modo poſſe admitti ad Eccleſiaſticam ſepulturam, tēpore Interdicti etiam perſonalis. Ratio, quia paruuli carentes vſu rationis, & amentes verè, & directè ſunt capaces prohibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ: ergo non ſolùm quando Interdictum eſt locale, vt concedunt omnes; ſed etiam quando eſt perſonale, nequeunt ad Eccleſiaſticam ſepulturam admitti. Antecedens probatur, quia omne cadauer, tam adultorum, quàm infantium eſt rationis expers: ergo ſicut illi ſunt capaces prohibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ita & iſti. Pro maiori autem huius rationis intelligentia, ſcito, quod non fuit eadem ratio prohibitionis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſicut diuinorum Officiorum. Eccleſia enim prohibuit diuina Officia tempore Interdicti, vt non audiantur, nec celebrentur, quod requirit cognitionem, & voluntarium actum. Sed prohibitio ſepulturæ non exigit aliquam cognitionem huius prohibitionis, ſed ſimpliciter denegatur, ne vllum corpus, aut cadauer tradatur Eccleſiaſticæ ſepulturæ. Sic Couar. *in cap. Alma*, 2.*part.* §.4. *n.*5. Henriquez *d.cap.*42. §.3. Alterius *loc.cit.verſ. Secundò dico.* Hurtadus *diffic.*4.*n.*10. Auila, Bonac. Sayrus *cit.quæſt.*33. Palao *num.*4 *cit.* & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An interdicto populo, cenſeantur interdicti Innocentes, qui non dederunt cauſam culpabilem Interdicto?

REſpondeo tanquam certum: cenſeri interdictos Innocentes; & ideò nec in ipſo populo, nec alibi poſſunt audire diuina, niſi transferant domicilium ad aliam communitatem non interdictam; quia tunc ſi non dederunt cauſam culpabilem Interdicto, ceſſat Interdictum talium perſonarum, quidquid contradicat Hostienſ. apud Syluestrum *vbi infrà*. Secus ſi dederunt. Sic conſtat ex cap. *Si ſententia*, §. *Cum verò*, *de ſent. excomm. in* 6. Et tenent Henriq. *lib.*13.*cap.*31.*n.*2. his verbis: Interdicto populo, includuntur in foro exteriori conciues, quamuis ſint abſentes, & innocentes, nec fuerint conſentientes in cauſam Interdicti. Sic ille ibi, & latiùs *cap.*50.*num.*1.*in fine*. Auila *part.*5. *diſp.*1.*dub.*4. *concl.*1. Syluester *Interdictum* 2, *num.*10. Alterius *diſput.* 1. *cap.*5. *columm.*7. *quæſito* 1. Hurtadus *de Interd. difficult.*4. *num.* 8. & 9. Palao *diſput.*4. *punct.*2. §.2.*num.*1. & alij.

QVÆSTIO XXXVII.

An, quando interdicuntur ciues alicuius oppidi; maneant etiam interdicti Ciues, qui erant abſentes, tempore, quo latum fuit Interdictum?

REſpondeo tanquam certum: etiam manere interdictos, etiamſi non dederint cauſam culpabilem

Digitized by Google

Interdicto Ratio eſt, quia interdicto generali perſonali communitatis, ſeu oppidi, comprehenduntur omnes ciues illius oppidi, ſeu communitatis: at ſic eſt, quod ciues quamuis ſint abſentes, verè ſunt ciues, ſeu partes illius oppidi, aut communitatis: ergo. Sic Henriquez, Auila, Alterius, & Hurtad *loc. cit.* Bonac. *diſput. 5. de Interd. punct. 1. num. 16.* Sayrus, Suarez, & Vgolinus, penes ipſum; Palao *loc. cit. num. 1.* & alij communiter.

Addit Alterius ex Sylueſtro, Ioanne Andr. & Calderin. idem eſſe dicendum, de præſentibus & non conſentientibus; imò expreſsè contradicentibus culpæ aliorum, propter quam latum eſt Interdictum, quod peculiare eſt quoad ſententiam interdicti, vt ea ligari poſſint innocentes. Legatur Alterius *loco citato, verſ. Item idem eſt.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An interdictis Doctoribus alicuius Academiæ, cenſeantur etiam interdicti Doctores, Clerici?

NEgant Angel. *verb. Interdictum 1. n. 11.* Alterius, & Auila 9. & mihi 8. Sylueſter *Interdictum 2. §. 17.* Qui pro ſe allegant Gloſſam *in cap. Si ſententia, citat.* ſed malè, vt notat Tabiena *vt infrà.* Negant etiam Vgolinus *tab. 5. cap. 10. §. 5. in fine.* Sayrus *lib. 5. cap. 4. num. 30.* Roſella *Interdictum, n. 15.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: cenſeri etiam interdictos DD. Clericos, niſi aliunde, contrarium de intentione interdicentis conſtet. Ratio eſt, quia hoc nomen *Doctor*, non eſt minus commune laicis, & Clericis, quam hoc nomen *familia*: at interdicta familia, cenſentur interdicti Clerici illius familiæ, vt *ſup. q. 28.* eſt habitum: ergo interdictis Doctoribus Academiæ, aut Vrbis, cenſendi ſunt interdicti Clerici Doctores. Sic Tabiena *Interdictum 1. n. 9.* Armilla *num. 11.* Maiol. *lib. 3. cap. 20. num. 1.* Henriquez *cap. 42. cit. n. 3. verſ. Quintò interdictis.* Auila *part. 5. diſputatione 1. dubio 4. concluſ. 9.* Alterius *de Interd. diſputat. 1. cap. 5. col. vlt.* Bonacina *punct. 1. cit. num. 14.* Viualdus *n. 169.* Maiol. *de irregularit. lib. 3. cap. 20. num. 1.* & Palao *diſputat. 4. punct. 2. §. 2. num. 10.*

QVÆSTIO XXXIX.

An Interdicto perſonali generaliter lato, comprehendatur ille, qui illud poſuit, vel Superior, aut æqualis?

REſpondeo tanquam certum: non comprehendi. Quia nullus habet iuriſdictionem coactiuam in foro exteriori, niſi in ſibi ſubditos. Sic omnes, Auila *p. 5. diſp. 1. dub. 5. concl. 2.* Alter. *cap. 5. cit. in fine.* Bonac. *punct. 1. num. 24.* Hurtad. *diffic. 4. n. 10. verſ. Nec dicto interdicto* Filliuc. *tract. 18. c. 1. quæſt. 8. n. 24. verſ. Quintò, nemo.* Bauny *tract. 9. quæſt. 7. aſſertione 3.* dicens de hac reſolutione neque ambigere poſſe.

QVÆSTIO XL.

An ſaltem comprehendantur prædictæ perſonæ, Interdicto locali?

REſpondeo comprehendi, & ideo ſi non ſeruent illud, planè iuris pœnas incurrent. Quia obligatio ſeruandi Interdictum locale ſemel poſitum, non oritur immediatè ex ferente illud, ſed ex ipſo iure communi taxante effectus talis interdicti: ergo tam Iudex ferens illud, vel Superior (dummodo non ſit Pontifex) aut æqualis comprehenduntur ſub locali Interdicto. Sic Henriquez *lib. 13. c. 50. n. 1.* his verbis: Poteſt quis aliquo modo in ſeipſum ferre Interdictum, & Epiſcopus, aut illius Superior (excepto Papa) tenetur ipſo iure ſeruare ſuum Interdictum, violánſque incurrit pœnas iuris, & irregul. &c. Sic ille. Nau. etiam *cap. 27. n. 165.* aliàs, *166. verſ. Nonò* Armilla *Interdictum, n. 35.* Auila *loc. cit. concl. 1.* Bauny *loc. cit.* Alterius, Bonac. & Hurtad *locis nuper cit.* Ægid. *diſp. 17. dub. 1. n. 25.* Ita ſcribens: Etſi Epiſcopus, aliúſque ſimilis Iudex non poſſit ſeipſum interdicere, eum tamen teneri ſeruare Interdictum à ſe latum, nec poteſt à ſe interdictos ad ſacra admittere, nec in loco à ſe interdicto celebrare, niſi priùs Interdictum tollat, aut ſaltem ſuſpendat: quia illud ex iure communi prohibitum eſt, & contra faciens, ſtatutas à iure pœnas incurret. Hucuſque Ægidius.

QVÆSTIO XLI.

An poſito Interdicto locali generali, cenſeatur poſitum perſonale?

AFfirmare videtur Henriquez *lib. 13. cap. 42. n. 5. in principio.*

Sed reſpondeo tanquam certum: non cenſeri, niſi aliud exprimatur. Vnde interdicta aliqua Eccleſia Cathedrali: v. g. non ideò cenſentur Interdicti Clerici illius Eccleſiæ, ideóque optimè poterunt in alia Eccleſia non interdicta, non ſolùm ſinguli diuiſim, ſed etiam ſimul coniuncti ad modum Capituli, Officia diuina ſolemniter celebrare: dummodo non dederint cauſam culpabilem Interdicto; nam ſi dederunt, nullibi poterunt celebrare diuina, nec audire. Sic habetur in cap. *Si ſententia, de ſentent. excommun. in 6.* & docent communiter Doctores, Sylueſter *interdictum 2. num. 7.* Nauarrus *cap. 27. num. 167.* Couarruuias *in cap. Alma, part. 2. §. 1. num. 8.* Auila *part. 5. diſput. 1. dub. 1. concluſ. 1.* Alterius *diſputatione 1. de Interdict. capite 6. columna 2. concluſione 3.* Sotus, Tabiena, Toletus, & alij penes ipſum.

QVÆSTIO XLII.

An ſaltem è contra, poſito Interdicto generali perſonali; cenſeatur poſitum Interdictum locale generale, quamuis non exprimatur?

AFfirmat Couarr. *loc. cit. num. 7.* vbi pro ſe citat, Sylueſtrum *Interdictum 2. q. 8.* D. Anton. *3. part. tit. 26. cap. 3.* Francum, & Calderinum. Quibus adhæret Henriquez *lib. 13. cap. 42. num 5. citat.* & apud ipſum, præter citatos DD. Federicus *conſil. 188.* Fundamentum eorum eſt: quia aliàs ſequeretur, quod Iudex ponens huiuſmodi Interdictum perſonale generale, fruſtraretur ſuo fine; nam ſi liceret celebrare diuina Officia publicè, & alta voce, & apertis ianuis, cum tot homines Interdicti, non poſſent excludi ab Eccleſia, vel à viciniis, ob eorum multitudinem, facilè audirent diuina Officia: ergo dicendum eſt neceſſariò, quod, (ex præſumpta ſaltem intentione interdicentis) poſito Interdicto generali perſonali, cenſeatur eſſe poſitum locale generale, quamuis non exprimatur.

Sed probabiliùs multò reſpondeo dicendum, quod poſito Interdicto generali perſonali, adhuc non cenſeatur poſitum locale, niſi Iudex id exprimat. Probatur primo ex cap. *Si ſentẽtia*, citato à paritate, nam ibi expreſsè habetur, quod interdicto loco, non cenſentur interdictæ perſonæ; niſi aliud exprimatur: ergo etiam contrà, interdicto populo, non cenſetur interdictus locus. Rurſus id efficacius probatur

ex

Digitized by Google

ex cap.1. de vſuris, in 6. vt benè oſtendunt Auila, & Alterius *vbi infrà*.

Secundò probatur, quia hæc duo Interdicta ſunt omnino diſtincta per ſe, ita vt vnum nullam habeat rationem ad aliud, niſi Iudex velit vtrumque coniungere; de cuius intentione quando nulla adeſt coniectura præſumendum eſt oppoſitum, eò quòd ſi Iudex voluiſſet vtrumque Interdictum ferre, vtique expreſſiſſet, ſicut fecit *in d. c.1. de vſuris in 6.*

Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ dicendum eſt, ex Auila & Alterio, illud ſolùm conuincere obtinendum eſſe à publica celebratione, non per ſe, ſed per accidens in caſu, quo illud inconueniens vitari non poſſet: hoc tamen non eſſet, quia locus ſit interdictus, ſed quoniam aliàs non poſſet vitari illud inconueniens. Sicut quando excommunicatus non toleratus ingreditur Eccleſiam tempore quo celebrantur Diuina, ſi non poſſet excludi ab Eccleſia ceſſandum eſſet à Diuinis, non quia locus ſit interdictus, ſed ad euitandam participationem in diuinis cum dicto excommunicato. Vnde hanc noſtram partem tenent Sylueſt. Nauarr. Auila, Alterius, Sotus, Toletus, Tabiena *ſupra q.41. adducti*, & alij communiter.

DISPVTATIO II.

De Cauſa efficienti, materiali, finali, & formali Interdicti.

QVÆSTIO I.

An omnes illi, qui excommunicare & ſuſpendere poſſunt, poſſint etiam Cenſuram Interdicti ferre?

RESPONDEO tanquam certum: Poſſe. Ratio eſt. Quia par omnium eſt ratio; cum ad vnumquodque eorum requiratur, & ſufficiat fori externi iuriſdictio, qua, cùm in primis Pontifex, & eius Legatus, & Nuncius, necnon Epiſcopi, hiſque functis, Capitulum, Prælati, Abbates, Priores, & alij Prælati polleant, certum eſt, eos interdicere poſſe. Sic omnes. Legantur, Nauarr. *c.27. n.168.* Sotus *in 4 diſt.22. q.3. art.1. concl.2. & 3.* Couarr. *in c. Almà. parte 2. §.1. & 6.* Suarez *diſp.36. ſect.* Auila *parte 5. diſp.2. concl.1.* Alterius *tom.2. diſp.10. de Interd. c.5.* Filliuc. *tr.18. c.1. q.7.* Bonac. *diſp.5. punct.2. à n.1.* Bauny *tr.9. quæſt.7.* Henriq *lib.13. c.51.* Sayrus *lib.5. cap.10. à n.52.* Palao *diſp.4. punct.3.* & dicta à nobis *ſup. tr.1. de Cenſ. in communi, diſp.2. & tr. de ſuſpenſ. diſp. etiam 2.*

QVÆSTIO II.

An Epiſcopi poſſint interdicere Clerum, & Eccleſiam, ſine conſenſu Capituli?

NEgant aliqui, ducti *ex cap.1. de exceſſ. Prælat.* vbi prohibentur Epiſcopi & Prælati, *Ne ſine iudicio Capituli, ſuſpendere, vel eorum Eccleſias Interdicto ſubijcere attentent.* Ita Gloſſa *ibi in verb. Capituli.* & Hoſtienſ. Innoc. Palud. & Sylueſt. vt refert Alterius, *vbi infrà*, necnon Calderin. *in tract. de Interd. parte 1. numero 52.* Fauent his auctoribus alij, docentes, quod quamuis Epiſcopi id validè facere valeant, non tamen debeant, ita Henriquez *lib.13. c.51. n.1.*

Sed, iam vt certum; reſpondeo dicendum, quod quamuis Epiſcopi & alij Prælati habentes Capitulū, non poſſint de iure communi, interdicere ſuum Clerum, aut Eccleſiam; ſine Capitulo, vt clarè habetur *in d. cap. 1. de exceſſib. Prælat.* [& etiam *in c. Epiſcopus nullius 15. q.7.* attamen id poſſint ratione conſuetudinis, qua abrogatum eſt ius commune. Sic Calderin. & Abbas. quos citat, ac ſequitur Alterius *diſp.10. cit. c.5. col.4.* Bonac. *puncto 2. cit. n.2.* Suarez *diſp.36. ſect.1. n.6.* Filliuc. *q.7. cit. n 21.* Villalob. *tr.19. diff.10. n.3.* Sayrus *lib.5. c.10. n.20.* Palao *diſp.4. punct.3. n.2.* & alij. Qui id ſine controuerſia, quantum ad laïcos, affirmant, poſſe eos Epiſcopus, ſine conſenſu Capituli, interdicere, non ſolùm ex conſuetudine, ſed etiam iure communi, quia nullibi id reperitur prohibitum: nam textus à contrarijs adductus, non loquitur generaliter de omni Interdicto, ſed de illo, quod in Clericos, vel eorum Eccleſias fertur; vt benè notat Suarez.

QVÆSTIO III.

An ſicuti Prælati Religionum poſſunt poteſtate ordinaria, ferre Interdictum perſonale in ſibi ſubditos: ita poſſint ferre Interdictum locale in ſuas Eccleſias, & loca?

AFfirmandum videtur. Quia ſicuti ſubditi; ita Eccleſiæ propriæ, & loca propria Regularium, ſunt ſubiecta eorum Prælatis: ergo ſicuti poſſunt, poteſtate ordinaria, ferre Interdictum perſonale in ſibi ſubditos & poterunt Interdictum locale in ſuas Eccleſias, & loca.

Sed, vt certum, reſpondeo dicendum, quod licèt, attento iure communi, vtrumque Interdictum ferre Prælati Regulares valeant, cùm id nullibi ſit illis vetitum: attamen, attenta conſuetudine communi, aſſerendum eſt, quod etſi poſſint ferre Interdictum perſonale in ſibi ſubditos, interdicendo eos ab audiendis Diuinis & Confeſſionibus; non tamen poſſint ferre Interdictum locale, interdicendo ſuas Eccleſias & loca: quia oppoſitum communi conſuetudine ſeruatur. Quod intellige, niſi aliàs in aliquo oppido habeant iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori contentioſi, & quaſi Epiſcopalem; nam tunc benè poterunt locale Interdictum ferre. Sic Sotus *in 4. diſt.22. q.3. art.1. concl.2.* Henriquez *libro 13. capite 51. num.1.* Suarez *diſp.36. ſect.1. num.1.* Filliucius *tract.18. cap.1. quæſ.7. num.21.* Auila *parte 5. diſp.2. concl.1.* Couarr. *in cap. Alma, parte 2. §.2. numero 6.* Alterius *diſput.10. capite 5. col.1. verſ. Hæc tamen concluſio* Bonacina *de Interd. puncto 2. num.2. verſ. Tertiò.* Miranda *in Man. Prælator. tomo 2. q.37. art.4.* Villalobos *tract.19. diff.10. num.2.* Machado *libro 1. ſum. parte 3. tract.13. docum.2. num.2.* Palao *diſp.4 puncto 3. num.4.*

QVÆSTIO IV.

An Prælati poſſint ponere Interdictum locale, extra ſuam Prouinciam, Diœceſim, aut Territorium?

REſpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia extra proprium territorium non habent iuriſdictionem, nec locum, qui propriè ſibi ſit ſubiectus: ergo. Sic omnes. Auila *diſput.2. cit. dubio 2. concl.1.* Sebaſtianus de Medicis *in ſum. Peccat Capitulum, tit. 9. quæſt.5.* Bauny *tract.9. de Interd. quæſt.7.* Palao *loc. cit. num.7.* Alterius *diſputatione 10. cit. capite 4. columna 1.* Qui benè notat, quod licèt hoc ſit certum; tamen indirectè ſententia Interdicti localis lata ab Epiſcopo, extendatur ad loca immediatè contigua, ne contemptui habeatur ſententia Interdicti, quæ extenſio fuit facta à iure communi, *cap. Si Ciuitas, de ſent excom. in 6.* ne Interdictum ſuo effectu careret, vt etiam nos diximus *ſupra diſp.1. q 9.10. & 31.*

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

An ſaltem poſſint Prælati interdicere ſuos ſubditos exiſtentes in aliena Prouincia, Diœceſi, aut Territorio?

NEgandum videtur. Nam Prælati non poſſunt interdicere loca, extra ſuam Prouinciam, Diœceſim, aut Territorium, vt nuper eſt habitum: ergo nec poterunt ſuos ſubditos exiſtentes extra ſuam Prouinciam,&c.

Sed tamen, vt certum, reſpondeo: Poſſe interdicere ſuos ſubditos, etiam exiſtentes in alieno territorio in caſibus illis, in quibus Prælatum diximus, excommunicare poſſe ſubditum ſuum in alieno territorio, ſeu Parochia verſantem, hoc eſt, quandiù manet ſub ſua iuriſdictione, vt conſtat ex dictis, & ex nunc dicendis ad rationem dubitandi.

Ad quam, neganda eſt conſequentia: quia non eſt eadem ratio de perſona, ac de loco: nam perſona poteſt mutare locum, manendo etiam ſub iuriſdictione ſui Prælati, vt accidit dum mutat territorium, non intendens mutare domicilium, in quo caſu optimè poteſt Prælatus interdicere ſubditum ſuum in aliena Diœceſi, ſeu territorio manentem, cum retineat poteſtatem, & iuriſdictionem in illum. Secus autem eſt de loco, quia in locum poſitum extra fines ſuæ Diœceſis, ſeu territorij, nullam habet iuriſdictionem. Sic omnes. Alterius *diſp.10. cap.6. col.2.* Auila etiam *diſputatione 2. cit. dub.2. concl.2.* Bauny, & Medicis, nuper adducti, & communis.

De cæteris autem perſonis, de quibus hîc inquiri poſſet, an iure ordinario, aut ex commiſſione, interdicti ſententiam ferre valeant, diximus *tractatu 1. de Cenſuris in communi, diſp. 2. à quæſt.8.* Legantur ibi, ne eadem millies repetamus.

QVÆSTIO VI.

An vniuerſa Eccleſia interdici poſſit?

REſpondeo tanquam certum: Interdici poſſe, ſed à ſolo Romano Pontifice; vel Sede vacante, à Concilio generali antea congregato. Quia nullus habet iuriſdictionem in vniuerſam Eccleſiam præter Romanum Pontificem, & Concilium generale Sede vacante. Quare rectè poteſt Sum. Pontifex in vniuerſam Eccleſiam Interdictum diuiſiuè ferre, hoc eſt, in vniuerſas Eccleſiæ partes, aut in quamlibet ſigillatim: quia in omnes illas iuriſdictionem habet. Et idem eſt dicendum, loquendo de vniuerſa Eccleſia coniunctim, hoc eſt, de omnibus Eccleſiæ partibus ſimul, & collectiuè ſumptis; quia neque ex parte poteſtatis, nec ex parte locorum, datur repugnantia, vt tale Interdictum vniuerſale ferri non valeat à Pontifice; licèt moraliter, & practicè loquendo, ferri non poſſit, eò quòd non poteſt occurrere cauſa legitima ad illud imponendum. Sic Suarez *diſp.36. ſect.2. n.1.* Alterius *de Interd. diſp.10. cap.6. col.1.* Filliuc. *tr. 18. cap.1. q.7. n.22.* Luyſius *de Cenſur. lib.6. diſp.53. dubio 1.* Bonac. *de Interd. puncto 2. n.4.*

QVÆSTIO VII.

An Epiſcopus poſſit totam Diœceſim, ſuæ iuriſdictioni ſubiectam, interdicere?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe interdicere totam Diœceſim, non ſolùm diuiſiuè, ſed etiam collectiuè ſumptam. Quia Epiſcopus (inquit Alterius) poteſtatem habet interdicendi totam Diœceſim, non ſolùm hoc, vel illud oppidum, ſeu, hanc vel illam Eccleſiam diuiſim, ſed etiam collectiuè Diœceſim vniuerſam, abſque vlla exceptione, quia eius iuriſdictio tàm latè patet. Et ſi occurrat cauſa ſufficiens, & generalis, licitè tale Interdictum generale imponeret; quamuis raro talis cauſa accidere poſſit. Et ab Interdicto generali Epiſcopi, nullus locus poſitus intra Diœceſim excipitur, non obſtante quacunque conſuetudine, quoniam conſuetudo non valet, per quam Interdicti ſententia violatur, vt dicitur *in capite Cum inter. de conſuet.* Sic Alterius *loco cit.* Et antea Suarez *loc. cit.* & Luyſius *verſ. de Epiſcopo.*

QVÆSTIO VIII.

An loca non ſacra, ſeu rebus diuinis non deputata, interdici poſſint?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia poteſtas interdicendi non limitatur ad loca ſacra tantùm, ſed potiùs iura ſimpliciter loquuntur de quocunque loco, abſque vlla exceptione. Quod loquendo de Interdicto generali locali, conſtat ex habitis *ſupra diſp.1. quæſt.5. & ſequent.* loquendo verò de Interdicto ſpeciali etiam conſtat, cùm non appareat cauſa ob quam loca aliqua non ſacra, ſeu profana non poſſint interdici; quamuis id non ſit in vſu, eò, quod inutile eſſet interdicere aliquem locum profanum, in quo non celebrantur Diuina. Sic Suarez *diſputatione 36. ſectione 2. numero 4.* Alterius *diſputatione 10. capite 6. columna 2. verſ. Tandem.* Luyſius *lib.6. diſp.53. dubio 1. in fine.*

QVÆSTIO IX.

An omnes perſonæ, quæ excommunicari poſſunt, poſſint etiam interdici?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe. Et ideò omnes perſonæ baptizatæ, excepto Papa, ſiue ſint Clerici, ſiue Laïci, ſiue Religioſi, ſiue Sæculares, quantum eſt ex parte illorum, ſi reliqua neceſſaria, vt cauſa, iuriſdictio, &c. concurrant, interdici poſſunt. Quia ex parte fidelium eadem eſt capacitas ad quamcunque Cenſuram, ſi ex parte Iudicis, aut ſententiæ, aut legis neceſſaria concurrant. Sic omnes. Legantur Nauarr. *cap.27. num.168.* Couarr. *in cap. Alma mater, parte 2. §.1. num.4.* Henriquez *lib.13. cap.50. numero 1.* Suarez *diſputatione 36. ſectione 2. numero 5.* Alterius *diſputatione 10. capite 6. col.3. & 4.* Auila *parte 5. diſputatione 2. dubio 5.* Filliucius *tr.18. capite 1. quæſtione 8. à numero 23.* Luyſius *diſput.53. cit. dubio 2.* Bauny *tractatu 9. quæſtione 7. aſſertione 2.* & Palao *diſp.4. puncto 3. §.1. n.6.*

QVÆSTIO X.

An Vniuerſitas, Collegium, ſeu Communitas, poſſit interdici?

REſpondeo: Negandum videri. Quia Communitas nequit excommunicari: ergo neque interdici. Antecedens eſt certum apud omnes, & conſtat *ex dictis de Cenſuris in communi, diſputatione 3. à quæſtione 24.*

Sed, vt certum, reſpondeo: Poſſe interdici, quamuis non poſſit excommunicari. Quia hoc prohibetur in iure; illud verò ab illo conceditur. Sic omnes. Legantur dicta *diſputatione 3. cit. quæſtione 23. & ſeqq.* & Auctores ibi, & nuper adducti.

QVÆSTIO

Digitized by Google

Qvæstio XI.

An Epiſcopi cenſeantur Interdicti per legem generalem, aut ſententiam, qua interdicuntur omnes, qui hoc, vel illud delictum commiſerint?

Respondeo tanquam certum: Non cenſeri interdictos. Quia hoc ſtatutum fuit *in cap. Quia periculoſum. de ſent. excommun. in 6.* vbi quoad ſuſpenſionem & Interdictum, fuerunt hoc priuilegio decorati ab Innocentio VI. in Concil. Lugdunenſi. Secus eſt de excommunicatione; vt liquet *ex d. cap. Quia periculoſum, verſ. Suſpenſionis.* Sic omnes. Legantur Suar. *diſp.* 36. *ſect.* 1. *num.* 5. Fillinc. *tract.* 18. *cap.* 1. *quæſt.* 8. *dicto* 2. *n.* 23. Alterius *hic*, *diſp.* 10. *cap.* 6. *col.* 4. *verſ. Deinde Epiſcopus.* Luyſius *lib.* 6. *diſp.* 51. *dub.* 2. & alij.

An autem pueri ante vſum rationis, & amentes contineantur ſub generali Interdicto populi, conſtat *ex dictis ſupra diſp.* 1. *q.* 33. An verò defunctus poſſit interdici, *ex dictis tract.* 1. *de Cenſur. diſp.* 3. *quæſt.* 10. *& ſequent.* colligere poteris.

Qvæstio XII.

An ad imponendum Interdictum locale, etiam ſpeciale, requiratur culpa mortalis?

Respondeo tanquam certum: Requiri culpam mortalem. Conſtat. Quia Interdictum huiuſmodi eſt pœna ſpiritualis, & in genere pœnæ, grauis ſatis: at ſic eſt, quod pœna grauis, ſupponit culpam, & grauem: ergo ad imponendum huiuſmodi Interdictum, neceſſariò debet ſupponi culpa grauis, & mortalis. Sic Angel. *Interdictum* 3. *n.* 5. Sylu. *ibid q.* 5. Nauarr. *c.* 27. *n.* 168. Couarr. *in c. Alma, parte* 2. §. 1. *n.* 4. *&* 5. Sotus *d. ſt.* 22. *q.* 3. *art.* 1. Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 3. *n.* 6. Henriq. *lib.* 13. *c.* 50. *n.* 2. Auila *parte* 5. *diſp.* 3. *dubio* 2. Bauny *tr.* 9. *q.* 7. *aſſert.* 4. qui addunt ad hoc Interdictum ferendum grauius peccatum requiri, quàm ad ferendam excommunicationem. Bonacina *de Interd. puncto* 3. *numero* 5. Fillincius *tractatu* 18. *capite* 1. *quæſtione* 9. *numero* 27. Palao *diſputatione* 4. *puncto* 3. §. 2. *numero* 1. & omnes.

Qvæstio XIII.

An etiam Interdictum perſonale generale, imponi non poſſit, niſi ob peccatum mortale?

Respondeo tanquam certum: Imponi non poſſe, niſi ob peccatum mortale. Quia, vt nuper dicebamus, culpæ par, & æqualis eſſe pœna debet: at ſic eſt, quod Interdictum perſonale generale eſt grauiſſima pœna, cum totam vniuerſitatem, ſeu communitatem, valdè grauet: ergo & culpa, quæ præſupponitur ad illud, grauiſſima debet eſſe. Sic Suarez *loc. cit. n.* 5. Fillinc. *n.* 26. Bauny *loc. cit. aſſert.* 3. Luyſius *lib.* 6. *de Cenſur. dub.* 1. & alij plures.

An verò Interdictum ferri poſſit ob alienam culpam; conſtat *ex dictis tract.* 1. *diſp.* 8. *q.* 2. *ex tractatu de ſuſpenſ. diſp.* 2. *q.* 7.

Qvæstio XIV.

An ob peccatum ſuum veniale poſſit quis Interdicto puniri?

Affirmant abſolutè Armilla, *Suſpenſio, numero* 1. Caiet. *Interdicti violatio.* Henriquez *cap.* 50. *cit. numero* 2. Molina *de inſtit. tomo* 4. *tract.* 7. *diſput.* 75. *num.* 1. Auila *diſput.* 3. *cit. dub.* 2. *concl.* 2. Sà *verb. Interdictum, n.* 4. & Hurtad. *de Interd. diff.* 15. apud Palaum, & alij. Quorum fundamentum eſt, quod excommunicatio minor eſt pœna grauior Interdicto: at illa imponitur ob proprium veniale: ergo etiam Interdictum imponi poteſt pro veniali proprio.

Negat contrà abſolutè Bauny *tract.* 9. *vbi de Interdicto, q.* 7. *aſſert.* 5. & penes illum Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 32. *n.* 29. Suarez *tomo* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 10. Fillinc. *tomo* 1. *tract.* 20. *cap.* 3. *n.* 58. & Laymann. *libro* 1. *tractatu* 5. *capite* 4. *numero* 4. Quia (inquit Bauny) cum acerbius homini religioſo, ac timenti Deum, eſſe nihil poſſit priuatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ; Miſſæ, Veſperarum, ac diuinorum Officiorũ, abhorret à prudentia dicere, tantæ pœnæ cauſam leuem eſſe. Ita ille. Legatur de hac re Diana *parte* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 78. vbi vtramque ſententiam putat probabilem.

Sed clarius, & diſtinctius reſpondeo dicendum, quod nullo modo poſſit quis pro culpa propria veniali, puniri Interdicto abſolutè, ſimpliciter, & abſque limitatione ſumpto; benè tamen Interdicto aliquo limitato quoad effectum, & tempus. *Prima pars* conſtat ex dictis in ſimili de excommunicatione & ſuſpenſione, & ex ratione allata à Bauny.

Secunda, Quia poteſt (inquit Suarez) Interdictum ferri, non in totum, ſed ex parte, priuando quem ſolùm Eccleſiæ ingreſſu, vel vſu communionis ad breue tempus: at ſic eſt, quod Interdictum ita limitatum, non eſt grauior pœna, quàm eſt excommunicatio minor, quæ ferri poteſt pro veniali culpa: ergo & illud ferri poteſt, quamquam verum ſit rarò ferri huiuſmodi Interdictum. Sic Suarez *diſp.* 36 *ſect.* 3. *dicto* 1. *numero* 3. Luyſius *lib.* 6. *diſputatione* 51. *dub.* 2. Fillinc. *tract.* 18. *cap.* 1. *q.* 9. *num.* 25. his verbis: Et quidem, ſi Interdictum graue ſit, ſupponere debet culpam mortalem; ſi leue, venialem, vt diximus de Cenſuris, & docet de Interdicto etiam Suarez *ſect.* 3. *num.* 2. *&* 3. Sic Fillíucius ex Suario. Vterque igitur eſt pro noſtra ſententia Bauny. Sic etiam ſentit Sanchez *loc. cit. n.* 29. *in fine.* Nam licet oppoſitum ſentiat loquendo de ſuſpenſione (& conſequenter, de Interdicto) iure lata, non tamen à Iudice ferenda, ait enim ſic: Dixi, *de ſuſpenſione iure lata*, Quia poteſt Iudex ob culpam venialem ſuſpendere, vt cum Nauarr *ſum. cap.* 27. *Lat. & Hiſpan.* 159 docent Henriquez, & Manuel, *ibidem.* Quod benè intelligit ibi Nauarr. Hiſp. de leui ſuſpenſione, & ad breue tempus, quæ modicum damnum honoris, & rei familiaris afferat. Hæc Sanchez. Ludou. Lopez 2. *p. inſtruct. cap.* 21. *de Interd. folio* 498. Ægidius *diſputatione* 17. *dubio* 1. *n.* 24. Palao *diſputatione* 4. *puncto* 3. §. 2. *num.* 9. qui etiam citat Hurtadum pro hac parte, & melius; cum hanc expreſsè doceat *loc. cit. verſ. Nos tamen.* Legantur dicta à nobis *de ſuſpenſ. diſp.* 2. *quæſt.* 9.

Qvæstio XV.

An Interdictum locale generale poſſit ferri, propter debitum pecuniarium contractum ab aliqua Communitate?

Respondeo tanquam certum: Non poſſe, niſi de ſpeciali, & expreſſa licentia Papæ. Quia ita decernitur in Extrauag. *Prouide de ſentent. excommunicationis inter communes*, his verbis: *Præſentis conſtitutionis prouidemus edicto, vt nulla Prouincia, Ciuitas, Caſtrum, Villa, locus, territorium, vel diſtrictus auctoritate ordinaria, vel delegata ſupponatur Eccleſiaſtico Interdicto pro pecuniario debito, vel pro cuiuſvis monetæ, vel pecuniæ quantitate, quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore, &c. Nos enim ex nunc decernimus irritum, & inane, ſi ſecus hactenus*

Digitized by Google

extitit attentatum, vel contigerit attentari, illúdque reuocamus omnino, &c. Sic Bonifacius VIII. Et ſic omnes. Legantur Nauar. *capite* 27. *n.*168. Couarruu. *in capite Alma, parte* 2. §. 1. *numero* 4. & 5. Suarez *diſput.*36. *ſect.* 3. *num.*8. Auila *parte* 5. *diſput.* 3. *dubio* 3. *concl.* 1. & alij penes ipſos.

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem pro debito pecuniario poſſit ferri Interdictum locale particulare, ſine licentia Pontificis?

NEgant aliqui Doctores. Quia putant, dictam Extrauagantem *Prouide*, habere etiam locum in Interdicto locali particulari, cum in ea expreſsè caueatur, quod propter debitum pecuniarium non debeat interdici *locus*. At ſic eſt, quod *locus*, æqualiter comprehendit locum generalem, & ſpecialem, ſeu particularem: ergo. Ita ſentiunt Couarr. *loc. cit.* Sotus *loc. cit. art.* 1. *poſt* 3. *concl.* & Ledeſ. Mexica, *diffic.* 3. *de Interd. concl.* 2. quos affert, & ſequitur Auila *loc. cit. concluſ.* 2. Necnon & Palao *diſp.* 4. *puncto* 3. §. 2. *numero* 5. citans pro ſe Laymanium *libro* 1. *tractatu* 5. *parte* 4. *cap.* 4. *in fine.*

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe ferri Interdictum locale particulare, hoc eſt, in particulari Eccleſia, pro debito pecuniario ſine licentia Pontificis. Quia probabilius eſt, in citata Extrauaganti, ſolùm eſſe ſermonem de Interdicto locali generali, non de ſpeciali. Nec illa vox *locus*, ſumitur in dicta Extrauag. in ſua generalitate, vt volunt auctores oppoſitæ ſententiæ, ſed pro patrio oppido, vt melius vidit Gloſſa in dicta Extrauag. *verb. Locus, in fine.* Ideóque ſic ſentiunt Nauarrus *n.*168. *cit.* Calderin. Dominicus, & Stephanus, apud ipſum. Ioan. Andreas, & Felinus, apud Couarr. *loc. cit.* Suarez *loc. cit.* Luyſius *lib.* 6. *diſputatione* 51. *dubio* 2 *verſ. Secundò affirmant.* Alterius *de Interd. diſp.* 10. *cap.* 2. *dub.* 2 dicens, hanc eſſe communiorem ſententiam. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 19. affirmans eſſe omnium, excepto Couarr. Imò & in *Summario* 2. *citat.* id docet Palao; ſed per errorem.

QVÆSTIO XVII.

An pro debito pecuniario, poſſit ferri Interdictum generale perſonale, hoc eſt, Interdictum Communitatis?

NEgat Auila *parte* 5. *diſp.* 3. *dub.* 3. *concl.* 3. Quia, inquit, interdictum generale perſonale, non eſt leuius, imò videtur grauius Interdicto locali: ergo quando prædicta Extrauagans prohibuit poni locale, conſequenter prohibuit perſonale generale. Ita Auila. Et penes ipſum Sotus, Mexica *loco cit.* Angel. *Interdictum* 3. *n.* 3. & Tabiena *eod. n.* 1. Necnon Henriquez *lib.* 15. *cap.* 50. *num.* 3. Alterius *c.* 2. *cit. col.* 3. *verſ. Quæri poteſt.* Palao *diſp.* 4. *puncto* 3. §. 2. *n.* 6. & apud illum Calderin. *tract. de Interd. memb.* 22.

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe ferri. Quia dicta Extrauagans, ſolùm agit de Interdicto locali generali, vt nuper eſt viſum: ergo non debet extendi ad alia Interdicta, & ideò nec ad Interdictum perſonale generale. Nec obſtat, quod videatur eſſe ſimilis ratio, inter Interdictum locale generale, & Interdictum perſonale generale; quia hoc (vt benè Suarez) non ſufficit, quando verba legis limitata ſunt. Sic Panormit. *in cap. Cum in partibus, de verb. ſignif.* quem citat, & ſequitur Suarez *diſp.* 36. *cit. ſectione* 3. *num.* 8. Præpoſitus *in* 3. *p. quæſt.* 3. *de Interd. dub.* 1. *numero* 5. Villalobos *tract.* 19. *diff.* 10. *n.* 7. Diana *parte* 5. *tr.* 10. *reſolut.* 79.

QVÆSTIO XVIII.

Quanam ſit cauſa finalis Interdicti?

REſpondeo dicendum, quod id quod præcipuè intendit Eccleſia, in inferendo, contra Principem, Iudicem, aut alium, Interdicto, eſt correctio & emendatio ipſius delinquentis, lucrúmque animæ ipſius; ad hoc enim caſtigat Eccleſia ſancta hac (ſicut & aliis) Cenſura, oſtenditque per illam, triſtitiam magnam, & mœrorem ſuper peccatum illius, qui dedit cauſam Interdicto; incitátque omnes ſuos fideles in ſui defenſionem. Sic omnes. Toletus *lib.* 1. *cap. mihi* 52. *n.* 3. & 4. Bonac *diſp.* 5. *puncto* 2. *n.* 6. Bauny *tr.* 9. *de Interd. q.* 9. *pag. mihi* 403. Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 3. *numero* 13. Palao *diſp.* 4. *puncto* 3. §. 2. *n.* 1. & alij.

QVÆSTIO XIX.

An forma, ſub qua Interdicti ſententia fertur, habeat verba determinata?

REſpondeo: Non habere determinata verba; quia in iure non habentur. Solùm ergo de ſubſtantia huius formæ, ſunt verba, quibus huiuſmodi Interdicti Cenſura cum ſufficienti ſpecificatione & determinatione feratur. Nam ſine verbis (ſub quibus ſigna æquiualentia comprehendimus) non poteſt humanus Iudex aliquid operari. Sic Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 4. Syluest. *Interdictum* 3. §. 7. Henriquez *libro* 13. *capite* 50. Auila *parte* 5. *diſp.* 3. *dub.* 4. & conſtat ex dictis *de Cenſuris in communi, diſp.* 4. *q.* 3. 4. & 5. *tract. de ſuſpenſ. diſputatione* 2. *quæſtione* 10.

QVÆSTIO XX.

An Interdicti ſententia debeat ferri in ſcriptis, cum expreſſione cauſa, monitione præuia, &c?

REſpondeo dicendum, quod debeat ferri in ſcriptis, & debeat dari inſtrumentum Interdicto, intra menſem, ſi petatur, aliàs peccabit Iudex, & erit ſuſpenſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ. Debet item præcedere monitio, quando Interdictum ponitur ad reprimendam contumaciam: non verò quando imponitur, vt pura pœna ob delictum. Debet denique ferri cum expreſſione cauſæ ob quam infertur, iuxta *dicta ſupra, de Cenſuris in communi.* Sic Nauarr. *cap.* 27. *numero* 165. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 50. *n.* 3. Suarez *diſput.* 36. *ſect.* 4. Auila *loc. cit.* Bauny *quæſt.* 9. *cit.* Palao *loco citato num.* 10. Legantur dicta à nobis *tractatu de Cenſuris in communi, diſp.* 4. & 5. & *tractatu de ſuſpenſ. diſp.* 2. *per totam.*

DISPVTATIO III.

De Effectibus in communi Interdicti.

QVÆSTIO I.

Quot ſunt effectus Interdicti, ſiue localis, ſiue perſonalis?

RESPONDEO dicendum, quod licèt ſecúndum ius antiquum multi eſſent numero; attamen ſecundum ius nouum Bonif. VIII. *in c. Alma de ſent. excom.* quatuor præcipuè numerantur, nempè, Priuatio diuinorum Officiorũ: Priuatio aliquorũ Sacramentorum, Priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, & Priuatio ingreſſus

ingreſſus in Eccleſiam. Sic Toletus *lib.1.cap.53* Bauny *tract.9.q.13.* Auila *p.5. diſp.4. in princ.* Bonac. *diſp. 5. puncto 3.* quamuis duo hi authores, tres ſolos primos numerent effectus, & alij communiter.

Qvæstio II.

An effectus Interdicti ſint ita inter ſe connexi, ſicut ſunt effectus excommunicationis?

Reſpondeo dicendum, quod non ſunt ita connexi; & ideò poſſunt, etiam ab Epiſcopo, optimè ſeparari ab inuicem. Vnde fieri poteſt, vt Epiſcopus interdicat aliquem ab officio Sacerdotali, quin interdicat illum à ſepultura; vel ab officio prædicandi, quamuis non interdicat ab officio audiendi Confeſſiones, &c. Quare diligenter aduertendum eſt, quomodo feratur Interdictum: nam quando imponitur abſolutè, & ſine limitatione, intelligitur quoad omnes effectus; quando verò ponitur cum limitatione, prohibet tantùm eam actionem, quæ interdicitur, & omnem aliam, quæ in ea includitur, & ſine qua illa fieri non poteſt; non verò prohibet eam actionem, ſine qua actio interdicta fieri poteſt. Sic Nauar. *c.27. n.170.& 183.* Couarr. *in cap. Alma, 2. p. §.1. num.4.* Henriq. *lib.13. c.31. n.1. & cap.43. n.1. & 6.* Auila *parte 5. diſp 4. in princip* Bonac. *de Interd puncto 3. n.1.* Palao *diſp.5. puncto 4. in princ.* & omnes communiter.

DISPVTATIO IV.

De primo effectu Interdicti, qui eſt, Priuatio diuinorum Officiorum.

Qvæstio I.

An priuatio diuinorum Officiorum publicè dictorum, ſit primus effectus Interdicti integri?

Reſpondeo: Affirmatiuè. Sic enim habetur *in cap. Si ſententia, de ſent. excommun. in 6.* ibi: *Nulla Diuina celebrentur Officia, vel miniſtrentur Eccleſiaſtica Sacramenta,* & cap. *Epiſcoporum, de priuileg. eod. lib. Ne aliqui. &c. Cuiuſque Ordinis, Religionis, ſtatus, vel conditionis exiſtant, ſcienter, celebrent, vel faciant celebrari Diuina*; nempè, in Ciuitatibus & locis interdictis, cap. *Non eſt vobis, de Sponſalib.* & alibi. Ex quibus iuribus clarè conſtat, quod primus effectus Interdicti integri, ſiue abſolutè, & ſine limitatione lati, ſit prohibitio & priuatio celebrationis, & dictionis publicæ diuinorum Officiorum, & auditionis eorundem publicè, non priuatim dictorum. Sic omnes. Legantur Suarez *diſp.34. in princ. & ſect.3.* Auila *parte 5. diſp.4 ſect.2.* Alterius *tom.1. diſput.5. de Interd in princ.* Bonac. *diſp.5 puncto 4.* Hurtad. *tr. de Interd. diff.6.& 7.* Palao *diſp.4 punct.4 §.2. n.1.* & omnes.

Qvæstio II.

An aliqua Officia diuina, licita fuerint, iure antiquo, tempore Interdicti localis generalis?

Reſpondeo tanquam certum: fuiſſe licita nonnulla. Nam *Primò*, licitum erat Miniſtris Eccleſiarum, ſemel in hebdomada, non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, Miſſam celebrare, causâ conficiendi Euchariſtiam pro infirmis ſeruandam. Sic decretum fuit *in cap. Permittimus, de ſent. excommun.* Sic Henriquez *lib.13. cap.44. n.3.* vbi benè addit quod vrgente neceſſitate infirmorum poſſent etiam aliæ Miſſæ celebrari, quod prius notauit Nauar. *c.27. n.173.*

Secundò, licitum erit Clericis vt in Eccleſiis Conuentualibus Horas Canonicas, bini & bini, & ſimul tres (non plures) ſine cantu & voce ſubmiſſa, dicerent. Sic *in cap. Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* Quod à fortiori id licitum fuit facere extra Eccleſiam, dummodo cauerent ne audirentur à non habentibus priuilegium. Sic Syluest. *Interdictum 5. q.5.* Couarr. *in cap. Alma, p.2. §.2. n.7.* Nauarr. *cap.27. numero 175.* Auila *parte 5. diſp.4. ſectione 2. dub.1. concl.1.2. & 3.* Hurtad. *diff.7. numero 171.*

Qvæstio III.

An etiam tempore Interdicti ſpecialis, fuerit licitum olim Clericis, recitare, modo dicto, Horas Canonicas?

Affirmant Henriquez *loc. cit.* ibi: ſimiliter tempore ſpecialis interdicti loci licebat binis Clericis, aut tribus ſimul recitare. Ita ille. Qui adducit pro ſe ibi *lit. N.* Syluestrum, & Couarr. *loc. cit.*

Sed probabilius reſpondeo: Non fuiſſe licitum. Quia *cap. Alma mater,* ſolùm intelligitur de Interdicto locali generali, *vt infrà* cum communi dicemus: ergò etiam dictum *cap. Quod in te*; non enim eſt maior ratio de vno capite, quàm de altero. Sic Nauarrus *c.27. n.173. in fine,* & penes illum, Gloſſa recepta *in capite fin. de ſent. excomm. lib.6. verb. Eccleſiis.* Auila *part. 5. diſp.4. ſect.2. dub.2. concl.2.*

Addunt tamen authores vtriuſque ſententiæ licitum fuiſſe in Eccleſia etiam ſpecialiter interdicta celebrare modo dicto Miſſam; ad renouandum ſanctiſſimum Sacramentum quod infirmis ſeruabatur. Quia textus abſolutè loquitur tempore Interdicti, & neceſſitas celebrandi æquè militat in Interdicto ſpeciali locali, ſicut in generali.

Qvæstio IV.

An modò iure nouo, poſſint omnes Miniſtri Eccleſiæ, tempore Interdicti localis generalis, celebrare quotidie Miſſas, & alia Officia diuina in Eccleſiis, & Monaſteriis, ſicut ſi non eſſet Interdictum?

Reſpondeo tanquam certum: Poſſe iam, ſeruatis tamen quatuor conditionibus. *Prima* quod id faciant, ianuis clauſis. *Secunda*, voce ſubmiſſa. *Tertia*, excluſis excommunicatis & interdictis. *Quarta*, non pulſatis campanis. Sic decreuit Bonfac. VIII *in cap. Alma mater. de ſent. excommunic. in 6. in §. Adijcimus præterea, quod ſingulis diebus in Eccleſiis & Monaſteriis, Miſſæ celebrentur, & alia dicantur diuina Officia, ſicut priùs, ſubmiſſa tamen voce, ianuis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis.* Sic Pontifex. Sicque omnes DD. Legantur Suarez *diſp.34. ſect.1.* Auila *parte 5. diſp.4. ſect.2. dub.2.* Alterius *diſp.5 c.1.* Bonac. *punct. 4.* Bauny *tr. 9. q. 15.* Filliuc. *tr.18. c.3. q.2. n.63.* & alij.

Qvæstio V

An etiam in Eccleſiis ſpecialiter interdictis liceat Miſſas, & alia Officia diuina celebrare quotidie, ſeruatis conditionibus nuper poſitis?

Reſpondeo tanquã quid certum: Non licere. Quia conceſſio Bonif. VIII. ſolùm agit de Interd. locali generali,

Digitized by Google

generali. non de ſpeciali: ergo tempore Interdicti non licebit quotidie celebrare Miſſas, &c. in Eccleſiis ſpecialiter interdictis, vigore conceſſionis dicti cap. *Alma mater.* ſed ſolùm in illis tantùm, quæ continentur in loco generali interdicto. Solùm ergo licebit Miſſam celebrare in Eccleſiis ſpecialiter interdictis ſemel in Hebdomada virtute cap. *Permittimus,* ad renouandam Euchariſtiam, iuxta dicta *ſup. q.* 2. Sic docent Gloſſa, Anchar. Domin Francus, Angel. Syluest. Nicol. Millis, Rota, Felin. Ioan. Andr. Anton. Cardin. Abbas, Imola, D. Anton. Calderin. & Villadiego, quos refert, & ſequitur Couarr. *in cap. Alma,* 2. *p.* §. 4. *num.* 1. Nauarr. *cap.* 27. *n.* 175. Auila *parte* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dubio* 3. *concl.* 1. Alterius *de Interd. diſp.* 5. *cap.* 1. *col.* 3. & eſt communis omnium ſententia, vt ait Couarruuias. Legatur Sanchez *libro* 7. *de Matrimonio, diſputatione* 8. *numero* 12.

QVÆSTIO VI.

An tempore Interdicti localis generalis, ſit licitum celebrare quotidie Officia diuina, ſeruata moderatione cap. Alma mater, *ſecretò, videlicet, &c. in Eccleſiis Hoſpitalium, & Monialium?*

RESpondeo tanquam certum: Eſſe licitum. Quia iuxta dictum cap. *Alma,* licitum eſt tempore Interdicti localis generalis, celebrare diuina Officia, ſecretò, &c. *in Eccleſiis & Monaſteriis;* atqui certum eſt, quod nomine *Eccleſiarum,* comprehenduntur etiam Hoſpitalia, in quibus eſt ſacer locus, ad dictum miniſterium, ab Epiſcopo approbatus, vt nos in expoſitione noſtræ Regulæ, clarè probauimus: & nomine *Monaſteriorum* comprehenduntur etiam Monaſteria Monialium: ergo. Sic omnes communiter. Nauarr. *c.* 27. *n.* 175 Couarr. *in d. c. Alma* 2. *p.* § 4. *n.* 2. Suar. *diſp.* 34. *ſect.* 1. *n.* 5. Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 8. *n.* 13 *in fine.* Henr *lib.* 13. *c.* 32. *n.* 2. *&* *c.* 46. *n.* 1. Bonac. *de Interd. puncto* 4. *n.* 10. *&* 11. & alij mox citandi. Sayrus *libro* 5. *parte* 5. *n.* 21. Palao *diſp.* 4. *puncto* 4. §. 2. *n.* 5. & omnes communiter.

QVÆSTIO VII.

An etiam tempore Interdicti localis generalis, liceat quotidie celebrare Miſſas, & alia diuina Officia, in priuatis Oratorijs, quæ ſolent eſſe in communibus domibus?

NEgant plures DD. eo quod Conſtitutio Bonifacij VIII. ſolùm permittit celebrare diuina Officia tempore Interdicti, *in Eccleſiis,* &c. at ſic eſt, quod iuxta communem vſum, non ſolent hæc loca nomine Eccleſiarum intelligi: ergo. Ita tenent Couarr. Palao, Sanchez, & Bonac. *locis nuper cit.* Luyſius *de Cenſur. lib.* 7. *diſp.* 49. *dub.* 1. Mercerus *in* 3. *p. q.* 24. *de Interd. dub.* 3. Hurt. *de Interd. diff.* 7. *n.* 18. & huius Authoris, non Luyſij Turriani, ſunt verba relata pro hac parte, à Diana mox citando.

Sed probabilius reſpondeo: Licere. Quia probabilius eſt, quod nomine Eccleſiarum ampliſſimè ſumptum, vt in re fauorabili ſumendum eſt, comprehendantur omnia loca ab Ordinariis approbata ad Miſſæ ſacrificium perficiendum: at ſic eſt, quod nunc omnia Oratoria debent eſſe approbata ab Ordinariis, iuxta Conc. Trid *ſeſſ.* 22. *decreto de obſeruand. in Miſſa celebratione:* ergo. Sic. Nauarr. *n.* 175. *cit.* Suarez. *diſp.* 34. *ſect.* 1. *n.* 9. Vgolin. *tab.* 5. *c.* 8. §. 5. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 11. Filliuc. *tr.* 18. *c.* 3. *n.* 65. Laymann *lib.* 5. *tract.* 5. *parte* 4. *c.* 3. *n.* 4. Baldus, Ludouicus à Cruce, Trullench, Faber, Moſcoſus, & Præpoſitus, quos refert, & ſequitur Diana *parte* 5. *tract.* 10. *reſol.* 60. Auila *parte* 5. *diſput.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 3. *concl.* 3. Henriquez *lib.* 13. *loco cit.* Villalobos *tomo* 1. *tract.* 19. *diffic.* 4. *n.* 7. Bauny *tract. de Interd. q.* 3. *pag.* 407. *col.* 2. Alterius *diſp.* 5. *c.* 1. *dub.* 1. *&* 2.

QVÆSTIO VIII.

An Perſona interdicta, poſſit celebrare Officia diuina, in Eccleſiis, aut Monaſteriis, cum moderatione prædicti cap. Alma?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia certum eſt, quod conceſſio Bonifacij *in d. cap.* data, tantùm intelligatur de interdicto locali, non de perſonali, vt patet ex contextu ipſius capitis. Sic Nauarr *cap.* 27. *n.* 174. Auila *loc. cit. concl.* 1. Couarr. *part.* 2. *cit.* §. 4. *num.* 3. Suarez *ſect.* 1. *cit. n.* 10. Luyſius *lib.* 6. *diſputatione* 49. *dubio* 2.

QVÆSTIO IX.

An tempore Interdicti, ſolùm ſit licitum, dicere Miſſam diei?

AFfirmat Ioan. Monachus, apud Couarruu. *infrà,* quia putat ſolùm permitti per Conſtitutionem Bonifacij, Miſſarum ſolemnia propria diei, non alterius.

Sed, vt certum, reſpondeo: Eſſe licitum dicere Miſſam, non ſolùm diei, ſed etiam aliam quamcunque, vt Diuæ Virginis Mariæ, aut alterius Sancti cuiuſque. Quia conſtitutio Pontificis abſolutè, & ſine limitatione concedit, celebrare Miſſam, & alia diuina Officia, *ſicut prius:* ergo Sic Ioan. Andreas, Domin. Calderinus, & Syluest. quos refert, ac ſequitur Couarru. *in cap. Alma mater, parte* 2. §. 4. *n.* 3. Suarez *diſput.* 34. *ſect.* 1 *n.* 11. dicentes, oppoſitum eſſe falſum, & improbabile. Auila *parte* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 3. *poſt* 3. *concl.* Alterius *diſp.* 5. *c.* 1. *dub.* 3. & alij penes ipſum. Palao *diſput.* 4. *puncto* 4. §. 2. *n.* 9. dicens id eſſe certum. De quo dubio adhuc *infrà q.* 34.

QVÆSTIO X.

An non ſolùm Sacerdotes loci generaliter interdicti, ſed etiam extranei, poſſint celebrare Miſſas in dicto loco, cum illis quatuor conditionibus d. c. Alma?

NEgant quidam Doctores, poſſe Sacerdotes extraneos venientes ad loca generaliter interdicta licitè celebrare Miſſas in Eccleſiis, ſeu Monaſteriis poſitis in locis generaliter interdictis, etiam ſeruata forma *d. c. Alma.* Quia exiſtimant Conceſſionem huius cap. ſolùm loqui de Clericis deputatis in illis Eccleſiis, vel Religioſis illorum Monaſteriorum, vbi Miſſæ ſunt celebrandæ. Ita Archidiac. & Anchar. *in d. cap. Alma.* Quorum opinionem, ait Nauar. *cap.* 27. *n.* 174 ſuo tempore vſu fuiſſe receptam in Gallia.

Sed multò probabilius reſpondeo dicendum, quod non ſolùm Sacerdotes loci generaliter interdicti, ſed etiam extranei, poſſint licitè celebrare Miſſas in dicto loco, ſeruatis conditionibus *cap. Alma;* niſi aliàs ob aliam cauſam non prohibeantur, aut fuerint cauſa Interdicti. Ratio eſt, quia *in cap. Alma,* abſolutè, & ſine limitatione conceditur, quod liceat in Eccleſiis & Monaſteriis ſingulis diebus, Miſſas & alia Officia celebrare ſicuti prius, id eſt, ſicut ante Interdictum licebat: & ſic eſt, quod ante Interdictum erat licitum cuilibet Sacerdoti, etiam extraneo, aliàs non prohibito, Miſſam celebrare: ergo hoc ipſum erit permiſſum

Digitized by Google

ſum vtrique tempore Interdicti, cùm illis quatuor conditionibus. Sic Nauarr. *num.* 174. *cit.* dicens, ita obſeruari in toto Regno Caſtellæ & Luſitaniæ. Ioan. Andr. Domin. & Franc. *in cap. Alma*. Couarr. *ibid.* §. 4. *num.* 4. *verſ. Nonò.* Gemin. Federic. Angel. Sylueſt. D. Anton. Tabiena, & Felician. quos citat, & ſequitur Alterius *diſp.* 5. *de Interd cap.* 1. *dubio* 2. Palao *diſputatione* 4. *puncto* 4. §. 2. *numero* 4. Henriq. Vgolinus, Sayrus, Auila, Laymann, & alij apud ipſum.

QVÆSTIO XI.

An quando tempore Interdicti localis generalis, celebrandæ ſunt Miſſæ, & alia diuina Officia, neceſſum ſit, vt omnes portæ Eccleſiæ ſint omnino clauſæ?

RESpondeo tanquam certum: Affirmatiuè. Quia expreſsè id habetur in prædicto *cap. Alma*, in quo permittitur, vt in loco generali interdicto celebrari poſſint Miſſæ, & alia diuina Officia, quotidiè, ianuis tamen clauſis, ſubmiſſa voce. Interdictis, & excommunicatis excluſis, & abſque Campanarum pulſatione: ergo. Sic omnes, præcipuè Alterius *diſp.* 5. *cit. cap.* 2. *col.* 2. his verbis: Ex his infertur, ſi Eccleſia plures habeat portas, non ſatis eſſe principalem claudere, ſed omnes ſunt claudendæ, aliàs finis intentus ab Eccleſia ceſſaret: nam ex ianua aperta poſſent commodè laici prohibiti, & audire, & conſpicere Diuina, quæ in Eccleſia agerentur, & ipſam etiam Eccleſiam ingredi, contra prohibitionem Iuris: & ideò in textu dicitur, *ianuis clauſis*, vt ſignificetur, nullam relinquendam eſſe portam apertam, per quam patere poſſet ingreſſus. Sic ille. Et anteà Suarez *diſputatione* 34. *ſect.* 1. *num.* 13. Luyſius *lib.* 6. *diſp.* 49. *dubio* 1. & alij omnes.

QVÆSTIO XII.

An etiam ſit neceſſum, vt ianua, quam aliquæ Eccleſiæ verſus Clauſtrum habent, omnino claudatur, ſicuti aliæ?

REſpondeo dicendum; quod ſi Clauſtrum ita ſit poſt Eccleſiam contentum, vt ad illud non pateat aditus, niſi per Eccleſiæ ianuas, ſatis cenſeatur clauſa Eccleſia, ſi ianuæ, quæ publicas vias reſpiciunt, clauſæ ſint. Quando verò aliunde patet aditus ad ipſum Clauſtrum, qui aditus, tempore Interdicti, non ſolet eſſe ſpecialiter impeditus, tunc neceſſe eſt, vt ianuæ etiam, quæ Clauſtrum reſpiciunt, clauſæ ſint: quia ratione finis, & ratione verborum legis comprehenduntur. Sic omnino Suarez *loc. cit.* Et ex illo Alterius & Luyſius.

QVÆSTIO XIII.

An requiratur etiam, vt ianuæ Eccleſiæ, ita ſint clauſæ, vt ab externis aperiri nequeant?

REſpondeo tanquam certum: Non requiri, ſed ſufficere, vt ianuæ ita iunctæ ſint, vt auditum, viſum & tranſitum impediant, quamuis non ſint ita obſeratæ, vt volentes ingredi nequeant, niſi aperiantur ab iis, qui intus manent. Quia nec id eſt in vſu, nec textus requirit, eſſétque magnum incommodum, cum multi de populo facultatem habeant ingrediendi Eccleſiam Interdicti tempore. Sic Suarez *diſp.* 34. *ſectione* 1. *numero* 12. Alterius *capite* 2. *cit. col.* 2. *verſ. Sed hic quæri poteſt.* Palao *diſputatione* 4. *puncto* 4. §. 2. *numero* 13. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An rurſus requiratur, vt tempore dicti Interdicti ponatur Oſtiarius ad ianuam Eccleſiæ, vt admittat priuilegiatos, & prohibitos ab ingreſſu repellat?

AFfirmat Vitald. in ſuo Candelab. *de Interd. numero* 227. *pag. mihi* 157. ita ſcribens: Congregato Clero, vel Fratribus ad horas, portas Eccleſiæ claudere neceſſe eſt, illiſque Cuſtodem deputare, vt tantùm Clericos, & priuilegium habentes, introire permittat, ne Interdictum Eccleſiaſticum incuria, atque negligentia violetur. Ita ille.

Sed tanquam certum reſpondeo dicendum, quod quamuis hæc prouidentia ſit laudabilis, non tamen requiratur de præcepto; quia nullibi in iure reperitur. Quia ſatis eſt generalis denunciato Interdicti, ne qui audeant Eccleſiam ingredi, dum Miſſa, & diuina Officia celebrantur. Caſu autem quo quis prohibitus ingrediatur, à Miniſtris Eccleſiæ erit expellendus, cum primùm in illorum notitiam deuenerit, nec ad maiorem diligentiam tenentur. Sic Suarez, & Alterius, & Palao *locis citatis*.

QVÆSTIO XV.

An tempore Interdicti, poſſint Clerici Miſſam, & alia diuina Officia cantare?

NEgandum planè videtur. Tum quia *in c. Alma*, requiritur quod dicta Officia dicantur *ſubmiſſa voce*. Tum etiam quia *in cap. Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* apertè id habetur ibi: *Et in Conuentualibus Eccleſiis, bini, & bini, vel ſimul tres horas Canonicas valeant legere, non cantare.* Conſtat igitur ex his teſtibus, quod tempore Interdicti nequeant Clerici diuina Officia cantare, ſed tantùm legere.

Sed nihilominus, vt certum, reſpondeo dicendum, quod non ſolùm poſſint Clerici in communi Officia diuina tempore Interdicti, legere; verùm etiam cantare; non cantu ſolemni, aut vtendo organo, & aliis inſtrumentis Muſicis, ſed ſolùm ſubmiſſa voce, id eſt, voce tali, quod à Miniſtris, & ab aliis, qui intra Eccleſiam legitimè aſſiſtant, audiri poſſint; non tamen ab aliis, qui extra Eccleſiam ſunt. Sic intelligendo, & explicando textus ſupra adductos, tenent omnes, Suarez *diſp.* 34. *ſect.* 1. *n.* 11. Nauarr. *in man. cap.* 27. *numero* 174. Couarr. *in cap. Alma, parte* 2. §. 2. *numero* 7. *verſ. Sed olim.* Henriquez *libro* 13. *cap.* 44. *numero* 3. Alterius *diſp.* 5. *cap.* 2. *col.* 1 Bonac. *de Interd. puncto* 4. *n.* 6. Palao *diſput.* 4. *puncto* 4 §. 2 *n.* 12. & alij.

QVÆSTIO XVI.

An caſu, quo, tempore Interdicti, non dicantur diuina Officia in communi, ſed à duobus tantùm; ſit etiam neceſſum, claudere Eccleſiæ ianuas?

AFfirmant (vt refert Nauarrus) Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Cardin. *in cap. Quod in te, cit.* eo quod iura id clarè decernere videantur.

Sed probabilius reſpondeo: Non eſſe tunc neceſſum. Quia ſatis eſt curare tunc, quòd non audiantur à non priuilagiatis. Nec obſtant iura, quæ contrarium aſſerere videntur. Quia id non prohibent in hoc caſu, cùm in illo ceſſet tota ratio prohibitionis & inconuenientium. Sic Nauarr. *cap.* 27. *n.* 175. Medina *in ſum. lib.* 1. *c.* 11. (non 18. vt leges apud Auilam) §. 13. *ibi*: [La ſegunda, que ſea *a puertas cerradas*. Eſto ſe entiéde quando ſe dize el Officio diuino en comun, porque ſi

dos lo dizen, no es neceſſario que eſten cerradas, baſta que miren no los oya quien no puede.] Sic ille. Henriquez *lib.13.cap.44.num.3.lit.M.* (Qui malè pro hac parte citat Couarr. *2.p. cit.§.2. n.1.* quia ibi nihil ad intentum ait) Auila *parte 5.diſp.4.ſect.2.dub.3.verſ. Circa duas primas.* Palao §.2.*cit.n.13.* & alij.

QVÆSTIO XVII.

An excommunicati, & perſonaliter interdicti, excludi debeant, Interdicti tempore, à celebratione Miſſæ, & aliorum diuinorum Officiorum?

RESpondeo tanquam certum: Debere excludi; quia ſic expreſsè habetur *in d. cap. Alma.* Et quidem loquendo de excommunicatis: certum eſt debere excludi ſemper; hoc eſt, non ſolùm Interdicti tempore, ſed quolibet alio, vt habitum eſt *tract. de excommun.* loquendo verò de Interdictis, certum eſt etiam debere excludi, Interdicti tempore. Quod quidem eſt verum loquendo, tam de perſonaliter Interdictis, nominatim & particulariter, quàm de perſonis, qui Interdicto cauſam dederunt, vel auxilium, conſilium, aut fauorem præbuerunt ad committendum delictum, cuius cauſa, Interdictum locale latum fuit. Sic ex cap. *Alma cit. & ex cap. Licet, de Priuileg.* docent Suarez *diſp.34.ſect.1.n.10.* Alterius *diſp.5.c.2. col 6. pag.377.* Palao *diſp.4 puncto 4.§.2. n.15.* Auila & Laymann penes ipſum.

QVÆSTIO XVIII.

An tempore Interdicti, debeant etiam excludi à celebratione diuinorum Officiorum, omnes laïci, qui non ſunt excommunicati, nec Interdicti?

NEgant nonnulli. Quia Pontifex *in cap. Alma,* ſolùm ait, eſſe excludendos excommunicatos, & Interdictos: ergo videtur conſequenter admittere omnes alios, nam exceptio firmat regulam in contrarium, & ideò hanc ſententiam probat Federic. *de Senis. conſ.70.* licèt contrariam ſequatur.

Sed nihilominus, vt certùm, reſpondeo: Omnes laïcos, qui priuilegio carent, excludi debere à celebratione diuinorum Officiorum, quamuis non ſint excommunicati, nec Interdicti, ſolóſque Clericos eſſe admittendos

Primò. Quia ſic colligitur, haud obſcurè *ex capite Licet, de Priuileg. in 6. ex Clem.2. & 3. de ſent. excom. & ex cap. Alma mater. Secundò.* Quia hic eſt communis ſenſus Eccleſiæ, vt oſtendit vſus, & conſuetudo vniuerſalis, quæ eſt optima legum interpres. *Tertiò.* Quia ſi tempore Interdicti, liceret laïcis non excommunicatis, nec Interdictis, intereſſe Sacris, non indigerent priuilegio, vt intereſſe poſſent: at indigent, vt vſus probat: ergo ſignum eſt id eis non licere. Sic ſentiunt omnes communiter, Nauarr. *c.27.n.173. & 174.* Couarr. *in cap. Alma. 2.p.§. 4.n. 4.* Gloſſa etiam *in eod. c. §. Adijcimus. verb: Interdictis.* Gemin. Franc. & Anchar. *ibidem.* D. Anton. Calderin. Syluest. Tabiena, & Angel. quos citat, & ſequitur Alterius *de Interd. diſp.5.c.2. col.7 pag. 378.* Suarez *diſp.34.ſect.1. à n. 22.* vbi id latè, & doctè probat, & reſpondet argumento pro parte negatiua poſito. Auila *parte 5. diſp 4. ſect 2. dub.4.* Luyſius *lib.6. diſp.49. dub.1. verſ. Eſt autem difficultas, an debeant excludi omnes Clerici, qui Interdicti, aut excommunicati non ſunt.* Vbi reſpondet cum communi eſſe excludendos. Ex cuius reſolutione conſtat loco illius vocis *Clerici*, ponendum eſſe, *Laïci.* Sic etiam ſentiunt alij communiter apud Palao *loc. cit. n.5.*

An autem tempore Interdicti, debeant etiam excludi Infantes non habentes vſum rationis, aut amentes, &c. conſtat ex dictis *ſup. diſp.1. à quaſt.33.*

QVÆSTIO XIX.

An laïcus non excommunicatus, nec interdictus, poſſit in neceſſitate miniſtrare Sacerdoti Sacrum facienti?

NEgant aliqui apud Alterium *infrà* citandum, exiſtimantes, non poſſe Sacerdotem, tempore Interdicti, vti in hoc miniſterio opera laïci, ſed debere reperire Clericum aut laïcum priuilegiatum, qui ei inſeruiat, quod ſi talem non inueniat, debeat conficere ſacrificium ſolus abſque Miniſtro.

Sed oppoſitum omnino cum communi ſententia reſpondeo dicendum, quod ſcilicet, in dicto caſu, licitè poſſit laïcus miniſtrare Sacerdoti, dummodo non ſit excommunicatus, nec interdictus, nec cauſa Interdicto dederit. Quia licèt hoc non ſit conceſſum laïco non priuilegiato ratione ſui, eſt tamen conceſſum ratione Sacerdotis: Nam cum huic conceſſum ſit ſacrificare, conſequenter conceditur adiutorium illud, quod iuxta communem vſum Eccleſiæ, eſt moraliter neceſſarium. Sic Suarez *diſp. 34 ſect. 1. n.31.* ex Nauarr. *cap.27. num. 181.* & ex Couarr. *in capite Alma. parte 2 §.4 n.5. verſ. Vndecimò erit.* Sic etiam Anchar. & Calderin. apud ipſum. Alterius *de Interd. diſput. 5. cap.2. col. 11. verſ. Tertiò notandum eſt.* Præpoſitus *in 3.p.q 4. de Interd. dub.3.n.31.* Mercerus, Villalob. & Ludouicus à Cruce, quos citat, & ſequitur Diana *parte 5. tract.10. reſol. 87.* Auila *p.5. diſp.4. ſect.2. dubio 7. verſ ex dictis ſequitur* Palao *diſp. 4. puncto 4.§ 2. numero 16.* & communis.

QVÆSTIO XX.

An perſona, quæ priuilegium habet celebrandi, vel audiendi Miſſam, tempore Interdicti, poſſit ſecum in Eccleſiam ſuos familiares & domeſticos adducere?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia ſic conceditur *in capite Licet. de Priuileg. in 6. his verbis: Cum conceditur ſingulari perſonæ, vt modo præmiſſo,* (nempe ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, &c.) *celebrare valeat, vel audire Diuina, eius familiares domeſtici, ad audiendum cum ea, & celebrandum Officium diuinum licitè admittantur.* Secus autem eſt dicendum *ex eodem cap. Licet,* quando tale priuilegium non conceditur ſingulari perſonæ, ſed Collegio, aut Communitati, ſeu Conuentui vt ſic, nam tunc familiares Collegij non gaudent dicto priuilegio, niſi aliàs ad illos expreſsè extendatur: vt addit Pontifex his verbis: *Non ſic autem de familiaribus alicuius Conuentus, ſeu Collegij, eſt cenſendum, illi enim niſi priuilegiati fuerint, admitti non debent.* Sic omnes Doctores. Nauarr *cap.27.n.180.* Gemin. Anchar. Franc *in d. cap. Licet.* Couarr. *in cap. Alma 2.p.§ 4.n.5.* Suarez *diſp.34.ſect.1. n.32.* Qui id benè intelligunt de familiaribus, qui aliàs inhabiles non ſint, id eſt, interdicti, &c: quia hi ſemper ſunt à diuinis excludendi. Sic deinde Toletus *lib. 1. cap.53.* Alterius *diſp.5. cit. cap.2. col. 13. pag. 381.* Auila *part. 5. diſp.4. ſect.2. dub.7. concl. 1.* Alterius *de Interd. diſp. 7. n.22.* vbi quid nomine familiarum *in d. cap. Veniant.* his verbis benè declarat: Per familiares autem domeſticos, intelliguntur non omnes familiæ, vt quidam immeritò volunt; ſed tantùm, qui dominum comitari ſolent, vt docent Nauarrus *cap. 27. n. 180.* Auila, & Ægidius, quod eſt verum, etiamſi habitent extra domum: Imò loco eorum, qui ob abſentiam,

vel

Digitized by Google

vel ægritudinem non comitantur Dominum, poſſunt aſſumi alij. Sic Hurtadus. Videatur Alterius etiam *loc. cit.* & Auila, qui id ipſum latè & probè probant. Palao §. 2. *citato n.* 16. Qui id verum putat etiamſi famuli recepti ſint tempore Interdicti, modò non ſint in fraudem illius recepti.

QVÆSTIO XXI.

An Clerici, qui ex vi iuris communis, (ſcilicèt, cap. Alma,) *tempore Interdicti, diuinis Officijs aſſiſtere poſſunt; poſſint conſequenter ſecum ducere ſuos familiares, iuxta priuilegium conceſſum*, in cap. Licèt, *cit.*

NEgant aliqui moderni, apud Auilã & Alterium, eò quòd priuilegium iuris communis conceſſum Clericis, vt diuinis Officiis intereſſe valeant, modo eis præſcripto, *in eod. cap. Alma,* non dicitur conceſſum ſingulari perſonæ, cum non ſit conceſſum vni ſoli, ſed multis ſimul: ergo vigore huius priuilegij, non poſſunt Clerici tempore Interdicti, ducere ſecum in Eccleſiam ſuos familiares iuxta diſpoſitionem *d. c. Licet.* cum ibi ſolùm concedatur illi, cui ſoli priuilegium aſſiſtendi Diuinis tempore Interdicti eſt conceſſum.

Sed probabilius longè reſpondeo: Poſſe conſequenter. Quia probabilius longè eſt, quod priuilegium iuris communis conceſſum Clericis, ſicut & priuilegium Bullæ Cruciatæ (de quo aliàs) comprehendatur ſub priuilegio conceſſo ſingulari perſonæ: Nam vbicunque habenti primam Tonſuram, vt ſuſcipienti Bullam Cruciatæ, conceditur independenter ab aliis, quod diuinis Officiis aſſiſtere poſſit: ergo & conſequenter iuxta *cap. Licet,* quod poſſint ſecum ducere ſuos familiares. Sic multi viri docti, quos, ſuppreſſis nominibus, refert, ac ſequitur Auila *parte* 5. *diſput.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 7. *concl.* 3. Alterius etiam *diſput.* 5. *de Interd. cap.* 2. *col.* 13. *verſ. Tertiò dubitari poteſt.* & loquendo de priuilegio Bullæ, id apertè tenent Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 3. *art.* 1. *poſt.* 4. *concl. verſ. Igitur.* & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 48. *circa finem.*

QVÆSTIO XXII.

An tempore Interdicti, vſus campanarum ſit ſimpliciter, & vndequaque prohibitus?

REſpondeo tanquam certum: Non eſſe, ſed ſolùm illum, qui tanquam ſignum publicum deſeruit ad conuocandum populum ad Miſſam, & ad alia diuina Officia. Quia cum communis populus ad talia Officia admittendus, tempore Interdicti non ſit, minimè vocari debet illo ſigno publico, quo vocari ſolitus eſt. Sic omnes. Qui nomine campanarum comprehendi volunt quodlibet ſignum publicum, quo populus ad Diuina vocari conſueuit: nam ex accidenti prouenit, vt conuocetur ſono campanæ, aut tubæ, aut voce Præconis. Legantur Nauarrus *cap.* 27. *n.* 177. Couarr. *in cap. Alma. parte* 2. §. 4. *n.* 5. *verſu, Decimo tertio.* Suarez *diſp.* 34. *ſect.* 1. *à n.* 15. Alterius *de Interd. diſputatione* 5. *capite* 2. *columna* 3. *verſ. Tertia conditio.* & alij penes ipſos.

QVÆSTIO XXIII.

An ſaltem ſit licitum, Interdicti tempore, aliquo ſigno, quod non ſit campanæ, conuocare Clerum ad Officia diuina celebranda?

NEgant aliqui apud Suarium, *loc. cit. n.* 16. eò quod quælibet ſigna tubæ, videlicet, vel matrachæ, &c. ſigno campana[...]m æquiparantur, *Clem.* 2. *de ſent. excommunic.* ergo.

Sed, vt verum reſpondeo: [...]citum eſſe. Quia ſic tenet vſus plurium Eccleſiarum, [...]gibus viri grauiſſimi, doctiſſimi, ac valdè timorati [...] meritò quidem. Quia Canonici & Be[...]greganτur. Et diuinis Officiis intereſſe, ſi diſtributiones [...]ti debent nas lucrari velint, ſicut tenebantur ante Interdi[...]dia- vt ſtatuitur *in d. c. Alma*: ergo poſſunt, imò, [...] bent aliquo ſigno, tubæ videlicet, aut alio ſimili admoneri, quando ſit hora inchoandi officium, vt tunc poſſint ſe ad Eccleſiam conferre. Nec refert quod populus intelligat ratione ſigni dati, tunc Diuina celebrari; quia dum id per ſpeciale ſignum tubæ intelligat, & non per commune campanæ ſimul intelligit; ex vi talis ſigni populum non vocari, ſed potiùs excludi, niſi priuilegium habeat. Ex quo ſit ſatis fundamento contrariorum. Sic Suarez *diſp.* 34 *ſect.* 1. *n.* 16. Alterius *diſp.* 5. *cap.* 2 *col.* 4. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 46. *n.* 2. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 9 Filliuc. *tract.* 18. *cap.* 3. *num.* 69. Bonac. *de Interd. puncto* 5. *n.* 8. Auila *parte* 5. *diſput.* 4. *ſectione* 2. *dubio* 8. & Palao *diſput.* 4. *puncto* 4. §. 3. *numero* 14. *in fine.*

QVÆSTIO XXIV.

An tempore Interdicti, licitum ſit, pulſare campanas ad ea omnia, quæ Officia diuina non ſunt; vt ad concionem, ſalutationem Angelicam, &c.?

REſpondeo tanquam certum: Licitum eſſe. Quia prohibitio cymbalorum & campanarum; quæ ſit *in cap. Alma.* intelligenda eſt ſolùm, quoad horas Canonicas dicendas, quoad Miſſarum ſolemnia celebranda, non quoad alia. Ideóque, & tempore Interdicti pulſari poſſunt campanæ, *Ad concionem, ad ſalutionem Angelicam, & comitandam Euchariſtiam, cum defertur ad infirmos, ad oſtendendas Reliquias Sanctorum, ad indicandum horas diei, & pro aduentu Regis, vel Prælati* Sic omnes. Legantur Nauarr. *cap.* 27. *numero* 177. Couarr. *in cap. Alma. p.* 2. §. 4 *n.* 5. *in fine.* Alterius, Henriquez, Auila, & Filliuc. *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. n.* 7. Palao *cit.* Ægidius *diſp.* 17. *dub.* 2. *num.* 33. Hurtadus etiam mox citandus, & alij.

QVÆSTIO XXV.

An etiam ſit licitum tempore Interdicti, pulſare in Miſſa tintinnabulum in ſignum eleuationis Euchariſtiæ?

AFfirmat Hurtad. *de Interd. diſſ.* 7. *n.* 21. *his verbis: Tertia moderatio eſt,* quod fiat non pulſatis Campanis; ſubintelligitur autem à Doctoribus ad conuocandum populum ad Diuina. Vnde non prohibetur pulſatio Campanæ quoad Concionem, nec quoad Salutationem Angelicam; nec quoad deſignandas horas diei: nec videtur prohibita pulſatio campanulæ dum eleuatur Euchariſtia (etiamſi Doctores communiter oppoſitum doceant) quia non fit ad conuocandum populum, ſed ad captandam attentionem iam exiſtentium in templo: & aſſiſtentium ſacrificio; vt adorent Euchariſtiam, Ita Hurtadus.

Sed longè multò probabilius reſpondeo: Non eſſe licitum. *Primò,* Quia *in dicto capite Alma.* expreſsè dicitur, quod tempore Interdicti dicatur Miſſa, *Campanis etiam non pulſatis,* quæ locutio, vniuerſali negatiuæ æquiualet. *Secundò* Quia eleuatio Hoſtiæ, & ceremonia Eccleſiaſtica; pertinent ad ſacrificium Miſſæ: at ſic eſt, quod Interdicti tempore, non poſſunt pulſari Campanæ in ſignum celebrationis dicti

Sacri-

Sacrificij : ergo neque —terunt in ſignum eleuationis Hoſtiæ.

Nec obſtat ratio … urtadi. Nam ad illam reſpondet Suarez, *Primò* … ndo, facilè exterius auditur, & ita per gulariter … conuocentur alij. *Secundò*, Quod illa ratio eam etiá adæquata, quin etiam prohibeantur campanæ propter aliquam ſolemnitatem tollendam. Quod a ſimili colligi poteſt *ex cap. Quod in te. de pænit. & remiſſ.* vbi organa, & alia ſigna ſolemnitatis, & lætitiæ prohibentur. Vnde non ſolùm in dicto verbo, verùm etiam, & multò magis in illo, *ſubmiſſa voce*, ſufficienter quod diximus, continetur. Quapropter hanc noſtram ſententiam tenent communiter omnes. Suarez *loc. cit. cit. n.* 19. Nauarr. *cap.* 17. *n.* 177. Couar. *in cap. Alma.* 2. *p.* §. 4. 5. & penes illum Ioan. Andr. Domin. Francus, Calder, & Villadiego. Auila *parte* 5. *diſp.* 5. *ſect.* 2. *dub.* 8. Alterius *diſp.* 5. *cap.* 2. *col.* 6. *verſ. Quartò quæritur.* Bonac. *de Interd. punct.* 5. *n.* 7. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 46. *n.* 1. *lit.* L. Baſſæus *Interdictum* 2. *n.* 14. Palao *diſp.* 4. *punct.* 4. §. 2. *n.* 14. Ægidius *diſp.* 17. *dub.* 2. *num.* 33. & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An tempore Interdicti ſit licitum, pulſare campanas ad notificandum & confirmandum Interdictum?

NEgat Auila *dub.* 8. *cit.* per hæc verba, Salmanticæ eſt conſuetudo pulſandi campanas, ad notificandu. Interdictum horis, quibus finienda erat pulſatio ad Primam & Veſperas, quæ conſuetudo licè i ti excuſet, non tamen licet eam alibi de nouo introducere, nam eſt manifeſta fraus contra Interdictum, vt dicunt Nauarr. *numero* 177. & R. Henriquez *cap.* 46. *num.* 1. Hæc Auila. Et quamuis benè;

Clarius tamen ego reſpondeo dicendum, quod nullo modo ſit licitum pulſare campans, ad notificandum & confirmandum Interdictum, tempore, quo ſolent conuocari Clerici, aut Canonici ad Canonicas horas, vt probant Auila, Nauarr. Henriquez. Benè tamen ſit licitum, ſi pulſentur campanæ alio tempore, verbi gratia, hora meridiana, vel veſpertina, poſt pulſationem ad Salutationem Angelicam: quia tunc minimè pulſantur ad Officium diuinum celebrandum. Et ideò id in praxi obſeruatur.

QVÆSTIO XXVII.

An tempore Interdicti ſit licitum Religioſis pulſare paruam Campanellam pro diuinis Officijs celebrandis?

AFfirmatiuam ſententiam, in caſu quo ſonus talis campanellæ non audiatur exterius, haud obſcurè tenet Calderin. *tract. de Interd. parte* 1. *num.* 96. *verſ. Sed an licet.*

Sed, vt certum, abſolutè reſpondeo: Non licere eius, etiam caſu, quo ſonus dictæ campanæ non audiatur exterius. Quia etiam tunc ſit contra id quod præcipitur *in cap. Quod in te de pænit. & remiſſ.* ibi: *ſine campanarum pulſatione ceſſantibus ſolemnitatibus, & in cap. Alma*; vbi permittit celebrationem Diuinorum, cum hac conditione, vt fiat ſine pulſatione campanarum, ſub cuius voce, etiam minores campanæ includuntur *c. de appellationib. de appell. & c. Maioribus. de præbend.* Legantur Syluest. *Interdictum* 5. §. vbi citaus Archidiac. notat, quod non ſolùm prohibeatur per iura citata ſonus campanarum ipſius Eccleſiæ, ſed etiamſi procul ſint, & diſtent ab Eccleſia. Alterius *c.* 2. *cit. col.* 3. Anchar. Calder. & B. Anton. penes ipſum.

QVÆSTIO XXVIII.

An in quatuor præcipuis feſtiuitatibus anni, nempe, Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Mariæ, permiſſum ſit, tempore Interdicti, Miſſas, & alia Diuina publicè, & ſolemniter celebrari?

REſpondeo: Affirmatiuè. Quia ſic conceditur *in cap. Alma mater.* §. *Adycimus*, per hæc verba: *In feſtiuitatibus verò Natiuitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis glorioſæ, campanæ pulſentur, & ianuis apertis, alta voce diuina Officia ſolemniter celebrentur, excommunicatis prorſus excluſis, ſed Interdictis admiſſis, quibus ob reuerentiam dictarum ſolemnitatum, & vt ipſi ad humilitatis gratiam & reconciliationem facilius inclinentur, præfatis diebus participationem permittimus Diuinorum, ſic tamen, quod illi, propter quorum exceſſum, Interdictum huiuſmodi eſt prolatum, Altari nullatenus appropinquent.* Sic textus. De cuius conceſſione aliqua dubitamus, ſit ergo:

QVÆSTIO XXIX.

An hæc ſuſpenſio Interdicti, & permiſſio celebrandi ſolemniter Diuina, in prædictis quatuor feſtiuitatibus, duret per totam Octauam earum?

REſpondeo tanquam certum: Non durare per totam Octauam: ſed ſolùm per ipſos dies feſtos. Quia quando Pontifices id volunt, expreſsè illud declarant; vt faciunt concedentes ſuſpenſionem Interdicti feſto Corporis Chriſti, & Conceptionis Virginis Mariæ, *vt infra.* Sic omnes. Legantur Syluester *Interdictum*, 6. *q.* 2. *parte* 2. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 182. Gloſſa *in dicto capite Alma verſ. Aſſumptionis, in fine.* Auila *parte* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 9. Alterius *diſput.* 5. *de Interd. cap.* 3. *in principio.* & alij mox citandi.

QVÆSTIO XXX.

An ſaltem, ſuſpenſio Interdicti, duret per tres, aut quatuor dies Natalis Domini, & tres primos Paſchæ, & Pentecoſtes?

NEgant adhuc quamplures Doctores, docentes ſolùm durare per primum diem Natalis Domini, Paſchæ, & Pentecoſtes, non per reliquos. Ita Villal. *tomo* 1. *tract.* 19. *diff.* 7. *n.* 4. vbi ſic ait. [Se aduierte que eſtas fieſtas non ſe han de entẽder mas que por el primero dia, que eſſe es verba deramente el dia de la fieſta, que el dia de la Nauidad en aquel dia ſe acaba, y el dia ſiguiente es de S. Iuan. (*de S. Eſteuan diiera yo*) y lo miſmo es de las otras fieſtas, como tiene la ſententia comun, con la Gloſſa: solo à Soto veo de diferente parecer, ſin fundamento baſtante] Ita ille. Suar. etiam *diſp.* 34. *ſect.* 1. *n.* 38. & 39. Alterius *diſp.* 5. *cap.* 2. *cit. col.* 3. Fillinc *tract.* 18 *cap.* 4 *n.* 109. Henriquez *libro* 13. *cap.* 47. *n.* 2. *in fine.* Syluest. & D. Anton. & alij penes ipſum. Reginald. *lib.* 32. *tract.* 3. *cap.* 28. *n.* 536. Moſcolus *in ſum. tract.* 16. *cap.* 8. Toletus *lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 4. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 4. Citat etiam Palao pro hac parte Nauarrum *cap.* 27. *n.* 182. ſed hunc alij pro contraria citant, & melius.

Sed probabilius reſpondeo: dictam ſuſpenſionem Interdicti, durare per omnes dies feſtos Natalis Domini, & Paſchatum. Quia *cap. Alma* expreſsè dicit: *In feſtiuitatibus verò Natalis Domini, Paſchæ, ac Pentecoſtes, &c.* Sed ſic eſt, quod iuxta communem vſum loquendi, feſtiuitas Natalis Domini durat per tres (aut quatuor dies; iuxta conſuetudinem aliquarum Prouinciarum)

Digitized by Google

uinciarum) & reliquarum Paſchatum durat per tres: ergo. Sic Sotus *in 4.diſt.22.quæſtione 3.articul.1.* Auila *parte 5. diſputatione 4. ſectione 2. dubio 9.* (non 4. vt offendes apud Dianam) Faber *de Cenſuris in 4.diſt.25. quæſtione 1. diſputatione 5.dubio 3. numero 43.* & Hurt. & ſequitur Diana *parte 5. tractatu 10. reſolutione 71.* Quibus addi poſſunt Ægidius *diſputatione 17.dubio 2. numero 37.* quatenus hanc ſententiam vltimo collocat loco, Bonacina *de interd. puncto 5. n.14.* Baſſæus *Interdictum 2. num. 16* Banuy *tractatu 9 de Interd. quæſtione 18.columna 9. verſu, Omnino idque.* Miranda *tomo 2. Directorij Prælator. Regular. quæſtione 37.art.10. concl.4.* vbi pro hac parte citat Nauarrum *in Man.capite 27. numero 181.* & Viualdum *, in ſuo candelab. vbi de Interd. numero 237.& ſequent.* & bene, ſaltem loquendo de tribus diebus Paſchæ & Pentecoſtes, quia Viualdus de iis ſolùm id affirmat. Palao etiam *diſputatione 4.puncto 3 §.2.n.19.*& alij.

QVÆSTIO XXXI.

An huiuſmodi feſtiuitates incipiant à primis Veſperis vigiliæ,& finiantur in ſecundis Veſperis; ita ut poſt illas, non liceat dicere Completorium cum ſolemnitate?

AFfirmant (apud Couarr.) Gloſſa *in cap. Alma. verb. Aſſumptio,* Anchar. Ioan. Andr. *ibid* Calderinus filius eius. *, tractatu de Interd. 6. mem 5.viſo de effectu. col. 8.* & D. Anton *3.p.tit.26. cap. 4.* Quibus ſatis fauet Alterius *infrà* citandus. & tenet Armilla *Interdictum, numero 43.* Horum fundamentum eſt text. *in capite 2. de ferijs*, vbi dicitur, in celebrandis feſtiuitatibus ab Eccleſia inſtitutis, diem eſſe computandum à Veſperis in Veſperas.

Sed probabilius reſpondeo: Huiuſmodi feſtiuitates (exceptis feſtiuitatibus Reſurrectionis,& Pentecoſtes, quæ incipiunt à Miſſa vigiliæ, *vt infrà* videbimus) incipere à primis Veſperis vigiliæ, & finiri in vltimo Completorio feſti incluſiuè. Sic Hurtado *difficultate 7. numero 25.* his verbis: Incipiunt autem ſinguli dicti dies feſtiui à primis Veſperis: quia inde incipiunt eorum ſolemnitates quoad celebrationem, exceptis feſtiuitatibus Reſurrectionis, & Pentecoſtes, quæ incipiunt à Miſſa vigiliæ, quia in earum vigiliis, Miſſa per anticipationem fit de ipſis feſtiuitatibus. Finiuntur autem feſtiuitates ſingulorum dierum in Completorio incluſiuè, & non in ſecundis Veſperis, vt contra non paucos docent Auila & P. Ægidius: quia Completorium etiam pertinet ad celebrationem illius diei. Hæc Hurtadus. Vnde iuxta hanc noſtram ſententiam aſſerendum eſt, licitè poſſe, poſt ſecundas Veſperas harum ſolemnitatum, dici publicè, & cum omni ſolemnitate Completorium illius diei, vt etiam conſuetudo comprobat. Sic communiter Doctores. Auila *parte 5. diſputat. 4. ſectione 2. dubio 10. per totum.* Sotus *diſp. 22. quæſt. 3. articulo 1.poſt 4. concl.* Nauarrus *capite 97 num.184.* Couarr. *in capite Alma. 2.p. §. 5. numero 5.* Faber *in 4.diſp. 25.quæſtione 1. diſputatione 5. dubio 5. num 43.* Ioan. de Cruce, Moſcoſus, Mercerus, Præpoſitus, quos citat, & ſequitur, cum differentia nonnulla, Diana *parte 5. tractatu 10. reſolutione 61.* Sic etiam Suarez *diſputatione 34. ſectione 3. à numero 20.* & vt probabilem opinionem, Alterius *diſputatione 4. capite 7.* & alij penes ipſos, dicentes in hoc ferè omnes Doctores conuenire. Tranſeamus ad aliud, quod inter hos Doctores maiorem habet difficultatem, ſit ergo

QVÆSTIO XXXII.

An ſuſpenſio Interdicti, in feſtiuitatibus Natalis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, incipiat à Miſſa vigiliæ?

AFfirmat abſolutè Paludan. *in 4 diſtinct. 18. quæſtione 8.articulo 2. principali, concl. 7.* Cui videtur adhærere Armilla, *verb. Interdictum. numero 43.* ibi: Et ſecundum communem opinionem incipit dies in Veſperis vigiliæ, vſque ad Veſperas feſti incluſiuè. Quamuis aliqui largiorem faciant interpretationem; includentes Miſſam vigiliæ Natiuitatis, Paſchatis; & Pentecoſtes; & Completorium feſti, quod placet Petro de Palud. quia in beneficiis larga interpretatio debet fieri. Ita Armilla. Hanc eamdem ſententiam, iuxta relatos hoc duos auctores, tenet Viuald. *in Candel.* vbi *de interd. numero mihi 242.* dicens ſibi videri ſatis rationabilem, iurique conſonam; & etiam Henriquez *libro 13. capite 47.numero 3.* vbi ita ait: In vigilia Reſurrectionis licet cantare Miſſam Sabbati, & dum dicitur, *Gloria*, licet pulſare campanas: quia eadem Miſſa dici conſueuerat eadem nocte poſt Veſperas. Et licet cantare Miſſam in vigilia Pentecoſtes & Natiuitatis. Ita ille.

Negant contrà communiter auctores, qui defendunt per *cap. Alma.* vnum diem tantùm concedi in ſingulis feſtiuitatibus ſupradictis, in quo Miſſa, & alia Diuina poſſint publicè, & ſolemniter dici: ergo non poteſt extendi hoc priuilegium ad Miſſam vigiliæ, quia tunc non vnicus, ſed duo dies concederentur Ita Alterius *diſputatione 5. capite 3.col. 3.* Filliuc. *tractatu 18, capite 4. quæſt. 8.numero 106.* ex Suario *diſputatione 35. ſectione 1. num. 40.*

Sed media via probabilius reſpondeo: *Primò.* In feſto Reſurrectionis, ſuſpenſio interdicti verè incipit à Miſſa vigiliæ: *Tum* quia Officiũ ſolemnitatis Paſchæ & gaudia ab hac Miſſa incipiunt. *Tum* etiam, quia iuxta conſuetudinem Eccleſiæ, aliæ ſolemnitates incipiunt ab hora Veſperarum, vt habitum eſt *quæſt. 29.* at ſic eſt, quod in Sabbato ſancto Veſperæ dicuntur in ipſa Miſſa: ergo feſtum Paſchæ quoad hunc effectum, incipiet ab illa Miſſa. Sic docent Sotus *diſtinctione 22. quæſtione 3. articulo 1. poſt 4.concl.* Polanc. *in Directorio Confeſſoris, pagina 150.* Palud. Armilla & Viualdus pro prima ſententia citati Auila *parte 5. diſputatione 4. ſectione 2. dubio 10. concluſione 2.* Hurtad. vt vidimus, *quæſt. 29.* Diana *parte 5.tractatu 10. reſolutione 61.* Moſcoſus *in ſum.tractatu 16. capite 8.* Palao *diſputione 4. puncto 4.§. 2. numero 10.* & penes illum, Suarez, & auctores primæ ſententiæ.

Reſpondeo *Secundò.* Probabiliter: Etiam in feſto Pentecoſtes incipit ſuſpenſio Interdicti à Miſſa vigiliæ; quia in hac etiam incipit Officium, & gaudia huius feſtiuitatis, cùm in illa dicatur Præfatio Spiritus ſancti: *Qui hodierna die Spiritum ſanctum in filios adoptionis effudit.* & etiam communicanda, *Diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes.* Sic Palud. Armilla, Viualdus, Auila, Hurtadus, Moſcoſus, & Palao *locis citatis.*

Reſpondeo *Tertiò.* In feſto Natiuitatis Domini non incipit ſuſpenſio Interdicti à Miſſa vigiliæ, ſed ſolùm à primis Veſperis. Patet, quia Officium huius feſti non incipit à Miſſa vigiliæ, cùm in illa non dicatur, nec Gloria, nec Præfatio feſti, nec aliud quid, ex quo colligatur celebrari tunc feſtum Natiuitatis. Sic Auila *loco citato*, dicens oppoſitum eſſe falſum. Moſcoſus etiam, Hurtadus, Sotus, Polancus, Diana, Palao &, communiter Doctores.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXIII.

An præter quatuor illas feſtiuitates aſſignatas in cap. Alma. *dentur aliæ, quæ ſuſpendant Interdictum locale generale?*

RESpondeo tanquam certum: Dari nonnullas alias feſtiuitates. Nam dantur feſtiuitas Corporis Chriſti, & tota eius octaua, per Martinum V. & Eugenium IV. conceſſa, vt referunt communiter Doctores. Datur deinde feſtiuitas Immaculatæ conceptionis Virginis Mariæ, ac tota eius octaua, conceſſa à Leone X. pro ſola Hiſpania. Sic Henriquez *lib.* 13. *cap.*48. *n.*2. his verbis: Pontifex *in cap. Alma*, Interdictum generale, ſi poſitum prius eſſet, ſuſpendit in quatuor anni feſtis, Natiuitatis Domini, Paſcha Reſurrectionis & Pentecoſtes, & in Aſſumptione Beatæ Virginis. Idem conceſſum eſt feſto Corporis Chriſti, & per totam octauam: & in die puriſſimæ Conceptionis B. Mariæ, & in octaua illius, Sic ille. Et ante Nauarr. *c.* 27. *n.* 182 Suarez *diſp.* 34. *ſect.* 2. *à n.*41. Alterius *diſp.*5. *cap.* 3. *dub.* 2. & alij quamplures penes ipſos.

Datur etiam ſecundum aliquos authores feſtiuitas Omnium Sanctorum, vt ait Viualdus *in ſuo Candel. n.*244. per hæc verba. Suſpenditur etiam (& meritò) in die Omnium Sanctorum, & Defunctorum, ſecundum Palud. *ſup.* quem refert, & ſequitur Armilla *c.*43. Epiſcopus autem Scalenſ. *de Interd. c.*7. pro die Omnium Sanctorum tantùm dicit opinionem eſſe aliquorum Doctorum: ſed credo etiam pro dimidio die omnium Defunctorum Hæc Viualdus. Sed quia ad id probandum nullum affert, nec datur ius, ſtandum eſt conſuetudini Prouinciarum rectè introductæ.

Tandem eadem conceſſio *cap. Alma*, extenditur ab aliquibus authoribus ad diem, in qua contingit Regem aliquem ingredi de nouo Ciuitatem, quæ interdicta ſit; quia tunc, inquiunt, licitum erit diuina Officia celebrari publicè & ſolempniter: quia deferendum eſt dignitati Regiæ, iuxta *c. Solitæ* (non ſolicitæ, vt legi apud Couarr.) *de maiorit. & obed.* Ita tenet Couarr. *in cap. Alma* 2. *p.* §. 3. *n.* 5. *verſ. Quintò eſt obſeruandum.* ex Ioan. Staphil. *lib. de liter. gratiæ & iuſtitiæ folio* 157. *col.* 1 & Auila *parte* 5. *diſput.* 4 *ſect.* 2. *dub.* 9 *verſ. Quartò ait Couarr.* Sed certè, vt rectè vidit Alterius, *c.* 3. *cit.* & ante illum Suarez *ſect.* 1. *cit. in fine*, hæc ſolùm èſt congrua ratio, vt qui Interdictum poſuit, illud ſuſpendat, non tamen vt poſſit ipſo iure affirmari ſuſpenſum, cum nullo iure cautum ſit. Legatur Henriquez *lib.* 13. *cap.* 47. *in fine.*

QVÆSTIO XXXIV.

An in prædictis quatuor feſtiuitatibus, in quibus per cap. Alma, *ſuſpenditur Interdictum; ſolùm permittantur celebrari Miſſæ, & Officia diuina propria illarum feſtiuitatum?*

AFfirmat Ioan. Monachus, vt refert Syluest. *vbi infrà*, exiſtimans, tantùm permitti per *d. c. Alma.* celebrari Miſſarum ſolemnia propria illarum feſtiuitatum, non aliorum. Quia ſuſpenſio Interdicti, ideò conceditur in dictis diebus à Pontifice, vt maiori honore & cultu illæ feſtiuitates celebrentur: ergo, vt Officia, & Miſſæ illarum ſolemnitatum ſolemniter dicantur: ergo ſolùm propria illorũ dierum poſſunt dici.

Sed, vt certum, reſpondeo dicendum quod non ſolùm liceat celebrare Miſſas, & Officia diuina propria illarum feſtiuitatum, ſed quæcunque alia, & Miſſas votiuas, quæ aliàs ſingulis feſtiuitatibus prædictis fieri permittuntur, cum circunſtantiis ſupra declaratis, his diebus fieri permittuntur abſque illis. Quia permiſſio eſt generalis, & abſque reſtrictione: ergo generaliter eſt intelligenda, & ſic redundat etiam in maiorem honorem & ſolemnitatem dictarum feſtiuitatum. Sic Sylueſt. *Interd.* 5. *q.* 2. Tabiena *n.* 1. Nauarr. *c.* 27. *n.* 184. 185. & 186. Henriq. *lib.* 13. *c.* 47. *n.* 4. Couar. *in c. Alma.* 2. *p.* §. 4. *n.* 3. & §. 5. *num* 5. *verſ. Septimò hic.* Suarez *diſp.* 34. *ſect.* 3. *n.* 25 Alterius *diſp.* 5. *c.* 3. *dub.* 3. Auila *parte* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 11. & alij penes ipſos. Idemque cum Alterio dicendum puto licere in feſto Corporis Chriſti, & Conceptionis Beatæ Virginis cum ſuis octauis, & in aliis feſtis, in quibus per ſpecialia priuilegia conceſſum eſt Officia diuina ſolemniter celebrari tempore Interdicti. Ita etiam Nauarr. *c.* 27. *n.* 186. vbi fatetur olim tenuiſſe oppoſitum.

QVÆSTIO XXXV.

An tempore Interdicti localis generalis, licitum ſit, recipere Sacramenta, in præfatis feſtiuitatibus, in quibus conceſſum eſt, Miſſas, & alia diuina Officia publicè, & ſolemniter celebrari?

REſpondeo; Licitum eſſe recipere aliqua Sacramenta, ea videlicet, quæ licitum eſt recipere extra illas feſtiuitates tempore Interdicti. Ratio eſt. Quia *in c. Alma*, non fit mutatio circa Sacramenta: ergo cùm antea non ſit licitum recipere Sacramenta; neque erit licitum in his ſolemnitatibus. Sic Couarr. *in c. Alma.* 2. *p.* §. 5. *n.* 6. vbi ſic ait: Illud tamen eſt apud omnes in confeſſo, in his feſtiuitatibus omnia licere, quæ ad Officium pertineant diuinũ, & eius celebrationem; ea verò quæ pertinent ad Sacramenta minimè permittit, niſi ea forma, qua permittuntur alioqui tempore Interdicti. Sic ille. Et Auila *parte* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 22 *concl.* 1. Henriq. *lib.* 13. *c.* 57. (non 48. vt legi apud Bonac.) *n.* 4 Bonac *puncto* 5. *de Interd. num.* 16. & alij mox citandi.

QVÆSTIO XXXVI.

An Sacerdotes non celebrantes, & alij Clerici, qui tempore Interdicti, Miſſæ, & alijs Officijs diuinis aſſiſtere poſſunt, poſſint Euchariſtiam ſumere, more laicorum communicando?

NEgant plures Doctores, eò quòd per Interdictum, prohibetur generaliter vſus Sacramentorum, *vt infrà* dicemus: at ſic eſt, quod iure antiquo, ſolùm permittitur Euchariſtia morientibus; & iure nouo, in *c. Alma.* ſolis Sacerdotibus celebrantibus: ergo his non celebrantibus, & aliis omnibus Clericis ſæcularibus, cenſetur prohibita. Ita apud Alterium *vbi infrà*, tenent Anchar Francus, & Abbas *in c. Alma* D. Anton. 3. *p. tit.* 26. *c.* 4. Tabiena *Interd.* 5. *verſ. Sextò.* Nauarr. *c.* 27. *n.* 178. *n. fine.* Couarr. *in c. Alma.* 2. *p.* §. 3. *n.* 1. & *in* §. 1. *corrige* 5) *n.* 6. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *q.* 3. *art.* 1 *concl.* 4. *verſ. Haud tamen licet.* Henriq. *lib.* 13. *c.* 45 *in.* 2. & Gloſſa *in cap. Alma. verb. Admittantur.* His addit Diana, mox citandus, Petrum Cornejo *in* 3. *p. tr.* 4. *de Interd.* §. 1. *dub.* 4. Præpoſitum 3. *p. q.* 4. *de Interd. dub.* 3. *n.* 22. Auilam *parte* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 12. *concl.* 3. Bonacinam *diſp.* 5. *punct.* 3. §. 1. *n.* 8. Alterium *tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 8. Hurtadum *de Interd. diff.* 8. *n.* 8. Villalobos *tomo* 1. *tractatu* 19. *diff.* 3. *numero* 10. & Luyſius *lib.* 9. *diſputatione* 48. *dubio* 2. Bauny *de Cenſuris*, *tractatu* 9. *q.* 14. *pag.* 410.

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe. *Primò.* Quia cui conceditur facultas aſſiſtendi Miſſæ, & à fortiori, eam celebrandi, conceditur de illa participare, ſeu communicare, niſi aliàs expreſſè prohibeatur, iuxta placitum Concilij Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 6. *Secundò.* Quia

id

Digitized by Google

id haud obſcurè habetur in cap. *Alma.* Vbi cauetur, quod, *dicantur diuina Officia, ſicut prius* (adhibitis nonnullis conditionibus, de quibus ſupra): at ſic eſt, quod prius, hoc eſt, ante Interdictum, ita hæc Officia diuina celebrabantur, vt omnes Clerici, ſeu Miniſtri, communicabant, ſi volebant: ergo eodem modo poſſunt nunc tempore Interdicti. Sic Geminian. *in cap. Alma, §. In feſtiuitatibus, n.7.* Syluester *Interdictum 5. §.9. verſ. Quarta exceptio.* Angel. *Interdictum 6. n.21.* Suarez *diſputat.33. ſect.1.* (non 35. vt legi apud Dianam) *num.35.* Sà *verb. Interdictum, num.17.* Et hanc ſententiam, vt magis piam, & fauorabilem amplectuntur Sayrus *lib.5 cap.7. n.21.* Alterius *diſputat.4. de Interd. cap.4 dub 8.* & clarius *diſputat.5. cap.7. dub.3. verſ. Solùm dubitari poteſt,* (quamuis oppoſitam communiorem appellet) vnde pro vtraque parte ſtat hic Author. Ægid. *diſp.17. dub.2. n.36.* Mercer *in 3. p. q.24. de Interdicto dubio 2.* Megala *in 3. part. lib.2. cap.2. quæſtione 1. num.29.* Fabrus *in 4. diſt.25. quæſt.1. diſp.5. cap.2. num.25.* vbi contrarium falſum dicit. Filliucius *tractatu 18. cap.2. quæſt.5. num.42.* Diana *part.5. tractatu 10. reſol.82.* Palao *diſp.4. punct.4. §.1. n.15.* & alij. Qui à fortiori id concedunt omnibus Religioſis, & Sanctimonialibus, quod ſcilicet tempore Interdicti poſſint Euchariſtiam ab aliis miniſtrantibus recipere. Quod & concedunt ex contrariis Couarruuias, Nauarrus, Tabiena, & Henriquez, non ex vigore cap. *Alma*, ſed ex ſpeciali priuilegio quod à Sede Apoſtolica obtinuerunt.

QVÆSTIO XXXVII.

An tempore Interdicti, poſſint etiam laici Euchariſtiam ſumere, in illis diebus, in quibus ex vi cap. Alma, *aut alterius priuilegij, aſſiſtere Miſſæ poſſunt?*

NEgant, & certè conſequenter, Sotus. D. Anton. Nauarrus, Henriquez, Couarruuias. Præpoſitus, Luyſius, Hurtadus, Auila, Bonacina, & (vt ſententia communior) Alterius *loco cit.* Quia in cap. *Alma,* ſolùm eſt conceſſum laicis, vt in diebus trium Paſchatum, &c. poſſint aſſiſtere Miſſæ, & aliis diuinis Officiis: at ſic eſt, quod aſſiſtere Miſſæ, & aliis diuinis Officiis eſt actio ſeparata, & diuerſa à perceptione Euchariſtiæ, vt patet ex cap. *Si ſententia, de ſentent. excommun. in 6.* ergo etiamſi cui permittatur aſſiſtentia Miſſæ, &c. non inde benè colligitur, quod etiam permittatur receptio Euchariſtiæ, quoniam à ſeparatis non procedit illatio, argument. *l. fin. de Calumn.*

Sed adhuc probabilius, aut ſaltem æquè probabiliter reſpondeo; poſſe laicos, in præfatis diebus, Euchariſtiam ſumere. Quia probabilius eſt, vt nuper eſt habitum, quod omnes Sacerdotes, ac Clerici aſſiſtentes Sacrificio Miſſæ, poſſint quacunque die tempore Interdicti communicare: ergo etiam poterunt laici, in illis diebus in quibus eſt illis conceſſum Sacrificio Miſſæ aſſiſtere; patet, quia eadem eſt ratio; nam illa extenſio ad Clericos innititur in connexione, quam, iuxta intentionem Eccleſiæ, habet communio cum aſſiſtentia ad ſacrificium: ergo cuicumque conceſſum fuerit priuilegium audiendi Miſſam tempore Interdicti, conſequenter videtur conceſſum, poſſe communicare ex ſacrificatis. Sic Feder. de Senis *conſil.111. num.7.* Suarez *diſputat.33. ſect.1. à num.35.* cuius ſententiam, vt teſtatur Luyſius *dub 2. citat.* approbarunt pluſquam quadraginta viri doctiſſimi ſeculares, & Religioſi, in Academiis Complutenſi, & Salmanticenſi de hac re interrogati Tenent etiam Faber *diſt.25. q.1. diſp.5 c.2. n.25* Ægid. *diſp.17. dub.2. n.36.* Laymann *lib.1 tract.7. part.4. cap.2.* *num.3.* Mercerus *in 3. part. quæſt.24. de Interd. dub.2.* Diana *part.5. tract.10. reſolut.83.* & Palao *loco citato.* Et dicunt probabilem, & piam hanc partem, Alterius *loco citato*, & alij.

QVÆSTIO XXXVIII.

An ad implendum præceptum annuæ communionis, poſſit quis, aut debeat, tempore Interdicti, communicare?

NEgant quamplures Doctores ex citatis pro Prima opinione *quæſt. antecedentium.* Quia, (inquiunt,) per Interdictum ceſſat obligatio alterius præcepti Eccleſiaſtici de communicando in Paſchate. Ita Anchar Gemin. Franc. & D. Anton, quos citat, & ſequitur Alter. *diſp.3. de Interd. cap.4. in fine, & diſp.5. cap.7. dub.3.* Auila *part.5. diſputat. 4. ſect.2. dub.12. concluſ.1.* Bonac. *punct.5. cit. num.17.* Syluester, Sotus, Couaruuias, & alij, quos citauimus *tom.2. de Sacram. tract.7. diſp.3. q.13.* & alij communiter inter quos citati ſolet Nauar. *cap.27. n.178.* Sed hic Author ibi loquitur ſecundum ius antiquum, non attento priuilegio iuris noui; nam ſecundùm hoc oppoſitum innuit, vt conſtat ex *n.179. & ſequenti*, quapropter nos pro oppoſita ſententia illum adduximus *loc. cit.*

Vnde probabilius reſpondeo: dicendum, quod licèt, attento iure antiquo, non poſſit quis tempore Interdicti communicare ad implendum præceptum annuæ communionis, vt benè Nauar. cum communi ſentit, eò quòd tunc ſolùm concedebatur propter viatici neceſſitatem: attamen poſito iure nouo dicto cap. *Alma*, oppoſitum eſt verum, Quia (ait Suarez) vna ex illis quatuor feſtiuitatibus eſt Paſcha, pro qua ſpecialiter obligat præceptum annuæ communionis: at ſic eſt, quod ex vi huius noui iuris eſt ablata prohibitio Interdicti: ergo obligabit tunc præceptum communionis, cum iam impedimentum ablatum ſit. Non ſolùm ergo poterit quis tunc communicare, ſed & tenebitur Sic Suar. Ægid Faber, Laymann, Diana, & alij pro noſtra parte *q.35.* adducti. Quibus addi poſſunt Portel. *in dub. regul. verb. Interdictum, num.16:* Bauny *de Cenſuris, tractatu 9. de Interdict. cap.4. in Epitome, pagina 416. columna 2.*

QVÆSTIO XXXIX.

An Benedictiones Nuptiales poſſint fieri, tempore Interdicti, in illis diebus, in quibus text. in cap. Alma, *permittit Miſſam, & alia Officia diuina, publicè, & ſolemniter celebrari?*

AFfirmant abſolutè Diana *part.5. tract.10. reſol.84. in fine*, his verbis: Nota tamen quod ex Suarez docet Turrianus *lib.6. diſputat. 49. dub. 4.* Benedictiones Nuptiales poſſe fieri in diebus, in quibus permittuntur diuina Officia, vt Paſchatis, &c. quod eſt valde notandum, & notat etiam Mercerus *in 3. part. quæſt.24. de Interd. dub. 3.* & Moſcoſo *in ſum. tract.16. cap.8* Hæc Diana. Sed malè, ſi quæ dicit in tota ſua latitudine intelligatur.

Clarius ergo reſpondeo: dicendum, quod licitè poſſint fieri huiuſmodi Benedictiones Nuptiales publicè, & ſolemniter in omnibus illis feſtiuitatibus, in quibus ex iure nouo cap. *Alma*, aut alio ſpeciali priuilegio, licet, tempore Interdicti, celebrare ſolemniter Officia diuina, dummodo non ſit tempus, in quo benedictiones iſtæ ſpeciali decreto interdicantur.

Prima pars probatur. Quia huiuſmodi benedictiones verè comprehenditur ſub nomine Officij diuini: at ſic eſt, quod in dictis diebus conceſſum eſt

Officia diuina ſolemniter, ac publicè celebrari, vt ſupra eſt habitum: ergo ſi aliàs non ſit prohibitum, licitè poſſunt publicè celebrari dictis diebus.

Secunda pars conſtat. Quia Concilium Trident. *ſeſſ.24. cap.10. de reformat. Matrimon.* expreſsè prohibet benedictiones Nuptiarum, ab Aduentu Domini, vſque ad Epiphaniam: & à feria quarta Cinerum, vſque ad Octauam Paſchæ incluſiuè: ergo iuxta hoc decretum, neque in feſto Conceptionis B. Mariæ Virginis, neque in feſto Natalis Domini, filij eius, neque in feſto Reſurrectionis, poterunt fieri huiuſmodi Nuptiarum benedictiones; benè tamen in aliis feſtis, nempe, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B. Virginis, & omnium Sanctorum, &c. Sic Suarez *diſp.34. ſect.3. n.26. verſ. Quintò verò* Auila *p.5. diſp.4. ſect.1. dub.6. in fine, & ſect.2. dub.11. concluſ.1.* Couarruuias *in cap. Alma, 2. part. §.5. num.6.* Turrianus *loco citato*, & alij.

QVÆSTIO XL.

An omnes Clerici, ſaltem non coniugati, poſſint intereſſe diuinis Officiis, tempore Interdicti localis generalis?

RESpondeo tanquam certum: poſſe omnes Clericos non interdictos, aut excommunicatos, aut aliàs non dederint cauſam culpabilem Interdicto. Quia ſic volunt Bonifac. VIII. *in cap. Alma, vt ſuprà vidimus.* Nomine autem Clericorum veniunt, omnes minoribus tantum Ordinibus initiati, imò & prima tantum Tonſura; Moniales omnes, & Religioſi, etiam laici quamuis non tonſurati, Nouitij, Eremitæ, & quæcumque perſonæ Eccleſiaſticæ deputatæ ad ſeruiendum diuinis Officiis, vt Sacriſtæ, tum incolæ, tum alienigenæ; quia cum de priuilegiis agitur, hos omnes nomen Clerici complectitur. Sic Syluester *Clericus 1. num.1. & verſ. Interdictum 5 q.1.* Angel. *Interdictum 6. n.4.* Nauar. *cap.25. num.95. & cap.27. n.175.* Henriq. *lib.13. cap.44. n.6.* Auila *p.5. diſp.4. ſect.2. dub.4. concl.3.* Bonacina *de Interd. punct.5. num.18.* Hurtad *de Interd. difficult.7. num.19.* Bauny *de Cenſuris, tract.9. quaſt.13.* & alij communiter.

QVÆSTIO XLI.

An etiam Clerici coniugati poſſint intereſſe diuinis Officiis, dicti Interdicti tempore?

NEgant plures Authores. Quia, inquiunt, iſti Clerici non gaudent niſi priuilegio Canonis, & fori, vt patet ex cap. *vnico, de Cleric. coniug. in 6.* ergo tempore Interdicti nequibunt diuinis Officiis intereſſe. Ita Hurtad. *de Interd. diffic.7. num.20.* Ioann. de Cruce *in director. conſc. part.2. de Interd. notab.1.* Gordonus *tom.2. lib.7. q.16. c.4. n.36.* & Trullench. *in Bulla Cruc. lib.1. §.3. dub.2. n.4.* Quos omnes pro hac parte refert Diana mox citandus. His addi poſſunt Nauarrus, & Couar. quos citat, & ſequitur Viualdus *de Interd. num. mihi* 214. Vbi ita ait: Nota quod licèt Clerici coniugati, in minoribus, ſcilicet, conſtituti, dicantur Clerici; etſi fuerint coniugati cum vnica, & Virgine, & fuerint adſcripti de mandato ſui Epiſcopi alicui Eccleſiæ, vt ſtatuit Concil. Trident. *ſeſſ.23. cap.6. & 17. in fine*, gaudeant duplici priuilegio, Canonis, ſcilicet, & fori, ſecundùm omnes maximè Sotuni *in 4. d.13. quaſt.3. art.1.* Nauarrus, & Couar. *ſuprà, §.4. num.5.* illatione 10. non tamen poterunt diuinis Officiis intereſſe, & Eccleſiaſticam habere ſepulturam, niſi vbi talis conſuetudo eſſet, vt in Aragonia ait Nauarrus *d. num.174.* Ita, Viualdus, Toletus etiam *lib.1. cap.53. verſ. tamen nota primò.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe intereſſe diuinis Officiis, caſu tamen ſolùm, quo dicti Clerici coniugati cum vna, eàque Virgine, deputati ſint, & adſcripti alicuius Eccleſiæ miniſteriis, aliàs non, vt benè in hoc Authores primæ ſententiæ. Ratio eſt, quia ideò Clerici coniugati perdunt priuilegium aſſiſtendi diuinis Officiis; quia iam non ſunt Miniſtri altaris, nec Eccleſiæ: ergo quando ex mandato Epiſcopi deputati ſunt Miniſtri Eccleſiæ gaudebunt hoc priuilegio. Confirmatur ex Concil. Trid. *ſeſſ.23. cap.7. de reformat.* ita dicente: *Quod ſi miniſteriis quatuor Minorum Ordinum exercendis Clerici cœlibes præſtò non erunt, ſufficî poſſint coniugati, dummodo non bigami.* Et iuxta hanc diſpoſitionem intelligendum eſt cap. *vnicum, de Cleric. coniug.* quod afferunt contrarij. Sic Auila *part.5. diſputat.4. ſect.2. dub 4. concluſ.4.* Rodriguez *in Bulla, §.5. n.4.* & Sotus *art.1. cit. poſt 4. concl. verſ. Igitur extra.* Ægidius *diſputat.17. dub.2. n.30.* Suarez *diſp.34. ſect.4. num.1. & 2.* Vgolinus *tab.5. cap.8 § 5. n.5.* Sayr. *cap.5. num.34.* Bonacina *de Interdicto punct.5. num.18.* Mercerus *3. part. q.24. de Interd. dub.3. & 4.* Laymann *lib.1. tract.5. part.4. cap.2. n.2.* Alterius *diſp.5. cap.1. dub.2. in fine.* Villalobos *tract.19. diffic.5. num.7.* Diana *part 5. tract.10. reſolut.85.*

QVÆSTIO XLII.

An teneantur audire Miſſam, diebus feſtis, tempore Interdicti, qui priuilegium audiendi Officia diuina, dicto tempore habent?

NEgant Auila *part.5. diſput.4. ſect.2. dub.6.* & penes illum, Victoria, & Cano, Llamas *in ſua ſum. part.3. cap.4 §.11.* Ægidius *diſputat.17. n.28.* Diana *1. part. tract.11. reſolut.2. part.4. tract 4. reſolut.80.* vbi pro ſe citat alios Authores, malè tamen, vt aliàs monſtrauimus.

Sed probabilius longè reſpondeo: teneri. Quia poſſunt. Sic communiter Doctores, Suarez *tomo 3. in 3. part. diſputat.88. ſect.6.* Nauarrus *cap.21. num.3.* Sotus *diſtinct.13. quaſt.2. artic.1. & diſtinct.22. quaſt.3. artic.1.* Henriquez *lib.9. cap.25. n.11. & lib.13. cap.48. num.5.* Ledeſma, Rodriguez, Azor, Reginaldus, Nugnus, Bonacina, Sà, Hurtadus, Tannerus, Sanctius, Lugo, Barboſa, Acoſta, Cenedo, Moure, Scottia, Villalobos, Philibertus, Fagundez, & alij plures quos citauimus *part. 3. tractatu 2. de auditione Miſſæ, diſputat 2. quaſt.7.* Et quidem loquendo de Clericis, & Religioſis, qui ſecundum ius commune habent licentiam audiendi, tempore Interdicti, Officia diuina; noſtra concluſio eſt certa, etiam apud Authores primæ ſententiæ, vt fatetur Auila *loco citato, concluſ.1.*

QVÆSTIO XLIII.

Quænam alia diuina Officia, præter Miſſam, ſint prohibita publicè fieri à Clericis, tempore Interdicti localis generalis?

REſpondeo dicendum, quod præter Miſſam etiam ſiccam, quæ fit ſine conſecratione, prohibeantur *primò* dici publicè Horæ Canonicæ, ſub quarum nomine, comprehenduntur etiam Officium B. Virginis, & Defunctorum, Pſalmi graduales, & Pœnitentiales cum Litaniis, quæ aliquando cum Horis Canonicis coniunguntur. Sic Suarez *diſp.34. ſect.3. num.4.* Bonac. *punct.5. n.2.* Auila *p.5. diſp.4. ſect.1. dub.1.* Palao *diſput.4. punct.4. §.2. num.1.* & alij.

Secundò prohibentur *omnia Sacramentalia*, hoc eſt, omnes ceremoniæ ſacræ, quæ ſpectant ad ſolemnem

ritum

ritum Sacramentorum immediatè, vel præparatoriè, vel conſecutiuè; vt eſt ſolemnis benedictio Nuptiarum: Benedictio Templi, Vaſorum ſacrorum, Corporalium, & aliarum veſtium ſacrarum, Candelarum in die Purificationis, vel Romanorum in Dominica Palmarum, Benedictio aquæ, & eam publicè cum *Aſperges* fundere. Benedictio fontis Baptiſmalis, quæ fit in Sabbato Sancto Benedictio ſolemnis Epiſcopi, quæ fit cum baculo, & *verſ. Adiutorium noſtrum*, &c. Profeſſio ſolemnis in Religione. Litaniæ dictæ cum ſolemnitate, nempè, cum Cruce eleuata, & ſuper pelliceis. Collatio primæ Tonſuræ, &c. Sic Nauarrus *c* 27.*n*.177. Auila *p*.5.*diſp*.4.*ſect*.1.*dub*.1.*concl*.1. Bonac. *de Interd. punct*.5.*n*.3. Suar. *diſp*.34.*ſect*.3.*à n*.2.*vſque ad* 10. Palao *loc.cit.* Filliuc. *tract*.18.*cap*.3.*q*.8. Viuald. *de Interd.num*.125. & alij communiter.

Qvæstio XLIV.

Quænam officia ſunt, quæ non prohibentur fieri, adhuc publicè, tempore Interdicti localis generalis?

Reſpondeo quod ea omnia, quæ ex ſuo modo, non ſunt deputata Ordini Clericali. Huiuſmodi ſunt Confeſſio generalis, & abſolutio, hoc eſt, *Confiteor Deo. Miſereatur veſtri*, &c. Salutatio Angelica, quæ fieri ſolet manè, meridiè, & veſpere. Benedictio Menſæ, & fructuum, & veſtium ingredientis Religionem; necnon & Benedictio ſimplex, quam ſolet Epiſcopus impendere dum iter agit. Sumptio aquæ benedictæ in ingreſſu Eccleſiæ. Concio, & declaratio Euangeliorum, & Pſalmorum. Adoratio Crucis in die Veneris Sancti, modò fiat ſine publicis precibus ab Eccleſia pro illo actu inſtitutis. Purificatio mulierum poſt partum, ſi fiat ſine ſolemnitate, hoc eſt, ſi Sacerdos illam in Eccleſiam introducat ad reddendas gratias Deo, ſine ſtola, & ornatu Sacerdotali. Abſolutio excommunicationis, ſi detur etiam abſque ſtola, & ſolemnitate Sacerdotali. Et denique ſunt licita tempore Interdicti, omnia officia ſolita recitari à confraternitatibus laicorum; & ideò recitari, imò & cantari poſſunt Litaniæ & alij Pſalmi, ſine geſtatione Crucis eleuatæ, ſine ſtola, & ſuperpelliceo, & ſine *Dominus vobiſcum*. In his omnibus conueniunt ferè omnes. Legantur Nauarrus *cap*.27.*n*.176. Henriquez *lib*.13.*cap*.44.*n*.1.*&* 2. Suarez *diſput*.14.*ſect*.4 Auila *loco citato concluſ*.2. Filliucius *loco citato*, *num*.79. Vinaldus *num. mihi* 124. Bonacina *puncto* 5.*num*.4. Palao *loco citato, numero* 1.

Qvæstio XLV.

An recommendatio animæ moribundi, poſſit licitè fieri coram aliis, tempore Interdicti?

Negatiuam ſententiam tenuiſſe Syluestrum, ait Bonacina *loco citato*, eò quòd tenuit dictam recommendationem eſſe officium diuinum. Sed malè citatur pro hac parte Syluester, vt *infrà* patebit.

Sed vt certum reſpondeo: licitè poſſe dici, & fieri. *Primò*, quia talis recommendatio, non eſt propriè Officium diuinum, vt aiunt Nauarrus, Sayrus, & Filliucius, ſed ſolùm oratio quædam conferens animæ moribundi.

Secundò, quia dato quod eſſet pars diuini Officij, vt ſentiunt Syluester, Angelus, Tabiena, & Auila *loco citato*, adhuc dicendum eſt, poſſe dici tempore Interdicti, quia eſt quid annexum abſolutioni factæ in Sacramento Pœnitentiæ, quod eſt licitum fieri, tempore Interdicti: ergo. Sic ſentiunt Sylueſter, (vt notat Auila) *Interdictum* 5. *quæſtione* 4. *parte* 6. Angel. *Interdictum* 6. *num*.26. & Henriquez *lib*.13. *cap*.44.*n*.2. *in princ.* Bonac. & Filliuc. *loc.cit.* & alij.

DISPVTATIO V.

De ſecundo effectu Interdicti, qui eſt; Priuatio actiua, & paſſiua quorundam Sacramentorum.

Qvæstio I.

An tempore cuiuſcunque interdicti, poſſit licitè adminiſtrari Sacramentum Baptiſmi?

Respondeo tanquam certum: poſſe adminiſtrari omnibus, tam paruulis quàm adultis, tam infirmis, quàm ſanis, catechiſmi, Exorciſmi, & Vnctionis oleo, & Chriſmate, ianuis apertis & præſente populo. Quia hoc Sacramentum eſt ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem. Sic habetur in cap. *Reſponſo, de ſent. excom.* caq. *Non eſt vobis, de ſponſal.* & cap. *Quoniam de ſentent. excom. in* 6. & docent omnes Authores. Legantur Nauarrus *cap*.27.*n*.178. Couarr. *in cap. Alma*, 2.*p*.§.2.*n*.7. Suarez *diſp*.33.*ſect*.1. Henriquez *lib*.13.*cap*45.*num*.1. Auila *p*.5 *diſp*.4.*ſect*.1.*dub*.4. Alterius *de Interd. diſp*.4. *cap*.1. Bonacina *de Interd. puncto* 3. §.1. Palao *diſputatione* 4. §.1. *num*.2. & alij.

Qvæstio II.

An Baptiſmi Sacramentum adminiſtrari poſſit in Eccleſia ſpecialiter interdicta, ſi alia ſit Eccleſia non interdicta, vbi abſque incommodò celebrari poteſt?

Negant aliqui Doctores, exiſtimãtes teneri Parochum in hoc caſu, adire Eccleſiam vicinam non interdictam, ſi quæ detur, & ibi Sacramentum Baptiſmi adminiſtrare. Ita apud Alterium, Couarruuias *in cap. Alma*, §.2. *num*.7. *verſ. Hac verò Sacramenta.* Calderinus *de Interdicto*, *membr*.2. *fol*.5. Sylueſter, *Interdictum* 5. *quæſt*.7 & D. Anton. 3. *p. tit*.26. *cap*.3. Sed certè hi Authores, ſo ùm dicunt, in dicto caſu, honeſtum eſſe alibi Baptiſmum, & alia Sacramenta celebrari, ſi commodè fieri poſſit. Ex quorum dicto non colligitur, ſenſiſſe oppoſitum eſſe illicitum; ſed minus honeſtum.

Longè ergo probabiliùs reſpondeo: poſſe adminiſtrari licitè in Eccleſia ſpecialiter interdicta; nec teneri Parochum aliam non interdictam adire & ibi Baptiſmum miniſtrare. Quia Parochia illius, quoad hunc effectum, non eſt interdicta: eò quòd ius commune *loc.cit.* abſque vlla reſtrictione, aut limitatione concedit facultatem conferendi Baptiſmum tempore Interdicti. Sic Suar. *diſp* 33. *ſect*.1.*n*.3. Henriq. *lib*.13. *c*.45.*n*.3. Sayr. *cap*.7.*n*.4. Alter. *diſp*.4.*c*.1.*dub*.3. Filliuc. *tract*.18. *cap*.2. *quæſt*.1. *num*.32. Ægidius *diſputat*. 17. *dub*.2.*num*.40. Bonacina *loc.cit.num*.3. & alij.

Qvæstio III.

An perſona interdicta generaliter, & abſque propria culpa, (vt ſi Clerus generaliter interdiceretur) poſſit licitè miniſtrare Baptiſmum?

Negant, poſſe licitè adminiſtrare hoc Sacramentum extra caſum neceſſitatis, quidam Doctores, quos

quos tacitis nominibus referunt Suarez, & Alterius *infrà*. Et expreſsè id negat Luyſius *lib.6. de Cenſuris, diſputat.*48. *dub.*1.

Sed probabiliùs multò reſpondeo: poſſe miniſtrare Baptiſmum ſolemniter, etiam extra caſum neceſſitatis. Probatur argum. à ſimili. Quia Interdictum perſonale generale, non habet plures effectus circa perſonam, quàm habet locale circa locum; ſed Interdictum locale non prohibet dari Baptiſmum in loco interdicto: ergo neque perſonale prohibet perſonam interdictam generaliter miniſtrare Baptiſmum. Sic Suarez *diſp.*33. *ſect.*1. *à num.*4. & ex illo, non citato, Alterius *diſp.*4. *cap.*1. *dubio* 4. Bonacina *diſp.*5. *punct.*3. §.1. *num.*5. & Faber, mox citandus, Bauny *de Cenſur. tract.*9. *quæſt.*13. *dicto* 3. Benzonius, & Portellius, apud ipſum. Corneio, mox *citand.* & comum.

QVÆSTIO IV.

An etiam perſona ſpecialiter interdicta directè; vel virtute, quia cauſam dedit Interdicto generali; poſſit licitè miniſtrare, adhuc extra neceſſitatem, Sacramentum Baptiſmi?

AFfirmat Faber *in* 4. *diſt.*15. *quæſt.*1. *diſp.*5. *cap.*2. *n.*17. eò quòd iura non diſtinguant de Interdicto perſonali: ergo. *Confirmatur*, argum. à ſimili. Quia licitum eſt, etiam extra caſum neceſſitatis, miniſtrare Baptiſmum in Eccleſia ſpecialiter Interdicta, vt nuper *quæſt.*2. eſt habitum: ergo etiam erit licitum perſonæ ſpecialiter interdictæ Baptiſmum miniſtrare, adhuc extra caſum neceſſitatis, ſaltem ex vi Interdicti.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: non poſſe talem perſonam, adhuc ex vi Interdicti, miniſtrare, extra neceſſitatem, Sacramentum Baptiſmi: Benè tamen in neceſſitate priuatim, & ſine ſolemnitatibus. Ratio eſt, tum quia iura obſtant, vt probat Suarez *ex cap. Alma*, tum etiam, quia perſona ſpecialiter interdicta contraxit Interdictum ob culpam propriam, ratione cuius incurrit impedimentum, ne poſſit hoc Sacramentum licitè miniſtrare; niſi aliàs in neceſſitate, modo dicto. Neque in hoc, (ait Suarez) comparari debet perſona ſpecialiter interdicta, cum loco ſpecialiter interdicto: quia locus ſemper interdicitur ratione culpæ alterius; perſona autem ob propriam, quando vel interdicitur per Interdictum particulare, vel per generale, aut locale, cui cauſam dedit. Ex quibus iam patet ad fundamenta contrariæ ſententiæ. Sic Suarez *ſect.*1. *cit. num.*6.8. & 9. Alterius, & Bonacina, Bauny, cum Benzonio, & Portellio *locis citatis*. Corneio *in* 3. *part. tractatu* 5. *de Interdicto, diſputat.*2. §.1. *dub.*1. *quæſt.*2. Sayrus *lib.*5. *cap.*4. *num.*6. Filliucius *tractatu* 18. *cap.*2. *num.*33. & Palao *diſp.*4. *punct.*4. §.1. *num.*5. & alij.

QVÆSTIO V.

An tempore cuiuſcunque Interdicti, poſſit adminiſtrari Sacramentum Confirmationis; etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta?

REſpondeo poſſe adminiſtrari, tam paruulis, quàm adultis, cum ſolemnitate conſueta etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta. Quia iura eodem modo loquuntur de Confirmatione, ac Baptiſmo, cap. *Reſponſo, de ſentent. excommunic.* & cap. *Quoniam, eod. cit. in* 6. & merito, cum Confirmatio ad quoddam complementum Baptiſmi pertineat: ergo omnia quæ circa Baptiſmi Sacramentum diximus quæſtionibus præcedentibus, dicere debemus de hoc Confirmationis Sacramento. Sic Nauarrus *cap.*27. *num.*178. Couarr *in cap. Alma*, 2. *p.* §.1. *num.*7. Suarez *diſput.*33. *ſect.*2. *n.*7. Auila *part.*5. *diſp.*4. *ſect.*1. *dub.*4. *concl.*3. Henriquez *lib.*3. *cap.*45. *num.*1. Calderinus Syluester, Paludan. Angel. Tabiena, & alij quos refert, ac ſequitur Alterius *de Interd. diſputat.*4. *cap.*2. Corneio *loc. cit. dub.* 2. Filliucius *tractatu* 18. *cap.*2. *quæſt.*2. Palao *loco citato*, *num.*6. Bonacina *diſput.*5. *puncto* 3. §.1. *num.*4. & omnes.

QVÆSTIO VI.

An perſona interdicta poſſit miniſtrare Sacramentum Confirmationis?

AFfirmat poſſe miniſtrare ſaltem ex vi iuris, etiam caſu, quo talis perſona eſſet ſpecialiter Interdicta, Faber *in* 4. *loco quæſt.*4. *cit.* cuius ſententiam refert Diana *part.*5. *tract.*10. *reſolut.*63. nec audet illam approbare, nec reprobare.

Negant verò è contra abſolutè, alij Doctores citati *quæſt.*5. excepto Luyſio, qui loquendo de adminiſtrante hoc Sacramentum, non negat expreſsè, quod de adminiſtrante Baptiſmum clarè negauit. Sed iuxta nuper dicta

Probabiliùs longè reſpondeo: dicendum, quod poſſit miniſtrare, ſi perſona eſt interdicta Interdicto generali perſonali, vt dictum eſt de Baptiſmo; nam de vtroque militat idem ius, eadémque ratio. Secus verò, ſi eſt ſpecialiter interdicta, aut dedit cauſam Interdicto, vt de miniſtrante Baptiſmo dictum eſt, *q.*4. Sic Suar. *diſp.*33. *ſect.*1. *n.*14. Qui id probat ex cap. *Si ſententia*, cap. *Clerici*, & cap. *Latores, de Cler. excommun. miniſtr.* Filliuc. *num.*35. *cit.* Alterius *diſput.*4. *cap.*2. Bonacina *puncto* 3. §.1. *num.*6. Corneio §.1. *citat. dubio* 1. *in fine*, & *dubio* 2. *in princip.* Palao *diſp.*4. *puncto* 4. §.1. *num.*7. & alij.

QVÆSTIO VII.

An Adultus perſonaliter interdictus, poſſit licitè hoc Sacramentum Confirmationis recipere?

REſpondeo dicendum; poſſe, ſi interdictus ſit ſolo Interdicto generali inculpabiliter contracto; ſecus, ſi ſua culpa ſit generaliter interdictus aut ſpecialiter: quia tunc non poteſt, vt conſtat ex cap. *Epiſcoporum, de Priuilegiis in* 6. Sic Suarez, Filliuc. Alterius, Bonacina, & Corneio, & Palao *loc. cit.* An autem poſſit validè ſaltem; dicendum eſt poſſe. Quia ſic, ex dictis ſuprà *tract. de excommun. diſp.*4. *quæſt.*6. & ex dicendis *infrà quæſt.*17. apertè conſtat.

QVÆSTIO VIII.

An Interdictum priuet Sacramento Pœnitentiæ?

REſpondeo tanquam certum: non priuare. Ideóque tempore Interdicti cuiuſque, tunc dari poteſt hoc Sacramentum, non ſolùm morientibus, quibus dumtaxat iure antiquo concedebatur. cap. *Quod in te de pœnit. & remiſſ.* cap. *Non eſt vobis, de ſponſal.* & alibi; ſed etiam ſanis, quoties libuerit. Quia ſic eſt conceſſum, iure nouo, in cap. *Alma mater, de ſent. excomm. in* 6. his verbis: *Concedimus, quod tempore Interdicti ab homine, vel à iure prolati, non tantùm morientes, ſed etiam viuentes, tam ſani, quàm infirmi, ad pœnitentiam, quæ propter pronitatem, & facilitatem hominum ad peccandum, ſummè neceſſaria eſt, licitè admittantur.* Sic Bonifac. VIII. Et ſic omnes. Legantur Nauarrus *cap.*27. *num.*178. Couarruuias *in cap. Alma, p.*2. §.3. *num.*1. Suarez *diſp.*33. *ſect.*1. *à n.*13.

Filliucius

Digitized by Google

Filliuc. *tract.*18. *cap.*2.*q.*3. Henriq. *lib.*13.*cap.*45.*n.*1. Auila *p.*5. *diſput.*4.*ſect.*1.*dub.*3 Alterius *diſp.*4.*cap.*3. Bonac.*punct.*3. *de Interd.* §.3. Palao *diſput.*4.*punct.*4. §.1. *n.*8. & alij.

QVÆSTIO IX.

An excommunicati omnes, poſſint, etiam extra articulum mortis, admitti ad Pœnitentiæ Sacramentum, tempore Interdicti?

NEgant poſſe admitti excommunicatum aliquem, tempore Interdicti, ad Pœnitentiæ Sacramentum, plures Authores, eò quòd ipſemet Bonifac. VIII in d.cap. *Alma*, omnes excommunicatos, à priuilegio à ſe dato, iis verbis, excludit: *Dum tamen excommunicati non fuerint, quos admitti, præterquam in mortis articulo, nolumus ad eandem.* Quibus verbis abſolutè & abſque vlla diſtinctione prohibet Pontifex, ne tempore Interdicti impendatur abſolutio ab excommunicatione, & conſequenter, ne poſſit tradi abſolutio ſacramentalis à peccatis. Ita Vgolin. *Tab.*5. *quæſt.*7.§.6. *num.*1. Sayrus *lib.*7. *cap.*7. *num.*9. Henriquez, Nauarrus, Couarruuias, Auila, & Filliucius *loc.cit.* & eſt communis.

Sed certè æquè probabiliter reſpondeo: poſſe tempore Interdicti, admitti ad Sacramentum Pœnitentiæ omnes excommunicatos, præter illos, qui excommunicati ſunt ob delictum, cuius gratia interdictum fuit latum, (quia hi ob maiorem culpam, digni ſunt maiori pœna) vel aliàs excommunicatione reſeruata innodati ſunt. Quia non eſt veriſimile (inquit Alterius) Sum. Pontificem voluiſſe prohibere ſimpliciter, ne vllus excommunicatus admitteretur, tempore Interdicti, ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſi non dedit cauſam Interdicto, & eſt innocens ratione Interdicti, tunc enim abſque culpa priuaretur beneficio huius Sacramenti, niſi excommunicatio ſit reſeruata, &c. Sic Alterius *diſp.*4.*cap.*3.*col.*3. Suar. *diſp.*13. *ſect.*1.*n.*16. Ægidius *diſp.*17.*dub.*1.*num.*40. Benzonius *de iuſtitia Pontificij Interdicti*, *c.*7. Laymann. *de Interd. cap.*7. Bauny *tract.* 8.*quæſt.* 14.*de Interd.* Hurtad. *de Interd. difficult.*7. *num.*27. Palao *loc.cit. num* 8. Corneio *in* 3.*part. tract.*5. *de Interd.* §.1. *dub.*3. Qui ad fundamentum contrariorum, reſpondet, limitationem illam Pontificis, intelligendam eſſe, vel de excommunicatis dumtaxat ob delictum, propter quod Interdictum latum eſt; vel de excommunicatis excommunicatione reſeruata Superiori; quod colligi poteſt, ex eo quod addit; hos admittendos non eſſe, præterquam in articulo mortis: vel denique de abſolutione ſolemni, & in foro exteriori, eò quòd hæc fiat cum cæremoniis quibuſdam, quæ inter diuina Officia computantur cap. *A nobis* 2. *de ſentent.excom.* Sic ille, & antea Suarez, & Alterius, Syluest. Angel. & Armilla apud ipſum.

QVÆSTIO X.

An tempore Interdicti localis generalis, poſſit Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrari in loco Interdicto?

REſpondeo tanquam certum: poſſe. Quia cum tunc tota Ciuitas ſit interdicta, eſſet opus extra Ciuitatem proficiſci ad locum diſtantem pro conferendo hoc Sacramento, quod eſt valdè inconueniens. Sic omnes. Suarez *diſput.* 33. *ſect.*1. *num.*18. qui id probat ex cap. *Alma*, Alterius *diſput.*4. *cap.*3. *dub.*1. *verſ. Sed dubitari.* Luyſius *lib.*6. *de Cenſuris*, *diſput.*48.*dub.*1. *in fine*, & alij.

QVÆSTIO XI.

An etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta, poſſit Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrari?

NEgabunt, & probabiliter; Authores citati in ſimili loquendo de Baptiſmo *quæſt.*2. Quia tunc commodè poteſt extra Eccleſiam interdictam in alio loco non interdicto, huiuſmodi Sacramentum dari.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Quia non eſt textus, qui oppoſitum dicat. Nec ſufficit antiqua prohibitio generalis; quia in cap. *Alma*, videtur limitata etiam circa Interdictum particulare loci, quæ limitatio nulla fuiſſet, niſi liceret etiam in tali loco ſic interdicto Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrare; quia extra illum, antea etiam licebat. Sic Suarez, Luyſius, & Alterius *loc.cit.*

QVÆSTIO XII.

An Confeſſor poſſit, tempore Interdicti localis, validè, ac licitè, Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare?

REſpondeo tanquam certum; poſſe, dummodo tali interdicto, ſiue generali, ſiue ſpeciali, cauſam non dederit. Quia certum eſt, quod per Interdictum locale, ſiue ſit generale, ſiue ſpeciale, non arcentur à diuinis perſonæ, quæ non dederunt illi cauſam, niſi in ordine ad talem locum Interdictum: ſed ſic eſt, quod ex priuilegio cap. *Alma*, eſt permiſſum in loco interdicto, miniſterium huius Sacramenti: ergo nihil obſtat quominus Confeſſor, conferre valeat Pœnitentiæ Sacramentum, tempore localis Interdicti. Sic Suarez *diſput.*33. *ſect.*1.*num.*19. Alterius *diſputat.*4.*cap.*3. *dub.*2. Luyſius *lib.*6.*diſp.*48. *dub.*1. *in fine*. Bonac. *punct.*3. §.3. *num.*2. Palao *diſp.*4. *punct.*4. §.1. *n.*8. & alij.

QVÆSTIO XIII.

An Confeſſor perſonaliter interdictus, per Interdictum generale perſonale, poſſit etiam licitè Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare?

NEgant aliqui, & probabiliter, vt innuit Suarez *loc.cit.* Sed cum ipſo.

Probabiliùs, & multò reſpondeo, poſſe, etiam licitè, hoc Sacramentum miniſtrare, ſi talis Confeſſor ſit Innocens, nec culpabiliter tale Interdictum contraxerit; ſecus aliàs. Ratio eſt, quia perſona hoc modo interdicta licitè poteſt miniſtrare Sacramentum Confirmationis: ergo multò magis, cum militet maior ratio, Sacramentum Pœnitentiæ. Sic Suarez, & Alterius *loco citato.* Corneio *in* 3.*part. tractatu* 5. *diſput.*2. §.1.*dubio* 3. *quæſtione* 3. Bonacina, & Palao *loco citato.*

QVÆSTIO XIV.

An rurſus, Confeſſor ſpecialiter & culpabiliter interdictus, poſſit licitè miniſtrare, adhuc extra caſum neceſſitatis, hoc Sacramentum Pœnitentiæ?

REſpondeo tanquam certum: non poſſe licitè, extra caſum neceſſitatis proximi. Quia prædictus Confeſſor, eo ipſo quod ſit ſpecialiter, vel directè interdictus, vel indirectè; quia cauſam dedit Interdicto generali, priuatus manet actiuo miniſterio huius Sacramenti, vt conſtat ex dictis de Baptiſmo, ſuprà *q.*4.

Digitized by Google

Sic Suarez, Alterius, Corneio, Luyſius, Bonacina, & Palao *locis citatis.*

QVÆSTIO XV.

An, ſi non licitè, validè ſaltem, miniſtret hoc Sacramentum Pœnitentiæ Confeſſor ſpecialiter, & culpabiliter interdictus?

NEgat adhuc Faber *in 4. diſt. 15. quaeſt. 1. diſput. 5. cap. 1. num. 23.* Cuius fundamentum eſt, quod perſonaliter & culpabiliter interdictus, æquiparatur excommunicato; at ſic eſt, quod excommunicatus nominatim manet priuatus poteſtate iuriſdictionis: ergo & ſpecialiter, aut nominatim interdictus: ergo ſicut ab illo, ita ab iſto collata abſolutio Sacramentalis erit inualida, ac nulla.

Sed probabiliùs reſpondeo: validè, quamuis non licitè, poſſe hoc Sacramentum miniſtrare. Quia probabiliùs eſt, quod Interdictum, quamuis prohibeat vſum, non tollat iuriſdictionem; & ideò validum ſit hoc Sacramentum miniſtratum à Confeſſore ſpecialiter interdicto. Sic Corneio *in 3. p. tract. 5. diſp. 2. de Interdict. §. 1. dub. 3. q. 4.* quem citat, & ſequitur Diana *p. 5. tract. 10. reſol. 62.* Quibus ego addo Alterium *diſp. 4. de Interd. cap. 5. in fine.* Bonacinam *punct. 3. §. 3. n. 21. verſ. Ego verò.* Suarium etiam *diſput. 33. ſect. 1. num. 20.* iuncta *diſp. 40. ſect. 2. num. 12 verſ. Quintò dicendum eſt,* & Fillincium *tract. 18. c. 2. p. 3. n. 38.* & Caſtrum Palao *diſp. 3. punct. 4. §. 1. n. 8.*

Ad fundamentum Philippi Fabri reſpondet Corneio, quod perſonaliter interdictus, ſolùm æquiparetur excommunicato præciſè, quantum ad hoc quod eſt, eſſe vtrique prohibitum vſum actiuum huius Sacramenti; atque ita vterque peccabit illud miniſtrando; non tamen quantum ad ablationem iuriſdictionis, & inualiditatem Sacramenti, cum hoc non reperiatur in iure expreſſum de Interdicto, ſicut de excommunicatione. Legantur dicta à nobis 1. *parte tractatu 5. diſput. 5. quaeſt. 78.*

QVÆSTIO XVI.

An Pœnitentiæ Sacramentum, collatum pœnitenti perſonaliter interdicto, per generale Interdictum, ſine propria culpa contracto, ſit validum?

REſpondeo tanquam certum: eſſe validum, & licitum. Quia conceſſio facta in cap. *Alma*, facta eſt, non ſolùm pro tempore Interdicti localis, ſed etiam pro Interdicti generalis perſonalis, vt conſtat ex dictis *q. 8.* & ſic ſentiunt omnes Doctores præcipuè ibi adducti; Corneio *dub. 3. cit. q. 2.*

QVÆSTIO XVII.

An etiam ſit validum hoc Sacramentum, collatum pœnitenti interdicto, per Interdictum particulare, & ſpeciale, ſua culpa contracto?

NEgant quamplures Doctores abſolutè, eò quòd huiuſmodi interdictus æquiparatur excommunicato, quantum ad Sacramentorum receptionem, cap. *Epiſcoporum, de priuileg. in 6.* at hic non poteſt validè recipere Sacramentum Pœnitentiæ: ergo nec ille. Ita Corneio *loc. cit.* & alij ſuprà *tract. de excommun. diſput. 4. quaeſt. 9. adducti.*

Sed iuxta ibi dicta reſpondeo: dicendum; eſſe validum, caſu ſolùm, quòd pœnitens bona fide, aut neceſſitate; aut naturali obliuione, aut inuincibili ignorantia Interdicti, processit, & abſolutus fuit à peccatis, antequàm ab Interdicto; ſecus aliàs. Conſtat vtraque pars huius reſponſionis ex dictis de receptione Sacramenti Pœnitentiæ ab excommunicato *diſput. 4. cit. quaeſt. 9. 10. & 11.* Legantur ibi dicta, & Authores citati.

QVÆSTIO XVIII.

An Interdictum priuet Sacramento Euchariſtiæ?

REſpondeo tanquam certum: affirmatiuè. Quia vſus hujus Sacramenti pro ſanis, ſæcularibus adminus, non eſt iure exceptus, vt omnes fatentur Authores, præcipuè mox citandi.

QVÆSTIO XIX.

An tempore Interdicti localis, ſiue generalis, ſiue ſpecialis, poſſit miniſtrari Euchariſtia exiſtentibus in probabili periculo mortis?

REſpondeo tanquam certum: poſſe. Quia ſic habetur in cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* per hæc verba: *In illo verbo, per quod pœnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur intelligi volumus, vt nec ipſum decedentibus denegetur.* Sic Pontifex Innocentius III. idémque habetur in cap. *Permittimus, de ſentent. excomm.* & in cap. *Alma,* & ratio deciſionis eſt; quia Euchariſtiæ Sacramentum, eſt ſumendum de iure diuino in articulo mortis. Sic omnes. Legantur Nauarr. *cap. 27. n. 178.* Couarr. *in cap. Alma, part. 2. §. 3. n. 2.* Suarez *diſput. 33. ſect. 1. à n. 21.* Henriquez *lib. 13. cap. 45. n. 2.* Alterius *diſp. 4. cap. 4. in princ.* Bonac. *punct. 3. de Interd. §. 1. n. 1.* & alij penes ipſum. Qui omnes, ex textibus citatis inferunt, non poſſe Euchariſtiam dari tempore Interdicti, leui & modica infirmitate laborantibus.

QVÆSTIO XX.

An tempore Interdicti, poſſit miniſtrari Euchariſtia damnatis ad mortem, præcipuè, ſi ſani ſint?

REſpondeo tanquam certum: poſſe. Quia huiuſmodi verè ſunt morientes, & in articulo mortis conſtituti: ſed ſic eſt, quod ius clarè concedit hoc Sacramentum morientibus abſque vlla diſtinctione, vt conſtat ex verbis citatis ex textu in cap. *Quod in te, cit.* cap. *Non eſt vobis, de ſponſalib.* ergò. Sic Couar. Suarez, Henriquez, Alterius, Bonacina *loco citato.* Auila *part. 5. diſputat. 4. ſect. 1. dub. 5. poſt concluſ. 2.* Corneio *in 3. part. tract. 5. diſput. 2. §. 1. dub. 4.* Filliuc. *tractatu 18. cap. 2. quaeſt. 4.* Palao *diſputatione 4. punct. 4. §. 1. num. 9.* & omnes.

QVÆSTIO XXI.

An Euchariſtia conferri poſſit, tempore Interdicti, mulieribus prægnantibus, quando partui ſunt propinquæ?

NEgant Anchar. *in cap. Alma mater, num. 9. verſ. Sed quæritur.* Ioann. Andr. & Cardin. *in cap. cit. Quod in te,* cenſentes, non poſſe his Sacramentum illud dari, cùm non ſint mulieres prægnantes, in articulo mortis conſtitutæ; quamuis periculum mortis propter partum ſint ſubituræ.

Alij verò ſub diſtinctione reſpondent; poſſe quidem conferri, quoties periculum mortis, inſpecta fœminæ

Digitized by Google

fœminæ prægnantis qualitate, timeri poteſt, aliàs; non: Et ita, inquiunt, omnino dari debet prægnanti, dum prima vice paritura eſt; vel illi, quæ aliàs experta eſt partus difficiles; imò quando ex alio capite res eſt dubia an talis mulier poſſit in partu deficere. Quia cũ in his caſibus ſit prædicta mulier in probabili periculo mortis conſtituta, gaudet priuilegio iuris. Sic ſentiunt Couarr. *in cap. Alma, p.2. §.3. n.2.* Henriquez *lib. 13. c. 45 num.* 2. Abbas. Angel. Syluest. Tabiena, & D. Anton. quos citat, & ſequitur Alterius *diſp.4. c.4. dub.1.* Auila *p.5 diſp.4. ſect.1. dub.5 poſt concl.2.* Filliuc. *tract.*18 *cap.2. q.4. n.*40 Bonac. *pun.3. de Interd.* §.2. n.4. Corneio *diſp.2. cit.* §.1. *dub.*4. Palao *loc. cit. n.* 9. & alij.

Sed ego, adhuc probabilius, abſolutè, & ſine limitatione reſpondeo: Poſſe conferri, Interdicti tempore ſacram Euchariſtiam omnibus mulieribus prægnantibus, etiam robuſtis corpore, & quæ aliàs non difficiles, ſed faciles partus expertæ ſunt. Quia mihi probabilius eſt, quod omnes prægnantes, dum ſunt propinquæ partui, verè ſunt in articulo mortis, vt cũ Syluestro, & Petro Hurtado, docuimus 1. *p. tra* 5. *diſp.* 3 *q.* 10. ergo omnes gaudent priuilegio iuris *Confirmatur* hæc noſtra ſententia ex Abbate in cap *Paſtoralis*, §. *Præterea, n.3. de offic. ordin.* vbi, ex mente Hostienſ. ait, (loquens de abſolutione ab excommunicatione) experientia compertum eſſe, fœminas robuſtas, & validas corpore, ſolere in partu deficere, & ideò poſſe abſolui ab excommunicatione. Sic ille. Nunc ego: Ergo propter eandem rationem, poterit omnibus prægnantibus, etiam robuſtis, miniſtrari tempore Interdicti Euchariſtia.

QVÆSTIO XXII.

An etiam poſſit dari Euchariſtia, tempore Interdicti, inchoanti periculoſam nauigationem; aut intranti bellum, aut exiſtenti in aliq periculo mortis?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia licèt Euchariſtia, ait Henriquez, miniſtrari nõ poſſit iure antiquo aut nouo, niſi tanquam viaticum infirmis in articulo mortis; at benigna interpretatione extenditur ad omnes, qui ſunt etiam in probabili periculo mortis, etiam violentæ; vt ſi Reus ſanus damnatus eſt ad mortem per ſententiam appellatione, aut alio iuris remedio, non ſuſpenſam: & prægnanti, quæ tempore partus timet periculum: & inchoantibus longam periculoſi maris nauigationem, aut intraturis prælium; aut quando ciues ſunt ab hoſtibus validus obſeſſi. Sic Henriquez *lib.3. c.43. n.2.* Auila etiam, Palao, Filliuc. Bonac. & alij *loc. cit.* & omnes.

An autem tempore Interdicti, poſſit miniſtrari Euchariſtia Clericis ſanis volentibus eam ſumere more laicorum? Conſtat ex dictis *diſp.4. q.34.* Sicuti ex ibidem dictis conſtat, poſſe eam ſumere Sacerdotem celebrando Miſſam; ſubmiſſa voce, & aliis conditionibus aſſignatis à Bonifacio VIII. in cap. *Alma.* Necnon, & Religioſos, & Sanctimoniales in Eccleſiis propriis.

QVÆSTIO XXIII.

An omni Sacerdoti non interdicto ſit licitum, miniſtrare Euchariſtiã, vt viaticũ, conſtitutis in articulo, ſeu periculo mortis?

RESpondeo tanquam certum: Licitum eſſe, ſi aliàs habeat ius miniſtrandi hoc Sacramentum. Quia aliàs nulla eſſet conceſſio tribuendi viaticum in articulo mortis, ſi talis Sacerdos non poſſet illud miniſtrare. Sic omnes qui idẽ docent loquendo de Sacerdotibus interdictis, per Interdictum generale perſonale, dummodo cauſam tali Interdicto non dederint. Legantur Suarez *diſp.33. ſect.1 n.24.* Alterius, omnino ex illo non citato, *diſp.4. cap.4 dub.5.* Bonac. *punct.3. §.2. n.9.* & alij.

QVÆSTIO XXIV.

An etiam Sacerdoti perſonaliter, & ſpecialiter interdicto, directè, vel indirectè, ſit licita adminiſtratio huius Sacramenti exiſtentibus in articulo mortis?

RESpondeo tanquam certum: Non eſſe licitam per ſe loquendo: Quia effectus præcipuus Interdicti eſt priuare actiua adminiſtratione Sacramentorum. Vnde ſi tali Sacerdoti ſolum poteſt per acidens eſſe licitam talem adminiſtrationem, nempe quando nullus alius Sacerdos adeſſet niſi ipſe Interdictus; nam tunc debeter ſuccurrere exiſtenti in articulo mortis miniſtrando viaticum, ſicut poſſet excommunicatus. Sic Suarez, Alterius, & Bonac.

QVÆSTIO XXV.

An Parochus ſpecialiter interdictus, poſſit licitè miniſtrare viaticum infirmo; caſu, quo extarent alij ſimplices Sacerdotes, qui ex Parochi commiſſione poſſent id efficere?

RESpondeo tãquam certum: Non poſſe. Quia tunc Parochus abſolutam habet prohibitionem; & alioqui non vrget neceſſitas, cum ſint alij, qui id præſtare valeant. Debet ergo tunc Parochus concedere ſimplici Sacerdoti facultatem miniſtrandi hoc Sacramentum, vt benè Suarez, Alterius, & Bonac. *loc. cit.* docent. Et Ægidius *diſp.17. dub.2. n.45.*

An ſaltem caſu, quo ſolum extaret Diaconus, tunc poſſet Parochus ſpecialiter interdictus licitè hoc Sacramentum infirmis conferre; aut deberet etiam concedere facultatem Diacono, vt id exequeretur, difficilem eſt inter Doctores. Suarez, & Alterius ſentiunt, tunc nec poſſe Parochum committere hoc miniſterium Diacono, ſed debere per ſe ipſum hoc Sacramẽtum miniſtrare. Sed mihi probabile videtur, poſſe etiam tunc. Quia eadem militat ratio. Quia tunc ipſe Parochus etiam habet prohibitionem licitè adminiſtrandi hoc Sacramentum, & alioqui cum ſit Diaconus non interdictus, qui ex commiſſione ipſiuſmet Parochi licitè poſſit adminiſtrare Euchariſtiam (vt diximus 2. *p. tract.7. de Euchar. diſp.4. q.7. &* 8.) ceſſat neceſſitas, vt ipſe Parochus debeat, aut poſſit ſe ingerere huic miniſterio.

QVÆSTIO XXVI.

An tempore Interdicti, quando Euchariſtia defertur ad infirmos, licitum ſit, illam deferre cum ſolemnitate conſueta?

RESpondeo tanquam certum: Eſſe licitum, imò & debitum, adminiſtrare illam cum ſolemnitate conſueta, nempe, comitantibus fidelibus cum luminibus, cum ſono campanellæ, cum recitatione Pſalmorum, cum veſtibus ſacris conſuetis, & cum aliis cæremoniis ſolitis. Sic omnes. Præcipuè Nauarr. *cap.27. n.179.* Couarr. *in cap. Alma,* 2. *p.* §.2. *verſu, Tametſi Euchariſtia.* Henriquez *lib.13. c.45. n.* 2. Suarez *diſp.33. ſect.1. n.27 &* 28. Alterius *diſp.4. c.4. dub.6.* Auila *p.5. diſp.4. ſect.1. dub.5. concl.4* Bonac. *pun* 3. §.2. *n.*1. & alij. Qui omnes addunt, non poſſe Sacerdotem recitare horas Canonicas, ſaltem alta, & intelligibili voce, ad ſatisfaciendum ſuæ obligationi, quia id prohibet

Digitized by Google

cap. *Alma*, benè tamen (vt diximus) poterit dicere aliquos Pſalmos, & Hymnos ad modum diuinæ laudis. Et in reditu ab infirmo ad Eccleſiam poterit Euchariſtiam oſtendere populo; & concedere illi ſolitas indulgentias. Quod totum docet etiam Palao *diſp.* 4. *pun*.4.§.1.*num*.10. Sayrus, Ægidius, & Layman penes ipſum.

Qvæstio XXVII.

An Sacramentum Ordinis miniſtrari poſſit, tempore Interdicti perſonalis, aut localis?

Reſpondeo tanquam certum: Perſonas interdictas, nec poſſe recipere, in loco interdicto, nec miniſtrare Sacramentum huiuſmodi. Quia Interdictum verè priuat vſu quocumque Sacramentorum, niſi fiat de aliquo Sacramento ſpecialis exceptio in iure: at hæc non eſt facta de Sacramento Ordinis; vt clarè conſtat ex cap. *Reſponſo, de ſent. excommun.* & cap. *Non eſt vobis, de ſponſal.* Vbi ſolùm permittuntur Sacramentum Baptiſmi, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, *vt ſupra* eſt habitum: ergo. Sic omnes. Legantur Suarez *diſp*.33.*ſect*.1.*num*.44. Nauarrus *cap*.17.*num*.179. Couarr. *in cap. Alma*, 1.*p*.§.3.*num*.4. Henriquez *lib*.13. *c*.45.*n*.8. Alterius *diſp*.4 *cap*.6. Auila *p*.5 *diſp*.5.*ſect*.1. *dub*.8.*concl*.1 Bonacina *pun*.3.§.3.*num*.3. Palao *diſp*.4. *punct*.4.§.1.*n*.21. & alij.

Qvæstio XXVIII.

An tempore Interdicti, liceat miniſtrare hoc Ordinis Sacramentum, in illis quatuor feſtiuitatibus, in quibus ex indulto cap. Alma, *permittitur celebratio ſolemnis diuinorum officiorum?*

Reſpondeo tanquam certum, Non licere. Quia, vt nuper eſt habitum, iure antiquo eſt prohibita miniſtratio Sacramenti Ordinis, tempore Interdicti; at ſic eſt quod, iure nouo cap. *Alma*, confirmatur prohibitio iuris antiqui omnium Sacramentorum, exceptis Baptiſmi, & Pœnitentiæ, *&c.* ergo Sacramentum Ordinis, ſicut olim non concedebatur tempore Interdicti, ita nec modo. Sic Nauarr. Alterius *loc. cit.* & alij penes ipſum. Couarr. etiam, & Auila *loc. cit.* Corneio *diſp*.2.*de Interdict*.§.1.*dub*.6. Qui addunt, nec licere miniſtrari hoc Sacramentum tempore Interdicti, adhuc ianuis clauſis, & interdictis, & excommunicatis excluſis. Nam per cap. *Alma* ſolùm permittuntur officia diuina cum moderatione ibi aſſignata: non verò Sacramenta alia, præter dicta.

Qvæstio XXIX.

An tempore generalis Interdicti, poſſint Clerici initiati prima Tonſura, aut alio inferiori Ordine, ad Ordines ſuperiores promoueri?

Affirmant Innocent. in cap. *Non eſt vobis, de ſponſal.* eo quod iſti iam ſunt Clerici: ergo promoueri poſſunt ad vlteriores Ordines.

Sed tanquam verum, reſpondeo: Non poſſe Quia laicis non poteſt tempore Interdicti Sacramentum Ordinis conferri: ergo neque Clericis. Patet conſequentia: quia quoad hoc nulla eſt differentia, nec exceptio inter Eccleſiaſticos & laicos: Sic Panormit. Paludan. Couarr. & omnes Summiſtæ, apud Suarez *diſp*.33.*ſect*.1.*num*.45. Alterius *diſp*.4.*c*.6 *col*.2.*dub*.1. & alij.

Qvæstio XXX.

An qui non ſunt perſonaliter interdicti, poſſint, in loco non interdicto, Ordines recipere?

Reſpondeo tanquam certum? Poſſe. Quia Interdictum loci non afficit perſonas, niſi in ordine ad illum locum. Sic deſumitur ex cap. *Si ſententia, de ſent. excommun. in 6.* vbi Bonif. XII. decernit, quod interdicta ciuitate propter delictum Domini, aut Rectoris, Ciues, qui culpabiles non fuerunt, poſſint extra ciuitatem licitè intereſſe diuinis: eadem eſt ratio de vſu Sacramentorum. Sic Alterius *loc. cit. dub.* Suarez *n*.45. Bonac. *punct*.3.§.3.*n*.3.*verſ. Dixi in propoſitione, & verſ. Secundò*, Palao §.1.*cit*.*n*.21. & alij.

Qvæstio XXXI.

An in loco interdicto, poſſint ordinari perſonæ perſonaliter non interdictæ, ab ipſo Epiſcopo, qui talem locum interdixit?

Reſpondeo non poſſe: niſi aliàs Epiſcopus Interdictum tollat, vel ſuſpendat ad iſtum actum. Ratio eſt, quia Interdictum locale habet ſuos effectus ex iure communi, in quo Epiſcopus non poteſt diſpenſare. Vnde fit, quod ſi Epiſcopus non ſeruet ſuum Interdictū, & ordines tradat, irregularis fiat. Sic Couarr. *in cap. Alma p*.2.§.3.*n*.4.*verſ. Sextò inde conſtat* Henriquez *lib*.15.*cap*.45.*num*.4. Alterius *diſp*.4.*cap*.6.*dub*.3. *verſ. Alia etiam difficultas.* Auila *part*.5.*diſp*.4 *ſect*.1. *dub*.8.*verſ. Secundò notandum*, & alij.

Qvæstio XXXII.

An ſaltem imminente neceſſitate ordinandi Miniſtros Eccleſiaſticos, eſſet licitum conferre ordines in loco interdicto, ſi non eſſet alius locus non interdictus, in quo poſſent ordines conferri?

Negat Couarr. *in cap. Alma, p*.2.§.3.*n*.4. his verbis: Quintò infertur, nequaquàm eſſe Ordines celebrandos tempore Interdicti, etiamſi immineat neceſſitas ordinandi Preſbyteros, Diaconos, aut ſubdiaconos, alióſve Miniſtros, quemadmodum viſum eſt Syluestro *verb. Interdictum* 5.*q*.7 contra Panormit. in cap. *Non eſt vobis*, quo in loco, *vlt. col.* cenſet, poſſe Ordinis Sacramentum, tempore Interdicti, miniſtrari, ſi immineat neceſſitas ordinandi Miniſtros diuinorum officiorum, & Sacramentorum. Et etiam nullibi in iure cautum eſt, quod hæc ſit vera, ac propria neceſſitas compellens ad Interdicti violationem, & ideò Panormit. opinio non eſt admodum tuta, licèt eam ſequitur Gonzalus à Villadiego *in tract. de irregul. cap. de Interd.* etiamſi videam poſſe multis rationibus, & authoritatibus eandem comprobari. Hæc Couarruuias, vt videas quàm malè citetur à Corneio pro oppoſita parte. Sic etiam Armilla *Interdictum n*.14. & Vgolin. *tab*.5. *cap*.7.§.2.*num*.2.

Sed probabilius reſpondeo. In præaſſignato caſu, (qui vix dari poteſt) licitum eſſe Ordines in loco interdicto conferre. Quia (ait Panormitanus) cum aliquid conceditur, eo ipſo cenſetur concedi omne illud ſine quo id non poteſt poni in eſſe, aliàs conceſſio eſſet inutilis; ſed ius concedit tempore Interdicti officia diuina, & aliqua Sacramenta: ergo conſequenter cenſetur etiam concedere ordinationem Miniſtrorum, qui ad hoc fuerint neceſſarij. Sic Henriquez *lib*.13.*c*.45.*n*.4.*in textu, & in marg. lit. P.* & alij penes ipſum. Auila *p*.5.*diſp*.4.*ſect*.1.*dub*.8. *concl*.2. Bonacina *punct*.3.§.3.*n*.3. Corneio *diſp*.2.*de Interd*.§.1.*dub*.6 & Alterius *loc. cit. dub*.4. quia quamuis id non definit clarè,

Digitized by Google

tè, eſt abſque dubio ob defectum impreſſionis. Viualdus *de Interd. n.* 211. dicens, hanc noſtram ſententiã eſſe omnino veram. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 38. Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 4 *cap.* 2. *n.* 1. Villadiego *tract. de irregul. c.* 5. *de Interd.* 2. & Palao *diſp.* 4. *punct.* 4. §. 1. *n.* 23.

QVÆSTIO XXXIII.

An Matrimonium contractum tempore Interdicti, aut in loco interdicto, ſit validum?

Reſpondeo tanquam certum: Eſſe validum. Quia nullum ius illud irritat. Sic Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 8. *num.* 4. & Baſilius *lib.* 6. *cap.* 9. *n.* 2. dicentes id apud omnes eſſe certiſſimum. Legite me ipſum 2. *p. tract.* 9. *diſp.* 23. §. 2. *q.* 2.

QVÆSTIO XXXIV.

An non ſolùm validè, ſed etiam licitè, poſſit Matrimonium celebrari, tempore Interdicti, aut in loco interdicto?

Affirmarunt Syluest. Armillá, Nauarr. Palud. Hẽriquez, Petrus de Ledeſima, Vega, & Sà, & alij vſque ad 13. Doctoses, quos affert & ſequitur Sanchez *diſp.* 8 *cit. n.* 2. Quibus adhuc addi poſſunt Hurtad. Layman, & Villalob. quos citat, & ſequitur Diana *part.* 5. *tra.* 10. *reſol.* 81. & Palao *diſp.* 4. *pun* 4. §. 1. *n.* 24.

Sed æquè probabilius reſpondeo. Non poſſe licitè, vt benè probauimus 2. *p. loc. cit. q.* 5. ſic; vt *ibidem*, Vgolinus *de Cenſur. tab.* 5. *cap.* 7. §. 3. *num.* 1. *& c.* 10. §. 1. *n.* 1. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 43. & Baſilius *lib.* 6. *cap.* 9. *à n.* 3. Quibus nunc addo, Suarium *diſp.* 33. *ſect.* 1. *n.* 51 Lugſium *lib.* 6. *diſp.* 48. *dub.* 3. Portellium *in dub. regul. verb. Interd. n.* 19 Fabriũ *de Cenſur. in* 4. *diſt.* 25. *q.* 1. *diſp.* 5. *c.* 2. *n.* 32. Petrum Corneio *de Interd. diſp.* 2. §. 1. *dub* 7. Præpoſitum *in* 3. *p. q.* 4. *de Interd. dub.* 3. *n.* 23. Filliucium *q.* 8. *cit. n.* 48. Reginaldum *lib.* 32. *tract.* 3. *n.* 28. & Bonac. *loc. cit. n.* 8. & alios, qui benè addunt noſtram ſententiam intelligi, vbi non eſt contrarium receptum per conſuetudinem: quia in hoc caſu licitum etiam erit contrahere matrimonium, tempore Interdicti.

QVÆSTIO XXXV.

An Sacramentum Extremæ Vnctionis, poſſit, tẽpore Interdicti, miniſtrari non habenti priuilegium, ſeu Bullam Cruciatam?

Affirmauit ex Sayro, Lublinus *verb. Extrema Vnctio, num.* 12.

Sed tanquam certum reſpondeo: Non poſſe. Quia id expreſsè prohibetur in cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* Et ideò ſic tenent Nauarr. *c.* 27. *n.* 171. *&* 179. Henriquez, Ludou. de S. Ioanne, & Torreblancã, quos in hac parte ſequuti ſumus 1. *part. tract.* 4. *diſp.* 3. *q.* 17. Quibus addi poſſunt Suarez *diſp.* 33. *ſect.* 1. *n.* 38. Auila *p.* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 1. *dub* 8. Filliuc. *tract.* 18 *cap.* 2. *q.* 7. Corneio *diſp.* 2. *de Interd.* §. 1. *dub.* 5. Hurtad. *diff.* 8. *in fine.* Bonac. *punct.* 3. §. 3. *n.* 4. Qui benè citat Sayrum pro parte *lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 29. Alterius *diſp.* 4. *cap.* 5. Palao *diſp.* 4 *punct.* 4. §. 1. *n.* 16. & omnes.

QVÆSTIO XXXVI.

An moribundus, qui Euchariſtiæ, aut Pœnitentiæ Sacramentum non poteſt recipere; poſſit inungi Vnctionis Extremæ Sacramento, tempore Interdicti?

Negant poſſe, niſi aliàs priuilegium habeat, Petr. Ledeſma *tom.* 1. *cap. vlt. de Extrema Vnct. concl.* 3. & Ludou. de S. Ioanne *in ſum. q. vnica, de Extrema Vnctione, art.* 7. *diff.* 1. Quamuis in parua ſua ſumma in oppoſitũ inclinet Henriquez etiam *lib.* 5. *c.* 10 *n.* 3. *in fin.*

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe inungi in propoſito caſu, etiamſi priuilegio, aut Bulla Cruciata careat. Quia hic caſus in ſingulari, nullo iure eſt prohibitus. Nam cum iura prohibent dari Extremam Vnctionem Interdicti tempore, aut de caſu ordinario in quo moribundus aliud Sacramentum recipit. Sic Palud. Zambrana. Torreblancã. Villalobos, & Diana 1 *p. tract.* 4. *reſol.* 171. Quos pro hanc eadem ſententiã adduximus 1. *p. tract.* 4. *diſp.* 3. *q.* 18. His adiungo Stephanum Banny ita dicentem: Si tamẽ eo tempore (*videlicet, Interdicti*) ob morbum, vel ſimilem aliquam cauſam, Sacramenta alia ab iis non poſſent recipi, tum enimuerò Extremæ Vnctionis negandum illis non foret, eo quòd non ſit probabile, Eccleſiam priuare tum velle aliquem, neceſſario ad ſalutem remedio, cuiuſmodi eſt Extrema Vnctio in caſu, quod non contritio, ſed ſola attritio eius animum occupat. Sic ille. *q.* 15. *col.* 2. *pag.* 411. Caſtrus Palao *diſp.* 4. *punct.* 4. §. 1. *n.* 20. & penes ipſum Capeauilla, & Laymannus.

QVÆSTIO XXXVII.

An ſaltem Clericis, & Religioſis poſſit dari Extrema Vnctio, tempore Interdicti?

Affirmauit Palud. *in* 4. *diſp.* 18. *q.* 8. *n.* 28. Eò quòd in cap. *Quod in te, cit.* conceditur his Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiaſtica ſepultura, tempore Interdicti: ergo ſub illa comprehenditur Vnctio, quæ eſt veluti præparatio ad illam.

Sed, vt certum, reſpondeo: Non poſſe dari Clericis; imò nec Religioſis, vi iuris communis; quamuis benè ex vi priuilegiorum, quæ habent Religiones. Ratio deſumitur ex eodem cap. *Quod in te.* Nam cum ex duobus ibi propoſitis, generaliterque vetitis, vnum concedat Pontifex, nempe, ſepulturam, & de altero; nempe de Vnctione, taceat, illud planè negare voluit vt in ſimili arguit D. Greg. *Hom.* 18. *in Euang.* Et meritò quidem, ex hoc refellitur argumentum Paludani. Præcipuéque, ex eo, quod cùm minor ſit vtilitas Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quàm Extremæ Vnctionis Sacramenti; non rectè ex permiſſione minoris, infert maius. Sic Suarez *diſp.* 33. *ſect.* 1. *n.* 41. Alterius *diſp* 4. *cap.* 5. *col.* 12. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 45. *n.* 4. ita dicens: Sacramentum Extremæ Vnctionis, cum nõ cadat ſub præcepto, conferri non poteſt, etiam Clericis Presbyteris: ſed Religioſi habent priuilegium id recipiendi, vt communionem. Sic ille. Et penes ipſum, *lit. H.* Nauarr. Ioan Andr. Anton. Angel. Abbas, Calder. & alij. Palao etiam *loc. cit. n.* 17. *&* 19. Bonacina *diſp.* 5. *punct.* 5. §. 3. *n.* 4. & omnes.

QVÆSTIO XXXVIII.

An ſaltem poſſit tempore Interdicti, miniſtrari Vnctio, in quatuor illis anni feſtiuitatibus, in cap Alma, *exceptis?*

Affirmauit Syluester *Interdictum* 5. §. *verſ. Poteſt autem.* ſecutus Federicum de Senis *cõſil.* 3. Cuius ſententiam eſſe probabilem expreſsè dicit Machado *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 1. *p.* 3. *tract.* 13. *docum.* 4. *n.* 9. Et innuit Gemin *in cap. Alma. n.* 8. *verſ. Et iſta videtur verior.*

Sed tanquam certum, reſpondeo: Non poſſe. Quia *in cap. Alma*, non tractatur de Extrema Vnctione ſed de diuinis Officiis, quod quid diuerſum eſt: ergo nequit illa miniſtrari in dictis diebus: aliàs idem eſſet dicendum de omnibus Sacramentis; quamdiu de illis nulla fiat mentio, quod eſſe falſum, conſtat ex dictis

q. 28.

Digitized by Google

q.28. Et ideò ſic tenent Conarr. *in cap. Alma, p.2.§.5. n.6. verſ. Decimò.* Franc. & Calder. *in eod. c.* quos citat. & ſequitur Alterius *de interd. diſp.4.c.5. in fine.* Suarez *diſp.33. ſect.1. n.43. in fine.* Filliucius *loc. cit. n.48.* Vgolinus, & Sayrus, quos affert. & ſequitur Bonac. *punct.3. de Interd. §.3. n.7.* Villalob. *tom.1. tract.19. diff.3. n.13.* Corneio *de Interd. diſp.2. §.1. dub.5.* Palao §.1. *cit. n.18.* dicens, oppoſitum nullatenus eſſe ſuſtinendum: & omnes communiter

QVÆSTIO XXXIX.

An Interdictus perſonaliter, poſſit recipere Extremam Vnctionem, in loco non interdicto?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia Interdictum perſonale ſiue generale, ſiue ſpeciale, afficit perſonas, & ideò in illis independenter à loco, ſuum producit effectum, qui, inter cæteros, vnus eſt priuatio Sacramenti Extremæ Vnctionis. Sic omnes. Suarez *loc. cit.* Alterius *dub.1. in fine,* Bonac. *n.5.*

QVÆSTIO XL.

An in loco interdicto poſſit miniſtrari Vnctio perſonis non interdictis?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia in loco interdicto Sacramenta miniſtrari nequeunt, vt habetur *in cap. Reſponſo. de ſent. excomm.* (excipe caſum expreſſum *q.56*) Sic Doctores cit. præcipuè Alterius. Qui benè addit, nil obſtare, quod extra locum interdictum, adminiſtretur hoc Sacramentum perſonis perſonaliter non interdictis, aut innocentibus, qui non dederunt cauſam Interdicti, vt diximus *ſupra de Ordine, q.30.*

DISPVTATIO VI.

De tertio effectu Interdicti, qui eſt priuatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ.

QVÆSTIO I.

An per generale Interdictũ, prohibeatur directè, & ſpecialiter, ne cadauera fidelium admittantur ad Eccleſiaſticam ſepulturam?

NEGANT aliqui Doctores, exiſtimantes, non prohiberi corporibus fidelium defunctorum per generale Interdictum directè, & in ſpecie, Eccleſiaſticam ſepulturam; ſed hanc prohibitionem oriri, quaſi indirectè, & acceſſoriè, vel ex prohibitione diuinorum Officiorum, vel ex prohibitione Sacramentorum. Ita ſentiunt Calder. *tract. de Interd. part. 2. n.15. verſ. Quia non eſt verum.* D. Anton. *3. p tit.26. cap.4. ante medium, verſ. Moneor ad dicendum,* & Tabiena *Interdictum 5. n.12. verſ. Vndecimò.*

Sed, tanquam certum, reſpondeo dicendum, quod per generale Interdictum, non ſolum Indirectè, ſed directè etiam, & ſpecialiter prohibeatur Eccleſiaſtica ſepultura, ſicut prohibetur celebratio diuinorum Officiorum, & adminiſtratio Sacramentorum. Quia id apertè conſtat ex cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* ibi: *licèt per generale Interdictum denegetur omnibus tam Vnctio, quam Eccleſiaſtica ſepultura,* &c. Et ex cap. *Cum & plantare; §. Quod ſi,* & cap. *Vt priuilegia, de priuileg.* Iunctis Gloſſ: Sic tenet communis. Legantur inter alios, Alterius *de Interd. diſp.6. cap.1. col. 1.* & Suarez *diſp.35. ſect.1. in principio.*

QVÆSTIO II.

An per Interdictum generale locale prohibeatur, ne quis laicus Eccleſiaſticam ſepulturam in loco interdicto accipiat?

RESpondeo tanquam certum: Prohiberi. Sic habetur in locis iuris nuper citatis. Et *in Clement. de ſepultur.* & cap. *Epiſcoporū, de priuileg. in 6.* Qui id ſtatuerunt ob maiorem rigorem Eccleſiaſticæ Diſciplinæ. Sic ex iuribus cit. docent omnes DD. Legantur Suarez, & Alterius.

QVÆSTIO III.

An tempore Interdicti generalis localis, poſſint laici ſepeliri in loco interdicto; dummodo non ſit locus ſacer?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia per Interdictum, non prohibetur omnis ſepultura, ſed tantũ Eccleſiaſtica, quæ, vt aliàs diximus, eſt illa, quæ fit in loco ſacro, hoc eſt, in Eccleſia, vel cœmeterio: ergo ſepultura extra Eccleſiam, vel cœmeterium, erit permiſſa. Sic omnes. Legantur Nauarr. *cap.27. n.176.* Henriquez *lib.13. c.44. n.4.* Suarez *diſp.35. ſect.1. n.3.* Alterius *diſp.6. cap.1. col 3.* Bonac. *punct.5. num.6. verſ. Quintò,* & alij. Legantur pro hac quæſtione dicta à nobis *diſp.8. de excommun. q.5.*

QVÆSTIO IV.

An laici, qui tempore dicti Interdicti localis, ſepulti ſunt in campo, aut alio in loco non ſacro; debeant, ſublato Interdicto, exhumari, & in loco ſacro ſepeliri?

RESpondeo tanquam certum: Debere. Quia ſublato interdicto, ceſſat etiam illius effectus. Sic Nauarr. *c.27. n.176* Henriquez *lib.13. cap.44. n.5.* vbi ait ſic practicari. Sà *verb. Interdictum. n.25.* Auila *p.5. diſp.4. ſect.2. dub.2. verſ. Præterea,* Bonac. *punct.5. num.8.* Alterius *diſp.6. cap.1. col.4.* & penes ipſum, Innocent. Hoſtieſ. Calder. Abbas, Syluest. Tabiena, & alij. Palao *diſp.4. punct.4. §.3. n.1.* & omnes.

QVÆSTIO V.

An laicus, qui dicti Interdicti tempore, fuit ſepultus illicitè in Eccleſia, aut alio loco ſacro interdicto, debeat, durãte Interdicto, exhumari, vt ſepeliatur in loco prophano, & nõ ſacro?

NEgatiuam ſententiam eſſe aliquorum Doctorũ, affirmant Bonac. *loco cit.* Quibus adhærere videtur Hurtad. *de Interd. diff.9. n.29.* vbi abſolutè ait: quod interdictus ſemel ſepultus, quamuis illicitè, non eſt exhumandus.

Sed cum diſtinctione, reſpondeo dicendum, quod laicus, qui adhuc nec dedit cauſam culpabilem Interdicto, nec eſt interdictus, & nihilominus ſepultus eſt illicitè in loco ſacro interdicto, ſi id aduertatur, durante interdicto, debet exhumari, vt ſepeliatur in loco non ſacro: quia tempore Interdicti afficitur effectu Interdicti, qui eſt priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ: ergo debet exhumari, vt ea careat; & in hoc benè Bonacina *loc. cit* ex Sayro *cap.8. n.21.* Si verò id aduertatur poſtquam ceſſauit Interdictum, tunc non debet exhumari, ſed potius permitti ibi manere: quia ad eũ ſtatum

Digitized by Google

ſtatum res peruenit,à quo incipere potuit,cap. *Placet de conuerſ.coniug.* & l. *Quia ad eum.ff. ad leg. Aquil.* Sic Syluest. Tabiena. Sotus, Nauarr. & Couarr quos affert, & ſequitur Henriquez *lib.* 13 *c.*44.*n.* 4. Auila *p.*5.*diſp.* 4.*ſect.*2.*dub.*2.*concl.*2. Alterius *diſp* 6.*c.*1.*col.*4. & alij. Legantur dicta *diſp.*8.*de excommu.q.*7.

QVÆSTIO VI.

An tempore Interdicti localis, licitum ſit, tradere ſepulturam Eccleſiaſticam in loco ſacro interdicto, infantibus baptizatis?

RESpondeo non eſſe licitum: Quia iura abſolutè, & ſimpliciter loquuntur probibendo omnibus Eccleſiaſticam ſepulturam: & hic actus æquè locum habet in infantibus, ac in adultis. Nam cadauer quod ſepelitur, merè paſſiuè ſe habet, nec ad hunc actũ requiritur vſus rationis. Sic communiter. Suarez *diſp.* 35.*ſect.*1.*num.*1. Alterius *diſp.*6.*c.*1.*col.*5. & penes ipſum, Nauarrus *c.*27.*n.*168. Couarr. *in cap. Alma, p.*2.§. 4 *n.*5. Henriquez *lib.*15.*cap.*42.*n* 4.& *c.*44.*n.*4. & alij citati à nobis ſuprà *diſp.*1.*q.*35. Legantur *ibi* dicta.

QVÆSTIO VII.

An Clerici poſſint, interdicti localis tempore ſepeliri in loco ſacro interdicto?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe ſepeliri in loco ſacro Interdicto, etiam ſpecialiter; dummodo id fiat ſine ſolemnitate, & ſine ſono campanarum. Quia ſic habetur in cap. *Quod in te, de pœnit. & remiſſ* vbi Pontifex duas requirit conditiones, vt Clerici tempore Interdicti ſepeliri in loco ſacro, & priuilegio hoc iuris gaudere queant. *Prima eſt*, quod non dederint cauſam Interdicto, aut ſint perſonaliter Interdicti. *Secunda*, quod Interdictum ſeruauerint, *licèt autẽ*, (ait Innocent. III.) *per generale Interdictum denegetur omnibus, tam Vnctio, quàm Eccleſiaſtica ſepultura: concedimus tamen ex gratia vt Clerici decedentes, qui tamen ſeruauerint Interdictum, in cœmeterio Eccleſiæ, ſine campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolemnitatibus omnibus, cum ſilentio tumulentur.* Sic Pontifex. Et ſic omnes. Legãtur Nauarr. *cap.*27.*n.*179. Henriquez *lib.*13. *cap.* 44. *n.* 4. Suarez *diſp.*35.*ſect.* 1. & 3. Auila *part* 5.*diſp.*4.*ſect.* 3. *dub.*2.*concl.*3. Alterius *diſp.*6.*c.*1.*col* 5.*dicto* 3. Bonac. *de Interd. punct* 5.*n.*13. Hurtad. *diff.*9.*verſ. Excipiuntur*, & Palao *diſp.*5.*punct.*4.§.3.*n.*2.

QVÆSTIO VIII.

An Interdicti localis tempore, non ſolùm in cœmeterio, ſed etiam in Eccleſia interdicta, liceat ſepelire Clericos?

NEgant aliqui Doctores, eò quòd, vt vidimus, expreſsè textus dicat, quod in cœmeterio Eccleſiæ tumulentur: ergo non in Eccleſia. Ita videntur ſentire Hurtad. *diff.*9. & Luyſius *lib.*6.*diſp.*50.*dub.*1.

Sed probabilius multo reſpondeo: Iam licere, etiam in Eccleſia, tempore Interdicti, ſepelire Clericos. Tum quia in cap. *Quod in*, nomine *cœmeterij*, intelligitur omnis locus ſacer ad fidelium ſepulturam deſtinatus. Pontifex autem vſus eſt nomine cœmeterij, quia olim fideles in cœmeterio ſepeliebantur, intra Eccleſiam verò, tantùm perſonæ inſignes. Tum etiam, quia, vt Henriquez, ex cõſuetudine iam nunc intra Eccleſiam Clericos ſepelire omnino licet. Sic ille, *lib.*13.*cap.*44. *n.*4. Couarr. *in cap. Alma, p.*2 §.*n.*7.*verſ. Clericis etiam*, licèt hic author non ita expreſsè id affirmet, vt alij faciunt. Auila *p.*5.*diſp.*4.*ſect.*3.*dub.*2.*poſt* 3.*concl.* Suarez *diſp.*35.*ſect.*1.*n.*5.*verſ Tandem additur* Alterius *diſp.*9. *cap.*1.*col.*8.*verſ. Tertio principaliter.* Filliuc. *tract.*17.*c* 4. *quæſ.*2.*n.*94 (non 98. vt citatum inuenies apud Bonacinam) Bauny *tr. de Interd.q.*16.*dicto* 3 Bonac. *punct.*5. *n.* 13. Palao §.3.*cit.n.*3. & excommunis.

QVÆSTIO IX.

An Clerici aliarum Eccleſiarum non interdictarum, poſſint, ex vi dicti cap. Quod in te, *ſepeliri in Eccleſia interdicta ſpecialiter?*

NEgant quidam Doctores; eo quod in tali caſu, optimè poſſunt Clerici aliarum Eccleſiarum non interdictarum, ſepeliri in illis: ergo non patitur ratio, quod hi ſepeliantur in Eccleſia ſpecialiter interdicta. Ita Panorm. *in d. cap. Quod in te.* Syluest. *Interdictum* 5. *ad fin.* Couarr. *verſ. cit.* Henriquez *n* 4 *cit* Innocent. & Ioan. Andreas, apud Abbatem *loc. cit.* Tabiena *Interdictum* 5.*num* 12. Suarez *diſp.*35.*ſect.*2.*n.* 4. *verſ Ex hac verò doctrina.*

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe adhuc ex vi dicti cap. ſepeliri in Eccleſia ſpecialiter interdicta (licèt ſi commodè poſſet, decentius eſſet quod ſepelirentur in propria Eccleſia non interdicta.) Quia textus nullam ponit limitationem, aut reſtrictionem: ergo nec nos eam ponere debemus. Sic Auila *p.*5.*diſp.*4 *ſect.* 3.*dub.* 2.*concl.*3.*verſ. Secundò notandum.* Alterius *diſp.*6. *cap* 4. *dicto* 3. Filliuc *tract.*18.*cap.*4.*q.*4.*n.*98 ex Palud. *diſt.*18. *q.*8.*art.*2.*concl.* 10. Palao *diſp.*5 *punct.*4.§.3.*n.*8.*verſ Si verò Clerici*, citans pro hac parte Sayrum *lib.*5.*cap.*8. *n.*13. & Suarium *n.* à nobis pro prima ſententia citatis. Sed malè profectò. Legantur dicta à nobis ſuprà *diſp.*5.*q.*2.& 11.

QVÆSTIO X.

An tempore Interdicti, poſſint ſepeliri Clerici cum Officio, & Miſſa defunctorum?

AFfirmauit abſolutè D. Anton 3.*part.tit.*26.*cap.*4. *verſ. Clericis verò.* Quia exiſtimauit, non ſolum ex vi cap *Alma*, ſed etiam ex vi cap. *Quod in te, cit.* id fuiſſe licitum.

Sed clarius reſpondeo dicendum, quod attento iure antiquo, dicti cap. *Quod in te*, nullo modo poſſunt ſepeliri cum Officio, & Miſſa defunctorum, quia expreſsè ibi decernitur, vt ſepeliantur *cum ſilentio, ſine pulſatione campanarum, & abſque ſolemnitate.* Benè tamen attento iure nouo cap. *Alma* Quia ex diſpoſitione huius capitis, omnes qui ſepeliuntur intra Eccleſiam, in loco ſacro, poſſunt ſepeliri cum Miſſa, & Officio defunctorum, ſeruata moderatione dicti capitis, nempe, vt dicantur ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, &c. Sic Angel. *Interdictum* 6. *num.* 31. Syluester *Interdictum* 5. *quæſt.*8: Armilla *eod. verb.num.*48. Henriquez *lib.*13.*cap.*44.*num.*4. *in gloſſ. lib.* 6. Auila *part.*5.*diſput.*4.*ſect.*3. *dub.*2.*poſt* 3. *concluſ. verſ. Tertiò notandum.* Suarez *diſp*.35. *ſect.*1. *num.*9. Filliucius *tract.*18.*c.*4.*quæſ.*1.*num.*92. Alterius *diſp.*6. *cap.* 1. *prope finem.* Bonacina *punct.* 5. *de Interdicto, num.*13 Hurtadus *diff.*9.*num.*19. Bauny *tract. de Interd. quæſt.* 21. *dicto* 6. Quia benè notat, quod in quatuor illis feſtiuitatibus Paſchæ, Pentecoſtes, Natalis Domini, & Aſſumptæ Virginis licitè poſſunt exequias defuncti Clerici ſolemniter fieri, apertis ianuis, pulſatione campanarum, &c. Quod & docet Palao *loco citato, n.* 4.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XI.

An etiam ſit licitum, dicere huiuſmodi officium Defunctorum, vel Pſalmos, alternis choris, per viam deferendo corpus defuncti Clerici ad ſepulturam?

RESpondeo vt quid certum: non eſſe licitum: ſicut nec eſt etiam, dicere hæc officia in Cœmeterio, ſi ibi ſepelitur, caſu quo Cœmeterium ſit publicum, & ita apertum, vt ianuis claudi non poſſit. Ratio eſt, quia in his caſibus, non poſſet ſeruari illa conditio, quam requirit textus in cap. *Alma*, nempe, vt diuina Officia celebrentur, clauſis ianuis, ita vt audiri nequeant à perſonis prohibitis. Sic Suarez *diſputat.35. ſect.1.n.10.* & Alterius ex illo non citato, *cap.1.cit.in fine.* Qui bene addunt, hanc reſponſionem intelligendam eſſe de Officiis Eccleſiaſticis, quæ à Clericis publico ritu dici ſolent; nam preces priuatæ, quæ à laicis recitari ſolent, recitari tunc poterunt, quia non ſunt prohibitæ tempore Interdicti. Bauny *quæſt. 16. cit. in fine.* Portellius *in dub. regul. verb. Interdictum num.43.* & alij.

QVÆSTIO XII.

An Clericus coniugatus gaudeat, tempore Interdicti localis, priuilegio ſepulturæ?

NEgant gaudere, niſi fortè alicubi vigeat conſuetudo contraria, Nauar. *cap.71.n.176.* Henriquez *lib.13.cap.44.num.4.* & alij, quos in ſimili citauimus ſuprà *diſput 4 quæſt.39.*

Sed probabiliùs iuxta ibi dicta reſpondeo: gaudere hoc priuilegio ſepulturæ, caſu tamen, quo Clericus coniugatus cum vnica, & virgine contraxerit Matrimonium, ſitque adſcriptus alicuius Eccleſiæ Miniſterio: aliàs non. Ratio, quia huiuſmodi Clerici non bigami, poſſunt aſſiſtere diuinis Officiis tempore Interdicti, vt *q.39.cit.* diximus: quia ſunt deputati Miniſtri Eccleſiæ: ergo ſimili modo debent gaudere priuilegio ſepulturæ, cũ conceſſum ſit Clericis, vt Miniſtris Eccleſiæ. Sic debent ſentire, vt benè Suarez qui ſentiunt, licitè poſſe admitti Clericos coniugatos ad diuina, tempore Interdicti. Et ideo pro hac parte debent eſſe, Auila, Rodriguez, Sotus, Ægidius, Bonacina, & alij citati ſuprà *diſp.4.q 39.* Legantur adhuc Alter. *diſputat.6.cap.1.col.8.verſ. Sed quid dicendum.* Bonacina *punct.5.in fine.* Auila *p.5.diſp.4 ſect.3.dub.2.concluſ.4.in fine.* Gaudent igitur priuilegio ſepulturæ omnes Clerici, etiam primæ Tonſuræ, necnon coniugati, qui ſunt adſcripti alicui Eccleſiæ, Religioſi, ac Moniales, ac aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ iuxta dicta ſupra in ſimili *diſput.4.quæſt.38.& 39.*

QVÆSTIO XIII.

An in illis feſtiuitatibus, in quibus, iuxta cap.* Alma, *licitum eſt aſſiſtere diuinis Officijs, tempore Interdicti localis; liceat etiam, abſque ſpeciali priuilegio, ſepelire laicos, in loco ſacro?

AFfirmant plures Doctores. Eo quod prohibitio Eccleſiaſticæ Sepulturæ tẽpore Interdicti, prouenit ex eo quod dicto tempore Officia diuina celebrari non poſſunt: ſed Officia diuina celebrantur dictis feſtiuitatibus, ex d. cap. *Alma*: ergo conſequenter ſepultura Eccleſiaſtica in præfatis diebus permiſſa erit. Ita Angel. *verb. Interdictum 5.n.34.* Sylu. *Interdictum 5. §.4.verſ. Quartum.* Tabiena *eod.verb.n.12* Sot. *diſt.22. q.3.art.1.poſt 4.concl....* Nauar. *cap.17. n. 181. in fine.* Couar. *in cap. Alma, p.2 §.5 n.6. verſ. Octauò quæritur.* Henriq. *lib.13.cap.44.n.5.* Sà *verb. Interdictum, num.8.* Diana *part.5.tract.10.reſolut.67.* Qui & citat Auilam, *p.5.diſput.4.ſect.3.dub.4.concl.1.* Sed malè. Quia ibi loquitur de alio caſu, de quo infrà, & de noſtro, oppoſitum apertè docet, vt ſtatim videbimus Bonac *punct.5. de Interd.num.7.* Sayrus *lib.5.cap.8.num.11.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non licere in dictis feſtiuitatibus ſepelire laicos in loco ſacro, abſque ſpeciali priuilegio. Sic Auila *ſect.3. citata dub. 3.* Qui id probat, & efficaciter, vt ipſe ait, ex cap. *Cum & plantare*, §. *Quod ſi Templarij.* Vbi decernitur, quod ſi Templarij, & Hoſpitalarij acceſſerint ad Eccleſiam interdictam ſemel in anno, celebrentur Officia diuina publicè, apertis ianuis, ob eorum iucundum aduentum (vt explicatur cap. *Vt priuilegia, §. Illud, eod tit*) & tamen dicit textus, quod non ſunt ſepelienda corpora defunctorum, intellige, laicorum, vt habetur ex Gloſſa *dicto cap. Cum & plantare, verb. Defunctorum*: ergo idem dicendum eſt de illis feſtiuitatibus, quas excipit cap. *Alma.* Sic ille.

An fundamentum contrariorum neganda eſt maior; quia vt *ſup q.1.* eſt habitum, non ſolum per accidens, ob prohibitionem diuinorum Officiorum, ſed per ſe, & ſpecialiter prohibetur ſepultura Eccleſiaſtica per Interdictum locale, & ideo etiamſi excipiantur celebrari publicè diuina Officia in illis feſtiuitatibus, non colligitur, quod excipiatur etiam ſepultura in loco ſacro. Sic tenent Gloſſa *in Clement.1, de ſepultur. verb. à iure.* Cardin. Gemin. Ioan. Andr. Francus. Ioan. de Ligna, Federicus de Senis, Villadiego, & Paludan. quos citat, & ſequitur Alterius *diſp.6. de Interd.cap.3. verb. Ex his duabus opinionibus.* Imola, & Abbas, quos refert, & amplectitur Auila *loc.cit.* His addi poſſunt ex modernioribus Suarez *diſp.35.* (non 38. vt legi apud Dianam) *num.13* qui ait ſic etiam ſentire Couar. licèt non omnino conſtanter in cap. *Alma, p.2.§.5.num.6.* Filliuc. *tr.18 c.4.n.96.* Ægid. *diſp.17.dub.2.n.55.* Hurtad. *diffic.9.verſ. Id verò.* Præpoſ. *in 3.p.q 4 de Interd dub.3. n.42.* Mercer *q.24.de Interd.dub.4.* Corneio *tr.5.de Interd.diſp.2.§.3.q.1.* (non *diſp.3.§.4.* vt citat Dian.) Villal. *tom.1 tract.19.diffic.8 n.4.* Bauny *quæſt.17 de Interd. dub.9. verſ. Quid ſi diem ſuum.* Palao *diſput.5. punct.4. §.3.num.5.* & Vgolinus, & Maiolus penes ipſum.

QVÆSTIO XIV.

An laici, qui habent priuilegium particulare, vt tempore Interdicti, poſſint aſſiſtere diuinis Officijs, & recipere Sacramenta; poſſint etiam ſepeliri in loco ſacro, quamuis tale priuilegiũ nullam faciat mentionem ſepulturæ?

AFfirmant, & à fortiori, omnes DD. citati pro prima ſententia *quæſt. præcedentis.* Quibus adhærent Auila *ſect.3.cit.dub.4.concl.1.* Ægid. *loc.cit.n.52.* & alij. Eo quod ſepultura Eccleſiaſtica connumerari poteſt inter diuina Officia: ergo comprehenditur, ſub generali conceſſione aſſiſtendi diuinis Officiis.

Sed adhuc probabiliùs reſpondeo: non poſſe. Quia priuatio ſepulturæ diſtinctus effectus interdicti eſt à priuatione diuinorum Officiorum, & receptione Sacramentorũ vt conſtat ex cap. *Epiſcoporum, de priuileg.* ergo vno ex his expreſſo, alij non continentur in illo. Vgolin. *tab.5.cap.9.§.3.* Suar. & Couar. *locis* pro noſtra ſententia nuper *cit.* Alter. *diſp.6.cap.2.col.3.verſ. Dico ſecundò.* Palao *loc.cit.n.7.* Maiolus *lib. 3. de irregularit. cap.23.n.8.* Filliuc. *cap.4.cit.q.3.num.96.* Qui reſpondet fundamento contrariorum, dicendo, falſum eſſe, ſepulturam contineri ſub Officio diuino, quia ſunt diuerſa, & à diuerſis non fit illatio. Sic etiam tenent alij ex citatis pro noſtra opinione *quæſtionis antecedentis.*

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XV.

An perſonaliter interdictus, per Interdictum generale perſonale, poſſit licitè ſepeliri in loco ſacro?

NEgant aliqui de quorum numero videntur eſſe Sylueſt. *Interdictum 5. quæſt. 2. part.* 4. & Auila *part. 5. diſput. 4 ſect. 3. dub. 1. concluſ. 1.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe. Quia poſt Extrauagantem Martini V. *Ad euitanda*, non tenemur vitare perſonaliter Interdictum, niſi fuerit nominatim è Superiori loco denunciatum: ergo nec in ſepultura Eccleſiaſtica; nam quibus viuis communicamus, etiam mortuis communicare poſſumus, cap. *Sanè 24. quæſt. 2*. ſepeliri ergo licitè à quouis poterit in loco ſacro. Imò & conſequenter in loco interdicto, antequam locus denuncietur interdictus. Sic Suarez *diſput. 25 ſect. 3 num. 2.* Sayrus *lib. 5. cap. 8. n. 2.* Filliucius *tractatu* 18. *cap.* 5. *numero* 100. Reginaldus *lib. 32. tract. 3. cap. 29. num.* 38. Sà *Interdictum, num.* 3. Bauny *tractatu* 9. *de Interd quæſt.* 15. *dicto* 1. Bonacina *puncto* 5. *num.* 10. Corneio *diſputat.* 3. *de Interd.* §. 3. *quæſt.* 2. Hurtadus *difficultate 6. verſ. Excipiuntur, in fine.* Alterius *diſputat. 6. cap. 5.* & alij.

QVÆSTIO XVI.

An etiam perſonaliter interdictus nominatim, vel ſpecialiter, poſſit in loco ſacro ſepeliri?

REſpondeo tanquam quid certum: non poſſe. Quia id cauetur expreſsè in cap. *Is cui, de ſen.. excommunic. in* 6. cap. *Epiſcoporum, de priuileg.* 6. & *in Clement. 2. de ſepultur.* ibi: *Vel nominatim interdictus.* Omnes igitur, ſiue ſint laici, ſiue Clerici, qui ſunt nominatim, aut ſpecialiter interdicti; aut qui cauſam Interdicto locali dederunt, & culpabiles fuerunt, qui etiam perſonaliter ſpecialiter interdicti dicuntur, carent Eccleſiaſtica ſepultura. Sic omnes Doctores. Legantur *citati.*

DISPVTATIO VII.

De quarto effectu Interdicti, qui eſt priuatio ingreſſus in Eccleſiam.

QVÆSTIO I.

An Interdictum priuans ingreſſu Eccleſiæ, ſit effectus cuiuſcunque Interdicti perſonalis, vel nouum genus Interdicti?

AFFIRMAT eſſe effectum Interdicti perſonalis abſolutè prolati, Burgaſius *tract. de irregularit. part. 6. num.* 21 Quia aliàs, inquit, dici neceſſariò foret, quod eſſet nouum genus interdicti, & conſequenter Cenſuræ diſtinctum ab aliis Cenſuris, quod eſt falſum: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod nullo modo ſit effectus interdicti perſonalis, (& multò minus localis) ſed quoddam peculiare genus interdicti probatur. *Primò*, quia quando iura interdicunt aliquem ab ingreſſu Eccleſiæ, id exprimunt, vt conſtat ex cap. *Si Ciuitas*, cap *Si ſententia, de ſentent. excom.* cap. *Is cui, eod. tit. in* 6 ergo quando hunc effectum non declarant, illum non faciunt *Secundò*, quia Interdictum perſonale priuat participatione diuinorum in omni loco, hoc autem ſolum priuat in Eccleſia: ergo. Sic Suarez *diſp. 35. ſect.* 4. Alterius *diſp. 7. c. 1.* Filliuc: *tract. 18. cap. 4. q. 6. n. 102.* Bauny *de Interd. q. 17. dub* 4. Palao *diſput. 5 punct. 4. §. 4. num.* 1. & alij.

QVÆSTIO II.

An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit extrà Eccleſiam exiſtens, audire diuina, quæ intra Eccleſiam celebrantur?

AFfirmare quis, & probabiliter, poteſt. Quia iſte talis non ingreditur Eccleſiam: ergo non violat Interdictum, quo ſolùm priuatur ingreſſu Eccleſiæ. Ita videntur ſentire Auila, & Henriquez, mox *quæſt. ſequenti, citandi.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe. Quia præfatus, quamuis non ſit intra Eccleſiam materialiter, & quoad corpus, eſt tamen formaliter ſenſu, & animo. Præſertim, quod ex vi huius interdicti, id principaliter prohibetur, vt nimirum, non ſit particeps eorum, quæ in Eccleſia fiunt. Ex quo fit ſatis ad fundamentum pro oppoſito adductum. Sic Suar. *diſp.* 35. *ſect. 4. n. 7.* Alter. *diſput. 7. cap. 1. col.* 4 Filliucius *tract.* 18. *cap. 4. q. 6. n.* 104. Bonac. *punct. 5. de Interd. num.* 11. *in fine.* Reginaldus *lib.* 32. *tractatu* 3. *cap.* 29. *numero* 41. Bauny *quæſt. 17. dict.* 2. Baſſæus *Interdictum 2 num.* 24. Palao *diſputat. 5 punct. 4. §. 4 num.* 4. Gemin Antonin. Sylueſter, Vgolinus, & Sayrus apud illum.

QVÆSTIO III.

An Sacerdote celebrante intra Eccleſiam poſſit Subdiaconus, aut Diaconus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, exiſtens extra Eccleſiam, canere Epiſtolam, vel Euangelium?

AFfirmat Auila *parte. 5. diſput. 4 ſect. 3. dub. 5. poſt concluſ. 5.* ex Henriquez *lib.* 13. *cap.* 43. *in Gloſſa litera R. numero* 3. (non 4. vt legi apud Palao.) & alij.

Sed probabilius, & conſequenter ad dicta reſpondeo: non poſſe, abſque eo quod violet Interdictum, & deinde, incurrat irregularitatem. Quia licet corporaliter videatur miniſterium Subdiaconi, vel Diaconi exerceri extra Eccleſiam; tamen moraliter intra Eccleſiam fieri cenſetur: quia ſacrum ipſum, cui miniſtrat, intra Eccleſiam fit, & ad illud cooperatur, & totum illud miniſterium eſt vnum Officium. Sic Sylueſter *Interdictum 6. §. 6.* & ex illo Suarez *loco citato, num.* 8. Calder. *tract. de Interd. part. 1. num* 48. Gemin. & Francus *in cap. Is cui, de ſentent excom in 6.* D. Anton. 3. *part. tit. 26 cap. 2. §* 2. Alterius *diſputat. 7. cap. 1. col. 5. verſ. Obijciet quis.* Palao cum aliis citatis nuper pro noſtra ſententia.

QVÆSTIO IV.

An ſaltem contrà, Sacerdote extra Eccleſiam celebrante, poſſit Subdiaconus, vel Diaconus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, canere Epiſtolam, aut Euangelium intra Eccleſiam, abſque violatione interdicti, & incurſione irregularitatis?

AFfirmat adhuc ex Henriquez, Auila *loco citato*, quamuis ob defectum impreſſionis contrarium exprimat.

Sed conſequenter, probabiliùs reſpondeo; non poſſe, abſque violatione interdicti, & incurſione irregularitatis. Quia licet Miſſam extra Eccleſiam dicatur, tamen de facto actio miniſtrorum ſit in Eccleſia,

cleſia, quod ſufficit ad violandum Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ latum, & ad incurrendam conſequenter irregularitatem, ob ſolemnem adminiſtrationem Ordinis. Sic Suar. Alter. & alij nuper citati.

An in præfatis caſibus, non ſolum Subdiaconus, aut Diaconus incurrit irregularitatem; verùm etiam, ipſe Sacerdos celebrans?

QVÆSTIO V.

AFfirmat Syluester *loc. cit.* his verbis: Preſbytero celebrante Miſſam in Eccleſia, ſi Subdiaconus, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, dicit Epiſtolam extra Eccleſiam in illa Miſſa, vel Diaconus ſic interdictus Euangelium, ipſe Preſbyter ſcienter tales vt *ſup.* admittens, eſt irregularis participando in crimine criminoſo, quod participium videtur eſſe in Eccleſia: quia & illi eo caſu efficiuntur irregulares, propterea quod vnum eſt officium, & principaliter in Eccleſia celebratum, cui in actu ſibi prohibito cooperantur, *diſtinct.* 50 *ſi quis vidua.* Si verò è contrario Subdiaconus, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, dicit Epiſtolam in Eccleſia in Miſſa, quam Sacerdos celebrat extra Eccleſiam, irregularis eſt: quia in Eccleſia verè & de facto id fecit, & ſic in loco prohibito, cap. & *Is qui, de ſentent. excommun. lib. 6.* & idem de Diacono, & Euangelio. Preſbyterum autem Sum. Roſ. non audet dicere irregularem, licet videatur participare in culpa, ne principale, vel dignius trahatur ad acceſſorium, vel minus dignum. Ego verò dico, quod irregularis, quia æquè, vel magis participat, ſicut in priori caſu, quo idem dixit irregularem. Regula autem iuris, *quod acceſſorium naturam ſequi congruit principalis*, fallit, vbi eſt periculum animæ: *vt de iureiur. debitores*, & cap. *Cum contingat.* Et prætetea celebrationi non accedit cum iſto Subdiacono, quia celebrari poteſt cum alio, vel ſine. Hucuſque Syluester.

Sed probabiliùs reſpondeo: nullo modo in præfatis caſibus, Sacerdotem celebrantem incurrere irregularitatem, ex eo, quod participet cum Miniſtris in crimine; vt ait Syluester. Quia nulla irregularitas (ait Suarez) eſt in iure lata contra ſic participantes, ſed ſolùm contra ipſum Clericum violantem Cenſuram, qua ipſe eſt ligatus, vt patet ex dict. cap. *Is cui.* Niſi ergo ipſe Sacerdos ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus ſit, hanc irregularitatem non incurrit. Et tunc neceſſe eſt, vt intra Eccleſiam ſacrum faciat. Nam ſi extra Eccleſiam diceret, licèt Diaconus: verbi gratia, intra Eccleſiam caneret Euangelium, Sacerdos non fieret irregularis: quia principalis actus eius, extra Ecclaſiam fit. Sic Suarez *diſputatione* 35. *ſectione* 4. *numero* 8. Alterius *diſputatione* 7. *cap.* 1. *in fine.* Henriquez *lib.* 13. *capite* 43. *numero* 3. Auila *parte* 4. *diſputatione* 4. *ſectione* 3. *dubio* 5. *concluſione* 5. *verſ. Sed mihi videtur.*

QVÆSTIO VI.

An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit in Cœmeterio Miſſam dicere, aut illam, & alia diuina, audire, ſi ibi dicantur?

NEgat apud Dianam, Villalobos *tomo* 1. *tract.* 19. *difficultate* 9. *numero.* 5. per hæc verba: [Ha ſe de aduertir que aunque en el Cemeterio ſe dixeſſe la Miſſa, ò el Officio diuino, no puede aſſiſtir alli, el que eſta deſta manera entredicho, porque por nombre de Igleſia, tambien ſe entiende el Cemeterio como nota la Gloſſa *in dict. cap. Is cui*, y ſe colige de vn texto (cap. Si Ciuitas, *de ſentent. excommun. in* 6.) y tiene eſta ſententia Abad, y ha ſe de entender del Cemeterio contiguo, como ſe colige del texto citado.] Ita ille. Cui ego addo Auilam *parte.* 4. *diſput.* 4. *ſect.* 3. *dub.* 5. *concluſ.* 5. Hurtadum *de Interd. diffic.* 9. *num.* 31. Pottellium *verb. Interdictum, num.* 50. Luyſium *lib.* 6. *diſput.* 50. *dub. vltimo, in fine*, qui tamen, non ſolum de Cœmeterio contiguo Eccleſiæ id verum eſſe putant, verùm etiam de non contiguo loquendo; quia etiam hoc, nomine Eccleſiæ, comprehenditur.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, optimè poſſit in Cœmeterio Eccleſiæ, etiam contiguo, Miſſam dicere, aut illam, & alia diuina audire. Quia nomine *Eccleſia*, poſitum in lege pænali, qualis eſt iſta, preſſè, ſtrictè, ac rigidè eſt intelligendum, & ideo excludit Cœmeterium, & alium locum non ſacrum; ergo quilibet Sacerdos ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus, haud dubiè poterit celebrare extra Eccleſiam, non ſolum ſub diu, vel in tentorio, vel in Oratorio priuato non erecto authoritate Epiſcopi, vt concedunt Auila *loc. cit.* Nauar. *c.* 27. *n.* 170. Couar. *cap. Alma, p.* 2. §. 1. *n.* 3. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 51. *n.* 2. & alij: verùm etiam in Cœmeterio. Eccleſiæ contiguo, vel non contiguo. Sic Suar. *diſp.* 35 *ſect.* 4. *à n.* 9. Alter. ex illo non citato, *diſp.* 7. *cap.* 2. *col.* 6. *verſ. Sed hic dubitari poteſt.* Filliuc. *tr.* 18. *cap.* 4. (non 5. vt leges apud Dianam) *n.* 103. Reginald. *lib.* 32. *cit. tr.* 3. *n.* 41. Diana *p.* 5. *tr.* 10. *reſ.* 75. Bonac. *de Interd. punct.* 5. *n.* 11. Bauny *tract. de Interd. q.* 17. *dicto* 3 Baſſæus *Interdictum* 2. *num.* 13. & Palao *diſput.* 5. *punct.* 4. §. 4. *num.* 3. Vgolinus, Saytus, & alij ab ipſo *citati.*

QVÆSTIO VII.

An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, non ſolùm priuetur ſepultura in Eccleſia, verùm etiam in Cœmeterio?

NEgandum ex parte, ex dictis ſuaderi poteſt. Quia ſicut iſte non priuatur per tale Interdictum, quominus extra Eccleſiam, in Cœmeterio diuina celebrare, aut audire poſſit; ita non debet cenſeri priuatus, quominus ſaltem extra Eccleſiam, etiam in Cœmeterio ſepeliri queat.

Sed vt certum reſpondeo: non ſolùm priuari ſepultura in Eccleſia; verùm etiam in Cœmeterio eius. Qui hoc expreſsè prohibetur in cap. *Is cui, de ſentent. excommun. in* 6. ibi: *Talis quoque, ſi hoc interdicto durante, decedat, non debet in Eccleſia, vel Cœmeterio Eccleſiaſtico, niſi pænituerit, ſepeliri.* Sic textus. Ex quo conſtat, quod licèt interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit licitè in Cœmeterio Eccleſiæ diuina audire, vel obire, non tamen poſſit adhuc in Cœmeterio ſepeliri; quia hoc eſt prohibitum, non illud. Sic omnes. Legantur inter alios Suarez, & Alterius *loco citato.*

QVÆSTIO VIII.

An dictus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi moriatur cum ſignis pænitentiæ, poſſit intra Eccleſiam ſepeliri, etiam abſque Interdicti vlla abſolutione?

AFfirmat Diana, ex Corneio *parte* 5 *tractatu* 10. *reſolutione* 74. his verbis. Sed in tali caſu, ad talem ſepeliendum, nullam adhibendam eſſe abſolutionem docet Corneio *in* 3. *part. tract.* 5. *de Interd. diſput.* 2 §. 4. *q.* 2. Vbi ſic ait: Quæres, an hoc Interdictum priuet Eccleſiaſtica ſepultura? Reſpondetur affirmatiuè ex textu in d. cap. *Is cui*, ibi: *Talis quoque ſi hoc Interdicto durante decedat, non debet in Eccleſia,*

vel

Digitized by Google

vel Cœmeterio Eccleſiaſtico, niſi pœnituerit, ſepeliri. Vbi nota, quod vt iſte talis ſepeliatur in loco ſacro, nulla requiritur abſolutio à tali Interdicto ab homine facto, vt cum Couarruuia docet Auila *part. 5. diſputatione 4 ſectione 3. dub. 1. concluſ. 1.* Et ratio eſt, nam eo ipſo quod deceſſit cum pœnitentia, manſit abſolutus à iure. ſiquidem hoc interdictum, quantum ad hunc effectum, poſitum erat, *niſi pœnituerit*, atquè ita, conditione impleta, ſublatum manet, ita Corneio, & ego. Hucuſque Diana. Qui etiam pro ſe citare poterat Ioannem Andr. & Francum *in d. cap. Is cui*, vt pro hac parte citat Couarruuias, Ancharan *ibid.* & Henriquez *lib. 13. cap. 32. num. 2.* apud Auilam *loc. cit.* Innocent. Geminian & alij penes Alterium, mox citandum.

Sed probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod etiam in dicto caſu requiratur interdicti relaxatio, & abſolutio. Quia probabilius eſt, quod ſententiæ Cenſurarum, requirunt abſolutionem, etiam poſt mortem, vt habetur in cap. *A nobis 2. de ſent. excom.* & conſtat ex dictis ſup. *tr. 1. de Cenſur. in com. diſp. 11. à q. 2.* & *tract. de excom diſp. 11. q. 5.* & certè, requiri ſaltem declarationē, quod reuera interdictus pœnituerit, ex *ibid.* dictis clarè liquet. Sic Alter. *de Interd. diſput. 7. cap. 2. col. 11. verſ. Quare dicendum*, ex Ioan. Andrea, & aliis Bonac. *punct. 5. de Interd. num. 21.* Suarez *diſputat. 38. ſect. 1. num. 21.* Qui benè explicat textum cap. *Is cui*, dicens, ſenſum illius eſſe, quod quando aliquis ſit interdictus ſigna pœnitentiæ exhibuit, relaxari debeat interdictum, vel etiam poſſit à quolibet Sacerdote, vt ſepultura non negetur. Nam quia interdum ſolent iura priuare ſepultura Eccleſiaſtica, propter peccatum, etiamſi ante mortem pœnitentia præcedat, vt patet ex cap. 1. *de Torneamentis*, & ex cap. 2. *de raptorib.* ideo ſpecialiter expreſſum eſt in ex textū, vt propter tale delictum, vel Interdictum, ſi Pœnitentia præcedat, ſepultura Eccleſiaſtica non denegetur; id tamen intelligendum eſt, ſeruato debito Ordine, quod nimirum, relaxatio interdicti præcedat. Sic Suar. Baſſæus etiam *verb. Interdictum 2. n. 23.* Filliuc *tract. 18. cap. 5. quæſt. 5. num. 121.* Luyſius *lib. 6. diſput. 54. dub. 3.*

QVÆSTIO IX.

An interdictus ab Eccleſia, poſſit intra illam Sacramenta recipere?

AFfirmat Diana *part. 5. tract. 10. reſolut. 73.* Quia, inquit: interdicto ab Eccleſia non prohibetur vſus Sacramentorum, ſed vſus diuinorum Officiorum, & ſepulturæ: ergo. Ita ille, citans pro ſe Henriquez *lib. 13. cap. 32. num. 2.* & Auilam *part. 5. diſp. 4. dub. 5. concl. 6.* & Bonacinam *punct. 5. num. 12.* & benè. Addere tamen poterat Calderinum, Geminianum, Ancharan. Francum, & Nauarrum apud eundem Auilam, & Palao *diſput. 5. punct. 4. §. 4. num. 7.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe. Quia probabilius eſt, Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, non ſolum vſum diuinorum Officiorum, ſed etiam Sacramentorum, prohiberi; cum Eccleſia non tantum inſtituta ſit ad diuina Officia celebranda, ſed etiam ad Sacramenta miniſtranda, & ſu‘cipienda, vt benè Hurtado. Sic ille, *de Interd. diffic. 9. num. 31.* & antea Angel. *ſuſpenſio 3. num. 4.* Sylueſt. *verb. Suſpenſio. q. 5. circa finem.* Suarez *diſput. 35. ſect. 4. num. 5. & 20.* Ægid. *diſp. 17. dub. 2. n. 59.* Alterius *diſp. 7. de Interd. c. 2. col. 2.* Gordonus *tom. 2. lib. 7. q. 16. cap. 8. n. 56.* Filliuc. *tract. 18. cap. 4. q. 6. num. 103. & 105.* Bauny *tract. 9. de Interd. quæſtione 17. dubio 7.* Villalobos *tractatu 19. difficultate 9. numero 3. & 4.* Sayrus *lib. 5. capite 9. numero 21.* & Laymann *lib. 1. tractatu 5 parte 4. capite 1. circa finem.*

QVÆSTIO X.

An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit ingredi Eccleſiam ad priuatim orandum, tempore quo non celebrantur diuina Officia?

AFfirmandum videtur. Quia excommunicatio eſt grauior Cenſura interdicto, & tamen non priuat excommunicatum, ne poſſit Eccleſiam ingredi, & ibi orare, quando diuina non celebrantur vt ſupra eſt habitum: ergo nec priuabit Interdictum. Propter hoc, id tenent ſatis probabiliter, Nauarrus *cap. 27. num. 170.* Couarruuias *in cap. Alma part. 2. §. 1. num. 3. verſ. Poterit tamen*, citans Ancharanum, Calderinum, Dominicum, & Francum. Quibus addi poſſunt Innocent. & Gemin. apud Alterium, Syluester *verſ. Suſpenſio quæſt. 5.* & Angelus *ſuſpenſio 3. num. 6.* apud Suarium, Henriquez, Auila, & Bonacina *locis* pro prima ſententia *quæſt. antecedentis, citatis*, Hurtadus etiam, Ægidius, & Villalobos; pro noſtra adducti. Diana *tractatu 10. cit. reſolut. 72.* Baſſæus *Interdictum 2. numero 24.* Reginaldus *lib. 32. tractatu 3. capite 30. numero 24.* Palao *diſputatione 5. punct. 4. §. 4. num. 5.* Sayrus, Laymann, & Coſta, penes ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe, loquendo in rigore iuris. *Primo*, quia ſic colligitur ex cap. *Latorem 33. quæſt. 2.* ibi: *Ita vt per annum integrum Eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores Baſilicæ ſtans, orans, & deprecans Deum perſeueret.* Quæ verba apertè denotant, ne talis interdictus poſſit licitè fundere preces, ſeu priuatim orare in Eccleſia, ſed omnino extra illam orare debere. Id namque ſignificat illa particula aduerſatiua, *ſed ante fores*, &c.

Secundò, quia verba hæc, *Ab ingreſſu Eccleſiæ*, propriè ſumpta, totam hanc prohibitionem denotant. Vnde licèt excommunicatio ſit grauior Cenſura, quam hoc Interdictum, quæ repellit tantùm excommunicatum ab Eccleſia, tempore, quo diuina celebrantur Officia; tamen non eſt abſurdum, vt hoc Interdictum, ſecundum quid excedat excommunicationem, cum per verba ſpecialia feratur, quæ in re vim habere videntur. Ex quo patet ad fundamentum contrariorum. Sic Alteuius *diſputatione 7. de Interd. cap. 2. columna 3.* Suarez *diſputat. 35. ſect. 4 & numero 20.* ex Innocent. Abbate, Calderino, Felino, Vgolino, Sylueſtro, Monacho, & aliis. Filliucius *num. 105. citat.* Comitolus *lib. 6. quæſt. 49. n. 5.* Corneio *diſputat. 2. de Interd. §. 4. quæſt. 1* Gordonus *loco* nuper *citato.* Bauny *de Interd. quæſtione 17. dub. 5.* & penes ipſum, Benzon. & Roſella.

QVÆSTIO XI.

An ſaltem interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poſſit illam ingredi, ibique loqui, diſputare, aut aliud ſimile agere?

NEgant adhuc Abbas *in cap. Cum Eccleſia, de Immunit. Eccleſ. num. 5.* Calderin. *tract. de Interd. part. 1. num. 50. verſ. Sed quæritur*, quos citat, & ſequitur Gordonus *tom. 2. lib. 7. quæſt. 16. cap. 8. num. 56.* Quia (inquit) probabilius eſt, omnem ingreſſum Eccleſiæ homini ſic interdicto eſſe prohibitum, quia nulla eſt ratio cur à verborū proprietate diſcedamus. Iſte verò ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ, idque ſimpliciter, & non reſtrictè ergo. Ita Gordonus.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Quia probabilius eſt, quod quando in præſenti materia, prohibetur ingreſſus Eccleſiæ, debeat accipi Eccleſia formaliter, vt Eccleſia eſt, id eſt, vt eſt locus ſacer

ſolemniter inſtitutus ad orandum Deum, vel alia ſacra facienda: ideóque negandum eſt, ex vi huius interdicti eſſe prohibitum ingreſſum in Eccleſiam, quaſi materialiter ſumptam, ita vt interdictus non valeat per Eccleſiam tranſire, vel loqui, aut diſputare, aut quidpiam ſimile; quia tunc vtitur Eccleſia, vt eſt quidam communis locus, non autem, vt eſt locus ſacer ad aliquem ſacrum vſum deſtinatus, ſicut iura loquuntur de Eccleſijs. Sic Suarez *diſp.* 35. *ſect.* 4. *num.* 23. Alterius *diſputat.* 7. *cap.* 2. *col.* 5. *verſ. Verum valde probabile.* Cornejo §. 4. *cit. pag. mihi* 745. & à fortiori, Henriquez, Nauarrus, Couarruuias, Auila, Bonacina, Hurtadus, Baſſæus, Diana, & alij pro prima ſententia quæſtionis præcedentis.

QVÆSTIO XII.

An etiam interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, licitè valeat concionem in ea audire?

NEgant & à fortiori Abbas, Calderinus, & Gordonus nuper citati.

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam poſſe. Quia (inquit Suarez) licèt concio, aliquo modo ſit ſacra, non tamen ita propriè, ac per ſe pertinet ad munus Eccleſiæ, quatenus templum eſt Deo dicatum, ſicut pertinet Oratio, & aliæ actiones ſimiles. Item, quia Verbum Dei nunquam prohibetur, eſt enim ad conuerſionem maximè neceſſarium. Sic ille *loco cit. num.* 24. Alterius *loco cit. verſ. Quæret aliquis.* Filliuc. *tractatu* 18. *cap.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 105.

QVÆSTIO XIII.

An interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poſſit etiam exercere in ea actus pertinentes ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori exterioris, vt ſunt eligere, abſoluere à Cenſuris, & ſimiles?

NEgabunt conſequenter Abbas, Calderinus, & Gordonus, cùm ſentiant per hoc interdictum, prohibitum eſſe ſimplicem & nudum ingreſſum Eccleſiæ.

Sed probabiliùs multò reſpondeo: poſſe. Quia probabilius multo eſt, non eſſe prohibitos exerceri in Eccleſia dictos actus, ex vi huius Cenſuræ. Quia reſpectu illorum etiam ſe habet Eccleſia merè materialiter, & alioquin tales actus non prohibentur ex vi ſpecialis interdicti: ergo. Sic Nauar. *cap.* 27. *num.* 161. Couar. *in cap. Alma, p.* 2. §. 1. *num.* 3. Qui id probant ex cap. *Sacro, de ſentent. excommunic.* & ex Gloſſa *ibid. verb. Interdictum.* Suarez, Alterius, & Bonacina *loc. cit.* Auila *part.* 4. *diſput.* 4. *ſect.* 3. *dubio.* 5. *concluſ.* 4. *verſ. Præterea nota*, & alij. Qui notant, non poſſe prædictum abſoluere ſacramentaliter; cum hic actus, non ſit ſolius iuriſdictionis, ſed etiam Ordinis.

Nota ex Suario *diſput.* 35. *ſect.* 4. *n.* 5. *in fine*, quod priuilegium conceſſum pro illis quatuor feſtiuitatibus, in quibus per cap. *Alma* permittitur interdictis intereſſe diuinis, extendatur ad interdictos ab Eccleſiæ ingreſſu, & meritò, cum hi, non efficaciùs excludantur à diuinis Officiis, quàm abſolutè interdicti. Sic ex Suario etiam Palao *loc. cit. num.* 9.

DISPVTATIO VIII.

De Peccatis, & Pœnis violentium Interdictum.

QVÆSTIO I.

An Clerici violantes quodcunque Interdictum circa diuina Officia, peccent mortaliter?

NEgant nonnulli Doctores, quos ex parte ſequitur Sà *verb. Interdictum. n.* 15. *in antiquis*, vbi ita ait: Violare Interdictum, quidam negant eſſe mortale, ſi abſit contemptus, & ſcandalum. Certè Clericus, niſi ſit in ſacris, & ſolemniter celebret, non videtur peccare mortaliter violando Interdictum. Ita ille. Qui hac in re, ſequutus fuit Caietanum *in ſum. verb. Interd. violatio.* Vbi docuit *Primò*, quod Interdictum ſolùm obligat Clericos, & non in omnibus actibus, ſed tantum, ne exerceant aliquem actum certum Ordini deputatum. *Item*, quod ſi Clerici violent Interdictum, quamuis tale peccatum videatur eſſe mortale, non tamen ſit tale in rei veritate. Hæc in Summa Caietanus. Cuius ſententiam, non eſſe improbabilem, fatetur clarè Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *dub.* 8. *num.* 151.

Sed vt certum reſpondeo: dicendum, quod Clerici, tam ſæculares, quàm Regulares, violantes quodcunque Interdictum, ſiue perſonale, ſiue locale, circa celebrationem Miſſæ, aut aliorum diuinorum Officiorũ, verè peccet mortaliter; niſi aliàs inaduertentia, indeliberatio, aut paruitas materiæ à mortali excuſet, de quo infra. Ratio eſt, quia iura directè per ſe & grauiter prohibent has actiones Clericis, ex vi Interdicti; & aliàs materia talis prohibitionis eſt grauis: ergo tale præceptum obligat Clericos ſub mortali. Sic Sot. *d.* 22. *q.* 3. *art.* 1. *concl.* 5. Nauar. *cap.* 28. *num.* 187. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 43. (non 22. vt offendens apud Dianem) *n.* 1. & penes ipſum, *in marg. lit. O.* Syluest. Felic. & Palud. & idem docet cap. 46. *n.* 3. & alij apud ipſum, *lit. N.* Suarez *diſputatione* 34. *ſect.* 4. *à num.* 4. Alterius *diſput.* 8. *cap.* 2. *col.* 2. Angles *in florib. in quæſt. de excommunicat. art.* 8. *de Interd. diffic.* 3. *concl.* 1. Filliucius *tract.* 18. *cap.* 3. *quæſt.* 9. *à nũm* 81. Ægidius *diſputat.* 17. *dub.* 3. *n.* 72. Bonacina *de Interd. punct.* 7. *num.* 3. Auila *part.* 5. *diſput.* 5. *dub.* 2. *concl.* 1. & 2. Hurtadus *diffic.* 10. Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 68. Machado *lib.* 1. *p.* 3. *tractatu* 13. *docum.* 12. *num.* 1. Bauny *tractatu* 9. *de Interdict. quæſt.* 11. *dicto* 1. Palao *diſputat.* 1. *de Cenſuris, puncto.* 5. *num.* 1. & 2. & communis.

QVÆSTIO II.

An Clericus violans Interdictum per exercitium alicuius Ordinis Minoris, peccet mortaliter?

NEgat Bonacina *de Interd. punct.* 7. *n.* 4. *verſ. Dixi in propoſitione*, eò quòd hæc non cenſeatur materia grauis. Citatque pro hac ſua ſententia Suarium *diſput.* 34. *ſect.* 4. 10. Reginaldum *n.* 51. & Auilam *p.* 5. *diſput.* 5. *dub.* 2. *notab.* 1. Sed ex iis, non benè Suarez, vt *infrà.* Negat etiam Palao *diſput.* 5. *punct.* 9. *num.* 3. Qui etiam citat Suarium pro ſe.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter exercendo actum etiam Minoris Ordinis, ſi id faciat modo proprio Clericorum. Quia probabilius eſt, hanc materiam eſſe ſufficientẽ ad conſtituẽdum peccatum mortale. Nam cum ſit actio ſacra, ad quam exercendam talis Clericus eſt ordinatus Miniſter ex Officio, & Eccleſia directè interdicat illud miniſterium, non caret culpa graui, qui illud præceptum tranſgreditur. Sic verbis expreſſis Suarez *loco citato*, & ex illo, non citato, Alterius *diſputatione* 8. *capite* 2. *columna* 5. *verſu, Hæc ſecunda ſententia.* Quamuis aduertant, quod licet hæc per ſe vera ſunt, tamen ſecundum

Digitized by Google

ſecundum præſentem conſuetudinem, vix dari poſſit vſus Minorum Ordinum, ita proprius Clericorum, vt non poſſit per laicos, exerceri; & ideo quantum ad praxim attinet, hæc quæſtio ferè iam locum non habeat, niſi quatenus eſt communis laicis, de quibus infra eſt dicendum. Tenent deinde hanc partem, Sylueſter, ex Abbate *Interdictum* 5. §. 5. *verſ. Primum quod prohibetur*, & §. 6. *verſu*, *Quartò quæritur*, & §. 7. *in princip.* & Filliucius *tract.* 17. *cap.* 3. *q.* 9. *num.* 83. *in fine.* Citatque Au la pro ipſa, Sotum *diſtinct.* 22. *quæſt.* 3. *artic.* 1. *poſt concluſ.* 5. Sed malè, cùm potius aliquo modo videatur oppoſitum indicare, vt benè Alterius *loco citato.*

QVÆSTIO III.

An, ſi Clericus, ſeu Religioſus, publicè canat cum alijs in Choro Veſperas, aut Completorium, tempore Interdicti, mortaliter peccet?

RESpondeo tanquam certum, ex dictis: Mortaliter peccare, ſi talis Clericus, ſeu Religioſus, vt perſona Eccleſiaſtica, ad tale munus deputata, illud munus exerceat; prout eſſe intelligitur, quando vt pars, & membrum Cleri, ſeu Communitatis Eccleſiaſticæ, illud Officium celebrat. Ratio eſt, quia in materia notabili, & graui violat Interdictum. Secus eſſet dicendum, ſi ſolum caneret vnum, aut alterum verſum, imò etiam vnm Pſalmum, nam tunc, ſecluſo ſcandalo, ob materiæ paruitatem non peccaret mortaliter. Sic Suarez *diſput.* 34. *ſect.* 4. *num.* 10. Alterius *diſputat.* 8. *cap.* 2. *dub.* 2. Ægidius *diſputat.* 17. *dub.* 3. (non 43. vt leges apud Bauny) *num* 65. Bauny *tract.* 9. *quæſt.* 11. Reginaldus *lib.* 32. *cap.* 30. *num.* 46.

QVÆSTIO IV.

An etiam peccaret mortal. Sacerdos, qui tempore Interdicti, publicè caneret in Officio Orationem, præmiſſo, Dominus vobiſcum?

NEgandum videtur, ob materiæ leuitatem. Minor namque hæc materia eſt, quàm vnus Pſalmus, &c. ergo.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: peccare etiam mortaliter. Quia longè probabilius eſt, talem materiam eſſe grauem. Nam licèt, quantitate non ſit magna, tamen qualitate, & æſtimatione eſt talis, cum ſit actus Ordinis ſacri proprius. Et certè in hac materia, non ex ſola illius longitudine, grauitas æſtimanda eſt, ſed etiam ex magnitudine auctoritatis, & ſolemnitatis cum qua profertur. Sic Suarez, Alterius, Reginaldus, & Bauny *loco citato.* Necnon Ægidius, per hæc verba: In functionibus tamen ſacro Ordini deputatis etiam paruis, quales ſunt, Sacramentorum adminiſtratio, ſolemnis aquæ benedictio, vel aſperſio ſolemnis Euangelij, Epiſtolæ, vel etiam Orationis, præmiſſo *Dominus Vobiſcum.*, tempore diuini Officij, decantatio, Doctores communiter, propter actionem earum, etſi breuium, dignitatem, materiam grauem conſtituunt. Sic ille. Cui in omnibus conſentit Bauny, addens ex Reginaldo, idem eſſe indicandum de Benedictione ſolemni, quam Epiſcopus fidelibus impertiri ſolet.

QVÆSTIO V.

An celebrare in Eccleſia interdicta, prætermiſſâ vna tantum circunſtantia ex requiſitis in cap. Alma mater, *vt v. g. celebrare diuina Officia; ianuis apertis, vel non voce ſubmiſſa, ſit mort. peccatum?*

NEgare videtur Luyſius *lib.* 6. *de Cenſur. diſput.* 49. *dubio* 5. quatenus docet, nullo modo colligi ex iure, omiſſionem circunſtantiæ vnius, vel alterius præcisè, abſque ſcandalo, & contemptu, neque ex intentione tribuendi aliis occaſionem audiendi diuina Officia tempore Interdicti, fore mortalem. Luyſium ſequitur Diana *parte* 5. *tract.* 10. *reſolut.* 65.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: eſſe mortale. Quia quælibet illarum conditionum per ſe eſt prohibita in cap. *Alma*, §. *Adycimus*; & olim in cap. *Permittimus*; *de ſentent. excommunic.* & cap. *Quod in te, de Pœnitent. & remiſſ.* Et fauet *Clement.* 1. *de ſentent. excommun.* vbi interdicti tranſgreſſio, vt valde grauis exaggeratur; eo quod ianuis non omnino apertis, ſed perforatis, ſeu feneſtris in eis factis, diuina Officia celebrantur. Sic Sylueſter *Interdictum* 5. *quæſt.* 5. *in princip.* Tabiena *num.* 2. Armilla *num.* 43. qui citant Hoſtienſem, Ioann. Andream, Calderinum, & alios. Couarruuias *in cap. Alma, part.* 2 §. 4. *num.* 6. *verſ. Decimo quartò.* Suarez *diſputat.* 34 *ſect.* 4. *num.* 12. Alterius *diſputatione* 8. *cap.* 2. *quæſt.* 4. Hurtadus *difficultate* 10. *num.* 32. Filliuc. *tract.* 18. *cap.* 3. *quæſt.* 9. *num* 84. Quia omnes notant, quod ad incurrendam culpam mortalem ob huiuſmodi tranſgreſſionem; requiratur, vt circunſtantiæ omiſſæ ſit coniunctum Officium diuinum. Vnde ſi apertis ianuis, vel pulſatis campanis conuocaretur populus ad Miſſam, aut Officium diuinum, ſi poſtea non celebraretur, illa non eſſet grauis tranſgreſſio exterior ex vi interdicti. Deinde, quod debeat Officium, ſeu Miſſa in notabili parte celebrari, ſine tali circunſtantia; vnde ſi Eccleſiam ingrediens, relinqueret ianuam apertam per modicum tempus, etiamſi interim celebraretur Miſſa, non peccaret mortaliter ob paruitatem materiæ.

QVÆSTIO VI.

An laici mortaliter peccent, violando Interdictū perſonale, circa Officia diuina?

NEgat Caietan. *in ſum. verb. Interdicti violatio.* Inquit namque *primò*, Interdictum obligare ſolos Clericos; & hoc non in omnibus, ſed ne exerceant actum aliquem Ordinis. Quod vltimum apertè falſum eſt, quia aliàs Religioſi non Ordinati, & Moniales non violarent interdictum publicè canendo Officium diuinum; quod falſum eſſe conſtat ex dictis. *Secundò* inquit, quod laicus ſpecialiter interdictus, peccat ſi ingerat ſe diuinis: non verò ſi eſt generaliter interdictus, quia eſt vnus de populo interdicto. Sed certè hæc dicta nec ſatis ſibi cohærent, nec habent fundamentum vllum, vt benè vidit Ægidius. Citat etiam pro hac parte, Caſtro Palao, Nauarrum *cap.* 27. *n.* 187. Sed omnino malè, cum expreſsè contra Caietan. ſcribat ibi. Vnde.

Tanquam certum reſpondeo: dicendum, quod laici mortaliter ex ſuo genere peccent, violando circa Officia diuina, perſonale interdictum, non ſolum ſpeciale, ſed etiam generale Ratio eſt, quia Interdictum perſonale eſt Cenſura directè impoſita ipſi perſonæ: ergo quod illa perſona ſit Clericus, vel laicus, non impedit quominus talis Cenſura inducat obligationem, quam Eccleſia iuxta materiæ qualitatem

Digitized by Google

imponere voluit: at hæc materia eſt grauis, cum ad communicationem rerum diuinarum ſpectet: ergo. Sic communiter omnes. Legantur Nauar. *c.27.n.*187. Sot. *diſt.*22.*q.*3.*art.*1.*concl.*6. Suar. *diſp.*34.*ſect.*5.*num.*1. Alter. *diſp.*8 *cap.*3.*col.*3. Filliuc. *tract.* 18.*cap.*3. *q.*9 85. Ægid. *diſp.*17.*dub.*3.*n.*64.& 67. Henriq. *lib.*13.*cap.*46. *n.*3. Auila *p.* 5. *diſp.* 5.*dub.*2.*concluſ.*1. Bonac. *punct.*7. *de Interd.n.*1. *verſ. Dixi, violantes Interdictum locale.* Palao *diſputat.*5.*punct.*5.*num.*6. Laymann. *lib.*1.*tractatu* 5.*part.*4.*cap.*3.*num.*3. & alij.

QVÆSTIO VII.

An etiam ſit certum, quod laicus peccet mortal. violando Interdictum locale generale, vel ſpeciale?

Reſpondeo eſſe certum ex communi ſententia, peccare mort. in ſequentibus caſibus. *Primò*, ſi adſit ſcandalum. *Secundò*, ſi per vim ingrediatur ad audienda Officia diuina, vel ſi poſtquam eſt ingreſſus non obtemperat Miniſtris Eccleſiæ volentibus eum excludere. *Tertiò*, quando eſt cauſa, quod Officia diuina celebrentur in loco interdicto, ipſo laico præſente, vel rogando, vel præcipiendo. *Quartò*, quando exercet ea Officia diuina in loco interdicto, quæ ſi Clericus exerceret, violaret Interdictum, vt ſi in choro publicè dicat Horas, & Officia diuina. Quo in caſu adhuc poſſet laicus puniri per Iudicem Eccleſiaſticum, eo quod delictum eſt Eccleſiaſticum. Sic tenent, & ſupponunt communiter omnes. Nauarr. *cap.*27.*num.*178 Henriq. *lib.*13.*cap.*46.*n.*3. Sot. *diſt.*22 *q.*3.*art.* 1. *concl.*6. Auila *p.*5.*diſp.*3.*dub.*2.*concl.*2.*verſ. Supponendum eſt.* Alterius *diſp.*8.*cap.*3.*col.* 3. *verſ. Secundò dicimus.* Palao *loc.cit. num.* 5. & alij penes ipſos.

QVÆSTIO VIII.

An etiam peccet mort. laicus, qui mentiendo ſe habere Bullam, aut Ordinem, decipit Sacerdotes, vt illum ad diuina admittant?

Negat Henriq. *cap.*46.*cit.n.* 3. iuncta Gloſſa *lit. H.* per hæc verba: Tertiò dum ab Oſtiario interrogatus, quidam aiunt peccare mortaliter, ſi mentiatur ſe eſſe Clericum, aut habere Bullam, & ſic præſumat intereſſe diuinis. At ſanè (*addit in Gloſſa*) non eſt mortale, niſi reſiſtat vi: nec Ianitor imponit nouum præceptum, ſed eſt executor legis. Ita Henriq. qui & citat pro ſe Syluestrum, Armillam, Alcocer, & Caietanum. Imò & Suar. *vbi infrà*, citat pro hac parte Nauarrum *cap.*27.*n.* 187. Sed non ita benè, vt mox videbimus.

Ego probabiliùs reſpondeo: peccare etiam mortaliter. Quia tale mendacium eſt contra vigorem interdicti, & contra intentionem Eccleſiæ, quæ maximè intendit grauare populum hac Cenſura, cum expellendo à diuinis: quod fruſtra fieret, ſi per huiuſmodi fraudes, poſſent laici vitare effectum interdicti, ſine culpa mortali. Sic Suarez *diſp.*34.*ſect.*5.*n.*5 *verſ. Dices, teneri.* Auila *p.*5.*dub.*5.*dub.*2.*concl.*2.*verſ. Supponendum eſt.* Alterius etiam *loc.cit.* citans vterque, cum Henriq. pro hac parte Nauarrum *n.* 178. *verſ. Decimo octauò dico, in fine.* Et benè: ait namque contra Caietanum, ſic: Quartò peccat, (*ſubintellige, ex antecedentibus, mortaliter,*) cum mentiendo, aſſerens eſſe Clericum minorum, aut priuilegium, intraret ad audienda diuina Officia vetita, vbi dicebantur ianuis clauſis. Hæc Nauar. Sic etiam Palao *diſp.*5.*punct.*5 *n.*5.& penes ipſum, Ægid. *diſp.*17.*dub.*2.*n* 68. Laymann *cap.*3.*cit.num.*2.& Sayrus *lib.*5.*cap.*14. *n.* 2. idem docentes de illo laico, qui perſuaderet Clericum, vt in loco interdicto celebraret publicè, fingens non eſſe interdictum.

QVÆSTIO IX.

An deinde laicus non interdictus peccet etiam mortaliter, audiens diuina Officia, præcipuè Miſſam, in loco interdicto?

Negant abſolutè aliqui Doctores, exiſtimantes, laicum prædicto modo aſſiſtentem diuinis Officiis, nullum peccatum, adhuc veniale, committere: eo quod nullum ſit præceptum in iure, quod dirigatur ad laicos, ſed tantum ad Clericos ne admittant laicos non priuilegiatos ad diuina Officia in loco interdicto, vt patet ex c. *Reſponſum, de ſent. excom* cap *Non eſt vobis, de ſponſal.* & cap. *licet, de priuileg. in* 6. & vbi nullum eſt præceptum, nullum eſt peccatum. Ita tenent Caiet. *in ſum. verb. Interdicti violatio*, adeò, vt conſulat dictis laicis, vt audiant Miſſam in loco interdicto, maximè in feſtis. Nauar. *cap.*27.*n.*187. *verſ. Decimo octauò.* Vbi ita ait: Laicus non dicitur violare interdictum vllum, quamuis ſit validum, & denunciatum, audiendo Miſſam, vel alia diuina Officia in loco interdicto. Ita ille. Pro quorum ſententia eſſe videtur Machado *lib.*1.*p.*3. *tract.*13.*docum.*11.*n.*2 citatque pro ea Auilam; ſed certè omnino malè: quia hic Author, ſolùm ait, hanc ſententiam eſſe valde probabilem, quod idem firmat Alterius *vbi infrà.*

Negant rurſus alij Authores, docentes, laicum in tali caſu, ſolùm peccare venialiter. Quia (inquit Auila) licèt præceptum iuris non dirigatur ad laicos, tamen ipſi faciunt contra intentionem virtualem Clericorum. Ita ille, *p.*5.*diſput.*5.*dub* 2.*verſ. Quamuis hac ſententia*, & penes ipſum, Syluester *Interdictum* 6.*num.*7. Angel *Interdictum* 7.*n.*9. Sot. *in* 4. *diſt.*22.*quaſt.*3.*art.*1. *concl.*6 & Henriq. *lib.*13.*c.*46.*n.* 3. Quibus addi poſſunt apud Dianam, Laymann *lib.*1.*tr.*5.*p.*4 *cap.*3.*n.*2. Valent. *tom.*4.*diſput.*7.*q.*17.*punct.*2.*ad finem*, & Regin. *lib.*32.*tr.*3.*cap.*30.*n.*42. quos ipſe Diana ſequitur *p.*5. *tract.*10.*reſol.*68. Ita adhuc tenent Alterius *diſput.*8.*de Interd.cap.*3.*col.* 5. *verſ. Tertia eſt ſententia media probabilior.* Citat etiam Bonacina pro hac parte Caietanum, & Nauarrum, ſed vt iam vidiſti, malè valdè.

Sed ego probabiliùs reſpondeo: dicendum, quod laicus non interdictus audiens Miſſam, aut alia Officia diuina in loco interdicto, omnino peccet mortaliter. Quia probabilius eſt, quod per Interdictum locale, ſiue ſpeciale, ſiue generale, ſaltem indirectè prohibeatur laicus, ne in loco interdicto, diuinis interſit: nam ſanè non ob aliam rationem laicus non interdictus eiiciendus eſt à loco interdicto, ne ibi diuinis interſit niſi quia prohibitus eſt eis aſſiſtere, ergo. Sic Innocent & Hoſtienſ. apud Syluestrum *loc. cit.* Suarez *diſp.*34.*ſect* 5.*à n.*4. Ægid *diſput.*17.*dub.*3.*n.*68. & 69. Filliuc. *tr.*18.*cap.*2.*n.*45.& præcipuè *cap.*3.*q.*9.*num.*85. Præpoſit. *in* 3.*p.q.*4. *de Interd.dub.*5.*n.*54. Bonacina *de Interd. punct.*7.*n.*1. Hurt. *de Interd diſſ.*16.*n.*35. Vinald. *de Interd.n. mihi* 251. Baſſæus *Interdictum* 3 *n.*1. qui tamen malè citat Caietanum, & Nauarrum pro ſecunda ſententia. Villalob. *tract.*19 *diffic.*9.*num.*5. Sayrus *lib.*5. *cap.*14.*num.*5. Luyſius *lib.* 6. *diſputat.*49.*dub.* qui tamen non rectè citat Syluestrum pro ſe.

QVÆSTIO X.

An violare Interdictum quodcunque, tam perſonale, quàm locale, in materia Sacramentorum, ſit culpa mortalis?

Reſpondeo tanquam certum: eſſe mortalem culpam, ex genere ſuo. Quia materia Sacramentorum eſt grauiſſima, & prohibitio Eccleſiæ abſoluta, habens vim præcepti pertinentis ad virtutem Religionis. Vnde hæc reſponſio certiſſima eſt, loquendo

primò

Digitized by Google

Primò de Interdicto perſonali, tam ſpeciali, quam generali: ſecundò etiam eſt verum loquendo de interdicto locali. Principaliter namque obligat Miniſtros Eccleſiæ, ne dent Sacramenta in tali loco, ſecundariò autem ipſos laicos, ne recipiant illa. Nec valet diſtinctio quam Caiet. Nauar. & alij nonnulli aſſignant in hac re inter Clericos & laicos, vt ſuprà vidimus: quia materia Sacramentorum reſpectu vtrorumque grauis eſt, ſi ad vtroſque ſuo modo accomodetur, hoc eſt, adminiſtratio Sacramentorum, ad Clericos; receptio verò ad laicos. Sic communiter DD. Suarez *diſp. 33. ſect. 2.* Alter. *diſp. 8. cap. 3.* Filliuc. *tract. 18. cap. 2. quæſt. 9. num. 54.* Hurtad. *de Interd. diffic. 10. n. 35.*

Qvæstio XI.

An etiam ſit mortale, violare Interdictum quodcunque, in materia Eccleſiaſticæ ſepulturæ?

Reſpondeo tanquam certum, etiam eſſe mortale. Quia eſt tranſgreſſio rei grauis, contra abſolutam Eccleſiæ prohibitionem. Quod clarè colligitur ex grauitate pœnæ impoſitæ ipſo iure, excommunicationis maioris, aduerſus eos, qui in loco interdicto, vel nominatim interdictos ſcienter ſepelire præſumunt. Verba *Clement. 1. de ſepult.* hæc ſunt: *Eos, qui, &c. in Cœmeteriis, Interdicti tempore, in caſibus non conceſſis à iure, vel excommunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos, ſcienter ſepelire præſumunt, decernimus ipſo facto excommunicationis ſententiæ ſubiacere*, &c. (Qui autem cenſeri debeant ſepelire, & quæ actio ſufficiat ad incurrendam hanc excommunicationem, diximus *ſup.* de quinto effectu excommunicationis maioris, qui eſt priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ.) Sic communiter Doctores Suarez *diſp. 35. ſect. 1. num. 19.* Filliuc. *tract. 18. cap. 4. quæſt. 7. num. 106.* Alterius *diſput. 8. cap. 4.* Hurtad. *diffic. 10. n. 32.*

Qvæstio XII.

An in humanis actibus, teneatur quis vitare interdictos, ſaltem denunciatos nominatim?

Reſpondeo tanquam certum: nullum, ſiue Clericum, ſiue laicum, teneri vitare tales interdictos. Quia Interdictum ſolùm prohibet res Eccleſiaſticas, & ſpirituales, nempè, Officia diuina, Sacramenta, & ſepulturam, vt nuper vidimus: ergo in aliis rebus humanis aut ciuilibus, non eſt vetita communicatio. Sic Henriq. *lib. 13. cap. 5. n. 5.* & *cap. 43. n. 7.* Auila *p. 5. diſp. 5. dub. 1. concl. 1.* Alter. *diſp. 8. cap. 5. in princip.* Bonacina *de Interd. num. 2.* Hurtadus *difficultate 11.* Sayrus *lib. 5. cap. 12. num. 23. & 24.* Baſſæus *Interdictum 3. num. 7.* Suarez *diſputat. 37. ſect. 1. num. 6.*

Qvæstio XIII.

An laici teneantur vitare interdictos nominatim denunciatos, ſi non in humanis, in diuinis ſaltem?

Affirmat Sayrus *lib. 5. cap. 12. num. 23.*

Sed tanquam certum reſpondeo: non teneri eos vitare, ex vi præcepti Eccleſiaſtici, præterquam in Eccleſiaſtica ſepultura. Ratio eſt, quia nullibi in iure reperitur præceptum obligans laicos ad vitandum interdictos etiam nominatim denunciatos, niſi ad non tribuendum illis ſepulturam *in Clem. 1. de ſepult.* nuper *citata.* ergo Notanter dixi: *ex vi præcepti Eccleſiaſtici*, nam aliunde poteſt contingere, vt laici teneantur vitare Interdictum denunciatum, putà ſi ex eo, quòd non illum non euitant, cooperantur peccato illius, vel actui iuriſdictionis inualido, vt ſi abſolutio Sacramentalis impediatur ab Interdicto denunciato, quæ eſt nulla, &c. Sic communis Syluest. D. Anton. Caiet. Armill. & Henriq. quos affert, & ſequitur Auila *p. 5. diſp. 5. dub. 1. concl. 1.* Alter. *diſp. 8. cap. 5. col. 1.* Hurt. *difficult. 11. n. 34.* Bonacina *loc. cit. n. 19.*

Qvæstio XIV.

An Clerici ſaltem, teneantur ſub mortali euitare interdictos nominatim in iis rebus, à quibus ſunt interdicti?

Reſpondeo tanquam certum: teneri ſub mortali euitare tales nominatim Interdictos, in dictis rebus. Vnde mortaliter peccant, celebrando coram illis, vel illos ad diuina Officia, ſeu Eccleſiæ Sacramenta, aut Eccleſiaſticam ſepulturam admittendo. Sic Sotus *in 4. diſt. 22. quæſt. 3. art. 1. concl. 6. verſ. Ad argumentum.* Henriq. *lib. 13. cap. 33. n. 3.* Auila *loc. cit. concl. 3.* Alter. & Bonac. *loc. cit.* Filliuc. *n. 147. verſ. Notandum ſecundò.* Suar. *n. 6. cit.* & Hurtad. *loc. cit. verſ. Conueniunt ſecundò*, & alij. Qui omnes notant, *primò* hanc reſponſionem non eſſe intelligendam de omnibus Clericis, ſed ſolùm de illis, qui celebrant diuina Officia, vel permittũt celebrare in Eccleſia, cuius regimen eſt illis commiſſum. Et hoc probant, ex cap. *Non eſt vobis, de ſponſal.* vbi dicitur: *Nec celebretis, nec aliquem celebrare permittatis.* Vnde Clerici qui non celebrant, aut celebrare non permittunt, eò quòd non ſit illis commiſſum regimen Eccleſiæ, ſed ſolùm audiunt diuina, non peccant, quia tunc ſe habent ſicut laici. *Secundò* notant, quod vt dicti Clerici ſint rei culpæ mortalis, non euitando Interdictos, requiratur quod hi ſint nominatim interdicti, & denunciati iuxta Extrauagant. *Ad euitanda.* Legatur Nauarrus *cap. 27. n. 187.*

Qvæstio XV.

An laici violantes Interdictum, aliquas pœnas incurrant?

Reſpondeo tanquam certum: Nullas pœnas ipſo iure incurrere, præterquam in iis quinque caſibus, in quibus incurrunt excommunicationem maiorem. *Primus* eſt, quando Dominus temporalis compellit Clericum publicè, & ſolemniter celebrare diuina in loco interdicto. *Secundus*, quando aliquis præſumit vocare pulſatione campanarum, vel publico præconio ad audienda Officia diuina in loco interdicto. *Tertius*, quando aliquis præſumit impedire, ne excommunicati vel interdicti exeant, quando nominatim ſunt admoniti à Clero. *Quartus*, quando ipſimet excommunicati, vel Interdicti moniti à Clero nolunt exire, & *Quintus*, quando aliquis præſumit ſepelire interdictos, in Cœmeterio etiam non interdicto. Sic Auila *part. 5. diſput. 5. dub. 2. in fine*, & *dub. 4. concluſ. 1.* Henriquez *lib. 13. cap. 43. num. 3.* Hurtadus *de Interd. difficult. 12. in fine.* Ægidius *diſputatione 17. dub. 4. in fine.* Alterius *diſput. 9. cap. 4.*

Qvæstio XVI.

An Clerici violantes Interdictum priuentur electione actiua, & paſſiua ad dignitates Eccleſiaſticas?

Reſpondeo tanquam certum: priuari omnes qui ſcienter violant illud. Itaque omnis Clericus ſiue ſæcularis, ſiue Regularis, qui ſimpliciter violat Interdictum, circa quamcunque materiam, nec poteſt eligi, nec eligere, imò & fit impoſtulabilis ad dignitates

Digitized by Google

Eccleſiaſticas. Sic habetur in cap. *Is cui, de ſentent. excommun. in 6. cap. 1. de Poſtulat. Prælatorum*, & cap. *Cum inter, de elect.* Sic omnes. Legantur Nauar. *cap. 27. n. 187. verſ. Decimononò dico.* Henriq. *num. 3. cit.* Auila *dub. 4. cit. concl. 3.* Alter. *diſput. 9. de Interd. cap. 4. col. 3. verſ. Tertiò violator.* Bonac. *punct. 7. n. 4* Suar. *diſput. 34. ſect. 4. à n. 14.* Hurtad. *diff. 12. n. 35* Fillinc. *tract. 18. cap. 3. n. 86.* & Ægidius *diſp. 17. dub. 4. num. 70.*

QVÆSTIO XVII.

An Clericus violans Interdictum, maneat ipſo iure ſuſpenſus à iuriſdictione Eccleſiaſtica exteriori fori?

NEgant Ægidius, & Hurtadus *locis* nuper *citatis*. Sed probabiliùs reſpondeo: manere ſuſpenſum, ipſo iure. Quia ſuſpenſus ab officio manet ſuſpenſus à iuriſdictione: ſed Clericus violans interdictum manet ſuſpenſus ab Officio, & beneficio, vt clarè colligitur ex cap. *Tanta, de exceſſib. Prælator.* & ex cap. *Poſtulaſtis, de Cler. excommun. miniſtran.* ergo. Sic Paludan. *in 4. diſt. 18. art. 18.* Sot. *diſt. 22. quæſt. 3. art. 1. concl. 5.* Couar. *in cap. Alma, part. 2. § 2. num. 2.* Angelus, D. Anton. Syluest. & Caiet. quos ſequitur Auila *part. 5. diſp. 5. dub. 4. concl. 2.* Alterius *diſput. 9. cap. 4. col. 2. verſ. Secundò Clericus.* Bonacina *punct. 7. n. 4.* & alij penes ipſos.

QVÆSTIO XVIII.

An Clerici, tam ſeculares, quàm regulares, exempti à iuriſdictione ordinaria, incurrant ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi celebrent diuina in locis interdictis, aut coram perſonis interdictis non toleratis, &c.

REſpondeo tanquam certum: incurrere, ſi id illicitè facere præſumpſerint. Quia ſic decreuit Bonifac. VIII. in cap. *Epiſcoporum, de priuileg. in 6.* ibi: *Qui contra præſumpſerint, ingreſſum Eccleſiæ ſibi nouerint interdictum, donec de tranſgreſſione huiuſmodi, ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerint, ſatisfecerint competenter.* Sic Pontifex. Et ſic omnes DD. præſertim mox citandi.

QVÆSTIO XIX.

An etiam Clericus non exemptus, incurrat hanc ſuſpenſionem, celebrando diuina eodem modo, hoc eſt, in loco interdicto, &c.

NEgant aliqui Doctores, eo quod putent, dictam ſuſpenſionis pœnam latam tantum fuiſſe in Clericos Regulares, aut ſæculares, exemptos. Sic Doctiſſ. Nauar. *cap. 25. n. 94.* his verbis: Et qui Miſſam aut alia diuina Officia celebrat in loco non interdicto, coram perſonis interdictis, & eſt ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſus, cap. *Epiſcoporum, de priuileg. lib 6.* & ſi ſtante illa ſuſpenſione celebrat, fit irregularis, d. cap. *Is cui.* Quod quantum ad ſuſpenſionem, & irregularitatem, intelligendum eſt, de exempto a iuriſdictione ordinaria, & non de non exempto: quia cap. *Epiſcoporum,* quod de hoc loquitur, non comprehendit non exemptos, iuxta opinionem Archid. *ibid.* receptum, per Domin Peruſ. & Ioan. Colon & Villadiego *de irregul. col. 7.* & Cald. *conſil. 4. de ſentent excom.* quo nonnullos conſolati ſumus. Hucuſque meus Nauar. Quem citatum ſequuntur Henriq. *lib. 13. cap. 46. num. 3.* & Auila *lib. 5. diſput. 5. dub. 4. concluſ. 4.*

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam incurrere. Quia probabiliùs eſt, intentionem Pontificis in illo cap. eam fuiſſe, vt omnes Clericos, etiam non exemptos comprehenderet. Sic ſentit Gloſſa *in d. cap. Epiſcoporum, verb. Ingreſſum,* & probat benè ex verbis textus: *Præſenti decreto duximus ſtatuendum, ne aliqui ſæculares, aut regulares, quantumcunque exemptionis, ſeu libertatis Sedis Apoſtolicæ priuilegijs communiti,* &c. *ſcienter celebrêt,* &c. Vbi dictio illa, *quantumcunque,* quæ eſt amplificatiua, ſignificat intentionem eſſe Pontificis, velle comprehendere omnes, id eſt, tam exemptos, quam non exemptos: Sic Gloſſa. Cui ſubſcripſere Paludan. *in 4. diſt. 18. quæſt. 8. §. Quantum ad principale, concl. 2.* D. Anton. *3. p. tit. 26. cap. 2. §. 2. & cap. 4. §. 1.* Syluester *Interdictum 6. §. 2. dict. 3.* Angel. *Interdictum 4. num. 1.* & *Interd. 6. n. 5.* Alterius *diſp. 9. cap. 4. col. 3.* Ægid. *diſp. 17. dub. 4.* quem citat, & ſequitur Hurtadus *difficult. 12. num. 16.* Bonacina *punctò 7. num. 4. verſ. Dixi in propoſitione.* Baſſæus *Interdictum 3. num. 4.*

QVÆSTIO XX.

An Religioſi, & Moniales non ſeruantes Interdictum, ſcientes illud ſeruari à Matrice Eccleſia, aut à Parochia loci, vbi degunt; excommunicationem ipſo facto incurrant?

REſpondeo tanquam certum: incurrere. Quia ita habetur in Clement. 1. *de ſentent. excommun.* ibi: *Alioquin non ſeruantes excommunicationis ſententiæ hoc ipſo volumus ſubiacere.* Et Clement. 3. excommunicantur ſpecialiter Fratres Minores, ſi tempore Interdicti recipiunt in ſuis Eccleſiis ad diuina, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci. Sic omnes. Legantur Nauarrus *c. 27. n. 146.* vbi latè de hac excommunicatione. Filliuc. *c. 2. n. 60.* Alter *diſp. 9. cap. 4. col. 7. 8. & 9.* Ægid. *dub. 4. cit. concl. 3.* Hurtad. *n. 36. cit. in fine, verb. Interdictum, n. 13.* ita dicens: Religioſi debent ſeruare Interdictum, quod ſeruat Cathedralis, vel Parochiales omnes. Sic ille. Henriquez *lib. 13. cap. 46. num. 4.* Auila *part. 5. diſput. 5. dub. 3. concluſ. 2.*

QVÆSTIO XXI.

An Religioſi hanc incurrant Cenſuram, ſi non ſeruent Interdictum, quod non omnes Parochiales Eccleſiæ, ſed aliquæ ſolùm ſeruant?

REſpondeo non incurrere, vt ex multis docet Alterius his verbis: Si verò ſit interdicta aliqua terra vbi non adſit Eccleſia Cathedralis, vel plures Parochiales, tunc, vt dicunt Nauar. *dicto num 46. verſ. Quinta,* & Cadin. *n. 25. ex ſent.* Gloſſæ *in d. Clement. verb. Matricem.* Si vnica ſit Eccleſia Parochialis in illo Oppido, illa dicitur in eo Matrix. Si multæ diuiſæ, neceſſe eſt, vt ab omnibus ſeruetur Interdictum, vt Religioſi incidant in excommunicationem illud violantes; quia Eccleſia illa vnica Parochiales, vel plures illi iunctæ æquiparantur in illo Oppido Eccleſiæ matricis, ſi nulla adſit principaliter. Sic Alterius *diſput. 9. cap. 4. col. 8 verſ. Quintò notandum eſt.* Syluest. & Caiet. quos citat, & ſequitur Auila *part. 5. diſput. 5. dub. 3. concl. 3.* Sà *loco citato.*

DISPVTATIO IX.

De Interdictis in ſpecie à iure latis.

QVÆSTIO I.

In quibus caſibus, Interdictum perſonale ſpeciale ipſo iure incurritur?

RESPONDEO incurri. *Primò*, in caſu quo Iudex Eccleſiaſticus præſumit ferre Cenſuram aliquam ſine

ſine ſcriptis, vel in ſcriptis quidem, ſed ſine monitione, aut non exprimendo cauſam, tunc Interdictus manet ab ingreſſu Eccleſiæ, non plenè, ſed per menſem, *cap. 1. de ſent. excomm. in 6. & cap. Sacro 48. eod. tit. extra.* De quo Nauarr. *cap. 27. n. 156. §. 5.* & Henriquez *lib. 13. cap. 43. n. 5.* Qui excipiunt Prælatos Regulares, qui poſſunt abſque ſcriptis proferre Cenſuram contra ſuos. Suarez *diſp. 37. ſect. 1.* & alij.

Secundò Epiſcopi, aut alij Superiores, vſurpantes ſibi bona Eccleſiarum, aut beneficiorum vacantium, vel fructus eorum, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, quouſque reſtitutionem fecerint de prædictis. *cap. Præſenti, de Offic. Ordinarij in 6.*

Tertiò Laïci conferentes Epiſcopatum, aut Abbatiam, & recipientes ab illis, interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ, donec tales dignitates deſerant. *cap. Si quis deinceps 16. q. 7.*

Quartò Interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ donec ſatisfaciant, omnes etiam exempti, qui violant Interdictum locale à iure, vel ab homine *cap. Epiſcoporum, de priuileg. in 6.* de quo egimus nuper *diſput. 8. q. 18. & ſequent.*

Quintò Epiſcopi, & alij Prælati Superiores, qui ratione viſitationis aliquid accipiunt, vltra id quod iis eſt conceſſum per cap. *Romana de cenſibus in 6.* interdicuntur ab ingreſſu Eccleſiæ; *ſi intra menſem duplum eius, quod receperint, non reſtituerint cap. Exigit, de cenſib. eod. lib. & in Extrau. vnica de cenſib.* Vbi hoc Interdictum extenditur ad omnes de familia Viſitatoris, qui per ſe, vel alios, aliquid recipiunt ab his qui viſitandi ſunt, præter id, quod illis eſt iure conceſſum.

Sextò. Manent Interdicti Iudices Eccleſiaſtici, qui Officiales Romanæ Curiæ, aut alios qui ad eam profectos pro ſuis negotiis, priuant ſuis beneficiis Eccleſiaſticis, & ea aliis conferunt. *Extrauag. 3. de priuileg.* De quo videantur Suarez *loc. cit.* & Bonac. *de Interd. puncto 8. num. 19.*

Septimò Prælati edentes Commentaria in Tridentinum remanent interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. Pius V. in Bulla confirmat. Concilij Trident. De his, & aliis nonnullis Interdictis legantur Suarez *diſp. 37. ſect. 1.* Filliuc *tract. 18. cap. 7. q. 8.* Ægidius *diſp. 17. dubio 5.* Bonac. *puncto 8. à num. 13.* Baſſæus *Interdictum 6. à numero 14.* Hurtadus *de Interd. diff. 17.* Luyſius *lib. 6. diſputatione 55. dubio 1.* & alij.

QVÆSTIO II.

In quibus caſibus, incurritur, ipſo iure, Interdictum generale perſonale?

RESpondeo: Quod in his octo in quibus iure lata ſunt. *Primò* namque interdicuntur Vniuerſitates, aut Collegia concedentia vſurariis alienigenis locum habitationis *cap. 1. de vſuris in 6.*

Secundò. Interdicuntur ipſo facto Vniuerſitates concedentes contra perſonas Eccleſiaſticas, aut eorum bona, repreſſalia, ſeu pignorationes, quibus vnus pro alio grauatur, niſi intra menſem ea reuocauerint *cap. vnico, de iniuriis in 6.*

Tertiò. Interdicuntur Vniuerſitates, aut Capitula, ſeu Collegia, quæ ab Ordinationibus, ſententiis, ſeu mandatis Sum. Pontificis ad futurum Concilium generale appellant, *Bulla Cœnæ n. 2.* de quo egimus ſupra in expoſit. eiuſdem Bullæ.

Quartò. Interdicuntur Collegia, ſeu Communitates exigentes tributa, abſque licentia Pontificis, ab Eccleſiaſticis perſonis; *cap. Quamquam, de cenſib. in 6.*

Quintò. Interdicuntur Vniuerſitates, quæ ex certa ſcientia præſumpſerint reſiſtere ſtatutis hab tis *in Extrauag. Saluat. de Præb.* circa diuiſionem Epiſcopatus Toloſani.

Sextò. Interdicuntur Vniuerſitates, vel Collegia, quæ non obſeruant conſtitutionem Ioannis XXII. circa fructus beneficiorum vacantium. *Extrauag. vni. Ne Sede vacante aliquid innou.*

Septimò. Interdicuntur Capitula, quæ Sede vacante intra annum concedunt Dimiſſorias ad Ordines ei, qui non coarctatur ad id ratione beneficij. *Trident. ſeſſ. 7. cap. 10. de reformat.*

Octauò. Interdicuntur Vniuerſitates imponentes, vel exigentes decimas, talleas, ab Eccleſiaſticis, vel bona Eccleſiarum occupantes, *cap. Clericis, de immunit. Eccleſ. in 6.* De his agunt Suarez *ſect. 1. cit. à n. 13.* Filliuc. *cap. 6. à num. 143.* Ægidius *dubio 5. cit.* Bonac. *à n. 7.* Luyſius, Baſſæus, & Hurt. *locis cit.*

Feruntur etiam in iure alia Interdicta localia, de quibus videri poſſunt Suarez, Filliuc. Bonac & Baſſæus. Ea autem nos non adducimus, quia illa poſt Concilium Conſtantienſe non obligant ante denunciationem à Iudice factam: adduximus verò perſonalia quia obligant ſtatim perſonam interdictam; licet non alios, adhuc Clericos, ita vt teneantur vitare dictos Interdictos, ante denunciationem, ſicut in ſimili de excommunicatione explicatum eſt. Legantur Doctores citati.

DISPVTATIO X.

De Relaxatione, vel Abſolutione Interdicti.

QVÆSTIO. I.

An Interdictum latum ad tempus, vel ſub conditione tacita, vel expreſſa, donec ſatisfaciat, vel reſtituat; *eo tempore elapſo, vel adimpleta conditione, ipſo facto, ſine noua abſolutione ceſſet?*

AFFIRMANT plures Doctores, eò quòd Cenſura non operatur pluſquam verba ſignificant. Ita Sayrus *lib. 5. cap. 15. n. 2.* Auila *parte 5. diſp. 6. dub. 1. concl. 1.* Ægidius *diſp. 17. dub. 6. n. 76.* Sà *verb. Interdictum, n. 2.* vbi ita ait: *Interdictum* poſitum, donec aliquid fiat, eo facto ceſſat, ſicut & ſuſpenſio: ita ſi eſt ad certum tempus poſitum, poſtea ceſſat Ita ille. Bonacina hic *punct. vlt. n. 1.* & alij citati *diſp. 5. de ſuſp. q. 1.*

Sed probabilius reſpondeo: Non ceſſare, ſaltem ex vi iuris, ſine noua abſolutione. *Primò*, quia idem diximus *de excommunicatione diſp. 11. q. 5. & de ſuſpenſ. diſp. 5. q. 1.* quibus in iure *cap. Is, cui, de ſent. excomm.* æquiparatur Interdictum *Secundò* Quia ratio quæ affertur *de excommun. in cap. Cum deſideres, de ſent. excommunic.* nempe, vt dignoſcatur etiam ſatisfeciſſe Eccleſiæ, quam offendit, valet etiam in Interdicto. Sic loquendo de Interdicto, quod latum eſt, vt Cenſura, vt nos loquimur, docent Suarez *diſp. 38. num. 4. & 5.* Filliuc. *tr. 18. c. 5. q. 2. n. 115.* Hurt. *diff. 16. in princ.* Alterius *hic, diſp. 11. c. 1. col. 4. verſ. Alia ſententia.*

QVÆSTIO II.

An Interdictum locale generale impoſitum in tota Ciuitate, tollatur per deſtructionem ipſiuſmet Ciuitatis?

RESpondeo tanquam certum: Non tolli. Quia, vel non contingit moraliter loquendo, vt totus locus interdictus deſtruatur: vel licèt deſtruatur Ciuitas,

Digitized by Google

nitas, vel Villa, ſemper manet ſolum illud, in quo ſunt ruinæ Ciuitatis, quod manere poteſt Interdictum. Sic communis. Suarez *diſp.*38. *ſect.* 1. *num.*10. Filliuc. *loc.cit.q.*3.*n.*117. Alterius *cap.*2.*col.*2.

Qvæstio III.

An Interdictum locale impoſitum ob delictū eius, Domini, tollatur alienatione ſola, aut venditione talis loci?

Affirmandum probabiliter videtur. Quia iam non manet illa terra interdicta, v. g. ſub eo reſpectu ad priorem Domini, ob cuius delictum interdicta fuit: ergo ipſa ſola alienatione facta, talis terra non manet interdicta. Ita ſentiunt Ægid. & Hurtad. citati *ſup.diſp.*1.*q.*19.

Sed probabilius reſpondeo: Non tolli. Quia tale Interdictum eſt onus quoddam loci interdicti: at ſic eſt, quod res quæ alienatur tranſit cum ſuo onere: argum. *cap. Ex literis. de pignorib. & cap. Paſtoralis. de Decimis*: ergo. Nec valet argumentum pro parte oppoſita factum. Nam reſpondetur ex dictis ſæpè, quod Interdictum ſemel latum, ſemper durat, donec à Superiori relaxetur, quamobrem licèt illa terra non fuerit interdicta, niſi quia erat talis Domini, tamen poſtquam ſemel latum eſt Interdictum in eam, ſemper manet, niſi à Superiori relaxetur. Sic Sylu. Calder. & Gemin, quos citat, & ſequitur Suarez *ſect.*1.*cit.n.*11. Francus, & Anchar. quos affert, & amplectitur Alterius *loc.cit. col.* 2. *verſ. Oppoſita tamen ſententia.* Filliucius *loc. cit.* Corneio *diſp.* 4. *de Interd.q.*1.

Qvæstio IV.

An Interdictum locale ſpeciale, vt alicuius Eccleſiæ; tollatur ſola deſtructione ipſiuſmet Eccleſiæ?

Affirmare quis, & probabiliter poſſe. Quia deſtructo ſubiecto, neceſſariò debet deſtrui quidquid in illo ſubiectatur: ergo deſtructa Eccleſia, Interdictum quod illi inhæret quaſi, neceſſariò deſtruitur.

Sed probabilius reſpondeo: Non tolli per deſtructionem ſolam Eccleſiæ. Quia quamuis deſtruantur parietes, & tectum, remanet ſolum, quod eſt interdictum etiam, in quo contra illud, poſſent ſepeliri corpora Chriſtianorum, erigi Altaria, ibique Sacra celebrari; ergo. Sic Suarez *diſp.*38.*ſect.*1.*n.*13. Filliuc. *loc.cit.n.*118. Alterius *loc.cit.col.* 3.*dicto* 2. Reginald. *lib.*32.*tract.* 3.*n.*59. Bonac. *de Interd.puncto vltimo.n.*2. Luyſius *lib.*6.*diſp.*54.*dub.*2.

Qvæstio V.

An Interdictum deambulatorium, quo interdicitur locus incertus, & indefinitus, v.g. Terra, ſeu Prouincia, vbi maneat talis perſona. v.g. Petrus tollatur, eo ipſo, quod Petrus mutet Terram, ſeu Prouinciam, abſque alia relaxatione Superioris?

Reſpondeo: Tolli, eo ipſo quod talis perſona mutet locum: ſine vlla alia relaxatione Superioris. Quia tale Interdictum potius dici poteſt perſonale, quàm locale, eo quod potiùs feratur in odium perſonæ in tali loco pro tempore, in quo detinetur in illo; quàm in odium loci ipſius, & ideò tranſlata perſona, deſinit talis locus eſſe interdictus, ſine vlla alia relaxatione: ſicut è contra, ille alius locus in quem ſe transfert, incipit eſſe interdictus, abſque eo quod feratur noua ſententia, & ſic ſucceſſiuè. Sic Suarez *loc.cit.n.*14. Filliucius *n.*118.*cit.* Alterius *cap.*2. *cit.in fine.* Corneio *diſp.*4.*dubio vnico, quaſt.*2. Luyſius *dub.*2. *cit.verſ. Item dubium.*

Qvæstio VI.

An Interdictum generale perſonale, quo Ciuitas, Communitas, ſeu Collegium eſt interdictum, tollatur diſſoluta Ciuitate, Communitate, vel Collegio, ſine alia abſolutione Superioris?

Reſpondeo tanquam certum: Tolli ſine alia abſolutione. Quia Interdictum latum erat in Collegium, vel Ciuitatem, &c. quatenus corpus quoddam morale eſt; ergo ſolum poteſt durare, ſuperſtite Collegio, vel Ciuitate, quæ eſt ſubiectum Interdicti; nam deſtructo omnino ſubiecto, deſtruuntur eo ipſo omnia accidentia, quæ ſunt in ipſo. Nec ſatis eſt, quod maneant perſonæ ex quibus erat compoſitum Collegium vt interdictum, ſi non conſtituunt amplius illud Collegium; nam illæ non erant per ſe interdictæ vt priuatæ perſonæ, ſed vt membra, & partes illius Collegij, & ſub hac ratione non manent interdictæ deſtructo Collegio, &c. Sic Suarez *diſp.* 38. *ſectione* 1. *n.*15. Alterius *diſp.*11. *cap.*3. *in princ.* Filliuc. *tract.*18.*cap.*5.*q.*4. *n.*119. Ægidius *diſp.*17. *dubio* 6. *in fine.* Corneio *loc. cit. q.*3. Bonac. *puncto vlt. num.* 3. Couarr. *lib.*2. *variar. cap.*8. *n.*10. Luyſius *dub.*2. *cit.* & alij. Qui omnes hanc reſponſionem intelligunt reſpectu Innocentium, qui non ligantur Interdicto diutius quam ſint pars Collegij, &c. non verò reſpectu eorum, qui cauſam culpabilem Interdicto dederunt, quia iſti ſemper remanent Interdicti, quia cenſentur particulatim Interdicti, & nomine ſuo, & non ſolùm nomine Communitatis.

Qvæstio VII.

An qui ligatus Interdicto perſonali particulari, verè pœnitens moritur, ipſo facto liberetur Interdicto?

Affirmant Couarr. Auila, Corneio, Diana, & alij citati *ſup.diſp.*7.*q.*8.

Sed probabilius reſpondeo: Non liberari ipſo facto, ſed neceſſariam eſſe abſolutionem Interdicti. Quia Cenſura non tollitur per pœnitentiam, ſed per abſolutionem. Sic Alterius, Suarez, Bonacina, Baſſæus, Filliuc. & Luyſius citati *ſup. q.*8. *citata.* Legatur Alterius ſpeciatim *loc.cit.ibi.& diſp.*11.*c.*3.

Qvæstio VIII.

An Interdictum omne poſſit auferri, vel ſuſpendi ab illo, qui illud tulit?

Reſpondeo tanquam certum: Poſſe auferri, aut ſuſpendi in totum, aut etiam quoad aliquos effectus. Hæc reſponſio, quæ eſt omnium, manifeſtè conſtat ex dictis de Cenſuris aliis. Legatur Auila *parte* 5. *diſputatione* 6.

Qvæstio IX.

An Epiſcopus poſſit abſoluere ab omni Interdicto locali, lato à iure abſolutè; & ſine termino?

Negat Henriquez *lib.*13.*c.*51. *n.*3. his verbis: At locale Interdictum à Papa impoſitum præſertim ad tempus, nullo modo poteſt Epiſcopus tollere, aut

Digitized by Google

aut ſuſpendere. Ita ille, citans pro ſe, *lit.C.* Couarr. *in cap. Alma, parte 2. §.2.n.4.* cum Ioan.Andr.Anton. Card.Franc. Decio,& Syluestro.

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe. Quia, vt conſtat *ex cap.Nuper. de ſent. excommunic.* Epiſcopus poteſt abſoluere, relaxare, aut diſpenſare, in his, quæ non ſunt reſeruata Papæ: at ſic eſt quod huc vſque nullum Interdictum eſt reſeruatum Papæ, in iure, vt ex Soto docet Auila, ſtatim citandus: ergo.Sic Auila *parte 5. diſp.6. dubio 1. concl.4.6.& 8.& dub.4. concl.3.* Suarez *diſp.38. ſect.2.n.5.& 6.* Filliuc. *tract.18.cap.5. q.7.n.124.* Ægidius *diſp.17. dubio 6 n.76.* Alterius *diſputatione 11. de Interd. cap.4.col.3. verſ.Quod ſi Interdictum.* Bonac. *de Interd. puncto vlt. num.5.* Qui pro hac parte citat Henriquez *lib 13.diſp.48.n.3.* Sed omnino malè, vt vidimus. Luyſius *lib.6. diſp.54. dubio 4.* Hurtad. *de Interd. diff.16.n.48.*

QVÆSTIO X.

An Epiſcopus, non ſolùm tollere, ſed etiam ſuſpendere ad tempus, poſſit dictum locale Interdictum?

NEgant, apud Dianam, Couarr. *in capite Alma, parte 1. §.11. n.6. verſ. Secundò.* Auila *diſp.6. cit. dub.4. concl.4.* & Gloſſa *in cap. Ad hæc de appellat.* Et quamuis hi Doctores id doceant, ſed aut non omnino loquendo de noſtro caſu; aut non ita firmiter quod contrarium probabiliter non ſequantur, *vt infra.* Poſſunt tamen citari pro hac parte Henriquez nuper citatus,& alij penes ipſum.

Sed probabilius reſpondeo: Etiam poſſe Epiſcopum tale Interdictum ſuſpendere. *Primò.* Quia poteſt illud ſimpliciter tollere in totum, vel ad tempus: ergo & ſuſpendere. *Secundò.* Quia conſuetudo, quæ clarè ſupponitur *in cap. Ad hæc, de appellat. el vltimo*, hanc facultatem tribuit Epiſcopis per tacitum conſenſum Papæ: ergo. Hanc ſententiam eſſe communem apud Doctores, & ſecuram in praxi, expreſsè docet Auila *loc.cit.concl.5. in fine.* Eamque poſſe defendi, ob ſecundam rationem à nobis ex illo allatam, clarè ait, *concl.4.verſ. Dico præterea.* Tenent autem illam, Nauarr. *cap.17.n.183.* Gloſſa *in cap. Præſenti, de ſententia excommunic.in 6.* Suarez *diſp.38. ſect.3.n.6.* Rodriguez *tomo 2. Regul.q.111. art.1.* Diana *parte 5. tract.10. reſolutione 69.* Bonac. *loc. cit.* Alterius *diſp.11. capite 5. col.4.verſ. Hæc igitur opinio.*

QVÆSTIO. XI.

An etiam poſſit Epiſcopus abſoluere ab Interdicto locali, non ſolùm à iure poſito, ſed etiam lato à Papa tanquam ab homine?

REſpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia ab Interdicto lato ab homine, per particularem ſententiam, ſolus is ſoluere poteſt, qui illud tulit, vel eius ſucceſſor, vel ſuperior eius, vel alius ex delegatione: at ſic eſt, quod Papa eſt ſuperior,& Epiſcopus inferior: ergo. Sic communiter omnes. Legantur Suarez *diſp.38.ſect.2.* Auila *loc.cit.concl.5.* Bonac. *cit. verſ. Dixi poſito à iure.* Alterius *diſp.11.c.4.col.5.*

QVÆSTIO XII.

An Epiſcopus poſſit abſoluere ab Interdicto perſonali lato à iure?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe, non tantùm ab Interdicto generali perſonali, à iure lato, ſed ab ſpeciali lato ab eodem iure. *Prima pars* probatur. Quia etiam reſpectu Vniuerſitatis, ſeu Communitatis, Iudex in Eccleſiaſtico foro externo, eſt Epiſcopus. *Secunda pars* etiam probatur ex dictis. Quia ſi Epiſcopus poteſt relaxare Interdictum generale perſonale, quod eſt maius; multò magis poterit ſpeciale aut particulare, quod eſt minus. Sic Suarez *ſect.2.cit. n.6.* Henriquez *lib.13. cap.35. n.2.* Auila *parte 5. diſputatione 6. dubio 1. concl.3.* Alterius *cap.4. cit. col. 3. & 4.* Filliuc. *tract.18.cap.5. q.8.n.125.& 126.* Bonac. tandem, licet in principio contrà dicat, *loc. cit. n.5 verſ. Dixi ab Interdicto locali.*

QVÆSTIO XIII.

An Parochus, ſeu alius Confeſſor Ordinarius, poſſit abſoluere, iure ordinario, ab Interdicto generali locali & perſonali?

REſpondeo tanquam certum: A neutro poſſe. Non ab Interdicto generali locali: quia non habet iuriſdictionem fori contentioſi, quæ eſt neceſſaria, vt Interdictum locale tollatur, ſicut etiam vt imponatur, (quæ ratio etiam conuincit non poſſe abſoluere adhuc ab Interdicto locali ſpeciali) ergo.

Rurſus nec poteſt ab Interdicto generali perſonali abſoluere. Quia dictus Confeſſarius non habet iuriſdictionem ordinariam in foro exteriori in Communitate. Nec ſufficit iuriſdictio, quam habet in foro interno, vt ratione illius dicamus eſſe ei conceſſam iuriſdictionem fori exterioris, quia Communitas non eſt capax abſolutionis Sacramentalis. Ex quo inferri poteſt, non poſſe ſingulas perſonas Communitatis interdictæ eximi à tali interdicto à Parocho, vel Confeſſore iure ordinario. Quia reſpectu talis Interdicti parochus nullam habet iuriſdictionem, quia non fertur per ſe in ſingulares perſonas, ſed in Communitatem. Et aliàs abſolutio ab Interdicto non eſt neceſſaria ad abſolutionem à peccatis, cum ex priuilegio *cap. Alma mater.* Interdictum non priuet ſacramento Pœnitentiæ, *vt ſuprà* habitum eſt. Sic omnes. Suarez *diſp.38.ſect.2. n.6.* Alterius *diſp.11. c.4. col. 3. & 4.* Henriquez *lib.13.c.53.n.3. & cap 35. numero 2.* Filliuc. *q.8. cit. n.125. & 126.* Bonac. *puncto vlt. n.6.* Reginald. *n.56.* Auila *parte 5. diſp.6. dub.1.concluſ.2.* Corneio *diſp.4.de Interd.Sub.vnico,q.5.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem poſſit dictus Parochus, aut alius quilibet Confeſſor ordinarius, abſoluere ab Interdicto perſonali ſpeciali, ſeu particulari, lato ſine reſeruatione?

NEgat Henriquez *lib.13.c.36.n.2. & c.51. num.3.* vbi ita dicit: Parocho non conceditur abſoluere ab Interdicto, aut ſuſpenſione, quia huius abſolutio non eſt neceſſaria ante abſolutionem à peccatis; cùm tamen Parochus abſoluat, ex tacita commiſſione, ab excommunicatione iuris, aut generali hominis, ſi non reſeruetur; quæ præmitti debet ante receptionem Sacramenti. Ita ille, & penes ipſum, Sylu. & Sotus. Ita etiam Auila *loc.cit.*

Sed probabilius reſpondeo: Poſſe abſoluere à tali Interdicto, modò non ſit reſeruatum, & detur ſatiſfactio, aut cautio ſatiſfaciendi. *Primò.* Quia ſic clarè colligitur *ex cap. Nuper. de ſent. excommun. Secundò.* Quia poteſt ab aliis Cenſuris: ergo etiam ab Interdicto. Sic Suarez *diſp.38. ſect.2.n.9.* Filliuc. *n.126.cit.* Ægidius *diſp.17. dub.6. n.77.* (non *diſp.7. dub.6. n.7.* vt leges apud Dianam) Reginald. *n.56.* Bonac. *puncto vlt. de Interd.n.6.* Præpoſit. *in 3. p. q.4. de Interd. dubio 6.n.61.* Laymann. *lib.1.tract.5. parte 4.cap.5. n.3.*

Corneio

Digitized by Google

Cornejo *diſp.4. de Interd. dubio vnico,queſt.5. dicto 4.* Hurtad. *de Interd. diſſ.16.n.8.* Mercerus *in 3. p.q.14. de Interd. dub.8.* Diana *parte 5. tract.10. reſol.71.* Alterius *diſp.11. de Interd. cap.4 col.4. verſ. Et puto reſpondendum.* Luyſius *lib.6.de Cenſuris,diſp.54.dub.4.*

QVÆSTIO XV.

An Interdictum generale locale, poſſit relaxari ad cautelam?

AFfirmant olim nonnulli, eo quod excommunicatio, & Interdictum paribus paſſibus ambulare videantur, vt colligitur *ex cap. Ad hæc quoniam, cap. Cum medicinalis, de appellat. in 6.* at ſic eſt, quod excommunicatio poteſt tolli ad cautelam, vt habetur *in cap. Solet. & cap. Venerabilibus, de ſent. excommunic. in 6. & à nobis eſt dictum ſup.* ergo etiam Interdictum generale locale poteſt tolli ad cautelam.

Sed, vt certum, reſpondeo: Non poſſe relaxari ad cautelam. Quia ſic decreuit Gregor. X. in Concilio generali Lugdun. & refertur *in cap. Præſenti, de ſent. excommunic. in 6.* per hæc verba: *Præſenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam, quoad Interdicti ſententias, in Ciuitates, Caſtra,vel quælibet alia loca, ſiue terras aliquas, generaliter promulgatas, locum aliquatenus non habere.* Hæc Pontifex. Ex cuius verbis conſtat, quod ſi detur talis relaxatio, omnino ſit nulla, vt notat Gloſſa *ibidem, verb. Non habere.* Sic omnes. Gloſſa *in d. cap. Præſenti.* Qui rationem affert, quare Pontifex voluit, quod relaxatio Interdicti generalis localis non habeat locum, ſicut relaxatio excommunicationis, dicendo, quod hoc ſtatuit Gregorius propter communionis periculum in excommunicatione, vnde ad aliorum cautelam ſit hæc abſolutio: at in participatione Interdictorum non eſt tantum periculum, & ideò relaxatio ad cautelam non habet locum in Interdicto, ſicut habet in excommunicatione, ſed differtur relaxatio Interdicti vſque ad finem cauſæ. Henriquez *lib.13. cap.51.n.4.* Qui tamen falsò putat quod relaxare ad cautelam, ſit relaxare ſub conditione, *Si ſatisfeceris, relaxo Interdictum,* vt conſtat ex à nobis dictis ſup. Nam relaxatio ad cautelam, eſt abſoluere ab excommunicatione, vel Interdicto, quando prætenditur ſententia nulla, verbi gratia: Aſſerit quis fuiſſe poſt appellationem excommunicatum, vel poſitum Interdictum, & petit ad cautelam abſolui ab excommunicatione, vel Interdictum relaxari, antequam de nullitate conſtet. Notat Gloſſa *in cap. Præſenti, in princ.& verſ. Ad cautelam.* Sic Nauarr. *cap. Cum contingat.remed.5. num.7.* Couarr. *in cap. Alma, p.1.§.2. n.5.* Auila *parte 5. diſputatione 6. dubio 5.concl.1.* vbi *in 2. concl.* ait, quod huiuſmodi Interdictum debeat tolli ſimpliciter, vel remitti præſtita cautione de parendo Iudici, antequam de nullitate, vel iuſtitia conſtet.

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem Interdictum ſpeciale locale poſſit relaxari ad cautelam?

NEgat Archidiac.apud Syluestrum *Interdictum 3. q.9.n.14.* & videtur negare etiam Gloſſa *in cap. cit. in fine.*

Sed, longè multò probabilius, reſpondeo: Poſſe. Quia textus *in d. cap. Præſenti,* expreſsè loquitur *de ſententiis Interdicti generaliter promulgatis,* vt vidimus: ergo dicta prohibitio ſolùm de iis eſt intelligenda. Sic Sylueſter, Henriquez, & Couar. qui dicit eſſe communem, & obſeruari in Romana Curia. Auila *loc.cit. concl.3.* Alterius *diſputatione 11. capite 6.col.4. dicto 3.* Tabiena, & Felin. apud ipſum. Suarez *diſputatione 38. ſectione 3. numero 3.*

QVÆSTIO XVII.

An etiam Interdictum perſonale particulare poſſit relaxari ad cautelam?

REſpondeo tanquam certum: Poſſe. Quia homini ſpecialiter, aut particulariter Interdicto omnia Sacramenta denegantur ante abſolutionem: ergo idem dicendum eſt, ac de excommunicato. Sic communiter omnes. Gloſſa *in d. cap. Præſenti, verb. generaliter.* Syluest Henriquez, & alij, quos ſequitur Auila *loco citato concluſione 4.* Quod amplius conſtabit ex mox dicendis.

QVÆSTIO XVIII.

An deinde, Interdictum perſonale generale,putà latum in Vniuerſitatem, aut Collegium, poſſit adhuc relaxari ad cautelam?

REſpondeo: Poſſe adhuc. Quia ſecluſa præfata prohibitione iuris, quodlibet Interdictum poſſet relaxari ad cautelam, ſicut excommunicatio: at ius tantùm vetat in Interdicto generali locali, vt nuper vidimus: ergo reliqua interdicta poſſunt ad cautelam relaxari. Sic Ioan. Andr. Francus, Caldetinus, & Henriquez, quos ſequitur Alterius *c.6. cit. dicto 4.* Gloſſa *margin. in d. capite Præſenti, verb. Generaliter.* Auila *diſp.6. cit. dub.5. concl.4.* Suarez *ſect. 3. cit.* Filliucius *tractatu 18.capite 5. queſt.9.* Bonac. *punct. vlt. num.9.* & alij communiter.

QVÆSTIO XIX.

An Interdictum cenſeatur ſublatum,quando non ſeruatur ab eo, in cuius fauorem latum eſt?

REſpondeo tanquam certum: Cenſeri ſublatum. Quia ſic decreuit Innocent. III. *in cap. Petiſtis, de Priuileg.* ibi: *Sed ſi præfati Hoſpitalarij, vel Templarij, priuilegiorum ſuorum fines exceſſerint, violando temerè Interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum; ne videantur de aliorum fletu ridere, vos in pœnam præſumptionis eorum, quandiù ipſi violauerint Interdictum, de noſtra licentia celebretis.* Hæc Pontifex. Et meritò,quia (vt benè Gloſſa ibi) non debet quis facere, à quo impetrauit alios prohibere: nec debet alij legem imponere quam ipſe negligit obſeruare. Sic Gloſſa, & omnes. Legantur Alterius *diſp.11.c.7.col.1.& 2.*

QVÆSTIO XX.

An etiam cenſeatur ſublatum Interdictum, quando non ſeruatur ab eo,propter cuius delictum poſitum eſt?

AFfirmat Alterius *cap.7. cit. col.1. verſ. Secundò dico,* ibi: Ad rationem initio adductam *ex cap. Petiſtis, de priuilegiis,* Reſpondeo Summum Pontificem ibi loqui tantùm in duobus caſibus non ſeruandi Interdictum, nempè cum is non ſeruat propter cuius delictum latum eſt, vel ad cuius fauorem eſt impoſitum: quare non eſt ad alium caſum extendendum; cùm ſit conceſſum ad modum priuilegij, licèt ſit in corpore iuris clauſum, vt ibi notat Innoc. & Hoſtienſ. Hucuſque Alterius dicit. Sed obdormitans ſanè; Vnde

Tanquam certum reſpondeo: Non cenſeri ſublatum

Digitized by Google

tum interdictum, ex eo quod is propter cuius delictum poſitum eſt, non ſeruet illud. Quia id decreuit idem Innoc. I I I. in prima parte cap. Petiſtis cit. iis verbis: *Petiſtis per Sedem Apoſtolicam edoceri, vtrum cum propter Hoſpitalarios, vel Templarios, ciuitas veſtra, generali ſupponitur Interdicto. eiſdem non ſeruantibus, vos illum teneamini obſeruare? Ad quod duximus reſpondendum, quod illorum exceſſus vobis non præbet licentiam excedendi.* Sic Innocent. Et ſic titulus huius capitis, ita ſe habens: *Si is propter cuius delictum poſitum eſt interdictum, illud non ſeruat, alij nihilominus ſeruare tenentur: ſecus ſi ille non ſeruat; in cuius fauorem latum fuit.* Sic titulus. Quid clarius docere potuit ſententiam noſtram habitam in hac, & præcedenti quæſtione?

QVÆSTIO XXI.

An cenſeatur Interdictum ſublatum, quando non ſeruatur ab eo, qui tulit interdictum?

RESpondeo tanquam certum: Non cenſeri ex eo ſublatum (quidquid nonnulli dixerint) niſi aliàs anteà id verbis ſignificaret. Quia ſicut Interdictum verbis fertur: ita & verbis tolli debet. Sic Henriquez *lib.* 11. *cap.* 50 *n.*4 Calder. Syluest. Tabiena, & D. Anton quos citat, & ſequitur. Alterius *diſp.* 11. *c.*7. *col.* 1. *&* 2. Bonac. *punct. vlt. n.*8.

QVÆSTIO XXII.

An Papa poſſit tollere Interdictum, ſolo actu interiori?

RESpondeo poſſe. Quia cum Pontifex non ſit ſubiectus regulis iuris, quibus decretum eſt, vt Prælatus imponens, vel tollens Interdictum, verbis exprimat ſuam voluntatem, quando ille non vlut vt interdictum vim habeat vtique ceſſabit, quamuis id dicat ſolo actu interno. Vnde qui in tali caſu faceret contra Interdictum, peccaret quidem, quia non conſtaret ei de interiori voluntate Papæ, ſed non incurreret pœnam impoſitam contra violatores Interdicti. Sic omnes, Henriquez, Calder. Sylueſtr. & Alterius *loc. cit.* Bonac. *num.* 10. Auila *diſp.*6. *dub.* 6. *concl.* 2. & alij. Qui omnes ſecus dicunt loquendo de Epiſcopis aut aliis Prælatis inferioribus Papa, quia hi ſunt ſubiecti iuri communi.

QVÆSTIO XXIII.

Quæ forma eſt obſeruanda in relaxando Interdicto?

RESpondeo dicendum, quod licèt nulla ſit determinata, neceſſariò tamen eſt adhibenda aliqua verbalis, per quam ſignificetur Interdictum relaxari. Regulariter autem in relaxando Interdicto perſonali, Iudex ſolet vti verbo, *abſoluo*, (aut *reuoco*, vel *remoueo*,) vt *Abſoluo te ab interdicto, in quod, ob hanc, aut illam cauſam incurriſti. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Si verò Interdictum eſt locale, vſurpatur verbum *remoueo*, aut *reuoco*: Vt *Interdictum tali loco, propter talem cauſam impoſitum, remoueo, aut reuoco, In nomine Patris*, &c. Sic Henriquez *lib.* 13. *cap.*50. *n.*4. Rlterius *diſp.*11. *cap.*7. *col.* 3 Filliuc. *tr.* 18. *cap.*5. *quæſt.*9. *n.* 127. Bauny *de Interd. qu.* 18. *col.* 3. ex Caiet. & Angelo.

DISPVTATIO XI.

De Priuilegio Bullæ Cruciatæ circa Interdicti Cenſuram.

QVÆSTIO I.

An laici habentes Bullam Cruciatæ poſſint tempore Interdicti generalis, intereſſe Miſſæ, & aliis officiis diuinis?

RESPONDEO tanquam certum: Poſſe, etiamſi Interdictum latum ſit à Pontifice. Quia id concedit Bulla, per hæc verba, [*Conuiene allaberi que puedan en tiempo de Entredicho Apoſtolico, ò Ordinario, oyr Miſſa en las Igleſias, Monaſterios, ò Oratorio particular ſennalado o viſitado por el Ordinario; dezir Miſſa y otros officios diuinos, por ſus perſonas ſi fueren Presbyteros, ò hazer celebrar à otros, en ſu perſencia, y de ſus familiares y parientes, y receuir el SS. Sacramento de la Euchariſtia, y los demas Sacramentos, ſaluo en el dia de la Paſqua: con que ellos no ayan dado cauſa al tal entredicho, ni aya quedado por ellos, que ſe quite; y conque las vezes que quiſieren vſar del dicho Oratorio, para lo que dicho es, rezen y hagan oracion, conforme a la deuocien de cada vno, por la conſeruacion de la vnion entre los Principes Chriſtianos y vitorias contra Infieles.*] Sic Bulla *Clauſula* 5. Circa quem legendi ſunt Henriquez *in Summa lib* 7. *cap.* 43. *num.* 5. Trullench, Ludou. à Cruce, Rodriguez, Villalob. Anton. Gomez, Bardus; Machado, & alij de Bulla tractantes.

QVÆSTIO II.

An etiam poſſit quis vigore Bullæ, intereſſe Miſſæ, & aliis officiis diuinis, in Eccleſia ſpecialiter interdicta?

RESpondeo tanquam certum: Non poſſe. Quia conceſſio Bullæ audiendi diuina officia tempore Interdicti, ſolum intelligi poteſt de interdicto generali locali, non verò de interdicto ſpeciali huius, vel illius Eccleſiæ: ergo. Antecedens probatur ex verbis Bullæ Latinæ quæ ſic dicit: In *Eccleſiis, in quibus, aliàs diuina officia, interdicto durante, quomodolibet celebrari permiſſum fuerit*: at ſic eſt, quòd de iure ſolùm licet celebrare diuina officia tempore generalis interdicti loci, *cap. Alma.* vt ſup. eſt habitum: ergo dato, quod illicitè alius celebraret in Eccleſia ſpecialiter interdicta, non poſſet adeſſe vigore Bullæ. Sic Henriquez *lib.* 7. *cap.* 43. *num.* 3. & penes illum, *in Gloſſa lit. E.* Manuel Rodrig. §. 5. *numer.* 4. Couarru. *in cap. Alma.* 2. *p.* §. 4. *n.* 1. D. Anton. 3. *p. tit* 26. *cap.* 1. §. 2. *&* Syluest. *Interdictum* 5. §. 1. His addi poſſunt, Auila *par* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 7. *verſ. Notandum eſt primò, poſt* 3 *concl.* Trullench *in Bull. lib.* 1. §. 3. *dub.* 2. *num.*8. Villalob. 1. *p. ſum. tract.* 27. *clauſula* 4. *n.* 14. Ludou. à Cruce, *diſ.* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *n.* 5. Machado *lib.* 1. *ſum. par.* 3. *tract.* 13. *docum* 8. *n. fine*

QVÆSTIO III.

An vi Bullæ, poſſit quis tempore Interdicti, audire, aut celebrare Miſſam in quacunque Eccleſia & Oratorio?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe: quia id conſtat ex contextu Bullæ. Sic Trullench, ita dicens:

Digitized by Google

Nota 3. nomine Eccleſiarum, de quibus loquitur Bulla Latina, in quibus eſt permiſſum celebrari, durante interdicto, intelligi etiam Monaſteria Virorum, & Mulierum, & Hoſpitalia, Epiſcopi autoritate erecta, tum etiam Eremitæ, quia hæc omnia comprehenduntur, nomine *Eccleſiæ*, abſolutè ſumptæ, &c. Et quamuis nomine Eccleſiæ ſic ſumptæ comprehendatur Oratorium, ſecundum probabiliorem opinionem; tamen Pontifex ad maiorem declarationem, & tollendos ſcrupulos, mentionem ſpecialem fecit de Oratoriis. Sic ille *lib.1. in Bull.* §.2.*dub.2.num.9.* & omnes DD. *nuper citati.*

QVÆSTIO IV.

An Bullæ Cruciatæ Vigore, poſſit quis habere Oratorium priuatum in ſua domo, & in illo Miſſam audire, vel celebrare, etiam tempore Interdicti.

AFfirmant quidem exiſtimantes, duo concedere Pontificem habenti Bullam, & quod poſſit habere in domo ſua priuatum Oratorium; & quod in eo poſſit Miſſas celebrare, vel celebrari facere etiam interdicti tempore; dummodo tale Oratorium ſit diuino tantum cultui deputatum, & ab Ordinario approbatum. Ita ſentit Caſtrus Palaus *tom 4. tractat.25. diſp. vnica punct. 6. num.* 1. qui & citat pro ſe Henriquez, & alios Neotericos. Ita etiam apud Ægidium Trullench, Rodriguez §. 5. *n. 4. & in Addit. ad* §.5. *ſup. num.4.num.*1. & apud Dianam, Sotus *in 4.diſt.*13. *q.2. art. 3. Iam verò.* Quorum ſententiam probabilem eſſe putat, & teſtatur docere plures Patres Societ. Ieſu, Garicas in Sum. Theol. moral. *tr.3. diff.8 dub.2. punct.3. n.25.* Quibus conſentire videtur Ludouic. à Cruce *in expoſit. Bullæ diſp. 1. cap.5. dub.1. n.5.* quatenus affirmat, habentem Bullam poſſe compellere Ordinarium, vt approbet Oratorium, & dato, quod nolit approbare, & dare licentiam celebrandi, licentiam petitam, & negatam haberi pro conceſſa, & poſſe nunc vti præcluſo Oratorio, & in eo celebrare, per ſe, vel per alium.

Sed ego vt certum reſpondeo: nullo modo poſſe quem Bullæ Cruc. vigore, exigere, & habere Oratorium priuatum in ſua domo, & conſequenter, nec in eo celebrare, aut audire Miſſam, non ſolùm tempore Interdicti; verùm extra. Quia id & non aliud, eſt quod practicatur in Hiſpania, in qua omnes etiam habentes Bullam, recurrunt ad Pontificem, vel ad Nuntium ad obtinendam habendi Oratorium facultatem. Sic tenet Garcias *loc.cit.n.26.* ibi: [Por la Bula no ſe da tal poder, ni ſe concede tal priuilegio, y que no pueden en virtud della vſar en orden à erigir el Oratorio: ſino que la Bula, quando dize que en el puedan celebrar, y oyr Miſſa, ſupone que eſta erigido con deuida autoridad y con licencia del que puede darla, aora ſea Papa, Nuncio, ò Obiſpo, que en eſſo no ſe pone la Bula. La razon potiſſima es, porque no es veriſimil, que apretando tanto los Sumos Pontifices, y atàdo las manos a los Obiſpos y Nuncio de Eſpanna, quiera abrir las para qualquier ſecular, que ſe le antoiare hazer Oratorio en ſu caſa.] Sic ille, quod id benè proſequitur, & adhuc probat. Sic etiam Ægidius Trullench *in Bull.lib.1.*§.3.*dub.4.num.7.* Garcias *loc. cit.* Quos citat & ſequitur Diana *part. 9. tractat. 1. reſolut.23.*

QVÆSTIO V.

An omnes habentes Bullam poſſint ſecum, tempore Interdicti, ducere famulos, aut familiares in Eccleſiam, & Miſſæ, & aliis officiis adeſſe?

NEgat Gloſſa, eo quod *in cap. licet vobis,* §. *Cum conceditur, de Priuileg. in 6.* id limitat, vt ſoli Barones, & Matronæ illuſtres poſſint, non alij.

Sed vt certum reſpondeo omnes habentes Bullam poſſe. *Primò.* Quia omnes ex priuilegio Bullæ cenſentur nobilitari. *Secundò.* Quia Bulla nullum ſtatum hominum excludit; ergo. Sic Henriquez *lib.7.c.13. n.3.* Trullench *in Bulla lib.1.*§.3 *dub.3.n.4.*

QVÆSTIO VI.

An etiam omnes habentes Bullam, poſſint ſecum deducere ad Eccleſiam omnes Domeſticos, familiares, ac conſanguineos, & ibi tempore Interdicti, Miſſæ intereſſe?

NEgant nonnulli Moderni, exiſtimantes non poſſe ſecum deferre ſuos conſanguineos ad Eccleſiam, vt ſecum Miſſam audiant, ſed ſolum familiares, qui talem habentem Bullam comitari ſolent; nam (inquiunt) hoc ſufficiat ad hoc, vt hæc Bullæ conceſſio non reddatur inutilis: cum præterea concedat facultatem quod poſſit in Oratorio celebrare, vel facere celebrare in præſentia ſua, & ſuorum familiarium, Domeſticorum, & Cognatorum. Ita etiam Emman. Rodrig. *in Bulla.*5 5 *n.5.* apud Auilam, *infrà.*

Sed, vt certum reſpondeo: poſſe abſolutè, etiam conſanguineos non habentes Bullam, ſecum ad Eccleſiam deferre, vt ſecum Miſſam audiant. Quia non eſt cur reſtringamus Bullam eſſe intelligendam de præſentia Conſanguineorum quando celebratur in Oratorio, non verò quando in Eccleſia, nam Bulla abſolutè loquitur dicens, poſſe celebrari in præſentia familiarium, Domeſticorum, ac Conſanguineorum habentis Bullam, nec reſtringit quando celebratur in Oratorio, & non in Eccleſia. Sic Henriquez *lib. 7. cap.13.num.3.* Auila *part.5. diſput.5. ſect.1. dub. 6. poſt. 3. concl. verſ. Secundò notandum eſt.* Trullench *in Bull. lib.1.*§.3 *dub.3.n.1.* Qui & citat pro hac parte Rodriguez *eod. loco*, quo citatur pro oppoſito ab Auila.

QVÆSTIO VII.

An nomine Conſanguineorum, qui, etiam tempore Interdicti, poſſunt cum habente Bullam, in Eccleſia, aut Oratorio, audire Miſſam; veniant Conſanguinei vſque ad quartum gradum?

NEgat Henriquez *lib.7. cap. 13. n. 3.* Quia exiſtimat, conceſſionem Bullæ non extendi vltra primum conſanguinitatis gradum. Dicit enim hæc verba: Addit Bulla, vt hic eo tempore ſecum poſſit deferre in Eccleſiam Conſanguineos ſuos. Quæ verba ſonant extendi vſque ad quartum gradum; ſed ex intentione Pontificis, videtur limitandum ad vxorem, quæ gaudere ſolet nobilitate, & priuilegio viri; & ad cognatos in primo gradu. Hæc Henriquez. Citans pro ſe Rodriguez *in Bulla* §. 5.*n.5.*

Sed, vt ferè certum, reſpondeo dicendum, quod nomine Conſanguineorum in conceſſione Bullæ, comprehendantur

Digitized by Google

prehendantur omnes conſanguinei, & cognati, tam aſcendentes, quàm deſcendentes, & collaterales, vſque ad quartum gradum. Quia Bulla loquitur indifferenter, & generaliter de conſanguineis: at ſic eſt, quod generali nomine conſanguineorum, veniunt non ſolùm, qui ſunt in primo gradu, ſed etiam qui ſunt in quarto, vſque huc enim conſanguinitas matrimonium dirimit: ergo. Sic Trullench *lib.* 1. *Bull.* § 3. *dub.* 3. *num.* 5. citans pro hac parte Auilam *par* 6. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 7. §. 5. & Rodriguez §. 5. *num.* 5. Sed ex his Auila ſolum refert ſententiam Henrici, & tranſit, Rodrig. verò benè: nam licèt citatus ab Henrico pro ſe; re vera pro hac parte. His addi poſſunt Ludou. a Cruce hic *dub.* 3. *num.* 5. Villalob. *in Bulla clauſula* 4. *num.* 16. Machado (ni fallor) *lib.* 1. *ſum. par.* 3. *tract.* 13. *docum.* 8. *num.* 5. Palao *tom.* 4. *tr.* 25. *diſp. vnica punct.* 6. *n.* 8. Bardi *in Bulla par.* 2. *tract.* 1. *cap.* 3. *ſect.* 3. *n.* 22. Diana *par.* 5. *tr.* 10. *reſol.* 76. *& par.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 28.

QVÆSTIO VIII.

An, ſub nomine Conſanguineorum, comprehendantur coniuges, hoc eſt, vxor comparatione mariti & maritus comparatione vxoris?

NEgat Caſtrus Palaus *tom.* 4. *tr.* 25. *diſp. vnica pun.* 6. *n.* 8 his verbis: Vxorem verò comparatione mariti, & maritum comparatione vxoris, & omnes alios affines exiſtimarem non comprehendi: quia verè conſanguinei non ſunt: atque ita placuit Ioanni de Salas *in explicat. Bull. q.* 19. Hæc Palaus. Quem citat, & ſequitur Diana *par* 9. *tr.* 1. *reſol.* 28.

Sed probabilius longè, Reſpondeo: comprehendi coniuges. Quia (inquit Bardi) ſi agnatis conceditur participatio huius priuilegij ob connexionem quam habent cum priuilegiato principali, multo magis concedi debet vxori, quæ eſt vna caro cum viro, inter quos potius eſt veluti quædam identitas, quàm cognatio. Sic ille, in Bulla *par.* 2 *tr.* 2. *cap.* 3 *ſect.* 3. *n.* 22. Et antea Henriq. *lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 3. Cuius verba habes *quæſt. anteced.* Auila, Trullench, Lud. à Cruce Rodrig. Villalob. & Machado *loc. nuper citatis.*

QVÆSTIO IX.

An etiam, nomine Conſanguineorum, in dicto Bullæ priuilegio, comprehendantur quoque affines?

AFfirmandum videtur. eò quòd in Bulla Hiſpana habeatur: *En preſencia de ſus familiares y parientes*: at ſic eſt, quod nomine de *Parientes*, veniunt affines, vſque ad quartum gradum: ergo. Propter hanc rationem id eſſe probabile innuit Trull. mox citandus.

Sed, vt mihi certum, Reſp. Non comprehendi affines. Quia Bulla Latina expreſsè loquitur de Conſanguineis, ibi: *In ſua, ac familiarum, & Domeſticorum, ac Conſanguineorum ſuorum præſentia*: at ſic eſt, quod affines, non ſunt conſanguinei: ergo affines non comprehenduntur in dicto Bullæ priuilegio. Igitur habens Bullam, poteſt etiam tempore interdicti generalis localis, conuocare ſuos familiares, ac Domeſticos, qui ipſum comitari ſolent: nec non vxorem, Patrem, aut matrem & alios ſuos conſanguineos vſque ad quartum gradum, & etiam non habentes Bullam, vt ſecum in Eccleſia, aut in Oratorio Miſſæ, & aliis diuinis officiis interſit; minimè verò affines, cum hi non comprehendantur nomine conſanguineorum. Sic Trullenc, *lib.* 1. *in Bull.* §. 3 *dub. n.* 6. & penes ipſum, Lopez *c.* 6. *de clauib.* Henr. Pal. Dia. & alij *q.* 8. *cit.* Et communis.

QVÆSTIO X.

An, vt quis dicatur Domeſticus Priuilegiati, & poſſit cum illo audire, tempore interdicti, Miſſam; ſit neceſſum, & quod in eadem domo cum Domino habitet, & eius expenſis alatur?

AFfirmat Bardi *in Bull. Cruc. pag.* 2. *tr.* 2. *c.* 3. *ſect.* 1. *num.* 5. exiſtimatis vtrumque eſſe neceſſum.

Sed probabiliter æque, Reſp. Non eſſe vtrumque neceſſum. Quia æque probabiliter exiſtimo, quod, etiamſi aliquis habitet extra domum Domini priuilegiati, ſi eius expenſis alatur, aut ſubſit, vel ratione patriæ, vel Dominicæ poteſtatis, vel ſit ſubiectus mercenarius, poſſit dici *domeſticus*, & gaudere priuilegio Bullæ circa auditionem Miſſæ, interdicti tempore: Nam re vera ad ipſam Domini domum pertinet. Sic Caſtrus Palaus *tom.* 4 *tr.* 25. *diſp. vn. punct.* 6. *n.* 6. Diana *par.* 9. *tr.* 1. *reſol.* 27. Barboſa *tr. de Appell. verb. Appell.* 78. *verb. Domeſtici*, & penes ipſum, Bald. Felin. Aretin. & Maſcard. legatur dictá a nobis *diſp.* 4. *quæſt.* 18.

QVÆSTIO XI.

An Prædicti familiares, Domeſtici, & Conſanguinei, poſſint diuinis intereſſe, abſente domino, qui Bullam Cruc. habet?

NEgant plures DD. eò quòd in gratiam habentis Bullam, hoc illis priuilegium conceditur. Sic Henriquez *lib.* 7. *c.* 7. *num.* 4. his verbis: Secundò concedit (*Bulla*) vt interdicti tempore, in eo Oratorio celebrare liceat in ſua, & familiarium, & domeſticorum, ac conſanguineorum præſentia: vt ait Bulla Latina. Porro dominus, qui Bullam habet, huic Miſſæ adeſſe debet, vt prædicti familiares, & cognati, tempore interdicti poſſint ei intereſſe. Ita ille. Qui *lit. M.* citat Rodrig. §. 7. *num.* 5. Quibus addi poſſunt Villalob. 2. *p. tract.* 17. *clauſ.* 4. *num.* 16. Auila *par.* 5 *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 7. *verſ. circa eandem conceſſionem, poſt* 3. *concl.* Trullench *lib.* 1. *in Bull.* §. 3. *dub.* 5. *num.* 4. Machado *lib.* 1. *par.* 3. *tract* 13. *docum.* 8. *num.* 8. & Bardi *in Bull. par.* 2. *tract.* 2. *cap.* 3. *ſect* 8. *num.* 89.

Sed æquè probabiliter Reſp. Poſſe. Quia nullum eſt fundamentum in Bulla, ex quo colligatur debere dominum adeſſe: Nam eſto in gratiam ipſius familiaribus, & conſanguineis hoc priuilegium concedatur, non tamen reſtringitur ad hoc, vt in præſentia Domini, & non in illius abſentia frui illo debeant. Quinimò oppoſitum non leuiter infertur, inquit enim Bulla Latina: *Poterit tempore interdicti, etiam in Oratorio celebrare vel celebrari facere, in ſua, & familiarium, & domeſticorum, ac conſanguineorum præſentia*: Ergo ſicut poteſt facere celebrari in ſola ſua præſentia, non obſtante illa particula copulatiua, *&*: ita & in ſola præſentia familiarium, Domeſticorum, &c. Sic Ludou. à Cruce *in Bull. Cruc. diſp.* 1. *cap.* 5. *dub.* 3. *n.* 5. quem citat, & ſequitur Diana *par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 76. *& par.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 21. *&* 28. Quintaduenas *in Theol. morali tom.* 1 *tract.* 7. *ſingul.* 32. *num.* 7. Pellizarius *in Man. Regul. tom.* 2. *tractat.* 8. *cap.* 2. *ſect.* 2. *num.* 149. Auerſa *de Sacram. Euchar. quæſt.* 11. *ſect.* 14 §. 8. Caſtrus Palaus *par.* 4. *tract.* 25. *diſp. vnica punct.* 6. *num.* 9. & penes illum, Ioan. de Salas *in Bull. Cruc. quæſt.* 19. *poſt princip.* & dicit eſſe probabile, Machado *loc. cit.*

Digitized by Google

QVÆSTIO XII.

An, Dominus, audito vno Sacro, poſſit alteri intereſſe in gratiam familiarium, Domeſticorum, aut Conſanguineorum, qui aberant, vt hi Sacro aſſiſtant?

NEgant Gloſſa in cap. *Licet, de priuileg. in 6.* & ex illa Auila *part. 5. diſp. 4. ſect. 2. dub. 7. verſ. Quinto notandum eſt.* Licet oppoſitum eſſe ſatis probabile in genere fateatur.

Sed probabiliùs, & conſequenter, iuxta nuper dicta, Reſpondeo poſſe. Quia Bulla non limitat, nec aſtringit Dominum, vt vnico Sacro aſſiſtat: ergo pluribus adeſſe poteſt, vt apertè ſentit Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 4. in principio*: ergo, &c. Sic Trullench *in Bull. lib. 1. §. 3. dub. 5. n. 4.* Diana *part. 5. tract. 10. reſol. 76. & part. 9. tract. 1. Reſol. 47.* Palao *tom. 4. tract. 25. diſp. vnica punct. 6. num. 7.* & à fortiori id debent tenere Ludou. à Cruce & Salas quæſt. antecedenti pro noſtra ſententia adducti.

QVÆSTIO XIII.

An, vt quis, virtute Bullæ, poſſit in Oratorio celebrare, aut audire Miſſam, teneatur neceſſariò, fundere aliquas preces Deo, pro vnione Principum Chriſtianorum, & Victoriam contra Infideles?

REſpondeo teneri, non ex neceſſitate, aut conditione, ſine qua non poſſit celebrare, aut audire Miſſam, &c. Sed ſolùm ex præcepto obligante dumtaxat ad veniale, eò quòd materia leuis cenſeatur. Sic Henriquez *lib. 13. cap. 48. num. 4. in fine.* Rodrig. *§. 5. num. 4. & in addit. ad idem. §. & num.* Trullench *num. 4. citat.* Villalob. *tract. 27. clauſ. 4. num. 13.* Bardi *in Bull. part. 2. tract. 2. cap. 3. ſect. 5. § 1. num. 40.* Palao *punct. 6. cit. n. 17.* Auila *part. 5. diſput. 4. ſect. 2. dub. 7. conc. 3. verſ. Quartò notandum.* Diana *part. 9. tract. 1. reſol. 29.* Machado *lib. 1. part. 3. tract. 13. docum. 8* vbi ſic ait: [La tercera *condicion* es, que el que vbiere de hazer celebrar en Oratorio, en tiempo de Entredicho, ruegue à Dios por los Principes Chriſtianos, y Vitoria contra infieles. Que eſte ſea precepto, y no condicion neceſſaria, *ſine qua non*, afirman comunmente los Doctores, y que por conſiguiente ſu tranſgreſion no excede de pecado venial por ſer coſa tan leue como rezar vna ò dos Aue Marias: demas que ni aun venial ſeria, ſi ſe dexaſe de cumplir por oluido, inaduertencia ò ignorancia, que ſon cauſas generales, que eſcuſan de qualquira pecado.] Sic Machado, & Ludou. à Cruce penes ipſum.

An autem qui tempore Interdicti poſſunt ratione Bullæ audire Miſſam, illam audire teneantur, decidimus ſupra *diſp. 4. qu. 40.*

QVÆSTIO XIV.

An, virtute Bullæ poſſit quis, ſiue in Eccleſia, ſiue in Oratorio, tempore Interdicti, præterquam in Paſcha, Euchariſtiam ſumere; itémque Ordinem, & Extremam Vnctionem?

REſpondeo vt certum: Etiam hæc Sacramenta poſſe recipere. Quia id expreſsè concedit Bulla habenti illam; vt conſtat ex verbis ipſius, quæ retulimus *ſup. quæſt. 1.* Sic Henriquez *lib. 7. cap. 13. num. 4.* ita ſcribens: Tertiò concedit (*Bulla*) eodem tempore Interdicti, vt in eo Oratorio liceat Communionem recipere: quod verò quidam negant expedire, limitandum eſt, vt tempore Paſchæ communio, qua impletur præceptum Eccleſiæ, conferenda non ſit in Oratorio 4. potiori ratione, concedit *Bulla*, tempore interdicti, vt poſſit in Eccleſia extra Oratorium communionem recipere. Quia ita (*addit. in marg. lit. P.*) explicuit Commiſſarius Epiſcopus Lucenſis. Et id ſatis colligi ex Bulla Latina, adducunt conſulti Theologi, & Iuriſperiti, Gallo Bannes, Sancius, Ludou. de Leon, Alphonſ. Deza, nam plus eſt, quod Bulla exprimit concedi, vt in Oratorio communicet. Hucuſque Henriquez. Et Lopez *cap. 6. de Bulla.* Ludou. à Cruce *diſput. 1. in Bull. cap. 5. dub. 5. n. 1. & 2.* Trullench *lib. 1. Bull. §. 3. dub. 7. num. 3.* Palao *tom. 4. tract. 25. punct. 6. n. 13.* & omnes.

QVÆSTIO XV.

An, qui tempore Paſchatis, ad ſatisfaciendum præcepto, Euchariſtiam in Parochia ſumpſit, poſſit etiam in Oratorio priuato, ipſo die Paſchæ communionem accipere, virtute Bullæ Cruciatæ?

NEgat Ægidius Trullench *dub. 7. citato, n. 8. & 9.* ex doctrina Nauarri *c. 21. n. 52.* & Azorij *tom. 1. lib. 7. cap. 30. q. 7.* Quia hoc priuilegium eſt contra ius commune: ergo ſtrictè eſt interpretandum. Ita etiam tenuit Auila *part. 5. diſp. 4. ſect. 1.* in fine, citátque pro ſe, ſed malè, Henriquez.

Sed probabilius reſpondeo poſſe etiam. Quia probabilius eſt, quod Pontifex per illa verba Bullæ. *Excepto die Paſchatis,* ſolùm excipit Communionem Paſchalem formaliter, id eſt illam, quæ fit ad implendum præceptum: ergo qui iam præceptum adimpleuit, aut implere vult poſt Paſcha, optimè poteſt, in ipſo etiam die Paſchæ, in priuato Oratorio ex deuotione communicare, ſiue tempore Interdicti, ſiue extra. Sic, vt nuper vidimus Henriquez & Suar. *in 3. part. q. 82. artic. 3. diſp. 72.* Diana *part. 2. tract. 4. reſol. 81. & part. 9. tract. 1. reſol. 25.* Bardi *in Bull. part. 2. tract. 2. c. 4. ſect. 2. num. 12.* Palao *tom. 4. tract. 25. diſp. vnica punct. 6. n. 13.* Ludou. à Cruce *loc. cit. dub. 6. n. 1.* & communis.

QVÆSTIO XVI.

An, vi Bullæ, poſſit quis recipere Euchariſtiam à quolibet ſimplici Sacerdote, tam tempore Interdicti, quàm extra, abſque licentia Parochi?

AFfirmatiuam ſententiam tenuiſſe Vaſqu. *tom. 3. in 3. part. diſp. 219. cap. 5.* & Dianam *1. par. tr. 11. reſol. 20.* diximus *part. 2. tract. 7. diſp. 4. reſol. 6.* Quibus nunc addo Caſtrum Palao *tom. 4. tract. 25. punct. 6. n. 15.* citantem malè Suarium pro ſe; & Ludou. à Cruce *in Bull. diſp. 1. c. 5 dub. 6.* & alios.

Sed ego probabilius iterum reſpondeo non poſſe, ex vi Bullæ; Quia probabilius eſt, id Bullam non concedere; ſic Auila *part. 5. diſputat. 4. ſect. 1 dub. 8 in fine.* Henriquez *lib. 7. cap. 13. n. 4.* Suarez *tom. 3. in 3. part. diſput. 72. ſect. 2.* Rodriguez *in add. ad § 5. ſup. num. 9.* Quos omnes ſic citatos ſequitur Trullench *lib. 1. in Bull. §. 3. dub. 8. à num. 4.* Quibus addi poſſunt Villalob. *clauſ. 4. cit. in fine.* Nunnus *in 3 part. tom. 1. quæſt. 82. art. 3.* Lugo *de Euchariſt. diſp. 18 ſect. 2.* Bardi *in Bull. Cruc. part. 2. tract. 2. cap. 6. ſect. 3. num. 3.* Quorum ſententiam eſſe probabiliorem & conſulendam ait Diana *p. 9. tr. 1. reſol. 9.* cum antea *1. part. tr. 11. reſol. 20.* oppoſitam vt probabiliſſimam ſecutus fuerat, vt diximus. Notanter dixi: *Non poſſe, ex vi Bullæ.* Quia in praxi, rectè & licitè poterit quis etiam abſque Bulla, recipere Euchariſtiam à quolibet Sacerdote; quia ſemper adeſt

ad

Digitized by Google

ad id, interpretatiuus ac præſumptus conſenſus Parochi, quod ſufficit, vt diximus *2. part. diſp. 4. cit. q. 3.*

QVÆSTIO XVII.

An, tempore Interdicti, licitum ſit, Benedictiones nuptiales dare, & accipere à Parocho; tam in Eccleſia, quam in Oratorio?

RESpondeo vt certum; Eſſe licitum: dummodò non fiant tempore aliàs prohibito. Quia Benedictiones huiuſmodi inter officia diuina computantur: at ſic eſt, quod ratione Bullæ eſt licitum etiam laicis aſſiſtere diuinis officiis, etiam dum in Oratorio celebrantur: ergo. Sic Henriquez *lib. 2. de Matrim. cap. 2. num. 1. lit. F.* Rodrig. *in addit. ad §. 5. Bull. num. 22.* Trullench *in Bull. lib. 1. §. 3. dub. 9.* Suarez & Auila, quos citat, & ſequitur Palao *tom. 4. tract. 25. punct. 6. num. 12.* Bardi *part. 2. tractat. 2. cap. 4. ſect. 3.* legantur dicta à nobis ſup. *diſputat. 4. quæſt. 37. & diſput. 5. quæſt. 33. & 34.*

QVÆSTIO XVIII.

An laici Bullam habentes poſſint tempore interdicti localis generalis, ſepeliri in loco ſacro?

RESpondeo: Poſſe. Quia id expreſsè concedit Bulla Latina, iis verbis: *Item mortuorum corpora, niſi fortè vinculo excommunicationis innodati deceſſerint, cum moderata pompa ſepelire.* Hiſpana verò, his: [*Item concede ſu Santidad, que en tiempo de entredicho puedan ſer ſepultados los cuerpos de los muertos en ſepultura Eccleſiaſtica, con moderada pompa funeral.*] Sic Bulla. Concedit ergo per illam Pontifex, vt laici eam habentes poſſint tempore interdicti localis, ſepeliri in loco ſacro interdicto cum pompa funerali moderato, (quod aliàs eis erat prohibitum per ius commune, cap. *Quod in te. de pœnitent. & remiſſ.* vt ſup. [illegible] habitum.) quo priuilegio etiam gaudent Clerici Bullam habentes: quia etiamſi iure habeant priuilegium, vt poſſint tempore interdicti ſepeliri in loco ſacro, vt loc. cit. q..., eſt habitum; non tamen cum pompa funerali, quamuis ſit moderata. Sic omnes.

QVÆSTIO. XIX.

An, non ſolum in Eccleſiis generaliter interdictis, ſed etiam in Eccleſiis interdicta ſpecialiter, poſſit quis ſepeliri, vigore Bullæ Cruciatæ?

NEgare videtur Rodriguez §. 5. *addit. num. 32.* & expreſsè negat Bardi *in Bull. part. 2. tract. 2. c. 5. ſect. 5. in fine*, & alij penes ipſum.

Sed probabilius reſpondeo poſſe. Quia Bulla abſolutè concedit, vt interdicto durante, poſſint mortuorum corpora ſepeliri cum pompa moderata, & non limitat ad Eccleſias, vel Eccleſiam, in quibus aliàs de iure permiſſum eſt, ſicut limitauit in priuilegio celebrandi diuina: ergo hoc priuilegium ſepulturæ cenſetur extenſum etiam ad Eccleſias ſpecialiter interdictas. Sic Trullench *in Bull. lib. 1. §. 3. dub. 10. num. 5.* dicens ſic ſentire recentiores. Machado *tom. 1. lib. 1. part. 3. tract. 13. docum. 11. num. 4.* & debent etiam omnes DD. quos *ſuprà* in ſimili pro nobis citauimus, *diſput. 6. quæſt. 9.*

QVÆSTIO XX.

An pueri, amentes, & alij vſu rationis carentes, poſſint tempore Interdicti, ſepeliri in loco ſacro, vi Bullæ pro eis ſuſcepta?

RESpondeo tanquam certum: Poſſe, ſaltem ſi in vita ipſorum fuerit Bulla pro eis ſuſcepta. Quia Bulla generaliter loquitur ſine diſtinctione ætatis; & pueri, & amentes cenſentur interpretatiuè petere, & acceptare quæ ſibi vtilia ſunt. Sic Henriquez *lib. 7. cap. 20. num. 8.* & ex illo Villalob. *tract. 27. clauſ. 5. n. 2.* Trullench *lib. 1. Bull. §. 3. dub. 10. num. 1.* Palao *tom. 4. tractat. 25. punct. 6. num. 18.* Machado *loc. citat. num. 3.* & omnes.

QVÆSTIO XXI.

An, vt quis virtute Bullæ poſſit, tempore interdicti, ſepeliri in loco ſacro, ſit omninò neceſſarium, quod in vita ipſius, non poſt mortem, fuerit Bulla ſuſcepta?

NEgat Villalob. his verbis: [A cerca deſta clauſula ſe aduierte, que es neceſſario para aprobecharſe deſta conceſſion, que el difunto aya tenido la Bula da viuos quando ſe murio: y no baſta que le tomen la Bula de difuntos deſpues de muerto, porque eſſa no concede mas que la Indulgencia.] Ita ille *loc. cit. n. 1.* Et anteà Rodriguez *in addit. ad Bull. §. 5. num. 32.* & poſtea Bardus *in Bull. part. 2. tract. 2. cap. 2. ſect. 2.* Qui tamen non citat benè pro ſe Ægidium Trullench.

Sed, ſi non probabilius, mitius tamen reſpondeo: ſufficere, quod poſt mortem ipſius accipiatur Bulla viuorum (non defunctorum, vt in hoc benè Villalobos ait.) Quia id non obſcurè colligitur ex verbis Bullæ Hiſpanæ; [*Item concede ſu Santidad que en tiempo de entredicho puedan ſer ſepultados los cuerpos de los difuntos en ſepultura ſagrada con moderada pompa funeral.*] Hæc enim verba apertè indicant, poſſe habentem Bullam ſepeliri in loco ſacro, tempore interdicti, ſiue eam viuens, ſiue eo mortuo, alius pro illo eam accipiat. Sic expreſsè Henriquez *lib. 7. cap. 20. n. 8. in Gloſſa lit. Y. & Z. ibi*: Vt ſi quis pro defuncto excommunicato, aut tempore Interdicti capiat Bullam, poſſet defunctus abſolui ab excommunicatione reſeruata, & ſepeliri in loco ſacro. Sic ille. Et ex illo Trullench *lib. 1. in Bull. §. 3. dub. 10. num. 1.* Et ex vtroque Machado, ita ſcribens: [Con todo eſſo es muy probable, y como tal lo defiende expreſſamente Henriq. que ſe puede tomar la Bula por el que eſtubiere ya difunto, para efeto de que goze de ſepultura Eccleſiaſtica; uzgando que el Pontifice no pide mas condicion para eſto. ſino que el difunto ſe halle con Bula, ò ſea tomada por el quando pudo, ò por otro, quando no pudo] Sic Machado *lib. 1. part. 3. tract. 3 docum. 11. num. 3.*

QVÆSTIO XXII.

An, tempore Interdicti generalis, poſſit quis virtute Bullæ ſepeliri in loco ſacro, cum clamoribus campanarum, & cum officio ſepulturæ, & Miſſa?

NEgant ex parte Rodriguez *in Cruc. §. 5. num. 13.* Cui adhærent Palao *tom. 4. tr. 25. punct. 6. n. 19.* & Villalobos, *vbi inquirenti quid per pompam moderatam*, Bulla intelligat, ita reſpondet: [Pompa moderada es quando ſe dan tres toque de campanas por los varones, y dos por las mugeres: y los Sacerdotes

enterrando le cuerpo del difunt,ocātanlo que ſe ſuele en los entierros, à puertas abiertas, excepto que no ſe dize Miſſa de Requiem: y aſſi ſe declaro en vna Bula contra Africa, que dio Leon X: el anno de 1516. laqual refiere el P. Cordoua, i dize, que en Eſpāna comunmente ſe pratica; aunque en eſto ſe ha de eſtar à la coſtumbre de los Obiſpados, y à la declaracion del Obiſpo, como dizen Henriquez *lib* 7.*c*.20.*n*.4. Fr. Luys Lopez 2.*part.inſtruct. vbi de Bulla cap*.6. y el P.Fr. Manuel in Bulla §.5.*num*.12. y en auſencia ſo podra declarar el Cura.] Ita Villalobos & Bardi *part*. 2. *in Bull tract*.2.*p*. 5.*ſect*. 4. Qui item citat malè Ægidium Trullench pro hac parte.

Sed probabilius abſolutè omninò reſpondeo, poſſe ſepeliri in loco ſacro cum officio ſepulturæ, & Miſſa de Requiem, cum moderationibus *cap. Alma mater*, Ratio eſt. Quia tempore Interdicti poſt *d.cap. Alma*. poteſt Miſſam, & alia diuina celebrare, cum moderationibus ibi aſſignatis, & pro Clericis qui ſunt priuilegiati, vt habitum eſt *ſuprà diſputat*. 6. *quæſt*. 10. ergo idem licebit omnibus etiam laicis habentibus Bullæ priuilegium. Sic Auila *part*. 4. *diſput*.4.*ſect*.3. *dub*.2. *verſu tertiò notandum eſt*. & *dub*.4. *verſ. Sed maior difficultas*. & penes illum, Angel. Syluest. Armilla. Tabiena, Henriquez, & Sotus. Trullench *lib*.1.*in Bull* §.3.*dub*.10.*num*.6.

QVÆSTIO XXIII.

An Prædictum priuilegium prò tempore interdicti conceſſum, etiam habeat locum, & extendatur ad ceſſationem à diuinis?

Reſpondeo: non extendi. Quia Bulla ſolùm facit mentionem de Interdicto, non de ceſſatione à diuinis: ergo cum à diuerſis non fiat illatio ad alia diuerſa, & Interdictum, & ceſſatio ſint diuerſa, nec vnum aliud contineat, planè ſequitur, quod priuilegium Bullæ circa tempus Interdicti, non habeat vigorem pro tempore ceſſationis à diuinis. Sic Bardi *in Bull.part*.2.*tr*.2.*c*.3.*ſect*. 8.*n*. 73. & penes ipſum, Couarruu. *in cap. Alma* 2.*part*.§. 4. *num*.7. §. *Nec tamen erit*. Medina *lib*. 1. *cap*. 11. Henriquez *lib*. 7. *cap*. 13. *num*.4. Rodrig. *in Bullam* §.5.*num*.8. *dub*. 5. Nauarr. *cap* 27.*num*. 188. Suarez, Ægidius, Auila, Layman, Trullench, Bonac. & Filliuc. Quibus addi poſſunt Ioan. de Salas *in explicat. Cruc. quæſt*. 19. Palaus *tract*.25. *diſputat. vnica punct*.6. *num*.20. & alij penes ipſum.

INDEX

INDEX

Rerum Notabilium, quæ in hac quarta parte continentur.

Prior numerus Paginam notat: Poſterior Quæſtionem.

A

Abbas.

ABBATES, & alij Prælati habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, & diœceſim propriam, vt ſunt Abbas Metinen. & Aſcalæ Regiæ; abſoluere poſſunt ſuos ſubditos à prædictis Cenſuris reſeruatis. pag. 215 quæſt. 44.

Abſens.

Abſens poteſt validè, & licitè à Cenſuris abſolui: ſed non abſque cauſa rationabili. 246.101

Abſens poteſt abſolui à Cenſuris; ſi abſolutio ei conferatur, vigore Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis priuilegij. ibid. 102.

Abſoluere, Abſolutio.

Excommunicationis Cenſura lata ab homine, ſub hac conditione; *Donec ſatisfeceris*; etiam non tollitur abſque Abſolutione, adhuc ſatisfactione ſequuta. 78.5

Ita eſt neceſſaria Abſolutio ad tollendam Cenſuram iam contractam, vt nullo modo aliter tolli poſſit, niſi de potentia abſoluta Pontificis. ibid 6

Quadruplex eſt Cenſuram abſolutio. ibid. 7

Quid ſit Abſolutio à iure, & quid ab homine? ibid 8.

Quid Abſolutio abſoluta, & quid conditionata ibidem. 9

Abſolutio Cenſurarum data ſub conditione de præſenti, vel præterito, eſt valida. ibid. 10

Licitum eſt dare aliquando Abſolutionem Cenſuræ, ſub conditione de præſenti, aut præterito. 79 11

Valida eſt Abſolutio à cenſura, ſub conditione de futuro data; nempe, *Abſoluo te, ſi infra menſem ſatisfeceris.* ibid. 12

Regulariter loquendo non eſt licita Abſolutio, lata ſub conditione de futuro. ibid 13

Quid ſit Abſolutio ſimplex; quidque, ad cautelam? ibid. 14

Quid ſit Abſolutio *ſimpliciter*; & quid *ad reincidentiam.* ibid. 15

Quotuplex ſit Abſolutio ad reincidentiam? ibid. 16

Qui abſolutus eſt ad reincidentiam hoc ſecundo modo, (v. g. *ad tres dies, ita vt ſi intra eos non ſoluat, reincidat in excommunicationem*) & impleto tempore non poteſt ſatisfacere, reincidit in excommunicationem, in foro exteriori, non autem in foro interiori. 80.17

Abſolutio à Cenſura non habet in iure formam præſcriptam, & determinatam. 81.22

Abſolutio data à peccatis, & non ab excommunicatione, eſt per ſe, & directè, ac ex natura rei, valida. 99.12

Quandò excommunicatio in foro interiori eſt nulla, poteſt excommunicatus, priùs à peccatis, quàm ab Excommunicatione, abſolui. 100.43

Si Excommunicatus, ita ſit proximus morti, vt non poſſit, priùs ab excommunicatione, quàm à peccatis Abſolui; nequit tunc licitè prius à peccatis abſolui. 101.17

Qui ſunt Iudices, qui poteſtate delegata, abſoluere à Cenſuris poſſunt? 204.2

Omnibus perſonis poteſt delegari poteſtas abſoluendi à Cenſuris, quibus eſt poteſtas ferendi. ibidem. 3

Non ſolùm Sacerdos, ſed etiam Clericus primæ Tonſuræ, qui habet iuriſdictionem Eccleſiaſticam in foro exteriori, ac proinde, in eodem foro poteſt excommunicare; poteſt etiam, non ſolùm in foro exteriori Abſoluere à Cenſuris, verùm etiam in foro interiori. ibid. 4

Omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta, poſſunt in articulo mortis Abſoluere ab omnibus peccatis & Cenſuris, etiam Papæ reſeruatis. 206.8

Illicitum eſt, Abſolutionem Cenſurarum per errorem, aut dolum, à Iudice extorquere. ibid. 9

Non ſolum eſt illicita, verùm etiam inualida, Abſolutio Cenſurarum, per dolum, aut errorem extorta; limita, &c. ibid. 10

Omninò eſt inualida, Cenſurarum Abſolutio extorta per vim, vel metum iniurioſum cadentem in conſtantem virum. ibid 11

Non eſt inualida Abſolutio Cenſurarum, extorta à Iudice, per vim, vel metum leuem. ibid. 12

In quinque caſibus non poteſt Abſoluere ab excommunicatione ipſe, qui excommunicauit ibid. 13

Ab excommunicatione ab homine lata, poteſt Abſoluere ipſe, qui illam tulit. 207.15

Ab excommunicatione ab homine lata, non tantum poteſt Abſoluere qui illam tulit, verùm etiam eius ſucceſſor. 208.17

Non ſolum poteſt Abſoluere ab excommunicatione, qui per ſententiam illam tulit, aut eius ſucceſſor: verùm etiam Superior eius. ibid. 18

Qui excommunicatus fuit à ſuo Epiſcopo per ſententiam generalem, & poſtea domicilium in aliam

Digitized by Google

enterrando le cuerpo del difunt, ocãtanlo que ſe ſue-
l en los entierros, à puertas abiertas, excepto que no ſe dize Miſſa de Requiem: y aſſi ſe declaro en vna Bula contra Africa, que dio Leon X: el anno de 1516. laqual refiere el P. Cordoua, i dize, que en Eſpãna comunmente ſe pratica; aunque en eſto ſe ha de eſtar à la coſtumbre de los Obiſpados, y à la declaracion del Obiſpo, como dizen Henriquez *lib* 7.*c.*20.*n.*4. Fr. Luys Lopez 2.*part.inſtruct.vbi de Bulla cap.*6. y el P.Fr. Manuel in Bulla §.5.*num.*12. y en auſencia ſo-
podra declarar el Cura.] Ita Villalobos & Bardi *part.* 2. *in Bull tract.*2.*p.* 5.*ſect.* 4. Qui item citat malè Ægidium Trullench pro hac parte.

Sed probabilius abſolutè omninò reſpondeo, poſſe ſepeliri in loco ſacro cum officio ſepulturæ, & Miſſa de Requiem, cum moderationibus *cap. Alma mater,* Ratio eſt. Quia tempore Interdicti poſt *d.cap. Alma.* poteſt Miſſam, & alia diuina celebrare, cum moderationibus ibi aſſignatis, & pro Clericis qui ſunt priuilegiati; vt habitum eſt *ſuprà diſputat.* 6. *quæſt.* 10. ergò idem licebit omnibus etiam laicis habentibus Bullæ priuilegium. Sic Auila *part.* 4. *diſput.*4.*ſect,*3. *dub.*2. *verſu tertiò notandum eſt. & dub.*4. *verſ.Sed maior difficultas.* & penes illum, Angel. Sylueſt. Armilla. Tabiena, Henriquez, & Sotus. Trullench *lib.*1.*in Bull* §.3.*dub.*10.*num.*6.

QVÆSTIO XXIII.

An Prædictum priuilegium prò tempore interdicti conceſſum, etiam habeat locum, & extendatur ad ceſſationem à diuinis?

RÉſpondeo: non extendi. Quia Bulla ſolùm facit mentionem de Interdicto, non de ceſſatione à diuinis: ergo cum à diuerſis non fiat illatio ad alia diuerſa, & Interdictum, & ceſſatio ſint diuerſa, nec vnum aliud contineat, planè ſequitur, quod priuilegium Bullæ circa tempus Interdicti, non habeat vigorem pro tempore ceſſationis à diuinis. Sic Bardi *in Bull.part.*2.*tr.*2.*c.*3.*ſect.* 8. *n.* 73. & penes ipſum, Couarruu. *in cap. Alma* 2.*part.*§. 4. *num.*7. §. *Nec tamen erit.* Medina *lib.* 1. *cap.* 11. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 13. *num.*4. Rodrig. *in Bullam* §.5.*num.*8. *dub.* 3. Nauarr. *cap* 27.*num.* 188. Suarez, Ægidius, Auila, Layman, Trullench, Bonac. & Filliuc. Quibus addi poſſunt Ioan. de Salas *in explicat. Cruc. quæſt.* 19. Palaus *tractat.*25. *diſputat. vnica punct.*6. *num.*10. & alij penes ipſum.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
Rerum Notabilium, quæ in hac quarta parte continentur.

Prior numerus Paginam notat: Poſterior Quæſtionem.

A

Abbas.

ABBATES, & alij Prælati habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, & diœceſim propriam, vt ſunt Abbas Metinen. & Aſcalæ Regiæ; abſoluere poſſunt ſuos ſubditos à prædictis Cenſuris reſeruatis. pag. 215 quæſt. 44.

Abſens.

Abſens poteſt validè, & licitè à Cenſuris abſolui: ſed non abſque cauſa rationabili. 246.101

Abſens poteſt abſolui à Cenſuris; ſi abſolutio ei conferatur, vigore Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis priuilegij. ibid. 102.

Abſoluere, Abſolutio.

Excommunicationis Cenſura lata ab homine, ſub hac conditione; *Donec ſatisfeceris*; etiam non tollitur abſque Abſolutione, adhuc ſatisfactione ſequuta. 78.5

Ita eſt neceſſaria Abſolutio ad tollendam Cenſuram iam contractam, vt nullo modo aliter tolli poſſit, niſi de potentia abſoluta Pontificis. ibid 6

Quadruplex eſt Cenſuram abſolutio. ibid. 7

Quid ſit Abſolutio à iure, & quid ab homine? ibid 8.

Quid Abſolutio abſoluta, & quid conditionata ibidem. 9

Abſolutio Cenſurarum data ſub conditione de præſenti, vel præterito, eſt valida. ibid. 10

Licitum eſt dare aliquando Abſolutionem Cenſuræ, ſub conditione de præſenti, aut præterito. 79 11

Valida eſt Abſolutio à cenſura, ſub conditione de futuro data; nempe, *Abſoluo te, ſi infra menſem ſatisfeceris.* ibid. 12

Regulariter loquendo non eſt licita Abſolutio, lata ſub conditione de futuro. ibid 13

Quid ſit Abſolutio ſimplex; quidque, ad cautelam? ibid. 14

Quid ſit Abſolutio *ſimpliciter*; & quid *ad reincidentiam.* ibid. 15

Quotuplex ſit Abſolutio ad reincidentiam? ibid. 16

Qui abſolutus eſt ad reincidentiam hoc ſecundo modo, (v. g. *ad tres dies, ita vt ſi intra eos non ſoluat, reincidat in excommunicationem*) & impleto tempore non poteſt ſatisfacere, reincidit in excommunicationem, in foro exteriori, non autem in foro interiori. 80.17

Abſolutio à Cenſura non habet in iure formam præſcriptam, & determinatam. 81.22

Abſolutio data à peccatis, & non ab excommunicatione, eſt per ſe, & directè, ac ex natura rei, valida. 99.12

Quando excommunicatio in foro interiori eſt nulla, poteſt excommunicatus, priùs à peccatis, quàm ab Excommunicatione, abſolui. 100.43

Si Excommunicatus, ita ſit proximus morti, vt non poſſit, priùs ab excommunicatione, quàm à peccatis Abſolui; nequit tunc licitè prius à peccatis abſolui. 101.17

Qui ſunt Iudices, qui poteſtate delegata, abſoluere à Cenſuris poſſunt? 204.2

Omnibus perſonis poteſt delegari poteſtas abſoluendi à Cenſuris, quibus eſt poteſtas ferendi. ibidem. 3

Non ſolùm Sacerdos, ſed etiam Clericus primæ Tonſuræ, qui habet iuriſdictionem Eccleſiaſticam in foro exteriori, ac proinde, in eodem foro poteſt excommunicare; poteſt etiam, non ſolùm in foro exteriori Abſoluere à Cenſuris, verùm etiam in foro interiori. ibid. 4

Omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta, poſſunt in articulo mortis Abſoluere ab omnibus peccatis & Cenſuris, etiam Papæ reſeruatis. 206.8

Illicitum eſt, Abſolutionem Cenſurarum per errorem, aut dolum, à Iudice extorquere. ibid. 9

Non ſolùm eſt illicita, verùm etiam inualida, Abſolutio Cenſurarum, per dolum, aut errorem extorta; limita, &c. ibid. 10

Omninò eſt inualida, Cenſurarum Abſolutio extorta per vim, vel metum iniurioſum cadentem in conſtantem virum. ibid 11

Non eſt inualida Abſolutio Cenſurarum, extorta à Iudice, per vim, vel metum leuem. ibid. 12

In quinque caſibus non poteſt Abſoluere ab excommunicatione ipſe, qui excommunicauit ibid. 13

Ab excommunicatione ab homine lata, poteſt Abſoluere ipſe, qui illam tulit. 207.15

Ab excommunicatione ab homine lata, non tantum poteſt Abſoluere qui illam tulit, verùm etiam eius ſucceſſor. 208.17

Non ſolum poteſt Abſoluere ab excommunicatione, qui per ſententiam illam tulit; aut eius ſucceſſor; verùm etiam Superior eius. ibid. 18

Qui excommunicatus fuit à ſuo Epiſcopo per ſententiam generalem, & poſtea domicilium in aliam diœceſim

Digitized by Google

diœceſim tranſtulit; non ſolùm poteſt Abſolui ab Epiſcopo, qui illum excommunicauit, ſed etiam ab illo, cuius iam ſubditus eſt. ibid 20

Prouincialis Ordinis Mendicantium, poteſt Abſoluere illum, quem Inferior Prælatus, v. gr. Miniſter, ſeu Prior Conuentualis, excommunicauit. 209. 21

Excommunicatio lata per ſententiam generalem, pro peccatis futuris, poteſt etiam relaxari, & Abſolui, non ſolùm à Prælato qui illam tulit, & Superiore; ſed etiam ab aliis, qui poſſunt abſoluere ab excommunicatione lata ab ipſo iure. ibid.22

Ex vi priuilegij ſpecialis Religionis, poſſunt Prælati illius Abſoluere excommunicatum, ab excommunicatione ab homine per ſententiam particularem lata, & contracta ante ingreſſum Religionis, dummodo ſatisfacta ſit pars. 211.30

Poteſt Abſoluere ab Excommunicatione, & alia quauis cenſura iuris, reſeruatâ, ipſemet legis Conditor, &c. 212.36

Obtinens facultatem à Papa ad Abſoluendum ab omnibus Cenſuris; poteſt Abſoluere à Cenſuris iuris reſeruatis. 213.37

At obtinens facultatem Abſoluendi à Cenſuris Papæ reſeruatis; nequit Abſoluere à caſibus contentis in Bulla Cœnæ, quando non eſt facta mentio huius Bullæ. ibid.38

Qui à Papa obtinuit facultatem Abſoluendi à Cenſuris, & caſibus illi reſeruatis; poteſt Abſoluere à Cenſuris, & caſibus, quos ſibi Epiſcopi reſeruarunt, non ſtando in rigore iuris, ſed ſtandò conſuetudini. 214.40

Quando priuilegium Abſoluendi à cenſuris eſt conceſſum, non in gratiam pœnitentis ſed ipſius Confeſſarij; tunc ſaltem, poteſt hic, validè Abſoluere inuitum. 247.105

Caſu, quo validè Abſoluitur à cenſuris inuitus; etiam Abſoluitur licitè, ſi concurrant nonnullæ conditiones. ibid.106

Petenti Abſolutionem ad cautelam, nocere ea petitio nequit, ita vt reputare eum oporteat pro excommunicato. 248.107

Ignarus vel inſcius, poteſt à cenſuris Abſolui. ibidem. 108.

Non eſt de eſſentia Abſolutionis cenſurarum, vt fiat per verba propriè dicta. ibid 109

Abſolutio cenſurarum, per nutus, & ſigna, validè dari nequit, niſi à Summo Pontifice. ibid.110

Ad Abſolutionem cenſuræ in foro conſcientiæ, non requiritur determinata verborum forma. 249 111

Abſolutio cenſurarum non valet, ſi dicatur: *Abſoluo te*, non addendo, *ab excommunicatione. ſuſpenſione*, vel *interdicto*; niſi in caſu, &c. ibidem 113.

In Abſolutione cenſurarum, explicari non debet neceſſariò cauſa, ob quam quis incurrit cenſuram; dicendo: *Ego te Abſoluo ab excommunicatione, quam ob furtum, v. gr. incurriſti.* 250.114

Abſolutio cenſurarum, dari validè poteſt, iiſdem verbis, quibus datur Abſolutio peccatorum, nempe: Abſoluo te. ibid.115

Licitè nequit Sacerdos Abſoluere ſimul à cenſuris, & à peccatis, præfatis verbis: *Abſoluo te*: niſi in caſu neceſſitatis. ibid.116

Ante Abſolutionem ab excommunicatione, ſunt aliquæ ſolemnitates, & ceremoniæ præmittendæ. ibidem. 117

Nec viri, nec fœminæ, quæ Abſoluendæ ſunt, debent ab Abſoluente verberari, ſcapulis nudis. 252. 121

Hæc ſolemnitatum, & cæremoniarum forma, non eſt de ſubſtantia Abſolutionis, ſaltem publicæ. ibidem. 122

Actus, Agere.

Quando Actus exterior malus, prohibitus ſub aliqua Cenſura, non procedit ab Actu interiori habente eam malitiam, quæ Cenſurâ eſt prohibita; homo illum Actum exteriorem exercens, non incidit in illam Cenſuram. 60 6

Actus externus, per quem quis ligatur Cenſura, debet eſſe in ſua ſpecie morali, completus, & conſummatus. 61 8

Acta à Iudice Eccleſiaſtico excommunicato tolerato, & non vitando, ſunt valida, ac rata. 158.10

Sententia, & alij Actus Iudicis excommunicati tolerati, non ſunt validi, etiam caſu quo partes illum excipiant, quod ſit excommunicatus? 160.17

Excommunicatus maior, non poteſt eſſe in iudicio per ſe, Actor, ſeu agere in foro, Hiſpanicè, *Poner demanda, ò Acuſar, en Iuicio.* 161.1

An Excommunicatus Agens in iudicio publico, repelli debeat à iudice, quando exceptio excommunicationis non opponitur ab aduerſario? Duplex reſponſio. 162 5

Non ita eſt prohibitum excommunicato vitando, in iudicio Agere; vt tamen ſi agat, & non repellatur à iudice, nec ei exceptio excommunicationis opponatur, geſta per ipſum non valida ſint. ibid.6

Actor excommunicatus non peccat mortalius ſuum in iudicio petens; ante quàm à Iudice expellatur ab illo. 163.7

Adminiſtrator,

Vide, *Miniſter*, *Miniſtrare*.

Licitum eſt Excommunicato non tolerato, Euchariſtiam in articulo mortis Adminiſtrare. 106.23

Admonitio, vide, *Monitio*.

Aduocatus.

Iuriſconſultus excommunicatus vitandus, licitè non poteſt eſſe Aduocatus, ſeu Aduocare in Iudicio, pro Reo, vel Actore. 168.26

Iuriſconſultus excõmunicatus vitandus, peccat mortaliter, Aduocando pro alio in Iudicio. ibid 27

Valida ſunt ea, quæ ab Aduocato excommunicato vitando ſiunt ibid.28

Aduocatus excommunicatus vitandus non tenetur reſtituere ſtipendium, quod pro Aduocatione accepit. ibid.29

Amens.

Amentes aut inſani, qui ante vſum rationis in amentiam inciderunt, non poſſunt ligari Cenſuris 20. 13

Amentes & inſani qui in amentiam poſt vſum rationis inciderunt, poſſunt ligari Cenſuris, propter contumaciã, & inobedientiam commiſſam contra Prælatum, tempore, quo in ipſis vſus rationis vigebat, ſaltem quoad effectus quorum ſunt capaces ibid.14

Amentes, & Inſani poſſunt incurrere Cenſurã à lege latam, propter culpam ante amentiam commiſſam ibid.15

Amplexari.

Prohibitum eſt fidelibus, oſculari, aut Amplexari Excommunicatum vitandum. 174.6

Angeli.

Angeli non ſunt capaces Cenſuræ. 18.2

Apoſtata.

Omnis Apoſtata, cenſuram Bullæ Cœnæ incurrit. ibid 10

Appellare, *Appellatio*.

A Cenſura lata ſub conditione nequit appellari, conditione etiam impleta. 34.18

Appellatio à Cenſura contra ignorantem lata, an impediat iudicem ne reum denunciet. 55.13

Denunciatio

Digitized by Google

Denunciatio Cenſuræ à iure latæ, vel alterius, quæ ipſo facto contrahitur, poteſt, per appellationem à ſententia declaratoria criminis, impediri. ibid.14
Per appellationem, non ſuſpenduntur effectus Cenſuræ abſolutè iam latæ. 76.6
Poſt factam, & admiſſam appellationem, poteſt Prælatus, à quo appellatum eſt, abſoluere appellantem ab excommunicatione, quam contra ipſum tulerat. 210.27

Aqua.

Aquæ benedictæ vſus quomodo ſit prohibitus omni excommunicato. 127.44

Archidiaconus.

Archidiaconi, & Archipresbyteri iuriſdictionem ordinariam ferendi Cenſuris non habent. 9.16

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus poteſt validè, & licitè abſoluere ab excommunicatione, & alia quauis Cenſura lata per ſuffraganeum Epiſcopum, in cauſa appellationis. 298.19

Arma, vide, *Infidelis*, *Saracenus*.

B

Baptiſmus, *Baptizare*.

BAptizati omnes, etiamſi careant vſu rationis, non ſunt Cenſuræ capaces. 19.10
Vt quis ſit capax ferendi cenſuras, debet eſſe baptizatus. 12.16
Sacerdos Excommunicatus vitandus, baptizans aliquem in extrema neceſſitate, cum ſolemnitate, & ceremoniis, peccat mortaliter. 102.8
Licitè nō poſſet Sacerdos excommunicatus miniſtrare Baptiſmum, in dicto caſu neceſſitatis, ſi adeſſet laicus non excommunicatus, qui baptizare poſſet. ibid.19
Baptiſmus collatus ab Excommunicato vitando, ſaltē extra caſum neceſſitatis eſt validus. 109.2

Beneficium.

Excommunicatio maior non priuat, ipſo facto, hominem, beneficiis, ante ipſam, legitimè obtētis. 134.1
Nequit priuari excommunicatus, beneficiis, quæ ante excommunicationem legitimè obtinebat. 131.2
Collatio Beneficij facta excommunicato, eſt ipſo iure inualida; & nulla. ibid 3
Atque etiam facta excommunicato tolerato, & non vitando. ibid.4
Collatio beneficij facta excommunicato inuincibiliter ignoranti ſe eſſe excommunicatione maiori ligatum, eſt inualida, ac nulla. 136.5
Valida eſt beneficij collatio, facta illi, qui tempore collationis, credebatur, ſed falsè, eſſe excommunicatus. 137.6
Similiter eſt valida, ac rata electio, aut collatio beneficij facta ei, qui per ſententiam fuit excommunicatus, ſed reuera nulliter. ibid 7
Non eſt valida, ac rata collatio beneficij, facta illi, qui per ſententiam Iudicis, iniuſtè, validè tamen, fuit excommunicatus. ibid.8
Valida eſt collatio beneficij, facta alicui, tempore, quo non eſt maiori excōmunicatione ligatus, poſtea tamen dum eſt maiori excommunicatione adſtrictus, collationem acceptat. ibid.9
Acceptans Beneficium in excommunicatione, nec venialiter peccat. 138.10
Non eſt valida collatio Beneficij, facta Excommunicato maiori, caſu quo talem collationem acceptet poſt abſolutionem ab excomunicatione. ibid.11
Qui obtinuit Beneficium, eo tempore, quo erat maiori excommunicatione ligatus, tenetur reſignare illud. 140.13
Excommunicatus occultus tenetur manifeſtare ſuam excommunicationem, ſi aliter non poſſit ſe retrahere ab acceptione Beneficij, ad quod eligitur ibid.14
Non ſolum collatio Beneficij, verum etiam electio, poſtulatio, præſentatio, aut alia quæcumque prouiſio illius, facta excommunicato eſt nulla ac inualida. 142.18
Collatio Beneficij, aut alterius dignitatis Eccleſiaſticæ, aut ſæcularis, facta ei, quem Pontifex ſcit eſſe excommunicatum eſt valida & rata. 143.21
Impetratio literarum ab Excommunicato obtente, ad Beneficia vacatura, eſt ipſo iure nulla. ibid 23
Commenda, ſeu commendatio Beneficij, parochialis, ſeu Eccleſiæ, facta Excommunicato, eſt etiam inualida. ibid.24
Permutatio Beneficiorum facta per Excommunicatum eſt irrita ac nulla. 144.25
Excommunicatus eſt priuatus fructibus ſuorum beneficiorum, quorum collationem accepit tempore excommunicationis. ibid.26
Excommunicatus quandiu in excōmunicatione perſeuerat, etiam eſt priuatus fructibus illorum beneficiorum, quæ legitimè ante excommunicationem poſſidebat. ibid.27
Excommunicatus tam toleratus, quàm non toleratus eſt propter excommunicationē priuatus, ipſo iure, & facto, fructibus beneficiorum, non expectata Iudicis ſententia. ibid.28
Ex vi iuris, priuatur ipſo facto, fructibus ſui beneficij, excommunicatus, quem pœnitet, & non ſtat per ipſum, vt abſoluatur. 145.29
Suppoſito quod excommunicatus, ipſo iure, & ante omnem ſententiam, eſt priuatus fructibus ſui beneficij; tenetur in conſcientia ſeipſum ſpoliare his fructibus, eoſque reſtituere, etiam ante ſententiam declaratoriam Iudicis. ibid.30
Stando etiam in rigore Iuris, quādo excommunicatus eſt pauper, non habens aliàs vnde viuat, non poteſt retinere ex fructibus ſui beneficij, quidquid fuerit neceſſarium, ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum, etſi ſit negligens in procuranda abſolutione. 146.31
Caſu, quo excōmmunicatus non ſit in mora petendi abſolutionem à Cenſura, ſed potius illam petit; poteſt ipſemet excommunicatus propria authoritate, ex fructibus beneficij ſuæ inopiæ occurrere, ſi aliunde non poteſt ſe alere. 147.32
Non tenetur Superior Excommunicatum contumacem, de fructibus beneficij eius ſuſtentare, ſi excommunicatus inopia, & egeſtate laboret. ibid.33
Fructibus beneficij, quibus Excommunicati priuantur, ſunt expendendi in vtilitatem Eccleſiæ, ad quam beneficium ſpectat. 148.38
Iniuſtè excommunicatus poteſt (poſtquam excommunicatio declarata fuerit iniuſta) repetere fructus beneficij, quos amiſit, tempore excommunicationis. ibid.40
Excommunicatus priuatus eſt poteſtate conferendi Beneficia Eccleſiaſtica. 150.1
Collatio Beneficij facta à quolibet excommunicato, tam tolerato, quàm non tolerato non eſt inualida ibid.2
Excommunicatus toleratus, ſeu non vitandus peccat Beneficia conferendo ſponte, non verò ſi ad petitionem alterius. ibid.3
Non ſolum ipſe excommunicatus, ſed etiam qui eius vicem gerit, eſt priuatus iuriſdictione ad conferenda Beneficia. ibid 4
Ad quæcunque Beneficia Eccleſiaſtica conferenda, ſit excommunicatus vitandus eſt priuatus iuriſdictione. 151.5
Quando ius conferendi beneficium pertinet ad plures coniunctim

Digitized by Google

coniunctim,collatio redditur nulla, ſi ex conferentibus aliquis ſit excommunicatus vitandus. ibid 6

Admiſſio, ſeu ſumptio poſſeſſionis beneficij,legitimè ſibi collati,facta ab excommunicato, non eſt valida, nec licita. 155.21

Qui actus intromittendi aliquem in poſſeſſionem beneficij, ab excommunicato factus, ſit validus, ibid.22

Reſignatio beneficij ſimpliciter facta ab excommunicato quolibet,in manibus Prælati,à quo confertum beneficium, eſt valida. 156.23

Reſignatio beneficij,ab excõmunicato vitando facta, in fauorem tertiæ perſonæ,hoc eſt,ſub conditione, vt conferatur perſonæ à ſe aſſignatæ,non eſt valida. ibid.24

Non eſt inualida beneficij reſignatio in fauorem tertiæ perſonæ, ſi fiat ab excommunicato occulto, & non vitando. ibid.25

Inſtitutio,aut confirmatio beneficij, facta ab excommunicato vitando, eſt nulla. ibid.26

Si Pontifex, ſub pœnam excommunicationis præciperet;ne quis Sicariis, ſeu Bannitis ſubueniret non poſſet aliquis in extrema neceſſitate illis exiſtentibus, ſubuenire, abſque incurſu Cenſuræ. 201.67

Clericus perſiſtens in excommunicatione per annum, priuari poteſt beneficiis quæ poſſidet.203.9

Bulla Cœnæ.

Cont à vndecim genera perſonarum, Prima Bullæ Cœnæ Excommunicatio fulminatur. 252.1

Secũda Excommunicatio Cœnæ.fertur contra appellantes à mandatis Papæ, ad futurum Concilium. 275.1

Tertia, contra Pyratas, Curſarios,ac Latrones maritimos. 276.1

Quarta,contra Rapientes bona Chriſtianorum nau-fragantium. 279.1

Quinta,contra imponentes iniuſta,& iniqua Pedagia, ſeu Gabellas. 283.1

Sexta, contra Falſarios literarum Apoſtolicarum. 286.1

Septima,contra dantes auxilium Infidelibus,aut Hæreticis, aduerſus Chriſtianos. 290.1

Octaua,contra impediẽtes victualia,& alia neceſſaria ad Curiam Romanam deferri. 306.1

Nona, contra lædentes eos,qui ad Sedem Apoſtolicã veniunt, vel ab ea recedunt: tum etiam,contra eos, qui vexant, ſine iuriſdictione, in Curia commorantes. 310.1

Decima, contra lædentes Romipetas,ac Peregrinos, qui Romam deuotionis cauſa petunt. 314.1

Vndecima,contra offendentes, S.R.E. Cardinales,& alios Prælatos. 318,2

Duodecima,contra offendentes recurrentes ad Romanam Curiam, ſuper eorum cauſis, & negotiis. 322.1

Decimatertia, contra appellantes à grauamine, aut executione literarum Apoſtolicarum, ad laicam poteſtatem. 324.1

Decimaquarta,contra eos,qui cauſas ſpirituales commiſſas à Papa, virtute Literarum Apoſtolicarum, ad ſe aduocant,vt illarum executionem impediant. 325.1

Decimaquinta,contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad Tribunal ſeculare:& contra facientes ſtatuta, qui quibus Eccleſiaſtica libertas læditur.328.1

Decimaſexta, contra impedientes Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur. 336.1

Decimaſeptima, contra vſurpantes Sedis Apoſtolica, & aliorum Eccleſiaſticorum iuriſdictiones,aut fructus, aut denique contra illos, ſine facultate ſuperioris, ſequeſtrantes 338.1

Decimaoctaua, contra imponentes Decimas, & alia onera Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis,& eorum fructibus. 342.1

Decima nona,contra Iudices ſæculares,qui ſe, in cauſis criminalibus, interponunt contra perſonas Eccleſiaſticas. 346.1

Vigeſima,contra occupantes bona,aut Terras Eccleſiæ Romanæ, & eius iuriſdictionem in illis vſurpantes. 348.1

Bulla Cruciata.

Virtute Bullæ Cruciatæ, poteſt quis abſolui ab omnibus caſibus, & ex communicationibus Epiſcopis reſeruatis; totieſque,& quoties indiguerit 233.80

Virtute Bullæ Cruciatæ, poteſt quis abſolui bis,nempe ſemel in vita, & iterum in articulo mortis,ab excommunicatione reſeruata Papæ etiam in Bulla Cœnæ. ibid.81

Vigore Bullæ, poteſt pœnitens abſolui ab vnoquoque caſu, Pontifici reſeruato, quouſque abſoluitur ab omnibus, ab vnoquoque tamen ſemel,intra publicationis annum. 234.82

Virtute Bullarum prætetitarum,nequit etiam quis abſolui ſemel, à caſibus Papalibus; ſi Bullis illis, in ordine ad hunc effectum, non ſit vſus;quamquam oppoſitum ſit probabile. 235.83

Confeſſarius poteſt abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam, à caſibus Pontifici reſeruatis, non ſolũm ſemel,ſed toties, quoties,dummodo ſint occulti. ibid.84

An virtute Bullæ Cruciatæ,in qua cõceditur facultas abſoluendi à contentis in Bulla Cœnæ, excepta hæreſi,poſſit adhuc Confeſſarius hæreticum occultum, pœnitentem, & emendatum abſoluere: multa reſoluuntur. 23.85

In Regnis,in quibus ſanctum Inquiſitionis Tribunal reperitur,nequit Confeſſarius abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam, crimine hæreſis externæ occultæ. 237.86

Virtute Bullæ Cruciatæ, poſſunt abſolui ſemel in vita, & ſemel in morte, qui lapſi ſunt publicè in crimina contenta in primo Canone Bullæ Cœnæ, excepta hæreſi: dummodo verè hæretici non ſint. 239.87

Confeſſarius nequit vi Bullæ Cruciatæ, abſoluere eum, qui culpabiliter omiſit denunciare dicta, quæ ſunt in Edicto Inquiſitorum,antequam de facto denunciet. ibid.89

Vi Bullæ Cruciatæ, non poteſt quis abſolui à Cenſuris à iure,vel ab homine impoſitis,antequam ſatisfactio præſtetur parti læſæ, in caſibus, in quibus pars fuit offenſa. 240.90

Qui de facto fuit abſolutus, vi Bullæ, ſine ſatiſfactione partis,non eſt nulliter abſolutus. ibid 91

Confeſſarius poteſt licitè, & validè vi Bullæ abſoluere pœnitentem, qui non poteſt parti læſæ ſatiſfacere. ibid.92

Nomine, *partis læſæ*, in clauſula Bullæ, vel in alio ſimili priuilegio, intelligitur ſolùm perſona,cui iniuria facta eſt. 241.93

Vi Bullæ Cruciatæ,poteſt abſolui pænitens,qui ſolùm ſatiſfecit Clerico, vel Monacho læſo, & offenſo, item Eccleſiæ, vel Monaſterio. ibid 94

Vi Bullæ Cruciatæ, validè poteſt Confeſſarius abſoluere nomiatim excommunicatos; aut publicos percuſſores Clericorum; aut alios,quorum excommunicatio deducta eſt ad forum contentioſum ,& lis non eſt finita ; atque id ſaltem in foro interiori. 242.95

Vi Bullæ non ſolùm validè, ſed etiam licitè, poteſt Confeſſarius abſoluere prædictos excommunicatos, quorum excommunicatio eſt deducta ad forum contentioſũ,& lis non eſt finita;ſed priùs ſatiſfacta parte. 243.96

Abſolutio

Digitized by Google

Abſolutio ab excommunicatione publica, iam delata ad forum contentioſum externum, facta virtute Bullæ Cruciatæ, prodeſt etiam pro foro externo, ſi collata ſit, parte ſatisfacta. ibid.97

Abſolutio à præfata excommunicatione, virtute Cruciatæ lata, non valet pro foro externo, caſu etiam, quo pars læſa, non ſit realiter, & cum effectu, ſatisfacta, aut cum ea concordatum; ob impotentiam pœnitentis; ſed tantùm valet pro interno. 245.98

Suppoſito, quod, iuxta noſtram ſententiam, valida ſit, etiam pro foro externo, abſolutio data, vi Cruciatæ, ab excommunicatione reſeruata, & delata ad forum contentioſum; poteſt, ſed non tenetur Iudex eam acceptare, & approbare, & liberum reputare reum excommunicatum à pœna fori exterioris. ibid.99

Abſolutio Cenſurarum, vt Cruciatæ; non eſt neceſſariò impertienda in actu Confeſſionis Sacramentalis. ibid.100

Abſolutio à cenſuris, præſcindendo à priuilegio Bullæ, & ab alio ſimili, poteſt validè inuito conferri. 247.103

Vi Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis priuilegij conceſſi in fauorem pœnitentis, hic, etiam inuitus, à Cenſuris abſolui. ibid.104

In abſolutione cenſuratum, quæ datur virtute Bullæ Cruciatæ; neceſſariò non requiritur vti forma, quæ in ipſa Bulla præſcribitur. 249.112

Laici habentes Bullam Cruciatæ poſſunt tempore Interdicti generalis, intereſſe Miſſæ, & aliis officiis diuinis. 421.1

Non poteſt quis vigore Bullæ, intereſſe Miſſæ, & aliis officiis diuinis, in Eccleſia ſpecialiter, interdicta. ibid.2

Vi Bullæ poteſt tempore Interdicti, audire, aut celebrare Miſſam in quacumque Eccleſia & Oratorio. ibid 3

Bullæ Cruciatæ vigore non poteſt quis habere oratorium priuatum in ſua domo, & in eo Miſſam audire, aut celebrare, tempore Interdicti. 422.4

Omnes habentes Bullam poſſunt ſecum, tempore Interdicti, ducere famulos, aut familiares in Eccleſiam, & Miſſæ, & aliis officiis adeſſe ibid.5

Poſſunt & ſecum ducere ad Eccleſiam omnes Domeſticos familiare,, ac conſanguineos, & ibi tempore Interdicti, Miſſæ intereſſe. ibid.6

Nomine horum Conſanguineorum veniunt Conſanguinei vſque ad quartum gradum. ibid.7

Sub his etiam comprehenduntur Coniuges hoc eſt vxor comparatione mariti, & maritus comparatione vxoris. 423.8

Sub Conſanguineis verò in dicto Bullæ priuilegio non comprehenduntur affines. ibid.9

Vt quis dicatur Domeſticus priuilegiati, & poſſit cum illo vi Bullæ audire Miſſam tempore Interdicti, non eſt neceſſum ſimul & quod in eadem domo cum Domino habitet, & quod eius expenſis alatur. ibid.10

Omnes hi prædicti, Domeſtici, Conſang. &c. poſſunt diuinis intereſſe, abſente Domino, qui Bullam Cruciatæ habet. ibid.11

Dominus vi Bullæ audito vno Sacro, poteſt alteri intereſſe in gratiam familiarium Domeſticorum, aut Conſanguineorum, qui aberant, vt hi Sacro aſſiſtant. 424.12

Vt quis, virtute Bullæ, poſſit in Oratorio celebrare, aut audire Miſſam, teneatur non ex neceſſitate, ſed ex præcepto fundere aliquas preces Deo, pro vnione Principum Chriſtianorum, & Victoriam contra Infideles. ibid.13

Virtute Bullæ poteſt quis, ſiue in Eccleſia, ſiue in Oratorio, tempore Interdicti, præterquam in Paſcha, Euchariſtiam ſumere; itémque Ordinem, & Extremam Vnctionem ibid:14

Qui tempore Paſchatis, ad ſatisfaciendum præcepto, Euchariſtiam in Parochia ſumpſit; poteſt etiam in Oratorio priuato, ipſo die Paſchæ communionem accipere, virtute Bullæ Cruciatæ. ibid.15

Vi Bullæ, non poteſt quis recipere Euchariſtiam à quolibet ſimplici Sacerdote, tam tempore Interdicti, quàm extra, abſque licentia Parochi. ibid.16

Vi bullæ tempore Interdicti, licitum eſt, Benedictiones nuptiales dare; & accipere à Parocho; tam in Eccleſia, quàm in Oratorio. 425.17

Laici Bullam habentes poſſunt, tempore interdicti localis generalis, ſepeliri in loco ſacro. ibid 18

Non ſolùm in Eccleſiis generaliter interdictis, ſed etiam in Eccleſia interdicta ſpecialiter, poteſt quis ſepeliri, vigore Bullæ Cruciatæ. ibid.19

Pueri, amentes, & alij vſu rationis carentes, poſſunt, tempore Interdicti, ſepeliri in loco ſacro, vi Bullæ pro eis ſuſceptæ: ibid.20

Vt quis virtute Bullæ poſſit, tempore interdicti, ſepeliri in loco ſacro, non eſt omninò neceſſarium, quod in vita ipſius, ſed ſufficit quod poſt mortem, fuerit Bulla ſuſcepta. ibid.21

Tempore Interdicti generalis, poteſt quis virtute Bullæ ſepeliri in loco ſacro, cum clamoribus campanarum, & cum officio ſepulturæ, & Miſſa. ibid 22

Prædictum priuilegium pro tempore Interdicti conceſſum, non extenditur ad ceſſationem à Diuinis, 426.23

C

Capitulum.

Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, poteſt, virtute Decreti Tridentini, abſoluere à cenſuris reſeruatis Papæ, ex delicto occulto ortis. 215.43

Cardinalis.

Abſoluere poſſunt Cardinales in Eccleſiis, quæ eis aſſignatæ ſunt pro titulo. 203.1

Si quis impetum faciat ad domum Cardinalis, vel Patriarchæ, &c. & obſideat illam, & claudat in domo, non ad carcerandum, ſed ſolùm, vt verecundiã inferat; excommunicationem Bullæ incurrit. 319 3

Qui Cardinalem, vel Patriarcham, &c. inſequens, telum, vel ſaxum proiicit ad illum interficiendum, hac excommunicatione obſtringitur. ibid.4

Non admittens Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos, & Nuntios, ad poſſeſſionem ſuarum Eccleſiarum, aut ad Prouincias, ad quas mittuntur, Cenſura huius Canonis non feritur. ibid.5

Eijciens aliquem Prælatum ex dictis, à domo Regis, ſeu Principis, non comprehenditur hac Cenſura. ibid:5

Eiiciens Legatum, vel Nuntium, Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, à locis in quibus iuriſdictionem exercere poſſunt, afficitur hac Cenſura. ibid.7

Eijciens Epiſcopum, aut Archiepiſcopum, aut alium ex præfatis Prælatis, ex locis in quibus nati ſunt, vel domicilium habent, vel ex ſuis Caſtris, aut oppidis, quæ bona ſunt patrimonialia, hanc Cenſuram incurrit. 320.8

Vt incurratur hæc excommunicatio ob eiectionem præfatorum Prælatorum lata, non opus eſt, vt erectio fiat facto, ſed ſufficit verbis. ibid.9

Hac excommunicatione feritur, occidens, aut mutilans, &c. Cardinales, qui ad Cardinalitiam dignitatem electi à Pontifice ſunt, & conſenſum electioni præſtiterunt; galerum tamen rubeum non obtinuerunt. Ibid.10

Qui

Digitized by Google

Qui occideret, mutilaretve, &c. Cardinales Eccleſiæ S. Iacobi, non afficeretur excommunicatione huius Canonis. ibid. 11

Interficiens, aut capiens, *&c.* Epiſcopum electum, & confirmatum, ſed non conſecratum, vinculo excommunicationis huius non ligatur. 321. 12

Interficiens, aut mutilans *&c.* Epiſcopum excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, irregularem, aut degradatum verbaliter, incidit in cenſuram huius Canonis. ibid. 13

In excommunicationem huius Canonis non incidit, qui Clericum, vel Religioſum de familia Cardinalis, Nuncij, vel Epiſcopi, *&c.* occidit, mutilat, vel vulnerat, *&c.* ibid. 14

Offendentes non ſolùm Clericos, vel Religioſos familiares Papæ, vel Cardinalium, ſed etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporúmve, neutri incidunt in excommunicationem latam in cap *Fœlicis, de pœnis.* ibid. 15

Cardinalis, Epiſcopus, vel Nuncius occidens, mutilans, capienſve, *&c.* alium Cardinalem, Epiſcopum, vel Nuntium, excommunicatione huius Canonis afficitur. 322. 16

Cardinalis, ſeu Epiſcopus, *&c.* ſe ipſum vulnerans, aut percutiens, excommunicationi huius Canonis ſubijcitur. ibid. 17

Occidens, aut percutiens Cardinalem, ſeu Epiſcopum turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia, hanc excommunicationem non incurrit ibid 18

Mandans, ratum habens, conſulens, fauens, & auxilians præfata delicta, in excommunicationem incidunt. ibid. 19

Catechumeni.

Cathecumeni non ſunt Cenſuræ Eccleſiaſticæ capaces

Chriſtiani, vide ſub verb. *Infideles, Sacraceni. Turcæ.*

Circunſtantia.

Incurrit plures excommunicationes, qui vnica actione, vel actu, violat legem habentem plures circumſtantias, pro quibus ſingulis lata eſt excommunicatio. Sed ſub diſtinctione. 28. 46

Cenſura.

Cenſuræ nomine quid veniat? 1. 1

Cenſura Eccleſiaſtica quid. 2. 2

Cenſura propriè, & ſtrictè ſumpta, in tres tantum ſpecies diuiditur. ibid 3

Cenſura rectè diuiditur in cenſuram, quæ eſt à iure, & in cenſuram, quæ eſt ab homine. 4. 11

Cenſura benè ſubdiuiditur in eam, quæ eſt *lata ſententiæ*; & in eam, quæ eſt, *ferendæ ſententiæ*. ibid. 12

Ex quibus verbis, cognoſci poſſit, quando Cenſura eſt ferenda? ibid. 14

Cenſura lata ſub his verbis: *Excommunicationem, aut ſuſpenſionem te noueris incurſurum*, dicitur Cenſura latæ ſententiæ. 5. 15

Cenſura lata ſub his verbis, *Qui hoc fecerit, Anathema ſit, aut excommunicatus ſit*, eſt item Cenſura latæ ſententiæ. ibid. 16

Iſtæ particulæ, *Ex tunc, mox, omnino, prorſus, incontinenti, illicò, continuò, confeſtim, ſtatim, protinus*, quando declarent Cenſuram ipſo iure eſſe latam? ibid. 17

In quo differant Cenſuræ à iure ab his, quæ ſunt ab homine. 6. 19

Obligatio non operandi contra cenſuram impoſitam, eſt de iure humano. 7. 5

Vt quis ſit capax ferendi Cenſuras, iure ordinario, requiritur quod ſit Ordinis Clericalis, ſeu primæ Tonſuræ. ibid. 6

Vt quis ſit capax cenſuras ferendi, iure ordinario, non neceſſum eſt quod ſit preſbiter, aut aliquo ſacro ordine initiatus. ibid. 19

Vt quis poſſit ferre Cenſuras, debet eſſe homo viator. 11. 22

Vt quis ſit capax ferendi Cenſuras, debet eſſe compos rationis, & vſum illius habere. ibid. 24

Non poteſt committi puero carenti vſu rationis poteſtas ferendi Cenſuras, vt illam exerceat poſteà factus adultus. ibid. 25

Non poteſt quis in Superiorem, aut ſaltem, in æqualem Cenſuras ferre. 16. 44

Qui poteſtatem habet Cenſuras ferendi, debet neceſſariò, ad validè illas ferendas, aduertere, & intendere eas infligere. ibid. 45

Neceſſarium eſt ad validè Cenſuras ferendas, quod Iudex libera voluntate illas ferat. 17. 46

Cenſura lata à Iudice, vi, & metu cadente in virum conſtantem, valida eſt. ibid. 47

Qui Cenſura aliqua ligatus moritur, non permanet poſt mortem illa ligatus. 19. 5

Neceſſe eſt, vt ſuperiorem habeat in terris, qui Cenſuris ligari poteſt. 21. 16

Cenſura lata in vnam perſonam indeterminatam ex pluribus, quæ patrarunt delictum, non eſt valida. 24. 31

Qui ſemel Cenſura aliquà ligatus eſt, poteſt & aliis diuerſæ rationis Cenſuris ligari. ibid. 32

Poteſt ligari denuò Cenſura eiuſdem ſpeciei, & rationis, qui iam ſemel ligatus eſt: v.g. excommunicari denuò, qui iam excommunicatus eſt. ibid. 33

Vt quis Cenſuras validè imponat, non ſufficit eas ferre per actum interiorem dumtaxat; dicendo, v. g. intra ſe, volo, & mando quod qui tale peccatum patrauerit, maneat excommunicatus 29. 1

Vt valida ſit Cenſura, neceſſariò non eſt in ſcriptis proferenda. ibid. 2

Vt valida ſit Cenſura, neceſſariò non eſt verbis ferenda; ſed ſufficit nutibus illam proferre. 30. 3

Ad inferendam Cenſuram, non ſunt præſcripta aliqua certa, & determinata verba. ibid 4

Vt valida ſit Cenſura, debet ferri per verba definita quoad ſpeciem Cenſuræ, vt, excommunico, ſuſpendo, interdico. ibid. 5

Valida eſt Cenſura, data ſub hac forma: *Excommunico te.* ibid. 6

Cenſura lata ſub diſiunctione inter duas Cenſuræ ſpecies, vt ſi Iudex dicat; *Clericus, qui nutrierit comam, ſit aut excommunicatus, aut ſuſpenſus ab officio*, eſt valida, & conſequenter ligat. 31. 8

Vt valida ſit Cenſura decet diſertè exprimi perſona in quam fertur. 32. 10

Vt Cenſura ipſo facto liget, debet eius forma determinari quoad præſens tempus. ibid. 11

Forma ferendi Cenſuram poteſt eſſe, ſub conditione pertinente ad cauſam Cenſuræ, vt ſi Iudex dicat: *Niſi ſolueris intra menſem, excommunico te.* ibid. 12

Validè poteſt ferri Cenſura, ſub conditione impertinente ad cauſam Cenſuræ: vt ſi feratur hac forma: *Excommunico te, ſi nauis ex India venit, aut venerit, modò talis conditio extet.* ibid. 13

Cenſura lata ab homine, ſub conditione peccati in futurum committendi; vt, *ſi quis commiſerit tale peccatum, excommunicatus ſit*, non eſt à iure prohibita, & inualida. 33 14

Cenſura ſub conditione lata, non incurritur, donec conditio in Cenſura appoſita, impleatur. ibid. 15

Cenſura lata ſub conditione, ſuſpenditur per legitimam appellationem illius, in quem lata eſt. ibid. 16

Cenſura lata ſub conditione, ſuſpenditur per appellationem factam quocumque tempore, antequam conditio impleatur. ibid 17

Cenſura

Digitized by Google

Cenſura ſub conditione lata, ſuſpenditur per conſenſum partis, in cuius fauorem lata eſt, adhuc ſi in id conſentiat, abſque conſenſu Iudicis. 34.19
Per mutationem fori non effugit quis Cenſurā latam ſub conditione, ſi illa pendente, forum mutet. 35.22
An per mortem Iudicis effugiat quis Cenſuram ſub conditione latam. ibid.23
An Cenſura impedita, tempore quo impletur conditio, per Iudicis ſuſpenſionem, aut excommunicationem; reuiuiſcat, ſi tollatur Iudicis impedimentum, duplex reſponſio, ibid.24
De valore, & eſſentia Cenſuræ ferendæ ob peccatum commiſſum, eſt aliqua monitio præuia. 27.8
Dantur aliqui caſus, in quibus, Cenſura, v. gr. excommunicatio, ſit inualida, canonica monitione omiſſa. 39.10
Vt Cenſuræ licitè ac iuſtè ferantur, præmittenda eſt trina canonica monitio. ibid.11
Vt Cenſuræ licitè, & iuſtè ferantur, ſufficit, vt vnica canonica pro trina, monitio præmittatur. ibid.12
Cenſura eſt à Iudice in ſcriptis ferenda. 46.1
Solum Cenſura lata ab homine per ſententiam; eſt in ſcriptis ferenda. ibid.3
Multas ob cauſas ſtatuit ius, ſententiam Cenſuræ proferre deberi ſcripto. ibid.3
Scriptura, in qua conſcripta eſt Cenſura, non debet neceſſariò eſſe authentica, id eſt, confecta manu publici Notarij, aut etiam teſtibus munita. ibid.4
Scriptura Cenſuræ non eſt de eius ſubſtantia; ſed de eius forma accidentali. 47.6
Neceſſum eſt, quòd in ſcriptura, in qua Cenſura fertur, expreſsè apponatur cauſa propter quam fertur. ibid.7
Expreſſio cauſæ, propter quam fertur Cenſura, conſcibi in omni Cenſura non debet. ibid.8
Expreſſio cauſæ Cenſuræ non eſt de eius valore, ita vt ſi non exprimatur, ſit inualida Cenſura. ibid.9
Exemplum ſcripturæ dictæ Cenſuræ, quod reo tradendum eſt, debet eſſe integrum. ibid.11
Cenſura debet inter diem ferri, ſed ſi in tenebris feratur, factum tamen tenet. 52.19
Cenſura ſolùm poteſt ferri validè, propter peccatum, ſeu culpam. 57.1
An ad incurrendum Cenſuram ſufficiat aliena culpa? Duplex placitum. ibid.2
Cenſura imponi nequit pro peccato omninò interiori, & per ſe occulto, quod quidem, ſolo corde committitur, & intus retinetur. 58.3
Poteſt imponi Cenſura pro peccato per accidens occulto; hoc eſt, pro peccato, quod non ſolùm corde committitur, ſed voce, aut opera manifeſtatur, teſtem tamen non habet. 59.4
Vt quis incurrat Cenſuram impoſitam ab Eccleſia, eſt neceſſarium, vt actus externus, ſit ſignum externū malitiæ, ob quam ab Eccleſia imponitur Cenſura. ibid.5
An etiam, quando aliquis ſeruat præcepta Eccleſiæ, ficto animo, aut ſine actu interiori, excuſetur à Cenſura, ſi quæ ſit impoſita, contra non obſeruantes talia præcepta? Bifariam reſpondetur. 61.6
Cenſura maior, ſolùm pro mortali culpa legitimè infligi poteſt. 62.9
Cenſura minor inferri pro culpa veniali poteſt. ibidem.10.
Vt Cenſura valida, & iuſta ſit, debet eſſet proportionata culpæ, cuius cauſa fertur. ibid.11
Cenſura impoſita aduerſus committentem aliquod delictum non comprehendit mandantem, ſeu conſulentem. ibid.14
Nonnullæ cauſæ excuſantes ab incurrendis Cenſuris. 75.32
Quot, & qui ſint effectus Cenſuræ in communi. 75.1
Cenſura ſemel contracta, non tollitur per ſolam emendationem rei, Cenſura dicta ligati. ibidem.2
Cenſura ſemel contracta, per mortem ferentis illam, non extinguitur. ibid.5
Cenſura ſemel contracta, per ſolā abſolutionem tollitur. ibid.4

Ceſſatio à Diuinis.

Ceſſatio à diuinis non eſt vera, & propria Cenſura, ſed reductiuè. 3

Clericus.

Clericus coniugatus, iure communi, non eſt capax ferendi Cenſuras 11.20
Si quis, vnico impetu, pluries percutiat Clericum; vnicam excommunicationem incurrir. 25.37
Verberans Clericum ſucceſſiuè per aliquod tempus, non tot cenſuras incurrit, quot ſunt verbera quibus illum percutit. ibid.36
Qui vno actu, vel ictu, v. g eodem proiectione ſagittæ, plures Clericos percutit, aut interficit, plures excommunicationes non incurrit. 26.42
Plures excommunicationes non incurrit, qui plures Clericos ſucceſſiuè, eadē tamen continuata actione, percutit, aut interficit. ibid.45
Si plures homines percutiant ſimul eundem Clericum, omnes excommunicationem incurrunt. 28.45
Percutiens Clericum, qui ſimul ſit Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos, plures excommunicationes non incurrit. ibid.47
Duas excommunicationes incurrit, qui violenter percutit Clericum, qui ſimul eſt Monachus, ibidem 48
Clerici exhibentes Excommunicato vitando honorem, ſeu pompam funeris Eccleſiaſticam, non fiunt irregulares. 130.9
Non eſt licitum Clericis, communicare cum ſuo Epiſcopo excommunicato vitando. 196.42
Quilibet Clericus, etiamſi ſolum habeat primam tonſuram, nequit abſque ſpeciali commiſſione, abſoluere ab excommunicatione, & ab aliis Cenſuris, exiſtentem in articulo mortis. 205.6

Collatio, vide, *Beneficium.*

Collegium.

Collegio conſtanti ex Clericis, & laicis, poteſt non ſolum Papa, ſed etiam Epiſcopus committere facultatem Cenſuras ferendi. 13.30
Vniuerſitas, Communitas, ſeu Collegium, poteſt interdici, & ſuſpendi. 22.23
Sicut Interdici, & ſuſpendi poteſt Communitas, ſeu collegium, nequit ſic immediatè excommunicari dicendo: *Excommunico talem Communitatem, vel Collegium.* ibid 24
Si de facto excommunicetur Communitas, ſeu Collegium ab aliquo Prælato inferiori Papa, non tenet, & eſt inualida excommunicatio. ibidem.25
Si totum Collegium, aut Communitas peccet, excommunicari nequit à Prælato inferiori Papa. 23.26
Poſſunt excommunicari omnes, & ſinguli Collegij, aut Vniuerſitatis; quemlibet eorum ſigillatim excommunicando, caſu, quo omnes peccauerint. ibid.27
Si non inferior Prælatus, ſaltem Rom. Pontifex poteſt excommunicare omnes, & vniuerſos Collegij, aut Vniuerſitatis, collectiuè ſumptos, ſi ſciret omnes eſſe nocentes, omnéſque deliquiſſe. ibid.29

Digitized by Google

Quomodo poſſit Pontifex validè excommunicare Vniuerſitatis, aut Collegij omnes, & ſingulos collectiuè, adhuc caſu, quo ei non conſtet, omnes deliquiſſe: ibid. 30

Comedere.

Non eſt licitum, comedere cum excommunicato in vna, & eadem menſa formaliter, etiamſi id fiat, abſque mutua ſocietate. 180.28

Non licet alicui, Comedere cum excommunicatò, in conuiuio alicuius tertij, à quo vterque eſt inuitatus. ibid. 30.

Communicare.

Omni Excommunicato maiori per ſe lòquendo, prohibitum eſt Communicare, ſeu conuerſari, cum aliis fidelibus. 173.1

Non eſt prohibitum Excommunicatis, ex vi Cenſuræ, cum infidelibus Communicare, & conuerſari. ibidem. 2

Prohibitum eſt, & illicitum excommunicato, cum altero excommunicato Communicare. ibid. 3

Prohibitum eſt fidelibus, Communicare cum Excommunicatis. 174.4

Quibus in rebus, ſeu actionibus prohibitus ſit fidelis Communicare cum Excommunicatis vitandis, hoc eſt, nominatim denunciatis, & publicis Clericorum percuſſoribus. ibid. 5

Quid intelligatur per particulam, *Communio*, quæ eſt quarta vox illius verſiculi, *&c.* 178 21

Fidelis Communicans in rebus ciuilibus, & actionibus humanis, cum excommunicato vitando probabiliùs peccat venialiter, exceptis quibuſdam caſibus. 181.1

Non peccat mortaliter quis, caſu quo frequenter cum excommunicato vitando, in dictis actionibus humanis Communicet. 182.2

Peccat mortaliter, qui in huiuſmodi humanis actionibus Communicat cum excommunicato vitando, ex contemptu formali excommunicationis, & Clauium Eccleſiæ. ibid. 3

Qui communicat cum excommunicato vitando, contra præceptum Superioris interdicentis, ſub pœna excommunicationis, huiuſmodi communicationem, peccat mortaliter. ibid. 4

Peccat mortaliter, qui Communicat cum excommunicato vitando, in crimine criminoſo. ibid. 5

Quiſnam poſſit abſoluere ab excommunicatione incurſa, ob communicationem cum excommunicato in crimine criminoſo? 184.9

Peccat mortaliter, qui Communicat in officiis diuinis ſolemniter celebratis, cum excommunicato vitando. ibid. 11

Ex paruitate materiæ, poteſt quis excuſari à mortali, Communicans excommunicato vitando in officiis diuinis ſolemniter celebratis. ibid. 12

Licitum eſt, Communicare cum Excommunicato nō vitando, ſeu tolerato, ac ſi non eſſet excommunicatus. ibid 14

Ob propriam vtilitatem ſpiritualem, poteſt quis cum excommunicato communicare. 188.11

Ob vtilitatem temporalem, cuilibet licet cum excommunicato vitando communicare. Cum diſtinctione. ibid. 12

Ipſiſmet excommunicatis, ob ſuam vtilitatem ſpiritualem, aut temporalem eſt licitum, cum aliis Communicare; ſicuti eſt licitum aliis, cum ipſis. ibid. 13

Etiam, caſu, quo mulier ſcienter contraheret matrimonium cum excommunicato, poſſet, eodem modo, quo eſt dictum, cum illo Communicare. 189.18

Nurus, & Gener, poſſunt Communicare cum Socero, & Socro excommunicatis: & Priuignus, & Priuigna cum Nouerca & Vitrico, etiamſi quaſi emancipati ab illis viuant. 193.32

Quando excommunicatus præſumi abſolutus debeat, ſic quis cum eo licitè Communicare valeat? 200.58

Licitum eſt Communicare cum excommunicato vitando, ratione euitandi aliquod graue damnum. ibid. 63

Communitas, vide, *Collegium.*

Concilium.

Concilium Prouinciale Archiepiſcopi; & Diœceſanum Epiſcopi; & Capitulum Eccleſiarum, Sede vacante, habent iure ordinario poteſtatem ferendi cenſuras. 9.13

Poteſtas abſoluendi, reſidet penes Concil. generale quoad omnes fideles, & ſimiliter penes Prouinciale, Diœceſanum, erga ſubditos: & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ poſt obitum ſui Paſtoris. 203.1

Concio, Concionari.

Excommunicato non eſt vetitum, ſacræ Concioni intereſſe. 120.18

Non eſt vetitum ipſis Excommunicatis Concionem audientibus, dicere in principio, & in fine concionis, *Aue Maria*, cum aliis ſimul. ibid. 19

Excommunicati, ſaltem tolerati, non poſſunt abſque mortali, aliis Concionari. ibid. 20

Concubina.

Excommunicatus vitandus validè, & licitè poteſt, coram Parocho non excommunicato, contrahere Matrimonium, cum ſua Concubina, in mortis articulo. 108.19

Confeſſarius, Confeſſio.

Confeſſarius excommunicatus non toleratus, abſoluere validè à venialibus non poteſt. 111.10

Confeſſio peccatorum mortalium, facta cum excommunicato vitando, eſt inualida, & neceſſariò iteranda, etiamſi pœnitens inuincibiliter ignoret Confeſſorem eſſe excommunicatum. Secus ſi ignorantia procedat ex publico errore. ibid. 11

Epiſcopus excommunicatus non toleratus, validè nequit approbare aliquē ad Confeſſiones audiendas. 158.6

Confeſſarius non tenetur nec poteſt vitare illum, quem per Confeſſionem ſcit eſſe excommunicatum non toleratum: benè tamen poteſt vitare in ſecreto, licèt non teneatur. 197.28

Confirmatio.

Licet Epiſcopo excommunicato non tolerato, adminiſtrare Sacramentum Confirmationis alicui homini, in aliqua extrema neceſſitate conſtituto, quæ refertur. 208.20

Coniux.

Etiamſi vterque Coniux ſit excommunicatus, eſt illis licita Communicatio in debito, menſa, colloquio, & aliis communibus. 191.23

Coniux excommunicatus poteſt licitè debitum petere ab vxore non excommunicata. ibid. 25

Conſenſus.

Conſenſus partis prorogantis terminum ſolutionis à Iudice datum, ſuſpendit ad tempus incurſionem Cenſuræ, ſi pars prorogationem faciat, inconſulto Iudice. 34.20

Contractus.

Non eſt licitum Excommunicatis, inire cum aliis Contractus. 173.48

Contractus initi cum Excommunicatis vitandis, ſunt validi, ſi alium defectum non habeant, præter excommunicationem. ibid. 49

Contumacia

Contumacia quid, & quotuplex ſit, ad quā in ſubditis reprimendam, præmittitur ante Cenſuras Monitio. 57.6

Ex ſola tranſgreſſione præcepti ſimplicis, abſque cōminatione Cēſuræ, nō cēſetur homo Cōtumax, ita vt cōtra illū poſſit ferri Cēſura, abſque monitione. ib. 7

Creatura

Digitized by Google

Creatura.

Creaturæ irrationales,vt Locuſtæ,Bruchi,& alia animalia , quæ ſemina depaſcuntur,non ſunt capaces Cenſuræ. ibid.1

Creditor.

Excommunicatus ad inſtantiam Creditoris,donec debitum ſoluat ; ſatis eſt , ad hoc vt non reincidat in excommunicationem , quod Creditor ſolutionem debiti differat , ſine interuentione Iudicis. 80.18

Crimen.

Crimen nullum datur, cui iure diuino ſit annexa aliqua cenſura. 7.4

Qui conuenitur ſuper aliquo Crimine, & ob contumaciam in ea cauſa excommunicatur ; ſi in ea excommunicatione per annum perſeueret , cenſetur conuictus de crimine , de quo fuit accuſatus.203.8

Curator.

Geſta à Tutore, vel Curatore excommunicato vitando,ſunt valida,& rata. 172.44

D

Damon.

DÆmones non poſſunt Cenſuris ligari. 18.3

Damnum

Excuſat à Cenſura,graue Damnum,ſeu detrimentum famæ,vitæ, & aliorum bonorum ſuperioris Ordinis , ſeu illorum vtilitas ; aliave cauſa rationabilis. 74.30

Debitor.

Debitor ſi non ſoluat in ſecundo termino à Creditore prorogato,incurrit Cenſuram latam,abſque nouo conſenſu Iudicis. 35.26

Licitum eſt excommunicato,etiam vitando , petere à ſuo Debitore ſuum creditum priuatim. 168.14

Defenſor.

Qui dicantur Defenſores Hæreticorum ; & quanam ratione à Fautoribus diſtent. 260.33

Qui extra cauſam hæreſis , defendunt hæreticum;eorum Defenſores non dicuntur,& excommunicationem non incurrunt. ibid.34

Defenſor hæreticorum dicitur,qui ſeipſum,vel alium hominem ſupponit , pro aliquo hæretico , qui capiendus erat. ibid.35

Degradatio.

Degradatio non eſt verè & propriè Cenſura , ſed reductiuè. 3.6

Delegatus.

Delegatus Prælati delegantis publicè & nominatim excommunicati, &c.poteſt validè ferre Cenſuras, iuxta exigentiam alicuius negotij inchoati , ſi res non ſit integra,ſecus ſi res integra ſit. 14.35

Denunciatio.

Denunciatio;aut publicatio nominis illius , qui Cenſuram contraxit, quam ob cauſam fuerit inſtituta. 53.2

Poſt omnem Cenſuram latam non debet fieri Denunciatio. ibid.3

Denunciatio ſemper eſt facienda à legitimo Superiore , ſeu de eius auctoritate. ibid.4

Quando Cenſura incurſa,fuit lata ab homine,primò & per ſe debet fieri Denunciatio ab eo,qui Cenſuram intulit. ibid.5

Quando Cenſura incurſa , lata fuit à iure communi; eſt facienda Denunciatio ab Ordinario illius loci vbi patratum eſt crimen , ob quod Cenſura incurſa eſt. ibid.6

Ante Denunciationem Cenſuræ incurſæ , debet ſemper præcedere ſententia declaratoria criminis commiſſi , ob quod Cenſura fuit lata. ibid.7

Ante denunciationem Cenſuræ incurſæ , ſeu quod idem eſt,ante declarationem,quod aliquis incidit in eam,debet neceſſariò præcedere citatio Rei. 54.8

Denunciatio Cenſuræ facta ſine citatione partis non ſolum eſt iniuſta , ſed inualida. ibid.9

Si quando reus citatus ad videndam fieri Denunciationem , ſtatim compareat , & delictum ſuum fateatur , & ſatisfactionem efferat ; non poteſt tunc Iudex iuſtè illum denunciare. ibid.10

Caſu, quo inflicta ſit à iure Cenſura contra committentes aliquod crimen, & ſit notorium, illud fuiſſe ab aliquo patratum, poteſt tunc Iudex , nulla præmiſſa citatione deuenire ad Denunciationem,& declarare delinquentem cenſuratum. ibid.11

Quando executori certò conſtat, ſententiam Cenſuræ eſſe nullam,nequit illam licitè denunciare. 56.17

Quando ſententia Cenſuræ eſt iuſta , ſecundum allegata,& probata; tamen executori,per ſcientiam, aut notitiam priuatam, conſtat in re eſſe iniuſtam; debet executor ipſe, ſi Superior ei præcipiat,dictā ſententiam denunciare. ibid.18

Idem dicendum in caſu , quo executor habeat ſcientiam priuatam de iniuſtitia Cenſuræ ; ignorat autem,vel dubitat, an ſit iuſta ſecundum allegata, & probata. ibid.19

At non idem,caſu,quo mero executori conſtat,ſententiam eſſe iniuſtam,ſecundum allegata, & probata; an videlicet , tunc etiam debeat talem Cenſuræ ſententiam exequi. ibid.20

Quonam loco, & quomodo ſit facienda Denunciatio Cenſuræ. 57.22

Denunciatio debet fieri in die non feriato. ibid.23

Depoſitio.

Depoſitio non eſt propriè , & verè Cenſura , ſed reductiuè. 3.5

Dignitas.

Si non per electionem , aut collationem, ſed ex teſtamento,aut ab inteſtato,aut titulo emptionis,acquirat excommunicatus Dignitatem aliquam laicalē, aut officium,cui adnexa eſt iuriſdictio, poteſt validè,& licitè eam retinere. 143.22

Diſcipulus , vide , *Doctor.*

Diſpenſatio.

Per Diſpenſationem Papæ , fieri poteſt , vt manente Cenſura, eius effectus ſuſpendi , aut impediri poſſint. 76.7

Diſtributio.

Excommunicatus eſt priuatus Diſtributionibus quotidianis, hoc eſt,illis fructibus ſeu prouentibus,qui conferri ſolent ſolùm aſſiſtentibus Choro. 148.37

Diſtributationes quotidianæ , quas excomunicatus amittit,debent expendi in vtilitatem Eccleſiæ , aut pauperum ; aut in vtilitatem eorum qui Choro aſſiſtunt ; In quo ſtandum Eccleſiæ conſuetudini. ibid.39

Poteſt iniuſtè excommunicatus repetere Diſtributiones quotidianas,quas tempore excommunicationis amiſit. ibid.41

Iuſtè excommunicatus nequit recipere,ac recuperare, poſt abſolutionem, Diſtributiones quotidianas, quæ dantur aſſiſtentibus Choro,etſi per ipſum non ſtet,ne abſoluatur,& ne interſit Choro. 149.43

Iniuſtè excommunicatus debet repetere Diſtributiones,quas amiſit ab ipſis, quibus applicatæ fuerunt. ibidem.45

Doctor.

Non eſt licitum Doctori ; reſpondere Diſcipulo excommunicato interroganti circa lectionem.122.25

Doctor excommunicatus toleratus, poteſt lectionem publicam , ad quam ex officio tenetur, facere.ibidem. 26

Quomodo poſſit Pontifex validè excommunicare Vniuerſitatis,aut Collegij omnes,& ſingulos collectiuè, adhuc caſu,quo ei non conſtet,omnes deliquiſſe: ibid.30

Comedere.

Non eſt licitum, comedere cum excommunicato in vna,& eadem menſa formaliter,etiamſi id fiat,abſque mutua ſocietate. 180.28

Non licet alicui, Comedere cum excommunicato,in conuiuio alicuius tertij, à quo vterque eſt inuitatus. ibid.30

Communicare.

Omni Excommunicato maiori per ſe loquendo, prohibitum eſt Communicare, ſeu conuerſari, cum aliis fidelibus. 173.1

Non eſt prohibitum Excommunicatis,ex vi Cenſuræ, cum infidelibus Communicare,& conuerſari. ibidem.2

Prohibitum eſt,& illicitum excommunicato,cum altero excommunicato Communicare. ibid. 3

Prohibitum eſt fidelibus, Communicare cum Excommunicatis. 174.4

Quibus in rebus, ſeu actionibus prohibitus ſit fidelis Communicare cum Excommunicatis vitandis,hoc eſt, nominatim denunciatis, & publicis Clericorum percuſſoribus. ibid.5

Quid intelligatur per particulam, *Communio*,quæ eſt quarta vox illius verſiculi,*&c.* 178.21

Fidelis Communicans in rebus ciuilibus, & actionibus humanis,cum excommunicato vitando probabiliùs peccat venialiter, exceptis quibuſdam caſibus. 181.1

Non peccat mortaliter quis, caſu quo frequenter cum excommunicato vitando,in dictis actionibus humanis Communicet. 182.2

Peccat mortaliter, qui in huiuſmodi humanis actionibus Communicat cum excommunicato vitando, ex contemptu formali excommunicationis,& Clauium Eccleſiæ. ibid.3

Qui communicat cum excommunicato vitando,contra præceptum Superioris interdicentis, ſub pœna excommunicationis, huiuſmodi communicationem,peccat mortaliter. ibid.4

Peccat mortaliter, qui Communicat cum excommunicato vitando, in crimine crimìnoſo. ibid.5

Quiſnam poſſit abſoluere ab excommunicatione incurſa, ob communicationem cum excommunicato in crimine criminoſo? 184.9

Peccat mortaliter,qui Communicat in officiis diuinis ſolemniter celebratis, cum excommunicato vitando. ibid.11

Ex paruitate materiæ, poteſt quis excuſari à mortali, Communicans excommunicato vitando in officiis diuinis ſolemniter celebratis. ibid.12

Licitum eſt, Communicare cum Excommunicato nõ vitando,ſeu tolerato, ac ſi non eſſet excommunicatus. ibid 14

Ob propriam vtilitatem ſpiritualem, poteſt quis cum excommunicato communicare. 188.11

Ob vtilitatem temporalem,cuilibet licet cum excommunicato vitando communicare. Cum diſtinctione. ibid.12

Ipſiſmet excommunicatis, ob ſuam vtilitatem ſpiritualem,aut temporalem eſt licitum,cum aliis Communicare;ſicuti eſt licitum aliis,cum ipſis. ibid.13

Etiam,caſu,quo mulier ſcienter contraheret matrimonium cum excommunicato,poſſet, eodem modo,quo eſt dictum,cum illo Communicare.189.18

Nurus,& Gener,poſſunt Communicare cum Socero, & Socero excommunicatis: & Priuignus,& Priuigna cum Nouerca & Vitrico, etiamſi quaſi emancipati ab illis viuant. 193.32

Quando excommunicatus præſumi abſolutus debeat, ſic quis cum eo licitè Communicare valeat? 200.58

Licitum eſt Communicare cum excommunicato vitando, ratione euitandi aliquod graue damnum. ibid.63

Communitas, vide, *Collegium.*

Concilium.

Concilium Prouinciale Archiepiſcopi; & Diœceſanum Epiſcopi;& Capitulum Eccleſiarum,Sede vacante, habent iure ordinario poteſtatem ferendi cenſuras. 9.13

Poteſtas abſoluendi, reſidet penes Concil. generale quoad omnes fideles, & ſimiliter penes Prouinciale, Diœceſanum, erga ſubditos:& Capitulum Cathedralis Eccleſiæ poſt obitum ſui Paſtoris. 203.2

Concio, *Concionari.*

Excommunicato non eſt vetitum, ſacræ Concioni intereſſe. 120.18

Non eſt vetitum ipſis Excommunicatis Concionem audientibus,dicere in principio, & in fine concionis, *Aue Maria*, cum aliis ſimul. ibid.19

Excommunicati, ſaltem tolerati, non poſſunt abſque mortali, aliis Concionari. ibid.20

Concubina.

Excommunicatus vitandus validè,& licitè poteſt,coram Parocho non excommunicato, contrahere Matrimonium,cum ſua Concubina, in mortis articulo. 108.19

Confeſſarius, *Confeſſio.*

Confeſſarius excommunicatus non toleratus,abſoluere validè à venialibus non poteſt. 111.10

Confeſſio peccatorum mortalium, facta cum excommunicato vitando,eſt inualida,& neceſſariò iteranda,etiamſi pœnitens inuincibiliter ignoret Confeſſorem eſſe excommunicatum. Secus ſi ignorantia procedat ex publico errore. ibid.11

Epiſcopus excommunicatus non toleratus, validè nequit approbare aliquẽ ad Confeſſiones audiendas 158.6

Confeſſarius non tenetur nec poteſt vitare illum, quem per Confeſſionem ſcit eſſe excommunicatum non toleratum: benè tamen poteſt vitare in ſecreto,licèt non teneatur. 197.28

Confirmatio.

Licet Epiſcopo excommunicato non tolerato, adminiſtrare Sacramentum Confirmationis alicui homini,in aliqua extrema neceſſitate conſtituto,quæ refertur. 208.20

Coniux.

Etiamſi vterque Coniux ſit excommunicatus, eſt illis licita Communicatio in debito,menſa, colloquio, & aliis communibus. 191.23

Coniux excommunicatus poteſt licitè debitum petere ab vxore non excommunicata. ibid.25

Conſenſus.

Conſenſus partis prorogantis terminum ſolutionis à Iudice datum, ſuſpendit ad tempus incurſionem Cenſuræ,ſi pars prorogationem faciat, inconſulto Iudice. 34.10

Contractus.

Non eſt licitum Excommunicatis, inire cum aliis Contractus. 173.48

Contractus initi cum Excommunicatis vitandis,ſunt validi, ſi alium defectum non habeant, præter excommunicationem. ibid.49

Contumacia

Contumacia quid, & quotuplex ſit,ad quã in ſubditis reprimendam, præmittitur ante Cenſuras Monitio. 37.6

Ex ſola tranſgreſſione præcepti ſimplicis, abſque cõminatione Cẽſuræ,nõ cẽſetur homo Cõtumax,ita vt cõtra illũ poſſit ferri Cẽſura,abſque monitione ib.7

Creatura

Digitized by Google

Creatura.

Creaturæ irrationales, vt Locuſtæ, Bruchi, & alia animalia, quæ ſemina depaſcuntur, non ſunt capaces Cenſuræ. ibid. 1

Creditor.

Excommunicatus ad inſtantiam Creditoris, donec debitum ſoluat; ſatis eſt, ad hoc vt non reincidat in excommunicationem, quod Creditor ſolutionem debiti differat, ſine interuentione Iudicis. 80.18

Crimen.

Crimen nullum datur, cui iure diuino ſit annexa aliqua cenſura. 7.4

Qui conuenitur ſuper aliquo Crimine, & ob contumaciam in ea cauſa excommunicatur; ſi in ea excommunicatione per annum perſeueret, cenſetur conuictus de crimine, de quo fuit accuſatus. 203.8

Curator.

Geſta à Tutore, vel Curatore excommunicato vitando, ſunt valida, & rata. 172.44

D

Dæmon.

DÆmones non poſſunt Cenſuris ligari. 18.3

Damnum

Excuſat à Cenſura, graue Damnum, ſeu detrimentum famæ, vitæ, & aliorum bonorum ſuperioris Ordinis, ſeu illorum vtilitas; aliave cauſa rationabilis. 74.30

Debitor.

Debitor ſi non ſoluat in ſecundo termino à Creditore prorogato, incurrit Cenſuram latam, abſque nouo conſenſu Iudicis. 35.26

Licitum eſt excommunicato, etiam vitando, petere à ſuo Debitore ſuum creditum priuatim. 168.14

Defenſor.

Qui dicantur Defenſores Hæreticorum; & quanam ratione à Fautoribus diſtent. 260.33

Qui extra cauſam hæreſis, defendunt hæreticum; eorum Defenſores non dicuntur, & excommunicationem non incurrunt. ibid.34

Defenſor hæreticorum dicitur, qui ſeipſum, vel alium hominem ſupponit, pro aliquo hæretico, qui capiendus erat. ibid.35

Degradatio.

Degradatio non eſt verè & propriè Cenſura, ſed reductiuè. 3.6

Delegatus.

Delegatus Prælati delegantis publicè & nominatim excommunicati, &c. poteſt validè ferre Cenſuras, iuxta exigentiam alicuius negotij inchoati, ſi res non ſit integra, ſecus ſi res integra ſit. 14.35

Denunciatio.

Denunciatio, aut publicatio nominis illius, qui Cenſuram contraxit, quam ob cauſam fuerit inſtituta. 53.2

Poſt omnem Cenſuram latam non debet fieri Denuncitatio. ibid.3

Denunciatio ſemper eſt facienda à legitimo Superiore, ſeu de eius auctoritate. ibid.4

Quando Cenſura incurſa, fuit lata ab homine, primò & per ſe debet fieri Denunciatio ab eo, qui Cenſuram intulit. ibid.5

Quando Cenſura incurſa, lata fuit à iure communi, eſt facienda Denunciatio ab Ordinario illius loci vbi patratum eſt crimen, ob quod Cenſura incurſa eſt. ibid.6

Ante Denunciationem Cenſuræ incurſæ, debet ſemper præcedere ſententia declaratoria criminis commiſſi, ob quod Cenſura fuit lata. ibid.7

Ante denunciationem Cenſuræ incurſæ, ſeu quod idem eſt, ante declarationem, quod aliquis incidit in eam, debet neceſſariò præcedere citatio Rei. 54.8

Denunciatio Cenſuræ facta ſine citatione partis non ſolum eſt iniuſta, ſed inualida. ibid.9

Si quando reus citatus ad videndam fieri Denunciationem, ſtatim compareat, & delictum ſuum fateatur, & ſatisfactionem efferat; non poteſt tunc Iudex iuſtè illum denunciare. ibid.10

Caſu, quo inflicta ſit à iure Cenſura contra committentes aliquod crimen, & ſit notorium, illud fuiſſe ab aliquo patratum, poteſt tunc Iudex, nulla præmiſſa citatione deuenire ad Denunciationem, & declarare delinquentem cenſuratum. ibid.11

Quando executori certò conſtat, ſententiam Cenſuræ eſſe nullam, nequit illam licitè denunciare. 56.17

Quando ſententia Cenſuræ eſt iuſta, ſecundum allegata, & probata; tamen executori, per ſcientiam, aut notitiam priuatam, conſtat in re eſſe iniuſtam; debet executor ipſe, ſi Superior ei præcipiat, dictā ſententiam denunciare. ibid.18

Idem dicendum in caſu, quo executor habeat ſcientiam priuatam de iniuſtitia Cenſuræ; ignorat autem, vel dubitat, an ſit iuſta ſecundum allegata, & probata. ibid.19

At non idem, caſu, quo mero executori conſtat, ſententiam eſſe iniuſtam, ſecundum allegata, & probata; an videlicet, tunc etiam debeat talem Cenſuræ ſententiam exequi. ibid.20

Quonam loco, & quomodo ſit facienda Denunciatio Cenſuræ. 57.22

Denunciatio debet fieri in die non feriato. ibid.23

Depoſitio.

Depoſitio non eſt propriè, & verè Cenſura, ſed reductiuè. 3.5

Dignitas.

Si non per electionem, aut collationem, ſed ex teſtamento, aut ab inteſtato, aut titulo emptionis, acquirat excommunicatus Dignitatem aliquam laicalē, aut officium, cui adnexa eſt iuriſdictio, poteſt validè, & licite eam retinere. 143.22

Diſcipulus, vide, *Doctor.*

Diſpenſatio.

Per Diſpenſationem Papæ, fieri poteſt, vt manente Cenſura, eius effectus ſuſpendi, aut impediri poſſint. 76.7

Diſtributio.

Excommunicatus eſt priuatus Diſtributionibus quotidianis, hoc eſt, illis fructibus ſeu prouentibus, qui conferri ſolent ſolùm aſſiſtentibus Choro. 148.37

Diſtributiones quotidianæ, quas excomunicatus amittit, debent expendi in vtilitatem Eccleſiæ, aut pauperum; aut in vtilitatem eorum qui Choro aſſiſtunt; In quo ſtandum Eccleſiæ conſuetudini. ibid.39

Poteſt iniuſtè excommunicatus repetere Diſtributiones quotidianas, quas tempore excommunicationis amiſit. ibid.41

Iuſtè excommunicatus nequit recipere, ac recuperare, poteſt abſolutionem, Diſtributiones quotidianas, quæ dantur aſſiſtentibus Choro, etſi per ipſum non ſtet, ne abſoluatur, & ne interſit Choro. 149.43

Iniuſtè excommunicatus debet repetere Diſtributiones, quas amiſis ab ipſis, quibus applicatæ fuerunt. ididem.45

Doctor.

Non eſt licitum Doctori, reſpondere Diſcipulo excommunicato interroganti circa lectionem. 122.25

Doctor excommunicatus toleratus, poteſt lectionem publicam, ad quam ex officio tenetur, facere. ibidem. 26

Digitized by Google

E

Eccleſia.

EXcommunicatis ingredi Eccleſiam licet ſaltem eo tempore, quo diuina officia non celebrantur. 115.2
Imò, & quando celebrantur. ibid.3
Licet Excommunicatis ingredi Eccleſiam, & ibi Deum orare, etiam caſu, quo ſint alij fideles ibi priuatim orantes. 116.14
In Eccleſia eſt poteſtas ferendi Cenſuras. ibid.1
Poteſtas, quam habet Eccleſia ferendi cenſuras, eſt de Iure diuino. ibid.2

Edictum.

Qui noctu dilacerat Edictum Epiſcopi in loco publico affixum Canonis Cœnæ excommunicatione feritur. 337.5

Electio.

Electio Excommunicati ad ſæcularem dignitatem; veluti ad Imperialem, Regalem, vel Ducalem eſt inualida, ac nulla. 142.19
Electio excommunicati ad dignitatem Summi Pontificatus eſt valida, ac rata. 143.20
Si Excommunicatus vitandus, non eligat ſolus, ſed cum aliis non excommunicatis, valida tunc non eſt Electio, caſu, quo votum excommunicati neceſſarium fuerit ad effectum Electionis. 151.8
Non eſt inualida Electio, caſu, quo votum excommunicati non fuerit neceſſarium ad effectum Electionis, eo quod ab illam legitimè faciendam, ſufficiens eſſet numerus ſuffragiorum. ibid.9
Non eſt valida Electio, caſu dato, quo votum excommunicati non ſit neceſſarium ad effectum Electionis, ſi ipſe excommunicatus vitandus ſcienter fuerit admiſſus ab aliis veris, & habilibus electoribus. 152.10
Nec caſu, quo excõmunicati admittantur ad Electionem ab aliis coelectoribus ſcienter, & non eligant vnam perſonam; ſed non excommunicati vnam, aliam verò excommunicati, tunc Electio facta à non excommunicatis eſt valida. ibid.11
Electio non eſt inualida, quando Electores coguntur admittere excommunicatos vitandos ad ſimul eligendum, nec eos poſſunt expellere. ibid.12
Electio Summi Pontificis, facta ab excommunicatis electoribus, eſt valida. 153.22

Eleemoſyna.

Non excommunicatus nequit petere Eleemoſynam ab excommunicato vitando. ibid.61
Prædicatores, & Confeſſores poſſunt licitè petere Eleemoſynam ab excommunicato vitando, etiamſi aliàs poſſent aliunde ſibi prouidere. ibid 62
Non eſt licitum, erogari Eleemoſynam excommunicato, vt tali iuuamine ſecurius perſiſtat in excommunicatione. 201.64
Cæteris paribus, prius eſt elargienda Eleemoſyna, non excõmunicato quàm excommunicato. ibid.66
In caſibus, quibus permiſſa eſt communicatio cum excommunicatis vitandis, poteſt Superior præcipere, vt quacunque neceſſitate occurrente, eorum communicatio euitetur. Limita. ibid.66

Epiſcopus.

Epiſcopi ferentes Cenſuras ſolo verbo, peccant etiam mortaliter, & incurrunt ſuſpenſionem per menſem. 49.18
Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in effectibus Cenſuræ, quam ipſi tulerunt. 77.8
Epiſcopus excommunicatus vitandus poteſt in aliquo caſu, licitè Sacramentum Ordinis alicui miniſtrare. 107.16
Epiſcopus poteſt abſoluere à Cenſuris latis ab Abbatibus quibuſdam, Archidiaconis, & Archipresbyteris, ſibi inferioribus, etiam caſu, quo ad ipſum facta non ſit à parte appellatio. 208.20
Qui à ſuo Epiſcopo fuit excommunicatus per ſententiam particularem, nequit adhuc abſolui ab alio Epiſcopo, in cuius diœceſim domicilium tranſtulit. 210.24
An, qui manens in Territorio alterius Epiſcopi, incidit in excommunicationem latam ab illo, vel ratione delicti, vel ex alio capite; debeat abſolui ab eodem; vel poſſit etiam abſolui à ſuo Epiſcopo, rediens poſteà ad ſuum Epiſcopatum. Duplex reſponſio. ibid.25
Cap *Nuper*, concedens Epiſcopis, & Parochis facultatem ad abſoluendum à Cenſura iuris, per contrariam conſuetudinem non eſt abrogatum. 212.35
Epiſcopus poteſt abſoluere ab omni cenſura iuris, nemini reſeruata. ibid.36
Epiſcopus poteſt abſoluere ab excommunicatione reſeruata Papæ, ex delicto occulto contracta. 214.41
Nomine Epiſcopi, cui, in dicto Tridentini decreto, conceditur facultas abſoluendi à reſeruatis Papæ, non venit quicumque Epiſcopus, etiamſi ſit conſecratus. ibid.42
Epiſcopi poſſunt, ex vi decreti Tridentini, abſoluere etiam à caſibus Bullæ Cœnæ, & ab excommunicationibus eis annexis (excepta ſaltem hæreſi (ortis ex delictis occultis. 215.45
Poſſunt Epiſcopi abſoluere ſibi ſubditos ab hæreſi externa occulta, vigore dicti decreti Trident. 216.46
Quid intelligatur per delictum, aut caſum occultum reſeruatum, à quo Epiſcopi poſſunt abſoluere vigore dicti decreti Concilij Tridentini. 217.46
Abſolutionem ab occultæ hæreſis cenſura, committere poteſt Epiſcopus alicui. ibid 48
Epiſcopi poſſunt abſoluere ab hæreſi, & ab aliis caſibus occultis reſeruatis Papæ, extra Sacramentum Confeſſionis. 218.49
Poteſt Epiſcopus abſoluere in abſentia à prædicta occultæ hæreſis, aut alterius cuiuſuis criminis, reſeruata excommunicatione. ibid.50
Non eſt neceſſe, tam Epiſcopum, quàm ſubditum eſſe intra diœceſim; vt poſſit Epiſcopus illum ab hæreſi, & ab aliis caſibus reſeruatis, in d. Tridentini decreto contentis, abſoluere. ibid.51
Nec eſt neceſſe, vt Epiſcopus ſit intra ſuam diœceſim, vt poſſit ſuum ſubditum, ab hæreſi occulta, & ab aliis reſeruatis abſoluere. ibid.52
Nec neceſſe eſt, vt ſubditus ſit intra diœceſim, quando Epiſcopus eſt extra, vt hic poſſit prædicta abſoluendi facultate vti. ibid.53
Non poſſunt Epiſcopi abſoluere à delictis occultis Papæ reſeruatis, etiamſi hæc ad forum contentioſum ſint deducta. 219.54
Si delictum fuit deductum ad forum contentioſum, Reus tamen non conuictus in eo, poteſt Epiſcopus abſoluere à tali delicto reum. ibid.55
Poteſt Epiſcopus abſoluere ſum ſubditum à delicto deducto ad forum contentioſum, caſu, quo, finito iudicio, punitus fuit. ibid.56
Epiſcopus poteſt abſoluere eum, qui in vno loco commiſit delictum publicum, & notorium, Papæ reſeruatum: ſed poſtea ſe tranſtulit ad alium locum, vbi eſt occultum, & ibi abſolutionem à tali delicto petit. 220.57
Epiſcopus poteſt iure ordinario, abſoluere ab excommunicatione publica, etiã reſeruata Papæ, quãdo excõmunicatus eſt impeditus recurrere ad Papã. ib.58
Plurima ſunt impedimenta legitima, propter quæ nequit quis Papam adire; & conſequenter, poteſt Epiſcopus, illis interuenientibus, abſoluere à cenſura publica Papæ reſeruata. ibid.59

Epiſcopus

Digitized by Google

Epiſcopus poteſt abſoluere Religioſos, (vel Religioſas) exemptos, ab omnibus caſibus reſeruatis, qui conceduntur in Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. Epiſcopis, erga ſubditos ſuos: modò Religioſi ſe ſubiciiant de licentia prælatorum ſuorum. 225.70

In caſu neceſſitatis poſſunt Epiſcopi, & Archiepiſcopi legere libros hæreticorum, & dare facultatem aliis eos legendi. 271.79

Equus.

In Bulla nomine *Equorum* prohibentur deferri ad infideles omnes equi cuiuſcumque conditionis ſint. 296.23

Nomine *Equorum*, prohibentur ſub hac Cenſura, omnia genera beſtiarum pugnantium, v.g. Elephanti. 296.25

Item, ſub eodem nomine *Equorum*; & ſub eadem Cenſura, prohibentur deferri ad Infideles, Cameli, Aſini, Muli, & Boues, & omne aliud genus beſtiarum ſeruientium, ad onera in bullo ferenda. 296.26

Equorum nomine, prohibentur deferri ad Infideles omnia inſtrumenta, quibus aluntur, curantur, & ab bellum inſtruuntur equi. 296.27

Euchariſtia.

Prohibitum eſt excommunicatis, comitari ſacram Euchariſtiam, quando ad infirmos defertur. 120.16

Excommunicatio.

Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum, ſunt diſtinctæ ſpecies formaliter. 3.9

Ex his omnibus Cenſuris, & impedimentis, grauior pœna eſt Excommunicatio. 4.10

Si certò conſtaret, Angelum bonum aliquem excommunicaſſe, cenſendum eſſet, illam Excommunicationem eſſe validam. 11.23

Propter vnã, & eandemmet cauſam, poteſt quis à diuerſis iudicibus ſæpiùs excommunicari. 24.34

Non ſolum à diuerſis Iudicibus, ſed etiam ab eodem, poteſt quis, propter idem delictum, ſæpiùs Excommunicari. 25.35

Qui tota die Excommunicato non tolerato communicat, vnam tantùm excommunicationem incurrit. ibid.39

Qui per totam noctem, continuatis aſportationibus, plura frumenti rubia ab Eccleſiæ horreo furaretur, vnam etiam ſolùm excommunicationem incurreret, ſi tali ſacrilegio ipſo facto eſſet annexa Excommunicatio. ibid.40

Non cenſetur quis Excommunicatus, ex eo ſolùm, quod Papa nolit communicare cum illo: vel abſolutus, ex eo quòd cum illo communicet; ſed cum diſtinctione. 52.9

Quando Excommunicatus à iure, vel ab homine, ob iuſtum impedimentum abſoluitur à caſu Papali, per eum, qui aliàs abſoluere non poſſet, debet, ne reincidat, ceſſante impedimento, ſe præſentare Pontifici. 81.19

Quid nomine Excommunicationis ſignificetur? 82.1

Quibus nominibus fuerit olim appellata Excommunicatio. ibid.2

Excommunicatio in communi, prout includit maiorem, & minorem, rectè ſic definitur: *Eſt cenſura, qua homo baptizatus ab aliqua communione Eccleſiaſtica ſeparatur.* 83.4

Excommunicatio, prout abſtrahit à maiori, & minori, non priuat fideles quacumque communione, ſeu communicatione. ibid 5

Excommunicatio maior, *eſt Cenſura, quæ priuat fidelem omni Eccleſiaſtica communione.* ibid 6

Excommunicatio adæquatè diuiditur in Maiorem, & Minorem. ibid.7

Quando abſolutè à iure, vel ab homine imponitur excommunicatio, & non additur, *Maior*, vel *Minor*, intelligendũ eſt de excommunicatione maiori. 84.8

Variæ pœnæ, vel effectus, quos infert excommunicatio maior in Excommunicatum. 85.1

Excommunicatio maior inducit ſuos effectus in Excommunicatum, iure humano. ibid.2

Excommunicatio inualida non inducit in Excommunicatum præfatos effectus. ibid.3

Excommunicatio iniuſta, ſed valida, habet ſuos effectus. ibid.4

Excommunicatio maior, in quas ſpecies, ſeu modos Excommunicationis, diuidatur. ibid.9

Excommunicati tolerati, ſeu non neceſſariò vitandi, non poſſunt licitè ex ſe incipere, & ſe ingerere ad communicandum cum aliis fidelibus. 89.14

Peccat mortaliter Excommunicatus, quodlibet ſuſcipiendo Sacramentum. 96.1

Non ſolùm Excommunicatus denunciatus, & publicus percuſſor Clerici; ſed etiam quilibet alius excommunicatus publicus, ſeu occultus, peccat mort. quodlibet recipiendo Sacramentum. 97.2

Non duo committit peccata, in Confeſſione explicanda, excommunicatus, qui ſcienter Sacramentum aliquid ſumit. ibid.3

Excommunicatus recipiens aliquod Sacramentum, pœnam aliquam, aut Cenſuram, ipſo iure non incurrit. ibid.4

Quibus in caſibus Excommunicatus poſſit in aliquo caſu recipere Sacramenta, ſine peccato. ibid.5

Excommunicatus, qui matrimonium contraxit, non poteſt licitè ſolemnem in Eccleſia benedictionem recipere, ante Excõmunicationis abſolutionẽ. 98.7

Excommunicatus ſuſcipiens Sacramentum Ordinis manet ſuſpenſus ab vſu Ordinis ſuſcepti. ibid.8

Excommunicati tolerati poſſunt non ſolùm validè, ſed & licitè conferre Sacramenta, quando fideles illa poſtulant ab eis. 112.14

Quomodo Excommunicatus toleratus licitè poteſt conferre petentibus Sacramenta? 113.15

Licitum non eſt Excommunicatis toleratis, ſe ingerere, & inuitare ad Sacramenta fidelibus miniſtranda. ibid.16

Excommunicatus, adminiſtrando Sacramenta illicitè, incurrit irregularitatem. 115.21

Non eſt permiſſum Excommunicatis, ire cum aliis in publica proceſſione, aut Litaniis publicis, ad quas populus fidelis cum Sacerdote cantante, concurrit. 119.15

Prohibitum eſt Excommunicatis, Aquam, Oliuas, aut Candelas ſolemniter benedicere; Epiſtolam, aut Euangelium ſolemniter cantare; aut aliã functionẽ propriam alicuius Ordinis, ſolemniter, & ex officio exercere. 120.17

Excommunicatus, ſolemniter, & quaſi ex officio, prædicans; non fit irregularis. 121.21

Licet Excommunicato intereſſe lectioni ſacræ Theologiæ, vel Scripturæ. ibid.22

Excommunicatus admonitus à celebrante, vt ab Eccleſia exeat, ſi nolit exire, incurrit nouam Excommunicationem. 123.34

Excommunicatus poteſt licitè benedicere menſam; munire ſe ſigno Crucis; adorare Euchariſtiam; vti imaginibus, & aliis ſimilibus rebus. 128.45

Excommunicatus vitandus priuatur etiam ex vi Cenſuræ, omni honore Eccleſiaſtico, qui in tumulatione fidelium fieri ſolet. 130.8

Excommunicatus vitandus, priuatus eſt iuriſdictione eligendi. 15[illegible].7

Excommunicatus non toleratus, omni iudiciaria poteſtate in foro Eccleſiaſtico eſt priuatus. 157.1

Excommunicatus toleratus, nequit validè Excommunicare. Limita. 161.18

Nõ eſt licitũ reſcribere Excõmunicato vitãdo. 185.18

Digitized by Google

Licitum eſt nobis, eleemoſynam pauperi excommunicato erogare. 189.9

Nobis licitum eſt, noſtra ope, auxilio, aut defenſione, excommunicato ſubuenire; ne aliquod graue damnum, in corpore, aut in fama, aut in aliis bonis temporalibus, patiatur. ibid.10

Poteſt quis excommunicato vitando equum gratis, vel pretio tradere; vt proſequatur iter incœptum. 200.60.

Excommunicatus, qui per annum in excommunicatione, obdurato animo, perſiſtit; fit ſuſpectus de hæreſi, & vt talis puniri poteſt. 202.7

Executor.

Quando ſententia Cenſuræ in ſe, & ſecundum allegata & probata eſt iuſta, iniuſta verò quoad modum, tenetur merus executor illam exequi, ſi illi conſtet de tali iniuſtitia. 57.21

Extrema-vnctio.

Sacramentum Extremæ Vnctionis collatum moribundo à Parocho excommunicato vitando, eſt validum, ſi illud conferat, extra caſum abſolutæ neceſſitatis, quamquam grauiter peccet. 110.7

F

Falſare.

FAlſans literas Nuntij Apoſtolici, aut Legati à latere, aut Summi Pœnitentiarij, aut Epiſcopi, non incurrit Canonis Cœnæ excõmunicationem. 286.2

Falſantes ſupplicationes à Papa ſignatas hac excommunicatione comprehenduntur. ibid.3

Quis dicatur falſare literas Apoſtolicas, ad incurrendam excommunicationem huius Canonis. ibid.4

Qui corrigeret vnam dumtaxat literam, vel punctum, in literis Apoſtolicis, ex quorum correctione immutaretur ſenſus à Pontifice intentus, cenſuram hanc contraheret. 287.5

Non contraheret hanc excommunicationem, qui mutaret, aut corrigeret vnam literam, aut punctum; caſu, quo ex tali mutatione, aut correctione, non mutaretur ſenſus, quem Pontifex in Bulla, aut Breui intendit. ibid.6

Neque hanc excommunicationem incurreret, qui in Bullis Apoſtolicis plures literas mutaret, ſi non mutaret ſenſum. ibid.7

Dictam excommunicationem incurrit, qui extendit tempus in literis Apoſtolicis expreſſum ibid.8

Qui corrigit literas Apoſtolicas, iuxta Pontificis mentem; hac cenſura non ligatur, v.g. Papa conceſſit diſpenſationem in tertio gradu conſanguinitatis, & vitio ſcriptoris, poſitum eſt, affinitatis; ſi hunc errorem corrigat impetrans, hanc excommunicationem non incurrit ibid.9

Falſificans literas Pontificis, quæ iam euanuerunt, ac expirarunt, non incurrit hanc excommunicationẽ, niſi, &c. 288.10

Hanc excommunicationem incurrit, qui falſificat literas, quibus nemo vnquam vtetur. ibid.11

Excommunicationem non incurrit, qui cœpit falsò fabricare literas Apoſtolicas: ſed facti pœnitens, antequam illas perficeret, ab incœpto opere deſtitit. 289.17

Excommunicationem hanc non contrahunt, qui literas Apoſtolicas falſant, antequam omnino ſint expeditæ, hoc eſt: antequam ſint ſignatæ, ac munitæ ſigillo cereo, ſeu plumbeo. ibid.16

Illi, qui falſitatem narrando, aut veritatem ſilendo, impetrant à Pontifice literas ſurreptitias, non ſunt excommunicati per hunc Canonem. ibid.17

Nec ſunt excommunicati, qui ſub nomine alieno, quod ſibi falsò imponunt, impetrant literas à Pontifice literas, aut iis vtuntur. ibid.18

Hæc excommunicatio afficit illos, qui prædictas literas, inualidas ob ſubreptionem, aut ob aliam cauſam, falſificant. ibid.19

In hanc excommunicationem non incidunt, qui literis Apoſtolicis, per alium falſificatis vtuntur. ibid.20

Falſificantes literas, quas Summus Pontifex tanquam perſona priuata ſcribit, hanc Cenſuram Canonis non contrahunt 290.22

Mandantes, aut conſulentes falſificare literas Apoſtolicas, hanc excommunionem non incurrunt. ibid.23

Fama.

Tenetur quis vitare eum, quem per famam publicam nouit eſſe excommunicatum denunciatum, aut publicum percuſſorem Clerici. 198.5

Sola fama excommunicationis non ſufficit ad hoc, vt infamatus repellatur à Iudicio; aut vt puniatur, vt qui excommunicatum non vitauerit &c. 198.51

Si quis, non per famam publicam, ſed à paucis, audiat, aliquem eſſe excommunicatum vitandum, tenetur eum vitare; ſed diſtinguendum. ibid.52

Fautor.

Qui vocentur, *Fautores Hæreticorum*, ad incurrendam Bullæ excommunicationem. 258.26

Non cenſetur fautor hæreticorum, & proinde in excommunicationem non incidit, qui de hæreſi ſuſpectis fauet. ibid.27

Priuatæ perſonæ, non dicuntur etiam fautores hæreticorum, ex omiſſione: ſi hæreticos v.g. non capiãt, aut non cuſtodiant, &c. 259.28

Perſonæ priuatæ non incurrunt ex omiſſione; excommunicationem Bullæ Cœnæ, contra fautores hæreticorum latam, ſi dolosè omittant capere, aut indicare hæreticum. ibid.29

Si priuata perſona fuerit à Prælato, aut Magiſtratu, requiſita, ad præſtandum auxilium ad hæreticos capiendos, ipſa verò, ſine cauſa, id omittat, vt faueat hæreſi illorum, excommunicationem hanc incurrit. ibid.30

Etiam in aliis caſibus, ex ſola omiſſione reputantur priuatæ perſonæ, hæreticorum fautores; ac proinde excommunicationem incurrunt. ibid.31

Quando perſonæ, ſiue publicæ, ſiue priuatæ, dicantur, omiſſione fauere hæreticis? & conſequenter, excommunicationem incurrere? 260.32

Fautores, Defenſores & Receptatores ſchiſmaticorum, hanc Bullæ excommunicationem non contrahunt. 275.105

Solum Fautores, Receptatores, & Defenſores Pyratarum, non verò conſulentes excommunicantur in clauſula Bullæ. 279.15

Ferrum.

In Bulla, nomine *Ferri*, prohibetur ad Infideles deferri, tam ferrum factum, quàm infectum. 297.17

Sub nomine *Ferri*, comprehenditur vena ferri; ita ut Bullæ Cenſura incurratur, ſi Infidelibus transferatur. ibid.29

Nomine *Ferri* intelligitur ſolùm ferrum, non verò quæcunque alia materia apta ad formanda arma, & inſtrumenta bellica. ibid.30

Filum ferri, quod prohibetur ad Saracenos deferri, comprehendit in ſe filos omnium aliorum metallorum. ibid.3

Quid nomine *Stanni*, quod etiam prohibetur ad Infideles deferri. Pontifex ſignificare voluerit? ibid.33

Quid ſit *Chalybs*, qui, poſt ſtannum, prohibetur ſub Cenſura ad Saracenos deferri. 298.34

Vltra ferrum, & filum ferri, ſtannum, & chalybem, etiam prohibet Pontifex omnia alia metallorum genera. ibid.35

Feſtum

Digitized by Google

Feſtum.

Cenſura lata in die feſto eſt licita, & valida. 52.28

Excommunicatus quilibet, non peccat de nouo non audiendo Miſſam in die Feſto. 122.29

Fideles.

Fideles non peccant communicando cum Excommunicatis toleratis, ſeu non vitandis. 89.15

Filij legitimi, & ſub cura parentum exiſtentes, licitè poſſunt communicare cum patribus excommunicatis vitandis. 197.27

Filius.

Filij legitimi, emancipati tamen, poſſunt communicare cum ſuis parentibus excommunicatis vitandis. ibid.28

Filij illegitimi, poſſunt licitè cum parentibus excommunicatis vitandis communicare. ibid.29

Filij adoptiui non poſſunt communicare, eodem modo, ac filij legitimi, cum parentibus excommunicatis, niſi ſint ſub cura parentum, & cum illis habitent. 193.30

Filij ſpirituales non poſſunt communicare cum patribus ſpiritualibus excommunicatis vitandis. 194.34

Fœmina.

Fœmina ex commiſſione Summi Pontificis poteſt ferre Cenſuras. 13.31

Fornicatio.

Fornicationes plures ſucceſſiuè, abſque temporis interruptione, vnam poſt alteram committens, vnum ſolum mortale committit, & conſequenter excommunicationem vnam, ſi fornicationi eſt annexa excommunicatio. 27.44

Fructus, vide, *Beneficium, Diſtributio.*

Excommunicatus priuatus eſt omnibus fructibus, qui nomine Eccleſiaſticorum prouentuum, comprehenduntur: 147.35

Iuſtè excommunicatus non poteſt poſt abſolutionem à Cenſura, recuperare fructus, quos perdidit, tempore excommunicationis. 149 42

Iniuſtè excommunicatus poteſt ab Eccleſia repetere fructus beneficiorum, quos tempore excommunicationis amiſit iniuſtè. ibid.44

Funus.

Omnes, qui funus comitantur ad ſepulchrum, in Cenſura *Clement.* non comprehenduntur. 131.19

Furari.

Furans eadem actione duo (v.g.) vaſa pretioſa diuerſorum dominorum, vnicam excommunicationem incurrit, quando furtum ſub excommunicatione eſt prohibitum. 29.51

G

Gabella, vide, *Onus*, *Tributum.*

GAbellarum, ſeu *Pedagiorum* nomine quid prohibere velit Summus Pontifex in Canone Bullæ Cœnæ? 283.2

Quæ genera perſonarum habeant, iure ordinario, poteſtatem imponendi Pedagia, & Gabellas. ibid.3

Principes, qui iure ordinario habent poteſtatem imponendi gabellas, incurrunt hanc cenſuram, quando iniuſta tributa imponunt. ibid.4

Non ſolùm imponentes Gabellas, ſeu tributa, hac lege prohibita; ſed etiam exigentes illa ſunt hoc Canone excommunicati. 284.7

Per hunc Canonem Bullæ, ſimpliciter excommunicantur omnes exigentes Gabellas, quomodocumque iniuſtè impoſitas, & auctas, extra caſus ſibi à iure permiſſos: ſiue habeant poteſtatem imponendi, ſiue non. 284.8

Qui plures gabellas exigunt, quàm ab imponente ſunt impoſitæ, incidunt in hanc cenſuram. 285.9

Accipientes gabellas ſuprà damnatas, ab ſponte dantibus, hanc excommunicationem incurrunt. 285.10.

Non ſolùm Principes ſupremi; verùm etiam ciuitates, aut communitates imponentes noua pedagia in caſibus ſibi à iure non permiſſis, excommunicantur per hunc Canonem. 285.11

In excommunicationem Bullæ Cœnæ incidit Princeps, qui imponit gabellas, & alia tributa Clericis in minoribuss ordinibus conſtitutis. 342.2

Princeps non poteſt; abſque incurſione huius excommunicationis, imponere gabellas, aut alia tributa, ſuper bona Nouitiorum. 343.5

Exigentes, aut extorquentes ab Eccleſiaſticis gabellas, aut alia tributa; caſu etiam quo hæc tantummodo laicis ſint impoſita; excommunicatione huius Canonis non afficiuntur. 344.7

Exigentes pretium à Clerico pro tranſlatione, & tranſitu fluminis, in hanc non incidunt Cenſuram. 344.8

Imponens onera, ſiue perſonalia, ſiue realia, Famulis Clericorum; Cenſura huius Canonis non ligatur. 345.11

Ciuitas, aut communitas, quæ recognoſcit ſuperiorem temporalem, poteſt abſque incurſione huius cenſuræ, imponere collectam pro neceſſitatibus occurrentibus eiuſdem ciuitatis, aut communitatis. 285.12

Geſta.

Vide, *Acta, Curator, Inſtrumentum; Tabellio.*

H

Habitare.

HAbitare an licitum ſit fideli non excommunicato, cum excommunicato vitando, in eadem domo? duplex reſponſio. 178.22

Non ſolùm in eadem domo, ſed etiàm in eodem cubiculo, vel camera, licitum eſt non excommunicato habitare cum excommunicato vitando. ibid.23

Hæres.

Excommunicatus inſtitui poteſt hæres; ità vt, inſtitutio in eum facta, teneat. 172.47

Hæreticus.

Eo ipſo, quod quis obtineat facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Bullæ Cœnæ, poteſt abſoluere ab excommunicatione ob hæreſim contracta, modo hæreſis occulta ſit. Quidquid alij negent. 213.39

Hæretici, vel Apoſtatæ, poſſunt Cenſuræ Eccleſiaſticæ vinculo obſtringi. 252.1

Quis dicatur Hæreticus, & quid requiratur, vt quis tanquam hæreticus, ſit excommunicatione Bullæ Cœnæ adſtrictus. ibid.2

Vt quis ſit hæreticus, & incurrat hanc Bullæ excommunicationem, debet eſſe pertinax in negando aliquo articulo fidei. ibid.4

An ſi quis ductus hinc, & inde rationibus, dubius maneat de veritate alicuius articuli fidei, ſit verè hæreticus, & incurrat hanc excommunicationem Bullæ? reſpondetur tripliciter. 253.2

Vt quis dicatur hæreticus pertinax, non eſt neceſſaria temporis diuturnitas, qua, authoritati Eccleſiæ contradicens, perſeueret. 254 5

Vt aliquis ſit hæreticus, & incurrat hanc Bullæ excommunicationem, eſt neceſſe, vt errorem, quem habet in mente contra fidem, exprimat aliquo exteriori ſigno. ibid 6

Vt quis Bullæ excommunicationem incurrat, ſufficit eſſe hæreticum externum, licet per accidens occultiſſimum. ibid.7

Digitized by Google

Qui ſolo verbo profert hæreſim, ita vt in animo, nullum aſſenſum talis propoſitionis hæreticæ habeat, non incurrit huius Bullæ excommunicationem. ibid.8

Omnes credentes hæreticorum erroribus, ſunt excommunicati in primo Bullæ Canone. 255.12

Illi, qui ſolùm credunt, hæreticos eſſe viros bonos,& ideò non malè tractandos non ſunt per hanc primam Bullæ clauſulam excommunicati. ibid.13

Qui frequenter hæreticorum concionibus, aut congregationibus interſunt, cenſentur *credentes hæreticorum*, ac proinde incurrunt excommunicationem contentam in hac clauſula. ibid 14

Quomodo cenſeantur credentes hæreticorum, qui non frequenter, ſed ſemel ſolùm concionibus hæreticorum, aut Congregationibus eorum interſunt duplex reſponſio. 256.15

Hora Canonica.

Prohibitum eſt excommunicatis omnibus, Horas canonicas cum aliis publicè, ſeu nomine Eccleſiæ, recitare;& etiam eiſdem horis, quas alij recitant, intereſſe. 116.5

Non licet excommunicato, vt perſona priuata, cum aliquo ſocio horas Canonicas recitare. ibid.6

Excommunicatus Religioſus profeſſus, aut Clericus inſignitus Ordine ſacro, non ſolùm poteſt, verùm etiam tenetur priuatim horas Canonicas ſoluere. 118.10

Qui non ratione Ordinis ſacri, aut Profeſſionis, ſed tantùm ratione beneficij, tenetur ad horas Canonicas, ſi eſt excommunicatus, tenetur ad illas recitandas. ibid.11

Huiuſmodi excommunicati, priuatim horas dicentes, non tenentur ita occultè illas dicere,vt ab aliis audiri non poſſint. ibid.12

I

Ignorantia.

IGnorantia quid, & quotuplex, de qua in dubium verti poſſit;an excuſet à Cenſura? 63.1

Ignorantia inuincibilis aut inculpabilis præcepti Epiſcopi,aut Ordinarij, cui annexa eſt Cenſura,ab illa excuſat. 64.2

Ignorantia inuincibilis præcepti lati ſub Cenſura, iure peculiari Pontificis, vt Epiſcopi Romani, excuſat etiam ab incurſione Cenſuræ. ibid.3

Ignorantia inuincibilis alienius Canonis, ſeu præcepti Pontificis, vt Pontificis eſt, prohibentis aliquod delictum ſub Cenſura, excuſat à Cenſura. ibid.4

Ignorantia inuincibilis præcepti lati ſub cenſura iure communi, de aliquo actu de ſe non malo, ſed tantum malo, quia prohibito, excuſat à Cenſura. ibid:5

Ignorantia inuincibilis Eccleſiaſtici præcepti lati ſub Cenſura, etiam iure Pontificio excuſat à Cenſura, caſu quo actus ſit contra ius diuinum, & naturale, & homo contra illum peccet. 65.6

Ignorantia inuincibilis ſolius cenſuræ,adhuc excuſat, ne cenſura incurratur. 66.7

Ignorantia inuincibilis facti excuſat ignorantem à cenſura illi facto per legem ſtatuta,caſu quo ignorans det operam rei licitæ. ibid.8

Ignorantia inuincibilis facti excuſat à cenſura ignorantem,etiam caſu,quo hic det operam rei illicitæ. ibid.9

Ignorantia inuincibilis circumſtantiæ, aut qualitatis culpæ, ob quam imponitur cenſura, excuſat etiam ab incurſione Cenſuræ. 67.10

Ignorantia vincibilis culpabilis, venialiter, tantùm, excuſat à tribus ſpeciebus cenſuræ. 68.14

An ignorantia vincibilis mortaliter culpabilis, quæ affectata, craſſa, aut ſupina non eſt, etiam Cenſuram excuſet; duplex placitum. ibid.15

Ignorantia affectata à Cenſuris non excuſat. 69.16

Ignorantia craſſa, ſeu ſupina, tam facti, quàm iuris, non excuſat à Cenſura. 69.17

Ignorantia craſſa,excuſat à Cenſura impoſita facienti aliquid ſcienter. ibid 18

Ignorantia ſupina excuſat, ſicut excuſat craſſa à Cenſura inflicta cõtra facientem aliquid ſcienter.70.19

Ignorantia craſſa, & ſupina excuſant à Cenſura Canonis lata ſub his verbis: *Si quis præſumpſerit*, vel, *ſi quis auſus fuerit*, vel *auſu temerario fecerit.* ibid.20

Ignorantia affectata, vel craſſa, vt moraliter cenſeatur intenta, ſeu affectata, non excuſat à Cenſuris, ſcientiam, temeritatem, aut præſumptionem exigentibus. 71.21

Ignorantia concomitans excuſat à Cenſuris incurrendis. ibid.22

Si quis laborans Ignorantia comitante putans ſe occidere feram, occideret Clericum inimicum, eliciens actualiter hunc actum;*Vtinam quod video eſſet Clericus,nam adhuc illum occiderem,* excommunicationis Cenſuram non incurreret. 72.23

Impedire.

Impediens cauſarum ſpiritualium curſum,proſecutionem, audientiam,necnon perſonas, Capitula, &c. cauſas ipſas proſequi volentes, incurrit excommunicationem cœnæ; etiamſi non ſe tanquam Iudicem in earum cognitione interponat. 317.7

Aduocatus,vel Procurator, qui impedit curſum, ſeu proſecutionem cauſarum ſpiritualium, non incidit in Cenſuram huius Canonis. ibid.8

Priuata perſona compellens per vim & metum partes actrices & reuocandas citationes, & inhibitiones, vel ad conſentiendum abſolutioni eorum, contra quos tales inhibitiones & literæ emanarũt,obſtringitur excommunicatione huius Canonis. ibid.9

Qui verò partes actrices inducit ad curandam abſolutionem aduerſarij, &c. via iudiciaria, vel precibus,aut pecunia,aut alio modo, excluſo vi, & metu, in excommunicationem non incidit. ibid.10

Non incidit in excommunicationem huius Canonis, qui non partes,ſed Iudicem,qui excommunicationem, & alias pœnas pronunciauit, compellit, vt abſolutionem impendat, & alias pœnas reuocet. ibid.11

Excommunicationem Bullæ Cœnæ non contrahit, qui ſine vi & metu,ſed precibus,pecunia,præmio, amore,aliáve via, impedit Iudicem Eccleſiaſticum, ne ſua iuriſdictione vtatur. 336.2

Qui iniuſtè Impedit Prælatos, ne ſua iuriſdictione vtantur,excommunicationem non incurrit; 337.3

Non ſolùm publicæ perſonæ,quæ iuriſdictionem habent, ſed etiam priuatæ Impedientes iudices Eccleſiaſticos, ne ſuam iuriſdictionem exerceant, huius Canonis excommunicationem incurrunt. 337.4

Tribus modis poteſt impediri iudex Eccleſiaſticus, ne vtatur iuriſdictione ſua. ibid.6

Impedientes Abbates, Decanos, Archidiaconos, & Vicarium generalem Epiſcopi, ne ſua iuriſdictione vtantur, hanc excommunicationem contrahunt. ibid.7

Incurrit cenſuram huius Canonis,qui impedit iudices Eccleſiaſticos ordinarios in cauſis mixti fori,338.8

Impediens Epiſcopum ne abſolutionem ſacramentalem alicui impendat;aut ne poteſtatem ordinis exerceat, cenſuram huius Canonis non incurrit. ibid.9

Impediens executionem ſententiæ latæ à Sum.Pontifice, in cauſa punitionis corporalis, aut confiſcationis bonorum; Cenſuram huius Canonis incurrit. 349.6

Imprimere.

Digitized by Google

Impotentia.

Impotentia moralis faciendi id, quod præcipitur ſub Cenſura, excuſat ab illa. 74.29

Imprimere.

Imprimentes libros hæreticorum excommunicantur in primo Canone Bullæ Cœnæ. 271.81

Qui nomine imprimentium libros hæreticorum, comprehendantur in hoc Canone, an omnes, qui ad impreſſionem eorum proximè cooperantur. 172 82

Bullæ excommunicationem non incurrunt illi, qui expenſas impreſſionis faciunt. ibid 84

Dictam excommunicationem incurrit author libri, qui librum hereticum imprimendum tradit.

Non incurrunt excommunicationem hanc latam contra imprimentes, qui prædictis vendunt literas æneas, papyrum, attramentum, & alia ad impreſſionem neceſſaria. ibid.86

Tranſcribentes libros hæreticos, incurrunt eandem excommunicationem, quam incurrunt imprimentes. ibid.87

Indulgentia.

Indulgentiæ obtineri poſſunt ab excommunicato contrito, ante obtentam excommunicationis abſolutionem. 95.17

Prohibitum eſt excommunicato denunciato Eccleſiaſtico, Indulgentias concedere. 157.3

Infamis.

In caſibus, in quibus admittitur infamis in teſtem; admitti & poteſt excommunicatus. 171.38

Excommunicatus redditur per excommunicationem infamis. 203.10

Inferior.

Inferiores eiuſdem familiæ, vt fratres, ſorores, ſerui, & ſimiles, ſi vnus horum ſit excommunicatus, poſſunt cæteri communicare cum illo, non directè quidem, ſed indirectè. 198.41

Infidelis.

Infidelis non baptizatus de poteſtate abſoluta Pontificis, eiuſque de commiſſione poteſt Cenſuras ferre. 13.32

Qui in vna terra hæreticorum aut Infidelium exiſtentes deferunt arma, equos, & alia prohibita, ad aliam terram eorumdem, non cenſentur excommunicari per Canonem Cœnæ. 291.3

Non incidunt in excommunicationem huius Canonis, qui arma, vel alia in illo expreſſa tradunt Saracenis, aut aliis Infidelibus habitantibus in terris Chriſtianorum, vendendo ea ſeu permutando. Hæc ſententia verior, licet contraria poſſit aliquando eſſe ex accidenti vera. 291.4

Feritur hac Canonis Cenſura, qui ab vno Infideli arma capiens donatione, aut emptione, eadem vendit aliis Infidelibus. 291.8

Incurrunt hanc excommunicationem, qui arma deferunt Infidelibus etiam non indigentibus; eò quòd armis omnis generis ab bellum neceſſariis, ſint optimè muniti. ibid.9

Etiam, qui arma, & alia prohibita deferrent Saracenis, aut aliis infidelibus, tempore pacis, hanc excommunicationem contrahunt. ibid.10

Non incurrunt hanc Cenſuram, qui arma deferunt infidelibus, vt contra alios Infideles pugnent; ſecus verò, &c. 293.11

Chriſtianus, qui ſui armis munitus Principem Saracenum adit, non incidit in hanc Cenſuram, ſi ab ipſo Principe rogatus, vel munere donatus, in gratiam redonat arma. 293.12

In hanc Cenſuram non incidit, qui abſolutè, exiguam, & paruam rem ex prohibitis, ad Infideles refert. 293.13

Quænam ſit cenſenda hac in re, grauis, & leuis materia. 293.14

Qui arma, equos & ſimilia, ad terras Infidelium detulit; pœnitentia tamen ductus, retulit inuendita, excommunicationem non contrahit. 264.15

Non incurrunt hanc Cenſuram, qui tempore belli, deferunt arma, equos; ferrum, & ſimilia Saracenis, pro redimẽdis capitiuis. Lege attentiùs. 295.19

Quid nomine *Armorum*, quæ primo loco, deferri ad Saracenos, & alios Infideles prohibentur, intelligatur. ibid.20

Cultelli ad cibos, vel calamos ſcindendos, nomine armorum non comprehenduntur, nec ſunt materia huius Cenſuræ. ibid.21

Ex delatione cuiuſcunque inſtrumenti Bellici ad Infideles, Excõmunicatio Cœnæ incurritur. 298 56

Non incurreret hanc excommunicationem, qui ligna ad ignem ſolum fouendum, ad Infideles deferret. ibid.40

Quid prohibeat Pontifex per verba hæc: *Canabem & funes, tam ex ipſo canabe, quàm alia quacunque materia; & ipſam materiam.* 299.41

Quid item prohibeat Pontifex, per hæc vltima primæ clauſulæ verba: *Aliáque huiuſmodi, quibus Chriſtianos & Catholicos impugnant.* ibid 42

In Bulla non prohibetur victualia, & veſtimenta ad Infideles deferre. ibid.43

Qui certiores facit Infideles & Hæreticos de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ in Chriſtianorum perniciem, hanc Bullæ Cenſuram contrahunt. ibid.44

Vt quis hanc Cenſuram incurrat, non debet certiores facere hoſtes Chriſtiani nominis, de ſtatu temporali totius Chriſtianæ Religionis, ſed ſufficit vt partis, &c. ibid.45

Qui vi tormentorum reuelat infidelibus res ad ſtatũ Reipublicæ concernentes, non incidit in hanc cenſuram, 101.53

Quid prohibeatur per illa verba Canonis: *Illiſque ad id auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtant.* ibid.53

Auxilium, conſilium, & fauor, ſunt actiones principaliter, non acceſſoriè, in hoc Canone prohibitæ. ibid.54

Conſulens infidelibus aliquid in damnum Chriſtianorum incidit in hanc cenſuram, etiam caſu, quo inde nullum damnum Chriſtianis ſequatur ibid 55

Incidit in hanc excommunicationem, qui mandat, aut conſulit, vt Chriſtianus opem infidelibus ferat, ſubminiſtrando illis arma, equos, & alia prohibita. 102.57

Mandans aut conſulens, vt Chriſtianus opem, aut fauorem infidelibus, ſubminiſtrando illis arma, & alia, ferat; non manet excommunicatus, niſi ſecuto effectu ibid.58

Ille, qui ratum habet, quod aliquis infidelibus, aut Hæreticis præſtiterit opem, veluti arma, & ſimilia, non obſtringitur excommunicatione huius Canonis. 303.61

In hanc cenſuram non incidit Princeps Catholicus, qui bellum gerens cum alio Principe Catholico, ad ſe defendendum aduocat milites infideles, illiſque arma præbet, &c. 305.70

Incidit, qui fauorem, auxiliúmve, præſtat infidelibus contra Principem Chriſtianum; ne ita potens fiat, vt ei aucta potentia, reſiſti nequeat. ibid.71

Qui arma, & alia inſtrumenta bellica ex priuilegio Pontificis, ad infideles defert, non ligatur excommunicatione Bullæ. 306 72

Non dantur nunc aliqua priuilegia à Pontifice conceſſa ſpectantia ad delationem armorum, & alia inſtrumenta bellica, ad Infideles. ibid 73

Licita eſt conſuetudo, quam Toletani ciues cum Africanis obſeruant, mittendo ad ipſos, per ciuitatem Orani, pileos rubros. ibid.74

Etiam

Digitized by Google

Etiam licitum eſt commercium, quod ciues Orani cum Alarabibus vicinis habent. 306.75

Infirmus.

Tempore Interdicti, quando Euchariſtia defertur ad infirmos licitum eſt, illam deferre, cum ſolemnitate conſueta. 403.26

Innocent.

Interdicto populo, cenſentur interdicti Innocentes, qui non dederunt cauſam culpabilem Interdicto. 383.34

Inquiſitor.

Inquiſitores ſancti Officij habent etiam iuriſdictionem ordinariam ferendi Cenſuras. 9.14

Inquiſitores poſſunt concedere licentiam legendi libros à ſe prohibitos. 27.77

Inquiſitores & Prælati, hanc excommunicationem incurrunt, ſi cauſa fauendi hæreſi, omittant capere, torquere, aut punire hæreticos, aut fideliter in carcere cuſtodire. 258.26

Domini Inquiſitores à Cenſura non excuſantur, legendo libros hæreticos 269.75

Qui ab Inquiſitoribus Regni, verbi gratia, Luſitaniæ, habet licentiam legendi libros ſpecialiter ibidem ab ipſis prohibitos nequit eoſdem legere in alio Regno, verbi gratia, Caſtellæ, caſu, quo ibi etiam ſint prohibiti ab Inquiſitoribus. 271.78

Inſtrumentum.

Inſtrumenta, acta, ſeu ſcripta facta à Notario, ſiue Scriba publico, vel Tabellione excommunicato non tolerato, ſunt inualida, & ideo illis non adhibenda fides, quæ inſtrumentis authenticis præſtatur. 165.15

Inſtrumenta, ſeu ſcripta, facta à Notario, ſeu Tabellione excommunicato tolerato ſunt valida. ibid.16

Interdictum.

Quid ſit Interdictum ſecundùm ſe? 376.1

Interdictum in communi, rectè diuiditur in Interdictum Locale, Perſonale, & Mixtum ex vtroque. ibid.2

Quid ſit Interdictum locale. ibid.3

Interdictum locale, rectè & adæquatè diuiditur in generale, & ſpeciale. ibid.4

Interdictum, quo omnes Eccleſiæ alicuius Regni, Prouinciæ, aut Ciuitatis, &c. interdicuntur, potius eſt Interdictum ſpeciale, quàm generale 377.5

Interdictum poſitum in vna Parochia Ciuitatis, vel Oppidi, in quo ſunt plures Parochiæ, eſt dicendum potiùs, generale quàm ſpeciale. ibid.6

Si interdicatur hæc Ciuitas, excepta vna, vel altera Eccleſia, eſt dicendum interdictum generale; non ſpeciale. ibid.7

Interdicta aliqua Ciuitate, interdicuntur etiam Suburbia: locáque ei contigua. ibid.8

Caſu, quo ſuburbia, aut loca contigua ciuitatis interdictæ pertineant ad alteram diœceſim, aut alium Dominum, propter cuius culpam, ciuitas eſt interdicta; tunc interdicta ciuitate, ſunt etiam interdicta ſuburbia, &c. ſaltem vi iuris communis. ibid.9

Interdicta ciuitate, per Interdictum locale generale; intelliguntur etiam interdictæ Religioſorum exemptorum Eccleſiæ. 378.10

Nequit Epiſcopus interdicere Eccleſias Regularium, Interdicto ſpeciali locali, ſicut poteſt Interdicto generali. ibid.11

Interdicta Ciuitate, aut Diœceſi, Interdicto generali; intelligitur interdicta Eccleſia Cathedralis. ibid.12

Caſu quo ſpeciali Interdicto, ſub generali tamen nomine interdicantur omnes Eccleſiæ Ciuitatis; interdicta etiam cenſetur Eccleſia Cathedralis. 379.13

Interdicta tota Diœceſi, manet interdicta Ciuitas, quæ eſt caput eius, & conſequenter Eccleſia Cathedralis, vnà cum aliis, quæ ſunt in Ciuitate. ibid.

Interdicta Eccleſia; intelliguntur interdictæ Capellæ, & Cœmeteria contigua Eccleſiæ. ibid.15

Caſu, quo ſint duæ Eccleſiæ contiguæ, ſolo communi pariete intermedio; tunc ſi vna ex illis Interdicto ſpeciali interdicatur, manet tantùm illa Interdicta. ibid.16

Interdicta Eccleſia; Interdicta eſt cenſenda pars illa, quæ poſtea ei aduenit ibid.17

Interdictum generaliter latum, contra Terras alicuius Principis; cadit in omnes Terras, quarum Princeps dominum habet. ibid.18

Etiamſi vendatur Terra Interdicta, aut donetur à Domino; ſubiacet adhuc Interdicto. 380.19

Interdictum poſitum in Terras alicuius Principis; cadit etiam in Terram acquiſitam ab ipſo, poſt latum Interdictum. ibid.20

Qui habet duo domicilia, vnum in loco, vbi totus populus eſt generaliter Interdictus; alium in loco non Interdicto, cenſendus eſt Interdictus, ſed diſtingue. ibid.21

Quid ſit Interdictum perſonale. ibid.22

Duplex eſt Interdictum perſonale. ibid.23

Interdicta familia aliqua; ſunt etiam interdicti Clerici illius Familiæ. 381.28

Sed qui poſt latum Interdictum in familiam, fit de nouo de tali familia; non incurrit Interdictum. ibid 29

Interdicta aliqua Ciuitate; non cenſentur Interdicti, qui in ea ad tempus habitant, ſtudij, vel negotiorum cauſa. 382.32

Interdicta aliqua Communitate; non cenſentur Interdicti amentes, aut infantes, carentes vſu rationis. 383.33

Etiamſi Interdictum generale, latum ſit in locum; poſſunt adhuc pueri, & amentes ad Miſſam, & ad alia diuina Officia admitti. ibid.34

Quando interdicuntur ciues alicuius oppidi manent etiam interdicti Ciues, qui erant abſentes, tempore, quo latum fuit Interdictum. ibid.37

Interdictis Doctoribus alicuius Academiæ, cenſentur etiam interdicti Doctores Clerici. 384.38

Interdicto perſonali generaliter lato, non comprehenditur ille, qui illud poſuit. ibid.39

Poſito Interdicto locali generali, non cenſetur poſitum perſonale. ibid.41

Nec è contra, poſito Interdicto generali perſonali; cenſetur poſitum Interdictum locale generale, quamuis non exprimatur. ibid.42

Omnes illi, qui excommunicare & ſuſpendere poſſunt, poſſunt etiam Cenſuram Interdicti ferre. 385.1

Epiſcopi poſſunt interdicere Clericum, & Eccleſiam ſine conſenſu Capituli; ſaltem ratione conſuetudinis. ibid.2

Vniuerſa Eccleſia interdici poteſt, ſed à ſolo Papa, aut Sede vacante à Concilio. 386.6

Poteſt Epiſcopus totam Diœceſim, ſuæ iuriſdictioni ſubiectam, interdicere. ibid.7

Omnes perſonæ, quæ excommunicari poſſunt, poſſunt etiam interdici. ibid.9

Loca non ſacra, ſeu rebus diuinis non deputata, interdici poſſunt. ibid.10

Epiſcopi non cenſentur Interdicti per legem generalem, aut ſententiam, qua interdicuntur omnes, qui hoc, vel illud delictum commiſerint. 387.11

Ad imponendum Interdictum locale, etiam ſpeciale, requiritur culpa mortalis. ibid.12

Interdictum locale generale nequit ferri propter debitum pecuniarium contractum ab aliqua Communitate. ibid.15

Quatuor

Quatuor ſunt præcipuè effectus Interdicti, ſiue localis, ſiue perſonalis. 388.14
Pro debito pecuniario poteſt ferri Inetrdictum locale particulare, ſine licentia Pontificis. ibid.16
Pro debito pecuniario, poteſt ferri Interdictum generale perſonale, hoc eſt, Interdictum Communitatis. ibid.17
Quænam ſit cauſa finalis Interdicti. ibid.8
Forma, ſub qua Interdicti ſententia fertur, non habet verba determinata. ibid.19
Interdicti ſententia debet ferri in ſcriptis, cum expreſſione cauſæ, monitione præuia, &c. ibid 20
Tempore Interdicti, vſus campanarum non eſt ſimpliciter, & vndequaque prohibitus. 393.22
Tempore Interdicti, licitum eſt pulſare campanas ad ea omnia, quæ Officia diuina non ſunt, vt ad concionem, ſalutationem Angelicam, &c. ibid.24
Temporre Interdicti non eſt licitum, pulſare campanas ad notificandum & confirmandum Interdictum. 394.16
Tempore Interdicti non eſt licitum Religioſis pulſare paruam Campanellam pro diuinis Officiis celebrandis. ibid.17
In quatuor præcipuis feſtiuitatibus anni, nempè Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis Mariæ, permiſſum eſt tempore Interdicti, Miſſas, & alia Diuina publicè, & ſolemniter celebrari. ibid.28
Hæc ſuſpenſio Interdicti, & permiſſio celebrandi ſolemniter Diuina, in prædictis quatuor feſtiuitatibus, non durat per totam Octauam earum. ibid. 29.
Suſpenſio Interdicti, durat per tres, aut quatuor dies Natalis Domini, & tres primos Paſchæ, & Pentecoſtes. 394.30
Huiuſmodi feſtiuitates incipiunt à primis Veſperis vigiliæ. & finiuntur in ſecundis Veſperis; itavt poſt illas, non liceat dicere Completorium cum ſolemnitate. 395.31
Suſpenſio Interdicti in feſtiuitatibus Reſurrectionis, & Pentecoſtes, incipit à Miſſa vigiliæ; non verò in Natali Domini. ibid.32
Præter quatuor illas feſtiuitates aſſignatas *in c. Alma* dantur aliæ, quæ ſuſpendunt Interdictum locale generale. 396.33
In prædictis quatuor feſtiuitatibus, in quibus per *cap. Alma*, ſuſpenditur Interdictum; non ſolùm permittitur celebrari Miſſas, & Officia diuina propria illarum feſtiuitatum; ſed etiam quæcunque alia. ibid.34
Tempore Interdicti localis generalis, licitum eſt, recipere aliqua Sacramenta, in præfatis feſtiuitatibus, in quibus conceſſum eſt, Miſſas, & alia diuina Officia publicè, & ſolemniter celebrari. ibid.35
Ad implendum præceptum annuæ communionis, poteſt quis, & debet, tempore Interdicti, communicare. 397.38
Benedictiones Nuptiales poſſunt fieri tempore Interdicti, in illis diebus, in quibus text. in cap. *Alma*, permittit Miſſam, & alia Officia diuina, publicè, & ſolemniter celebrari, dummodo, &c. ibid.39
Baptiſmi Sacramentum adminiſtrari poteſt in Eccleſia ſpecialiter interdicta, etſi alia ſit Eccleſia non interdicta, vbi abſque incommodo celebrari poteſt. 399.2
Perſona interdicta generaliter, & abſque propria culpa, (vt ſi clerus generaliter interdiceretur) poteſt licitè miniſtrare Baptiſmum. ibid.3
Tempore cuiuſcunque Interdicti, poteſt licitè adminiſtrari Sacramentum Baptiſmi. ibid.5
Recommendatio animæ moribundi, poteſt licitè fieri coram aliis, tempore Interdicti. ibid.6
Adultus perſonaliter interdictus, poteſt licitè Sacramentum Confirmationis recipere. 400.7
Sed Confeſſor ſpecialiter & culpabiliter interdictus, nequit licitè miniſtrare, extra caſum neceſſitatis, hoc Sacramentum Pœnitentiæ. 401.14
Interdictum priuat Sacramento Euchariſtiæ. 402.18
Euchariſtia miniſtrari poteſt, tempore Interdicti; mulieribus prægnantibus, quando partui ſunt propinquæ. ibid.21
Poteſt dari Euchariſtia, tempore Interdicti, inchoanti periculoſam nauigationem; aut intranti bellum, aut exiſtenti in alio periculo mortis. 403 22
Sacramentum Extremæ Vnctionis nequit tempore Interdicti, miniſtrari non habenti priuilegium, ſeu Bullam Cruciatam. 405.35
Nec poteſt tempore Interdicti, miniſtrari Vnctio, in quatuor illis anni feſtiuitatibus, in cap. *Alma*, exceptis. ibid 38
Interdictus perſonaliter, nequit recipere Extremam Vnctionem, in loco non interdicto. 406.39
Interdictum priuans ingreſſu Eccleſiæ non eſt effectus cuiuſcunque Interdicti perſonalis; vel nouum genus Interdicti. 409.1
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, nequit extra Eccleſiam exiſtens, audire diuina, quæ intra Eccleſiam celebrantur. ibid.2
Perſonaliter interdictus nominatim; vel ſpecialiter, nequit in loco ſacro ſepeliri. ibid.3
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt illam ingredi, ibíque loqui, diſputare, aut aliud ſimile agere. 411.11
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poteſt etiam exercere in ea actus pertinentes ad iuriſdictionem Eccleſiaſticam fori exterioris, vt ſunt eligere, abſoluere à Cenſuris, & ſimiles. 412.13
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ licitè valet concionem in ea audire. ibid.14
Si Clericus, ſeu Religioſus, publicè canat cum aliis in Choro Veſperas, aut Completorium, tempore Interdicti, mortaliter peccat. 413.5
Clerici violantes Interdictum priuantur electione actiua, & paſſiua ad dignitates Eccleſiaſticas 415.16
In ſeptem caſibus, Interdictum perſonale ſpeciale ipſo iure incurritur. 416.9
Clericus violans Interdictum, manet ipſo iure ſuſpenſus à iuriſdictione Eccleſiaſtica exterioris fori. ibid.17.
Clerici, tam ſæculares, quàm regulares, exempti à iuriſdictione ordinaria, incurrunt ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi celebrent diuina in locis interdictis, aut coram perſonis interdictis non toleratis, &c. ibid.18
Etiam Clericus non exemptus, incurrit hanc ſuſpenſionem, celebrando diuina eodem modo, hoc eſt, in loco interdicto, &c ibid.19
Interdictum latum ad tempus, vel ſub conditione tacita, vel expreſſa, donec ſatisfaciat, vel reſtituat, eo tempore elapſo, vel adimpleta conditione, ipſo facto ſine noua abſolutione non ceſſat. 417.1
Interdictum locale generale impoſitum in tota Ciuitate, non tollitur per deſtructionem ipſiuſmet Ciuitatis. ibid.2
Interdictum locale impoſitum ob delictum eius Domini, non tollitur alienatione ſola, aut venditione talis loci. 418.3
Interdictum locale ſpeciale, vt alicuius Eccleſiæ, non tollitur ſola deſtructione ipſiuſmet Eccleſiæ. ib.4
Interdictum deambulatorium, quo interdicitur locus incertus, & indefinitus, v.g. Terra, ſeu Prouincia, vbi maneat talis perſona, v.g. Petrus tollitur eo ipſo, quod Petrus mutet Terram, ſeu prouinciam, abſque alia relaxatione Superioris. ibid.5

Inter-

Digitized by Google

Interdictum generale perſonale, quo Ciuitas, Communitas, ſeu Collegium, eſt interdictum; tollitur diſſoluta Ciuitate, Communitate, vel Collegio, ſine alia abſolutione Superioris. ibid.6
Interdictum omne poteſt auferri, vel ſuſpendi ab illo, qui illud tulit. ibid.8
Epiſcopus poteſt abſoluere ab omni Interdicto locali, lato à iure abſolutè, & ſine termino. ibid.9
Epiſcopus, non ſolùm tollere, ſed etiam ſuſpendere ad tempus poteſt dictum locale Interdictum. 419.10.
Epiſcopus poteſt abſoluere ab Interdicto locali, non ſolùm à iure poſito, ſed etiam lato à Papa tanquam ab homine. ibid.11
Epiſcopus poteſt abſoluere ab Interdicto perſonali lato à iure. ibid.12
Interdictum generale locale, nequit relaxari ad cautelam. 420.15
Benè verò Idterdictum ſpeciale locale. ibid.16
Interdictum perſonale particulare etiam poteſt relaxari ad cautelam. ibid.17
Interdictum perſonale generale, pntà latum in Vniuerſitatem, aut Collegium, poteſt adhuc relaxari ad cautelam. ibid.18
Interdictum cenſetur ſublatum, quando non ſeruatur ab eo, in cuius fauorem latum eſt. ibid.19
Non cenſetur tamen ſublatum, quando non ſeruatur ab eo, propter cuius delictum poſitum eſt. ibid.20
Nec cenſetut ſublatum, quando nec ſeruatur ab eo, qui tulit Interdictum. 421.21
Interdictum poteſt tolli à Papa ſolo actu interiori. ibid.22
Forma obſeruanda in relaxando Interducto aſſignatur. ibid.23

Irregularitas.

Irregularitas, nec ratione delicti, eſt propriè & in rigore Cenſura 2.4S ed reductiuè 3.8.

Iudeus.

Iudæi, & alij infideles non baptizati, non poſſunt ab Eccleſia Cenſuris ligari. 19.7

Iudex.

Iudex excommunicatus manifeſtus, toleratus tamen, poteſt validè Cenſuras ferre. 15.38
Iudex, ſeu Prælatus, non poteſt in cauſa propria Cenſuram per modum iudicij, ferre. 16.41
Iudex, qui duos homines ſimul vtraque manu per vim extrahere ab Eccleſia, vel etiam, qui eodem tempore ſimul cum duobus excommunicatis non toleratis loqueretur, vnicam ſolùm incurrit Cenſuram. 26.41
Iudex, qui Cenſuram, non præmiſſa trina monitione vel vna pro tribus, fert; & incurrit ſuſpenſionem, & peccat mortaliter. 39.13
Ex rationabili cauſa poteſt licitè Iudex dictam pluralitatem dierum ad vnum etiam diem, imò ad certas horas, reſtringere. 41.25
Quando delictum eſt publicum, & notorium, non poteſt licitè Iudex Cenſuræ ſententiam ferre, monitione Canonica prætermiſſa. ibid.26
An ſi vrgeat periculum in mora (veluti, ſi Sacerdos à Iudice laico ducatur in furcam) poſſit Iudex Eccleſiaſticus, ſine monitione aliqua, Cenſuram, ipſo facto (in talem ſcilicet laicum Iudicem) ferre? Duplex placitum. 43.19
Iudex tenetur ſententiam Cenſuræ conſcriptam per ſe ipſum, non per alium legere, & promulgare 46.5
Iudex excommunicans tenetur tradere reo, ſi ab hoc intra menſem fuerit requiſitus, exemplum ſcripturæ continentis ſententiam cenſuræ. 47.10
Iudex tenetur dare exemplum, ſeu copiam ſententiæ, non ſolùm quando pronuntiat cenſuram contra determinatas perſonas; ſed etiam quando pronuntiat in generali contra quoſcumque, qui hoc, vel illud fecerint. ibid.12
Iudex pronuncians ſententiam Cenſuræ, præſcripta Iuris forma non ſeruata, pœnam ſuſpenſionis à diuinis officiis per menſem, ipſo iure incurrit 48.13
Iudex, qui dictum ordinem Iuris in ferendis cenſuris negligit, peccat mortaliter. ibid.14
Iudex, qui ob euitandum periculum inſtans, aut, ob aliam iuſtam cauſam, ferret Cenſuras, ſolo verbo, non peccaret mortaliter, nec incurreret ſuſpenſionem. 50.19
Iudex, qui bona fide, aut ignorantia inculpabili, ferret Cenſuram ſolo verbo, excuſaretur à dictis pœnis. ibid 20
Etiam ille Iudex, qui ex inaduertentia Cenſuræ, ferret ſolo verbo Cenſuras, excuſaretur à relatis pœnis. ibid.21
Iudex, qui ex ignorantia culpabili, ſolo verbo Cenſuras ferret, incurreret dictas pœnas, ſed diſtinguendum. ibid.22
Iudex vt incurrat pœnam dictæ ſuſpenſionis, ſatis eſt, vt in ferenda Cenſura, vnicam conditionem prætermittat, etiamſi alias adhibeat. 51.26
Huiuſmodi pœna incurritur à Iudice non ſeruante dictam formam iuris, caſu, quo Cenſura careat effectu. ibid.27
Si quis citatus à Iudice ad videndam fieri denunciationem incurſæ Cenſuræ ab homine latæ, appellet; tunc poteſt Iudex adhuc prædictum reum citatum denunciare. 55.12
Quando Cenſura lata eſt iuſta, poteſt, & tenetur Iudex denunciare. ibid.15
Quando ſententia Cenſuræ fuit iniuſta, tenetur Iudex, qui illam tulit, ad non denunciandum. ibid.16
In imponendis Cenſuris debent Iudices aliquem ordinem & diſpoſitionem ſeruare. 62.13
Acta à Iudice Eccleſiaſtico excommunicato non tolerato, non ſolùm ſunt illicita, verùm etiam inualida. 157.4
Excommunicatus non toleratus nequit licitè exercere officium Iudicis in foro ſæculari. 159.11
Nec validè poteſt exercere officium Iudicis in foro, ſeu iudicio ſæculari, dictus excommunicatus non toleratus, ſi in excommunicatione per annum inſorduerit. ibid.12
Etiam ſi Iudex ſæcularis non inſorduerit per annum excommunicatus vitandus, actus eius in iudicio exerciti, adhuc inualidi, ac nulli ſunt. ibid.13
Iudex tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, excommunicatus vitandus, peccat mortaliter exercendo officium iudicis. 160.14
Acta à Iudice ſæculari excommunicato tolerato, & non vitando, ſunt valida, & rata. ibid.15
Iudex quilibet excommunicatus toleratus, & non vitandus, peccat mortaliter, ſicut peccat non toleratus, ferendo ſententiam, & exercendo alia officia Iudicis, niſi ignorantia, aut functionis breuitas excuſent. ibid.16
Non ſolùm per ſe, ſed neque per Procuratorem, qui ab eo authoritatem accipiat, poteſt licitè excommunicatus in iudicio agere. 161.2
Excommunicatus maior, poteſt ſe ipſum defendere in iudicio. ibid.3
Iudices, qui poteſtate ordinaria, hoc eſt, iure proprio, abſoluere a Cenſuris poſſunt; ſunt Papa, Patriarchæ, &c.
Iudex Eccleſiaſticus, qui poteſtatem habet excommunicandi, & abſoluendi, nequit licet Sacerdos non ſit, abſoluere in articulo mortis à quacunque Cenſura quemque etiam non ſubditum, abſque ſpeciali commiſſione. 205.7

Digitized by Google

Excommunicationem non incurrunt Iudices Regij; quando ad tollendam vim, rogant, & iure compellunt Iudicem Eccleſiaſticum, vt abſoluat excommunicatum ab ipſo, ad tempus. 207.14
Excommunicatus non debet, ob quodcunque crimen, præſtare iuramentum, de non committendo amplius illud; ſed ſolùm ob maiora & enormia. 251.118
Iudices, Magiſtratus, & aliæ perſonæ publicæ, qui requiſiti ab Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, negligunt hæreticos capere, vel captos diligenter cuſtodire, hac Bullæ excommunicatione ligantur. 258.25
Non incidunt in excommunicationem Canonis Cœnæ, qui auocant ad ſe, ab Eccleſiaſticis Iudicibus, cauſas non ſpirituales, ſed temporales. 325.5
Laici Iudices auocantes cauſas ſpirituales à Iudicibus Eccleſiaſticis, ex priuilegio Sum. Pontificis; à Cenſura huius Canonis excuſantur. 327.12
Si Iudex laicus, ſiue ſponte ratione ſui Officij, ſiue ad inſtantiam partis recurrentis ad eum, trahat aliquam perſonam Eccleſiaſticam ad ſuum Tribunal, excommunicationem Canonis Cœnæ incurrit. 329.2
Iudex ſæcularis non feritur excommunicatione huius Canonis, caſu quo Clericum ſponte accedentem ad ſuum Tribunal, vt coram eo ſe purget, admittat purgtionem, & ſententiam proferat. ibid.3
Non incurrit hanc excommunicationem Iudex ſæcularis qui amicabiliter, & abſque vlla coactione, ſuadet alicui Eccleſiaſtico, vt ad ſuum accedat Tribunal, vt ſedentur lites. ibid.5
Iudex ſæcularis. qui iniquè vexat Clericum, aut eius Conſanguineos, vel famulos, aut Colonos, vt ſic cogat illum ad ſuum Tribunal, eſt excommunicatus. ibid 6
Non ſolum Iudex laicus, ſed etiam Eccleſiaſticus trahens iuriſdictione laica, perſonas Eccleſiaſticos ad ſuum Tribunal, excommunicationem huius Canonis incurrit. ibid.7
Iudex laicus incurrit hanc Cenſuram trahendo Eccleſiaſticum ad ſuum Tribunal, ob grauiſſima aliqua delicta. 330 8
Laico Iudici licet trahere ad ſuum Tribunal, & iudicare Clericum degradatum, ſeu depoſitum realiter. ibid.9
Etiam eſt licitum Iudici laico trahere ad ſuum Tribunal Clericum bigamum. ibid.10
In cauſa feudi, licitum eſt Iudici, Domino laico, trahere ad ſuum Tribunal, Clericum feudum laicum poſſidentem. ibid.11
Non eſt licitum laico, reconuenire Clericum in cauſis criminalibus, coram Iudice laico. ibid.13
Ob negligentiam, vel ob defectum Iuſtitiæ Eccleſiaſticæ, nequit Iudex laicus trahere ad ſuum Tribunal perſonas Eccleſiaſticas. 331.14
Abſque incurſione Cenſuræ, nequit Iudex laicus eiicere è Regno Clericum ſeditioſum, & perturbatorem Reipublicæ. ibid.15
Iudex laicus nequit capere, & punire pœna pecuniaria, Eccleſiaſticos impedientes, aut reſiſtentes iuriſdictioni laicali. ibid.16
Laicus Iudex nequit punire Eccleſiaſtices pœna pecuniaria, caſu quo illi ſigna reuerentiæ non exhiburint, aut coram illo deliquerint. ibid.17
Eccleſiaſtici crimen læſæ Maieſtatis committentes, nequeunt puniri à Iudice laico, ab eóque condemnari. 332.8
Iudex laicus non poteſt trahere ad ſuum Tribunal, & punire Eccleſiaſticos delinquentes in officio aliquo ſæculari, illis, ab ipſomet Iudice, ſeu Principe, conceſſo. ibid.19
Iudex laicus nequit, abſque incurſione huius Canonis Cenſuræ, punire Eccleſiaſticum aſſaſſinum; hoc eſt, Eccleſiaſticum, qui pretio aliquem occidit, aut occidi mandat; niſi, &c. ibid.20
Caſu, quo Eccleſiaſticus ſit notorius Sodomita, non poteſt licitè Iudex ſæcularis illum punire, niſi poſt, &c. ibid.21
Conceſſum eſt Iudici laico, Clericum incorrigibilem ad ſuum Tribunal trahere, & punire. ibid.22
Iudex laicus non poteſt conuenire Eccleſiaſticos, & trahere ad ſuum Tribunal, pro ſolutione gabellæ, in caſu; quo teneantur illam ſoluere. 333.23
Iudex laicus nequit trahere ad ſuum Tribunal, & punire Clericum pro dicto commiſſo ante Clericatum. ibid 24
Non poteſt Iudex laicus liberè punire Clericum, qui poſt delictum patratum aſſumpſit habitum Clericalem, intentione ſe ſubtrahendi à iuriſdictione ſæculari. ibid.25
Iudices Eccleſiaſtici interponentes ſe contra perſonas Eccleſiaſticas in cauſis criminalibus, dum in illis ſe interponere non poſſunt, excommunicationem huius Canonis non incurrunt, niſi, &c. 437.3
Incidit in hanc Cenſuram Iudex ſecularis, qui in cauſa criminali facit informationem contra Clericum, non vt pœnam inferat ſed vt facti veritas cognoſcatur. ibid.4
Etiam incidit in hanc Cenſuram Iudex ſecularis, qui in curſu proceſſus comperit delinquentem eſſe Eccleſiaſticum, & nihilominùs proceſſum proſequitur. ibid.5
Iudex laicus interponens ſe in cauſis criminalibus contra Clericum, conſentientem contra ſe proceſſum fieri; huic Cenſuræ ſubiicitur. ibid.6
Dantur plures caſus, in quibus laici poſſunt, ſine excommunicatione, aliquas actiones in hoc Canone prohibitas facere. 348.7

Iuramentum.

Reus excommunicatus non debet ob quodcunque crimen, præſtare Iuramentum de non committendo ampliùs illud 250.118
Huiuſmodi Iuramentum eſt præſtandum, ante abſolutionem, ab omnibus, tam à fœminis, quàm viris; & etiam à pueris. ibid.119
Abſolutio ab excommunicatione data, abſque præſtito Iuramento prædicto, non eſt irrita, ſed valida. ibid.120

Iuriſdictio.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica, quid? Et an rectè diuidatur in Iuriſdictionem ordinariam, & delegatam. 8.8
In quo differant Iuriſdictio Ordinaria & Delegata. ibid.9

L

Laicus.

Laici poſſunt, ex commiſſione, ſeu diſpenſatione Papæ, Cenſuras ferre. 12.27
Nec ex antiqua conſuetudine poteſt Laicus acquirere ſibi ius ad ferendas Cenſuras. ibid.29
Laicus, non tonſuratus, nequit, abſque ſpeciali commiſſione, abſoluere à Cenſuris in articulo mortis, deficiente Sacerdote. 204.5
In cauſa reconuentionis in ciuilibus, poteſt Laicus reconuenire Clericum coram eodem Iudice ſæculari,

ſæculari, apud quem Clericus, vt actor conuenit laïcum. Limita. 330.12

Laicus non excommunicatus, nec interdictus, poteſt in neceſſitate miniſtrare Sacerdoti Sacrum facienti. 392

Tempore Interdicti, poſſunt etiam Laici Euchariſtiam ſumere, in illis diebus, in qubus ex vi cap. *Alma*, aut alterius priuilegij, aſſiſtere Miſſæ poſſunt. 397.37

Certum eſt, quod Laicus peccat mortal. violando Interdictum locale generale, vel ſpeciale, & in quibus caſibus. 414.7

Peccat mortal. Laicus, qui mentiendo ſe habere Bullam, aut Ordinem, decipit Sacerdotes, vel illum ad diuina admittant. ibid.8

Laicus non interdictus peccat etiam mortaliter, audiens diuina Officia, præcipuè Miſſam, in loco interdicto. ibid.9

Laici violantes Interdictum, nullas ipſo iure pœnas incurrunt, niſi in 5. caſibus. 417.15

Lector.

Lector excommunicatus vitandus, nequit licitè publicas lectiones ſuis diſcipulis prælegere. 121.23

Lector non excommunicatus, poteſt licitè legere publicam lectionem coram multis, etiam caſu, quo vnus ex auditoribus ſit excommunicatus vitandus. ibid.24

Legatus.

Legatus à latere, Vicarius Papæ, & aliorum Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Vicarij, habent poteſtatem ordinario iure ferendi Cenſuras. 9.12

Legare.

Licitum eſt alicui, Legere pium librum, aut ſacram Scripturam, coram excommunicato; vt illum ad ſalutem animæ conducat. 187.8

Non incurrit dictam excommunicationem, qui Legit epiſtolam miſſiuam, concionem, aut aliam papyrum hæretici continentem hæreſim. 261.44

Lex.

Per particulam, *Lex*? intelligitur lex matrimonij. 189.15

Liber.

Legentes, retinentes, imprimentes, & defendentes Libros infidelium continentes errores contra fidem, Bullæ excommunicationem non incurrunt. 261.36

Ad incurrendam hanc Bullæ excommunicationem; non ſufficit quod Auctor Libri, qui legitur, ſit hæreticus. ibid.37

Vt legentes Libros hæreticorum, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrant, non requiritur, quod liber, & contineat hæreſim, & ſimul de Religione tractet; ſed ſufficit alterum. ibid.38

Vt incurratur huius Bullæ excommunicatio, neceſſe non eſt, vt Liber hæretici, ex profeſſo, & inſtituto, de hæreſi, aut de Religione tractet; ſed ſatis eſt quod vnam ſolam hæreſim contineat. ibid.39

Caſu, quo totus Liber hæretici vnicam hæreſim contineat, totus liber eſt prohibitus. 262.40

Abſque incurſione Cenſuræ, non poteſt quis legere dictum Librum, vnicam hæreſim continentem; niſi talis hæreſis deleatur auctoritate publica. ibidem 41

An, quando Liber hæretici in multiplex volumen eſt diuiſus, qui partem libri, in qua, nec hæreſis continetur, nec de Religione tractatur, legit, incurrat excommunicationem Bullæ. Vide totam quæſt. ibid.42

Incurrit excommunicationem Bullæ, qui legit Librum hæretici continentem hæreſim, nondum tamen typis excuſſum. ibid.43

Incurrit hanc Bullæ excommunicationem, qui indicē Libr. Hæretici, continentis hæreſim, ſiue eius præfationem, ſeu procœmium, legit. 263.45

Si quis legat, teneat, aut imprimat, Libros Catholici Authoris, in quibus ſunt annotationes, & ſcholia Hæreticorum, hæreſes cōntinentes, non incurrit Bullæ Cœnæ excommunicationem. ibid.46

Non incurrit excommunicationem Bullæ, qui Librum hominis Catholici, in quo ad verbum ſunt inſerti errores alicuius hæretici, legit. ibidem.47

Nec incurrit, qui Librum hominis Catholici, in quo ipſo Author Catholicus, ob ignorantiam, hæreſes aliquas ſcripſit. ibid.48

Non incurrit excommunicationem Cœnæ, qui Legit Græcorum, & Armenorum libros, qui horum ritus continent. 264.49

Nec incurrit dictam Bullæ Cenſuram, qui Libros Magicæ artis legit, tenet, ſeu imprimit. ibid.50

Qui legit Librum hæreticum, in Gallia, Anglia, & aliis Prouinciis, vbi Bulla Cœnæ non eſt recepta, non incidit in excommunicationem Bullæ. ibid.51

Si ipſemet hæreticus legat ſuum Librum continentem hæreſim, aut de Religione tractantem, hanc Bullæ excommunicationem incurrit. ibid.52

Incurrit excommunicationem Bullæ, qui legit Librum hæreticorum, non dolo malo, ſed ſolius curioſitatis cauſa. ibid 53

Etiam dictam excommunicationem incurrunt, qui Librum hæreticum, ſolùm viſu percurrendo, & nulla verba proferendo, legunt. ibid.54

Dictam excommunicationem non incurrit, qui legit Librum hæreticum, ſcriptum lingua, quam non callet, ſcit tamen illam legere. 265.55

Hanc Bullæ excommunicationem non incurrit, qui per ſolam mentis recordationem, quaſi mentaliter Librum hæreticorum percurit, aut legit. ibid. 56

Famulus, qui iuſſu Domini legit Librum hæreticum, vt ipſemet Dominus ſciat, quid in illo contineatur, excommunicationem Cœnæ incurrit. ibid.57

Dominus, qui, vt audiat, famulo legere præfatum Liarum iubet, eamdem quoque excommunicationem incurrit. ibid 58

Incurrunt eandem Bullæ excommunicationem, qui audiunt aliquem Librum hæreticum legentem, etiamſi non iubeant, petant, aut conſulant, quod illum legat. 266.59

Ab incurrenda excommunicatione Bullæ Cœnæ, in lectione Librorum Hæreticorum, excuſat paruitas materiæ. ibid.60

Quænam ſit paruitas materiæ, quæ legendo Libros hæreticos, à mortali, & excommunicatione excuſet? ibid.61

Retinentes ſcienter Hæreticorum Libros, qui, vel hæreſim continent, vel de Religione tractant, excommunicationem Bullæ incurrunt. 267.62

Retinens Librum hæreticum, ſcriptum lingua, quam non intelligit, incurrit Cœnæ excommunicationem. ibid.63

Hanc excommunicationem incurrunt, qui retinent Libros hæreticos, non legendi cauſa, ſed curioſitatis, aut ornatus Bibliothecæ, aut permutandi cum Libris Catholicis. ibid.64

Incurrit dictam excommunicationem vir doctus Librum hæreticum apud ſe retinens, animo errores Hæreticorum confutandi. ibidem. 65

Dictam Cenſuram incurrit, qui partem Libi hæretici

Digitized by Google

hæretici retinet, etiamſi pars hæreſim non contineat. ibid. 66
Eandem excõmunicationem non incurrit, qui vnum dumtaxat folium Libri hæretici apud ſe retinet. 168. 67
In retentione Librorum hæreticorum datur paruitas materiæ. ibid 68
Quænam cenſenda ſit parua temporis retentio Libri, quæ à dicta Cenſura incurrenda excuſet. ibid. 69
Incurrit excommunicationem latam à Iulio III. qui habens Librum hæreticum; illum comburit, aut alio modo, propria authoritate, deſtruit, & non tradit Dominis Inquiſitoribus 169. 71
Licitum eſt; habenti Libros hæreticos, eos propria authoritate comburere, caſu, quo, ſine graui ſuo detrimento, aut periculo, nequeat illos Inquiſitoribus tradere. ibid. 72
Nec Cardinales poſſunt Libros hæreticorum legere, abſque incurſione Cenſuræ Bullæ. 180 74
Etiam Epiſcopi & Archiepiſcopi incurrunt Bullæ excommunicationem, legendo hæreticos Libros. ibid. 75
Nec etiam nunc Generales Regularium poſſunt legere, & purgare Libros Hæreticorum, & alios prohibitos; nec præbere ſuis dubditis licentiam legendi eos, vel purgandi, idque decreto Vrbani VIII. *anno* 1631. edito. ibid 76
Collegium Cardinalium Sede vacante, poteſt dare licentiam legendi Libros hæreticos. 271. 80
Hanc Bullæ excommunicationem non incurrunt, Correctores exemplaris impreſſi. 272. 85
Qui dicit, ſe velle defendere Libros hæreticorum, v. gr. Lutheri, hanc Bullæ excommunicationem non incurrit, niſi ſequatur effectus. 273 91
Qui ſolius diſputationis gratia, Libros hæreticos defenderet, eadem innodaretur Cenſura. ibid. 92
Defendentes Libros Hæreticorum excommunicatur, etiam in prima clauſula Bullæ. ibid. 89
Qui Librum hæreticorum, ſcriptis in occulto defendunt, hanc Cenſuram Bullæ incurrunt. ibid. 90
Qui quauis ratione, impedit præfatos Libros, ne ad manus Inquiſitorum perueniant, in hanc excommunicationem incidunt. ibid. 93
In eandem excommunicationem non incidunt, qui id quod Catholicum eſt in Libro hæretico, defendunt. ibid. 94
Qui ſtylum Libri hæretici, vel ingenium authoris eius, laudarent, excommunicationem non incurrerent. ibid 95
Incurrerent dictam excommunicationem, qui abſolutè Librum hæretici laudarent. ibid 96
Qui Hæreticorum Libros prohibitos legerint, retinuerint, impreſſerint, vel defenderint, ignorando eſſe in Bullæ Cœnæ prohibitos, hanc Cenſurã non incurrunt. 274. 97

Lignamina.

Quid prohibeat Pontifex ad Infideles transferre per hanc vocem, *Lignamina*. 198. 38
Sub hac voce, *Lignamina*, comprehenduntur naues ipſæ, galeæ, triremes, antennæ, & ſimilia. ibid. 39

Littera Apoſtolica, vide, *Falſare*.

Comburens, aut dilacerans Litteras Apoſtolicas, incurrit etiam excommunicationem Bullæ. 188. 12
Hanc cenſuram incurreret, qui antequàm has Litteras Apoſtolicas combureret, aut dilaceraret, eas, mutando ſenſum, corrigeret. ibid. 13

Hanc excommunicationem incurrit, qui ex Litteris Apoſtolicis, volens eas falſificare, verbum aliquod abraſit, animo addendi aliud; etiamſi pœnitentia ductus non addidit, ſed abraſum verbum, iterum appoſuit. ibid. 14
Non ligantur huius Canonis Cenſura, qui retinent apud ſe Litteras ab aliis falſificatas. 190. 21

Loqui

Etiam eſt prohibitum, cum Excommunicato vitando, loqui, aut confabulari. 174. 7
Nec eſt licitum fidelibus, Loqui cum excommunicatis, per ſigna, aut nutus. ibid. 8
Nec eſt licitum, Loqui cum excommunicato vitando, per ſcripturam, aut litteras, vel nuncium. ibid. 9

M

Magi.

MAgi, qui aliàs non ſunt Apoſtatæ, vel hæretici, non ſunt excommunicati per hanc Bullam Cœnæ. 255. 11

Magiſtratus.

Vt Magiſtratus ſecularis incurrat Cenſuram Cœnæ, auocando cauſas ſpirituales ab Auditoribus Sedis Apoſtolicæ; neceſſe eſt, vt hoc faciat auctoritate iudiciaria, & etiam prætextu priuilegiorum & gratiarum, quas prætendit à Sede Apoſtolica obtinuiſſe. 326. 4
An Magiſtratus, ſeu Conſiliarij Regis Hiſpaniæ, atque Galliæ, ſiue aliorum Principum, incurrant excommunicationem huius Canonis, detinendo Bullas Apoſtolicas, aut cognoſcendo cauſas Eccleſiaſticas, aut euocando eas à Iudicibus Eccleſiaſticis, ſi id faciant prætextu impediendæ violentiæ; & perturbationis in Republica vitandæ? Videbis varia placita. 328. 14

Matrimonium.

Matrimonium inter excommunicatos, extra caſum neceſſitatis contractum, eſt validum. 110. 6
Matrimonium contractum tempore Interdicti, aut in loco interdicto, eſt validum. 405. 33
Sed licitè nequit Matrimonium celebrari, tempore Interdicti, aut in loco interdicto. 405. 34

Menſa

Qui ſit prohibitum fideli, conſedere, coambulare, ſimul iter agere, collaborare, ſeu cooperari cum excommunicato vitando. 179. 25
Per particulam, *Menſa*, prohibetur, comedere & bibere in eadem menſa, cum excommunicato vitando. ibid. 26
Non eſt licitum, comedere cum excommunicato in vna, & eadem Menſa, etſi id fiat, animo non ſe communicandi. ibid. 28
Licet iter agenti ſedere in hoſpitio, in eadem, etiam paruula, Menſa, cum excommunicato vitando. 180. 29
Religioſus, qui ſcit in ſuo refectorio adeſſe aliquem excommunicatum vitandum, tenetur à Menſa ſurgere, & in alia parte comedere. 181. 31

Metus

Metus grauis, mortis, infamiæ, exilij &c. purè, & ſimpliciter illatus, excuſat à Cenſuris. 72. 25
Metus grauis excuſat etiam à Cenſura, caſu, quo hæc lata ſit pro crimine, aliàs lege naturæ prohibitio: veluti ſi lata eſſet, contra adul-

Digitized by Google

terium, aut inceſtum cum conſanguinea patrantes. 74.26

Metus grauis incuſſus in contemptum fidei, aut Religionis, aut poteſtatis Eccleſiæ, non excuſat à peccato, & à Cenſura. ibid.27

Metus leuis, ſeu non cadens in virum conſtantem, non excuſat etiam à Cenſura. ibid.27

Qui per metum grauem, ſeu vim, impetrat abſolutionem à Cenſura, incurrit nouam excommunicationem. 207.13

Miles.

Milites poſſunt excommunicare in bello cum Duce excommunicato vitando. 197.44

Miniſter, Miniſtrare.

Miniſtri Eccleſiæ, mortaliter, ex vi Cenſuræ, peccant miniſtrando Sacramentum aliquod excommunicato euitando, ſeu non tolerato ab Eccleſia. 100.14

Miniſter peccat mortaliter, adminiſtrando aliquod Sacramentum excommunicato laboranti ignorantia inuincibili, ſeu obliuione, ſe eſſe excommunicatum. ibid.15

Quoties Excommunicato eſt licitum, recipere Sacramentum; licitum eſt quoque Miniſtro, illud ei conferre. ibid.16

Miniſtrans Sacramenta Excommunicato vitando, peccat mortaliter; & pœnam aliquam, aut cenſuram incurrit. 101.18

Non peccant mortaliter, ex vi cenſuræ, Miniſtri Eccleſiæ, miniſtrando Sacramenta excommunicatis occultis, ſeu toleratis ab Eccleſia. ibid.19

Non peccat Miniſter, contra ius naturale, & diuinum, conferendo Sacramenta Excommunicatis toleratis, quamuis non peccet contra prohibitionem Eccleſiæ. ibid.20

Non peccant Miniſti Eccleſiæ conferentes Sacramenta excommunicato occulto publicè illa petenti, 102.21

Excommunicati non tolerati (quales ſunt, nominatim denunciati, aut publici Clericorum percuſſores) peccant mortaliter, conficiendo, vel Miniſtrando Sacramenta. ibid.1

Excommunicatus non toleratus, aut vitandus, poteſt Miniſtrare Sacramenta ob mortis periculum vitandum. 103.4

Excommunicatus vitandus poteſt, vrgente extrema neceſſitate alterius, licitè Miniſtrare Sacramentum Baptiſmi. ibid 6

Excommunicatus vitandus, non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur ſub mortali, Miniſtrare Baptiſmum paruulo, aut adulto non baptizato, animam agenti. ibid 7

In mortis articulo, licet excommunicato vitando, adminiſtrare Sacramentum pœnitentiæ, quando non eſt alius Miniſter præter ipſum. 104.18

Sed non eſt licitum Excommunicato non tolerato, adminiſtrare infirmo conſtituto in mortis articulo, Sacramentum Extremæ Vnctionis; caſu, quo Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ receperit. ibid.14

Licitum eſt alicui, petere etiam abſque neceſſitate Sacramenta à Miniſtro excommunicato tolerato, parato ſua ſponte adminiſtrare. 113.17

Licet petere Sacramenta à Miniſtro (etiam non Paſtore) excommunicato tolerato extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis, ſi aliàs non ſit ad adminiſtrandum paratus. ibid.18

Perſona ſpecialiter interdicta directè; vel virtute, quia cauſam dedit Interdicto generali; nequit licitè Miniſtrare, adhuc extra neceſſitatem, Sacramentum Baptiſmi. 400.4

Tempore cuiuſcunque Interdicti, poteſt Miniſtrari Sacramentum Confirmationis; etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta. ibid.5

Perſona interdicta poteſt Miniſtrare Sacramentum Confirmationis modò ſit interdicta, &c. ibidem 6

Tempore Interdicti localis; ſiue generalis, ſiue ſpecialis, poteſt Miniſtrari Euchariſtia exiſtentibus in probabili periculo mortis. 402.19

Tempore Interdicti, poteſt Miniſtrari Euchariſtia damnatis ad mortem, præcipuè, ſi ſani ſint. ibidem 20

In loco interdicto nequit Miniſtrari Vnctio perſonis non interdictis. 406.40

Miſſa.

Licitè nequit Sacerdos dicere in aliis diebus in Miſſa, Orationem illam pro Hæreticis & Schiſmaticis, quam pro ſolo die Veneris ſancti, & officio, Eccleſia inſtituit. 92.8

Nec fructuosè, nec licitè, poteſt offerri ſacrificium Miſſæ à Sacerdote, nomine Eccleſiæ, pro Excommunicato quolibet, iam contrito; ante obtentam abſolutionem ab excommunicatione. 94.14

Nequit Sacerdos nomine, & perſona Chriſti, applicare fructuosè ſacrificium Miſſæ cuicumque Excommunicato, ſiue exiſtat in peccato, ſiue per contritionem in gratia. ibid.19

Omni Excommunicato eſt prohibitum ſub mortali, intereſſe Miſſæ; aut Sacerdoti illam dicenti inſeruire. 122.27

Licitum eſt excommunicato occulto, ſeu tolerato, inſeruire Sacerdoti non excommunicato volenti Miſſam ex neceſſitate celebrare, caſu, quo non ſit alius Miniſter, qui inſeruiat. ibid.28

Non peccat mortaliter excommunicatus, qui non procurat abſolutionem à Cenſura, vt miſſam in feſto audiat. 123.30

Excommunicatus audiens Miſſam, nullam incurrit pœnam. ibid.31

Excommunicatus, qui non ſolùm aſſiſtit Miſſæ, ſed etiam auctor eſt, & cauſa, vt Miſſa coram ipſo celebretur, incurrit irregularitatem. ibid 32

Licitum eſt Sacerdoti proſequi Miſſam, ſi illi adſit excommunicatus toleratus, ſeu non vitandus. 124.35

Tenetur Sacerdos relinquere Miſſam inceptam, caſu, quo Canonem non inchoauerit, ſi aduertat ibi adeſſe excommunicatum vitandum, & non poſſit illum expellere de Eccleſia ſine periculo. ibid.37

Probabilius eſt debere Sacerdotem relinquere Miſſam inceptam, ſi excommunicatus vitandus intret in Eccleſiam poſtquam ipſe Sacerdos inchoauit Canonem, non tamen Conſecrationem. ibid.38

Non licet ſimul cum excommunicato vitando, audire eandem Miſſam. 125.39

Solùm peccat venialiter qui audit ſimul cum excommunicato vitando, eandem Miſſam. 126.40

Non excommunicatus non participat cum excommunicato vitando in diuinis, & conſequenter nec peccat, nec incurrit excommunicationem minorem, etiam caſu, quo hic in eadem Eccleſia audiat aliam Miſſam, quam non excommunicatus audit. ibid.41

Non eſt licitum non excommunicato, ſumere Euchariſtiam in eadem Miſſa ab eodem Sacerdote, ſimul cum Excommunicato vitando. ibid.42

Qui

Digitized by Google

Qui audit Miſſam Sacerdotis nominatim ſuſpenſi à diuinis,non peccat mortaliter. 362.42

Celebrans Miſſam & in ea non communicans, manet ipſo iure ſuſpenſus, per annum à communione. 370.20

Non ſolùm Sacerdotes loci generaliter interdicti, ſed etiam extranei, poſſunt celebrare Miſſas in dicto loco, cum illis quatuor conditionibus *d. c. Alma.* 390.10

Tempore Interdicti, non ſolum eſt licitum, dicere Miſſam dici, ſed aliam quamcunque. 392.19

Perſona, quæ priuilegium habet celebrandi, vel audiendi Miſſam, tempore Interdicti; poteſt ſecum in Eccleſiam ſuos familiares & domeſticos adducere. ibid.20

Non eſt licitum tempore Interdicti, pulſare in Miſſa tintinnabulum in ſignum eleuationis Euchariſtiæ. 393.25

Tenentur audire Miſſam, diebus feſtis, tempore Interdicti, qui priuilegium audiendi Officia diuina, dicto tempore habent. 398.42

Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, poteſt in Cœmeterio Miſſam dicere, aut illam, & alia diuina.audire,ſi ibi dicantur. 410.6

Monere, Monitio.

Neceſſarium eſt, ante omnem Cenſuræ ſententiam, aliquem Monitionem præmittere. 36.1

Duplex eſt monitio ibid.2

Ad incurrendum Cenſuram latam; ſiuè è iure,ſiue ab homine pro futuris culpis; neceſſum non eſt, vt præcedat Monitio Canonica. ibid 3

Ad incurrendam Cenſuram latam ab homine,pro culpis præteritis, vel præſentibus, requiritur Monitio Canonica. ibid.4

Variæ cauſæ mouêre Pontifices ad inducendum Monitionis, ante lationem Cenſurarum, præceptum. ibidem.5

Monitio debet fieri auctoritate Iudicis, à quo ferenda eſt Cenſura. 40.14

Quando, qui Cenſura ligandus eſt, dolo latet, ne perſonaliter moneatur, aut vi, vel fraude id impedit; ſatis eſt, ſi Monitio fiat in domo ſuæ habitationis. ibid.17

Quando quis ſemel fuit Monitus, aut citatus perſonaliter, poſſunt reliquæ Monitiones in domo eius, aut alio in loco publico fieri. ibid.17

Monitio aliqua facta in domo, quando peruenit ſufficienter ad notitiam ipſius Rei; tunc etiam reliquæ Monitiones poſſunt fieri in eius domo. 41.19

Quando Cenſuræ feruntur contra reos incognitos, ſatis eſt, quod Monitiones fiant in Eccleſia,aut in alio loco publico coram populo. ibid.21

Monitio debet fieri Reo, præſentibus idoneis perſonis. ibid.22

Inter vnam, & alteram Monitionem debet aliquod tempus mediare. ibid.23

Pro ſingulis Monitionibus, ſiue ſeparatim,ſiue ſimul fiant,ſunt ſaltem duo dies conſtituendi. 42.24

Quando poſſit prætermitti ſecunda & tertia Monitio, ſi ad primam delinquens incorrigibilis appareat; veluti, dicendo publicè *ſe non pariturum Monitionibus.* 43.28

Qui ſemel cenſura aliqua à iure ipſo facto eſt ligatus, verbi gratia excommunicatus ob percuſſionem clerici, nequit iterum à Iudice alia cenſura ligari, v. g. excommunicari, propter idem delictum, ſine noua Monitione. 44.31

Quando Prælatus fert Cenſuram ad defenſionẽ proprij iuris, verbi gratia in ſpoliatione Eccleſiæ; eſt etiam neceſſarium præmittere Monitionem Canonicam. ibid.32

Prælati Regularium tenentur ex vi iuris præmitterẽ canonicam trinam Monitionem in ferendis Cenſuris,non ex vi conſuetudinis. ibid.33

Quomodo Summus Pontifex teneatur in cenſuris ferendis Monitionem canonicam præmittere. 45.34

Nequit ſubditus cedere iuri Monitionis Canonicæ; itaut, illa non præuia, poſſit cenſuris ligari. ibid 35

In declaratione, aut denunciatione Cenſuræ incurſæ, quam Iudex facit, non requiritur canonica Monitio. ibid,36

Moribundus.

Moribundus, qui Euchariſtiæ, aut Pœnitentiæ Sacramentum non poteſt recipere; poteſt inungi Vnctionis Extremæ Sacramento, tempore Interdicti. 405.36

Mortui.

Mortui non poſſunt Cenſura aliqua ligari. 18.4

Munus.

Non eſt licitum, munera excommunicato vitando mittere. 175.11

Nec Munera ab excommunicato vitando recipere. ibid.12

Munera, quæ quis illicitè ab excommunicato recepit, non tenetur ea excommunicato reddere, vel dare pauperibus. ibid.13

Non eſt licitum, ab vxore, filio,vel familia excommunicati,munera accipere. 176.14

N

Naufragans, Nauis.

NAui pereunte non ex tempeſtate,ſed ex vetuſtate, vel ex imperitia naucleri, aut aliàs, bona Chriſtianorum ſurripientes, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt. 279.2

Incurrunt eandem excommunicationem, qui bona Chriſtianorum, ex Naui ab hoſtibus, bombardis confracta, aut igne cremata, ſurripiunt. 280.3

Quid intelligitur in Bulla, nomine; *bonorum* Naufragantium. ibid.4

Non incurrunt hanc Bullæ Cenſuram, qui Iudæorum, Turcarum, & aliorum Infidelium, qui Naufragium ſubiere, bona ſurripiunt. ibid.5

Qui prædatur Nauim Naufragatam Infidelium, onuſtam tamen fidelium bonis, ſint hac excommunicatione innodati? Duplex reſponſio. ibid.6

Non ſunt hac Cenſura ligati,qui rapiunt bona hæreticorum Naufragantium. ibid.7

Non incurrunt hanc Bullæ Cenſuram,qui bona latronum maritimorum, & Pyratarum Naufragantium rapiunt. ibid.8

Rapientes bona proiecta è Nauibus ad eas alleuandas, ſunt hac Cenſura comprehenſi. 281.9

Caſu, quo bona eiecta ad allenandas Naues,ſunt ſtatim peritura, vt ſunt ſaccarum, farina, papyrus, &c. poteſt quis, abſque incurſione Cenſuræ, ſtatim ea ſibi ſumere. ibid.10

Qui bona Naufragantium, quæ diù in littore maris iacuerunt,rapiunt, hanc Bullæ Cenſuram non contrahunt: ibid.11

Qui ex Naui in mari, onuſta mercibus, merſa, aliquid accipit, eſt excommunicatus. Limita, &c. ibid.12

Caſu,quo in euidenti periculo Naufragij,Nauis deſeratur ab omnibus,etiam à Domino, & ſolus Nauta remaneat, & induſtria conſeruet illam,non poteſt,abſque incurſione peccati,& Cenſuræ,ſibi Nauim acquirere. ibid 13

Digitized by Google

Si quis bona Naufragantium, iam ex mari extracta, & in terra expoſita, atque in domo alicuius conſeruata, ſibi ſurriperet, in excommunicationem huius Canonis non incideret. 281.14
Qui huiuſmodi Naufragantium bona accipit putans ſibi licere, ab excommunicatione hac excuſatur. 282.15
Non verò excuſatur ab hac excommunicatione, qui bona Naufragantium accipit, etiam vbi id permiſſum eſt ex conſuetudine interducta. ibid.16
Excuſatur ab excommunicatione, qui bona Naufragantium accipit, animo reſtituendi ea veris dominis. ibid.17
Etiam excuſaretur ob materiæ leuitatem. ibid.18
Item excuſaretur ab hac excommunicatione qui bona Naufragantium in flumine, vel lacu ſurriperet. ibid 19
Qui iniuſtè hæc bona Naufragantium accipit, & etiam iniuſtè retinet, incurrit vnicam excommunicationem. ibid.21
Bullæ excommunicatio extenditur ad eos, qui fauent, aut adiuuant Raptores bonorum Naufragantium. 283.22

Notarius.

Excommunicatus, licitè nequit officium Notarij, ſeu Tabellionis, exercere. 164.13
Grauiter peccat excommunicatus, munus Notarij, ſeu Tabellionis exercendo. ibid 14
Si quis excommunicatus exiſtens, creetur Notarius, ſeu Tabellio, valet hæc inſtitutio; & acta ab ipſo, poſt ablatam Cenſuram, facta, valida ſunt. 166.17

O

Obliuio.

OBliuio naturalis, inaduertentia, & inconſideratio, excuſant à Cenſuris. 71.24
Si quis hæreticum occultet, animo ne capiatur, vt ſic poſſit ſuos errores diſſeminare? non incurrit hanc Bullæ excommunicationem, ſi re verà hæreticus captus eſt, & ideò non diſſeminarit. 257.21

Officium Diuinum

Non licet excommunicato, priuatè Officium B Virginis, vel defunctorum, aut aliud Officium priuatum cum alio recitare. 117.7
Non peccat mortalit. ſed venialiter excommunicatus Officium diuinum, cum ſocio, vt priuata perſona recitando. ibid.8
Excuſatur à culpa veniali ille, qui antequam excommunicationem incurreret, ratione ſui muneris ſolitus erat recitare Officium cum alio, verbi gratia Canonicus cum ſuo Capellano, vel famulo. ibid.9
Non eſt licitum excommunicatis, quando recitant Officium diuinum, dicere *Dominus vobiſcum.* 118.13.
Sacerdos, aut Diaconus excomunicatus, pronuncians in ratione Officij, *Dominus vobiſcum*, non peccat mortaliter, ſed venialiter, & non incurrit irregularitatem. 119.14
Non eſt licitum Sacerdoti, proſequi Officium diuinum, Benedictionem oliuarum, & ſimiles ſacras actiones, dum ibi adeſt excommunicatus vitandus, & non toleratus, & non vult de Eccleſia exire; nec ab illa ſine periculo expelli poteſt. 124.36
Peccat mortaliter, & incurrit excom[illegible] maiorem [illegible]
[illegible] tit ad Officia diuina excommunicatum nominatim à Papa. 185.0
Tempore Interdicti localis generalis, eſt licitum celebrare quotidiè Officia diuina, ſeruata moderatione cap. *Alma mater*, ſecreto, videlicet, &c. in Eccleſiis Hoſpitalium, & Monialium. 390.7
Etiam tempore Interdicti localis generalis, licet quotidie celebrare Miſſas, & alia diuina Officia, in priuatis Oratoriis, quæ ſolent eſſe in communibus domibus.
Perſona interdicta, nequit celebrare Officia diuina, in Eccleſiis, aut Monaſteriis, cum moderatione prædicta cap. *Alma.* ibid.8
Excommunicati, & perſonaliter interdicti, excludi debent, Interdicti tempore, celebratione Miſſæ, & aliorum diuinorum Officiorum. 392 17
Tempore Interdicti, debent etiam excludi à celebratione diuinorum Officium, omnes laici, qui non ſunt excommunicati, nec Interdicti. ibid.17
Clerici, qui ex vi iuris communis, (ſcilicet, cap. *Alma*,) tempore Interdicti, diuinis Officiis aſſiſtere poſſunt; poſſunt conſequenter ſecum ducere ſuos familiares, iuxta priuilegium conceſſum, *in cap. Licèt*, cit. 393.21
Licitum eſt Interdicti tempore, aliquo ſigno, quod non ſit campanæ; conuocare Clerum ad Officia diuina celebranda. ibid.23
Clerici coniugati poſſunt intereſſe diuinis Officiis, dicti Interdicti tempore; caſu, &c. 398.41
Omnes Clerici, ſaltem non coniugati, poſſunt intereſſe diuinis Officiis, tempore Interdicti localis generalis. ibid.40
Quædam alia diuina Officia, præter Miſſam, ſunt prohibita publicè fieri à Clericis, tempore Interdicti localis generalis. ibid 43
Officia, quæ non prohibentur fieri, adhuc publicè, tempore Interdicti localis generalis, recenſentur. 399.44
Clerici violantes quodcunque Interdictum circa diuina Officia, peccant mortaliter. 412.1
Celebrare in Eccleſia interdicta, prætermiſſà vna tantum circumſtantia ex requiſitis in cap. *Alma mater*, vt v. gr. celebrate diuina Officia, ianuis apertis, vel non voce ſubmiſſa, eſt mort. peccatum. 413.5
Laici mortaliter peccant, violando Interdictum perſonale, circa Officia diuina. ibid.6

Onus, vide, *Gabella*, *Tributum.*

Onus hoſpitandi milites, aut Principes, &c. nequit perſonis Eccleſiaſticis imponi. 344.6
Prælati Eccleſiaſtici imponentes Onera Eccleſiaſticis, Canonis Cœnæ Cenſuram incurrunt. 346.16
Excõmunicatio contra imponentes Onera Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis etiam extra hanc Bullam, alibi expreſſa reperitur. ibid.17

Orare.

Orare, & ſacrificia offerre pro Excommunicatis publicè toleratis, minimè licet. 91.12
Non poteſt quis licitè, & cum fructu, Orare nomine Eccleſiæ, pro dictis Excommunicatis toleratis, ſi iam per contritionem iuſtificati, ante obtentam abſolutionem. 94.13
Qui liceat Sacerdoti in Memento Miſſæ Orare pro excommunicatis, etiam non toleratis. 95.16
Orans publicè pro excommunicandis vitandis peccat mortaliter, & incurrit minorem excommunicationem. 96.18

Digitized by Google

Ordinare, Ordo.

Suſpenſus ab Ordine Superiori, non cenſetur ſuſpenſus etiam ab Ordine inferiori. 356.14
Suſpenſio facta determinatè ab Ordine inferiori, addita particula *ſolùm*, ſeu *tantùm*; non prohibet exercitium Ordinum Superiorum. ibid.15
Suſpenſus ab Ordine inferiori, ſine vlla reſtrictione, cenſetur Suſpenſus ab Ordine ſuperiori, etiam caſu, quo hic non includat actum inferioris, ſeu vſum, niſi aliàs. ibid.16
Suſpenſus à iuriſdictione ſimpliciter, non manet ſuſpenſus ab Ordine. 358.24
Suſpenſus ab Ordine, non eſt ſuſpenſus à iure eligendi. ibid.25
Qui ordinatur ab Epiſcopo hæretico, aut ſchimatico, aut excommunicato nominatim, aut Simoniaco declarato; ſuſpenſus ab Ordine ſuſcepto manet. 362.1
Manet ſuſpenſus ad Ordine ſuſcepto, qui Ordinatur ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renunciauit. 363.2
Qui ante legitimam ætatem, aut extra tempora recipit Ordines ſacros, manet ipſo iure ſuſpenſus ab Ordinibus ſic ſuſceptis. ibid.3
Qui ob receptionem Ordinis ſacri ante ætatem, mala fide ſuſcepti, ſuſpenſus manet; nequit ætate completa, abſque vlla Superioris diſpenſatione celebrare. ibid.3
Qui in Gallia Ordinem ſacrum, ante legitimam ætatem, vel facultatem, vel extra tempus legitimum, recipiunt, ipſo facto, ab Ordine ſic ſuſcepto, ſuſpenſi manent. ibid.3
Qui ante ætatem, &c. Ordines etiam Minores, accipiunt, non ſunt, eo ipſo, à ſuſceptis Ordinibus ſuſpenſi. ibid.3
Si ſic bona fide Ordinatus, adueniente mala fide, ante legitimam ætatem celebret, non incurrit irregularitatem, ſed peccat mortaliter. ibid.38
Non incurrit hanc ſuſpenſionem, qui bona fide ante legitimam ætatem Ordinem ſacrum ſuſcepit. ibid.3
Sacerdos, qui mala fide, ante legitimam ætatem ſacerdotium accepit; ſolùm manet ſuſpenſus, non autem fit irregularis, conſecrando ſimul cum Epiſcopo ordinante. 364.3
Qui mala fide Ordinem maiorem, v.g. ſacerdotium ante legitimam ætatem recipit, ſolùm manet ſuſpenſus ab exercitio ſacerdotij; non verò ab exercitio aliorum Ordinum, nempè Diaconatus, & Subdiaconatus, &c. ante legitimè ſuſceptorum. ibid.3
Ordinatus per ſaltum, recipiendo Ordinem Superiorem, inferior prætermiſſo; manet ipſo iure ſuſpenſus ab Ordine ſic ſuſcepto. 364.4
Qui per ſaltum Ordinem ſuſcepit, ſuſpenſus ſolùm manet ab exercitio Ordinis ſuſcepti, non verò ab exercitio aliorum, quos ritè ſuſceperat. ibid 3
Qui ordinatus eſt per ſaltum, nequit Ordinem prætermiſſum recipere, ſine diſpenſatione. 365.4
Suſpenditur ipſo facto, qui ordinatur per ſaltum in Ordinibus minoribus: aut, qui relictis Ordinibus minoribus; Ordinem Subdiaconatus recipit. ibid.4
Qui innodati Cenſura aliqua excommunicationis, maioris, ſuſpenſionis, vel interdicti, Ordinem maiorem, ſuſcipiunt, ſuſpenſi ſunt ipſo iure. 365.5
Manet ſuſpenſus, qui aliqua Cenſura innodatus, recipit Ordines minores. ibid.5
Hanc ſuſpenſionem non incurrit excommunicatus, aut ſuſpenſus, &c. qui ex probabili ignorantia, vel inaduertentia ſuæ excommunicationis, aut ſuſpenſionis, &c. aliquem Ordinem recipit. 366.5
Nec incurrit ſuſpenſionem hanc, qui exiſtens excommunicatus, vi, & metu cadente in conſtantem virum, cogitur recipere Ordines. ibid 5
Qui ficto titulo; (nempè, ficto patrimonio, aut ficto beneficio, aut penſione) ordinatur, ſuſpenſionem incurrit. ibid 6
Suſcipiens Ordines, non ſeruatis interſtitiis, ſuſpenſionem non incurrit. ibid.7
Suſcipiens duos Ordines ſacros in vna die, ſuſpenſionem ipſo facto incurrit. ibid.8
Non incurrit ſuſpenſionem eandem, qui eodem die, minores Ordines cum Subdiaconatu ſuſcipit 367.9
Ipſo facto manet ſuſpenſus, qui aliquem Ordinem per ſimoniam realem ſcienter recipit. ibid.10
Qui bona fide, & Ignoranter, recipit Ordines ſimoniacè; non manet ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto. ibid.10.
Qui per ſimoniam realem, ſcienter ordinatur ſuſpenſionem omnium ordinum, quos habet, incurrit. ibid.10
Qui furtiuè, hoc eſt, neſciente Epiſcopo, nec approbante, nec examinante, Ordines ſuſcipit, eſt ipſo facto, & iure, à ſuſceptis ſuſpenſus. ibid.11
Qui poſt matrimonium contractum, etiam non conſummatum, ſacros Ordines ſuſcipit; manet ipſo facto ſuſpenſus ab ordinibus ſic ſuſceptis. ibidem 12
Non manet ſuſpenſus, qui ex ignorantia, putans bona fide vxorem eſſe mortuam, ordines ſacros ſuſcipit. ibid. 12
Sic Ordinatus non manet ſuſpenſus ab ordinibus ante matrimonium ſuſceptis. ibid.12
Qui ab Epiſcopo alieno, ſine licentia proprij, ſcienter ſacris Ordinibus initiatur, eſt ipſo iure ſuſpenſus. 368.14
Qui minores Ordines, aut etiam primam tonſuram ab alieno Epiſcopo, recipit, ipſo facto ſuſpenſionem eorundem incurrit. ibid.14
Sed à prædicta ſuſpenſione excuſat bona fides, ſeu ignorantia moraliter inculpabilis. ibid.14
Ordinati cum dimiſſoriis à Capitulo Sede vacante obtentis; infra annum vacationis incidunt in ſuſpenſionem, niſi caſu.&c. 369.15
Suſpenſionem incurrit, qui adhuc à proprio Epiſcopo ordinetur in aliena diœceſi, ſine licentia proprij. ibid.16
Clericus violans Interdictum per exercitium alicuius Ordinis Minoris, peccat mortaliter. 412 2
Tempore generalis Interdicti, nequeunt Clerici initiari prima Tonſura, aut alio inferiori Ordine, ad Ordines ſuperiores promoueri. 404.29
Qui non ſunt perſonaliter interdicti, poſſunt, in loco non interdicto, Ordines recipere. ibid.30
In loco interdicto, nequeunt ordinari perſonæ perſonaliter non interdictæ, ab ipſo Epiſcopo, qui talem locum interdixit. ibid 31
Imminente neceſſitate ordinandi Miniſtros Eccleſiaſticos, eſſet licitum conferre ordines in loco interdicto, ſi non eſſet alius locus non interdictus, in quo poſſent ordines conferri. ibid.32
Sacramentum Ordinis miniſtrari nequit tempore Interdicti perſonalis, aut localis. 404.27
Tempore Interdicti, non licet miniſtrare hoc Ordinis Sacramentum, in illis quatuor feſtiuitatibus, in quibus ex indulto cap. *Alma*, permittitur celebratio ſolemnis diuinorum officiorum. ibid.28

Digitized by Google

Oſſa.

Oſſa communicati vitandi, ſunt è loco ſacro proiicienda, caſu, quo diſcerni poſſint ab oſſibus aliorum fidelium. 130.6

P

Papa.

PApa poteſt diſpenſare cum aliquo in actibus ex cenſura vetitis. 7.9
Solus Papa poteſt inſtituere Cenſuras. 8.7
Poteſtas ferendi Cenſuras Iure ordinario, conuenit Papæ, Concilio generali, & Cardinalibus. ibid. 10
Papa ligari nequit Cenſura ab homine, aut à iure lata. 21.17
Pontifex incidens in hæreſim: poſſet Concilio compelli per Cenſuras ad comparendum. ibid. 18
Quî poſſit Papa, ſeu Epiſcopus, abſque noua collatione, & expeditione literarum, diſpenſare, vt is, qui abſolutus eſt ab excommunicatione, licitè retineat beneficium, quod ei, tempore excommunicationis, fuit collatum? 139.12
Papa in vniuerſa Eccleſia, etiam contradicentibus Epiſcopis, poteſt abſoluere quemcumque ab omni Cenſura. 203.1
Qui ratione articuli mortis, aut alterius impedimenti legitimi, eſt abſolutus per Epiſcopum, ab excõmunicatione Papæ reſeruata, tenetur poſtea, ceſſante impedimento, ſe præſentare Pontifici. 222.63
Qui à ſententia, ſeu mandato iniuſto Papæ appellaret ad generale Concilium, in Bullæ Cænæ excommunicationem incideret. 276.2
Hac Cenſura feritur qui à mandatis Papæ ad Concilium Prouinciale appellat. ibid. 3
Non feritur hac Cenſura, qui ad præſens Concilium generale, iam legitimè congregatum, à mandatis Papæ appellat. ibid. 4
Qui auxilium, vel fauorem præbet poſt appellationem interpoſitam à ſententia Papæ, vt appellans poſſit tueri appellationem, non incurrit hanc excommunicationem. ibbi. 5
An qui dat conſilium ad appellandum à Papa ad Concilium, hanc Bullæ excommunicationem non incurrit. idid. 6
Incurrunt Cenſuram Bullæ, qui interficiunt, vel mutilant, &c. eos, qui ad Summum Pontificem veniunt, non tanquam ad Papam, vt Papa eſt, ſed tanquam ad Principem temporalem, vt v.g. ab illo officium temporale conſequantur. &c. 310.2
Factio inuadens aliquam Ciuitatem Papæ; non intentione illam à poteſtate eius auferendi; ſed animo opprimendi ſuos aduerſarios ibi exiſtentes, excommunicationem contrahit. 348.3
Onus ſe præſentandi papæ, eſt imponendum ſub iuramento omnibus, excommunicatis prædictis. ibid. 64
Etiam à mulieribus eſt exigendum hoc, comparendi Pontifici, iuramentum. ibid. 65
Huiuſmodi præſentatio, quæ Papæ eſt facienda non eſt ad obtinendam aliam abſolutionem de nouo. ibid. 66
Qui tenetur ſe præſentare Papæ, ſufficit id facere per Procuratorem. ibid. 67

Parochus.

Parochi non habent ordinariam iuriſdictioné, ad ferendas Cenſuras. 10.17
Parochus excommunicatus vitandus, validè poteſt aſſiſtere Matrimoino eius, qui in mortis articulo ducit vxorem, quã vſque ad illum, in concubinam habuerat. 107.17
Parochus excommunicatus vitandus non peccat, aſſiſtens Matrimonij Sacramento, in caſu aſſignato, ibid. 18
Parochus nominatim excommunicatus poteſt dare licentiam alicui Sacerdoti ad conferendum Sacramentum Extremæ Vnctionis. 158.7
Parochus excommunicatus vitandus, poteſt dare licentiam alicui Sacerdoti, vt aſſiſtat Matrimonio. ibid. 8
Parochus excommunicatus vitandus, poteſt validè aſſiſtere Matrimonio. ibid. 9
Parochus poteſt abſoluere ab omni cenſura iuris non reſeruata; ſicuti alij Prælati, ſuprà recenſiti, poſſunt. 211.33
Parochus ſpecialiter interdictus, nequit licitè miniſtrare viaticum infirmo; caſu, quo extarent alij ſimplices Sacerdotes, qui ex Parochi commiſſione poſſent id efficere 403.25
Parochus, ſeu alius Confeſſor Ordinarius nequit abſoluere, iure ordinario, Interdicto generali locali & perſonali. 419.13
Poteſt dictus Parochus, aut alius quilibet Confeſſor ordinarius, abſoluere ab Interdicto perſonali ſpeciali, ſeu particulari, lato ſine reſeruatione, & modò detur ſatisfactio, aut cautio ſatisfaciendi. ibid. 14.

Participare, vide *Communicare*.

Requiruntur quinque conditiones, vt quis, participans in crimine cum excommunicato, peccet mortaliter, & incurrat excommunicationem maiorem. 185.6.
Huiuſmodi excommunicatio lata in participantes in crimine criminoſo, eſt iuris; non hominis. ibid. 7
Huiuſmodi excommunicatio incurritur toties, quoties quis participat cum excommunicato in crimine criminoſo, modò participationes ſint mortaliter diuerſæ. ibid. 8
Etiam excuſatur à mortali non veniali, qui participat cum vitando Excommunicato, in officiis diuinis, priuata communicatione. 18.13

Patriarcha.

Patriachæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi habent, iure Ordinario, ferendi Cenſuras poteſtatem. 8.11
Patriarchæ, ſeu Primates, Archiepiſcopi & Epiſcopi, eorumque Vicarij generales, habentes ſubditos, poſſunt abſoluere, etiam extra proprias Diœceſes. 203.1

Patrimonium.

Fructibus patrimonij, in titulum alicui Clerico, aſſignati, priuatus excommunicatus non priuatur. 148.36

Patronus.

Patronus excommunicatus, licitè nequit ad Eccleſiaſticum beneficium præſentare aliquem. 153.14

Peccatum.

Quodlibet peccatum mortale externum, puniri nequit iuſtè, ac dignè, Cenſura maiori. 61.11
Interdictum perſonale generale, imponi non poteſt, niſi ob peccatum mortale. 387.13
Ob peccatum ſuum veniale; non poteſt quis abſoluta Interdicto puniri. ibid. 14

Pecunia.

Pecunia ex auro, argento, aut ære confecta, prohibetur ad Sacracenos deferri. 298.36
Cenſuram Bullæ Cænæ contraherent, qui inuaderent deferentem pecunias ad Romanam Curiam. 307.9

Digitized by Google

Pedagium, vide *Gabella.*

Penſio, vide *Beneficium; Fructus.*

Collatio penſionis ſpiritualis, quæ fundatur in titulo ſpirituali,& dicitur præſtimonium,facta excommunicato maiori,eſt inualida,ac nulla. 140.15
Collatio penſionis communiter dicta, quæ ſcilicet, vacat morte penſionarij, datur tamen Clericis, ob munus aliquod ſpirituale,vt ob dicendum officium B Mariæ Virginis, facta Excommunicato maiori, nulla eſt & inualida. 141.16
Similiter & collatio penſionis temporalis, facta Excommunicato maiori. ibid.17

Percutere.

Percutiens Petrum Clericum, credens inuincibiliter illum non eſſe Petrum, ſed Ioannem etiam Clericum,Cenſuram excommunicationis incurrit 67.11
Non incideret in Cenſuram ille, qui proiiciens lapidem, quo percuteret Petrum Clericum,fortè caſu, & inculpabiliter percuteret alium Clericum, illac tranſeuntem. ibid.12
Qui percuſſit laicum, exiſtimans eum eſſe Clericum, & quod tonſuram deferret, non incidit in Cenſuram. ibid.13

Peregrinus.

Vexans peregrinos proficiſcentes ad Sepulchrum Domini; vel ad S. Iacobum Compoſtellanum; vel ædem Lauretanam, excommunicationi Bullæ Cœnæ non ſubiacet. 315.7
Peregrinus, qui alium Peregrinum occidit, vel mutilat,&c. hac ligatur Cenſura. 318.17

Pœnitentia.

Pœnitentiæ Sacramentum,bona fide,vel in neceſſitate,aut cum inuincibili ignorantia,ab Excommunicato ſuſceptum, eſt ratum, ac validum. 98.9
Sacramentum Pœnitentiæ receptum ab Excommunicato non eſt validum, etiam quando hic ad illud acceſſit volens priùs à peccatis quàm ab excommunicatione abſolui. 99.10
Sacramentum Pœnitentiæ eſt inualidum, ſi ſuſcipiatur ab excommunicato culpabiliter mortaliter ignorante ſe eſſe excommunicatum, vel quod eſt mortale ſic accedere. ibid.11
Sacramentum Pœnitentiæ collatum ab Excommunicato Parocho non tolerato, extra articulum neceſſitatis,& circa materiam neceſſariam, non eſt validum. 110 8
Sacramentum Pœnitentiæ collatum ab excommunicato tolerato extra articulum neceſſitatis, eſt validum, ac ratum. 111.13
Interdictum non priuat Sacramento Pœnitentiæ. 400.8
Excommunicati omnes, poſſunt, etiam extra articulum mortis,admitti ad Pœnitentiæ Sacramentum, tempore Interdicti, præter illos,&c. 401.9
Etiam in Eccleſia ſpecialiter interdicta, poteſt Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrari. ibid.11
Tempore Interdicti localis generalis, poteſt Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrari in loco Interdicto. ibid.10.
Confeſſor poteſt, tempore Interdicti localis, validè, ac licitè, Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtrare. ibid.12
Confeſſor perſonaliter interdictus, per Interdictum generale perſonale, poteſt etiam licitè Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare. ibid.13
Si non licitè. validè tamen, miniſtrat hoc Sacramentum Pœnitentiæ Confeſſor ſpecialiter;& culpabiliter interdictus. 401.15
Pœnitentiæ Sacramentum, collatum pœnitenti perſonaliter interdicto, per generale Interdictum,ſine propria culpa contracto, validum eſt, & licitum ibid.16
Validum eſt hoc Sacramentum, collatum pœnitenti interdicto, per Interdictum particulare,& ſpeciale, ſua culpa contracto, caſu ſolùm, &c. ibid.17
Qui ligatus Interdicto perſonali particulari, verè pœnitens moritur, ipſo facto non liberatur Interdicto. 418.7

Pontifex, vide, *Papa.*

Populus.

Interdicto Populo, aut Communitate; manent interdicti illi, qui de nouo, poſt tale Interdictum, fiunt partes illius populi, aut Communitatis. 381 24.
Interdicto Populo; manent etiam interdictæ perſonæ primariæ, & inſignes ipſius populi; vt ſunt Nobiles, Duces, Marchiones, & ſimiles,quamuis non ſint ſpecialiter nominatæ. 381.30
Interdicto populo; non cenſetur interdictus Clerus; & è contra. 381.27
Interdicto Populo; ſunt interdicti, qui habitant in ſuburbiis; & continentibus ædificiis. 381.31

Poſtulatio.

Poſtulatio ſolemnis facta ab excommunicato vitandos eſt nulla & inualida. 156.27
Poſtulatio ſimplex facta ab Excommunicato vitando, eſt inualida ác rata. 157.28

Prælatus.

Prælati Religionum, vt Generales, Prouinciales,Abbates, Miniſtri, Priores,Guardiani, & alij,habent iuriſdictionem ordinariam ferendi Cenſuras. 9.15
Prælatus publicè, & nominatim excommunicatus, aut notorius Clerici percuſſor, aut ab officio, ſeu iuriſdictione ſuſpenſus, nequit validè Cenſuras ferre. 14.33
Prælatus vel iudex occultè excommunicatus, aut impeditus, poteſt validè, licèt non licitè, Cenſuras ferre. 15.37
Prælatus, ſeu Iudex, qui poteſtatem habet ferendi Cenſuras, non poteſt illas ferre contra eum qui anteà legitimè appellauerat; aut recuſationem fecerat. ibid.39
Prælatus nequit in ſe ipſum Cenſuras ferre. ibid.40
Poteſt Prælatus ferre Cenſuram in propriam defenſionem,ad vitandam iniuriam & violentiam,quam ſubditus illi irrogare vult. 16.42
Poteſt item Prælatus ferre Cenſuram in cauſa propria quando hæc eſt tam manifeſta, & publica,vt negari nequeat. ibid.43
Si Prælatus ferat legem, excommunicationem latæ ſententiæ continentem,vt nemo de Collegio exeat, aut quidpiam aliud agat, incurrunt excommunicationem quicunque, etiamſi omnes, illam legem violent. 23.18
Prælati Regulares tenentur ex vi iuris, cenſuras ferre in ſcriptis,in quo contineatur cauſa, &c. 48.15
Prælati Regulares poſſunt licitè ſaltim ex vi conſuetudinis, ferre cenſuras ſolo verbo, ſine ſcriptura. &c. ibid.16
Quomodo ex vi priuilegij, poſſint Prælati Regulares abſque pœna peccati, & ſuſpenſionis, ferre Cenſuras,verbo tenus, ſine expreſſione cauſæ,&c. 49.17
Prælatus, qui in ferendis Cenſuris non ſeruat formam *in d. cap. Cum medicinalis*, præſcriptam, manet

Digitized by Google

manet eo ipſo priuatus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ,& diuinis Officiis in ea celebrandis. 51.23
Prælatus, qui ob non ſeruatam formam præſcriptam in dicto textu, in ſuſpenſionem incidit, per menſem, tranſacto illo, abſque alia relaxatione, tollitur ſuſpenſio. ibid.27
Prælatus, ſi ob non ſeruatam dictam formam iuris, ſuſpenſus, durante menſe, celebraret in Eccleſia, aut alia diuina Officia exequeretur, eo ipſo maneret irregularis. ibid 25
Prælatus excommunicatus vitandus poteſt extra neceſſitatis caſum alteri ſuas vices ad abſoluendum commitere. 111.9
Qui communicatus eſt ad inſtantiam partis ab vno Prælato; nequit conſentiente parte,abſolui validè ab alio Prælato. 210.16
Si prælatus negat licentiam Religioſo, ſubiiciendi ſe Epiſcopo; non poſſet tunc hic, eum à reſeruatis abſoluere. Sed limita. 224.71
Prælati Regulares poſſunt abſoluere ſuos ſubditos, ab omnibus caſibus occultis, etiam Bullæ Cœnæ, Papæ reſeruatis, vigore decreti Trident *ſeſſ.24.c.6.* ibid.72
Non ſolùm vigore Tridentini decreti,ſed etiam aliorum priuilegiorum, poſſunt Prælati Regulares abſoluere ſuos ſubditos à recenſitis caſibus occultis Pontifici reſeruatis. 225.73
Probabile eſt quod Prælati Regulares poſſint abſoluere ſuos ſubditos ab hæreſi occulta, tàm vigore Concilij Tridentini,quàm priuilegij Pij V. 226.74
Etiam virtute aliorum priuilegiorum,poſſunt Prælati Regulares abſoluere ab hæreſi occulta, non ſolùm ſuos Religioſos ſubditos, verùm etiam ſæculares, ad eos, cauſa abſolutionis, recurrentes: modò eorum priuilegia non ſint reuocata 227.75
Præfata priuilegia Prælatorum à Tridentino, Pio V. & ab aliis Pontificibus,pro abſolutione à peccatis, & Cenſuris Papæ reſeruatis,Regularibus conceſſa; non ſunt reuocata,pro promulgatione annua Bullæ Cœnæ ibid 76
Nec ſunt iam reuocata per decretum Vrb. VIII. latum *die* 17. *Nouembris anno* 1618. 229.77
Præfata Regularium Prælatorum priuilegia, ſunt ſaltem quoad abſolutionem ab hæreſi, reuocata, ſeu ſuſpenſa, per aliquod priuilegium ſanctæ Inquiſitionis Hiſpanienſis Tribunali conceſſum. ibid 79
Sicuti Prælati Religionum, poſſunt poteſtate ordinaria,ferre Interdictum perſonale in ſibi ſubditos: non verò poſſunt ferre Interdictum locale in ſuas Eccleſias,& loca. 385.3
Prælati non poſſunt ponere Interdictum locale, extra ſuam Prouinciam, Diœceſim, aut Territorium. ibid.4
Poſſunt Prælati interdicere ſuos ſubditos exiſtentes in aliena Prouincia, Diœceſi, aut Territorio. 386.5

Præſentare, Præſentatio.

Præſentatio ad beneficium Eccleſiæ, à Patrono Clerico excommunicato vitando facta non eſt valida. 153.15
Præſentatio ad Beneficium facta à Patrono laico excommunicato vitando,valida ac rata. ibid.16
Præſentatio huiuſmodi à Patrono laico excommunicato vitando facta, non eſt ita valida, vt teneatur Epiſcopus eam admittere, ſi perſona præſentata digna ſit. 154.17
Si patronus laicus excommunicatus vitandus, in mora ſit præſentandi; poteſt Epiſcopus tunc, alteri, cui voluerit, collationem beneficij facere. ibid.18
Caſu, quo Patronus laicus ſit excommunicatus toleratus non poteſt obligare Epiſcopum,vt acceptet præſentationem ab eo factam. ibid.19
Caſu,quo Epiſcopus acceptet præſentationem factam à Clerico excommunicato vitando, valida eſt, ac rata collatio, & inſtitutio beneficij. 155.20
Quale cenſeatur tempus commodum, intra quod reus abſolutus ſe præſentare debeat, ne in Cenſuram reincidat. 223.68
Hoc onus ſe præſentandi, non eſt iniungendum reo, quando abſoluitur virtute Bullæ, aut Iubilæi, vel alterius priuilegij concedentis abſolutionem à reſeruatis. ibid.69

Princeps.

Princeps, ſeu Gubernator, qui pœnis appoſitis prohibet, ne quis extrahat à ſua ditione triticum, vinum, & huiuſmodi, ad portanda ea ad Rom. Curiam vt ſuæ Prouinciæ conſulat,non incidit in Cenſuram Bullæ Cœnæ. 307 5
Quando liceat Principi detinere victualia, quæ ex alieno territorio ad Rom. Curiam aduehuntur, ſi per ſuum territorium tranſeant; vt ea in ſuorum ſubditorum vſum impendat. ibid.6
Peſte graſſante Romæ, vbi nunc eſt Curia, poſſet Princeps, aut Gubernator prohibere ſuis, ne tali tempore, & occaſione deferrent victualia ad Curiam. 309.17

Procurator.

Excommunicatus vitandus nequit in Iudicio licitè officium Procuratoris gerere. 166.18
In caſu neceſſitatis, poteſt excommunicatus exercere officium Procuratoris pro reo. ibid.19
Licitè nequit excommunicatus gerere officium Procuratoris pro ſocio,& litis conſorte. ibid.20
Peccat mortaliter Excommunicatus vitandus, munus Procuratoris exercendo. ibid.21
Excommunicatus non vitandus ſeu toleratus, peccat mortaliter, officium Procuratoris agendo. 167.22.
Acta à Procuratore excommunicato tam tolerato, quàm non tolerato,facta ſunt valida,& rata. ibid.32
Qui Excommunicatus eſt, licitè nequit in Procuratorem conſtitui. ibid.24
Quamquam illicita conſtitutio Procuratoris excommunicati,eſt tamen inualida; itavt ex vi illius,talis perſona, reuera accipiat poteſtatem, ac maneat Procurator conſtitutus. ibid.25

Puer.

Pueri impuberes, ratione tamen vtentes, ſunt capaces ligari cenſuris tam à iure, quàm ab homine latis. 20.11
Non vult Eccleſia ligare pueros impuberes, Cenſuris à ſe latis. ibid.12

Pupillus.

Pupillus poteſt communicare cum ſuo Tutore excommunicato vitando. 194.35

Pyrata.

Quidnam per Pyratas, Curſarios, & latrones maritimos, intelligat Pontifex. 277.2
Omnes,qui mari prædantur, ſi non percurrant mare, intentione ſpeciali furandi, ſed ob alium finem licitum; hanc excommunicationem non contrahunt. ibid.3
Qui animo deprædandi vnam tantum nationem, non omnes indifferenter, percurrunt mare, hanc

hanc excommunicationem incurrunt. ibid.4

Qui titulo belli ſpoliant in mari ſuos inimicos, non incurrunt hanc Cenſuram. ibid.5

Qui in ſolis fluminibus, animo principali prædandi, rapinam exercent, non incidunt in hanc excommunicationem. ibid.6

Inciderent, qui in fluminibus propè mare diſcurrerent, animo deprædandi nauigantes in mari, & deinde regredendi ad flumina. 278.7

Item inciderent in eandem excommunicationem, qui diſcurrentes mare, in fluminibus deprædarentur. ibid.8

Pyratæ nauigantes, ſi, deſcendentes in terram, prædentur homines in illa degentes, hanc excommunicationem non incurrunt. ibid.9

Pyrata Chriſtianus, qui alium Chriſtianum Pyratam in mari ſpoliat, vterque hanc excommunicationem incurrit. ibid.10

Pyratæ, qui non Chriſtianos, ſed ſolùm Turcas, Iudæos, vel alios Infideles in mari ſpoliant, hanc Cenſuram non incurrunt. ibid.11

Pyratæ, in quouis mari, etiam extra loca ad dominium Papæ pertinentia, prædantes, hanc excommunicationem non incurrunt. Sed ſolùm diſcurrentes mare, &c. ibid.12

In hanc excommunicationem incidunt Pyratæ, ſtatim ac Mare incipiunt diſcurrere animo prædandi, etiamſi reipſa non ſequatur prædatio. 279.13

Nautæ, vel Remiges Chriſtiani, qui in Nauibus Infidelium Pyratarum verſantur in mare, non ſunt excommunicati per hanc clauſulam Bullæ. ib.15

R

Rapere.

RApientes è naui pereunte non ex tempeſtate, ſed ex vetuſtate, vel ex imperitia naucleri aut aliàs, bona Chriſtianorum, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt. 279.2

Incurrunt eandem excommunicationem, qui bona Chriſtianorum, ex naui ab hoſtibus, bombardis confracta, aut igne cremata, rapiunt. 280.3

Incurrunt hanc Bullæ Cenſuram, qui Iudæorum, Turcarum, & aliorum Infidelium, qui naufragium ſubiere, bona rapiunt. ibid.5

Non ſunt hac Cenſura ligati, qui rapiunt bona hæreticorum naufragantium. ibid.7

Non incurrunt hanc Bullæ Cenſuram, qui bona latronum maritimorum, & Pyratarum naufragantium rapiunt. ibid 8

Rapientes bona proiecta è Nauibus ad eas alleuandas, ſunt hac Cenſura comprehenſi. 281 9

Qui bona naufragantium, quæ diù in littore maris iacuerunt, rapiunt, hanc Bullæ Cenſuram non contrahunt. ibid.11

Si quis bona naufragantium, iam ex mari extracta, & in terra expoſita, atque in domo alicuius conſeruata, ſibi ſurriperet, in excommunicationem huius Canonis non incideret. ibid.14

Bullæ excommunicatio extenditur ad eos, qui fauent, aut adiuuant Raptores bonorum Naufragantium. 283.22

Recipere, Receptator.

Recipiens neceſſitatis cauſa hæreticum; aut ignorans probabiliter eum eſſe talem, excommunicationem non incurrit. 256.15

Qui ſemel, aut bis, non ſæpius, hæreticum recipit, in excommunicationem hanc incidit. ibid.16

Quacumque ratione, quis hæreticum in ſuam domum recipiat, non eſt excommunicatione ligatus. ibidem 17

Non eſt Receptator hæretici, vt hæretici, qui hæreticum amicum, vel conſanguineum receptat, ne in Inquiſitoris manus deueniat; non quia hæreticus eſt, aut ratione hæreſis, ſed quia eſt amicus, aut conſanguineus. ibid 18

Qui Patrem, Matrem, vxorem, filium, aut fratrem, hæreticum recipit, aut defendit, ne in manus Inquiſitorum deueniat, incidit in hanc excommunicationis pœnam. 257.19

Qui hæreticum recipit, aut fauet, metu mortis excommunicationem, & pœnas iuris non incurrit. ibid.20

Vt hæc excommunicatio à Receptatore incurratur, non eſt neceſſe, vt hæreticus ab illo receptatus, ſit denunciatus de excommunicatione, ob hæreſim incurſa. 258.22

Recitare.

Non licet excommunicato, priuatè officium B. Virginis, vel defunctorum, aut aliud officium priuatum cum alio recitare. 117.7

Non peccat mortaliter, ſed venialiter excommunicatus, Officium diuinum, cum ſocio, vt priuata perſona, recitando. ibid.8

Excuſatur à culpa veniali, ille, qui antequam excommunicationem incurreret, ratione ſui muneris ſolitus erat recitare Officium cum alio, verbi gratia Canonicus cum ſuo Capellano, vel famulo. ibidem 9.

Non eſt licitum excommunicatis, quando recitant Officium diuinum, dicere *Dominus vobiſcum* 218,13

Sacerdos, aut Diaconus excommunicatus, pronuncians in recitatione Officij, *Dominus vobiſcum*, non peccat mortaliter, ſed venialiter, & non incurrit irregularitatem. 119.14

Redimere.

Non incurrunt cenſuram, qui pro Redimendis Captiuis, deferunt Saracenis arma, equos, ferrum, & alia prohibita, eo quod redimentes, nequeant commodè aliis rebus non prohibitis captiuos Redimere; præſertim ſi tempore pacis. 294.18

Regularis, vide *Religioſus*.

Regulares poſſunt nunc abſoluere ſæculares, à caſibus Epiſcopo reſeruatis. 232.79

Nequit Epiſcopus interdicere Eccleſias Regularium, Interdicto ſpeciali locali, ſicut poteſt Interdicto generali. 378.11

Religioſus.

Religioſus, qui non eſt Clericus, non eſt capax iure ordinario ferendi Cenſuras. 11.21

Religioſi poſſunt communicare cum ſuis Prælatis excommunicatis vitandis. 196.43

Si quis excommunicatus per ſententiam generalem ab aliquo Iudice, ingrediatur Religionem; poteſt abſolui à Prælato Religionis, ex vi iuris communis, ſecluſóque omni priuilegio Religionis. 210.28

Excommunicatus, per ſententiam particularem à ſuo Iudice, ingrediens Religionem nequit abſolui à Superiori dictæ Religionis, ſecluſo priuilegio; ſed à dicto Iudice. ibid.29

Ex vi priuilegij ſpecialis Religionis, poſſunt Prælati illius abſoluere excommunicatum, ab excommunicatione ab homine per ſententiam particularem lata, & contracta ante ingreſſum Religionis; dummodo ſatisfacta ſit pars. 211.30

Epiſcopus poteſt abſoluere Religioſos, (vel Religioſas) exemptos, ab omnibus caſibus reſeruatis, qui conceduntur in Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*6. Epiſcopis, erga ſubditos ſuos: modò Religioſi ſe ſubiiciant de licentia prælatorum ſuorum. 223.70

Offendens

Digitized by Google

Offendens Clericum, vel Religioſum, Romam, deuotionis cauſa euntem, ſine licentia tamen ſui Superioris; excommunicationem huius Canonis incurrit. 316.10
Interdicta ciuitate, per Interdictum locale generale; intelliguntur etiam interdictæ Religioſorum exemptorum Eccleſiæ. 378.10
Interdicto Clero; non cenſentur abſolutè interdicti Religioſi, ac Religioſæ. 381.25
Si Cenſura Interdicti feratur ſub nomine Perſonarum Eccleſiaſticarum; comprehenduntur Religioſi. ibid.26
Nec Clericis, nec Religioſis poteſt dari Extrema Vnctio, tempore Interdicti. 405.37
Religioſi, & Moniales non ſeruantes Interdictum, ſcientes illud ſeruari à Matrice Eccleſia, aut à Parochia loci, vbi degunt; excommunicationem, ipſo facto incurrunt. 416.20
Religioſi non incurrunt hanc Cenſuram, ſi non ſeruent Interdictum, quod non omnes Parochiales Eccleſiæ, ſed aliquæ ſolùm ſeruant. ibid.21

Reſalutare.

Non eſt licitum fidelibus, reſalutare excommunicatum vitandum, abſque verbis, v.g. aperiendo caput; ei aſſurgendo; dando ei locum in ſedili; vel ſimilia ſigna præbendo in ſignum vrbanitatis. 177.17
Non eſt licitum, reſalutare excommunicatum, ſalutantem prius, verbis etiam honorificis. ibid.18
Nec eſt licitum, caput excommunicatis detegere, eis aſſurgere, &c. ſi hæc ſigna non fiant, animo eis honorem præſtandi, ſed ſolùm ad euitandum ſcandalum, vel ob vrbanitatis indicia. ibid.19
Non ex vi iuris, ſed conſuetudinis licitum eſt aperire caput, Prætori, Iudici, aut Magnati, excommunicato vitando. ibid.20

Reſcribere.

Non eſt licitum reſcribere excommunicato vitando. 175.10

Reſcriptum.

Reſcripta quæcunque, à Pontifice, per Excommunicatum maiorem, impetrata; ſunt inualida, & nihil ei proſunt. 201.1
Reſcripta Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Papa inferiorum, obtenta per excommunicatum, non ſunt inualida. ibid.2
Sunt valida Reſcripta, priuilegia, ſeu gratiæ, impetrata à ſupremo Principe ſæculari per Excommunicatum. 201.3
Si excommunicatus eſt omnino occultus, reſcriptum, per eum impetratum à Papa, eſt nullum. ibid.4
Clauſula abſolutionis, quæ in reſcriptis Apoſtolicis præmittitur ad valorem eorum, eſt adeò vniuerſalis, vt per illam impetrantes ab omnibus Cenſuris, etiam reſeruatis abſoluantur. ibid.5
Reſcriptum Pontificis impetratum ab Excommunicato in fauorem tertiæ perſonæ eſt etiam nullum. ibid.6

Reſeruata.

Epiſcopus poteſt abſoluere eum, qui in vno loco commiſit delictum publicum, & notorium, Papæ reſeruatum; ſed poſtea ſe tranſtulit ad alium locum, vbi eſt occultum, & ibi abſolutionem à tali delicto petit. 220.57
Epiſcopus poteſt iure ordinario abſoluere ab excommunicatione publica, etiam reſeruata Papæ, quando excommunicatus eſt impeditus recurrere ad Papam. ibid.58
Plurima ſunt impedimenta legitima, propter quæ nequit quis Papam adire; & conſequenter, poteſt Epiſcopus, illis interuenientibus, abſoluere à cenſura publica Papæ reſeruata. ibid.59
Virtute Bullæ Cruciatæ, poteſt quis abſolui ab omnibus caſibus, & excommunicationibus Epiſcopis reſeruatis; totieſque, & quoties indiguerit. 233.80
Virtute Bullæ Cruciatæ, poteſt quis abſolui his, nempe ſemel in vita, & iterum in articulo mortis, ab excommunicatione reſeruata Papæ, etiam in Bulla Cœnæ. ibid.81
Vigore Bullæ, poteſt pœnitens abſolui ab vnoquoque caſu, Pontifici reſeruato, quouſque abſoluatur ab omnibus, ab vnoquoque tamen ſemel, intra publicationis annum 234.82
Virtute Bullarum præteritarum, nequit etiam quis abſolui ſemel, à caſibus Papalibus; ſi Bullis illis, in ordine ad hunc effectum, non ſit vſus; quamquam oppoſitum ſit probabile. 235.83
Confeſſarius poteſt abſoluere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam, à caſibus Pontifici reſeruatis, non ſolùm ſemel, ſed toties, quoties, dummodo ſint occulti. ibid.84

Reſignatio, vide *Beneficium*.

Reſignatio beneficij ſimpliciter facta ab excommunicato quolibet, in manibus Prælati, à quo confertur beneficium; eſt valida. 156.23
Reſignatio beneficij ab excommunicato vitando facta, in fauorem tertiæ perſonæ, hoc eſt, ſub conditione, vt conferatur perſonæ à ſe aſſignatæ non eſt valida. ibid 24
Non eſt inualida beneficij reſignatio in fauorem tertiæ perſonæ, ſi fiat ab excommunicato occulto, & non vitando. ibid 25

Reſpublica Chriſtiana.

Qui certiores facit Infideles & Hæreticos de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ in Chriſtianorum perniciem, hanc Bullæ Cenſuram contrahunt. 299.44
Qui vi tormentorum reuelat infidelibus res ad ſtatum Reipublicæ concernentes, non incidit in hanc cenſuram. 301.51

Reſtituere.

Excommunicatus, ignorans inuincibiliter ſuam excommunicationem, ſi fructus percipiat, tenetur poſteà certior ſuæ excommunicationis factus, fructus perceptos reſtituere. 147.34
Excuſatur ab excommunicatione, qui bona Naufragantium accipit, animo reſtituendi ea veris dominis. 281.17

Retinere.

Qui iniuſtè bona Naufragantium accipit, & etiam iniuſtè retinet, incurrit vnicam excommunicationem. 282.21

Reus.

Monitio aliqua facta in domo, quando peruenit ſufficienter ad notitiam ipſius Rei; tunc etiam reliquæ monitiones poſſunt fieri in eius domo. 41.19
Quando Cenſuræ feruntur contra reos incognitos, ſatis eſt, quod monitiones fiant in Eccleſia, aut in alio loco publico coram populo ibid.21
Exemplum ſcripturæ cenſuræ, quod reo tradendum eſt, debet eſſe integrum. 47.11
Reus ſtatim ac Cenſuram latam incurrit, ſpiritualium rerum vſu priuatur, ante Iudicis ſententiam. 75.2
Reus cenſura, non publica, ſed occulta, innodatus, etiam manet priuatus vſu ſpiritualium rerum 76.4

Digitized by Google

Reus Cenſura conſtrictus, vbique manet priuatus vſu ſpiritualium rerum. ibid. 5

Reus abolutus ab inferiori, (ob aliquod impedimentum) à Cenſura reſeruata Papæ, ad reincidentiam; ſi ante terminum reincidentiæ ſatisfaciat parti, non tenetur adhuc ſe præſentare Papæ. 81.29

Reus excommunicatus non poteſt eſſe Reactor, aut Reconuentor ſui Auctoris, in iudicio 162.4

Reus excommunicatus vitandus poteſt ad Iudicium cogi, & vocari. 163.8

Reus excommunicatus vitandus, in ius vocatus, poteſt validè, non per ſeipſum, ſed per Procuratorem à ſe conſtitutum, reſpondere. ibid.9

Huiuſmodi reus excommunicatus, non ſolùm poteſt, verùm etiam tenetur, reſpondere in iudicio per ſuũ Procuratorem; ita vt nequeat per ſeipſum reſpondere, etiam caſu quo inueniat idoneum Procuratorem. ibid.10

Reus excommunicatus poteſt in Iudicio ad ſuam defenſionem, ante abſolutionem admitti; caſu, quo, ſi velit, poteſt illam obtinere. 164.11

Reus excommunicatus, ſi voluntarius ſit, non debet audiri in Iudicio. ibid 12

Si Reus, ita impeditus, non poſſit adire Pontificem, poſſit tamen adire legatum, aut ad alium habentem priuilegium ad abſoluendum à Cenſura reſeruata; tunc nequit abſolui ab Epiſcopo. 211.61

Si Reus, non poſſit recurrere ad legatum, nec ad Epiſcopum, nequit tunc abſolui è Parocho, aut ab alio legitimo Confeſſore, à præfatis caſibus publicis Papæ reſeruatis. ibid.62

Rex.

Reges poſſunt à Summis Pontificibus Cenſuris ligari, ac puniri. 21.19

Stando in iure diuino, & etiam in iure communi antiquo, poſſunt Imperatores, & Reges ligari Cenſuris, latis non ſolum à Papa, ſed etiam ab Epiſcopis. ibid.29

Etiam ſtando in iure nouo, aut minus antiquo poſſunt Imperatores, & Reges à ſuis Epiſcopis puniri Cenſuris. Ibid.21

Ex priuilegio particulari, ſunt Reges & Imperatores exempti à iuriſdictione Epiſcoporum; ita vt non poſſint Epiſcopi eos, auctoritate propria, Cenſuris obſtringere. 22.22

Auguſtiſſimus noſter Hiſpaniarum Rex, & eius Magiſtratus, ac Conſiliarij, gaudēt præfato priuilegio Pontificis in cauſis prohibendæ violentiæ, iniuriæ, ſeu damni; ita vt virtute illius, licitè auocent cauſas à Iudicibus Eccleſiaſticis. 328.13

Reges, ſeu Principes, non contrahunt Cenſuram Canonis Cœnæ, proceſſando, aut faciendo aliam actionem in eo expreſſam, contra Eccleſiaſticos. 347.2

Cenſuræ Bullæ Cœnæ non ſubiacet Rex Hiſpaniarum, exercens ſupremam iuriſdictionem in Sicilia & Sardinia. 349.8

Roma, vide *Romipeta*, *Sedes Apoſtolica*, *Victualia.*

Qui propter aliquod ex ibi præcenſitis impedimentis, non poteſt Romam adire, non tenetur mittere Procuratorem, aut Epiſtolam, pro abſolutione à caſibus publicis Papæ reſeruatis. 221 60

Incurrunt hanc pœnam, qui mutilant, aut ſpoliant, &c. venientes Romam, deuotionis, aut ſtationis, & Indulgentiarum cauſa. 310.3

Qui interficit, vel mutilat, &c. quemcumque Romam venientem, Cenſura decimi Canonis non feritur. 314.2

Incurrit Cenſuram huius Canonis, qui, aliqua ex prohibitis actionibus, vexaret illum, qui Romam venit, principaliter, cauſa deuotionis, & minus principaliter, ad emendum aliquid, vel quid ſimile peragendum. 315.3

Non verò incurreret hanc Cenſuram, qui interficeret vel mutilaret, &c. illum, qui principaliter ob beneficium, vel abſolutionem à Cenſuris, vel diſpenſationẽ obtinendam, vel ob aliud negotium tractandum, Romam veniret: ſed ſecundariò dum in Vrbe exiſteret, vellet Eccleſias viſitare. &c. ibid.4

Occidens, vel mutilans, &c, Peregrinantem ad Vrbem deuotionis cauſa incurrit hanc Cenſuram, ſi in Vrbe non exiſtat Papa, ſeu Romana Curia. ibid. 5

Non incurrit excommunicationem huius Canonis qui offendit, vna ex præfatis actionibus, Romanum Ciuem ſacra Vrbis loca viſitantem. ibid.6

Offendens Clericum, vel Religioſum, Romam, deuotionis cauſa euntem, ſine licentia tamen ſui Superioris; excommunicationem huius Canonis incurrit. 316.10

Offendens Paganum, Iudæum, hæreticum, aut alia via excommunicatum accedentem ad Vrbem cauſa conuerſionis, abſolutionis, aut deuotionis, incidit in hanc Cenſuram. ibid. 11

Qui Romam, cauſa deuotionis venit, ſed ibi, mutato propoſito nulla pia opera, aut deuotionis exercuit, non fruitur priuilegio huius Canonis, dum ad ſuos reuertitur. 317.13

Gaudēt priuilegio huius Canonis Peregrini, qui dum veniunt ad Vrbem deuotionis gratia diuertunt ad viſendum amicum, aut aliquid agendum, &c. ibid.14

Romipeta.

Offendens Romipetam volentem ſolùm viſitare Eccleſias extra mœnia Vrbis exiſtentes; vt S. Laurentij extra muros, S. Sebaſtiani, S. Pauli, &c. vinculo huius excommunicationis ligatur. 316.8

Occidens, aut mutilans, aut aliis actionibus prohibitis vexans Romipetas, ſeu Peregrinos, dum in Vrbe verſantur deuotè viſitando Eccleſias, venerando Reliquias, &c. hanc excommunionem incurrit; 317.12

Per hunc Canonem non eſt excommunicatus ille qui Romipetas, etiam iniuſtè, verberat, aut percutit ſine vulnere. ibid.15

Si quis Rompetam occideret, vel mutilaret, aut vulneraret, &c. non ex propoſitò, ſed ex ſubito iræ motu, aut alia paſſione inſurgente, incidit in hanc Cenſuram. 318.16

S

Sacerdos.

SAcerdos excõmunicatus vitandus, poteſt caſu, quo ſit morti vicinus, & non habeat alium, cui poſſit confiteri, licitè miniſtrare ſibi Euchariſtiam, ſiue celebrando Miſſam, ſiue ſumendo formam ex præconſecratis. 103.5

Si quis Sacerdos ſit excommunicatus propter hæreſim poteſt licitè adminiſtrare pœnitentiam exiſtenti in articulo mortis. 105.11

Præſente Sacerdote ſimplici non excommunicato, poſſet licitè Sacerdos excommunicatus vitandus, abſoluere pœnitentem in articulo mortis. ibid.12

Sacerdos excommunicatus, faciens coram ſe celebrare, incurrit irregularitatem. 123.35

Sacerdos non excommunicatus celebrans ſcienter coram excommunicato vitando, ſolum peccat mortaliter, & incurrit minorem excommunicationem, non verò irregularitatem. 127.43

Non ſolum Parochi, ſed etiam omnes alij Sacerdotes, habentes quocumque modo, facultatem abſoluẽdi à peccatis mortalibus; poſſunt etiam abſoluere ab omni excommunicatione, & alia quauis Cenſura iuris, non reſeruata. 212.34

Digitized by Google

Manet ſuſpenſus Sacerdos, qui, etiam intuitu cuiuſvis priuilegii, aut conſuetudinis, ſponſis benedicit, aut matrimonio coniungit ſine proprij illorum Parochi licentia. 370.19
Sacerdos matrimonio aſſiſtens, manet ſuſpēſus ab officio ſacerdotali, & à beneficio. ibid 19
Sacerdos, qui ſine graui cauſa, Miſſam incompletam omitteret, ipſo iure, & facto, ſuſpenditur à corpore, & ſanguine Chriſti. ibid. 21
Sacerdotes non celebrantes; & alij Clerici, qui tempore Interdicti, Miſſæ, & aliis officiis diuinis aſſiſtere poſſunt, poſſunt Euchariſtiam ſumere, more laicorum communicando 396.36
Omni Sacerdoti non interdicto eſt licitum, miniſtrare Euchariſtiam vt viaticum, conſtitutis in articulo, ſeu periculo mortis. 403.25
Sacerdoti perſonaliter, & ſpecialiter interdicto, directè, vel indirectè, non eſt licita adminiſtratio Euchariſtiæ exiſtentibus in articulo mortis. ibidem. 24
Sacerdote celebrante intra Eccleſiam nequit Subdiaconus, aut Diaconus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, exiſtens extra Eccleſiam, canere Epiſtolam, vel Euangelium. 409.3
Neque è contra, Sacerdote extra Eccleſiam celebrante, poteſt Subdiaconus, vel Diaconus interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, canere Epiſtolam, aut Euangelium intra Eccleſiam, abſque violatione interdicti, & incurſione irregularitatis. ibid 4
Peccaret mortal. Sacerdos, qui tempore Interdicti, publicè caneret in Officio Orationem, præmiſſo, *Dominus vobiſcum*. 413.4

Sacramenta.

Sacramenta Confirmationis. Euchariſtiæ, Ordinis, Matrimonij, & Vnctionis Extremæ, recepta ab Excommunicato, ſunt valida. 67 6
Caſu, quo moribundus non poſſit Sacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ recipere; poteſt tunc paſtor excommunicatus vitandus, Sacramentum Extremæ Vnctionis, licitè dicto moribundo tribuere 170 15
Sacramentum Confirmationis collatum ab Epiſcopo excommunicato vitando, extra caſum neceſſitatis, eſt validum, 109.3
Sacramentum Euchariſtiæ eſt ratum ſi extra caſum neceſſitatis, conficiatur ab excommunicato vitando. ibid.4
Sacramentum Ordinis eſt validum, ſi conferatur ab Epiſcopo excommunicato, hæretico, aut alio quocumque modo, præciſo ab Eccleſia, extra caſum neceſſitatis. ibid.5
Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Euchariſtiæ, Matrimonij, & Vnctionis extremæ, collata ab excommunicato tolerato, (hoc eſt, non nominatim denunciato, nec publico percuſſore Clerici) etiam extra caſum neceſſitatis, ſunt valida, ac rata. 111.12
Non eſt licitum, Sacramenta ab excommunicato tolerato petere, caſu quo ſit alius Miniſter non excommunicatus à quo, æquè vtiliter recipi poſſint. 114.19
Nec licitum eſt, aliquando petere Sacramenta ab excommunicato non tolerato, ſeu vitando. ibid.20
Qui Sacramenta excommunicatis non toleratis largiuntur, incurrunt interdictum ab Eccleſiæ ingreſſu 115.23
Sacramenta collata ab Excommunicato vitando, ſeu non tolerato ab Eccleſia, ſunt valida. 108.1
Violare Interdictum quodcumque, tam perſonale, quàm locale, in materia Sacramentorum, eſt culpa mortalis. 414.10
Interdictus ab Eccleſia, nequit intra illam Sacramenta recipere. 411.9

Salutare,

Per verbum *Vale*, prohibitum eſt fidelibus, ſalutare excommunicatum, verbis honorificis, Hiſpanè, *Tenga vm buenos dias*; *Veſo a vm ſu mano*, &c. 176.15
Licitum eſt ſalutare Excommunicatum, verbis deprecatoriis, veluti dicendo: *Deus te illuminet*, vel, *Deus te conuertat*. ibid. 16
Si quis admoneat excommunicationem per epiſtolā, poteſt in principio eius, ponere ſolitam ſalutationem. 182 6
Vide verb. *reſalutare*. 25

Saracenus, vide, *Infidelis*, *Turca*.

In hanc excommunicationem non incidunt, qui in terras Saracenorum euntes, deferunt arma ad ſui tuitionem. 291.5
Incideret in hanc excommunicationem, qui permutaret arma cum Saracenis, vel recipendo ab ipſis arma alterius generis, vt gladium pro arcu; vel eiuſdem generis, vt equum pro equo, &c. 292.7
Incidunt, qui euntes ad terras Saracenorum, extulerunt arma ſibi neceſſaria, ſed poſtea exiſtentes inter illos, ea vendiderunt, lucrandi gratia, aut donarunt. 192.6
Qui opem ferunt Saracenis, pugnando cum illis contra alios Chriſtianos, ſunt hac excommunicatione obſtricti. 301.56
Qui pecunias, & alias merces interdictas deferunt ad Saracenos, pro redimendis Captiuis, non incurrunt hanc excommunicationem. 294 17
Non incurrunt, qui pro redimendis Captiuis deferunt Saracenis arma, equos, ferrum, & alia prohibita, eo quod redimentes, nequeant commodè aliis rebus non prohibitis captiuos redimere; præſertim ſi tempore pacis. 294.18
Incideret in hanc Cenſuram, qui magnam horum paruorum gladiorum vim ad Saracenos deferret. 296.22
Contraheret hanc Cenſuram, qui ſecures, falces, raſtra, perticas, & alia inſtrumenta neceſſaria ad colendos agros, & vineas, ad Saracenos, vel alios Infideles, deferret. 299.23

Schiſmaticus.

Schiſmatici in prima clauſula Bullæ excommunicantur. 274.98
Schiſmaticus, qui in hac Bulla Cœnæ excommunicatur, eſt ille, qui ſpontaneè, ab Eccleſiæ vniuerſalis vnitate, eiuſque capite Romano Pontifice, ſe ſeparat. ibid.99
Non eſt Schiſmaticus, & excommunicatus per Bullam qui ſe ab Epiſcopo ſeparat, renuens ſubeſſe authoritati Epiſcopali. ibid.100
Vt quis ſit Schiſmaticus, & excommunicatus, non ſat eſt, nolle ſe ſubiicere Papæ, vt Domino temporali, ſed, &c. ibid. 101
Hanc Bullæ excommunicationem non incurrunt, qui ab obedientia Papæ recedunt, non tamen ſunt verè Schiſmatici. ibid 102
Qui ſola mente eſt Schiſmaticus, abſque aliquo actu externo, hanc Cenſuram non incurrit. 275 103
Incurrit, qui ſolo actu externo, non interno, eſt Schiſmaticus. ibid 104
Schiſmaticus non hæreticus, abſolui poteſt virtute Bullæ Cruciatæ. ibid. 106

Sedes Apoſtolica.

Qui deferentem victualia ad Curiam Romanam ob debitum, aut ob patratum crimen in carcerem tradit, in hanc Cenſuram non incidit. 309.14
Non incurrit excommunicationem ille, qui interficit, aut ſpoliat, &c. aliquem proficiſcentem Romam, ad Sedem Apoſtolicam, putantem ibi eſſe, cum tamen alibi

Digitized by Google

alibi fit. 310.14

Cum Papa in hoc Canone dicit, *venientes*, *& recedentes*, intelligit de eiſdem,qui ad Sedem Apoſtolicam venerunt,deinde, expeditis negotiis, reuertuntur ad ſuos; ita vt velit excommunicari omnes, qui offendunt eos, ſiue accedendo, ſiue recedendo 311.5

Non incurrit eandem Cenſuram, qui occidit,& ſpoliat aliquem diſcedentem à Sede Apoſtolica ad quam non venerat ob negotia tractanda, ſed in Curia morabatur. ibid 6

Qui mutilat, aut ſpoliat, &c. illum, qui venit ad ſedem Apoſtolicam, eo tempore, quo apud illam commoratur, hac excommunicatione modò obſtringtur. ibid.7

Qui vnum tantum hominem, accedentem ad Sedem Apoſtolicam, interficit, aut ſpoliat, &c. ligatur Cenſura in hoc Canone expreſſa. ibid.8

Non ligatur dicta Cenſura, qui debilitat membrum illius, qui ad Sedem Apoſtolicam accedit, ita vt ſuum officium exercere nequeat. ibid.9

Non incurrit Cenſuram huius Canonis, qui digitum vel auriculam, vel mamillam, vel dentem,aut ſimilem partem corporis ad Sedem Apoſtolicam venientis, aut ab illa recedentis,amputauit, aut abſcidit. 311.10

Clam ſurripiens pecuniam ab accedentibus ab Sedē Apoſtolicam non afficitur hac excommunicatione, lata contra ſpoliantes præfatos accedentes.ibid.11

Incidunt in hanc Cenſuram illi, qui accedentes,ſeu recedentes à Sede Apoſtolica, ſpoliant non rebus ipſorum propriis, ſed aliorum,ipſis accommodatis, aut in cuſtodiam traditis,&c. ibid.12

Rapiens vxorem,filios, aut famulos,quos Accedens, aut Recedens à Sede Apoſtolica, ſecum ducebat, excommunicatione huius Canonis ligatur. ibid.13

Occidens, ſpolians, aut mutilans infideles ad Sedem Apoſtolicam venientes, in hanc incidunt Cenſuram. ibid.14

Qui capiunt, detinent, aut manibus comprehendunt accedentes ad Sedem Apoſtolicam,aut ab illa recedentes, Cenſura huius Canonis aſtringuntur. 131.1

Aſtringeretur hac Cenſura, qui aliquem venientem ad Sedem Apoſt.iniuſtè caperet, etſi paulò pòſt illum liberè dimitteret. ibid.16

Non ligatur hac Cenſura, qui accedentem ad Sedem Apoſtol.capit,& punit,ob delictum in ſua diœceſi patratum. ibid.17

Capiens aliquem venientem ad Sedem Apoſtolicam, & in domo includens, ne ab hoſtibus offendatur, huic excommunicationi non ſubiicitur. ibid.18

Qui ſine vlla captura, ſed fraude, & dolo detinet proficiſcentem ad Sedem Apoſtol.hac Cenſura feritur. ibid.19

Qui non violenta actione, ſed tantum præcepto,aut verbis minatoriis, detinet venientem,ne ad Sedem Apoſtolicam accedat,incidit in hanc excōmunicationem. ibid.20

Qui priuata auctoritate, morantes in Curia occideret, mutilaret, ſpoliaret, &c. non incideret in hanc Cenſuram. 314.24

Epiſcopus, vel alius Prælatus, qui præfatas prohibitas actiones præſtat, contra ſibi ſubitum in Curia commorantem, contrahit hanc excommunicationem. ibid.25

Vt hæc Cenſura incurratur, neceſſum non eſt quod morans in Curia, contra quem aliqua ex relatis actionibus exercetur, ſit vnus ex Curialibus, qui Romæ verſantur. ibid.24

Non incurrunt excommunicationem Canonis Cœnæ illi,qui occidunt,ſeu percutiunt, ſpoliantve recurrentes ad Curiam ſuper eorum cauſis; caſu, quo ex aliis motiuis, & occaſionibus, eos occidant, percutiantve, &c. quamuis non euitent cenſuram canonis noni. 323.3

Recurrens ad Curiam pro ſuis negotiis, non gaudet priuilegio huius Canonis,caſu quo ipſis iam abſolutis, & finitis, in ſuam domum ſit reuerſus.ibidem.4

Gaudet priuilegio huius Canonis reuertens ad Curiam,dum ad ſuam domum reuertitur. ibid.5

Ad incurrendam excommunicationem huius Canonis non opus eſt, vt prædictæ actiones, fiant authoritate iudiciaria laica. ibid.6

Qui iniuſtè occidit, ſeu percutit, aut ſpoliat illum, qui iniuſtè recurrit ad Sedem Apoſtolicam,excommunicationem huius Canonis incurrit. ibid.6

Ratas habens actiones in hoc Canone prohibitas, vinculo huius excōmunicationis non ligatur.324.8

Non impediens præfata fieri delicta, vinculo huius cenſuræ non obſtringitur. ibid.9

Qui aufert à dominio Sedis Apoſtolicæ aliquam Ciuitatem,non hoſtiliter, ſed pacificè, & ſine armis, hanc excommunicationem incurrit. 348.2

Sepelire, Sepulchrum, Sepultura.

Sepeliens vno & eodem actu, in loco publico vſurarium, qui ſimul ſit publicè excommunicatus & nominatim interdictus, excommunicationem incurrit. 29.49

Excommunicatus Eccleſiaſtica Sepultura priuatur. 128.1

Non eſt licitum Excommunicato infirmo, petere,vt in hoc, vel illo loco ſepeliatur. ibid.2

Qui tempore interdicti ſepelit perſonam nominatim interdictam in loco ſacro,duplicem Cenſuram non incurrit. ibid.3

Sepelientes excommunicatum non vitandum, ſeu toleratum, in loco ſacro, nunc non leuiter peccant. ibid.4

Excommunicatus vitandus non ſolùm prohibetur per iura ſepeliri in Cœmeterio; ſed etiam in Eccleſia, ſeu in Templo,id eſt,intra ambitum illorum.129.5

Licet ſepelire Excommunicatum non toleratum in loco non ſacro, etiamſi ſit proximus Eccleſiæ, vel Cœmeterio, aut alteri ſacro loco. ibid.6

Sepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro, non ſolùm peccat mortaliter,verùm etiam incurrit excommunicationem maiorem. 130.10

Sepeliens excommunicatum vitandum in loco ſacro, non ſolùm incurrit excommunicationem maiorem latam *in Clement.* ſed etiam minorem latam iure communi, contra communicantes cum excommunicato vitando. 131.11

Hanc pœnam maioris excommunicationis non incurrunt,qui excommunicatum vitandum, cum ſolemni pompa ſepeliunt in loco omnino prophano. ibid.12

Vt ſepeliens excommunicatum vitandum incurrat excommunicationem maiorem,latam *in d.Clement.1. de ſepultur.* eſt neceſſum, quod id faciat ſcienter, hoc eſt, non ignorans mortuum eſſe excommunicatum. ibid.14

Ad incurrendam Clementinæ excommunicationem requiritur quod excommunicatus qui ſepelitur, ſit excommunicatus vitandus, non toleratus. 132.16

An huiuſmodi pœnam excommunicationis *Clement. 1. de ſepultur.* latā contra ſepelientes excommunicatos, ſolùm illi homines, qui propriis manibus cadauer excommunicati in ſepulchrum immittunt,aut in foſſam inferunt, non alij,qui comitantur funus, incurrant; multi multa afferunt. ibid.16

Non innodantur excommunicationis *d Clement.*Cenſura, illi qui lauant corpus excommunicati,qui in-

dunt illud veſtibus;& qui pulſant campanas, commonefaciendo populum de precibus pro dicto excommunicato faciendis. ibid.17
Qui cruces, cereos & alia ad funus excommunicati ſpectantia ferunt, nó incurrunt Cenſuram *d.Clem.* latam contra ſepelientes excommunicatos. ibid.18
Dictam excommunicationem non incurrunt, qui deferunt corpus Excommunicati ad ſepulchrum, non tamen ſepeliunt. 133.10
Nec incurrunt fodientes, & aperientes ſepulchrum; etiamſi poſtea in illud cadauer excommunicati non inferant, nec terra operiant. ibid.21
Nec Clerici, aut alij Eccleſiarum Miniſtri, qui (cum teneantur impedire,) corpus excommunicati, ſepeliri in ſuis Eccleſiis permittunt. ibid.21
Nec conſulentes, fautores vel cooperatores ad collocandum cadauer excommunicati in ſepultura Eccleſiaſtica, innodantur vinculo excommunicationis latæ in d. Clementina. ibid.23
Nec tandem qui mandant, aut procurant, vt corpus excommunicati ſepulturæ ſacræ tradatur, in dictam excommunicationem incidunt. ibid.24
Sicut tempore Interdicti, poſſunt paruuli carentes vſu rationis, aut mente capti, admitti ad diuina Officia: ita non poſſunt admitti ad Eccleſiaſticam ſepulturā. 385.34
Tempore Interdicti generalis localis, poſſunt laici ſepeliri in loco interdicto; dummodo non ſit locus ſacer. 406.1
Per generale Interdictum, prohibetur directè, & ſpecialiter, ne cadauera fidelium admittantur ad Eccleſiaſticam ſepulturam. ibid.1
Per Interdictum generale locale prohibetur, ne quis laicus Eccleſiaſticam ſepulturam in loco interdicto accipiat. ibid 2
Laici, qui tempore dicti Interdicti localis, ſepulti ſunt in campo, aut alio in loco non ſacro; debent, ſublato Interdicto, exhumari, & in loco ſacro ſepeliri. ibid 4
Laicus, qui dicti Interdicti tempore, fuit ſepultus illicitè in Eccleſia, aut alio loco ſacro interdicto, debet durante Interdicto, exhumari, vt ſepeliatur in loco prophano, & non ſacro. ibid.5
Tempore Interdicti localis licitum non eſt tradere ſepulturam Eccleſiaſticam in loco ſacro interdicto, infantibus baptizatis. 407.9
Clerici poſſunt, interdicti localis tempore ſepeliri in loco ſacro interdicto dummodo ſine ſolemnitate 407.7
Clerici aliarum Eccleſiarum non interdictarum, non poſſunt, ex vi dicti cap. *Quod in te*, ſepeliri in eccleſia interdicta ſpecialiter. ibid 9
Tempore Interdicti, poſſunt ſepeliri Clerici cum Officio, & Miſſa defunctorm ſaltem attento iure nouo. ibib.10
Non eſt licitum, dicere huiuſmodi officiū Defunctorum, vel Pſalmos, alternis choris per viam deferendo corpus defuncti Clerici ad ſepulturā. 408.11
Clericus coniugatus gaudet, tempore Interdicti localis, priuilegio ſepulturæ, caſu tamen &c, ibid.12
In illis feſtiuitatibus, in quibus, iuxta cap. *Alma*. licitum eſt aſſiſtere diuinis Officiis, tempore Interdicti localis: non licet adhuc abſque ſpeciali priuilegio, ſepelire laicos, in loco ſacro. ibid.13
Laici, qui habent priuilegium particulare, vt tempore Interdicti, poſſint aſſiſtere diuinis Officiis, & recipere Sacramenta; nequeunt ideo ſepeliri in loco ſacro, quamuis tale priuilegium nullam faciat mentionem ſepulturæ. ibid.14
Perſonaliter interdictus, per Interdictum generale perſonale, poteſt licitè ſepeliri in loco ſacro. 409.15
Interdictus ab ingeſſu Eccleſiæ, non ſolùm priuatur ſepultura in Eccleſia; verùm etiam in Cœmeterio. 410.7
Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi moriatur cum ſignis pœnitentiæ, poteſt intra Eccleſiam ſepeliri, ſed non abſque Interdicti vlla abſolutióne. ibid.8
Mortale eſt violare Interdictum quodcunque, in materia Eccleſiaſticæ ſepulturæ. 415.11

Sequeſtrare.

Perſonæ, quæ per hunc Canonem prohibentur ſequeſtrare dictos fructus Eccleſiaſticos, ſolùm ſunt publicæ, non verò priuatæ. 340.13
Iudices Eccleſiaſtici ſequeſtrantes bona ad perſonas Eccleſiaſticas pertinentes, ſunt ſub hac cenſura comprehenſi. 341.14
Non ſolùm iudices, ſed etiam eorum Miniſtri exequentes ſequeſtrum, hanc excommunicationem incurrunt. ibid.15
Qui inſtat, & procurat apud iudicem præſertim ſecularem ſequeſtrationem Eccleſiaſticorum fructuum ſibi concedi, modo non incidit in hanc cenſuram. ibid.16
Iudex ſequeſtrans fructus Eccleſiaſticos, ad tollendas lites, aut ob aliam honeſtam cauſam eſt per hunc Canonem excommunicatus. ibid.17
Iudices laici qui fructus Eccleſiaſticos ſequeſtrant, ſine facultate legitima, incurrunt hanc cenſuram, ſi id faciant, vt Eccleſiaſtici, tædio affecti, deſiſtant ab vſurpatione ſæcularis iuriſdictionis, caſu, quo vſurpatam illam habeant. ibid.18
Non ſolum Romanus Pontifex, ſed & alij Prælati poſſunt iudicibus ſæcularibus facultatem ſequeſtrandi fructus Eccleſiaſticos concedere. 342.19

Seruus.

Serui, vel famuli, quocunque titulo tales ſint, poſſunt communicare cum Dominis excommunicatis vitandis. 194.37
Vt famuli, ſerui, &c. poſſint communicare cum ſuis Dominis excommunicatis, neceſſum non eſt, quod ante excommunicationem Dominorum intrauerint ad ſeruiendum illis. 195.38
Prædicti ſerui, & famuli, poſſunt generaliter communicare in omnibus rebus, tàm humanis, quàm diuinis, cum ſuis dominus excommunicatis vitandis. ibid.39
Tantummodo incidunt in dictam excommunicationem qui propriis manibus cadauer excommunicati in ſepulchrum inferunt, & terra cooperiunt. 134.25

Sodomita.

Clericus, nec publicè, nec occultè ſodomita, eſt ipſo iure ſuſpenſus. 369.17

Sponſa.

Sponſa de præſenti poteſt gaudere priuilegio *d. cap. Quoniam multos*, & ita communicare cum ſponſo excommunicato vitando. 190.19

Statutum.

Vt facientes, ordinantes, ſeu publicantes. ſtatuta, decreta, ordinationes, &c. contra libertatem Eccleſiaſticam, excommunicationem incurrant; eſt neceſſum, vt id ex intentione faciant. 333.26
Quid ſit ſtatuta, &c. contra Eccleſiaſticam libertatem facere, ordinare, & publicare. 334.27
Faciens ſtatuta, ſeu decreta contra libertatem Eccleſiaſticam, incidit in hanc excommunicationem, ſed non ante promulgationem illorum ibid 29
Qui ſtatutum edidit, aut ordinauit, ſtatim afficitur excommunicatione, ſequuta publicatione; ſi ſtatuta nunquam executioni mandentur. ibid.30
Princeps, qui contra libertatem Eccleſiaſticam non fecit ſtatutum, tamen ab alio factum promulgari curat, excommunicationem huius Canonis contrahit. ibid.31

Præcones

Digitized by Google

Præcones, & alij inferiores Miniſtri, qui ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ publicè promulgant, Cenſuram huius Canonis incurrunt. 334.32

Scriptores ſtatutorum contra libertatem Eccleſiaſticam; etiam ſub hac excommunicatione comprehenduntur. 335.33

Magiſtratus, ſeu Rectores Ciuitatum, ſcientes ſeruari ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, & non impedientes, hanc excommunicationem non incurrunt. ibid. 34

Incurrunt hanc Bullæ Cenſuram, qui ſtatuta facta contra libertatem Eccleſiaſticam, non delent è libris publicis, etiamſi non faciant ea ſeruari ibid. 35

Incurrunt excommunicationem latam *in cap. Nouerit, de ſent. excomm.* qui dicta ſtatuta omittunt delere à libris Capitularibus; etiamſi obſeruari non curent. Hæc ſententia quidem probabilior, contraria mitior. ibid. 36

Quando ſtatutum aliquod cenſendum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ita vt nec facere, nec ordinare illud quis poſſit, nec ordinato vti; niſi velit in excommunicationē huius Bullæ incidere. 336.37

Quænam ſtatuta in particulari cenſenda ſint contra libertatem Eccleſiaſticam. ibid. 58

Subditus.

Subditus non tenetur obedire mandatis ſuperioris ſui excommunicati non tolerati. 158.5

Suffragium.

Quænam dicantur ſuffragia communia Eccleſiæ; & quid ſuffragium priuatum. 90.1

Eccleſia poteſt priuare excommunicatum, communibus eiuſdem Eccleſiæ ſuffragiis, & commodis. ibid. 2

Eccleſia de facto priuat Excommunicatum non toleratum communibus Eccleſiæ commodis & ſuffragiis. ibid. 3

Non priuat Eccleſia Excommunicatum non toleratum, ſuffragiis priuatis, & particularibus. ibid 4

Peccat mortaliter, qui ſuffragia communia Eccleſiæ pro Excommunicatis non toleratis in particulari, offert. 91.5

Peccaret mortaliter, qui ſuffragia Eccleſiæ offerret pro Excommunicatis quaſi in communi, eadem intentione, qua ſolent offerri pro cæteris peccatoribus non excommunicatis. ibid. 6

Peccaret mortaliter, qui offerret ſuffragia communia Eccleſiæ, pro Excommunicatis omnibus in vniuerſali, tanquam pro cæteris, ad impetrandum eis reductionem ad obedientiam Eccleſiæ. 7.3

Poteſt quis offerre indirectè ſacrificium, & alia ſuffragia communia Eccleſiæ pro Hæreticis, Schiſmaticis, &c. in communi. 92.9

Non licet offerre ſuffragia Eccleſiæ pro excommunicatis non toleratis (hoc eſt, pro excommunicatis nominatim denunciatis, aut publicis Clericorum percuſſoribus) caſu quo per contritionem ſint iuſtificati ante obtentam excommunicationis abſolutionem. ibid. 10

Non licet applicare communia Eccleſiæ ſuffragia pro excommunicato occulto defuncto in gratia. 93.11

Superior.

Superiores non excommunicati, poſſunt cum ſuis inferioribus excommunicatis communicare, verbi gratia, Pater, vel Mater cum filiis; auus, aut Proauus cum Nepotibus, & Pronepotibus, &c. 194.15

Etiam, quando Superiores ſunt excommunicati, poſſunt cum ſuis inferioribus non excommunicatis communicare. ibid. 16

Suſpenſio, ſuſpenſus.

Suſpenſionis Cenſura, data in genere, ſub iis verbis: *Suſpendo te Su ſuſpenſus*, &c. non eſt valida. 31.7

Tribus præcipuè modis accipitur Suſpenſio. 350 1

Quid ſit ſuſpenſio propriè, & in rigore accepta. ibid 2

Multiplex eſt Suſpenſio hæc propriè dicta. ibid. 3

Omnis, qui excommunicare poteſt, poteſt etiam ſuſpendere. 351.1

Suſpenſus à iuriſdictione, poteſt alium ſuſpendere. ibid 2

E contrà omnes, qui excommunicari poſſunt, non poſſunt etiam ſuſpendi. ibid. 3

Suſpenſio eſſentialiter differt à cæteris Cenſuris, & pœnis. ibid. 4

Communitas aliqua poteſt ſuſpendi. ibid. 5

Suſpenſio propriè dicta, nequit imponi abſque culpa. ibid. 6

An Suſpenſio huiuſmodi, quæ eſt Cenſura, imponi poſſit, pro culpa aliena duplex reſponſio. 352.7

Quando ſuſpenditur Communitas, v.g. Capitulum Canonicorum, & aliqui de Capitulo ſunt innocentes, hi tali ſuſpenſione non comprehenduntur; ſecus, quando, &c. ibid. 8

Suſpenſio imponi aliquando poteſt, pro peccato veniali. ibid. 9

Forma, ſub qua ſententia Suſpenſionis fertur, non habet verba determinata. ibid. 10

Suſpenſio debet ferri in ſcriptis, poſt monitionem, &c. ibid. 11

Suſpenſus ab vno effectu, ſeu actu, non cenſetur etiam ſuſpenſus ab aliis actibus, ſeu effectibus. 353.1

Suſpenſio abſolutè, & ſine reſtrictione prolata; non ſuſpendit abſolutè ab omnibus, hoc eſt, ab officio & beneficio. ibid. 2

Suſpenſio ab officio, ſimpliciter, & abſolutè lata, priuat omni vſu, tam Ordinis, quàm iuriſdictionis. ibid. 3

Suſpenſus, ſine limitatione, ab officio; non eſt cenſendus ſuſpenſus à beneficio. ibid. 4

Suſpenſus ab officio, poteſt fructus beneficij, quod habet percipere. 354.5

Suſpenſo abſolutè ab officio, validè poteſt conferri nouum beneficium. ibid. 6

Suſpenſus ab officio in perpetuum per Iudicis ſententiam, non eſt à beneficio ſuſpenſus. 355.8

Suſpenſus ab officio, poteſt Sacramenta, præter Ordinem ſaltem, recipere, & diuinis Officiis intereſſe. ibid. 9

Non poteſt Ordinis Sacramentum recipere, qui ab officio eſt abſolutè ſuſpenſus. ibid. 10

Suſpenſus à beneficio, non eſt Suſpenſus ab officio. ibid. 11

Suſpenſio ab Ordine ſimpliciter lata, prohibet quemcunque, tàm maioris, quàm minoris Ordinis, actum. ibid. 12

Suſpenſus ſimpliciter à collatione, ſeu receptione Ordinum; non eſt Suſpenſus à collatione, & receptione primæ Tonſuræ. ibid. 13

Suſpenſus ab officio prædicandi, non cenſetur etiam ſuſpenſus à lectione Euangelij; & ab aliis actibus Diaconatus. 356.17

Suſpenſus à Diaconatu, vel Subdiaconatu diuiſiuè, manet ab alio ſuſpenſus. 357.18

Suſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, eſt adhuc Sacramentorum capax. ibid. 19

Suſpenſus ab Ordine, ab Horarum non liberatur onere. ibid. 20

Epiſcopus ſuſpenſus ab Ordine Pontificali, non manet ſuſpenſus ab exercitio ſuæ iuriſdictionis. ib. 21

Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, eſt tantùm ſuſpenſus ab vſu inſignium, quæ Epiſcopis ferre, eſt in more. 357.22
Suſpenſus ab Ordine, non manet ſuſpenſus à iuriſdictione. ibid.23
Suſpenſus à Beneficio, prohibitus eſt percipere fructus talis beneficij. 358.26
Suſpenſo à beneficio ſunt denegandi fructus beneficij, antequam à Iudice illis priuetur. ibid.27
Suſpenſus à beneficio, nequit licitè percipere fructus beneficij, ſi præſtet officium quod beneficium exigit. ibid.28
Suſpenſus à beneficio, etiam ſi egeat, nequit fructus ſui beneficij percipere ad ſuſtentationem ſui, & ſuorum. 359.29
Suſpenſus à beneficio, non eſt ſuſpenſus à iure eligendi, confirmandi, & conferendi beneficium, quod ei conuenit ratione beneficij, à quo ſuſpenſus eſt. ibid.30
Suſpenſo ſimpliciter à beneficio, poteſt validè, non tamen licitè, nouum beneficium dari. ibid.31
Qui multa habet beneficia, ſi ſimpliciter à beneficio ſuſpendatur, ab omnibus manet ſuſpenſus. 360.32
Suſpenſus ſimpliciter à beneficio, manet etiam ſuſpenſus à iure percipiendi penſiones; ſed diſtingue. ibid.33
Suſpenſus à beneficio, priuatus manet etiam diſtributionibus quotidianis, quæ propter diuinas Horas, & Officium, Clericis aſſiſtentibus dari ſolent. ibid 34
Epiſcopus, qui ſimpliciter ſuſpenditur à beneficio, eſt etiam ſuſpenſus à Pontificatu. ibid.35
Præter aſſignatas res, ſunt actiones aliquæ, quibus ſuſpenſus à beneficio priuetur. ibid.36
Suſpenſio lata, abſque loci determinatione, extenditur ad omne beneficium, vbicunque illud ſit, aut poſſideatur. 361.37
Suſpenſio lata ſimpliciter, abſque determinatione temporis, ſemper durat, donec per habentem poteſtatem auferatur. ibid.38
Suſpenſio lata cum temporis determinatione, durat intra tempus determinatum, & tempore elapſo, ceſſat. ibid.39
Suſpenſus peccat mortaliter, exercendo actum, à quo eſt ſuſpenſus. ibid.40
Si ſuſpenſus faciat actus, à quibus ſuſpenſus eſt, ſunt validi: ſi ſint Ordinis, ſecus ſi ſint iuriſdictionis. 362.43
Triginta quinque ſuſpenſiones ipſo iure, contra Clericos latas, vide. 370.22
Viginti quatuor ſuſpenſiones latas in iure, contra Epiſcopos, & alios Prælatos maiores videbis. 372.24. per tot.
Quatuordecim ſuſpenſiones latas in iure, & in aliis Bullis Pontificum, contra Religioſos, habebis. 373.24. per tot.
Suſpenſio lata ad certum tempus, v.g. *per menſem*, vel ſub conditione, v.g. *donec ſatisfeceris*, eo tempore elapſo, vel facta ſatisfactione, non ceſſat Suſpenſio, ſine noua abſolutione. 374.1
Suſpenſio hæc ſi lata ſit à iure ad certum tempus, nequit auferri ab Epiſcopo ante tempus completum. ibid. 2
Poteſt Epiſcopus abſoluere à Suſpenſione lata à iure, etiamſi reſeruata ſit Papæ, ſi proueniat à delicto occulto. ibid.3
A Suſpenſione lata à iure ſimpliciter, & abſolutè, abſque eo quòd reſeruata ſit Papæ, poteſt Epiſcopus abſoluere. ibid.4
Suſpenſus, mortaliter peccat, violando ſuſpenſionem. ibid.5
A Suſpenſione lata ſimpliciter in pœnam; poteſt quis abſolui per Bullam Cruciatæ. 375.5
In abſolutione Suſpenſionis, non requiruntur verba determinata. ibid 6
In abſolutione Suſpenſionis, non eſt neceſſarium, exprimere cauſam, ob quam contracta eſt. ibid.7

T

Tabellarius.

TAbellarios impediens, ne litteras Romam deferant, afficitur Cenſura Bullæ Cœnæ. 309.21

Teſtamentum.

Excommunicatus licitè nequit condere Teſtamentum, & Codicillum facere. 172.45
Validum, ac firmum eſt Teſtamentum factum ab Excommunicato, dummodo, &c. ibid.46

Teſtimonium, Teſtis.

Excommunicatus non toleratus, licitè nequit eſſe teſtis in iudicio, & extra. ibid.30
Excommunicatus non toleratus, peccat mortaliter, ferendo teſtimonium in Iudicio, vel extra. ibid.31
Excommunicatus toleratus, licitè poteſt rogatus eſſe in Iudicio teſtis, aliàs non. ibid.32
Inualidum eſt teſtimonium teſtis excommunicati non tolerati; etiam caſu, quo non repellatur à Iudice. ibid.33
Teſtimonium teſtis excommunicati non tolerati, eſt inualidum, caſu, quo, non ſolùm non repellitur; verùm etiam de conſenſu Iudicis, & vtriuſque partis admittitur. 170.34
Non eſt inualidum teſtimonium teſtis excommunicati tolerati, & non vitandi. ibid.35
Excommunicatus nequit eſſe teſtis in cauſis fidei. ibid.36.
Poteſt excommunicatus eſſe teſtis in contractu Matrimonij. ibid.37
Nequit Excommunicatus eſſe teſtis, contra Excommunicatum. ibid.39
Nequit eſſe teſtis, qui eſt excommunicatus, quia non fuit confeſſus ſemel in anno, iuxta præceptum cap. *Omnis vtriuſque ſexus, de Pœnitent.* ibid.40
Excommunicatus nequit licitè ferre teſtimonium in contractibus, teſtamentis, & aliis ſcripturis, extraiudicialibus. 171.41
Inualidum eſt teſtimonium excommunicati denunciati, ſeu vitandi, in ſcripturis, contractibus, teſtamentis, & aliis inſtrumentis extraiudicialibus. ibid.42

Tributum.

Caſu, quo Rex imponat tributum ſuis ſubditis ex cauſa iuſta; ſed tamen quoad perſonas, generalius illud imponat, quàm iuſtè poſſit, comprehendendo Clericos, vel alias perſonas exemptas, in hanc Bullæ cenſuram non incidit. 284.5
Qui abſque auctoritate imponendi tributa, augent vetera, ſunt per hunc Canonem excommunicati. ibid.6
Ad incurrendam excommunicationem Canonis Cœnæ, opus eſt, vt aduocentur ad ſæculare Tribunal cauſæ, quæ iam coram Eccleſiaſtico Tribunali erant introductæ. 325.4
Pars, aut eius Procurator, ſeu quæuis alia priuata perſona, qui curat, & inſtat apud Iudicem ſæcularem, vt Eccleſiaſticos ad ſuum trahat Tribunal, non afficitur excommunicatione Canonis Cœnæ. 329.4
Si quis ad tribunalia ſæcularia recurrat, antequam Iudices ordinarij ſententias ferant, excommunicationem huius Canonis contrahit. 338.10

Abſque

Abſque incurſione huius Cenſuræ, nequit Princeps imponere tributa, & alia onera Clericis, ſolum prima Tonſurà inſignitis. 341.3
Licitè nequit Princeps imponere tributa, & alia onera, Clericis, qui non ſeruant præſcripta à Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 6.* ibid.4
Recipiens tributum ab Eccleſiaſtico ſpontè datum hanc excommunicationem incurrit. 344.9
Exigens, aut mandans exigi tributa à Clericis, animo ea reſtituendi in fine anni; excommunicationem huius Canonis contrahit. ibid.10
Princeps imponens tributa ſuper bona patrimonialia, & aliunde acquiſita Clericorum; hoc Canone eſt excommunicatus. 345.12
Licitum eſt laicis, imponere Eccleſiaſticis tributa, & onera, de expreſſa Summi Pontificis licentia. ib.13
Laicis non eſt licitum imponere Clericis onera caſu, quo de hoc habeant immemorabilem conſuetudinem. ibid.14
Princeps laicus nequit abſque incurſione huius cenſuræ. imponere Clericis tributa, & alia onera, pro reparatione pontium, vel murorum Ciuitatis, pro arcendis hoſtibus, vel pro alia ſimili publica cauſa, niſi caſu, &c. ibid.15

Turca.

Chriſtiani viuentes in terris Turcarum, Hæreticorum, &c. non ligantur excommunicatione Canonis Cœnæ, ſi vendant bono fine equos, arma, aut alia prohibita Turcis, aut hæreticis, &c. 290.2
Si Cuſtodientes vrbem, tam acriter à Turcis oppugnentur, vt non poſſint fugere vitæ, aut grauis famis diſcrimen abſque vrbis & armorum deditione: poſſint tunc abſque incurſione Cenſuræ tradere Turcis arma, aut vrbem. 294.19
Hac Cenſura non innodatur, qui Turcas, alióſve Infideles, certiores facit, de iis, quæ iam nouerant, ita vt nil noui ſciant de tali denuntiatione. 300.45
Si quis degens Madridij, v.g. certiorē faciat Turcam, aut alium Infidelem, ſeu Hæreticum, de rebus ciuilibus, aut iocoſis, non pertinentibus ad ſtatum, incurrit hanc cenſuram. ibid.96
Si quis certiores faciat hoſtes Chriſti Nominis, de præfatis rebus, per nuntium; vterque hac Cenſura perſtringitur. ibid.47
Si reuelatio dictarum rerum fiat per Epiſtolam, incurrit etiam vterque Cenſuram. ibid.48
Etiam incurrit hanc Cenſuram Bullæ, qui alicui proditori narrat conſilia Principis Chriſtiani, ſciens talem proditorem, certiorem faciendum Turcam de ſtatu Regni Principis, in perniciem Chriſtianorum. ibid.49
Narrans alicui fideli ſecreta Principis Chriſtiani, vt ea in damnum Chriſtinorum, detegat Turcis; non ligatur cenſura Bullæ, antequam fidelis detegat. 301.52
Hac lege excommunicatus eſt qui defendit alium, vt tutò valeat opem præſtare Turcis contra Chriſtianos 302.59
Incidit in hanc excommunicationem, qui poteſt impedire, ne Chriſtianus opem ferat Turcis aut Hæreticis, & non impedit. 303.60
Captiui Chriſtiani remigantes in triremibus Turcarum, metu mortis, vel verberum, contra Chriſtianos; non incidunt in hanc excommunicationem. ibid.62
Non peccant mortaliter contra ius naturale, & diuinum, captiui Chriſtiani remigantes in triremibus Turcarum Chriſtianos inuadentium, metu mortis, verberum, &c. ibid.63
Captiui Chriſtiani remigantes in Nauibus Turcarum mortaliter peccant, ſi de mandato Turcarum, ſub comminatione verberum aut mortis Nauim roſtratam ita impellant, vt ipſa roſtro, Nauim Chriſtianorum infringat. 304.61
Licitum eſt captiuis Chriſtianis, metu mortis, aut alterius grauis damni, præſtare in bello Turcis omnia opera, quæ in pace ſerui præſtare poſſunt. ibidem 65
Si vrgente bello, cenſeret aliquis captiuus vitandum eſſe igraue damnum Chriſtianæ Reip. ſi ipſe à remigio, à porrectione armorum, & ab aliis ſimigbus actionibus, ceſſaret; non teneretur tunc, ſub mortali & ſub cenſura, id facere, ſaltem cum diſcrimine vitæ. ibid.66
Licet Chriſtianis in triremibus Turcarum remigantibus dum deſcendunt in terris Chriſtianorum, illas deuaſtare, & bona eorum ſurripere, caſu, quo illis periculum vitæ, aut membri abſciſſio immineat ibid.67
Chriſtiani remigantes in nauigiis Turcarum, non contra Chriſtianos, ſed contra alios infideles, non peccant mortaliter, nec incidunt in hac cenſuram. ibid.68
Non peccant mortaliter; nec incurrunt excommunicationem, Regentes, aut Gubernantes Naues Turcarum contra alios infideles, non contra Chriſtianos. 305.69

Tutor.

Excommunicatus nequit eſſe Tutor, vel Curator. 171.45

V

Vaſſallus.

VAſſalli poſſunt communicare cum Domino ſuó excommunicato vitando; & Dominus cum illis; in ſolutione tributorum tantum. 195.40

Vendere.

Qui deferunt, vel vendunt libros hæreticorum in terris fidelium, incurrunt excommunicationem Bullæ. 272.88

Veſtis.

Clericus publicè portans veſtes virgatas, vel particas, Hiſpanè, *Veſtidos bordados, ò texidos de diuerſos colores*, eſt ipſo iure ſuſpenſus. 369.18

Vicarius.

Vicarius Epiſcopi publicè & nominatim excommunicati, &c. validè Cenſuras ferre non poteſt. 114.34
Vicarius Epiſcopi, qui captiuus à Barbaris detinetur nequit validè Cenſuras ferre. ibid.36
Vicarius Generalis Epiſcopi, & Capituli, Sede vacante, poteſt abſoluere ab omni Cenſuræ iuris, ſicuti poteſt Epiſcopus, & Capitulū Sede vacante. 211.32

Victualia.

Omnes, qui impediunt, inuadunt, prohibent & perturbant eos, qui victualia ad vſum Romanæ Curiæ adducunt, ſunt cenſurà Bullæ innodati. 306.2
Qui non vult res ſuas vendere, vt ad Romanam Curiam deferantur, non comprehenditur ſub hac cenſura ibid.3
Comprehenderetur ſub hac Cenſura, qui, abſque vlla vi, victualia emeret ab eo qui deferret ad Curiam, & ita impediret ne Romam aſportarentur, intentione directa impediendi. 307.4
Incurrunt hanc Cenſuram, qui impediunt eos, qui nondum deferre victualia cœperunt, ſed deferre volebant. ibid.7
Non incurrit, qui deferentem ad Curiam victualia ſpoliat pecuniis, non ablatis victualibus. ibid.8
Eadem innodatur Cenſura, qui ſpoliat aliquē victualibus, quæ ab ipſo deferebantur ad vſum determinatæ perſonæ ex Curialibus, ſeu ex officialibus Curiæ. 308.10

Digitized by Google

Etiam tali innodatur Cenſura, qui ſpoliat victualibus deferentem illa ad priuatam aliquam perſonam, quæ,licet viuat in loco, vbi moratur Curia, non tamen eſt Curialis, aut officialis Curiæ, nec famulus, aut familiaris ipſorum. ibid.11
Ligantur Cenſura huius Canonis, qui deferentem victualia Romam, impediunt, caſu quo Curiales ea emere non ſoleant. ibid.12
Non feritur hac Cenſura, qui deferentem victualia ad Curiam,compellit ad ſoluenda pedagia, & alia onere, quæ ſoluuntur ab aliis iter agentibus. ibidem 13
Inuadens, aut occidens deferentem victualia ad Romanam Curiam, non animo impediendi delationẽ victualium, ſed ob vindictam, non eſt hac Cenſura comprehenſus. ibid.14
Qui victualia corrupta, vt piſces putridos ad Curiam Romanam deferri impedit, non incurrit hanc Cenſuram. ibid.19
Nomine Victualium intelliguntur omnia quæ ad eſum, potum,& veſtitum ſpectant. 309.18
Quænam intelligantur per illa verba Canonis;*ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria.* 309.19
Non comprehenderetur ſub hac Cenſura,qui prohiberet, ne ad Romanam Curiam deferantur canes, & accipitres, taxilli etiam, aleæ,ſimiæ, pſytaci,& ſimilia, recreationi Curialium inſeruientia. ibidem 20
Quid veniat appellatione Romanæ Curiæ, cuius intuitu, ſub excommunicatione prohibetur, ne victualia, & alia ad vſum Curiæ neceſſaria, deferri impediantur? ibid.22
Paruitas materiæ ab hac excuſat Cenſura: & quænam cenſeatur materiæ paruitas. ibid.23

Vitare.

Nunc,iure nouiori, ſolùm & neceſſariò, ſunt vitandi iuxta Concilium Conſtantienſe, ſolummodò Excommunicati nominatim denunciati,& notoriè percuſſores Clericorum. 86.6
Qui expreſsè & nominatim eſt declaratus excommunicatus non eſt neceſſariò vitandus antequam denuncietur, vel excommunicatus publicetur. 87.7
Qui de hæreſi, aut de crimine, cui conſtat annecti excommunicationem, eſt denunciatus; non ſtatim eſt vitandus, tanquam nominatim excommunicatus. ibid.8
Vt quis teneatur vitare excommunicatum iam denunciatum neceſſariò requiritur omnino publica fama. ibid 9
Qui notorietate iuris tantum eſt notorius percuſſor Clerici non eſt excommunicatus vitandus. 88.10
Vt percuſſor Clerici ſit excommunicatus vitandus,eſt neceſſum,quod & percuſſio ſit coram multis teſtibus; & quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut excuſari. ibid.11
Quot teſtes requirantur, vt percuſſor Clerici,dicatur *notorius; notorietate facti,percuſſor*; & conſequenter fit, vt excommunicatus vitandus; multi multa tenent. ibid.12
Si quis, coram me, & aliis paucis teſtibus,non ſufficientibus ad faciendum delictum notorium,percutiat Clericum; non teneor illum, nec in occulto, tanquam excommunicatum vitare. 89.13
Qui dubitat, an alius excommunicatus denunciatus ſit, non tenetur tunc illum vitare, poteſt tamen ſi velit. ibid.47
Tenemur vitare illum, qui extrà Confeſſionem dixit, ſe eſſe excommunicatum non toleratum. ibidem 49
Si quis per vnicum teſtem fide dignum, verbi gratia, Parochum, ſciret, Petrum, verbi gratia, eſſe excommunicatum denunciatum, non teneretur vitare illum. 198.53
Tenetur quis vitare illum, quem Epiſcopus, vel Parochus, teſtificatur eſſe nominatim denunciatum, oſtendendo ei literas denuntiationis. 199 44
Non tenetur quis vitare illum, quem, fama publica conſtat,percuſſiſſe Clericum;ſed non conſtat fama publica, quod notoriè percuſſit. ibid.55
Si quis ſciat, Petrum, verbi gratia eſſe excommunicatum nominatim in vna Prouincia,teneatur illum vitare in alia, vbi eſt occultum? Vtrumque probabile. ibid.56
Qui ſemel ſciuit, aliquem eſſe excommunicatum non toleratum; ſemper tenetur vitare illum, donec ei conſtet de abſolutione. ibid 57
Non tenentur fideles vitare ſuſpenſum, in rebus, à quibus ſuſpenſus eſt. 461.41
Laici non tenentur vitare interdictos nominatim denunciatos, niſi in Eccleſiaſtica ſepultura. 415.13
In humanis actibus, non tenetur quis vitare interdictos, imò nec denunciatos nominatim. 415.12
Tenetur Clerici ſub mortali; vitare interdictos nominatim in iis rebus, à quibus ſunt interdicti. ibidem 14

Vniuerſitas, vide, *Collegium*, *Communitas.*

Vniuerſitas, Collegium, ſeu Communitas,poteſt interdici. 386.10

Vſurpare.

Ab eadem Cenſura excuſatur, qui accipit in cuſtodiam bona præfata à ſurripientibus, 282.20
Perſonæ, quæ per Canonem 17. Bullæ Cœnæ, prohibentur iuriſdictiones, fructus, redditus, &c. Eccleſiaſticorum vſurpare,non ſunt ſolùm perſonæ publicæ,& poteſtatem habentes;ſed etiam priuatæ. 338.2
Non ſolùm laicæ perſonæ, verùm etiam Eccleſiaſticæ,prædicta vſurpantes, ſunt hac cenſura comprehenſæ. 339.3
Fures, ſeu latrones, qui fructus, ſeu prouentus Eccleſiaſticorum furantur, aut rapiunt, non incidunt in cenſuram huius Canonis. 339.4
Qui vſurparet prouentus alicuius Epiſcopatus, ſeu beneficij, aut Eccleſiæ vacantis, hanc incurreret cenſuram. ibid.5
Vſurpans fructus Sedis Apoſtolicæ, mortuo Summo Pontifice, huius Canonis cenſuram incurrit.ibidem.6
Vſurpans fundos, prædia, Eccleſias, vel ipſamet beneficia, cenſuram hanc etiam incurrit. ibid.7
Vſurpans iuriſdictionem ſpiritualem Prælatorum, eſt per hunc Canonem excommunicatus. 340.8
Qui ſcienter retinet fructus beneficij, aut Eccleſiæ, ab aliis vſurpatos;in excommunicationem hanc incidit. ibid.9
Qui vſurpat fructus alicuius Clerici, titulo patrimonij ei competentes; Canonis huius cenſuram non contrahit. ibid.10
Creditor,qui non poteſt alia via ſuum creditum recuperare,non incurrit hanc cenſuram, ſubtrahendo Clerico ex fructibus beneficij, quàntum credito correſpondet. ibid.11
Clerici cædentes arbores frugiferas ſuorum beneficiorum, & eas ſibi appropriantes, in hanc excommunicationem non incidunt. ibid.12
Banniti aut alij facinoroſi homines, qui non animo terras Pontificis occupandi,ſed furandi ſolùm, illas deprædantur,hac excommunicatione propriè non ligantur. 349.4
Vſurpans iuriſdictionem ſupremam, tam ſpiritualem, quàm temporalem, Rom. Ecc. huius Bullæ Cenſuram incurrit. ibid.5
Vſurpans, vel perturbans ſupremam iuriſdictionem Eccleſiæ Romanæ, Sede vacante? huic Cenſuræ ſubiacet.

Digitized by Google

ſubiacet. ibid.7
Inuadens, vel deſtruens bona priuatorum in terris Romanæ Eccleſiæ exiſtentia, Cenſuram huius Canonis non incurrit. ibid.9
Qui Sede vacante, vel Summo Pontifice ægrotante, expoliant Palatium ſacrum, excommunicatione huius Bullæ non ligantur. ibid.10
Bonorum Eccleſiaſticorum vſurpatio non ſolùm in hac Bulla,ſed etiam in aliis locis vetita eſt.342.10

Vtile.

Per particulam, *Vtile*, intelligitur vtilitas ſpecialis, tam ſpiritualis, quàm temporalis; tam ipſius excommunicati vitandi,quàm aliorum participantium cum illo. 186.2
Ob ſpiritualem vtilitatem excommunicati vitandi, licitum eſt Confeſſori, audire confeſſionem illius, priuſquam eum abſoluat à Cenſura. ibid.3
Ob vtilitatem ſpiritualem Excommunicati, poſſumus illum ad audiendam concionem admittere. ibid.4
Ob eandem vtilitatem, poteſt quis priuatim admonere excommunicatum, vt reſipiſcat, & ob id, etiam interponere aliqua verba vrbana ad captandam beneuolentiam. ibid.5

Vxor.

Vxor poteſt communicare cum marito excommunicato non tolerato, in redditione,& petitione debiti coniugalis. 189.16
Vxori licet communicare cum marito excommunicato non tolerato,non ſolùm in debito coniugali;ſed etiam in colloquiis, menſa, & aliis omnibus, ac ſi excommunicatus non eſſet. ibid.17
Non eſt licitum vxori, ſimul prandere cum ſuo viro, qui illicitè, ad menſam excommunicatum vitandum admittit. 190 20
Vxor non ſolùm poteſt, verùm etiam tenetur, eſſe,& communicare cum viro excommunicato,eodem modo, quo ad id, ante excommunicationem, aſtricta erat. ibid.21
Licitum eſt viro non excommunicato, communicare cum vxore nominatim excommunicata,in omnibus & eodem modo, quo licitum eſt vxori cum viro nominatim excommunicato. ibid.22
Permiſſio,quam ius tribuit vxori communicandi cum marito excommunicato,extenditur ad diuina.191.24

FINIS.

APPROBATIO DOCTORVM.
Facultatis Pariſienſis.

NIHIL Cenſura dignum reperimus, Nos infra ſcripti Doctores Theologi Almæ Facultatis Pariſienſis, in Opere de Sacramentis in genere,& ſpecie, Præceptorum Eccleſiæ obſeruatione, ac de Cenſuris Eccleſiaſticis, compoſito à Reuerendo admodum P.LEANDRO à Sancto Sacramento, ex Ordine Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis. In lucem igitur edatur, quippe quod ſuccinctè & explicatiùs ſatisfaciat omnibus quæſtionibus, quæ in ſubiecta quaque materia poſſunt excogitari. Actum in Carmelo noſtro Lugdunenſi, die vltima Ianuarij 1654.

Fr. PAVLVS LOMBARD; *Prouincialis Prouinciæ Narbonæ Ordinis FFr. B.M.Virg. de Monte-Carmelo.*

Fr. CYRILLVS MOREL; *humilis Prior Conuentus Lugdunenſis eiuſdem Ordinis.*

PRIVILEGE

Digitized by Google

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE, à nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans Nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requeſtes Ordinaires de Noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts leurs Lieutenans, & à tous Nos Iuſticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Noſtre bien-amé IEAN COVRONNEAV, Marchand Libraire de noſtre bonne Ville de Bayonne, Nous a expoſé qu'il deſireroit faire imprimer vn Liure intitulé *Quæſtiones Morales de Sacramentis, in quinque Eccleſiæ præcepta, & de Cenſuris, Auctore R.P.F.* LEANDRO DE SANCTISSIMO SACRAMENTO, *Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum*, s'il auoit ſur ce nos Lettres de Priuilege, & Permiſſion neceſſaires, humblement requerant icelles: A CES CAVSES deſirant fauorablement traitter ledit ſuppliant, Nous luy auons permis, & permettons d'imprimer, ou faire imprimer, vendre, & debiter ledit Liure en tous les lieux de Noſtre obeiſſance, en telle margé & charactere qu'il voudra durant le temps & eſpace de neuf ans entiers & accomplis, à compter du iour qu'il ſera acheué d'imprimer pour la premiere fois Et faiſons tres expreſſes Deffenſes à toutes perſonnes, de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, de les imprimer, faire imprimer, ny d'en vendre & diſtribuer en aucun lieu de ce Royaume, autres que de l'impreſſion dudit Expoſant, ou ceux qui auront droit de luy, durant ledit temps & eſpace, ſous pretexte d'augmentation, correction, changement de titre, ou autrement, en quelque ſorte & maniere que ce ſoit, à peine de trois mille liures d'amande, payable ſans deſpoſt par chacun des contreuenans: & applicable, vn tiers à Nous, vn tiers à l'Hoſtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers à l'Expoſant, confiſcation des Exemplaires contrefaits, & de tous deſpens, dommages & intereſts, à condition qu'il ſera mis deux Exemplaires dudit Liure en noſtre Bibliotheque publique, & vn en celle de noſtre tres-cher & feal Cheualier Garde des Sceaux de France le Sieur Mollé, auant que de l'expoſer en vente, à peine de nullité des Preſentes, du contenu deſquelles Nous vous mandons que vous faſſiez iouïr pleinement & paiſiblement ledit Expoſant, & ceux qui auront droit de luy, ſans qu'il leur ſoit fait aucun trouble, ny empeſchement. VOVLONS qu'en mettant au commencement, ou à la fin dudit Liure, Copie, ou Extraict des Preſentes, elles ſoient tenues pour ſignifiées, & que foy y ſoit adiouſtée, & aux copies collationnées par l'vn de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, comme à l'original. MANDONS auſſi au premier noſtre Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'execution des Preſentes tous Exploits neceſſaires, ſans demander autre Permiſſion, car tel eſt Noſtre plaiſir, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, & ſans prejudice d'icelles, Clameur de Haro, Chratre Normande, & autres Lettres à ce contraires. Donné à Paris, le ſeptiéme iour du mois de Ianuier, l'an de grace mil ſix cens cinquante-quatre, & de noſtre Regne le onziéme. Par le Roy en ſon Conſeil, CRAMOISY.

Hæc prima Editio deſiit excudi die 2. Maij 1654.

Digitized by Google